605261 Rac. V. ll. F 54

GLORIOSISSIMO MAGNO PATRIARCHAE

IOSEPHO SANCTISSIMO

IMMACVLATISSIMÆ SEMPER VIRGINIS, ANGELORVMQ;

REGINÆ MARIÆ,

DILECTISSIMO, ET CASTISSIMO SPONSO
OMNIPOTENTIS TREMENDAE MAIESTATIS
SVPERNI REGIS, PATRI PVTATIVO:
EIVSDEMQ; NVTRICI, TVTORI, CVRATORI &c.

SED ADMIRANDO SVPRA OMNEM STVPOREM,
DVM TIBI OMNIPOTENS ILLE, ET ESSE SVBDITVM,
ET VOCARI TALEM NVLLATENVS DEDIGNATVS FVIT
ADMIRATIO SVMME INGENS
NON VERBVM, SED SILENTIVM PARIT.

PAVLVS RVBEVS Romanus, totus & admirabundus, & venerabundus ex corde, illam tuam apud OMNIPOTENTEM, qui & TIBI subditus fuit, efficaciſſimam protectionem implorans in horribili meo mortis puncto, præſens Volumen, ſubmiſſè inſcribere gaudet.



ONGRVVM & dignum eſt, vt ſua ſuis debeantur, & ſic IVSTA, IVSTIS conueniunt (O Potentiſſime Magne Patriarcha IOSEPH) Quare cum ex irrefragabili teſtimonio ipſis Textus Sacri DEI Euangelij, *apud Matth. cap. 1. v. 19.* Tu decoratus ſis egregio illo titulo IVSTI, produ-ću verba ipſa Euangelica, nempe

IOSEPH autem VIR eius, cum eſſet IVSTVS &c.

Igitur condecenter arbitratus ſum TIBI tanquam VIRO IVSTO potiora hæc Iuſtitiæ Oracula, ſeu ſupremi VRBIS, & ORBIS Tribunalis Sacræ Rotæ Romanæ, quæ nuncupare ſolemus *Deciſiones*, Tibi, vt dixi, TVOQVE Glorioſiſſimo Nomini decorare, atque ſubſternere.

Fulget, namque in tam eleuato Tribunali talis IVSTITIAE iubar, atque ſplendor, vt Orbem illuminet totum, ſicut alias deduxi & Teſtis Locupletiſſimus, & celebris, Iuriſconſultus *Anton. Theſaurus in Proœm. Deciſion. Senatus Pedemont.* ibi:

Idem euenit in Sacra Rota Romana, totius Orbis lumine &c.

Verum non ſtupeat aliquis, dum adeo ſplendeſcit Iuſtitia Tribunalis Rotæ Romanæ, quoniam in eo præſident, ſeu ius ſuum vnicuique incontaminatè reddunt XII. Auditores, ſeu Iudices, imò XII. Salomones, ſelecti ex amplioribus, & ſelectioribus Iuris Conſultis ex illa Natione, ex qua ſeligi debent. Qui omnes affluenter abundant ſa-

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
F (11)
54 (16)
NAPOLI

poroſis illis duobus ſalibus, omnino neceſsarijs in quolibet Iudice, ſcilicet, ſale Scien
tiæ, & ſale Conſcientiæ, Siquidem ſine ſale ſcientiæ Iudex eſt inſipidus, O quam fatuũ
is inſipientia. Abſit vt ad Iuſtitiam adminiſtrandam (quæ & CHRISTI ocu-
tus) eligatur ille, qui nullatenus Peritus in Iure reperitur. Quid quæſo ſperan-
ret ab eo qui nudum gladium haberet in manu, & arte gladiatoria eſſet viduus.
rum verò ſal neceſsarium in Iudice eſt pretioſa illa gemma Timoris DEI; Pius
ic doctus, & Peritus Iudex dum iudicat tanquam Petra angularis firmus, &
ilis ſtare debet iniuſtè iudicando, non mente reuoluendo aliquem ſuſpectum,
ectum humanum, nec ad aliquod infame intereſſe auri, aut alterius res.
ine Thebani pingere ſolebant Iudices ſine manibus. Iudex enim corruptus pretio,
vel precibus iniuſtam proferens ſententiam efficitur infamis, & tenetur parti
læſæ ad extimationem damni paſſi.
vt probat Caſtrenſ. in l. final. de pœnis Iudic. qui malè Iudic. cum alijs allegatis per
Stephanum Nathen in eius Tractatu de Iuſtitia Vulnerata part. 2. tit. 3. de Iuſtit.
in numer. accept. vulnerat. Vbi etiam atteſtatur, quod referunt Hiſtoriæ Hollandiæ, quendam Iudicem propter vaccam à parte habitam; Ex ſententia Comitis tunc Hollandiæ damnatum, & ſuſpenſum fuiſſe, ac deinde ſubdit, *Si huiuſmodi Pœnæ hodie in vſu eſſet, quam multi ſanè Iudices timerent, & quam multa fierent Patibula.*

Quare, vt dicebam, Iudex non in aliud, quàm in ipſum DEVM in iudicando reſpicere debet, qui, & Iuſtitiæ oculus dicitur, Securus enim ſit, qui DEVM præ oculis habet, (prout atteſtantur regulariter ipſi Iudices in ſententijs) quod nunquam à recto tramite deuiabit, Felix ſanè, qui in ipſum DEVM ſolum reſpicit, à num Principium enim & finis noſter eſt DEVS, in quem ſolum reſpicere debemus.

Inter plurimas Mathematicæ diſciplinæ figuras ſupra omnes alias extollitur cõmuni applauſu, Figura Circularis, & rationes plures ſolent aſſignari, & præſertim, quia propter eius rotunditatem, Orbis machinam vniuerſam repræſentat. Alij verò ſentiunt, quia cum Circulus ſit ſine fine, nam in eo, terminus, nec finis adeſt demonſtrat ipſam Æternitatem interminabilem eſſe. O magnum documentum datum omnibus, ſicque extollatur ſuper omnes figuras. Alij in ea opinione ſunt, ideo ſuper omnes figuras extolli Circulus, quia in eodem puncto in quo habet ſuum principium, in eodem habet ſuum finem, & terminum, idque enim debet imitari, Bonus, & doctus Iudex; nam

DEVS eſt Alpha, & Omega, & ſic ipſe eſt Principium, & Finis
omnium noſtrarum operationum.

Et ſic Iudex non tantum debet habere DEVM præ oculis, pro initio ſuarum actionum, cum dicatur, quod Iudex ſit vir bonus, cum debeat habere voluntatem conſtantem, & perpetuam vnicuique tribuendi, quod ſuum eſt, Sic & finem ſuum, ideſt, quoad executionem, & finem ſuarum ſententiarum, præ oculis tantum habere debet quoque ipſum DEVM, qui, vt dixi, eſt omnium principium, & finis, prout ipſi regulariter Iudices in eorum ſententijs proteſtantur, ideſt;

SOLVM DEVM PRÆ OCVLIS HABENTES.

& latius dicam infra in §. Tempus iam eſt. Nunc hic aliqua latè deducam circa alterum Symbolum, quod denotat Circulus, quoad ipſam Æternitatem valdè pauendam.

Vnde Mortalitati inſinuare valet Circulus, quam diu duret Æternitas, cuius centrum eſt SEMPER, atque Circumferentia, NVNQVAM, & ducta cogitatione, quod Aeternitatem Pœnarum infernalium, cuius materia cordialis cogitatio quoad dictam interminabilem Aeternitatem, & ſuppliciorum perpetuitatem, cũ ſit non parum ſalutaris, & per quàm lucroſa materia, ideoque ſummo digito demonſtrare quæram id, poſtquam occaſio ſe attulit, & ideo ignoſcatur mihi ſi tantiſper in hoc inſiſtam, & maximè circa terrorem

Digitized by Google

rorem ignis æterni infernalis, sic tenax, & horribilis, vt dicam infrà.

Ad talem enim considerationem Peccator ille, qui non expergitur, non dormit, se iam mortuus est. Nam referùt Rerum naturalium Indagatores de Leone, qui quamuis sit animal adeò audax, et terribilis, ac sic fortis in brachijs, itaut nec ferrum, aut insultus quosuis timeat, et nullatenus aufugiat propter aliquod terribilem euentum; et tamen ad solam visionem simplicem ignis, quamuis parui, in totum expauescit, debilitatur in viribus, deponit suum terrorem, sanguis eius venis glaciatur, et sic humiliatur ad talem visionem, vt optimum iudicat subitam arripere fugam, atque in cauernis obscurioribus, et profundioribus Terræ se celare. Et peccator fera illa pessima sæpe, nec ad considerationem ignis æterni, non fugit ad dictum Ignem æternum euitandum, pœnitentiam faciendo de peccatis suis, Quis enim eos tàm crudeliter iudicium abtulit.

Figuremus obsecro, quod in aliqua spatiosa Platea, multitudo magna hominum adsit, eisque ex parte Dulcissimi SALVATORIS NOSTRI fuisset nunciatum, quod vni ex dictis hominibus, fulmine Diuino erit percussus, & sic morietur, nullatenus nominatus, quis erit iste talis, certe talis nuntius in omnibus excitaret timorem, & pauorem, putando quilibet ad ipsum spectare talem mortem, sanè nullus ex eis non cogitaret res illicitas, sed vix ad manducandum, nec ad bibendum &c. Sed qualis timor excitaret in eis, si fuerit dictum ex Diuina, & infallibili relatione, quod pauci ex dictis hominibus euitassent mortem.

Quanto plus expauescerent, & horrerent, & sane gliscerentur sanguis in venis, & quã illibatè, & instè viuerent. Sed nos stulti, & verè prothostulti, vnde bene dicebat Paulus Apostolus, Quis nos fascinauit. Scimus enim quod fulmen Iustitiæ Diuinæ cadet in maiorem partem hominum Mundi. Quia multi sunt vocati, pauci verò electi. Et tamen dormit Mundus in suo solito letargo, tanquam nesciret, quod EX MERITIS VITAE DEPENDIT, ITE, VENITE &c. Verum nunc prosequendo loqui de horribili igne infernali,

Ad Tormentum igitur acerbi Ignis Infernalis, qui non extinguetur in æternum, vertatur attenta consideratio; Nam continuus gemitus, penalis sensus, dolor sum mus, cruciatus æternus, torquent animas damnatas, sed quemadmodum apud nos non est supplicium, quod igne arctius torqueat, sic nullum est, quod citius torpere desinat, & consumet, sed non sic ignis ille infernalis, qui, & acutissimè cruciat, & cruciare per totam æternitatem non cessabit.

Magna siquidē, ac valdè lucrosa est ista æternitatis ignis infernalis cordialis cogitatio nam ille sic euitatur, Famigeratum satis est illud DD. Medicorum Aphorismum, nempe

IGNIS, IGNI, REMEDIVM.

Nam cum manus, aut digitus vstulatur, remedium est præsentatissimum, vstulatum membrum, aut ardenti cereo, aut gliscenti igni, aut ardenti carboni apponere, Nam ignis ignem sui similitudine attrahit. Vnde si dum quis arderet pessimo igne committendi aliquod læthale peccatum, per quod efficeretur reus æterni ignis infernalis, optimum remedium erit cogitatione descendere in Infernum. Hinc optimum consilium Regis Prophetæ in Psal. 14. datum omnibus, & præsertim Peccatoribus, nempe

Discendant in Infernum viuentes.

Et subdit S. Bernardus, *Ne descendant morientes.*

Vnde, vt dixi, suum ignem pessimæ concupiscentiæ, prope ignem infernalem peccaturi apponant. Quo facto remedium afferret tali igni, Nam ignis infernalis est sic atrox & intolerabilis, vt noster ignis, respectu infernalis, sit pictus. A longè enim fugiatur quodlibet peccatũ mortale, nam illud nisi per pœnitentiam in hoc Mundo deletum fuerit in alio Mundo non delebitur, per totam æternitatem, nihil operante, atrocissimo tormento

Digitized by Google

mento dicti ignis infernalis æterni. Et inſuper illud erit cauſa, vt peccator ſpoliabitur æternis felicitatibus Paradiſi, per totam quoque æternitatem. Heu ad ſoli peccati mentionem eſſet ſtridendum, & dum occaſio peccati nos inuitat ad peccandum, tàm prodigi propriæ vitæ generosè exclamare debemus POTIVS MORI, QVAM FOEDARI, *vt ratiocinatus ſum in meo Tractatu de Teſtament. in Prælud. num.* 107. *& ſeq.*

Addo auream, & verè notandam ſententiam, viri alieni à ſplendore veritatis Catholici, nempe Seneca, qui ſic atteſtatus fuit ſcribendo ad ſuum Lucillum in epiſt. 42. ibi:

Si ſcirem Deos ignoſcituros, & homines ignoraturos, adhuc peccare nollem, ob peccati turpitudinem.

Puer, ſi moriatur Pater, non dolet, non lacrymat, non conqueritur, quaſi rem parui momenti amiſerit, ſciet, quando malum à bono diſcerner, quid, & quantum irreparabiliter amiſerit. Sic, & quando peccamus rem leuem, videtur nobis committere. Heu ſciemus, quando intrinſeco cordis dolore tacti agnoſcemus, & recogitabimus quid feeimus. & ſi amaro planctu illud delere non curabimus, amariori planctu nos miſeri, digni erimus, nam tunc in alio Mundo, nec per æternas lacrymas, nec per horrenda ſupplicia ſempiterna in aliquo delebitur.

Reditum nunc faciamus, non ad verbum Gehennæ, ſed ad ipſius Gehennæ conſiderationem, & meritò exclametur:

Nullus ex ijs, qui gehennam habent ante oculos incidet in gehennam, Nemo ex ijs, qui gehennam deſpiciunt, ac nouiſſima ſpernunt, effugiet gehennam.

Videatur S. Bernardus in tract. de Primord. Medijs, & Nouiſſim. noſtr. vbi plura & pariter ex noſtris *Steph. Nathen. in tractat. de Iuſtit. vulnerat. par. 2. tit. 4. ſub num.* 3. verſ. Gehenna, nihil poteſt intolerabilius excogitari, quis ad illam non trepidet, non expaueſcat, non timore concutiatur &c.

Gehennæ cogitatio eſt mortis æternæ abdicatio, & principium vitæ æternæ. Sedulò tamen moneo, vt tam mirabilia operetur ignis æterni conſideratio, quæ non debet eſse ſimplex, ſed radices emittere debet in corde humano, quia tunc fructus emittet; Nam ſi eſſet, vt dixi, ſimplex, vt fieri ſolet, vidua erit ſuorum mirabilium effectuum. Nonprodeſt cibus, nec accedit corpori, qui ſtatim ſumptus, emittitur.

Qui quidem effectus recognitionis, ſeu ruminationis, mirabiles, & non parum ſalutares ſunt, & raro practicatur: Si quæteremus in aliquo Conſulto, vel Academia, quęnam ſit illa res, quæ magis deficit in Mundo. Quis enim diceret quod FIDES eſt illa tres, quæ magis deficit in Mundo. Quis aſſereret eſſe ſpem. Quis ſentiret modicam eſſe Charitatem; Verum affirmat Propheta Hieremias in cap. 12. ibi:

Deſolatione deſolata eſt omnis Terra, quia nemo eſt, qui recogitet corde.

Dolendum non parum eſt, quod Theriaca recogitationis, Mundus ſit quaſi viduus, & tamen mirabiles effectus in corde humano operare apertum eſt, quia ſic cogitationes recogitando imprimuntur in corde humano, & radices emittunt, vnde ſic deuenitur ad ipſam rerũ recogitationem, qua nihil potentius eſt ad ipſam operationem aſsequendã.

Bene nouit ille, qui omnia nouit, SAPIENTIA increata Clementiſſimus D. N. IESVS CHRISTVS, dum proteſtatus fuit, vt habetur apud Ioan. cap. 17. ibi:

Hæc eſt Vita Æterna, vt cognoſcant te &c.

Speculum illud magnum Pœnitentiæ Magdalena Sancta, reflectens ad propriam vitam, & ad magnam Miſericordiam Diuinam cogitans ſuper quibus, recogitans feliciter ad cognitionem Veritatis deuenit, provt bene demonſtrat Sacer Euangeliſta Lucas cap. 17. *Vt cognouit &c.* & quid operata fuerit talis cogitatio, et cognitio euẽtus benè demonſtrauit, quia ipſa fuit magnum ſpeculum pœnitentiæ omnibus pœnitentibus.

Valerem multa alia exempla referre circa talem materiam potentiæ cognitionis Veritatis

Digitized by Google

ritatis, vt ſtatim cognita ea mirabilia operetur in cordibus humanis, ſed ne longior ſim illud tantum ſubdam, & perlegi in Vitis PP. Prædicatorum par. 4. cap. 10. de quodam famoſo Lectore Bononiæ, qui ne ſe preſentem reperiret alicui Cõcioni, potius ſe reliquiſſet raptare ad Furcas, quàm ad Eccleſiam, Concionem auditurus, & quia ſuper hocſe gloriabatur, fuit ab eius Diſcipulis raptatus ad Concionem audiendam. Vnde de ea non audiuit, niſi ſequentia verba, ſcilicet, Quod non omnes moribundi dicturi erunt cum gloriõſo Proto-Martire Stephano ſanctiſſimo.

ECCE VIDEO COELOS APERTOS.

Imò potius viſuri erunt Infernum apertum ad eos per totam æternitatem deuorandos &c. ex quibus verbis, aperti fuerunt oculi eius & ſic cognouit veritatem, cooperante recogitatione efficaci, nam nullatenus domum redeundo, ſed vltimum vale dedit Mundo, & ſe fecit diſcipulum Magni Patriarchæ S. Dominici.

Bonæ enim recogitationes, quãdo emittunt radices in corde humano per conſiderationem continuò viuificant, calefaciunt, liquefaciunt, illuminant, mandant &c. optime ſe geſſerunt boni illi CHRISTI Fideles de Tempore Marci Aurelij Imperatoris, qui audientes commemorationem facere de terribili, & valde horribili pauore & timore extremi Iudicij diuini illud recogitantes perteriti ratione talis formidinis ſtolidi & inſenſati vid ebantur.

Vnde fertur predictum Imperatorem, vt amoueret id, tuliſſe legem, ne amplius fieret mentio de tali Iudicio finali ſub pœna perpetui exilij, quia indicibilem terrorem & pauorem excitabat in cordibus humanis talis Iudicij commemoratio.

Cęterum prædicta lex non erat attendenda, cum in alienam meſſem fuerit immiſſa falx Nam in his terminis obſeruanda lex Diuina venit. Beatiſſimo Petro aſſeuerante in actib. Apoſt. Cap. 10. ibi *Præcipit nobis prædicationem populo & teſtificari quod eſt conſtitutus Iudex à DEO vivorum & mortuorum*. Ac eccleſia ſancta DEI ordinauit vt bis in anno prædicaretur & exageraretur magnus timor & tremor quem allaturum erit extremum Iudicium Vniuerſale, de quo ſatis ample teſtificantur ſacra Euangelia.

Noſtris tamen calamitoſis temporibus non ſunt homines ſicut erant de tempore dict. Imperatoris Marci Aurelij, Nam ad mentionem & exagerationem Tremendi Extremi Iudicij, ſic remanent ſtolidi & inſenſati proinde ac ſi ad ipſos non ſpectarer tale Iudicium & pro eis eſſet mera fabula.

Tempus iam eſt vt redeam recta linea, ad ea quæ dixi ſupra de Iudice, qui vt validè & iuſtè iudicet, duo Salia habere debet, ſcilicet, Scientiæ, & Conſcientiæ, Nam. vt dixi, ſine Sale Scientiæ eſt inſipidus & ſine Sale Conſcientiæ eſt diabolicus. Iudex enim imitari debet figuram Circularem quę illud habet ſingulare, vt in eodem puncto, & ſuum ortum, & ſuum occaſum habeat. Atque ob hanc rationem, ſeu naturam Circuli, qui vt dixi, idem punctum eſt, & principium & finis, atque talem figuram adduxi ad demoſtrandum qualiter ſe gerere debet bonus Iudex Nam & Iudex, qui Vir bonus acclamatur, imò Anima ipſius legis dicitur. Principium illud bonum, ſeu cõſtans, & perpetua voluntas vnicuique illibate tribuendi quod ſuum eſt, procedit ab ipſo DEO, tamquam omnium rerum, & maximè bonarum intentionum directore & in eodem puncto, à quo habitum fuit principium, ideſt, à DEO, eſt quoque faciendus finis, ad inſtar, vt dixi circuli qui in eodem puncto & principium & finem habet, *vt bene docent Theologi & præſertim S. Nazianz. & alij relati per pium Iuriſconſult. Franciſc. Viu. decis Audient. præſertim S. Ionum. 1.* Principium & finem omnium rerum DEVM eſt, & ſic ipſe eſt Alpha, & Omega, Et omnium Conditor.

Cœterum ſupradicta adduxi ad reducendum in memoriam Iudicum, qualiter vt iuſtè iudicent ſe gerere debeant, Hinc eſt quod laudabiliter ſolent, ipſi Iudices verba illa

Solum

Digitized by Google

Solum DEVM præoculis habentes, apponere in ſententiis, tanquam proteſtantes ſe eſſe alienos, ac penitus viduos ad ſic iudicandum quolibet ſuſpectu & reſpectu aut intereſſe humano, dum ſolum ipſum DEVM in mentem habent, qui eſt Iuſtitiæ oculus.

Et ſic bilanx Iuſtitiæ regulatur tantum à iuſto, & non vergit in eam partem, in qua maius eſt pondus, prout non raro fieri ſolet à Iudicibus, vt ſatis notum eſt. Et ex noſtris refert, *Vaſquius in leg. ſi quis in ſuo circa finem C. de offic. Iud.* Quod cum cuidam Iudici fuiſſent data à parte victoriam cauſæ anhelante, multa aurea ducata in quibus impreſſa erat cuiuſdam valdè terribilis & tremendi bellatoris imago, ſtatim faſſus fuit ipſe Iudex quod debellatus remanſit, quia reſiſtere non valebat tot ſtrenuis Militibus. Et ſicuti habetur *in Prouerb. cap. 23.*

Qui dat munera aufert animam accipientis.

Aliud tantum, turpe factum cuiuſdam pariter Iudicis auari deducam. Quidnam enim creditor apud Iudicem, ſolidorum mille poſcebat depoſitum, qui Iudex ſuum ſuauem pecuniæ odorem olfeciſſet, creditori dixit, *Vbi pars?* Cui creditor putans, quod Iudex intelligeret, vbi erat pars aduerſa, & eius rationes etiam ipſe audire valeret. reſpondit, ſi quidem nulla erat in iudicio controuerſia, nullus creditorum concurſus, nullum in depoſito vinculum, nulla conditio, quinimo reum non alio obſignatam pecuniam depoſuiſſe, niſi in ſuo creditori allicò ſolueretur, ſtante eius petitione.

Atque Iudex propenſius, inſtabat, dicendo, *Vbi nam Pars?* Tunc creditor, iterum non eſſe opus parte replicauit. Verum tamen tertiò Iudex alta voce clamitauit, *Vbi nam pars? & non decernam, quidquam niſi veniat pars?* Tunc prudens amicus creditori dixit,

Stolidè, an non vides de parte pecuniæ Iudicem intelligere,

non autem de parte aduerſa, & tàm diu incautè tu ſic opinaris. Commonefactus creditor in ſe reuerſus, cœpit cum Iudice blandè agere, atque partem pecuniæ eidem Iudici ſpopondit, cumque centum ſolidos in ſacculo obtuliſſet ei, quos centum ſolidos tantum Iudex cum numeraſſet, dixit creditori, Legum diſpoſitionem, Nos Iudices lites Iuribus dirimimus. Vnde tu non inſtè feciſti, quia pars de Iure dimidium pretij eſt. *leg. nomen filiarum. §. 1. in fin. ff. de verbor. ſignif. leg. ſi quis aliquid. §. qui. vbi gloſſ. ff. de pœn. leg. edict. ff. de Iur. Fiſc. videatur etiam Franciſ. Marc. deciſ. 339.* De qua Iuris diſpoſitione non parum indoluit miſerrimus ille creditor, & quia aliter facere non potuit, quingentos ſolidos, ſordidiſſimo Iudici inuitus exburſauit.

Certè certè, ſi Iudices attente conſiderarent quàm eſecrandum peccatum ſit dum iniuſtè iudicant quidem exclamarent.

NOLO TANTI EMERE POENITENDVM.

Non incongruit hic quod ex noſtris exaggerat *Io. Oinot. in Commentar. ad Inſtitut. Imperial. lib. 4. titul. de Action. §. Curare. num. 2.* Vbi poſtquam etiam monuit, quod Iudex debet eſſe Vir bonus & ſic debet habere Scientiam & Conſcientiam ideſt Sapientiam, & Timorem DEI, quibus ſtantibus alieni erunt ab iniuſte iudicando, deinde pie & Catholico calamo admonet *poſt Gloſ. Iuris Saxon. articul. 40. lib. 3.* Quod ipſa illa hora quando Iudex iudicat de alijs, ipſe Iudex à DEO iudicatur ac deinde perbelle, & egregie commonefacit Iudices vt par eſſet quod Iudices.

Imago extremi Iudicij in loco Iudiciorum haberent &c.

Sane quidem ſimplex d. Iudicij imago, magnum ſolet inferre tremorem, Narrant Hiſtoriæ & refert *Cedrenus in Compend. Hiſtor. Carepar.* & ex eo amplam fidem facit *Nicolaus Cauſſinus Societ. IESV de Aegiptior. Simbolic. Sapient. lib. 3. titul. 42.* Vbi refertde Bogaro Bulgarorum Principe, cui cum nouam domum ædificatam, vellet picturis exornari, iuſſit vt per Monachum Romæ oriundum, Pictorem excellentem, & maxime in pingendis hiſtorijs, picturis adornaretur, & cum ipſe petiſſet à Principe quid in

magno

Digitized by Google

magno quodam loco voluiſſet vt pingeret, qui reſpondit, vt arbitrio ſuo aliquid pingeret, dummodo hiſtoria ſumme eſſet pauenda & horrida.

Monachus ille pictor, ſecundum CHRISTI aduentum pinxit, quando ſcilicet venerit SALVATOR Mundi ad iudicandum ſæculum per ignem, & ſic ad Iudicandum viuos & mortuos, illudque terribilius quàm potuit, ac ſciuit pingere ſategit. Terminatam picturam, aſpiciens Princeps ille, ab vna parte Iuſtorum cœtum, ab alia parte Turbam damnatorum, perhoreſcentem iratam non parum tam ſecuri Iudicis faciem, & mox ab eodem in æternis pœnis in æternum expectantes irreparabiliter condemnari, in hoc edocto à Pictore Monacho, qui adeo extimuit.

Vt quàm citò ſuam abiurauit Gentilitatem, & Superſtitionem
& intempeſta nocte voluit baptizari &c.

Contra quem Principem inſurrexerunt, Proceres Bulgarorum, quos cum nonnullis, ex ſuis crucis ſigno facto fugauit, & alios, rei inopinatæ euentu perterritos, ad fidem CHRISTI feliciter perduxit.

Modo terminaturus, quæ dixi in hac digreſſione circa magnum timorem & tremorem diei Iudicij Finalis, adducam quod refert *Io. Climacus grad. 6.* de quodam Monacho qui perſiſtendo in mortis articulo fuit raptus in ſpiritu, & vidit rigorem & ſeueritatem terribilem extremi iudicij finalis, quem diem omnes expectamus. Qui Monachus cum ex ſpeciali diſpenſatione DIVINA reuerſus fuiſſet in ſe, vt mutaret in melius vitam ſuam rogauit Monachos omnes vt cubiculo exirent & exorauit Abbatem vt portam d. cubili obmurari faceret.

Vbi ſtetit incluſus per ſpatium duodecim annorum abſque quo, cum nullo loqueretur, ſubſtentando ſe cum pauco pane & aqua, quæ erat ei ſubminiſtrata à Monachis & perſiſtendo in Cubiculo tenebat faciem plenam lacrymis cogitando ſemper ad magnum terrorem dicti iudicij, donec præuidendo ſuum obitum rogauit Abbatem vt aperire faceret cubiculi portam & intrauerunt Monachi, & videntes eum, quaſi in agonia poſitum inſtanter, & inſtantiſſimè rogauerunt ipſum, vt aliquod verbum ædificationis eis relinqueret. vnde ſic ex corde faſſus fuit.

Dicam vobis in Veritate (O Patres Cariſſimi) quod ſi homines cogitarent cum attentione & viua fide quàm terribile & tremendùm erit Dies extremi iudicij Vniuerſalis, nunquam auderent peccatum aliquod committere &c. De quo facto atteſtatus fuit idem Ioannes Climacus quod ipſe fuit Teſtis de Viſu. Apud nos Legiſtas, eſt canonizata concluſio illa, Quod teſtes de auditus non probant, ſed de viſu probant, vt notum eſt.

Quidem erit valde terribilis dies ille extremi iudicij, idque patebit ob horrorem Citationis, ob rigorem examinis, ob confuſionem conſcientiæ, ob ſeueritatem Iudicis, ob irreuocabilitatem ſententiæ, ob pœnam irremediabilem. Addatur ob complementum, illa deſolatio magna damnatorum, quæ magis deſolabit eos, quia ante quam Miſericors DEVS noſter promulgabit contra ipſos ſententiam condemnatoriam benignitate, & clementia plenùs, inuitabit ſanctos, & iuſtos, ad ſuam ſocietatem, dicendo, Venite Benedicti Patris mei, poſſidete paratum Vobis Regnum, à conſtitutione Mundi Qualis inuitatio rabioſe dilacerabit damnatorum corda, vt conſiderauit S. Bernardus in Pſalm. Qui habitat &c. ibi *Prius Benedicti vocabuntur in Regnum, quam maledicti deijciantur in caminum Ignis æterni, quod videlicet acrius dolebunt, videntes, quid amiſerint;* Reflectebunt tunc miſeri illi.

Quod ipſimet dederent cauſam (Heu) quare non fuerunt numerati inter dictos fortunatos electos, & tanto bono priuati fuerunt, forſitan ob aliquod iniuſtam actionem, ſeù ob carnis voluptatulam, ſpurcam, & momentaneam, & fugaciſſimam, quæ prius

Digitized by Google

euaneſcit, quàm quod aduertatur, Vel ob breuem iram, vel ob aliquod leue, & iniuſtum lucrum, vel ob aliquod furtum, ob inuidiam &c.

Vnde ob res tam leues, & Cœlum beatam illam, & æternam Manſionem perdiderunt, & Infernum, horrendam illam ſempiternam cauernam acquiſiuerunt; itaque damnati fuerunt, quia voluerunt. Inſuper à vultu DEI, in qu conſiſtit Beatitudo æterna proiecti fuerunt, quia ipſimet, peccando ab illo oculos auerterunt. Vnde propria culpa damnati ſe reperiuntur, Ex toto enim Beati fuiſsent, ſi voluiſsent, Facili enim negotio, & opera Cœlum eis emereri licuiſset, prout omnes Beati fecerunt, ſed ipſi differendo, vel negligendo, clauſis oculis, tamquam in lectica poſiti, in Infernum in æternum præciptarunt, iſtæ enim cogitationes tardæ miſeros damnatos cruciabunt, & plus omnium eos dilanunabunt.

Congruit hic, quod legi apud Plutarchum, de Liſimaco Rege qui cum fuiſset ab exercitu inimico obſeſſum ſtatuit ipſis inimicis ſe reddere, ob magnam ſitim, qua ipſe Rex, & ſubditi torquebantur. Sicque poſtquam ſe reddidit, allatus fuit ei Calix Criſtallinæ aquæ, quam vix ebibit, dolenter, & lacrymans dixit,

Dij boni, ob quam breuem voluptatem Regnum amiſi, & ex Rege ſeruum me feci.

Et tamen iſte Rex poterat conſolari, quia id fecit, vt effugeret inſtantem mortem, quæ ei, & omnibus ſubditis imminebat. Quale ſublamen non habebunt damnati, imò, & ſi non peccaſſent vitam æternam acquiſiuiſſent, ſicque ſoli ipſi qui aut nolendo aut differendo iuſtè viuere, fuerunt cauſa tanti mali, Sane ſi prædicta mente attente reuoluerentur in maiori obſeruantia apud omnes eſſent aurea illa tria præcepta Iuris noſtri Cæſarei, nempe.

HONESTE VIVERE, ALTERVM NON LAEDERE,
ET IVS SVVM VNICVIQVE TRIBVERE.

Vt habetur *in leg. Iuſtitia, ff. de Iuſtit. & Iur. & in §. Iuris præcepta Inſtitution. pariter de Iuſtit. & Iur.* Ita enim viuendum eſt, vt in æternum viuamus, & non in æternum rabiosè moriamur, Terminare iam intendo. ſatis enim vagaui, ſed peto veniam, qui enim agnoſcit ſuum errorem, ac illum fatetur, quaſi innocens eſt ſi quidem non peccaui, imo conatus ſum auertere Mortales à peccatis, ante eorum oculos tam terribilia apponendo, timor enim valde operatur, multoties enim, quod non potuit amor, perfecit timor. Vellem enim, & ex intimo cordis deſidero, vt omnes homines ſaluarentur, etiamſi oporteret pro ſingulis mori, quod libenter facerem, mediante gratia DEI, cum qua omnia quamuis ardua nos miſeri Mortales poſſumus.

Redeundo modò ad relictam materiam de ſcelerato illo & iniquo Iudice, qui, vt dixi, ob ſtrenuorum militum Multitudinem, in aureis Monetis, impreſsam fatebatur ſe debellatum, & ſic iudicauit, ſecundum voluntatem partis, quæ obtulit nummos aureos, & non vt debebat, Abſit enim & tempus in omne falſum ſit, quod in Magiſtratibus, Iudicibus &c. regnet peſſima illa fera Auaritiæ, quia tunc actum eſt de Iuſtitia quia in tali iudice nec iuſtitiæ veſtigium aliquod erit. Et tamen atteſtante Oraculo Celeſti in Eccleſiaſtic. cap. 7.

Auaro nihil eſt ſceleſtius. Et radix omnium malorum eſt auaritia.

Iuſtitia enim atteſtante Ariſtotele ſcribendo ad Alexandrum Magnum Vtilior eſt ſubditis, quàm ipſa temporis fertilitas, à iudice enim auaro vix ſperari poteſt iuſtum: Iuſta enim ab iniuſto petere inſipientia ſumma eſt, inquit, Plautus & ſecundum Oratorem Romanum. Nihil enim tam ſanctum eſt & nihil tam munitum quod pecunia expugnari non poſſit: Iudex enim deditus auaritiæ ſuum bonum particulare querit, non bonum vniuerſale, gaudent de ſubditorum malefactis vt pecuniæ pœnam conſequantur, &

non

Digitized by Google

non attendunt quis, aut quantum peccauerit, ſed quantum quis ſoluere poſſit.

Tandem apud eoſdem iudices omnis noxa omnis error omnia maleficia mediante pecunia laxantur & delentur videatur Os illud aureum S. Io. Chriſoſtomi in Geneſis cap. 35. homil. 59. in Pſalm. 90. & in cap. Matth. 4. Homil. 12. & 15.

Caueatur igitur ſummè ab eis Iudicibus, qui auaritę dediti, ſunt Ne de illis dicatur illud Diogenis aſſerentis de Officialibus quibuſdam iuſtitiæ furem ducentibus. *Ecce magni fures ducunt paruum.* Atteſtante enim S. Auguſtino quid ſunt regna ſine iuſtitia niſi latrocinia, & quid ſunt latrocinia cum iuſtitia niſi iuſta Regna, ſed ne longior ſim videatur ex noſtris Auguſtin. Barboſ. in cap. peccatum de Regul. iur. in 6. & de potentia pecuniæ late videatur apud Iudoc. Damhouder in ſuis locis commun. aut ſimil. in verb. Pecunia & ibi comment. Qui enim habet nummos, quamuis nocens ſit, non dubitet pro inſonte declaraui; Hinc cernit Poeta ille:

Quis quis habet nummos, ſecura nauiget aura,
Fortunam ſuam temperet arbitrium.

Contra inutiles, iniquos, ſtultos, ſordidos, imprudentes Iudices (bonos ſemper excipimus) eoſdemque auro, & aura ad Magiſtratus euectos, non niſi auro & auræ reſpondere faceſque ſubmittere iura ſepiùs conqueruntur *l. 1. ff. ad leg. iul. de ambitu l. fin. C. de pe. iudic. qui male iudi. l. properandum §. ſin autem vtraque C. de iudi. l. 3. 2. reſp. C, de off. rect. prouin. l. ſi quos C. perfec. pretori. l. venales C. quando proro. non eſt neceſ. l. vlt. C. de inſt. reor. l. Iudices C. de dignit. lib. 10. Auth. iuſiurandum quod præſtat in fin. Accur. in §. an certe in ver. adminiſtratorem ex eo tex. Authen. vt iudic. ſine quo ſuffra.* ſuccenſet malis iudicibus *Caſſaneus catal. part. 6. conſ. 5. ſeq. indign.* ſedoque auaritiæ tramite, qui Galliæ tum inoleuerat nolle vnquam Magiſtratus, & dignitates capeſſere ob teſtatur cui ſuſcribit *Afflict. in cap. ſi duo de pace ten. in vſi. feud.*

Congruunt quæ vſque ad exſcandeſcentiam ſcribit *Hippoly. Marſil. in fin. Rub. de fideiuſſ. poſt. num.* 383. Hiſce verbis, Sed heu, heu, vehementer dolore premor, cruciorque, quod opera mea, aliaque proborum virorum peruenerunt in lucem hac labe temporum, in quo omnis eſt ſublata, & nulla regnat, nec viget iuſtitia, ſed

Iuſtitia penitus eradicata, eſtirpata, lacerata, mortua, & ſepulta iacet.

ideoque modernis temporibus, non opus eſt legibus, iuribus, nec eruditis viris quoniam ſolum viget pro ratione voluntas, libitum prorecto, ac cæca voluntas ſubrogata eſt in locum iuris, & Rationis, & verè non fallor, multi ſunt ius dicentes quibus quod placet, idem licet, & quamuis iura allegentur, & oſtendantur de directo tamen ex ſuâ ceruice ſententias contra ius, luſtitiam æquitatem & bonos mores audacter proferunt, ſed quod deterius, & crudelius eſt, ne dum hæc in Ciuilibus, ſed etiam in criminalibus committuntur vbi agitur de vita hominis, & de præiudicio irreparabili, nam homines morti tradunt iniuſte, nulla lege Ciuili, aut municipali, nulloque iuris ordine ſeruato, ſed leuato velo prout eorum cerebro & cæcæ voluntati videtur, & placet, & ſi aliqui euadunt vitam, eorum burſa non euadet anguſtiſſimam infirmitatem, quoniam à ſceleſtiſſimis Iudicibns euiſcerantur, excoriantur, ac phlebotomantur vſque ad ſyncopim incluſiuè, quod vero verius eſt. Quare cum vlterius non ſit locus legibus, iuribus ſtatutis, nec Iuſtitiæ quieſcite Iuris labores, Patres fratres, filij quieſcite iterum, parcite laboribus ſudoribus vigilijs, nulla apud nos ſit reuolutio chartarum, pereat doctrina, bandiatur ſcientia, Impreſſores librorum iuris, & bonorum artium ab impreſſione deſiſtant, laborioſi parentes amplius non mittant, ſed magis reuocent filios à ſtudijs.

Multi herchle Iudices hactempeſtate reperiuntur, qui ne dum in iuſtitiam continuò adminiſtrant, ſed tali perpetrato ſcelere gandent, lætanturque, & coram populo

Digitized by Google

gloriantur, & magis sitiunt humanum sanguinem, quam vinum maluaticum Hucusque *Hypollit. de Marsil.* Alia non refero contra iniquos Iudices (exceptis semper bonis, vt dixi) qui hæc incidenter refero, nã in latiori Campo, idest in meo *Tractat. de Consolatione Afflictorum*; vbi affluenter afferam plura; & præsertim quæram, *An si mulier auro, & muneribus, solicita cognoscatur, dicatur per vim cognita.*

SVMMA ENIM VIOLENTIA, EST VBI NVMMORVM PERORAT PLVRALITAS.

Tunc enim Dialectica muta est, subtilitas Rethoricæ langueſcit, Omnia vincit amor, sed amorem, munera vincunt; Sanè, & auri fames est sacra &c. Nam, & ipse Iuppiter placatur eis &c. & vt terminem loqui de auaris Iudicibus, dicam quod

Iudices tales, grauius lacerant pauperes, quam non facerent cruenti hostes.

Nullus est Latro sic crudelis, sicuti Iudex auarus.

Expeditus modo de Iudicibus in genere redeo in specie ad vos RR. PP. DD. Auditores Sacræ Rotæ Romanæ supremos Iudices de quibus loqui ineepi supra, & gaudeo quod prætiosa illa duo salia de quibus supra dixi, in summo gradu, & affluenter in tanto Tribunali abundè adsit. cæterum absit à me, vt modo diù insistere valeam ad id demonstrandum, quia certè candido egerem elleboro, cum rei demonstratæ vana sit demonstratio, & Sol non eget luce aliena. Pleno insuper ore fateor, quod alicui canoræ Tubæ debentur laudes tam supremi Tribunalis Vrbis, & Orbis.

Ego enim in tanta librorum lectione, & reuolutione illud tantum perfecte didici, quod ego nihil scio, in tantum quod dicam pro veritate illud quod dicebat pro humilitate Magnus Pater S. Augustinus vt quamuis senex esset nihilominus paratus erat discere etiam à puero vnius anni; Congruit factum illius Philosophi præclari, qui cum pallio, & barba Philosophica posuerat in instrumento illo in quo infantes discunt ambulare, vulgò *Andarello*, cum inscriptione *Ancora imparo*.

O quanti ad Sapientiæ culmen peruenirent, nisi iam se peruenisse somniarent &c.

Sicuti accidit cuidam superbo, & ventoso Viro; qui mediante sua scientia, cum esset tantisper inalbatus Scientia Legali, prætendebat se magnum esse Iurisconsultum, fastose iactando, quod ipse paratus erat cum sola naturali ratione decidere, quamuis arduam, & nodosam Iuris quæstionem, sed sanè petulantiæ suæ condignè soluit poenam, itaque poterat conquæri cum illo, qui ceecinit.

HEV PATIOR TELIS, VVLNERA FACTA, MEIS.

Accidit enim, quod cum dictus Petulans esset debitor in centum ducatis aureis cuidam Seni, qui iussit ei, vt dictam summam persolueret cuidam Andreæ, & ad hoc mandatum dedit eidem, Accidit enim, quod paucis ab hinc diebus, mortuus est Senex, & Petulans ille post dictam mortem, persoluit dicto Andreæ summam illam ducatorum aureorum centum, & ab eo solitam quietantiam reportauit.

Mox Ioannes hæres dictus Senis, vocauit in iudicium prædictum Petulantem ad soluendum prædictum debitũ; Atque ipse talem petitionem pleno ore deridendo, in actis produxit mandatum, cum quietantia, & asseruit, quod Iudex non poterat iudicare, nisi ad eius fauorem, quia debitor satis soluit, qui semel soluit, prout omnia iura, & rationes clamitant.

Verum Iudex, reiecto dicto mandato, iudicauit pro dicto Ioanne, & condemnauit præfatum Petulantem ad soluendam dictam summam dicto Ioanni, vti hæredi Senis. Ea scilicet ratione, quia præfatum mandatum re integra expirauit per mortem mandantis, *iuxta Text. in leg. finali in 2. respons. & ibi gloss. ff. de solution. Hippol. de Marsi singul. 44.* Quod sanè ægre tulit Petulans ille, & abiurauit suam petulantiam, maledicendo quoque Iura Romanorum. Versũ non fuit ista pœna condigna tantæ arogantiæ.

Nam

Digitized by Google

Nam cum Ioannes vrgeret eum, ad ſoluendum talo debitum, verum ad pietatem motus à precibus Petulantis, & maximè, quia Andreas ille, cui facta fuit ſolutio erat Mendicus, itaque induxit ei tempus duorum annorum ad ſoluendum, aut ſibi, aut Petro, cui ipſe voluerit.

Lapſis illis duobus annis, cum Petulas ille nequaquam ſoluere inciperet. Vnde ſtante tali mora, Andreas conuenit dictum debitorem ad ſoluendum, & inſtabat apud Iudicem, vt contra eum relaxaret mandatum; vnde turbatus dictus Petulans ſoluit dicto Petro, cui ex beneplacito ipſius creditoris poterat ſolui, dum dixit Mihi, aut Petro, & ei ſoluit, mordicus inſiſtendo, in illa ſua prætenſa Scientia Legali, conſiſtente, vt aſſerebat ipſe; in ſola ratione naturali, & ſic Petro ſoluit, vt dixi, & reportauit ab eodem quictantiam in forma.

Sed Ioannes magis vergendo apud Iudicem, vt relaxaretur contra ſuum debitorem; quare dictus Petulans in actis produxit dictam tranſactionem inter ſe, & Ioannem factam, nempe quod ille induxit ei, vt elapſis duobus annis ſoluere, aut ſibi, aut Petro, cui ipſe voluerit, aſſerendo quod eum ipſe iam ſoluiſſet dictam ſummam Petro, & produxit etiam illius receputam, non poterat amplius aſtringi ad ſoluendum.

Verum Iudex, nihil operante tali productione, condemnauit debitorem illum ad ſoluendum, & ſic ad fauorem Ioannis creditoris iudicauit, ea ductus ratione, quia talis ordinatio, vt ſolueret ſibi, vel Petro, & ſic cui voluerit, intelligitur, rebus in eodem ſtatu permanentibus; Vnde poſt litis conteſtationem, non rectè fuit ſolutum Petro. *text. eſt in leg. ſi quis ſtipulatus fuerit. ff. de ſolut.* Alternatiua enim illa Mihi, aut Petro, per litis conteſtationem expirauit, ſicuti expiraſſet morte, aut mutatione ſtatus. *leg. ſi quis ſibi, vel Titio, ff. de verbor. obligat.*

Quare id agnoſcens Petulans ille, quaſi ad ipſam deſperationem fuit deductus, dum tertio cogebatur ſoluere, quod vnica vice bonâ ſoluiſſet, ſi ſe informaſſet ab aliquo, qui verè in Iure peritus erat, obſeruando prudens illud monitum:

IN CAVSA PROPRIA ADVOCATVM QVÆRE.

Quare iterum ille abiurauit ſuam petulantiam, & arrogantiam, qui cum haberet caudam tantiſper inalbatam Legum Scientia, ſe magnum profitebatur Iuriſperitum, ſicuti prætendebat ridiculus ille Mus, qui ſupra iam dixi, cum haberet extremitatem caudæ tantiſper inalbatam farina, prætendebat eſſe in numero Molendinorum, aut ſtulta Muſca illa, quæ exiſtens in cornu cuiuſdam Bouis arantis, & interrogata, quid ibi faceret, reſpondit arroganter, Aramus &c.

Tandem, vt in omnibus obſeruem ſæpius ſupra memoratam naturam Circuli qui in eodem puncto a quo habuit ſuum ortum in eodem pariter habet ſuum occaſum; Quare cum preſens Epiſtola habuerit ſuum ortum, ſeu principium de Glorioſiſſimo Magno Patriarcha S. Ioſepho loquendo. Ita quoque verba faciendo de eodem Sanctiſſimo Patriarcha terminare intelligo, & ſic vbi habuit ſuum ortum, erit occaſum.

Vnum tamen non parum me turbat (O Magne Princeps Celeſtis) Nam mea voluntas non reſpondet viribus meis, ſcio quod in magnis voluiſſe faris eſt, verum contentus non remaneo; Amor enim meus & affectus Magnus quo te proſequor, vrget me ad aliquid dicendum de TE, Scio quod iſta erit temeritas, verum, ſcio etiam ex alia parte vernaculum illud vulgare dictum.

Non ſi conoſce errore le doue regna Amore.

Summo igitur digito tangam quàm ſublime & excelſum fuerit, ex quo TV fuiſti Sponſus & Maritus intemeratæ, & ſemper Benedictæ Virginis MARIÆ, cuius merita & prerogatiuæ quam vis plures & mirabiles ſint attamen explicantur, & includuntur in illis breuiſſimis verbis Sacrorum Euangeliſtarum, nempe.

DE

Epiſtola nuncupatoria

DE QVA NATVS EST IESVS.

Nullatenus poſtea attribuendo tam Glorioſæ DOMINÆ alia encomia, titulos prærogatiuas &c. Optime quidem & egregie, ac tanquam Periti Aulici in hoc ſe demonſtrarunt Sacri Euangeliſtæ; Quoniam nullatenus ſecundum terminos & regulas bonæ Vrbanitatis, dare titulum *Altitudinis* ei cui antea datus fuit titulus *Maieſtatis*. Sicuti indecens eſſet tribuere titulum *Excellentiæ*, ei cui antea datus fuit titulus *Altitudinis* &c. Nam hoc aliud non eſſet quam deludere & deridere tales perſonas.

Sic & aſſerere poſſumus in caſu noſtro, dum enim titulus ille MATRIS DEI ſit per quam eminentiſſimus ita vt dici poſſit *Non plus Vltra*, Vnde perite, vt dixi, ſe geſſerunt prædicti Sacri Euangeliſtæ dum omnes alios titulos tacuerunt.

Deſiſto loqui de tanta VIRGINE, nam non eſſet ita facilè breuiter aliquod aſserere. Et iam aliqua deduxi de ea *in Epiſtola Dedicatoria in meo Tractatu de Teſtamentis, & copioſius in altero Tractat. de Validitate Legali*. Atque in altero meo tractatu mox edendo (ſi Benignitati DIVINAE placuerit) *de Conſolatione Afflictorum*, *Controuerſiæ Legales*. Quale Volumen gaudeo tantæ VIRGINI inſcribere tanquam CONSOLATRICI AFFLICTORVM, vt ſit talis mihi, omnibuſq; meis, & Cæteris ea piè legentibus, dum erimus valde, & valde afflicti, ideſt in puncto illo ineuitabili mortis noſtræ, ſed ad nos.

Tanta enim & Talis eſt, vt dicebam, Dignitatis amplitudo, & magnitudo Tua (ò Sanctiſſime IOSEPH) dum decoratus fuiſti.

Suprema illa Dignitate, vt eſſes Sponſus Matris DEI,

nam *Teſte S. Thoma Doctore Angelico in Summa part. 1. queſt. 45. artic. 6. ad 6.* eſt dignitas ſic ſublimis, vt ſit quaſi infinita, & apud eundem videantur rationes ne longior ſim, Felix, & Beatus fuiſti dum in Vxorem ſortitus fuiſti tam ſublimen Reginam Angelorum, à qua adeo cordialiter dilectus fuiſti. In tantum quod probabiliter credi poteſt, quod nullus maritus Mundi fuit, nec erit, qui ſic à ſua Vxore dilectus fuit, quantum à Beatiſſima Virgine MARIA prædilectus fuiſti, qualis tamen amor fuit ſanctus, ſpiritualis, iniunctus cum amore DEI.

Inſuper valde (ò Beatiſſime & Glorioſiſſime Patriarcha Ioſeph) extollendus es, quia ſi valde æſtimantur in Eccleſia Catholica, & quidem cum non parua ratione, Sancti deuoti Tantæ Virginis, ideſt *S. Lucas Euangeliſta*, quia eam pinxit. *Sanctus Dionyſius Areopagita*, qui diſceſſit à Ciuitate Athenarum, vt eam viſitaret. *Sanctus Cyrillus Alexandrinus*, qui defendit eius nomen, tamquam MATRIS DEI. *Sanctus Ioannes Damaſcenus*, qui de ea ſcripſit, & à qua recepit manum ſibi prodictorie obtruncatam. *S. Illephonſus*, qui diſputando viriliter patrocinatus, candorem illibatum tam puriſſimæ VIRGINIS in præmium recepit ab ipſamet Immaculata VIRGINE caſulam ſacerdotalem in Eccleſia Toleti. *S. Bernardus*, cuius os dulce factum fuit cum Radio eius lactis quod ex ſuo pectore eidem aſperxit ex quo factum eſt, vt ipſe tam dulciter & melliflue de ea loqueretur. *Sancta Brigitta*, quam docuit in reuelatione altam, & ſublimem doctrinam, & ſic de alijs pluribus Sanctis.

Quantò fortius eſt conueniens, quod TV in Eccleſia Sancta DEI extollaris, tamquam

Verus Sponſus, & Maritus Immaculatiſſimæ VIRGINIS MARIAE.

Vnde colligi poſsunt omnes tuæ laudes Vnico Verbo quod TV Fuiſti SPONSVS MARIAE. Non tamen arbitror cum hac Tantum prærogatiua, de TE loqui deſinere Nam aliam deducere intelligo, quæ non eſt minoris admirationis & ſtuporis, iam adductæ.

Illa nempe eſt, quia propter tuam ſublimem ſanctimoniam dignus fuiſti,

Patrem putatiuum ipſius FILII DEI *vocari, & extolli*.

Pulcherrimus fuit color ille Rethoricus illius celebris Oratoris, qui laudando excellentias Philippi Regis Macedoniæ, & refert Sabellicus animaduertendo torrentem Regia-

giarũm Virtutum & laudum reddere eius ingenium, infœcundum ad eum laudandum, ſic conuerſus ad ipſum Regem, locutus fuit.

Taceo (ò Philippe) tuas glorias & magnitudines, tuam illuſtriſſimam progeniem à qua tu deſcendis, ſub ſilentio pono, tot Ciuitates, Prouincias &c. à te debellatas & tot Trophea à te reportata, ſed illud dixiſſe ſufficiat.

Filium habuiſſe Alexandrum Magnum.

Sic poteſt aſſeri de TE (ò Glorioſiſſime Patriarcha Ioſeph) quidem valde extolli potes propter inſignem ſantitatem tuæ mirabilis vitæ, Ob integritatem morum, Ob excellentiam Virtutum, Ob perfectionem gratiarum, Ob copiam exemplorum, Ob profundiſſimam humilitatem, Ob illibatam Virginitatem, Ob magnitudinem reuelationum miſteriorum Dei, Ob alias mille prærogatiuas potius Cœleſtes quam humanas quę omnia cedere debent ſublimiſſimo titulo illo qui maior reperiri non poteſt nempe. Hoc vnum dixiſſe ſufficiat.

OMNIPOTENTEM TREMENDÆ MAIESTATIS REGEM, HABVISSE SVBDITVM.

Vbi pariter magno zelo accenſa viriliter excitat omnes ad omninò captandam deuotionem Tuam, & inter alias rationes, illam ſatis potentem affert, quia CHRISTVS D. N. vult denotare Mundo, quod ſicuti IPSE fuit in Terra ſubditus TIBI ita pariter eidem ſubditum in Cœlo eſſe vult demonſtrare. Vnde quamcumque gratiam, quæ ab Eo petit, libenter ſubſcribit &c. Obſecro igitur TE, vt dicebam, vt TE operante Ciues Regni Æterni efficiamini. Amen. Vtinam.

Priuilegiorum Summa pro Impreſſore Camerali, & Vaticano.

CVm Clemens Papa VIII. Diplomate ſanxit nè quis citra voluntatem Dominici Baſæ, olim in Typographia Vaticana Impreſſoris Sacram Bibliam, Concilia generalia, Epiſtolas Decretales, Libros ad Eccleſiaſticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum volumina, Libros etiam cuiuſcumque generis, vel nouiter ab ipſo edendos, vel nouis additionibus auctos, per decennium ab editione cuiuſque voluminis imprimat, vel impreſſa venalia habeat. Quod Priuilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelfi I. V. D. ac Impreſſoris Cameralis tranſtulit, indulſitque. Idem Gregorius Papa XV. litteris expeditis ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ ſententiæ pœna puniuntur. Quod ſi in terris S. R. E. ſubiectis id contigerit, confiſcatione etiam Librorum, ac quingentorum ducatorum auri ſolutione mulctabuntur, vt latius patet in literis ipſius Gregorij Papæ ſub datum Romæ apud ſanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 21. Octobris 1621. Pontificatus ſui Anno primo, Ac idem Vrbanus VIII. peculiaribus litteris datis apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 23. Maij 1625. Pontificatus ſui anno quinto in fauorem Andreæ Brogiotti Impreſſoris Cameralis, & Vaticani tranſtulit, indulſitq. Ac iterum Innoc. X. peculiaribus litteris datis apud S. Petrum in fauorem Angeli Balladori, pariter Impreſſoris Cameralis, ac Vaticani; confirmauit ſub Annulo Piſcatoris die prima Martij 1646. Et tandem omnia ſupradicta Priuilegia, & gratias amplè confirmauit, & indulſit Alexander VII. in fauorem Zeuobij Maſotti, præſentis Impreſſoris Cameralis, & Vaticani, datis litteris die 14. Decembris 1663. Pontificatus Anno Decimo.

Summa Priuilegij Apoſtolici conceſsi Paulo Rubeo I.C. Romano Deciſionum Selectori.

VRbanus Papa VIII. fel. rec. Datis litteris apud Sanctam Mariam Maiorem, ſub anulo Piſcatoris 23. Iulij 1642. Pontificatus anno 18. ſignatis M. A. Maraldus, indulſit Paulo Rubeo V.I.D. Romano, ne quis durante termino viginti annorum, tam prorſus in Statu Eccleſiaſtico mediatè, & immediatè ſubiecto, quàm alibi vbicumque citra, & vltra Montes exiſtens omnia, & ſingula per dictum Paulum iam edita, & deinceps etiam edenda Volumina, & Opera prout ſunt præſentes *Deciſiones Part. 13. Recent. ab anno 1663, vſque ad annum 1666.* ſine ſpeciali dicti Pauli, eiuſque hæredum, & ſucceſſorum licentia in ſcriptis habita, imprimere, vel ab alio, ſeu ab alijs imprimi facere, ſeu impreſſas vendere, aut venalia habere, proponere, vel aliter edere, aut euulgare, ſeu etiam pro vſu proprio habere, vel tenere poſſe, ſub pœna violatoribus *excommunicationis maioris latæ ſententiæ*, à qua, niſi à Romano Pontifice pro tempore exiſtenti præterquàm in mortis articulo, abſolui nequeat, ac in d. Sedis Apoſtolicæ ditione exiſtentibus, etiam *ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum*, pœnis totiès quoties contrauentum fuerit, ipſo facto, & abſque declaratione incurrendis, & aliàs, prout latiùs habetur in dictis litteris Apoſtolicis, de quibus ſupra, & per extenſum habetur in 3. & 4. part. Deciſionum Recentiorum Rotæ Romanæ, & in 2. & 3. Tom. eiuſdem part. 4 recent. & in part. 5. & 7. pariter recent. & alijs Voluminibus ab eodem Paulo Rubeo in lucem datis.

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sacri Palatij Apoſt.

I. de Angelis Archiep. Vrbin. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Raimundus Capiſuccus Sacri Palatij Apoſt. Magiſter.

CATHALOGVS

RR. PP. DD.

AVDITORVM

SACRAE ROTAE ROMANAE

Coram quibus emanarunt Decisiones præsentis Voluminis.

Eminentiſs. D. Card. CERRVS olim Sacræ Rotæ Romanæ Decanus.
Reuerendiſs. D. ALBERGATVS Sacræ Rotæ Decanus, Bononien.
R.P.D. BEVILAQVA Ferrarien, Vrbis Gubernator.
R.P.D. PRIOLVS Venetus.
R.P.D. TAIA Senenſis.
R.P.D. BOVRLEMONT Gallus
R.P.D. de CARPINEO hodie S.R.E. Cardinalis.
R.P.D. CALATAIV Hiſpanus.
R.P.D. VICECOMES Mediolanen Poſtea S.R.E. Cardinalis.
R.P.D. EMERIX Germanus.
R.P.D. RONDININVS Romanus.
R.P.D. CASTRILLVS Hiſpanus.
R.P.D. MATTHEIVS Romanus.
R.P.D. LEO VEROSPIVS Romanus.

CATHA-

Digitized by Google

CATHALOGVS

RR. PP. DD.

SACRAE ROTAE ROMANAE

AVDITORVM

Prout hodie de Anno MDCLXXIII.

PRÆSIDENT IN EXCELSO TRIBVNALI ROMANÆ ROTÆ

Reuerendiſs. ALBERGATVS Sacræ Rotæ Decanus, Bononien.
R.P.D. BEVILAQVA Ferrarien, Vrbis Gubernator.
R.P.D PRIOLVS Venetus.
R.P.D. TAIA Senenſis.
R.P.D. BOVRLEMONT Gallus
R.P.D. CALATAIV Hiſpanus.
R.P.D. VARESIVS Romanus, Venetiarum Nuncius.
R.P.D. VICECOMES Mediolanen.
R.P.D. EMERIX Germanus.
R.P.D. RONDININVS Romanus.
R.P.D. CASTRILLVS Hiſpanus.
R.P.D. MATTHEIVS Romanus.

Digitized by Google

INDEX CAVSARVM

IN QVIBVS FACTÆ SVNT DECISIONES

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ

IN PRÆSENTI VOLVMINE POSITÆ

Alphabetica serie dispositus.

Et primo per Diœceses: Secundo per singulos RR. PP. DD. Auditores.

A

AMERINA FIDEICOMMISSI, Lunæ 9. Iunij 1664. PRIOLO decis. 208.

Amerina Fideicommissi, Lunæ 4. Iunij 1663. Priolo decis. 72.

Amerina Hæreditatis, Lunæ 6. Aprilis 1663. Beuilaqua decis. 525.

Anconitana Censuum, Mercurij 13. Iunij 1663. Emerix decis. 81.

Anconitana Pecuniaria, Lunæ 28. Maij 1663. Beuilaqua decis. 70.

Anconitana Pecuniaria, Veneris 3. Iunij 1665. Carpineo decis. 315.

Anconitana Hæreditatis, Veneris 7. Iunij 1666. Carpineo decis. 478.

Anconitana Pecuniaria, Mercurij 5. Martij 1664 Beuilaqua decis. 149.

Anconitana Pecuniaria, Veneris 19. Februarij 1666. Carpineo decis. 429.

Angolen. Archipresbyteratus, Lunæ 29. Octobris 1666. Taia decis. 506.

Ariminen. Bonorum. Veneris 12. Iunij 1665. Beuilaqua decis. 323.

Ariminen. Castrorum, Veneris 29. Maij 1665. Cerro decis. 306.

Ariminen. Pecuniaria, Lunæ 14. Ianuarij 1664. Emerix decis. 121.

Ariminen. Successionis, Veneris 1. Februarij 1664. Emerix decis. 128.

Ariminen. Successionis, Lunæ 23. Iunij 1664. Emerix decis. 221.

Aquilana Beneficij, Veneris 13. Martij 1665. Cerro decis. 278.

Asculana Beneficij, Veneris 23. Maij 1664. Taia decis. 186.

Argumentum 80. Census impositus absque pecunia numerata non est nullus, dummodo pecunia fuerit præsens, & partes illam habuerint pro numerata, quia Bulla Pij V. non requirit pecuniam numeratam, seu numerabilem, ad quam numerationem probandam, benè sufficit dictio *præsentialiter, & incontanti*.

R. P. D. Emerix.

Anconitana Censuum.

Mercurij 13. Iunij 1663.

Argumentum 81. Tutor datus temporaliter aduenientè tempore desinit esse tutor. Depositum vt substineatur quid sit inspiciendum. & quando videatur tacitè probatum.

R. P. D. Vicecomite, postea S. R. E. Card.

Romana Dotis.

Mercurii 13. Iunij 1663.

Argumentum 82. Bona in Inuentario illa describi debent, quæ de tempore obitus à defuncto possidebantur, & in hærede suspicio prætermissæ descriptionis bonorum cessat palam, & publicè possidente cui satis est allegare creditum adhuc existere, quia hæres beneficiarius ad exactionem debitorum hæreditariorum non tenetur.

R. P. D. Beutlaqua.

Tiburtina Castrorum.

Mercurij 13. Iunij 1663.

Argumentum 83. Assignatio Castrorum facta pro hæredibus, & successoribus tanquam verbis generalibus concepta nullam admittit restrictionem in materia de sui natura transitoria ad quoscumque hæredes, vnde hæredi vel repræsentanti defuncti personam decernitur successio in vniuersum Ius, quod habebat defunctus tempore mortis.

R. P. D. Leone Verospio.

Romana Fecuniaria.

Mercurii 13. Iunij 1663.

Argumentum 84. Salarium Procuratori soluendum, etiam si nulla præcesserit conuentio, statuitur, illiusque tacita facta non præsumitur ex lapsu temporis, & ex administratione bonorum, taxatio autem mercedis huiusmodi à Iudice facienda est inspectis qualitatibus in præsenti decisione recensitis.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Romana Dotis.

Mercurij 13. Iunij 1663.

Argumentum 85. Maritus quidquid ex donatione propter nuptias lucratur sibi quoad vsumfructum, quoad proprietatem verò filiis eius matrimonii lucrum reseruare debet, & non potest dici, quod voluerit hypothecare bona sibi ex puncto doris obuenientia obligando generaliter bona, & iura, nisi hoc fuerit dispositiuè.

R. P. D. Vicecomite postea S. R. E. Card.

Romana Census.

Veneris 15. Iunij 1663.

Argumentum 86. Census impositus ab hærede grauato super domo fideicommissaria resoluitur per illius obitum, cum fideicommissum puriscetur ad fauorem, nec substineatur vigore *Authent. quas*, quando dos poterat aliunde, quam in re fideicommissaria constitui.

R. P. D. Priolo.

Romana Donationis super Alimentis.

Veneris 15. Iunij 1663.

Argumentum 87. Alimenta debentur filio ex bonis fideicõmissi auiti etiam viuente patre hærede grauato, & adeò debentur, vt concurrentibus aliis creditoribus præferantur ad instar dotium, immò fauorabiliora dotibus reputentur, cum sint magis necessaria.

Reuerendiss. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Melcuitana Bainlinatus.

Veneris 15. Iunij 1663.

Argumentum 88. In concessione dignitatum Religionis Sancti Ioannis Hierosolymitani merita attenduntur, & ista obtinens non habenti præfertur.

R. P. D. Leone Verospio.

Romana Domorum.

Veneris 15. Iunij 1663.

Argumentum 89. Declarantur aliquorum Summorum Pontificum Constitutiones de soluendis per Iudæos domorũ illocatarum pensionibus, vnde si istæ odiosæ sint strictæ esse intelligendas, non verò ampliandas resoluitur.

R. P. D. Beutlaqua.

Bononien. Fecuniaria.

Veneris 17. Iunij 1663.

Argumentum 90. Debitor non sequuta numeratione integræ debitæ quantitatis non liberatur. Creditor exceptione cedendarum à consecutione sui crediti, non docto de vera solutione non repellitur, & ista exceptio an obstet, licet cessio petatur contra eum, qui non est solutus.

R. P. D. Taia.

Cracouien. Decimarum.

Lunæ 18. Iunij 1663.

Argumentum 91. Decimæ ad quid debeantur, & in istarum solutione, quid veniat seruandum. Immemorabilis, & quadragenaria aduersus legem cum titulo requiritur. Personis Ecclesiasticis contra Canones interdicitur quid statuere, sæcularibus verò personis contra legem Principis nouum decernere licitum est, vnde Decimæ cum sint de Iure Diuino non potest fieri, quin soluantur.

R. P. D. Taia.

Sauonen. Fecuniaria.

Lunæ 18. Iunij 1663.

Argumentum 92. Exactio mutui quando sit licita, & in mutuo, quando de speciali interesse conueniri possit.

R. P. D. Leone Verospio.

Romana Dotis.

Lunæ 18. Iulij 1663.

Argumentum 93. Est adeo infixum onus patri dotandi filiã, vt quamuis ista patre reclamante contraxerit matrimonium, debet ei attenta personarum vita, & mulieris qualitate dos constitui, siue in pecunia, siue in stabilibus, nec attenditur reclamatio patris cum liberetur matrimonii nunquam sit coarctanda.

R. P. D. Leone Verospio.

Romana Dotis.

Lunæ 18. Iunij 1663.

Argumentum 94. Est adeo infixum patri onus dotandi filiam, vt etiam si ista patre inuito matrimonium contraxerit, possit a patre dotem consequi, & nisi soluatur dos, interim debent solui interusuria perinde, ac si promissio doris ab ipso patre processisset.

R. P. D.

Index Argumentorum.

R. P. D. Beuilaqua.
Comen. Pecuniaria.
Lunæ 20. Iunii 1663.

Argumentum 95. Rector Ecclesiæ debet reinuestire eius pecunias in locis tutis, & cum Ecclesiæ vtilitate aliàs tenetur de proprio. Census impositus in bonis Communitatis, quas solemnitates requirat ad hoc, vt valeat, & nota quod quando Census est nullus respectu Communitatis, est nullus respectu particularium in obligatorio.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Bonon. seu. Fideicommissi de Cesaren.
Veneris 22. Iunii 1663.

Argumentum 96. Legitimatio continens clausulam *sine præiudicio Iuris tertio quæsiti*, non censetur concessa in præiudicium creditorum, quibus fuerat ius quæsitum, quia dicta clausula est iurium aliorum præseruatiua. Testator volens succedere in bonis legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, legitimatos excludere voluisse censetur. Donatarius vniuersalis ad res alienum donantis tenetur.

R. P. D. Beuilaqua.
Romana Pecuniaria.
Veneris 22. Iunii 1663.

Argumentum 97. Apoca si coniecturis, & probationibus appareat adminiculata contra scribentem plenè probat, vndè in vim illius tutor, tenetur pupillo soluere reliquum in illa promissum, cum pupillus à die factæ obligationis aduersus illum actionem habeat.

R. P. D. Priolo.
Romana Pecuniaria.
Veneris 22. Iunii 1663.

Argumentum 98. Peritorum relationi deferendum potius est, quam testibus præsertim inter se contrariis, & quando ab illorum relatione non fuerit appellatum, & partes ad viteriora processi passo fuerunt tacite relationem videtur approbasse. Instrumentum obligationis Camerali vallatum non retardatur per turbidas exceptiones.

R. P. D. Beuilaqua.
Asturicen. Iurisdictionis.
Lunæ 25. Iunii 1663.

Argumentum 99. Abbas in territorio ad sui fauorem separato est Ordinarius, & Diœcesanus. Separatio locorum à quo fieri possit. Beneplacitum Apostolicum tacitum quando interc.

R. P. D. Vicecomite postea S. R. E. Card.
Eugubina Fideicommissi.
Lunæ 25. Iunij 1663.

Argumentum 100. Possessio illa est manutenibilis, quæ vitiosa non est. sed si appareat vitium hæredi non denegatur immissio.

R. P. D. Beuilaqua.
Gerunden. Exemptionis.
Lunæ 25. Iunij 1663.

Argumentum 101. Bona Ecclesiasticorum non possunt vllo modo gabellis secularibus grauari, cum actus sit Iurisdictionis, qui solum ligat sibi subiectos: Immemorabilis ad hoc omnino reijcitur tamquam à Sacris Canonibus reprobata, cum debeant Clerici in sua immunitate manuteneri.

Reuerendiss. Cerro Decano nunc S.R.E. Card.
Leodien. Bonorum.
Lunæ 25. Iunij 1663.

Argumentum 102. Clausula reuersiua in pactis dotalibus apposita ad fauorem proximiorum sub conditione deficientiæ liberorum ex consuetudine Leodiensi intelligi debet de liberis vtrique parenti superstitibus siue per orationem indefinitam, siue per alternatiuam, & separatam concepta sit.

R. P. D. Leone Verospio.
Bononien. Primogenitura de Luparis.
Lunæ 25. Iunij 1663.

Argumentum 103. Primogenituræ duæ cum onere assumendi Insignia, & arma testatoris, cum prohibitione alia retinendi non possunt in vno Primogenito residere vti incompatibiles, vndè stante impotentia hæredis, & incompatibilitate censetur factus locus substitutioni.

R. P. D. Taia.
Reatina Castrorum.
Mercurij 27. Iunij 1663.

Argumentum 104. Colliganei suffragatur nullitas quoties eadem causa defensionis competit. Præiudicium omissæ citationis quando non potuit allegari. Iudicium quando bene prosequutum censeatur.

R. P. D. Vicecomite postea S. R. E. Card.
Florentina Oratorij.
Mercurij 27. Iunij 1663.

Argumentum 105 Remissoria vt concedatur sine fumo, quid requiratur. Æqualitas seruanda est in Iudicijs. De Aduocatorum legalitate Rota non dubitat Confitenti, quando succurratur.

R. P. D. Vicecomite postea S. R. E. Card.
Mediolanen. Legati.
Mercurij 27. Iunij 1663.

Argumentum 106. Legatum à defuncto relictum venit præstandum etiamsi ex fructibus certi prædii determinauerit illud soluendum, quibus cessantibus videtur cessare legatum; spectat autem ad hæredem concludentibus rationibus ostendere bona euasisse infructifera, ad hoc vt legati solutionem euitare possit, & hoc non probato onus sui iniunctum, tenetur adimplere.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Romana Fideicommissi, seu Saluiani.
Mercurii 27. Iunii 1663.

Argumentum 107. Possessio ex locationibus, & pensionum perceptione iustificatur, quibus probatis alteri possessio venit denegenda, & si capta fuerit vti attentata, & inualida reuocatur.

R. P. D. Beuilaqua.
Tudertina Saluiani.
Mercurii 27. Iunii 1663.

Argumentum 108. Saluiani probatis extremis validè competit immissio; nocet præscriptio decennalis quando alienationis prædii hypothecati non fuit habita notitia ab agente in Saluiano.

R. P. D. Ortaloga.
Corduben. Bonorum.
Mercurij 4. Iulij 1663.

Argumentum 109. Prohibitio alienationis in contractu, nõ extenditur ad hypothecam, & quando contrahentes alienationem prohibuerunt, de qua intellexisse præsumatur. Census secundum san. mem. Pij V. constitutionem fundantur super bonis stabilibus, & dominium remanet penes imponentes, coniecturæ, & testes deponentes extra propositum, non attenduntur.

R. P. D. Leone Verospio.
Romana Legati.
Mercurij 4. Iulij 1663.

Argumentum 110. Legatum factum de portione victus, quam habuerat legatarius testatore viuente, quæ contineat, in hac decisione tractatur.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Calaguritana Decimarum de Ocon.
Lunæ 26. Nouembris 1663.

Argumentum 111. Transactio inita super re clara, non subsistinetur cum ea fieri debeat super re dubia?

R. P. D. Taia.
Romana Domus.
Mercurii 5. Decembris 1663.

Argumentum 112 In hac Decisione agitur de redditione rationis facienda, & iteranda per Tutorem.

R. P. D. Taia.
Tarentina Census.
Mercurii 5. Decembris 1663.

Argumentum 113. Census subsistinetur etiam absque pecunia numerata, dummodò pecunia sit præsens, & partes illam habuerint pro numerata, nam Bulla Pij V. non requirit pecuniam numeratam, sed numerabilem. Ministri cõmunicatis, qui imponunt Censum nulla facta mentione, quod inseruiat pro illius indigentiis, non obligant Communitatem, sed semetipsos.

R. P. D. Taia.
Romana Dotis.
Lunæ 10. Decembris 1663.

Argumentum 114. Nouatio non inducitur ex contractu nullo, & ineffectuato, & ex secundo ad cautelam inito.

R. P. D. Vicecomite postea S. R. Ecc. Card.
Tirasonen. Iurisdictionis.
Veneris 14. Decembris 1663.

Argumentum 115. In hac Decisione tractatur quando Episcopus in suos Diœcesanos exercere possit omnimodam Iurisdictionem aduersus exemptionem prætensam, in cuius exclusione plurimi actus in decisione recensentur.

R. P. D.

Google

Index Argumentorum.

R. P. D. Priolo.
Laodicen. Professionis.
Veneris 14. Decembris 1663.

Argumentum 116. Monialis non professa, debet renunciare per superuenientiam nouæ regulæ, alias professio est nulla, & annus nouitiatus debet incipere à die reformationis, & non ante, adeo vt si non sit integer, possit semper professio inualidari vsque ad quinquennium, quo elapso, non potest amplius dici de nullitate, quia censetur acquiescentia tanti temporis ratificata.

R. P. D. Leone Verospio.
Vrgellen. Parochialis.
Veneris 14. Decembris 1663.

Argumentum 117. Resignãs Beneficium pro aliud obtinendo debet mentionem facere in supplica de resignatione, alias gratia est subreptitia, nec iuuat bona fides, quia hæc regula æquiparatur contractibus filij familias, qui vel cum dolo, vel bona fide contracti sine sequentur subsistere; tanto magis quod dicta regula est inducta ad repellendas fraudes.

Reuerendiss. P.D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Romana Fideicommissi, seu Salviani.
Veneris 11. Ianuarij 1664.

Argumentum 118. Possessio ex quibus arguatur, quæ decreta sub conditione, *dummodo possessio sit vacua*, aliter apprehensa, nullius est roboris. Confessio in precibus emissa concludenter contra confitentem probat. Administrator bonorum Ecclesiæ, non potest ipsi ex suo facto præiudicare.

R. P. D. Leone Verospio.
Perusina Successionis.
Lunæ 14. Ianuarii 1664.

Argumentum 119. Iura legitimam filiis à patre sine vllo onere præstari volunt, vnde si à testatore legitima filiorum prægraueturr, nullius roboris, & inefficax illius dispositio remanet. Fides maior Instrumento, quam testium depositionibus adhibetur, & ad hæc quibus in Sommario.

R. P. D. Beuilaqua.
Molestitana Pecuniaria.
Lunæ 14. Ianuarii 1664.

Argumentum 120. Fideiussor sub aliqua conditione promittens ista non purificata, promissio euanescit. Natura quando dicatur idem viaggium. Barattaria ex quibus resultet. Probationes delicti concludentes & manifestæ esse debent.

R. P. D. Emerix.
Ariminen. Pecuniaria.
Lunæ 14. Ianuarii 1664.

Argumentum 121. Exceptiones illiquidæ, & altiorem indaginem requirentes, non sufficiunt ad executionem obligationis Cameralis retardandam. Emptor de defectu confignationis, non reclamans, præsumitur habuisse omnia in contractu venditionis ad sui fauorem apposita, & promissa.

R. P. D. Tria.
Fanen. Successionis.
Mercurii 13. Ianuarii 1664.

Argumentum 122. Examinatur Statutum Fanense, quod præfert Auo matrem in successione filij sine liberis defuncti. Statuta quomodo intelligenda. Mater non debet excludi à persona, de qua Statutum mentionem non facit.

R. P. D. Vicecomite postea S. R. E. Card.
Romana Fideicommissi de Donis.
Lunæ 28. Ianuarii 1664.

Argumentum 123. Fideicommisso sub conditione concepto adueniente conditione in bonis fideicommissarii immissio vocato debetur. Substitutionis vulgaris virtus quid operetur. Dictio *eo casu*, quam interpretationem recipiat in materia successionis inuerisimilitudo mentis testatoris est attendenda. Testatoris affectio potius ergà vnum, quam alium ex quibus deprehendatur. Quæ cõiecturæ sufficiant pro admittendo nepote ad successionẽ Auj, & ei is quæ desumi possint ex Summario.

R. P. D. Leone Verospio.
Romana Pecuniaria.
Lunæ 21. Ianuarii 1664.

Argumentum 124. Emens rem alienam scienter pretium venditori dare voluisse censetur, eodemque modo vel bonacius conscius periculi, quod est in re sibi cessa, nulla sibi facta cessione stipulata in ipso perire voluisse reputatur.

Reuerendiss. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Bononien. Bonorum.
Lunæ 28. Ianuarii 1664.

Argumentum 125. Bona a patre possessa administratorio nomine pro filiis, non dicuntur alicui oneri subiecta, quin possint ab ipso ad filios transmitti, etiamsi ipse pater gratus fuerit renunciationis onere, si voluerit primogeniturã commodo frui, quare & retinere bona materna valet, & gaudere primogenitura, dum ipsa bona pro filiis a se ipso generandis possidet.

R. P. D. Leone Verospio.
Romana Cambiorum.
Lunæ 28. Ianuarii 1664.

Argumentum 126. Cambii continuatio quando censetur prohibita, & quando non. Cambiorum iustitia ex quibus resultet. Recambium in Cambio locali an sit licitũ. In Mercatoribus in dubio fraus non præsumitur. Fraudis suspicio in Mercatore ex quibus remouetur. Testis conclusio ex quo inducatur. In Cambiis quid inspici debeat. Lucrum in Cambiis debet esse moderatum, & quid lucri nomine contineatur.

R. P. D. Beuilaqua.
Romana annuæ præstationis.
Veneris 1. Februarii 1664.

Argumentum 27. In materia alimentorum præstandorum, quid veniat attendendum. & ad quam summam debeant taxari.

R. P. D. Emerix.
Ariminen. Successionis.
Veneris 1. Februarii 1664.

Argumentum 128. Quatuor succedentium in pari gradu ab intestato portio est triens. Renunciatio per errorem facta aliisque concurrentibus nullitatibus non sustineatur, quæ vel materia odiosa secundum suam causam limitari debet. Appellatione bonorum patris, & matris, an veniant bona fratrum. Testator quod agnationem non consideraverit, vnde arguatur.

R. P. D. Leone Verospio.
Fanen. Cessionis.
Veneris 1. Februarii 1664.

Argumentum 129. Cedens fundum vti exigibilem, & legitimum, & obligans se pro præstatione damnorum, si fiat inexigibilis ad illa tenetur, licet alias non teneretur. Virtutes aliquarum dictionum examinantur. Pactum fauore alicuius in Instrumento adiectum, non debet deinde in eius odium retorqueri.

R. P. D. Beuilaqua.
Romana Vsufructus.
Veneris 1. Februarii 1664.

Argumentum 130. Conditio in Testamento adiecta, & in Codicillis non repetita confulcò omissa censetur, nec venit extendenda quando est materia odiosa, & contra publicam vtilitatem. Tutela vxori adempta censetur, vt possit pro suo arbitrio ad secundas conuolare nuptias. Testibus certam rationem reddentibus plurimum est deferendum.

R. P. D. Beuilaqua.
Romana Fideicommissi de Maximis.
Veneris 8. Februarii 1664.

Argumentum 131. Idemcirca Bonorum Fideicommissariorũ ex quibus probetur. Fideicommissario pro bonis fideicommisso subiectis assequendis quodnam remedium competat. Dominium per hypothecam à vero domino non abdicatur. Legitima ex bonis patris filiis debetur, quæ quando ex alienationibus bonorum factis soluta præsumitur hac exceptione, nec etiam pro eius supplemento potest immissio retardari fideicommissario.

R. P. D Vicecomite post a S. R. E. Card.
Farfen. Bonorum.
Lunæ 11. Februarii 1664.

Argumentum 132. Statuti dispositione semper venit attendenda, & si quid contra ipsum ordinarum reperiatur, coruis, vndè cum Statutum Farfense proximiori consanguineo vltimi inuestiti emphiteusim concedat, si Dominus directus alteri inuestituram tribuat potest proximior contra quemlibet inuestitum agere actione in rem scripta persequendo rem apud quemcumque possessorẽ.

R. P. D. Leone Verospio.
Romana Transactionis.
Lunæ 11. Februarii 1664.

Argumentum 133. Transactio non potest restringi ad causã in processu expressam, quando de quotidiana transigentiũ voluntate constat. Transactio ex capite enormissimæ lesionis

Digitized by Google

Index Argumentorum.

sionis: & ex suspicione calumniæ corruit, quæ sicuti cessare videtur in spectatæ probitatis viris, ex hoc capite vires transactioni non adimuntur.

R. P. D. Beuilaqua.

Parmen. nullitatis Professionis.

Lunæ 11. Februarij 1664

Argumentum 134. Miles Hierosolymitanus vt validè profiteatur, quid requiratur. Statutum Religionis Hierosolymitanæ tit. de recept. Fratrum, cap. 25. quid disponat. Professio inualida tacitè non censetur ratificata quæ tacita ratificatio non inducitur quando professus coram Ordinario de inualiditate suæ professionis reclamauit.

R. P. D. Leone Verospio.

Bononien. Fideicommissi.

Lunæ 11. Februarij 1664.

Argumentum 135. Fideicommisso quando quis renunciasse dicatur, & quamuis sint à diuidente reseruata iura ad bona diuisa quando arguatur eorundem remissio. Hæredis appellatione qui veniant. Aliquarum dictionum virtutes ponderantur. Testis vnicus an ad probandum actum dubium sufficiat. Arbitri insolidum electi, an possint disjuncti ad editionem laudi deuenire.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Neapolitana Beneficij, seu Iurispatronatus.

Lunæ 11. Februarij 1664.

Argumentum 136. Iuspatronatus ex quibus arguatur. & vt quis in isto dicatur successor sufficit, vt probet descendentiam ab vltimo præsentante. Iurispatronatus turbiditas ex quibus deprehendatur. In beneficialibus multiplicatio titulorum euitari debet.

R. P. D. Beuilaqua.

Squillacen. Testamenti.

Veneris 15. Februarij 1664.

Argumentum 137. Testamentum secundum annullat primum quando adhibitæ sunt eadem solemnitates, etiam si fit factum ad interrogationem alterius, & responsionem Testatoris per verbum *sic*, dummodo appareat Testatorem disponere de suis bonis voluisse, & animu. Testatoris plenè per duos testes probatur.

R. P. D. Taia.

Panen. Census.

Veneris 15. Februarij 1664.

Argumentum 138. Remissoria an spoliatori debeat concedi, & ad excusandum spolium an possint ab isto fieri nouæ inrium productiones. Concessio remissoriæ cum retardatione, vel sine à Rotæ arbitrio pendet.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Mediolanen. Parochialis.

Veneris 15. Februarij 1664.

Argumentum 139. Præsumptio veritatis ex consensu Pontificis inducitur, quem vt gratia subrepticia non reddatur sufficit saltem implicitè intellexisse id quod petebatur. Verba in narratiua facta Pontifici expressa aliàs qualitates, & conditiones ibi non expressas, recipere minimè valent. Consensus non continet præiudicium expressè ab ipso actu resultans.

R. P. D. Leone Verospio.

Barchinonen. Canonicatus.

Veneris 15. Februarij 1664.

Argumentum 140. Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 8. de reformat. circa Canonicatu. Pœnitentiarios quid disponat. Indultum Gregorij XV. de collatione Canonicatuum Pœnitentiariorum dispositio quomodo intelligenda. Obseruantia rerum dubiarum legitima interpres.

R. P. D. Vicecomite postea S. R. E. Card.

Pistorien. Iurispatronatus.

Veneris 15. Februarij 1664.

Argumentum 141. Præsentatus à compatronis debet. instituí in concursu patroni alterius se ipsum præsentantis. Nemini licet sibi ipsi conferre beneficium, & alia de quibus in Summario.

R. P. D. Leone Verospio.

Firmana Bonorum.

Lunæ 18. Februarij 1664.

Argumentum 142. Sententiæ iniustitia præbet causam restitutionis in integrum, etiamsi illa ex nouiter deductis deceptur, & nunquam rei iudicatæ vires assumit licet appellatio intra biennium prosecuta non fuerit. Bona permutata quando in casu euictionis fuerunt obligata, licet à tertio possideantur, permutanti ad illa regressus tribuitur. Permutans euictione contingente, quam valeat actionem experiri. Possessio eodem tempore apud duos residere non valet.

R. P. D. Beuilaqua.

Calaritana Capella.

Lunæ 18. Februarij 1664.

Argumentum 143. Mandata loco executorialium per Rotæ executioni demandantur non solum in prophanis, sed etiam in beneficialibus ad compellendum debitorem, vt statim satisfaciat, hæres citatus in Iudicio non comparens ob illius contumaciam, in propria persona, & bona conueniri potest.

R. P. D. Emerix.

Camerinen. Pecuniaria.

Lunæ 18. Februarij 1652.

Argumentum 144. Compensatio vt excludatur satis est, quod creditum vnius illiquidum, & turbidum sit. Coniecturæ nimis vagæ, & generales nullum probationis gradum constituunt.

Reuerendiss. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.

Romana Domus de Vsazzis.

Lunæ 18. Februarij 1664.

Argumentum 145. Donatio causa mortis potest reuocari, etiamsi pactum de non reuocando fuerit adiectum. Donatio quando est onerosa, seu mixta indiuidua donatarij acceptatio requiritur, qui quamuis sit minor potest reuocationi huiusmodi consentire. Probatio additionis hæreditatis est concludenter probanda.

R. P. D. Ottalora.

Gerunden. Sigillorum.

Lunæ 3. Martij 1664.

Argumentum 146. Declaratoria non potest relaxari contra illum, qui mandato nullo parere recusauit. Mandatum nullum exequi minimè potest.

R. P. D. Vicecomite postea S. R. E. Card.

Camerinen. Canonicatus.

Lunæ 3. Martij 1664.

Argumentum 147. Appellatio impedit rem iudicatam, & appellanti à priuatoria possessionis Sententia manutentiæ deberur. Gesta post appellationem attentatorum vitio laborant, Concil. Trident. sess. 22. capit. 6. de reformat. quid disponat, & quomodo intelligendum. Dispositio limitata, limitatum producit effectum.

R. P. D. Beuilaqua.

Romana Precedentiæ.

Lunæ 3. Martij 1664.

Argumentum 148. Agitur de Præcedentia inter duas Congregationes, quarum vna ex vnione facta alteri, quæ vt prius à Sede Apostolica approbata. Congregationi collitiganti præcedit, vnde membrum capiti annexum illius priuilegijs, & muneribus quibus caput, gaudet, frui debere resoluitur.

R. P. D. Beuilaqua.

Ancoritana Pecuniaria.

Mercurii 5. Martii 1664.

Argumentum 149. Creditor anterior posteriori, semper est præferendus, nec retrotractio in præiudicium illius intrare potest, immo pecunia creditoribus posterioribus soluta, repetere valet.

R. P. D. Emerix.

Ciuitatis Castellana Tutelæ.

Lunæ 10. Martij 1664.

Argumentum 150. Iuramentum in litem defertur quando concurrit dubius ex parte illius contra quem defertur, & difficultas probationis ex parte illius cui defertur prouenien. ex ipso dolo, vnde cessantibus istis non valet iuratur in litem. Fructus interdicti ad quam summam taxentur. Super interesse incerto iurari in litem non potest.

R. P. D. Emerix.

Melsitana Spolij.

Lunæ 10. Martii 1664.

Argumentum 151. Religio Sancti Ioannis Hierosolymitani in præsenti casu exclusa remanet à spolio Militiæ, eo quia fruebatur indulto Pontificio Dapiferis concesso etiamsi sint cuilibet Religiosæ Militiæ adscripti, transmittendi bona ad proprios hæredes, vnde proximiorem Dapifero ab intestato defuncto succedere debere resoluitur.

R. P. D. Beuilaqua.

Palentina Iurisdictionis.

Veneris 14. Martij 1664.

Argumentum 152. Quæ Beneficia Sedi Apostolicæ sint reseruata, & quando de huiusmodi reseruatione constat Censuræ contra non concedentes Beneficij reseruati possessionem, quæ de iure non competebat, nullatenus sustineri valent.

R. P. D.

Index Argumentorum.

R. P. D. Vicecomite poſtea S. R. E. Card.
Melzitana Beneficij.
Veneris 10. Martij 1664.

Argumentum 153. Teſtatoris concurrente voluntate Iuſpatronatus cum aliis bonis ad fideicommiſſarium tranſit, & ex quo arguatur Iuſpatronatus gentilitium inſtituere, voluiſſe. Iuſpatronatus Eccleſiaſticum cadit ſub regulis reſeruationis menſium. Proprietas attenditur non quaſi poſſeſſio.

R. P. D. Taia.
Leodien. præſentia nullitatis Ordinis.
Veneris 14. Martij 1664.

Argumentum 154. Metus vt dici poſſit adeſſe debet eſſe talis, vt cadat in conſtantem virum, & quando teſtes de metu deponentes circa effectum, de quo agitur non deponunt, nihil probant; vndè retinens Canonicatum Sacros ordines requirentem per tempus conſiderabile ceſſante metu, cenſetur Ordinem ratificaſſe.

Reuerendiſs. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Romana Dotis.
Veneris 14. Martij 1664.

Argumentum 155. Statutum Vrbis cap. 131. lib. 1. quid diſponat, & in contractibus Matrimonialibus, an veniat attendendum Statutum domicilij viri, vel vxoris. Hypotheca generalis an ſufficiat, vbi ſpecialis neceſſaria eſt, & alia, de quibus in Summario.

R. P. D. Leone Veroſpio.
Marſicen. Iuriſdictionis.
Veneris 14. Martij 1664.

Argumentum 156. Litis ſcientia ex quo arguatur. Eccleſia Parochialis non venit ſub nomine Collegij quamuis illius Presbyteri ad inſtar Capituli congregentur. Eccleſia quando præſumatur Collegiata. Sententia quando impugnari non poſſit.

R. P. D. Beuilaqua.
Firmana Succeſſionis.
Veneris 14. Martij 1664.

Argumentum 157. Statutum Terræ Amandulæ, tit. de teſtament. & de Succeſſ. ab inteſtato, rub. 20. lib. 2. præfert maſculos agnatos ſecundi gradus cognatis, fœminis, & illarum deſcendentibus, vndè vbi Statuti caſus adeſt, illi ſtandum eſt. Statutum mentionem faciens de gradibus ſecundum Ius Canonicum intelligendum eſt diſpoſuiſſe.

R. P. D. Priolo.
Bononien. Fideicommiſſi de Amorinis.
Lunæ 17. Martij 1664.

Argumentum 158. Beneficium Authent. res quæ, C. Commun. de Legat. quando intret. Detractiones in quibus bonis fieri debeant, & quando iſtæ præſumantur conſumptæ. Probatio contrarij ſpectat ad illud aſſerentem.

R. P. D. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.
Romana Legati.
Lunæ 17. Martij 1664.

Argumentum 159. Appellatione partis an pecuniæ pro obſonij veniant. Teſtator cenſetur voluiſſe hæredem grauare minus quam fieri poteſt. Solutio facta à matre abſque mandato, nullum præiudicium filio inferre poteſt.

R. P. D. Ottaiora.
Romana, ſeu Ianuen. Pecuniaria.
Lunæ 17. Martij 1664.

Argumentum 160. Statutum Vrbis lib 1. cap. 98. quid diſponat Statutum fines proprij territorij non egreditur, & quando ſumus in odioſis de caſu ad caſum facienda non eſt extenſio. Nouatio ex quibus inducta cenſeatur, & alia de quibus latiſſime in ſummario.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Piſauren. Pecuniaria.
Lunæ 17. Martij 1664.

Argumentum 161. Obligatio fideiuſſoris vti materia odioſa ſtrictè venit interpretanda, nec valet extendi de re ad rem, nec de tempore ad tempus, nec de perſona ad perſonam, vndè ſi fideiuſſor promittat in quacunque tẽporis parte rationem reddere non videtur promittere ſe velle ſemper adminiſtrare.

Reuerendiſs. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Bononien. Cenſuum.
Lunæ 17. Martij 1664.

Argumentum 162. Cenſus quando eſt impoſitus ad æs alienum ſoluendum, ſi in iſto pecuniæ non erogentur ſubſiſtere non poteſt. Verſio pecuniæ ad Cenſum acceptæ ex quibus reſultet, & alia quæ bẽnè deſumi valent, ex Summario.

R. P. D. Beuilaqua.
Romana Cenſus.
Lunæ 17. Martij 1664.

Argumentum 163. Ad contractus Mulierum, & Minorum validitatem, quid requiratur. Cenſus ad certum finem impoſitus in illo implicari debet. Mulier quando ex capite defectus ſolemnitatis Statutariæ, contractum impugnare debet cum aliena lactura.

R. P. D. Leone Veroſpio.
Aſculana Dotis.
Lunæ 24. Martij 1664.

Argumentum 164. Vir lucratur tertiam partem Dotis Vxoris, vigore Statuti Aſculi, quod tunc amittit, ſi in illam inſæuierit. Statutum Aſculi requirit in teſtamento vxoris conſenſum viri, dummodo non ſit factum eius fauore quia tunc non ſufficit conſenſus, ſed requirit decretum Iudicis.

Reuerendiſs. Cerro Decano poſtea S. R. E. Card.
Perufina Cenſus.
Lunæ 24. Martij 1664.

Argumentum 165. Debito principalis ſoluto obligatio fideiuſſoris, vti acceſſoria euaneſcit. Ratificatio facta rebus in eodem Statu non permanentibus, nullum producit effectum in præiudicium iuris tertio quæſiti.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Romana, ſeu Ferrarien. Donationis.
Lunæ 24. Martij 1664.

Argumentum 166. Donatio facta a Minore ſine ſolemnitatibus Statutarijs. & Ægidianæ conſtitutionis. non valet, quæ conſtitutio per totum Eccleſiaſticum Statum Summis Pontificibus id iubentibus eſt omnino ſeruanda. Miles an ſubiaceat ſolemnitatibus Statutarijs quando non eſt in expeditione. Donationis ratificatio ſine nullitatis ſcientia, induci minimè poteſt.

R. P. D. Taia.
Bononien. Fideicommiſſi de Cæſareis.
Lunæ 24. Martij 1664.

Argumentum 167. Teſtator vocans legitimos, & naturales, & ex legitimo Matrimonio natos cenſetur legitimatos excludere voluiſſe, maximè concurrente in ſubſtitutionibus factis eadem qualitate, ex legitimo Matrimonio natorũ, vndè legitimatus excluſus ab vna ſubſtitutione ex alia quoque excluſus cenſetur quando apparet de voluntate Teſtatoris, quæ ſi ſit dubia, vna ſubſtitutio aliam declarat vndè cum legitimatio in fraudem ſubſtitutorum, & creditorum facta ſit minime ſubſtineri poteſt.

R. P. D. Leone Veroſpio.
Romana Pecuniaria.
Lunæ 24. Martij 1664.

Argumentum 168. Adminiſtrator præſumitur ſatisfactus de ſuo ſalario, donec rationem non reddiderit; immo etiã ſi illam reddiderit, & nullam per temporis interuallum fecerit de eo mentionem.

R. P. D. Taia.
Nicien. Canonicatus.
Lunæ 24. Martij 1664.

Argumentum 169. Quænam ætas ſit capax ad Canonicatum obtinendum. Ætatem habens quam requirit præbenda an ſit a Canonicatu excludendus. Sacriſta in Eccleſia Cathedrali, an ſit dignitas. In materia præcedentiæ quid veniat attendendum maioritas ordinis, vel prioritas temporis.

R. P. D. Emerix.
Romana Fideicommiſſi de Glorierijs.
Veneris 28. Martij 1664.

Argumentum 170. Appellatione deſcendentium qui veniãt. Qualitas omiſſa in ſecunda ſubſtitutione conſulto à teſtatore prætermiſſa cenſetur. Subſtitutio deſcendentiũ ex fœminis includunt tam maſculos, quam fœminas ex illis deſcendentes. Probato fideicommiſſo immiſſio in vim, l. fin. C. de edicto Diu. Adrian. tollen. concedetur.

R. P. D. Priolo.
Romana Cenſus.
Veneris 28. Martij 1664.

Argumentum 171. Ad validè extinguendum Cenſum, quid requiratur. De forma Cenſus eſt, quod liberum non ſit creditori pretium repetere. Depoſitum ad extinctionem Cenſus factum, quando ſuffragetur, & quando non. Cenſus ſemel legitimè extinctus, amplius reuiuiſcere non poteſt, & fructus pro eo ſoluti, quin repeti valeant, nullus eſt qui dubitet.

Index Argumentorum.

R. P. D. Ottalora.

Romana Fideicommissi de Pichis.

Veneris 28. Martij 1664.

Argumentum 172. Onus hæredi impositum, ille ad suos idem transmittit. Qualitas in vna substituti one apposita quando reperita non censeatur in alia. Dictiones, *vt supra. &.* & dictio, *dette.* ponderantur. In primogenitura vti materia stricta non debet fieri extensio de casu ad casum, nec de persona ad personam, sed ad casus, & personas expressas est restringenda.

R. P. D. Beuilaqua.

Romana Cambij.

Veneris 28. Martii 1664.

Argumentum 173. Cessionarius tam quoad commoda, quam ad incommoda dicitur in locum cedentis subrogatus, qui tamen iura cedentis personalia reportare nõ valet, quãdo industria certæ personæ est electa ad aliquod ministerium, quod per aliud expleri non valeret. Clericis prohibita est mercatura, & quando per interpositas personas, illius exercitium permittatur.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Leodien. Canonicatus Aquisgranen.

Veneris 28. Martii 1664.

Argumentum 174. Actus omnes post inhibitionem gesti, etiam si præcendantur consecutivi dicuntur attentati, vnde de his constito sequestrum decernitur, ne attentans vitiosæ possessionis commodo perfrui valeat.

R. P. D. Vicecomite postea S. R. E. Card.

Bononien. Bonorum de Grassijs.

Lunæ 31. Martii 1664.

Argumentum 175. Ex quo deprehenditur Testatorem admitti voluisse ad sui successionem illegitimos. Qualitas in viteriori substitutione non expressa consulto per eundem Testatorem omissa censetur. Dictionis, *vt supra*, virtus explicatur.

R. P. D. Priolo.

Romana Melioramenterum.

Lunæ 31 Martii 1664.

Argumentum 176. Mandati procuræ defectus quando opponitur, invalidat totum iudicium, nec revalidatur per illius productionem, maximè si illud fuit factum à persona non legitima, nisi iudicium fuerit factum cum pupillo, quia illius favore subsistitur, dummodo mandati procuræ fuerit factum ab ipsomet pupillo, non autem quando est factum illius nomine ab alio.

Reuerendiss. Cerro Decano nunc S.R.E. Card.

Leodien. Bonorum.

Lunæ 31. Martij 1664.

Argumentum 177. Decedenti, sine descendentibus ab intestato quis succedat. Interdictum quorum bonorum competit hæredibus venientibus ab intestat. Testes ad probandum Testamentum nuncupativum factum sine scriptura, quomodo deponere debeant. Testis consanguineus, ad favorem inducentis, non benè probat.

R. P. D. Ottalora.

Iuvalen. Bonorum.

Lunæ 31. Martij 1664.

Argumentum 178. Ad hoc vt reintegratio concedi valeat, de quibus constare debeat. Pereti iudicialiter electi relationi standum est. Læsio in quantum admittatur.

R. P. D. Taia.

Romana Dotis.

Lunæ 31. Martij 1664.

Argumentum 179. Frater adversus fratrem gaudet beneficio deducto ne egeat, & an paupertatem probare teneatur, vide in Summario Decisionis.

R. P. D. Emerix.

Senonien. Bonorum.

Lunæ 7. Aprilis 1664.

Argumentum 180. Factum negotio principali adiectum, quando currat. Legatum temporale an transeat ad hæredes. Relictum quando reputat attendendum, & alia de quibus in Summario.

R. P. D. Beuilaqua.

Bononien. Fideicommissi de Luparis.

Veneris 1. Maij 1664.

Argumentum 181. Hæres grauatus si bona legata alienet, debitor legatarii efficitur, & alienatio ex causa legitima facta compensatur cum debito, cum legati dominium à die mortis testatoris in legatarium transeat.

R. P. D. Priolo.

Ravennaten. Collectarum.

Lunæ 2. Maii 1664.

Argumentum 182. Ecclesiastici non tenentur ad solutionem publicarum impositionum, tenentur tamen quando huiusmodi impositiones primario, & principaliter vtilitatem privatam respiciunt. Coloni tenentur ad solutionem Collectarum pro fructibus.

R. P. D. Leone Verospio.

Ravennaten. Emphiteusis.

Lunæ 5. Maii 1664.

Argumentum 183. In Emphiteusi pluribus concessa portio vnius alteri accrescit altero ex comprehensis in investitura decedente, nec potest in præiudicium alterius ex investitis etiam cum directi Domini consensu ab emphiteuta alienari, vnde si maritus bona emphyteutica in dotẽ receperit tacite videtur renunciasse lucri dotalis detractioni. R. P. D. Leone Verospio.

Leodien. Successionis.

Lunæ 5. Maii 1664.

Argumentum 184. Emptio ex quibus iustificetur, & quid ad perfectionem venditionis requiratur. Consuetudo Leodii quid disponat de bonis constante matrimonio à parentibus quæsitis.

R. P. D. Leone Verospio.

Corduben. Matrimonij.

Mercurij 21. Maij 1664.

Argumentum 185. Sponsalia superuenientibus inimicitiis inter sponsum, & sponsam, licitè dissoluuntur etiamsi fuerint iuramento firmata.

R. P. D. Taia.

Asculana Beneficij.

Veneris 23. Maii 1664.

Argumentum 186. Resignans etiamsi Beneficium alteri resignauerit, retinet illius possessionem, donec resignatario acquiratur, & quando beneficium non dicatur acquisitum, & alia de quibus in Summario.

R. P. D. Taia.

Bononien. Bonorum.

Lunæ 26. Maii 1664.

Argumentum 187. Ecclesia non priuatur sua possessione per sententiam à Iudice incompetenti latam. Vicelegatus in præiudicium Episcopi Causes de Iure in prima instantia cognoscere non potest, nisi ab Apostolica Sede facultatem specialem habeat. Ad hoc vt possit agi in Saluiano, quid requiritur.

R. P. D. Priolo.

Senogallien. Hereditatis, seu Dotis.

Lunæ 25. Maii 1664.

Argumentum 188. Exceptio dominii in interdictis possessorijs, an debeat admitti. Vxor quidquid acquirit ex pecuniis mariti acquisitum esse censetur, donec constet ex pecuniis propriis illam emisse. Hæres ad Dotis restitutionẽ non est compellendus, quando liquidata non sit quantitas illius.

R. P. D. Taia.

Beneventana Iurisdictionis.

Veneris 30. Maij 1664.

Argumentum 189. Probatio quæ tendit ad vanum, non potest habere locum in alio non obstante commissione obtenta cum clausula *quam & quas*, qua quis vna via electa potest ad aliam nonuolare, sed quia rei defensio est correlatiua petitioni actoris, si iste iura sua in iudicio non deducat, tacite non possunt intelligi deducta, cum quis iura propria tueri teneatur, siue sit actor, siue sit reus. Iure communi non potest iuuari, qui vitiur iure priuato.

Reuerendiss. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Placentina Hereditatis.

Veneris 30. Maii 1664.

Argumentum 190. Clericus turpiter natus non est à successione hominum repellendus, cum quæuis macula per assumptionem ad clericatum sublata censeatur, & debet illi minus concedi, quando maius concessum fuit. Professio ex quibus iustificetur, & quando sit manutenibilis. Donatio inter vivos renocari minimè potest.

R. P. D. Priolo,

Bononien. Fideicommissi de Amerinis.

Veneris 30. Maii 1664.

Argumentum 191. Examinatur virtus Clausulæ *quam & quas*. Iudex quando non dicatur procedere, tanquam in prima. Confessio propria, quando plenius probet. Confessio si tendat in beneficium ipsius confitentis non probat,

R. P. D.

Index Argumentorum.

R. P. D. Leone Verospio.

Marsicen. Iurisdictionis.

Veneris 30. Maij 1664.

Argumentum 192. Actorum ratihabitio ex quibus inducatur. Ecclesia quando sibi Collegialitatis nomen adscribere valeat. & quæ requisita debeant concurrere ad Collegium inducendum. Enunciatur à personis suspectis emanatæ, quibus qualitatem Collegiatæ imprimere Ecclesiæ expediebat non probant, sicuti nec etiam testes non deponentes de signis inferentibus ex necesse Collegium.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Censuum.

Veneris 6. Iunij 1664.

Argumentum 193. Vt Bona Communitatis validè alienentur consensus totius, vel saltem duarum ex tribus partibus eiusdem Communitatis requiritur. vnde isto desiderate alienationem nullo modo sustineri posse decidetur.

R. P. D. Priolo.

Bononien. Primogenitura de Lupariis.

Veneris 6. Iunij 1664.

Argumentum 194. Primogenitura ordinata, vt bona in vna persona conseruentur potest esse in suspenso, secus verò in Primogenituris Hispaniæ; quæ per momentum temporis suspensionem non admittit ex lege particulari Regni. Onus deferendi nomen. & arma iniunctum præsumitur iuxtà conseruandæ agnationis.

R. P. D. Taia.

Bononien. seu Nonantulana Deuolutionis Bellerum.

Veneris 6. Iunij 1664.

Argumentum 195. Verba vsque in ipsas tertiam generationem in Emphyteusi Ecclesiastica adiecta non patiuntur ad pronepotes extensionem, cum ista vltra nepotes non progrediantur, nec verba specialiter de vno loquentia ad alium iure extendenda. In Emphyteusi Ecclesiastica necessaria est præscriptio quadraginta annorum.

Reuerendiss. Cerro Decano postea S. R. E. Card.

Firmanen. Pecuniario.

Veneris 6. Iunij 1664.

Argumentum 196. Creditum quomodo probetur. & quando libri proscribentes probent, qui à debitore semel approbati non possunt amplius ab ipso impugnari. Mercatores quomodo partitas creare soleant, & alia de quibus in Summario.

R. P. D. Priolo.

Senogallien. Parochialis.

Veneris 6. Iunij 1664.

Argumentum 197. Vnio ex quibus probetur. Ecclesiam Parochialem exemptam esse a Iurisdictione Ordinarii. & esse de mensa Abbatiæ, per signa, & argumenta demonstrari subiicit. Beneficii natura per prouisionem Apostolicam non alteratur. Ecclesia Regularis sæcularizata retinet omnia iura antea sibi competentia. Collatio Beneficii per errorem facta. Ius habenti ad collationem nõ præiudicat.

R. P. D. Cerro Decano postea S. R. E. Card.

Romana Census Vitalitij.

Veneris 6. Iunij 1664.

Argumentum 198. Acquisitio per administratorem facta ex pecuniis alterius censetur principalis nomine, non proprio facta Religioso interdicta est negotiatio. Fructus Dominium sequuntur. Administrator quod suo principali acquirere voluerit potest elici ex antecedentibus, & subsequentibus administrationibus.

R. P. D. Leone Verospio.

Romana Locationis.

Veneris 6. Iunij 1664.

Argumentum 199. Adeo odiosa restringenda sunt, vt si pœna à Iure non imponatur, ex partium conuentione, vel Doctorum opinione nasci non valeat, dum Ius illius extensionem omnino interdicit. In contractibus pro voluntate contrahentium eliciendæ, quid venit attendendum. Locator ex re locata, lucrum recipere prohibetur quando res locata vsum conductoribus denegauit.

R. P. D. Emerix.

Firmana Fideicommissi.

Lunæ 9. Iunij 1664.

Argumentum 200. Liquidum nisi sit creditum retentio cõpetere minimè potest. Statutum Ciuitatis Nouæ, quid decernat. Mulier alienationi bonorum liberorum expressè consentiens, non potest ad dotis consequutionem iuuari remedio, Authent res quæ Cod. commun. de legat. quod est omnino subsidiarium.

R. P. D. Leone Verospio.

Perusina Successionis.

Lunæ 9. Iunij 1664.

Argumentum 201. Filius hæres non conficiens Inuentarium de bonis hæreditarijs, & aliqua ex his distrahens præsumitur sibi de legitima Iure naturæ debita satisfecisse. Consensus æstimationi periti præstitus, quid operetur.

R. P. D. Leone Verospio.

Perusina Successionis.

Lunæ 9. Iunij 1664.

Argumentum 202. Legitima vt onere fideicommissi grauata dicatur, quid seruandum à patre testatore, filius vt dici possit institutus in legitima mentio specialis requiritur. Clausula omni meliori modo, quid operetur. Priuilegiũ personam priuilegiati non excedit.

R. uerendiss. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.

Fauentina Bonorum.

Lunæ 9. Iunij 1664.

Argumentum 203. Iniuria per defunctum in actione reali incepta, an continuetur in hæredes. Bonorum identitas ex quibus probetur. Portio substitutorum non natorum accrescit aliis substitutis. Donatio facta absenti, quando dicatur perfecta. Ad hoc vt inducatur renunciatio per bonorum diuisionem, quid requiratur. Trebellianica quando censeantur prohibita. & alia de quibus in Summario.

R. P. D. Benilaqua.

Romana Redditionis Rationis.

Lunæ 9. Iunij 1664.

Argumentum 204. Redditio Rationum, vt dici possit legitima, quid requiratur. Alimentorum præstatio in linea collaterali vltra primum gradum non extenditur. Alimenta prætendens adeo docere debet de paupertate, vt probare teneatur non habere, vnde viuere valeat. Administrator ad rationum redditionem de rebus administratis omninò tenetur.

R. P. D. Benilaqua.

Tiburtina Castrorum.

Lunæ 9. Iunij 1664.

Argumentum 205. Castrum datum in solutum verbis amplissimis, quæ translationem dominij importent, censetur in ipsum translatum esse. cui res assignata fuit. Pignus an transferat dominium. In feudis vnus potest esse dominus directus, alter vero habere iurisdictionem, & emolumenta. Verba hæredes, & successores, quomodo intelligenda. & alia de quibus in Summario.

R. P. D. Taia.

Bononien. Parochialis.

Lunæ 9. Iunij 1664.

Argumentum 206. Lis quod fuerit prosecuta ex actibus in causa factis arguitur. Nec obliuio etiam ex lapsu magni temporis inducta censetur cum ista arbitrio Iudicis canonizetur. Paupertas regulariter excusat, nec taciturnitas ex alia causa, quam ex negligentia non operatur acquiescentiam possessioni naturali alterius.

R. P. D. Emerix.

Bononien. residui Dotis.

Lunæ 9. Iunij 1664.

Argumentum 207. Mandatum quando contra bona propria hæredis relaxeti nequeat. Contra hæredem adeuntem hæreditatem, & bona propria obligantem cum promissione de rato pro cohæredibus, ob non sumptam istorũ ratihabitionem procedi potest.

R. P. D. Priolo.

Amerina Fideicommissi.

Lunæ 9. Iunij 1664.

Argumentum 208. Testatore vocante filios masculos. illorumque descendentes, & masculis deficientibus fœminas exclusa à successione certa aliorum masculorum linea, & deficiente linea masculorum vocata fideicommissum ad fauorem fœminarum censetur purificatum. etiamsi superstites sint masculi ex linea exclusa, cum exclusus à fideicommisso absque conditione limitatiua temporis semper censeatur exclusus.

R. P. D. Priolo.

Romana Census.

Mercurij 13. Iunij 1664.

Argumentum 209. Creditor Census quando censeatur remisisse Ius percipiendi summam maiorem ex eodem Censu. Ad effectum reducendi Censum creatum irredimibile ante Pianam Constitutionem, quid requiratur. Creditor Census quando eiusdem solutionem approbasse censeatur.

Index Argumentorum.

Reuerendiſs. D. Cerro Decano poſtea S.R.E. Card.
Ad finem Cenſus.
Lunæ 16. Iunii 1664.

Argumentum 210. Damna per creditorem mora debitoris incurſa, per debitorem ſunt ſoluenda, & huiuſmodi dinum paſſo actio pro damnis, & intereſſe competit. Debitor quando dicatur conſtitutus in mora. Exceptio non implementi opponere non poteſt, qui primo contrauenit.

R. P. D. Emerix.
Romana *Fideicommiſſi de Glorieriis.*
Lunæ 16. Iunii 1664.

Argumentum 211. Teſtator quando poſt maſculos fœminas agnatas, earumque filios admiſit, loca Pia ab eius ſucceſſione excluſiſſe videtur concurrentibus teſtamenti verbis perbelle, & nitidè ponderatis, quare cauſam piam in concurſu deſcendentium Teſtatoris, non haberi in conſideratione reſoluitur.

R. P. D. Emerix.
Maioricen. Canonicatus Pœnitentiarie.
Lunæ 16. Iulii 1664.

Argumentum 212. Prouiſio Apoſtolica Beneficii ſtatum nõ imminutat, nec actus vnicus eſt validus ad inducendam obſeruantiam. Collatio facta à Capitulo contradicente Epiſcopo non tenet. Collatores quando ſunt diſcordes in collatione, neutra illorum tenet, & deuoluitur ad ſuperiorem collatorem.

R. P. D. Beuilaqua.
Ciuitatis Caſtelli Bonorum.
Veneris 30. Iunii 1664.

Argumentum 213. Acceptatio teſtamenti, & diſpoſitionis Teſtatoris ex quibus deſumatur, plene in hac deciſione per tractatur, in qua coniecturæ contrariæ diſtinguntur, & declarantur.

R. P. D. Bourlemont.
Bononien. Bonorum.
Veneris 30. Iunij 1664.

Argumentum 214. Dotis confeſſio nuda abſque præcedenti promiſſione, licet regulariter non probet, fallit tum quando contrarium ſuadent coniecturæ in deciſ. ponderatæ, & ponderantur, quando dos Pupillari Officio præferatur.

R. P. D. Leone Veroſpio.
Perufina Dotis.
Veneris 30. Iunii 1664.

Argumentum 215. Appellatio quando intra biennium à Iure conceſſum proſecuta non fuit, tunc ſententia tranſiit in iudicatum. Extremis Salutem iuſtificatis immiſſio ex illo iudicio ſolet attribui. Statutum Perufinum in tit. de donibus, rub. 45. & in §. item ſi quis, quid diſponat, & quomodo debeat intelligi.

R. P. D. Leone Veroſpio.
Fauentina Vſusfructus.
Lunæ 20. Iunij 1664.

Argumentum 216. Tutrix ad redditionem rationum adſtringi valet, etiamſi ab hoc onere teſtator illam exemerit. Vſusfructus quando pro altera vxori, pro altera dimidia filiæ relictus fuit detractio legitimæ faciendæ non eſt.

R. P. D. Beuilaqua.
Romana Domus.
Veneris 20. Iunii 1664.

Argumentum 217. Melioramenta iuſtificata veniunt omnino reticienda. Exceptio compenſationis quando oritur. Compenſatio contra non debitores allegari nequit. Domus in locum fideicommiſſi ſubrogatæ fideicommiſſariæ efficiuntur. Creditum in eſſe non deductum, non poteſt allegari ad obtinendam cum illo compenſationem.

Reuerendiſ. D. Cerro Decano nunc S.R.E. Card.
Romana Legitima.
Veneris 20. Iunij 1664.

Argumentum 218. Immiſſio iuſtificatis requiſitis ad fideicommiſſum conceditur fideicommiſſario in vim l. final. C. de edict. Diui Adrian. tollen. legitima ex bonorum vniuerſitate detrahi debet. Præſcriptio contra ignorantem non currit.

R. P. D. Ottalora.
Spoletana Monaſterienſis.
Veneris 20. Iunij 1664.

Argumentum 219. Probatio quando eſt impoſſibilis, probationibus, quæ ex actibus inter partes factis reſultant, ſtandum eſt. Statutum Spoleti, quid diſponat. Appellatione non proſecuta cauſa remanet deſerta, & partes ab ea receſſiſſe cenſentur. Melioramenta ex quo poſſint probari, & illorum fructus, ad quos ſpectent declaratur.

R. P. D. Taia.
Bononien. Prædij.
Lunæ 23. Iunii 1664.

Argumentum 220. Saluianum eſt inualidum contra bona debitoris poſſeſſa ab vxore Iure Dotali, & non pleno dominio, quia Saluianum non ſolum requirit poſſeſſionem, ſed etiam dominium; tanto magis ſi vxor ſolum poſſidet pro aſſecuratione ſuæ Dotis, ob vergentem viri ad inopiam.

R. P. D. Emerix.
Ariminen. Succeſſionis.
Lunæ 23. Iunij 1664.

Argumentum 221. Soror ad fratris ſucceſſionem quamuis de iure admittatur, nihilominus ſtante renunciatione arcetur, quæ vt poteſt ex pluribus Cauſis facta vna ex ijs ſolummodò ſubſiſtentibus ſubſtinetur.

R. P. D. Priolo.
Maceraten. Primogenitura, ſeu Vſusfructus.
Lunæ 23. Iunii 1664.

Argumentum 222. Poſſeſſio alio tunc temporis non poſſidente apprehenſa, eſt manutenibilis, quæ tamen ſi per fides extraiudiciales probata ſit, non attenditur, & vt ſuſtineatur probatio debet eſſe neceſſario concludens, alias per ſolam probationem in contrarium excluditur.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Burgen. Funeralium.
Veneris 27. Iunii 1664.

Argumentum 223. Quarta funeralis debetur iis, qui curam Animarum exercent, non obſtantibus priuilegiis non continentibus derogationem, cap. nuper de decimis, quæ inſuper ſunt reuocata à Sac. Conc. Trid.

R. P. D. Leone Veroſpio.
Sanctã Seuerini Cenſus.
Veneris 27. Iunii 1664.

Argumentum 224. Hæres præſumitur is, qui accipit aliquid quod ciura Ius, & nomen hæredis aſſequi non poterat. Contractus ſine ſolemnitatibus Statutariis à Minore factus, ſemper valet, donec ab ipſo de nullitate obiciatur. Pater conſtituens patrimonium filio ad hoc, vt ad ſacros ordines promoueatur poſt promotionem ad ipſos, filius ſic & poteſt licitè ad ſuum hæredem tranſmittere.

R. P. D. Leone Veroſpio.
Romana, ſeu Nepeſina Saluæpi.
Veneris 27. Iunij 1664.

Argumentum 225. Creditor bona Iure pignoris detenta vſucapere nequit. Poſſidens bona immobilia ſatisdare non cogitur. Poſſeſſio ſinè Iure dominii ſit ſiue pignoris Hæbreis interdicta cenſetur, & maximè ſi illi bonorum detentionem in locis, vbi ſedes figere non poſſunt obtinere prætendant.

R. P. D. Beuilaqua.
Caſarauguſtana Præeminentiarum.
Veneris 4. Iulii 1664.

Argumentum 226. Prior vti omnium caput omnibus præcedere debet, licet diuerſis reſpectibus aliquoties poſponatur.

R. P. D. Emerix.
Ciuitatis Caſtelli Dotis.
Veneris 4. Iulii 1664.

Argumentum 227. Mandatum nullum, & iniuſtum, eſt in totum reuocandum, maximè quando nullitas, & iniuſtitia eſt clara, vt in caſu deciſionis.

R. P. D. Emerix.
Bononien. Liquidationis Prædij.
Veneris 4. Iulii 1664.

Argumentum 228. Prædium quod ſit ab alio diuerſum ex quibus arguatur, & vnione prætenſa prædii non probata illius comprehenſio ſub altero excluditur. Mandatũ pro credito illiquido, executioni non eſt demandandum.

R. P. D. Bourlemont.
Piſanæ Tertiæ.
Lunæ 17. Nouembris 1664.

Argumentum 229. Poſſeſſio rei confinatæ ex locationibus, tunc reſultat, ſi ea res tota ſub dominio locatoris exiterit. Terminus continans confinatum ſemper excludit, & ſeparat. Liber xiij. mi auctoritate municipali deſcriptus aſſertionẽ in eo expreſſam, plenè probat. Dictio in, & diuerſus ponderantur, & alia de quibus latè in Summario.

R. P. D.

Index Argumentorum.

R. P. D. Emerix.

Romana, seu Reatina Devotionis.

Veneris 28. Novembris 1664.

Argumentum 230. Donatio facta à Minore sine solemnitatibus 5 Regni Visbis cap. 140. & 141. lib. 2. sustineri minime potest, & ad hoc vt induci valeat ratificatio eadem, solemnitates, quæ in donatione necessariæ sunt, in ratificatione requiruntur, & debet constare donationem positum habuisse nullatis Donationis.

R. P. D. Emerix.

Corrigen. Suppressionis Conventus.

Veneris 28 Novembris 1664.

Argumentum 231. Bona Conventus suppressi reuertuntur ad vocatos in casum suppressionis.

Reuerendiss. D. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.

Calagurritana Decimarum S. Asceruy, & Danuilla.

Veneris 5. Decembris 1664.

Argumentum 232. Parochialitas probatur leuioribus probationibus quando non agitur de illius substantia, sed incidenter, ad effectum decimandi, vt in casu decisionis.

Reuerendiss. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Bonomen. Expiscopatus.

Mercurii 10. Decembris 1664.

Argumentum 233. Masculi ex fœminis proximioribus semper præsumuntur vocati ex voluntate Testatoris, quam ex fœminis remotioribus.

R. P. D. Ottalora.

Calagurritana Præeminentiarum.

Mercurii 10. Decembris 1664.

Argumentum 234. Testes quando omnino idonei non sunt concurrentibus coniecturis, & præsumptionibus bene probant, & iis deponentibus de actu affirmativo in alterum concursu maior adhibetur fides. Consuetudo probata semper attenditur, & alia de quibus in Summario.

R. P. D. Beuilaqua.

Romana Emphyteusis.

Veneris 12. Decembris 1664.

Argumentum 235. Emphyteuta vt frui possit beneficio relationis contractus emphyteutici ex capite lesionis sufficit accidentalis læsio, dummodo compensari potest cum fructibus ex eadem re in excessu, aliis vtiliter perceptis.

R. P. D. Taia.

Turritana Congrua.

Lunæ 12. Ianuarii 1665.

Argumentum 236. Declaratoria vt relaxari valeat sufficit, quod ad notitiam illius perueniant quouis modo causæ quem relaxatæ fuerunt, literæ executoriales, quibus, & pactum non fuit, declaratoria potest relaxari.

R. P. D. Taia.

Farfen. Bonorum.

Lunæ 12. Ianuarii 1665.

Argumentum 237. Statutum Farfense proximiori vltimi emphyteutæ in bonis emphyteoticis Abbatiæ inuestituræ renouationem concedit, vnde si Abbas concedere renuerit consensum actio personalis datur non contra inuestituram.

R. P. D. Emerix.

Calagurritana Beneficij de Arnedillo.

Lunæ 12. Ianuarii 1665.

Argumentum 238. Constitutione de aliqua re, quæ possit occurrere, non disponente ea res sub dispositione Iuris communis remanet, Rotæ vigore Clementinæ Auditor potest conferre post appellationem ad ipsam deuolutam etiam per viam gratificationis. Priuilegium vltra casus in eo expressos, non debet extendi.

R. P. D. Leone Veraspio.

Asculana Dotis.

Veneris 16. Ianuarii 1665.

Argumentum 239. Testamentum ad suggestionem alterius a fœmina lethali morbo detenta subscriptum, nullam meretur fidem, quoties consensus in subscribence non potest admitti, vnde vti falsitati suppositum in totum corruere decidituy.

Reuerendiss. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.

Romana Hæreditatis.

Veneris 16. Ianuarii 1665.

Argumentum 240 Hæres grauatus restituere pluribus expresse nominatis, an satisfacit nominando vnum, & quid agere debeat si sit grauatus restituere familiæ. Substitutio quando conferatur in libertatis voluntatem alterius an sustineatur. Facultas expressa a Testatore hæredi concessa examinatur, & tacita ponderatur.

R. P. D. Emerix.

Viterbien. Gazellæ.

Veneris 23. Ianuarii 1665.

Argumentum 241. Societas pro illius subsistentia scriptura non requirit. & ista vnde probari valeat, & ex quibus arguatur. Testes enim singulares, causam scientiæ reddentes, bene, ad effectum de quo agitur, probant.

R. P. D. Ottalora.

Vallisoletana Matrimonij.

Veneris 23. Ianuarii 1665.

Argumentum 242. Sponsalia inter Coniunctos in quarto Gradu, inutiliter contrahuntur. Matrimonium non recte contrahere is, qui stante copula condemnatus fuit ad dotem stupratæ constituendam, vel illam desponsandum, & dotem soluit, quæ acceptata a fœmina, sponsalibus renunciasse videtur.

Reuerendiss. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Perusina Bonorum S. Archangeli.

Veneris 23. Ianuarii 1665.

Argumentum 243. Testibus bene informatis, & de publica voce, & fama deponentibus etiam furto diffamatis, dummodo Sententia condemnatoria secuta non fuerit, creditur. Liber priuatus quando probet.

Reuerendiss. D. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.

Affinen. Decimarum.

Veneris 23. Ianuarii 1665.

Argumentum 244. Testator ex quibus inducere voluisse censetur perpetuum, & reciprocum fideicommissum, ad quod inducendum etiam coniecturæ admittuntur. Linea nomen, vti collectiuum aptum est includere omnes descendentes.

R. P. D. Taia.

Romana Multiplicis.

Lunæ 26. Ianuarii 1665.

Argumentum 245. Positiones ad quid fiant, & aduersarius in illis quomodo respondere debeat. Responsio relatiua ad Instrumentum in positionibus non admittetur, vt penes reluctur ab opere illud extrahendi Instrumentum, ad quod fit relatio.

R. P. D. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.

Moguntina Canonicatus.

Lunæ 26. Ianuarii 1665.

Argumentum 246. Beneficia ad Episcopatum promori vacare intelliguntur, nisi adsit Indultum Apostolicum illa retinendi, quod impedit vacationem, & effici, vt promotus eadem retinere valeat absque innouatione tituli, quæ non vacant nisi per illius obitum.

R. P. D. Beuilaqua.

Romana Fideicommissi de Boncompagnis.

Veneris 30. Ianuarii 1665.

Argumentum 247. Solutio imaginaria ad fauorem hæredis creditoris in bona hæreditaria ad quem effectum interet. vt per illam acquiratur dominium, quid sit seruandum, Dos sequuto patris, & matris, obitu Filio debetur. Legitima in bonis paternis filio debetur, & detrahitur etiam ex bonis donatis, & fideicommisso subiectis. Bona ex inductis acquisita, non dicuntur hæreditaria.

R. P. D. Emerix.

Florentina Oratory.

Veneris 30. Ianuarii 1665.

Argumentum 248 Filius quod sit adulteri, & non patris ex quibus probetur. Hæres contra factum defuncti venire non potest. Testes qui sint fide digniores. Legitimatus in iura legitimatis succedere valet. Testator deficientibus legitimis, illegitimos potius, quam extraneos ad Iuspatronatus admittere voluisse præsumitur.

R. P. D. Emerix.

Eatinen. Beneficij, seu Iuspatronatus.

Veneris 30. Ianuarii 1665.

Argumentum 249. Possessio quando veniat manutenenda Legatum pro celebratione Missarum, ex quo in Beneficium perpetuum Ecclesiasticum erigitur.

R. P. D. Bourlemont.

Forolivien Emphyteusis.

Veneris 30. Ianuarii 1665.

Argumentum 250. Quæritur si verum in Emphyteusi reparationis admittenda sit mater. ve amita præcedente illa vel agnata succedente. sed quia inter agnatos, & cognatos ex Iure nouissimo tollitur omnis differentia matrem, vel præferendam admitti debere decidunt.

R. P.

Index Argumentorum.

R. P. D. Beuilaqua.

Romana Cambij.

Veneris 30. Ianuarii 1665.

Argumentum 251. Cessionarius Cambij, pecunias super Cambija girare non valet, nisi specialis facultas debitoris concurrat. Clericis quando sit permissa negotiatio.

R. P. D. Beuilaqua.

Camerinen. Pecuniaria.

Mercurii 4. Februarii 1665.

Argumentum 252. Aromatariæ compota qualiter debeant taxari, si concurrat Taxa generalis, & specialis. Et quando dicatur probata Taxa specialis. Aliqua deducuntur circa defalcum rerum. Aromatariæ an hat ad rationem scutorum viginti pro centenario.

R. P. D. Emerix.

Marsicana Successionis.

Mercurij 4. Februarij 1665.

Argumentum 253. Renunciatio Mulieris non extenditur ad ea bona, quæ vti non purificata ad favorem renunciantis, renunciari non poterant, nec ad illa facienda est extensio, cum versemur in materia odiosa, in qua strictè faciēda est interpretatio.

R. P. D. Leone Verospio.

Perusina Successionis.

Mercurij 4. Februarij 1665.

Argumentum 254. Pater potest prohibere legitimam filio in testamento expresse vtēdo Cautbela Socinī, vel verbis æquipollentibus.

Reuerendissimo D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Romana Census.

Mercurii 4. Februarii 1665.

Argumentum 255. Manutentio conceditur in gradu appellationis, & restitutionis in integrum, quando executio non fuit cæpta.

R. P. D. Ottalora.

Romana Cambij.

Mercurii 4 Februarii 1665.

Argumentum 256. Inuestimentum præsumitur ratificatum per retentionem folii, in quo illud describitur præsertim ad suadentibus coniecturis in decisione ponderatis.

R. P. D. Ottalora.

Calaguritana Præmimentiarum.

Veneris 4. Ianuarii 1665.

Argumentum 257. In Ecclesiarum constructione publica utilitas est consideranda, eo quia sunt iuris publici. Possessio quando dicatur mutata Sententia non nocet illi, contra quem lata non fuit, & multo minus si sit iniusta, De Iure tertij, vt quis dicere valeat mandatum, & consensus illius, de cuius interesse agitur requiritur.

Reuerendis. D. Cerro Decano postea S. R. E. Card.

Toletana, seu nullius Iurisdictionis.

Veneris 6. Februarii 1665.

Argumentum 258. Remissoria quæ in prophanis conceditur sine sumo, sufficit ne denegetur, quod materia articulata sit relevans, & an concedatur ad retardandum summarissimum possessorium.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Romana Salviani.

Veneris 6. Februarii 1665.

Argumentum 259. Exceptio retentionis quando ab empto re oppoti non possit. Pecuniarum liberè traditarum dominium in recipientem transit. Creditor anterior posteriori semper est præferendus.

R. P. D. Beuilaqua.

Tiburtina Castrorum.

Lunæ 9. Februarii 1665.

Argumentum 260. Castrum assignatum loco annuæ prestationis, quamvis in illo fuerit reseruatum directum dominium, assignatarijs vero fructus, regimen & exercitium fuerint concessa, possunt hæc ad hæredes transmitti, maximè si tempore conuento ad redimendum assignans illud recuperare non curauit.

R. P. D. Leone Verospio.

Barchinonen. Canonicatus.

Veneris 16. Februarij 1665.

Argumentum 261. Electio Canonicatus Pœnitentiarii ad quem spectet, & de huiusmodi Canonicatibus in Hispania conferendis Indultum Gregor. XV. examinatur, an possit habere locum extra Hispaniarum Regna, attamen in locis eidem Regi subiectis.

R. P. D. Beuilaqua.

Comen. Parochialis.

Veneris 16. Februarij 1665.

Argumentum 262. Iuspatronatus quando ad Vniuersitatem spectat, si ad illud quis nominatus non sit à quibus ex tribus partibus illius, & qui verò sint homines cogniti ipsius Vniuersitatis, non est instituendus. Patronis laicis quantum temporis ad præsentandum indulgeatur.

Reuerendis. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.

Romana Pecuniaria.

Veneris 27. Februarii 1665.

Argumentum 263. Mercatorum libri, vt pro tertio contra tertium probent, quid requiratur. Litteræ Cambii quando præsumantur solutæ. Actor intentionem suam in qua se fundat, probare tenetur.

Reuerendis. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Foroliuien. Domus.

Lunæ 12. Martij 1665.

Argumentum 264. Venditor de rei venditæ qualitatibus, & oneribus emptorem certiorare tenetur, & si res vendita, vt libera aliquo onere deinde appareat obnoxia debet emptori loco damnorum, & interesse, pretium restitui. Sententia per collusionem lata, tertio non præiudicat.

R. P. D. Bourlemont.

Romana Census.

Lunæ 2. Martij 1665.

Argumentum 265. Mulier ad hoc, vt valide obligetur, ex Statuto Vrbis lib. 1. capit. 151. Interuentus proximioris Consanguinei requiritur, & in defectum illius deputatur Curator. Mulier contrahens cum Ecclesia etiam sine Statuti solemnitatibus, efficaciter obligatur. Decretum super falsa Causa emanatum vitiat Contractum in totum, etiamsi Causa pro parte sit vera.

R. P. D. Emerix.

Romana Census.

Lunæ 2. Martij 1665.

Argumentum 266. Depositum pro extinguendo Censu, specificum esse debet inter creditorem, & debitorem Census, & quid agere debeat deponens in huiusmodi depositi Constitutione. Iudicii vniuersalis requisita, quæ sint.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Tudertina Saluiani.

Veneris 2. Martij 1665.

Argumentum 267. Saluiani probatis extremis intentionis ex hoc iudicio Creditori est concedenda. Creditor actionem habet contra bona fori assignata, nec potest variando alia retinere. Hypotheca in bonis extradotalibus constante matrimonio ad vxorem peruenta, filij Creditoribus quando competat.

Reuerendis. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.

Romana Palatij di Capranica.

Veneris 6. Martij 1665.

Argumentum 268. Fideicommissum ad favorem illorum de familia conceptum, & tanquam tractum habens successivum vsque ad vltimum defertur. Fideicommissum reale ex quo inducatur. Enunciatiuæ in Instrumentis antiquis emissæ æquiualent tactæ & fama sola sufficit quando agitur de probanda filiatione antiqua. Remedium Saluiani pro recuperatione fideicommissi, datur etiam fideicommissario particulari.

R. P. D. Ottalora.

Racennaten. Fideicommissi.

Veneris 6 Februarii 1665.

Argumentum 269. Hæres grauatus non potest excludere descendentes instituendo in bonis extraneos. Obseruantia in rebus dubijs attenditur, quamvis præscripta non fuerit, & sufficit ita aliquando fuisse obseruatum.

R. P. D. Leone Verospio.

Imolen. Bonorum.

Veneris 6. Martij 1665.

Argumentum 270. Læsio non attenditur nisi dimidium iusti valoris partem excedat. Periti quando admittantur. Factum Iudicis quoad omnes effectus pro facto debitoris reputatur. Iniustitia sententiæ, ex actis iustificari debet.

R. P. D. Taia.

Firmana Bonorum.

Mercurij 11. Martij 1665.

Argumentum 271. Concessio gratiæ intelligitur de illa, quæ narrata fuit in supplicatione, & secundum illam rescriptum est intelligendum bona in fiscum delata reddere, & exulem reuocare, quis valeat. Emens rem fisci illius vt

Index Argumentorum.

potest priuilegijs. Interdictum quorum bonorum, quando competat.

R. P. D. Taia.

Spoletana Pecuniaria.

Mercurii 11. Martii 1665.

Argumentum 272. Exceptio nullitatis Inuentarij non attenditur, quando in illius confectione dolus non interuenit, & pactum de illo non conficiendo inter hæredem & creditorem initum tenet, nec hæres vltrà illius vires tenetur.

R. P. D. Emerix.

Maioricen. Canonicatus Pœnitentiarij.

Marcurii 11. Martij 1665.

Argumentum 273. Collationem esse simultaneam ex verbis Indulti colligitur. Relatio ad suum relatum referri debet. Verba Indulti vltra quod ea sonant, non sunt extendenda, immo restringenda ne læsionem inferant Ordinarijs. Collatorum simile discordia collatio ad Papam deuoluitur.

R. P. D Benilaqua.

Romana Pecuniaria.

Mercurii 11. Martij 1665.

Argumentum 274. Mandatum relaxari non potest, nisi euidenter appareat de crediti liquidatione. Protestatio facta clandestinè, non attenditur. Actus si ex actis non appareat consideratur, vti extra mundum.

R. P. D. Bourlemont.

Ciuitatis Castelli Bonorum.

Mercurii 11. Martij 1665.

Argumentum 275. Testamentum quod dici possit tacitè approbatum ex quibus actibus apparere debeat. Conditio apposita à Testatore quando impleri nequeat per æquipollens. Pro consensu inducendo, quid requiratur, & præsumptus non attenditur, vbi requiritur expressus. Colluso etiam inter coniunctos, quando constat de vero credito excluditur.

R. P. D. Ottalora.

Firmana Seruitutis.

Veneris 13 Martij 1665.

Argumentum 276. Pro libertate cum strepitu legum auctoritas, ideo plenè est probanda, & seruitus quatenus fuerit inducta per pactum, illud debet esse clarum & expressum, cum semper sit facienda interpretatio pro libertate rerum.

R. P. D. Ottalora.

Romana, seu Sabinen. Fideicommissi.

Veneris 13. Martij 1665.

Argumentum 277. Ex remedio l. fin. C. de edict. Diu. Adrian tollen. ad fideicommissum venire prætendens specificis, & concludentissimis probationibus illius identitatem probare tenetur

R. P. D. Cerro Decano postea S. R. E. Card.

Aquilana Beneficij.

Veneris 13. Martij 1665.

Argumentum 278. Gratia iustificata debet executioni demandari, & iustificit, vt iustificetur eo modo, quo fuit narrata. Vnio facta ab Episcopo nisi approbetur non subsistit.

R. P. D. Taia.

Romana Legitima.

Veneris 13. Martij 1665.

Argumentum 279. Grauamen à Testatore iniunctum, & a Papa ademptum habetur, ac si insertum non fuisset. Trebellianicæ detractio generalibus verbis non videtur prohibita, & filijs primi gradus, prohiberi non potest.

R. P. D. Leone Verospio.

Vrbinaten. Pecuniaria.

Lunæ 16. Iunij 1665.

Argumentum 280. Donatio facta à Patre filio contemplatione certi Matrimonij, dicitur etiam ius quæsitum nutui ita vt talis donatio sine ea revocari non possit, propter ius ei quæsitum. Transactio inualida, nequaquam subsistentur.

R. P. D. Taia.

Romana Lucri Dotalis.

Lunæ 16. Martij 1665.

Argumentum 281. De Lucro Dotali Statuti Vrbis cap. 131. lib. 1. loquens, illud defert, quo ad vsumfructum coniugi superstiti, non quo ad proprietatem, & quid si postea defecerint filij, quibus deberet illius proprietas. Minores nec cum decreto Iudicis possunt donare.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 16. Martij 1665.

Argumentum 282. Pœnalia nunquam extendenda, sed potius sunt restringenda, & operari debent, quod quantum fieri potest, minus grauamen inferant. & in materia pœnali, seu odiosa, pluralitas in singularitatem non resoluitur.

R. P. D. Leone Verospio.

Imolen. Dotis.

Lunæ 16. Martij 1665.

Argumentum 283. Donatio inter Virum, & Vxorem, prohibetur à Iure, nè illi mutuo amore se spolient, robur tamen ex obitu donantis assumit. Laici super rebus ad Ecclesiam spectantibus statuere, nihil valent. Hæres factum defuncti seruare tenetur.

R. P. D. Emerix.

Nouarien. Parochialis.

Lunæ 16. Martij 1665.

Argumentum 284. Emolumenta, & Iura Parochialia Parocho curam Animarum habenti reseruata congrua coadiutori debentur, nec duo in eadem Parochia possunt esse Parochi. Prælatus sine beneplacito Apostolico Iure suæ Ecclesiæ alteri concedere nequit. Immemorabilis ex quibus excludatur, & alia quæ patent ex Summario.

R. P. D. Cerro Decano postea S. R. E. Cardinali

Romana Vineæ.

Veneris 20. Martij 1665.

Argumentum 285. Testator quando verbis generalibus filiorum nepotum, & pronepotum suos descendentes vocauit, nulla expressa masculinitatis qualitate. etiam fœminæ debent ad successionem admitti, non concurrente eiusdem Testatoris contraria voluntate, quæ clara pro fœminarum exclusione, & patens esse debet.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Auctionen. Saluiani.

Veneris 22. Martij 1665.

Argumentum 286. Mutui contractus quando in contractum venditionis transeat. Fructus à bonæ fidei possessore percepti à die motæ litis debent restitui, à malæ fidei vero possessore vsque ab initio contractus peti valent.

R. P. D. Taia.

Turritana Congrua.

Veneris 22. Martij 1665.

Argumentum 287. Congruæ solutio quando est facienda in certa specie monetæ. si ea non possit in illa solui sufficit, quod fiat in æquiualenti, & in hoc attendendam esse obseruantiam optimam rerum dubiarum interpretem desiderat.

R. P. D. Bourlemont.

Mediolanen. Fideicommissi.

Veneris 2. Aprilis 1665.

Argumentum 288. Testator prohibens suis hæredibus bonorum fideicommissariorum alienationem vsque ad certum tempus, eo elapso censetur libere posse de illis disponere facultatem dedisse, vt in casu decisionis tam per actus inter viuos quam per vltimam voluntatem.

R. P. D. Emerix.

Romana, seu Ferrarien. pratensis Donationis.

Veneris 2. Aprilis 1665.

Argumentum 289. Donatio facta à Minore sine Statutarijs solemnitatibus, & Ægidianæ requisitis non tenet voluntas in futurum collata præparationem, non perfectionem actus importat. Donatio in causa mortis, quæ non sit quisque Testibus munita, non attenditur.

R. P. D. Taia.

Veliterna Retractus.

Lunæ 29. Aprilis 1665.

Argumentum 290. Perhi tertij relatio improbè facta ex Iudicis officio retractari, & peritorum Iudicio corrigi potest, maximè concurrentibus causis in decisionis casu pòderatis.

R. P. D. Cerro Decano postea S. R. E. Card.

Ghnesinen. Iurispatronatus.

Veneris 17. Aprilis 1665.

Argumentum 291. Iurispatronatus probatio ex quibus resulcet. Habilis ad Beneficia semel reputatus, nisi probetur inhabilitas superuenientia, talis semper præsumitur. Patronus quando ius præsentandi amittat.

R. P. D. Carpineo postea S. R. E. Card.

Pompilonen. Beneficiorum.

Veneris 17. Aprilis 1665.

Argumentum 291. Collatio illa dicitur libera, quæ potest à solo Episcopo fieri absque alterius consilio, vel consensu

&c.

Index Argumentorum.

& ad probandam liberam, vel non liberam collationem Beneficij semiplena probatio sufficit. Litteræ Apostolicæ non expediuntur in forma Gratiosa, nisi de qualitatibus expressis constet.

R. P. D. Ottalora.
Pampilonen. Vicaria.
Veneris 20. Aprilis 1665.

Argumentum 293. Remissoria si materia articulata sit irrelevans, non concedetur, & frustra quæritur id probare per testes, quod per scripturas euidenter patet.

R. P. D. Carpineo postea S. R. E. Card.
Perusina Erectionis Canonicatus.
Lunæ 4. Maij 1665.

Argumentum 294. Testator mentem suam hæredi oretenus committens debet hic Iuramento deponere talem illius fuisse voluntatem, & dispositio hæredis non attenditur, si consona non sit voluntati eiusdem Testatoris cuius mens per contrariam dispositionem hæredis alterari nequit, & alia, de quibus plenissimè in Summario.

R. P. D. Emerix.
Bonomien. Liquidationis Pratij.
Lunæ 4. Maii 1665.

Argumentum 295. Ad cognoscendum quid ex voluntate legantis, in legato veniat causa legati inspicienda est, vnde Testator, qui duo prædia sub vno nomine reliquit, videtur ambo in legatarium transferre voluisse.

R. P. D. Carpineo postea S. R. E. Card.
Calaguritana Beneficiorum.
Lunæ 4 Maii 1665.

Argumentum 296. An liceat appellare à mala examinatorū relatione. Omnia gesta lite pendente sunt irrita. Infitutio appellatione pendente facta est nulla.

R. P. D. Taia.
Chelmen. Decimarum.
Lunæ 4 Maii 1665.

Argumentum 297. Episcopus pro exigendis Decimis intra confines suæ Diœcesis in Iure fundatam intentionem habet, & illas in aliena aliquando percipere valet. Iudex laicus etiamsi sit Imperator sententiare non potest super Decimis.

R. P. D. Ottalora.
Colonien. Scholastria.
Lunæ 4. Maij 1665.

Argumentum 298. Scholastria eo quod sit dignitas requirit personalem residentiam, sicuti etiam Canonicatus, qui vti incõpatibilis cum Scholastria nẽ possunt ambo obtineri sine dispensatione Pontificia, quæ si aliquando insimul fuerunt possessa, semper interuenisse præsumitur.

R. P. D. Bentiaqua.
Turritana Canonicatus.
Lunæ 11. Maii 1665.

Argumentum 299 Fumo veritatis concurrente in Beneficialibus. Remissoriam concedendam esse resolvitur.

R. P. D. Leone Verospio.
Ravennaten. Cpletta.
Lunæ 11. Maij 1665.

Argumentum 300. Collecta quando est imponenda valor fructuum prædiorum venit inspiciendus, & si ad reparandam vim fluminis fuerit imposita, si ista vi eiusdem non afficiantur, non debet Ecclesia illorum domina ad illius collectæ contributionem adstringi, vt in casu decisionis.

R. P. D. Carpineo postea S. R. Ecc. Card.
Sabinen. Iuris Nominandi.

Argumentum 301. Ius Nominandi censetur personalis, & cum persona expirat, sed quando acquisitum fuit titulo Legati ad hæredes Legatarij transmitti potest. Legatarius, vel nudus executor, an quis fit ex quo dignoscatur. Fides licet extraiudicialis Religiosi, & notæ probitatis viri, magnam fidem meretur.

R. P. D. Taia.
Panen. Census.
Lunæ 18. Maij 1665.

Argumentum 302. Fundus Censicus pro solutione annui Census, reputatur sufficiens, donec contrarium probetur & non tenetur pro paruo Censu, si ipse fructus soluendos excedat quamuis res magna pro paruo debito teneatur. Subhastatio excessiua corruit.

R. P. D. Carpineo postea S. R. E. Card.
Romana Successionis.
Veneris 22. Maii 1665.

Argumentum 303. Legitima quatuor filiorum est trien. Virtus clausulæ codicillaris examinatur. Hæres scriptus vti per fideicommissum vocatus de hæredis abintestato manu hæreditatem capere debet. Testator de bonis emphyteusi obnoxiis, disponere minime valet.

Reuerendiss. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.
Leodien. Canonicatus.
Veneris 22. Martij 1665.

Argumentum 304. In concursu duarum prouisionum sub eadem dicta illa Papæ semper præfertur. Probatio quæ consistit in tempore si de illo testes præcisè non deponāt nullius est roboris.

R. P. D. Emerix.
Reatina Fideicommissi.
Veneris 29. Maii 1665.

Argumentum 305. Substitutio vulgaris anomala quid operetur. Subintratio vlterior, quam in portione patrui non datur in linea collaterali. Voluntas testatoris est omnino exequenda. Interpretatio quælibet pro euitanda contrarietate est facienda.

Reuerendiss. D. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.
Ariminen. Castrorum.
Veneris 29. Maii 1665.

Argumentum 306. Masculus descendens per fœminam, quando à successione repellatur. Appellatione descendentium, qui veniant. Subrogatus in subrogantis iura subintrat, clausula pleno iure, quid importet.

R. P. D. Taia.
Romana Statuarum.
Lunæ 1. Iunij 1665.

Argumentum 307. Sententia lata contra reum principalem est executioni demandanda contra eum, qui rem emit litigiosam, quæ nunquam præscribitur, maximè concurrente litis scientia. Possessor bonæ fidei nunquam præscribit.

R. P. D. Carpineo postea S. R. E. Card.
Romana Fideicommissi de Glorierijs.
Lunæ 1. Iunii 1665.

Argumentum 308. Duæ Sententiæ inter Ciues Romanos vim trium habent. Descendentium appellatione, qui veniant. Testator ex quibus arguatur omnes descendentes indistinctè vocare voluisse. Dictiones alios, & quomodolibet ponderantur, & alia de quibus latè patet ex Summario.

R. P. D. Bourlemont.
Bononien. Pecuniarum.
Lunæ 1. Iunij 1665.

Argumentum 309. Consensus in iis, quæ præiudicium inferunt non extenditur de casu ad casum, nec consensus diuisioni præfixus, non debet trahi ad renunciationem hypothecæ in præiudicium consentientis. Statutum Bononiense sub rubr. de appellat. quid disponat.

R. P. D. Ottalora.
Parmen. Pensionis.
Lunæ 1. Iunij 1665.

Argumentum 310. Pensio quando debeatur. Narratiua nẽ dolosè facta Pontifici illius gratiam efficacem reddit. Resignatarius impugnans validitatem Pensionis aperit viam regressui. Resignans propter expressionem falsam valoris, non potest petere regressum ad Beneficium resignatum.

R. P. D. Taia.
Bononien. Fideicommissi de Blanchetis,
Mercurij 3. Iunij 1665.

Argumentum 311. Fideicommissa duo incompatibilia apud vnum residere nequeunt. Creditum illiquidum dotis fideicommissario immissionem impedire non valet, quando pro illius detractione certa bona assignata fuerunt. Dictiones vtriusque, & itaut, quomodo intelligendæ, & accipiendæ. Contrahentium mens qualis fuerit, vnde deprehendi valeat.

Reuerendiss. D. Cerro Decano postea S. R. E. Card.
Leodien. Matrimonij.
Mercurii 3. Iunii 1665.

Argumentum 312. Iudex in iudicando facti contingentiam inspicere debet, & quando casus Matrimonii accidis tali modo prouidere debet ne consensus alterutrius contrahentis extorqueatur.

R. P. D. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.
Romana Dotis.
Mercurij 3. Iunii 1665.

Argumentum 313. Inuentarium bona, & omnia Iura hæredis, ità præseruat, vt nec censeatur hæreditatem adiuisse qui vltrà vires in Inuētario descripras, non tenetur, nec credita hæreditaria exigere, ad quorum exactionem etiã ipse

Index Argumentorum.

ipſes creditores compellere poteſt. Mulier quæ ſe pro marito obligauit, contra illius bona habet actionem.

R. P. D. Emerix.

Ciuitatis Caſtelli Dotis.

Mercurii 3. Iunii 1665.

Argumentum 314. Dos quod integrè ſoluta fuerit ex quibus iuſtificetur. Reſtitutio de qua re fieri dicatur. Scripturæ, quæ ex actis iuſtificata non fuit nullius eſt roboris, nec æquiuoca, admittitur in concurſu certarum probationum.

Reuerendiſs. D. Carpineo poſtea S. R. E. Card.

Ancoitana Pecuniaria.

Veneris 3. Iunii 1665.

Argumentum 315. Creditor Banchi in ijs, quæ reperiuntur in Banco debet præferri extraneis creditoribus. Obligatio prima non tollitur niſi ſecuta fuerit nouatio.

R. P. D. Ottalora.

Romana Commemorationis Defunctorum.

Mercurij 3. Iunij 1665.

Argumentum 316. Bo quia ſalubrè eſt pro Defunctis orare, facultas orandi, & faciendi ſolemnem feſtiuitatem prò illorum ſuffragio priuatiuè quoad alias Eccleſias conceſſa, nō cenſetur niſi expreſſis Indulti Pontificij verbis apparet, vnde manutentio in quaſi poſſeſſione pro illis orandi alteri Eccleſiæ, cum conſtet de illius bono Iure, merito conceditur.

R. P. D. Taia.

Hymnecen. Beneficij.

Mercurij 3. Iulij 1665.

Argumentum 317. Vnio Eccleſiæ per Epiſcopum etiam poteſt explori quoties reddibus adeo ſunt tenues, vt cum illis Canonici ſuſtentari non valeant, quam poſſe fieri ad hunc effectum Concilium Tridentinum perhibit. vnde poſſeſſor ex Beneficio vnito redditus capiens concurrente illius bono Iure vnito manutenendus.

R. P. D. Leone Veroſpio.

Romana Fructuum Dotis.

Mercurij 3. Iunij 1665.

Argumentum 318. Statutum Vrbis lib. 1. cap. 137. taxat fructus dotis ad rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario, & anno, qui per patrem ſunt ſoluendi ſtatim, ac vir filiæ onera matrimonij ſuſtinere cœpit, cum abſque alia interpellatione, vel promiſſione, vèl taxatione dotis moram incurrat.

R. P. D. Taia.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 8. Iunii 1665.

Argumentum 319. Emptio & venditio ſimulata in fraudem paratæ executionis, an ſubſtineri valeat. Sententia lata contra principalem reum, poteſt contra eum, qui rem litigioſam emit executioni demandari. Et alia de quibus in Summario.

R. P. D. Carpineo poſtea S. R. E. Card.

Eugubina Societatis.

Lunæ 8. Iunij 1665.

Argumentum 320. Statutum Eugubii ſub rubr. 11. & rubr. 27. de compromiſſ. quid diſponat. Omiſſio citationis nullam reddit ſententiam. Aſſertio periti alioquè non iuſtificata, non attenditur. Facti quæ ſunt, non quæ fuit, ad priuatum ſpectant.

R. P. D. Emerix.

Romana Aſſociationis.

Lunæ 8. Iunij 1665.

Argumentum 321. Aſſociatio ad quæ, & quando debeat cōcedi. Donatio facta à Muliere, contemplatione certi Matrimonij, per donatariam contrahendi, non requirit ſolemnitates Statutarias. Renunciatio ex defectu inſinuationis corruit, & ad quid inuenta ſit inſinuatio.

R. P. D. Leone Veroſpio.

Fauentina Fideicommiſſi.

Lunæ 8. Iunii 1665.

Argumentum 322. Teſtator quando cenſeatur perpetuum inſtituiſſe fideicommiſſum. Confeſſio contra confitentē, & ab eo cauſam habentes probat. Contractus Minorum abſque inſinuatione corruit. Reintegratio Pupillis, & Minoribus, quando concedatur.

R. P. D. Beuilaqua.

Ariminen. Bonorum.

Veneris 12. Iunii 1665.

Argumentum 323. Renunciatio abſque proximiorum intereſſentu ſtipulata, & quæ careat inſinuatione in contractibus Minorum, & Mulierum requiſita non ſuſtinetur. Statuta in Statu Eccleſiaſtico non poſſunt ſine Summi Pon-

tificis auctoritate condi, & ſi non apparet de illorum confirmatione, nullius ſunt roboris, & momenti.

Reuerendiſs. D. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.

Romana Domus.

Veneris 12. Iunii 1665.

Argumentum 324. Commiſſiones extenſionem non patiuntur, ſed debent reſtringi ad cauſam commiſſam, & illarū verba ad cauſas poſt commiſſionem obtentam exortas non extenduntur.

Reuerendiſs. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Perufina Tranſactionis.

Veneris 12. Iunii 1665.

Argumentum 325. Tranſactionis natura quæ ſit, & ad illam ſubſtinendam, quid requiratur. Onus aliquod alterius cauſa ſupportatum debet releuari per illum cuius cauſa ad ſubſtinendum, quis ſe mouit. Lites in Vrbe non ſine magno diſpendio agitantur.

Reuerendiſs. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Perufina Fideicommiſſi.

Veneris 12. Iunij 1665.

Argumentum 326. Subſtitutio tacita reciproca ex quibus inducta præſumatur, & ad iſtam inducendam, quid requiratur. Teſtator ſæpius in teſtamento qualitatem maſculinitatis repetens cenſetur ad agnationis conſeruationem reſpexiſſe. Coniecturæ etiam leues ſufficiunt ad inducēdam reciprocam in deſcendentibus. Bona quod ſint fideicommiſſaria, ex quibus iuſtificari poſſit.

R. P. D. Leone Veroſpio.

Romana Domus.

Lunæ 15. Iunii 1665.

Argumentum 327. Text. in l. interdum 5. ff. qui potior. in pign. hab. concedens anteriōritatem creditoribus mutuātibus pecuniam pro reparatione domus, non habet locū, quando pecunia mutuata fuit expenſa in exceſſibus, & nō neceſſarijs expenſis domus, vel quando domus erat iam perfecta.

R. P. D. Emerix.

Bononien. Bonorum.

Lunæ 15. Iunii 1665.

Argumentum 328. Legatum quando fuit factum animo cōpenſandi cum proprio debito, debet iudicari liberum, maximè quando in diuerſa oratione à fideicommiſſo fuit conceptum. Notario in quibus credatur. Voluntas Teſtatoris qualis venīat inſpicienda. an illa tempore præparationis, aut ea ſtipulationis teſtamenti.

R. P. D. Taia.

Calagurritana Beneficij.

Lunæ 15. Iunii 1665.

Argumentum 329. Appellatio à mala examinatorum relatione eſt admittenda, ne vt habilis ſemel reputatus, & vt inhabilis deinde ab examinatoribus iudicatus iniuriam ab eligentibus non patiatur, cum vt habilis ſemel approbatus ſemper talis præſumatur.

R. P. D. Bourlemont.

Romana Fideicommiſſi de Stercatis.

Lunæ 15. Iunii 1665.

Argumentum 330. Qualitas renunciationis realis, quæ ſit, & facta ob ingreſſum Monaſterij ſemper præſumitur abdicatiua, & realis. Renunciatio facta per viam Donationis, quid operetur, & quæ nam ſub titulo donationis venire nequeant.

Reuerendiſs. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.

Romana Contributionis.

Lunæ 15. Iunij 1665.

Argumentum 331. Bona Baronum ſtante Clementis VIII. Conſtitutione poſſunt obligari, ſiuè ſine fideicommiſſo aſcendentium, ſiuè collateralium, ſiuè extraneorum ſuppoſita, & reputantur vti allodialia vnde ſucceſſones in Bonis Baronum pro rata Bonorum ad ſolutionem debitorum concurrere tenentur.

R. P. D. Bourlemont.

Romana Electionis Puellarum.

Lunæ 15. Iunij 1665.

Argumentum 332. Electio debet eſſe libera, & in hac materia onus vni impoſitum alteri, non cenſetur repetitum niſi ſpecialiter exprimatur.

R. P. D. Leone Veroſpio.

Aſculana Dotis.

Veneris 25. Iunii 1665.

Argumentum 333. Præſumptio liberæ voluntatis ex quibus in Teſtatrice morti proxima excludatur, quæ plures ſuggeſtionum moleſtias paſſa, vt virum hæredem inſtitueret.

Index Argumentorum.

aliſ de illius voluntate conſtet, illius inſtitutio ſe per ſuggeſtionem facta, non attenditur.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Perusina Hæreditatis.

Veneris 19. Iunii 1665.

Argumentum 334. Profeſſio tacita, & expreſſa, Fratris Religionis Hieroſolymitanæ ex quibus eliciatur, quæ ex aſſertionibus, & enunciatiuis ſolis Fratribus conuenientibus emiſſis concluditur, vnde talis profeſſio de bonis ad commendatarium ſpectantibus, ratione commendæ illius cui inſeruiebat diſponere prohibetur.

R. P. D. Emerix.

Firmana Decis.

Veneris 19. Iunij 1665.

Argumentum 335. Venditio facienda de licentia Iudicis, & propria auctoritate fiat, eſt omnino nulla. Prædij diuerſitas ex quibus arguatur. Spolij ratificatio ex quibus iuſtificetur, & Iure ſpoliatoris, qui vitiur poſt intentatū ſpolii Iudicium ipſi Iuri renunciare debet.

R. P. D. Taia.

Tudertina Cenſus.

Veneris 19. Iunii 1665.

Argumentum 336. Proteſtatio fit debitori debitoris auctoritate Iudicis, & quilibet teneatur obedire proteſtationi, & non excuſatur. Tertia perſona an prohiberi poſſit, ne ſuo debitori ſolutio fiat.

R. P. D. Reuilaqua.

Romana emolumenti Lapidis.

Lunæ 22. Iunij 1665.

Argumentum 337. Operi publico, de Iure non eſt licitum apponere alia Inſignia, vel Nomen, niſi Principis, vel eius cuius pecunijs factum eſt opus. Et quid de conſuetudine ſtructur, quæ tamen conſuetudo, ſi ſit contraria Iuri Communi, non eſt ſeruanda.

Reuerendiſs. Cerro Decano nunc S.R.E. Card.

Romana Canonum.

Lunæ 22. Iunii 1665.

Argumentum 338. Canon ab emphiteuta ſoluitur in recognitionem directi dominij, non in compenſationem fructuum. Pœna caducitatis in Contractu Locationis, eſt ad longum tempus. an locum obtineat. Pactum emphyteuſis contractibus adiectum eſt omnino ſeruandum.

R. P. D. Reuilaqua.

Melenitana Bonorum.

Lunæ 22. Iunij 1665.

Argumentum 339. Quidquid appellatione pendente geſtū eſt, dicitur attentatum. quod venit omnino reuocandū, l. diffamari. C. de inoffic. & maximè remedium quando competat.

R. P. D. Bourlemont.

Famen. Hæreditatis.

Lunæ 22. Iunij 1665.

Argumentum 340. Filiæ in legato dotis, legitima ſoluta præſumitur ei à patre, titulo honorabilis Inſtitutionis relicto. Trebellianica non debet detrahi, ſi de voluntate teſtatoris illam non detrahendi appareat. Statutum Fanenſe, libr. cap. 45. & 47. quid diſponat.

R. P. D. Bourlemont.

Romana Caſtrorum.

Lunæ 22. Iunij 1665.

Argumentum 341. Mandatum factum à Minore, cum promiſſione de rato, cuius Iuramento dubitari non poteſt, quin ſit validum, qui in Iudiciis poſſeſſorijs poteſt abſq; ſolemnitatibus ſiſtere, & ſine iis procuratorē conſtituere. Sententia contra legitimè citatum eſt executioni demandanda.

R. P. D. Ottalora.

Sancti Severini Congrua.

Lunæ 22. Iunii 1665.

Argumentum 342. Congrua Epiſcopi qualis ſit. Papa non præſumitur Ius Commune velle tollere. Teſtes benè informati, & de re illis nota deponentes, licèt negatiuam non coarctantes, negatiuam benè probant, & coarctantes negatiuam teſtibus de affirmatiua deponentibus præferuntur. Congrua Epiſcopi, quæ nam ſint.

R. P. D. Taia.

Neritonen. Penſionis.

Lunæ 22. Iunij 1665.

Argumentum 343. Deſumitur melius ex Summario.

R. P. D. Bourlemont.

Piſaurens. Maioratus.

Veneris 26. Iunij 1665.

Argumentum 344. Qualitas ritui ſanctorum non debet in illius odium retorqueri, concurrente teſtimonio voluntate, in omnibus ſemper ſpectanda.

Reuerendiſs. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.

Lodien. Bonorum.

Veneris 26. Iunij 1665.

Argumentum 345. Remiſſoria etiam in profanis denegantur quoties de articulorum irreleuantia apparet. & maximè quando id quod probare intenditur, per ſcripturas probari poteſt.

Reuerendiſs. Cerro Decano poſtea S. R. E. Card.

Romana præſumpti Matrimonij.

Veneris 26. Iunij 1665.

Argumentum 346. Conſenſus patris ad Matrimonii validitatem non requiritur, ne libertas Matrimonii impediatur. Attamen fœmina, quæ noluit ſine illo contrahere ad matrimonium, non eſt cogenda.

R. P. D. Emerix.

Anconitana. Fideicommiſſi.

Veneris 26. Iunii 1665.

Argumentum 347. Diſpoſitio teſtamentaria in Codicillis reuocata non cenſetur, niſi Codicillorum verba id neceſſario importent. Teſtator ex quo inducere fideicommiſſum perpetuum inter ſuos deſcendentes voluiſſe arguatur. Fideicommiſſario in vim, leg. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. iuſtificatis ad hoc neceſſariis, immiſſio eſt concedenda.

R. P. D. Emerix.

Bononien. Bonorum.

Veneris 26. Iunii 1665.

Argumentum 348. Lucrum dotale quando ex Iuris diſpoſitione, vel ſtatutaria debetur, cum legatum viro ab vxore factum cum lucro compenſatur, ſecus ſi debeatur ex præſumpta hominum voluntate.

R. P. D. Emerix.

Romana Alimentorum.

Veneris 26. Iunij 1665.

Argumentum 349. Deſumitur melius ex Summario.

R. P. D. Ottalora.

Calaguritana Beneficij.

Veneris 26. Iunij 1665.

Argumentum 350. Habilis ſemel ad curam reputatus, & vt inhabilis deinde reiiciatur. iuſtam habet appellandi Cauſam à male examinatorum relatione, cum ſemel habilis, iudicatus ſemper talis præſumatur.

R. P. D. Ottalora.

Papien. Emphiteuſis.

Veneris 26. Iunii 1665.

Argumentum 351. Remiſſoria quoties de articulorum malitia conſtat in profanis etiam ſine ſumo concedantur, quæ indulgeri ſolet ad probandum id quod eſt veriſimile.

R. P. D. Ottalora.

Romana Fideicommiſſi.

Veneris 26. Iunii 1665.

Argumentum 352. Immiſſio ad hoc vt competat in vim l. final. C. de edict. Diu. Adr. tollen. quid requiratur fideicommiſſum ex quo inducatur, ſubſtitutio reciproca tacita, ex quo reſultet. Legitima ex fideicommiſſo particulari non detrahitur, niſi bonis liberis non exiſtentibus.

R. P. D. Taia.

Sanctis Severini Saluiani.

Lunæ 26. Iunij 1665.

Argumentum 353. Saluianum an competat etiam pro fructibus Cenſualibus maturandis, & quomodo. Extrema Saluiani quæ ſint, & iſta vbi probentur.

R. P. D. Leone Verospio.

Romana, ſeu Ianuen. Permutationis.

Veneris 26. Iunii 1665.

Argumentum 354. Ad validam mandati relaxationem, quid requiratur. Mercator ſuſpectus à lege non exiſtimatur, qui bona debito correſpondentia poſſideat. Negocio principali in ſubſiſtente corruit etiam acceſſorium.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Lodien. Canonicatus Aquiſgranen.

Veneris 26. Iunij 1665.

Argumentum 355. Dignitatis exercitium non niſi per confirmationem reſpectur, & Prælatus ante confirmationem adminiſtrans incurrit priuationem Iuris, quod ex electione percepit. Clericus à militia mundi rediens ad ſtatum primæuum Clericalem reintegratur ad priuilegia Clericalia, quæ per militiam erant ſuſpenſa non deperdita, Irregularitas ex bello inſto non inducitur, & alia de quibus in Summario.

R. P. D.

Index Argumentorum.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Mediol. Pecuniaria.

Veneris 26. Iunii 1665.

Argumentum 356. Hæres factum defuncti seruare tenetur, & eadem obligatione ligatur, qua suus auctor tenebatur, quæ onus quodcumque iniunctum, acceptare dicitur, statim ac defuncti bona consequitur, & retinet. & æquum est, quod si commoda hæreditatis sentit illius, & incommoda patiatur.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Fauen. Successionis.

Veneris 26. Iunii 1665.

Argumentum 357. Statutum Fani lib. 2. cap. 66. de succes. ab intestato, quid disponat; Statutum Iuris communis correctorium, non est extendendum. Ratio Statuti non attenditur, sed casus formaliter dispositus. Regula si vnico vincentem te, &c. quando habet locum.

R. P. D. Carpineo postea S. R. E. Card.

Veruſina Dotis.

Mercurij 2. Iulij 1665.

Argumentum 358. Fœmina per Statutum à successione exclusa, ne ab hac repellatur sufficit, quod deficiat qualitas, quæ est causa exclusionis, & si antequam detur hæreditatem acquirat, si superueniat dotatio Ius antea sibi quæsitum non amittit. Fœminæ ex bonis fideicommissariis deficientibus bonis liberis, patris dotem detrahere possunt.

Reuerendiss. D. Cerro Decano postea S. R. E. Card.

Romana Testamenti.

Mercurij 2. Iulij 1665.

Argumentum 359. Articuli quoties materia articulata est relevans de stylo Rotæ semper admittuntur, & quando continent materiam magis specificam, nouum examen conceditur.

R. P. D. Cerro Decano postea S. R. E. Card.

Leodien. Bonorum.

Mercurij 2. Iulij 1665.

Argumentum 360. Consuetudo Ciuitatis Leodii, quid disponat. Attestatio simplex cum attestatione collegialiter facta, & aliis adminiculis suffulta, concurrere nequit.

Reuerendiss. D. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.

Mediolanen. Matrimonij.

Mercurij 2. Iulij 1665.

Argumentum 361. Remissoria bis non conceditur, sed si articuli noui materiam magis specificam continent, non denegatur, vt in casu decisionis.

R. P. D. Emerix.

Calaguritana Beneficij de Caramita.

Mercurii 2. Iulii 1665.

Argumentum 362. Rota qualitates maiores, & digniores habentibus Beneficia conferre solet, maximè in concursu alterius, qui ad impediendam litterarum Rotalium executionem ad Iudices Laicos recursum habuit.

R. P. D. Emerix.

Corunen. Suppressionis Conventus.

Mercurii 2. Iulii 1665.

Argumentum 363. Bona Monasterij per Pontificem suppressi fisco Papæ deferuntur. Vsusfructus vsufructuarij morte finitus, & cum sua proprietate consolidatur. Monasterium nunquam moritur, & Superiorum illius officia perpetua dicuntur habito ad illud respectu, vnde si Monasterium supprimatur, & illius Religiosi in varia loca sint diuisi, non habent Ius Vniuersitatis, nec vti tales congregari possunt.

R. P. D. Bourlemont.

Romana, seu Albanen. Dotis.

Mercurij 2. Iulii 1665.

Argumentum 364. Promissio facta incuitu certi Matrimonii etiam si de illa contractus factus, non fuerit nisi verbalis, est omnino adimplenda, cum similis promissio gaudeat omnibus dotalibus priuilegijs. Hypotheca etiam ex verisimili contrahentium mente inducitur.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Romana Saluiani.

Mercurii 2. Iulii 1665.

Argumentum 365. Pactum quod Census elapso certo tempore fiat irredimibilis, an sit validum. Præscriptio quando currat. Scientia non præsumitur, & allegans illam probare adstringitur.

R. P. D. Leone Veresipio.

Romana Legati.

Mercurij 2. Iulii 1665.

Argumentum 366. Pater sicuti cum filio æqualiter ab intestato alteri filio succedit, eique vsusfructus acquiritur super portione filio delata, ab huiusmodi portione repellitur, quando testator extraneus patri, & filio legatum attribuit.

R. P. D. Emerix.

Imolen. Pensionis.

Marcurij 2. Iulij 1665.

Argumentum 367. Pensionarius quando contra successorem, & in petitorio agit, quid probare teneatur. Iuris patronatus mentio, quando requiratur.

R. P. D. Leone Veresipio.

Firmana Bonorum.

Mercurij 2. Iulij 1665.

Argumentum 368. Possessio subsequens ex titulo præcedenti declaratur. Reintegratio ad damni passi mensuram conceditur.

R. P. D. Ottalora.

Romana Pensionis.

Mercurii 2. Iulii 1665.

Argumentum 369. Pensionis translatio ad hoc vt sustineri valeat, quid requiratur. Distributiones fructuum naturam assumunt, & loco præbendæ succedunt, quando beneficia in solis distributionibus consistunt. Pro Iuribus etiam incorporalibus, de Iure immisso conceditur.

R. P. D. Taia.

Nicien. Canonicatus.

Mercurij 2. Iulij 1665.

Argumentum 370. Interrogatoria nullo modo researi possunt, nisi de partium consensu, & illorum moderatio spectat ad Rotam, & testium examen ob interrogatoriorum resecationem est omnino nullum, quæ nullitas semper durante lite, potest opponi quando examen approbatum non fuit.

R. P. D. Beuilaqua.

Calaguritana dimidiæ portionis de Haro.

Mercurii 2. Iulii 1665.

Argumentum 371. Præsentatus à maiori parte Capituli debet institui, & connumeratur bonè votum illius, qui febri detentus procuratori de Collegio vices suas cómisit, nec curatur an fuerit extra prouinciam, dummodo cóstet ante præsentationem intervenire potuisse.

R. P. D. Ottalora.

Romana Locationis.

Lunæ 5. Iulii 1665.

Argumentum 372. Bona Monasterii vt validè alienentur requisita quæ sint. Beneplacitum Apostolicum contra illud impetrare negligentes pro impetrato habentur. Exceptio non implementi, quid operetur.

R. P. D. Beuilaqua.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 5. Iulii 1665.

Argumentum 373. Sententia nulla, & iniusta, non vulnerat obligationem Cameralem, & illius iniustitia nullitati cóparatur adeò, vt validè ferri possit Sententia secunda contra primam. Cedentis creditor cessione resoluta ad integras primæuas eius actiones redire potest.

R. P. D. Ottalora.

Calaguritana dimidiæ portionis de Haro.

Veneris 20. Nouembris 1665.

Argumentum 374. In electione Capitulariter faciendæ propter consensum capitulariter præstandum quilibet interesse debet, sed si iusto sit aliquis impedimento detentus vices suas vni de capitulo committere valet, vt pro cómittente suffragium ferat, alioquin si principalis commodè per se intervenire possit constitutio procuratoris non attenditur, & est omninò nulla.

R. P. D. Taia.

Anconitana. Fideicommissi.

Mercurii 2. Decembris 1665.

Argumentum 375. Quidquid attentatum fuit est ante omnia reuocandum, & in pristinum statum reducendum. Litteræ subreptitiæ Iurisdictionem non conferunt. Rescriptum auocatorium est ipso Iure nullum. Causa ad Curiam deuoluta, vt ibi tractetur, non potest extrahi nisi de certa scientia Papæ.

Index Argumentorum.

R. P. D. Ottalora.
Romana, seu Lanuin. Dotis.
Mercurij 2. Decembris 1665.

Argumentum 376. Instrumentum Camerali obligatione vallatum, paratam habet executionem. Clausula, si quid exequendum, quid operetur. Statutum Vrbis lib. 1. cap. 85 quid disponat. Dos in quantitate constituta, an ad speciem redigi valeat. Mulier quidquid defuncto Marito, acquirit ex bonis illius acquisisse præsumitur. vt præsupposito turpis quæstus euitetur, & hæc ex quo cesset.

R. P. D. Bourlemont.
Romana Emphiteusis
Lunæ 2. Decembris 1665.

Argumentum 377. Emphiteusis de sui natura transitoria ad quoscumque hæredes, etiam si sit Ecclesiastica ex Iuris dispositione, etiam ad manus mortuas transmutti potest.

R. P. D. Bourlemont.
Romana Locorum Montium.
Mercurij 9. Decembris 1665.

Argumentum 378. Curator qui loco proximiorum contractui mulieris interuenit, si non iuret, quod contractus in damnum mulieris non tendat, sustineri nequit. cum requiratur in huiusmodi obligationibus eadem ipsius mulieris vtilitas.

R. P. D. Bourlemont.
Romana Societatum Officij.
Mercurij 9. Decembris 1665.

Argumentum 379. Pecuniæ datæ super Officio incapaci in mutuum resoluuntur, & fructus percepti imputantur in sortem. Societas Officii ob defectum subiecti est nulla, & ab initio contractus nullus non potest, ex superuenienti causa conualescere. Vsuræ illicitæ imputantur in sortem.

R. P. D. Emerix.
Romana, seu Reatina Donationis.
Veneris 11. Decembris 1665.

Argumentum 380. Donatio pura Minoris, vt valida sit, quid requiratur, & quamuis sit ob causam non sustineatur sine solemnitatibus Statutarijs, & ad hoc vt validè per minorem contractus donationis ratificetur, debet esse annorū 25. & si sit minor 20. requiruntur eadem solemnitates, quæ in donatione necessariæ erant.

R. P. D. Ottalora.
Romana Locorum Montium.
Mercurij 14. Decembris 1665.

Argumentum 381. Actor incipiens Iudicium, quid agere debeat, quod si fuit à principio nullum omnia, quæ ex illo sequuntur, sustineri non possunt.

R. P. D. Albergato Decano.
Melevitana Pecuniaria.
Veneris 15. Ianuarij 1666.

Argumentum 382. Instrumentum publicum benè creditum probat. Dotis interusuria, secundum consuetudinem Regni Siciliæ, ad quam summam sint taxata, quæ succedunt loco alimentorum, & pro illis, via executiua competit. Hæres particularis, quando fiat hæres vniuersalis.

Reuerendiss. Cerro Decano nunc S.R.E. Card.
Romana præsentis Matrimonij.
Veneris 15. Ianuarii 1666.

Argumentum 383. Materia articulorum quoties est relevans illorum admissio non denegatur, & ad hoc vt admittantur sufficit, quod directè, siue indirectè faciant ad causam.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Sancti Seuerini Expensarum.
Veneris 15. Ianuarij 1666.

Argumentum 384. Expensæ Iudiciales in causa factæ, benè ex Notarij fide probantur, & extraiudiciales, ad quam summam taxentur.

R. P. D. Bevilaqua.
Cæsen. Parochialis.
Sabbathi 23. Ianuarii 1666.

Argumentum 385. Qualitas narrata Pontifici est concludenter probanda, eo quia causa fuit concessionis gratiæ, quæ si non subsisteret, nullius remanet roboris, Insuper oportet vt acquiratur, quid sit necessarium.

R. P. D. Ottalora.
Romana Dotis.
Sabbathi 23. Ianuarii 1666.

Argumentum 386. Ex quibus probetur vera numeratio dotis. Confessio de recepta dotis quantitate, quando vera censeatur, & quod eiusdem solutio facta fuerit, ex quibus arguatur. Mulier habens actionem ad exigendam dotem, rem ipsam habere dicitur.

R. P. D. Bourlemont.
Pisana Tenuta.
Sabbathi 23. Ianuarii 1666.

Argumentum 387. Possessio ex quibus probari valeat, & quando specificè probata fuit, præfertur illi generaliter probatæ, dum generalis non sufficit, vbi specialis requiritur. Probationes possessionis æquiuocæ, possessionem concludenter verificatam non eludunt.

R. P. D. Carpineo postea S. R. E. Card.
Romana Attentatorum.
Sabbathi 23. Ianuarii 1666.

Argumentum 388. Creditor anterior præfertur in hypotheca, & Saluiano, qui tanquam tertius, & extraneus ad licitandum, admittitur non solum quando aliter eum peior nō inuenitur, sed etiam in concursu aliorum, qui pretium iustum non offerant Sententia Vrbis lib. 1. cap. 191. quid disponat.

R. P. D. Emerix.
Bononien. Liquidationis Pretij.
Sabbathi 23. Ianuarii 1666.

Argumentum 389. Euictio an debeatur pro legato certæ speciei. Depositiones extraiudiciales quando probent. Mandatum pro credito illiquido, an sit executioni demandandum.

R. P. D. Ottalora.
Varmien. Distributionum.
Sabbathi 23. Ianuarij 1666.
Rota Marsuiana.

Argumentum 390. Sententia iniusta nunquam transit in iudicatum, sed vt iniusta restitutionem in integrum meretur.

R. P. D. Bourlemont.
Bononien. Fideicommissi de Populis.
Mercurii 29. Ianuarij 1666.

Argumentum 391. Bona fideicommissaria diuisa ab onere fideicommissi fiunt immunia. Appellatione hæredum, & successorum, qui veniant. Variæ dictiones examinantur, & alia de quibus in Summario.

R. P. D. Bourlemont.
Bononien. Fideicommissi de Sanctis.
Mercurii 29. Ianuarii 1666.

Argumentum 392. Professus in Religione bonorum capax ad bona fideicommissaria est admittendus cum apparet de verisimili mente testatoris illum admittendi, & reijciuntur fœminæ quæ aptæ non sunt ad conseruandi agnationem, & familiam, vti Religiosus, qui quamdiu vixit, dicitur conseruare familiam.

R. P. D. Cerro Decano postea S.R.E. Card.
Ravennaten. seu Fauentina Cambij.
Mercurii 27 Ianuarii 1666.

Argumentum 393. Cambia non debentur quando creditor illorum cum semetipso cambiauit, nisi tamen de voluntate Testatoris constet, quæ etiam tacitè, ex coniecturis elicitur. Ratificatio non inducitur nisi ratificans scientiam Iuris, & facti plenam habeat, ad Scripturas se referens omnium in illis contentorum notitiam habere præsumatur.

R. P. D. Albergato Decano.
Romana Sabbatini.
Mercurii 27. Ianuarii 1666.

Argumentum 394. Saluianum competit contra debitorem debitoris, non secus, ac contra principalem debitorem, & agens ex Iure alterius in eius Iura succedit, & eadem actiones competunt, quæ cedenti. Retentio quando cōpetat.

R. P. D. Bevilaqua.
Romana Fideicommissi de Alberinis.
Mercurii 27. Ianuarij 1666.

Argumentum 395. Fideicommissario bonis fideicommissis subrogatis, ad sui fauorem pariteris, immisso in vim, l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. competit, & debent prius per hæredem grauatum fieri detractiones, dummodo credita non sint illiquida, quæ si sint talis immissionē fideicommissario, impedire nequeunt.

R. P. D. Cerro Decano postea S. R. E. Card.
Romana Fructuum Census.
Veneris 27. Ianuarii 1666.

Argumentum 396. Bona quod sint hæreditaria, ex quibus probari possit. Res in dotem assignata, an dicatur fundus dotalis, licet à principio tradita fuerit æstimata. Mulier si ex sua obligatione ad fauorem viri contracta bonorum

Dota-

Index Argumentorum

Dotalium distractiones fuerit passa potest in crediti sui dotalis satisfactionem tot bona viri in solutum accipere. Confessio receptionis dotis, an in creditorum anteriorū præiudicium retrotrahi possit.

R. P. D. Beuilaqua.
Turritana Canonicatus.
Mercurij 27. Ianuarij 1666.

Argumentum 397. Remissoria in beneficialibus sumo veritatis concurrente passim conceditur, & ad hanc obtinendam, quid venit probandum.

R.P.D. Cerro Decano postea S.R.E. Card.
Romana Seruitutis.
Veneris 29. Ianuarij 1666.

Argumentum 398. In præsenti decisione amplè ventilatur materia seruitutis itineris, vt patet ex Summario.

R.P.D. Carpineo postea S.R.E. Card.
Nullius, seu Taurinen. Prioratus.
Veneris 29. Ianuarii 1666.

Argumentum 399. Appellatione pendente beneficij possessio apprehensa est sequestranda, ne in beneficialibus detur vitiosus ingressus. Partium consensus Iudici delegato Iurisdictionem tribuere non potest.

R. P. D. Emerix.
Neapolitana Grani, & Herdei.
Veneris 29. Ianuarij 1666.

Argumentum 400. Extraiudiciales expensæ quando debentur. Appellatio à Iudice superiori ad inferiorem, an cōcedatur. Procurator ad hoc vt suo principali præiudicare valeat, quid requiratur.

R. P. D. Beuilaqua.
Romana amotionis Lapidis.
Veneris 29. Ianuarii 1666.

Argumentum 401. Operi publico nec de Iure, nec de consuetudine nomen inscribere licet, si Communitas reclamet, secus si toleret, cum res illius esse dicatur, cuius sūt insignia.

R. P. D. Beuilaqua.
Romana Pecuniaria.
Veneris 29. Ianuarij 1666.

Argumentum 402. Solutione eius quod debetur tollitur obligatio. Pactum sub conditione conceptum illa resoluta cur nescit. Allociatio in quo consistat.

R. P. D. Beuilaqua.
Melevitana Beneficiorum.
Lunæ 1. Februarii 1666.

Argumentum 403. Subrogatio non suffragatur quando lis super qua fundatur calumniosa dezegitur. Præsumptio calumniæ ex quibus cesset. Beneficia affecta per Pontificē solum conferri valent. Subrogatio quando ex persona plurium conceditur, satis est deducere Ius ex persona vnius, & possessionem ex persona alterius.

R. P. D. Carpineo postea S. R. E. Card.
Perusina erectionis Canonicatus.
Lunæ 1. Februarij 1666.

Argumentum 404. Hæres facultatem declarandi testatoris mentem habens frustra facultate sibi oretenus commissa vtitur, si sine iuramento voluntatem illius declaret, & si declaratio sit testatoris menti difformis, eius voluntas magis conformis debet attendi.

R. P. D. Beuilaqua.
Romana Domus.
Lunæ 1. Februarij 1666.

Argumentum 405. Status antiquus rei melioratæ est inquirendus ad hoc, vt dignosci valeat, quid melioratum, & quid impensum fuerit, quod si turbida, & illiquida sit melioramentorum probatio non valet hæc impedire immissionem Domino fundi meliorati, vt in casu decisionis.

Reuerendiss. P.D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Benevien. Fideicommissi.
Lunæ 1. Februarii 1666.

Argumentum 406. Testator in parte dispositiua descendētes ex masculo per lineam masculinam vocans in parte etiam conditionali eos vocare voluisse præsumitur, maximè si verba sint germinata, quæ enixam testatoris voluntatem demonstrare solent, nec ad Præsumptiones est recurrendum, quoties de clara testatoris voluntate appareat.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Benevien. Censuum.
Lunæ 1. Februarii 1666.

Argumentum 407. Census sub conditione, quod pecuniæ in certam causam erogentur impositus, si conditio non impleatur, impositio Census est ipso facto nulla, & versio pecuniæ in causam conuentam est necessario probanda.

R. P. D. Bourlemont.
Bononien. Bonorum.
Lunæ 1. Februarii 1666.

Argumentum 408. Statutum Bononiæ sub diuersis Rubricis examinatur. Dos ex quibus soluta præsumatur etiam in præiudicium tertij. Consensus præstitus de casu ad casū non extenditur. Priuilegium Primipili cui competat.

R. P. D. Emerix.
Romana Affectationis.
Lunæ 8. Februarij 1666.

Argumentum 409. Allociatio ad bona, quæ erant de tempore donationis in potestate donantis ex quibus competat. Decretum Iudicis ex falsa causa interpositum corruit in totum, quamuis causa in parte sit vera.

R. P. D. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.
Romana Hæreditatis.
Lunæ 28. Februarii 1666.

Argumentum 410. Testator quando mandauit hæredi hæreditatem debere pluribus restitui, non satisfacit hic eius voluntati eligendo vnum, & potest facultate sibi concessa vti moderando, vel augendo portiones, non vero illius dispositionem, & fideicommissum euertere valet.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Firmana Fideicommissi.
Veneris 12. Februarii 1666.

Argumentum 411. Testator fideicommissum reciprocum inter suos descendentes inducere voluerit ex quo arguatur latissime in præsenti decisione ventilatur.

R. P. D. Taia.
Romana Hæreditatis.
Veneris 12. Februarii 1666.

Argumentum 412. Actor Iudicium intentare volens contra reum diuersæ diœcesis, quid agere debeat. Curandum est ne humiliores à potentioribus vexentur.

R. P. D. Ottalora.
Romana Fructuum Dotis.
Veneris 12. Februarij 1666.

Argumentum 413. Filia furtim ac nuptias cum viro digno contraxit etiam sine consensu patris, debet dotari sine vlla interpellatione cum sciat se teneri ad solutionem dotis à die matrimonii contracti, & si dotem non soluat alimenta filiæ præstari tenetur.

R. P. D. Emerix.
Maioricen. Canonicatus Pœnitentiarij.
Veneris 12. Februarij 1666.

Argumentum 414. Collatores duos a Papa fuisse constitutos ex quibus appareat. Indultum vnum ad aliud se referens vltra relatum non extenditur in collatione Ius Episcopi delinquentis consolidatur cum Iure Capituli recte conferentis. Innocens ex culpa alterius Iure suo non est priuandus.

R. P. D. Emerix.
Benevien. Domus de Malnasio.
Veneris 12. Februarij 1666.

Argumentum 415. Declaratio tacita Testatoris, non euertit fideicommissum expresse iniunctum, qui nunquam dispositionem suam subuertere voluisse præsumitur, stante clausula come supra, quæ præcedentes qualitates repetit.

Reuerendissimo D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Romana, seu Portuen. Seruitutis.
Lunæ 15. Februarii 1666.

Argumentum 416. Ad seruitutem discontinuam inducendam, quid requiratur, quæ non præsumitur nisi probetur acquisitam fuisse pacto, testamento, vel præscriptione, quæ præscriptio non inducitur, nisi concurrat scientia, & patientia domini fundi seruientis. Enunciatiua à tertijs de recenti emissa, quando principaliter de enunciato dubitatur, non probant.

R. P. D. Ottalora.
Romana Dotis.
Veneris 12. Februarij 1666.

Argumentum 417. Filia nobili, & digno viro licet in minori ætate, & sine patris assensu nubens debet à patre dotari, etiamsi sit diues, & habeat de proprio, & dos debet deduci ex particulari substantia patris, qui cogitur in dotem assignare filiæ partem sui patrimonii.

Index Argumentorum.

R. P. D. Ottalora.
Valentina Beneficij.
Lunæ 15. Februarij 1666.

Argumentum 418. Sequestrum possessioni Beneficii vacanti debet apponi ne fructus dilapidentur, & ne attentans commodo viciosæ possessionis gaudeat. Appellationi interpositæ quando dicatur renunciatum.

R. P. D. Ottalora.
Parmen. Pensionis.
Lunæ 15. Februarij 1666.

Argumentum 419. Gratia ex defectu intentionis Pontificis vitiatur ex narratiua falsa valoris in reseruatione pensionis per ascensum etiam in minimo, maximè quando falsitas narratiuæ fuit dolosa. Attestationes lite pendente, & parte non citata procuratæ, non attendūtur. Resignatarius quando super nullitate pensionis audiri non possit, & alia de quibus in Summarijs.

R. P. D. Bourlemont.
Sanonen. Pecuniaria.
Lunæ 29. Februarij 1666.

Argumentum 420. Fructus ex mutuo non possunt legitimè percipi, & ad hoc, vt ex illo debeantur, quid necessariò sequatur.

R. P. D. Emerix.
Senogallien. Salutis.
Lunæ 15 Februarii 1666.

Argumentum 421. Confessione propria efficacior probatio dari non potest. Productio per compulsum in quibus Iuribus suffragetur. Fructus pretium ex quibus iustificari valent.

Reuerendiss. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Romana Apothecarum.
Lunæ 15. Februarij 1666.

Argumentum 422. Bona donata contemplatione certi matrimonij, non possunt à patre in præiudicium filiorum æqualiter tum ipso contemplatorum, qui Ius tantum cōporale in bonis donatis habeāt, onere fideicommissi grauari.

R. P. D. Ottalora.
Melinisana Beneficij.
Veneris 19. Februarii 1666.

Argumentum 423. Ad Prouisionem Apostolicam sustinendā simplex vltimi status ex quasi possessione conferendi ei de reseruato solum attenditur, ad quem statum excludendum probatio, adeo clara requiritur, vt nec minimè contra illam valeat opponi.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Venusien. Decimarum.
Veneris 19. Februarij 1666.

Argumentum 424. Laici perceptionis Decimarum sunt incapaces. sed hoc est verum, si Decimæ vti Ius Decimandi, considerentur, secus si vt quid facti, quia tunc ab illarum perceptione non repelluntur, maximè concurrēte immemorabili, quæ etiam indirectè probari valet. Renouatio inuestituræ secundam primam facta censetur, cum subsequentes secundum præcedentem regulari debeant.

R. P. D. Beuilaqua.
Neritonen. Iurisdictionis.
Veneris 19. Februarij 1666.

Argumentum 425. Clericatus ex quibus iustificari valeat, & illo probato Clericus remanet sub Iurisdictione Episcopi, qui illius crimen punire debet, & Iudex Secularis ab huiusmodi cognitione repellitur.

R. P. D. Emerix.
Pernsina Bonorum S. Archangeli.
Veneris 19. Februarii 1666.

Argumentum 426. Paupertas in ciuilibus non repellit; cessē quando alioquin est bona conditionis, & famæ. Testes de facto proprio deponentes, & de re de qua sunt informati plenè probant, & præferuntur aliis numero pauciores, inuerisimilia deponentibus, ac negatiuam non coarctantibus.

Reuerendiss. D. Cerro Decano postea S. R. E. Card.
Romana Fideicommissi de Rigatijs.
Veneris 19. Februarij 1666.

Argumentum 27. Fideicommissario in vim l. final. C. de edict Diu. Adrian. tollen. vel veilis Saluiani immissio conceditur, quoties Bonorum fideicommissariorum identitas, eorumque ad sui fauorem purificatio apparet.

R. P. D. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.
Fanensina Successionis.
Veneris 19. Februarii 1666.

Argumentum 428. Statutum Brisighellæ quid disponat, statuta fœminarum excludūs ab hæreditatibus ascendentiū propter masculos, tanquam Iuris communis correctoria ita debent restringi, vt minus quam fieri possit Ius commune lædant Agnationem conseruandi ratio in quibus consistatur.

R. P. D. Carpineo postea S. R. E. Card.
Anconitana Pecuniaria.
Veneris 19. Februarii 1666.

Argumentum 429. Ius creditoris solutione tollitur, & extinguitur omnis actio, quæ aduersus debitorem competit. Creditum, & causa depositi proueniens habet solummodo actionem personalem. Tacita hypotheca quibus competat.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Pisaurem. Pecuniaria.
Veneris 26. Februarij 1666.

Argumentum 430. Fideiussio vti materia odiosa de tempore ad tempus non debet extendi, & fideiussor ad certum tempus non tenetur de gestis post illud, quamuis fuerit prorogata principali administratio.

R. P. D. Emerix.
Orcomien. Præpositura.
Veneris 26. Februarij 1666.

Argumentum 431. Tempus ad præsentādum patronis Laicis elargitum est quatuor mensium, in quibus varijs possunt computando, non verò à prima præsentatione recedere, & multo magis si quibuscumque variationibus renunciarunt.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Bononien. Primitiarum.
Lunæ 1. Martii 1666.

Argumentum 432. Inhibitio Rotalis post illius præsentationem omnia deinde gesta reddit attentata, siue præsentatio facta fuerit Iudici, & parti, siue alteri ex illis. Regula qui concinnat, non attentat quando procedat.

Reuerendiss. D. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.
Mechlinien. Matrimonij.
Lunæ 5. Martij 1666.

Argumentum 433. Matrimonium seruata Concilij Tridentini forma celebratum est omnino validum, etiamsi contractum fuerit extra illius parochiam, qui licentiam dedit, & sufficit licentia generalis ad munia parochialia exercenda Matrimonium ex quo robur recipiat.

R. P. D. Ottalora.
Abbatissæ Fideicommissi.
Lunæ 5. Martij 1666.

Argumentum 434. Leg. final. remedium. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. cui competat. Fideicommissum in dubio remissum non censetur, quando maximè mentio de fideicommittente, nec de bonis fideicommissariis facta non fuit. Præsumptio remissionis fideicommissi ex quibus excludatur.

R. P. D. Bourlemont.
Bononien. Pecuniaria.
Mercurii 7. Martij 1666.

Argumentum 435. Priuilegium tertionis pro credito chirographi hypothecario creditori competit contra emptores, vel tertios possessores, qui non sint Creditores hypothecarij. Exceptio doli mali ex parte eam opponentis est in rem, & vti talis in singularem successorem transit.

R. P. D. Taia.
Bononien. Fideicommissi Bartholomæi de Bologninis.
Lunæ 15. Martij 1666.

Argumentum 436. Filij naturales per subsequens Matrimonium efficiuntur legitimi. Filiatio ex quibus validè iustificetur. Mater probatione necessaria est probanda Matrimonium cum Concubina non prohibetur à legibus.

R. P. D. Bourlemont.
Bononien. Primogenitura de Lupari.
Lunæ 15. Martij 1666.

Argumentum 437. Hæredē testatoris voluntatem, & onera non adimplente substitutus ad primogenituram admittitur, & ista quando valeat stare in suspenso.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Fanen. Successionis.
Lunæ 12. Martij 1666.

Argumentum 438. Statutum de casu ad casum non est extendendum præcipue quando materia est odiosa. Vide cum

Index Argumentorum.

ab illo matre non excludatur à ſucceſſione filii infantis in concurſu Aui, eſt omnino ad illam admittenda, vt in caſu deciſionis.

Reuerendiſs. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Rarem. Obligationis.

Mercurij 17. Martii 1666.

Argumentum 439. Bona ad quorum titulum Clericus fuit ſacris Ordinibus initiatus ſub hypotheca generali fauore creditorum venire poſſunt dum per illam bonorum dominium non amittit, & ſolum Ius ad rem transfertur. Patrimonij examen ad Epiſcopum priuatiuè quoad illos ſpectat.

R. P. D. Ottalora.

Romana Salutiani.

Mercurii 17. Martij 1666.

Argumentum 440. Extrema Saluiani quæ ſint, & illis probatis immiſſio ex illo Iudicio paſſim conceditur. Ceſſionarius Iura cedentis experiri valet. & illius perſonam repræſentat, qui non ſolum ad Ius principale agere poteſt, ſed etiam ad fructus poſt ceſſionem decurſos.

R. P. D. Bourlemont.

Bononien. Pradij.

Mercurii 17. Martij 1666.

Argumentum 441. Bona fideicommiſſo obnoxia validè pro dotis reſtitutione alienentur, quando verè conſtet bona libera, vnde dos detrahi poſſit, non adeſſe, & hoc aliegans probandi onus incumbit.

Reuerendiſs. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Romana, ſeu Viterbien. Legati.

Mercurii 17. Martii 1666.

Argumentum 442. Taxatio alimentorum ab arbitrio Iudicis pendet, & in hoc ſtandum eſt ſolito teſtatoris, qui non adiecta quantitate alimenta legauit.

R. P. D. Taia.

Bononien. Fideicommiſſi de Amerinis.

Mercurii 17. Martij 1666.

Argumentum 443. Sententia diffinitiua lata contra aliam validam, & iuſtam, quæ rei iudicatæ vires aſſumpſit, ſuſtineri minimè poteſt. Creditor anterior, qui patitur lapſè poſterioribus creditoribus ſolui ſibi debet imputare. Tranſactio nulla nihil operatur.

R. P. D. Beuilaqua.

Pranestina Iuriſpatronatus.

Mercurii 17. Martij 1666.

Argumentum 444. Iuſpatronatus ex quibus probetur. Probatio immemorabilis qualis eſſe debeat. Clerici ratione exemptionis à Iuriſdictione Laicali ad teſtificandum pro Principe, an valeant admitti.

R. P. D. Ottalora.

Romana Legati.

Lunæ 22. Martij 1666.

Argumentum 445. Quando aliquid filiæ fuit relictum ſiue per legatum, ſiue per inſtitutionem patri vſusfructus non acquiritur. & ad iſtam communiorem opinionem roborandam aliqui textus concilientur. Pater poteſt eſſe legitimus adminiſtrator, & tamen non habere vſumfructum in bonis filiæ legatis.

R. P. D. Emerix.

Poſſonien. Præpoſitura.

Lunæ 22. Martii 1666.

Argumentum 446. Poſſeſſio lite pendente capta vti vitio attentatorum laborans ſuſtineri nequit. Beneficium alicui collatum mediante Canonica Capituli electione reputatur tanquam dignitas præſertim, quando Ius inſtituendi & deſtituendi ad loci Ordinarium pertinet.

R. P. D. Bourlemont.

Romana Donationis.

Lunæ 22. Martij 1666.

Argumentum 447. Locorum Montium fructus pro filiorum alimentis donati ſemper ſunt filiis obligati, ſiue in dominio donatarij patris, ſiue donantis conſiderentur. Loca Montium præſumuntur cum ſuis fructibus extare, & ſub depoſito remanere.

R. P. D. Bourlemont.

Romana, ſeu Albanen. Dotis.

Lunæ 22. Martij 1666.

Argumentum 448. Obligatio vera, & perfecta inducitur ex ſimplici promiſſione donandi fauore dotis, & matrimonij. & hæc donatio ob cauſam facta filio, licet ſub patris poteſtate exiſtat, non eſt prohibita Obligatio Cameratis omnium bonorum hypothecam continet.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Lucana Prioratus.

Veneris 26. Martij 1666.

Argumentum 449. Beneficium ſub reſeruatione Apoſtolica cadit, quando non conſtat de augmento vſque ad medietatem totius dotis. Diſtributiones quotidianæ dotis appellatione continentur, quæ largo modo dici poſſunt fructus beneficij. In Collegiatæ erectione quid requiratur, & alia de quibus in Summario.

Reuerendiſs. Cerro Decano poſtea S.R.E. Card.

Romana augmenti Dotis.

Lunæ 29. Martii 1666.

Argumentum 450. Ad hoc vt reſtitutio prædi valeat probari debet ad illius manus rem peruenille, qui reſtituere debet. Aſſertio propria an contra tertium ad fauorem hæredis probet. Mulier conſtante matrimonio præſumitur ex pecuniis viri bonorum acquiſitione feciſſe ad effugiendam præſumptionem turpis quæſtus.

R. P. D. Ottalora.

Bononien. Fideicommiſſi de Naſcenterijs.

Lunæ 29. Martij 1666.

Argumentum 451. Dotis cauſa fideicommiſſum alienatum remanet liberum ab omni onere fideicommiſſi. Legatum quando ſit inutile. Teſtator mandans ſolui dotem ex fructibus non impedit detractionem illius ex bonis fideicommiſſarijs. Inuentarium an tertius poſſeſſoribus præiudicium inferre valeat.

R. P. D. Emerix.

Feſulana Bonorum.

Lunæ 29. Martii 1666.

Argumentum 452. Deſcendentia ex quibus probari valeat, & ex quibus interrumpatur præſcriptio. Taciturnitas quando cauſæ deſertionem inducat, & alia de quibus in Summario.

R. P. D. Beuilaqua.

Turritana Canonicatus.

Veneris 2. Aprilis 1666.

Argumentum 453. In Beneficialibus materiæ articulatæ reſeuantia. & ſumo probatis remiſſoria denegari non poteſt, quæ etiam in dubio conceditur, vt illam partes nouas probationes facere valeat. quæ ad victoriæ cauſam conducant.

R. P. D. Beuilaqua.

Leodien. Profeſſionis.

Lunæ 2. Aprilis 1666.

Argumentum 454. Profeſſio emiſſa à Nouitio nondum abſoluto probationis anno, eſt ipſo Iure nulla, & ad quid annus integer Nouitio concedatur, & hic an obligetur ad obſeruationem reformationis, ſub qua non incepit, nec perfecit annum probationis.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Piſauren. reddititionis rationis.

Lunæ 5. Aprilis 1666.

Argumentum 455. Adminiſtrator libros ſuæ adminiſtrationis exhibere tenetur ad omnem ſui principalis requiſitionem adhoc, vt appareat an partitæ bonæ fide fuerint deſcriptæ. Relatione periti corruente ſententia pariter illius vigore lata, ſuſtineri non poteſt.

Reuerendiſs. Cerro Decano nunc S.R.E. Card.

Romana, ſeu Albanen. Donationis Vinea.

Lunæ 5. Aprilis 1666.

Argumentum 456. Teſtes quamuis numero plures, viles tamen & inuerſimilia in ſubſtantialibus deponentes, non attenduntur in concurſu teſtium numero pauciorum nullam contradictionem patientium. Actio redhibitoria quando detur.

R. P. D. Ottalora.

Fauentina Succeſſionis.

Lunæ 5. Aprilis 1666.

Argumentum 457. Bona etiam paterna in filium primogenituræ titulo delata vti ſeparationi non ſubiecta à collatione eximuntur. Bonorum collatio ex quibus videatur excluſa Scriptura priuata quando plenam probationem faciat.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Melenitana Pecuniaria.

Veneris 9. Aprilis 1666.

Argumentum 458. Teſtes ad perpetuam rei memoriam examinati concurrentibus aduminiculis, & coniecturis plenè probant. Præſumptio ſolutionis dotis ex quibus reſultet.

R. P. D.

Index Argumentorum.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Leodien. Canonicatus Aquisgranen.
Veneris 9. Aprilis 1666.

Argumentum 459. Clericus in conflictu dimicans efficitur irregularis, siuè bellum sit iustum, siuè iniustum, & ad hoc, vt bellum dici possit iustum, quid requiratur.

R. P. D. Emerix.
Pratem. seu nullius Parochialis.
Veneris 9. Aprilis 1666.

Argumentum 460. Nullitas Testamenti ex defectu legitimi testium numeri deducitur, & an legatarius possit esse testis in testamento, quo sibi legatum relictum fuerat. Testamentum tempore pestis conditum sufficit, quod quinque testium numero sit munitum.

R. P. D. Ottalora.
Bononien. Aquarum.
Veneris 9. Aprilis 1666.

Argumentum 461. Bona Communitatis vt valide alienentur, quid requiratur. Solemnitates requisitæ in Instrumẽto venditionis Bonorum Communitatis ex quo interuenisse præsumantur. Procurator finem mandati diligenter tueri tenetur. Sententia quando est valida, & iusta non datur restitutio in integrum.

R. P. D. Bourlemont.
Regien. Beneficij.
Veneris 9. Aprilis 1666.

Argumentum 462. Iuspatronatus quando dicatur gentilitiũ & hoc qualitate gentilitia spoliatum transire valeat ad hæredes etiam extraneos. Verba generalia interpretationem recipiunt ab aliis verbis specialiter adiecta. Ius idẽ est seruandum quoties eadem ratio militat, & alia de quibus latissimè in Summario.

R. P. D. Carpineo postea S. R. Ecc. Card.
Neapolitana Bonorum.
Veneris 9. Aprilis 1666.

Argumentum 463. In Emphitensi Ecclesiastica Iure sanguinis succeditur, & concessa, vsquè ad tertiam generationẽ non valet pronepotes comprehendere. Bona Emphiteusis Ecclesiasticæ sub generali bonorum dispositione venire non possunt.

R. P. D. Bourlemont.
Romana Census, seu Fideicommissi.
Veneris 9. Aprilis 1666.

Argumentum 464. Fideicommissum vt inducatur, quid requiratur. & ex quibus inductum censeatur. Fideicommissum institutum sub modis, & qualitatibus substinetur.

R. P. D. Ottalora.
Firmana Fideicommissi.
Lunæ 10. Maij 1666.

Argumentum 465. Sub nomine filiorum veniunt etiam nepotes, aliique descendentes in infinitum, quando testator habuit rationem conseruandæ agnationis, & adsunt aliæ coniecturæ in hac decis. prænarratæ vbi refelluntur contrariæ opiniones dictam Conclusionem impugnantes.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Romana Census, seu assentatorum.
Lunæ 10. Maij 1666.

Argumentum 466. Iudici tantum appellationis executionẽ reuocare permittitur. Clausulæ quam & quas, & sine præiudicio legitimæ executionis, quid operentur.

R. P. D. Cerro Decano postea S. R. E. Card.
Romana Testamenti.
Veneris 14. Maii 1666.

Argumentum 467. Testamentum nuncupatiuum, vt sit validum, quid requiratur. Legatum corruente Testamento non debetur. Testis contra inducentem benè probat.

R. P. D. Carpineo postea S. R. E. Card.
Romana Emphiteusis.
Veneris 14. Maij 1666

Argumentum 468. In contractu Emphiteotico quando cõsiderari possit lesio in hac decisione pertractatur.

R. P. D. Emerix.
Pratem. Cappellania.
Lunæ 25. Maii 1666.

Argumentum 469. Iuspatronatus habenti certam qualitatẽ reseruatum, non potest transire in illos eandem non habentes, licet ex eadem linea descendant. Descendentia & Iuspatronatus ex quibus iustificari valeant.

R. P. D. Tais.
Sancti Seuerini Supplementi Legitima.
Lunæ 31 Maii 1666.

Argumentum 470. Nepotes quando non obstante renunciatione Matris, petere possint successionem Aui, & quomodo inter eos assumatur.

R. P. D. Cerro Decano postea S. R. E. Card.
Valentina Annatarum.
Veneris 4. Iunij 1666.

Argumentum 471. Annatæ temporis spatio solutæ vigore Constitutionum à Pontifice confirmatarum: non possunt amplius denegari, quia contra obseruantiam difficilè est insurgere.

R. P. D. Ottalora.
Bononien. Fideicommissi de Greetis:
Veneris 4. Iunii 1666.

Argumentum 472. In hac decisione latissimè examinantur coniecturæ. & demonstrationes ad effectum probandi reciprocam linearem.

R. P. D. Carpineo postea S. R. E. Card.
Ramunaren. Bonorum.
Lunæ 7. Iunii 1666.

Argumentum 473. Tutor ea, quæ domini faciunt, facere potest, & facto proprio pupillis præiudicare valet. Curator datus à Iudice ea facit in Iudicio, quam extra, quæ potest facere tutor, & datus ad vnicum actum ad solemnitates non adstringitur. Eiusque gesta multoties approbantur, ne contrahentes decipiantur.

R. P. D. Emerix.
Romana assecurationis Dotis.
Lunæ 7. Iunii 1666.

Argumentum 474. Vergentia viri ad inopiam, dat mulieri associationem etiam contra tertium, etiam si dicta bona fuerint alienata cum illius consensu, tantò magis quando consensus est nullus ob defectum solemnitatum. quæ non dicuntur seruatæ cum præsentia Curatoris, quando poterant interuenire Consanguinei, & non constat de illorum recusatione.

R. P. D. Tais.
Romana Pecuniaria.
Lunæ 7. Iunii 1666.

Argumentum 475. Donatio facta à Muliere sine solemnitatibus est nulla, etiam si fuerit facta contemplatione matrimonii, dummodo tamen non sit facta causa dotis, quia tunc valet donatio, nam mulier pro dote, etiam sine solemnitatibus donare potest: nec sufficit, quod donatio sit facta propter nuptias, si in illa non exprimatur causa finalis, & impulsiua dotis.

R. P. D. Tais.
Ravennaten. Emphiteusis.
Lunæ 7. Iunii 1666.

Argumentum 476. In renouatione Emphiteusis, expirata per mortem filii defuncti, mater præfertur parentibus, & agnatis eiusdem filii, etiamsi Emphiteusis sit hæreditaria.

R. P. D. Emerix.
Pisana Beneficij.
Lunæ 3. Iunii 1666.

Argumentum 477. Duo præsentati à diuersis patronis obtentis litteris Apostolicis ab ambobus ille est instituendus, qui fuit præsentatus à vero Patrono, cuius cognitio in hac decis. enarratur.

R. P. D. Carpineo postea S. R. E. Card.
Ancuitana Hæreditatis.
Veneris 7. Iunii 1666.

Argumentum 478. Satisfactionis plenæ argumentum ex quo eliciatur. Hæres legatum præstare tenetur quoties hæreditas est soluendo. Inuentarium ad quid fit inuentum.

R. P. D. Bourlemont.
Ravennaten. Pecuniaria.
Lunæ 7. Iunii 1666.

Argumentum 479. Solutio ex quibus iustificari possit, quæ si probetur indebitè facta, omnino est restituenda. Repetitio vt comperat, quid sit probandum.

R. P. D. Tais.
Interamnen. Bonorum.
Mercurii 9. Iunii 1666.

Argumentum 480. Descriptiones fructuum ad quid fiant. Testes de præsentia, & facto proprio deponentes, in liquidatione fructuum, benè probant. Instantia, seu interrogatione pendente, ad vlteriora procedi non potest.

R. P. D. Ottalora.
Romana Commemorationis Defunctorum.
Mercurij 9. Iunij 1666.

Argumentum 481. Octauarum institutio ad quem spectet. Facultas quæ fuit obtenta per priuilegium, sine eo exerceri nõ valet. Erectiones nouarum Ecclesiarum fieri prohibentur, ne aliis existentibus præiudicetur.

R. P. D.

Index Argumentorum.

R. P. D. Beurlemont.
Romana Donationis.
Mercurii 9. Martii 1666.

Argumentum 482. Alimenta an à filio in concursu creditorum super bonis paternis prætendi valeant, & ex cuius rei fructibus debeantur. Nepoti ex bonis fideicommissi aui etiam in concursu creditorum patris viuentis debentur.

R. P. D. Beuilaqua.
Beneuentana Iurisdictionis.
Mercurii 9. Iunii 1666.

Argumentum 483. Terra illius Diœcesis esse præsumitur, a qua circundatur, quando nullus comparet, qui prætendat illam esse de sua Diœcesi. Actus Iurisdictionis in locos subditos exerceri possunt. Priuilegium locate non patitur extensionem. Laici Iuris spiritualitatis sunt prorsus incapaces.

R. P. D. Carpineo postea S. R. E. Card.
Romana fructuum Census.
Mercurii 9. Iunij 1666.

Argumentum 484. Actio dotalis extinguitur per fundorum dotalium recuperationem. Res tradita in dotem quotiescumque euincatur, datur mulieri ad primæua Iura regressus. Dos post mortem mulieris dotatæ patrimonium eius filiorum efficitur.

Reuerendiss. D. Cerro Decano postea S. R. E. Card.
Auenionen. Fideicommissi.
Mercurii 9. Iunij 1666.

Argumentum 485. Remissoria ex capite irrelevantiæ etiam in profanis, non conceditur, etiam quando probare quis intendit per testes, quod probare potest per scripturas.

R. P. D. Carpineo nunc S. R. E. Card.
Romana Census.
Veneris 18. Iunii 1666.

Argumentum 486. Bannitus ea, quæ sunt Iuris communis ex Summorum Pontificum Constitutionibus amittit, & alias actiones tam activas, quam passivas in fiscum transferr, qui in morte ciuili per repræsentationem bannito non succedit, sed per extinctionem personæ, & alia de quibus in Summario.

R. P. D. Ottalora.
Romana, seu Lunen. Decan.
Veneris 18. Iunij 1666.

Argumentum 487. Verba translatiua dominii, tunc illud transferunt quando à vero domino fuerunt prolata. Viri negligentia in exactione dotis vxori præiudicium inferre nequit.

R. P. D. Bourlemont.
Leodien. Vtinen.
Lunæ 26. Iunij 1666.

Argumentum 488. Iuspatronatus præsentandi à persona potenti, in qua cadit vsurpationis suspicio quomodo sit iustificandum, in hac decisione pertractatur.

R. P. D. Emerix.
Benedicten. Fideicommissi.
Veneris 18. Iunij 1666.

Argumentum 489. Nepotes harum appellatione non veniunt quando testator ipsas filias vocauit, stante dictione illa ipsis, quæ est per sonantissima, nec ad alios referri potest.

R. P. D. Bourlemont.
Ravennaten. Collectæ, seu Contributionis.
Veneris 18. Iunii 1666.

Argumentum 490. Damnum ex administratore negligentia prouenientis præmonenti est imputandum. Administrator quod quis fuerit Capiens, non vero cetibus Cleri ex quo eliciatur.

R. P. D. Emerix.
Romana Cambij.
Lunæ 21. Iunii 1666.

Argumentum 491. Facet ex Summario.

R. P. D. Bourlemont.
Romana, seu Calagurritana Cambiorum.
Lunæ 28. Iunii 1666.

Argumentum 492. Litteræ Cambij post quam fuerunt acceptatæ, liberant debitorem ab obligatione, quia sufficit cambiatis promissio, vel Mercatoris.

R. P. D. Bourlemont.
Cæsaraugustana Decimarum.
Lunæ 28. Iunii 1666.

Argumentum 493. Parochus ad effectum exigendi Decimas in tota Parochia habens incertionem fundatam in Iuramentalitate, quæ immemorialis iungitur sufficiens est ad manutentionem.

R. P. D. Tais.
Auenionen. Fideicommissi.
Lunæ 28. Iunii 1666.

Argumentum 494. Filii positi in conditione licet non censeantur vocati, hoc non fallit quando cessator fuit digressus ad plures substitutionum gradus, vel contrarium ex coniecturis apparet.

R. P. D. Ottalora.
Romana Saluiani.
Lunæ 28 Iunii. 1666.

Argumentum 495. Census factus cum ordine est nullus, ex cedula tamen subsistetur, quia multum differt cedula ab Ordine.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Ephem. Censuarum.
Lunæ 28. Iunii 1666.

Argumentum 496. Visitator electus ad visitandam Ecclesiæ eiusque Clericos, non habet Iurisdictionem super Canonicos, maximè in personalibus, tantò minùs si Sedi Apostolicæ sunt subiecti, quia etiam si haberet facultatem, nō tamen illeo potest excommunicare ob reuerentiā Summi Pontif. debit. & Censuræ sunt nullæ.

Reuerendiss. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.
Melevitana Mercium.
Lunæ 28. Iunii 1666.

Argumentum 497. Mercator potest etiam per indicia, & coniecturas Mercium dominium probare, cum difficilis sit illius probatio; vndè si probet Nauilium esse suum, Merces etiam in eo existentes præsumuntur esse suæ.

Reuerendiss. Cerro Decano postea S. R. E. Card.
Lodien. nullitatis Matrimonij.
Lunæ 28. Iunii 1666.

Argumentum 498. Matrimonium inter Raptorem, & Raptā est nullum, quia caret consensu, qui dari non potest, donec virgo non euaserit à potestate Raptoris, & si fuerit præstitus, non valet, quia dicitur meru factus, tanto magis si puella exiterit sub potestate patris, sine cuius consensu, etiam ipsa contrahente, Matrimonium dicitur nullum.

R. P. D. Carpineo postea S. R. Ecc. Card.
Mediolanen. nullitatis Professionis.
Lunæ 28. Iunii 1666.

Argumentum 499. Miles Hierosolymitanus debet facere Nouitiatum antequam professionem emittat licet ei derogatum sit per Breue Apostolicum, quando illud impetratum fuit inscio profitente, quia requiritur expressus, & verus consensus, aliàs professio est inualida.

R. P. D. Tais.
Turritana Congrue.
Lunæ 5. Iulii 1666.

Argumentum 500. Debitor soluere potest debitori vnum pro alio quando nullum ex hac solutione inest incōmodum eidem allaturus.

R. P. D. Ottalora.
AEsina Fideicommissi.
Lunæ 5. Iulii 1666.

Argumentum 501. In hac decisione agitur quando sit danda vel deneganda remissoria ad effectum examinandi Testes, quod colligitur ex Summario.

R. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Firmana Vsufructus.
Lunæ 5. Iulij 1666.

Argumentum 502. Vulgari consuetudo non habet locum, quando mulier fuit relicta vsufructuaria vna cum filia, & liberata fuit ab onere conficiendi Inuentarium, ideoque vsusfructus extantibus filiis in tali casu non restringitur ad alimenta.

R. P. D. Beuilaqua.
Beneuen. Pecuniaria.
Lunæ 5. Iulij 1666.

Argumentum 503. Statutum Bononiæ quomodo practicetur circa cōcursum creditorum contra bona mercatoris decocti, in hac decis. luculenter pertractatur.

R. P. D. Priolo.
Turritana Congrua.
Lunæ 5. Iulij 1666.

Argumentum 504. Pensio debetur ad rationem monetæ currentis, quando non fuit mutatus valor intrinsecus.

R. P. D. Ottalora.
AEsina Fideicommissi.
Lunæ 5. Iulii 1666.

Argumentum 505. Diuisio Bonorum facta inter fratres quando non valeat, in hac decisione pertractatur.

R. P. D.

Index Argumentorum:

R. P. D. Vrsa.
Angelen. Archipresbyteratus.
Lunæ 29. Octobris 1666.

Argumentum 506. Beneficiatus absens ab Ecclesia absque licentia Ordinarij priuatur, & si absentia sit ex causa licita ad priuationem autem, quomodo sit proceden. & vbi Beneficium vacare dicatur, vide in decisione.

R. P. D. Bourlemont.
Nullius, seu Iuuenacen. Iurisdictionis.
Mercurii 24. Nouembris 1666.

Argumentum 507. Sententia excommunicationis lata, ex falsa causa, dicitur notoriè nulla, maximè quando in illius promulgatione non fuit seruatum decretum citationis in prosecutione causæ.

R. P. D. Carpineo postea S. R. E. Card.
Tudertina Bonorum.
Veneris 3. Decembris 1666.

Argumentum 508. Censuario competit associatio ad fundi censitum etiam contra tertium, vigore clausulæ constituti, vbique est manutenendus licet dubitetur fundum esse fideicommissarium, quia in dubio præsumitur res libera.

R. P. D. Bourlemont.
Panen. Beneficij.
Veneris 3. Decembris 1666.

Argumentum 509. Arbitrium pro retardatione executionis Litterarum Apostolicarum non intrat quoties clausula in litteris adiecta, verificato prius Iurepatronatus, iustificata remanet ex antiquissimis enunciatiuis habentibus vim famæ, præsertim adminiculatis. Item ex præsentationibus effectum sortitis necnon ex armis, & insignijs patronorum in Ecclesia appositis. De existentia Iurispatronatus quando non dubitatur, tunc prouisiones Apostolicæ, tanquam de libero non obstant nisi factæ probétur cum voluntate acquirendi libertatem. vel cum scientia, & patientia patronorum. Concilium Tridentinum decernens probationem Iurispatronatus fieri per authéntica documenta, quo casu loquatur.

Reuerendiss. P. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.
Vellitrana Beneficij.
Veneris 30. Decembris 1666.

Argumentum 510. In hac decisione agitur quando renunciatio facta in Curia, per procuratorem substineatur.

Reuerendiss. D. Cerro Decano nunc S. R. E. Card.
Bononien. Bonorum de Graffijs.
Veneris 27. Iunij 1659.

Argumentum 511. Repræsentans duplicem personam non potest agere in bonis secundæ ea actione, quæ ei competit in bonis primæ, quod si agat Iudicium irritat cum omnibus inde sequutis.

R. P. D. Priolo.
Romana Prescriptionis.
Lunæ 7. Aprilis 1660.

Argumentum 512. Obligatus in forma Cameræ ad aliquid faciendum, compelli potest adimplendum. Relationi periti, quando omnino sit standum. Subhastatio, an, & quando præsumatur facta secundum verum valorem bonorum.

R. P. D. Cerro Decano postea S. R. E. Card.
Romana Domus.
Lunæ 19. Aprilis 1660.

Argumentum 513. Bona empta à Marito non acquiruntur vxori licet de ea in Instrumento fuit facta mentio. Ideoque sub generali eius hereditate dicta bona in dubio cõprahensa non præsumuntur, imo ex malitiis taciturnitate oritur præsumptio fauore viri.

R. P. D. Priolo.
Romana separationis Thori, & restitutionis Dotis.
Lunæ 26. Aprilis 1660.

Argumentum 514. Sæuitia viri præterita, & futura tribuit vxori iustam causam prætendendi separationem Thori, quo casu vir tenetur ad restitutionem dotis.

R. P. D. Priolo.
Interamnen. Iurispatronatus de Cattolis.
Veneris 18. Iunij 1660.

Argumentum 515. Clementina plures de Iurepatronatus, locum habet in patronatu. de cuius fundatione constat, non autem in patronatu ab immemorabili, cuius fundatio non habetur; minusue quando per cõtinuatas præsentationes patronorum centum, & plurium annorum cõstat de obseruantia gentilitia, qui propterea transit ad omnes de eadem familia quamcumque à diuersis columnellis procedentes, inter quos sola quadragenaria sufficit ad effectum præscribendi qualitatem gentilitiam.

R. P. D. Cerro Decano postea S. R. E. Card.
Neapolitana Hæreditatis.
Veneris 25. Iunii 1660.

Argumentum 516. Adimplementum voluntatis testatoris quando hæres ex iusta causa adimplere non valuit, non est factus locus substitutioni in casu non adimplementi.

R. P. D. Bourlemont.
Romana Fideicommissi de Mutis.
Veneris 3. Decembris 1660.

Argumentum 517. Probatis extremis immissio non est deneganda, potest illam impedire hæres retinendo bona defuncti pro suo credito, quando illud superuenit post adit hæreditatem, quia tunc non intrat imagi naria solutio, quæ competit hæredi creditori ante aditam hæreditatem pro retentione bonorum.

R. P. D. Bourlemont.
Leodien. Beneficij.
Lunæ 20. Iunii 1661.

Argumentum 518. Litteræ Apostolicæ sunt concludenter iustificandæ, aliàs gratia est nulla, & datur manutentio prouiso ab Ordinario.

R. P. D. Leone Verospio.
Firmana Primogenitura.
Lunæ 15. Martij 1662.

Argumentum 519. In bonis suis si Testator constituerit Primogenituram, cum quibusdam conditionibus sibi beneuisis, modo hæres, si disponat contra mentem disponentis, perperam omnia facit, &c.

R. P. D. Bourlemont.
Pisana Tenuta.
Die 5. Maii 1662.

Argumentum 520. In hac celebri, diuque ventilata, & non resoluta controuersia probationis confinium, quæ agitur inter Mensam Archiepiscopalem, & Dominum Ducem de Saluiatis, quo ad quosdam eius corpora bonorum, discutitur, cum sit materia valdè intricata propter varia, & dissonantia argumenta hinc inde deducta à partibus per viam præsumptionum degladiantium vnde, vt veritas tam inuoluta, causæ clarescerent, fuit ordinatum per Rotam R. P. D. Bourlemont, vt ad maiorem, & clariorem veritatem causæ in lucem daret discursum, & sic rationes vtriusque in equilibrio ponerentur, vt iusta causæ decisio posset finem sortiri effectum.

R. P. D. Vicecomite postea S. R. E. Card.
Romana Dotis.
Veneris 16. Iunij 1662.

Argumentum 521. Hæres cum beneficio legis, & Inuentarij licet remaneat illæsus, vt non possit personaliter capi, nec teneatur de eius bonis, attamen talis priuilegia non intrant si hæres non intendat reddere rationem de bonis hæreditarijs. Hæres etiam beneficiatus soluendo debita posteriora, & relinquendo debita anteriora non bene facit, &c.

Illustriss. D. Gasaldo Thesaurario.
Romana Expensarum.
Veneris 23. Iunij 1662.

Argumentum 522. Expensæ citationum, examinum, registrorum, & aliæ similes, quæ dicuntur Iudiciales veniunt reficiendæ tamquam legitimæ, & necessariæ, etiam si victus renuncietur litis; quia renunciatio non potest fieri absque consensu partis; eoque magis quando victus non habuit iustam causam litigandi, & causa male olet.

R. P. D. Leone Verospio.
Veroseptemen. Transactionis.
Lunæ 26. Februarij 1663.

Argumentum 523. Transactio facta calore litis, seu veratio nis etiam extraiudicialis impugnari non potest, maximè post illius obseruantiam, & decursum plurium annorum.

R. P. D. Cerro Decano postea S. R. E. Card.
Romana Domus.
Veneris 26. Februarij 1663.

Argumentum 524. Maritus emens propriis pecuniis non vxori, sed sibi acquirit licet tam sui, quam vxoris nomine emat. quia dicti nominis expressio sapit dominium, quæ est prohibita.

R. P. D. Beuilaqua.
Amerina Hæreditatis,
Lunæ 6. Aprilis 1663.

Argumentum 525. Testamentum ex quibus desumatur falsificatum, & contrarium voluntati Testatoris, in hac decisione luculenter pertractatur.

R. P. D.

Index Argumentorum.

R. P. D. Bourlemont.

Sanctem. Pecuniaria.

Lunæ 15. Februarii 1666.

Argumentum 526. Ex mutuo non debentur fructus, licet contracto inter mercatores, qui habent promptam occasionem negociandi pecunias, nisi concurrentibus requisitis Pauli de Castro.

R. P. D. Bourlemont.

Regum. Beneficij.

Mercurii 16. Nouembris 1667.

Argumentum 527. Iuspatronatus reseruatum fauore familiæ quando comprehendat fœminas, & quando sit transitorium ad extraneos latè in decisione declaratur.

R. P. D. Bourlemont.

Barcin. Census.

Veneris 24. Aprilis 1666.

Argumentum 528. Census licet creatus absque numerata pecunia, quando subsistentiatur, & fructus ex illo percepti non sint restituendi. nec in sortem computandi.

R. P. D. Leone Verospto.

Romana Fideicommissi.

Mercurij 20. Nouembris 1663.

Argumentum 529. Donatio facta Patri stipulanti pro se, & filijs non inducit fideicommissum, quia stipulatio interpretatur de filijs, vti hæredibus non autem de filiis, vti filiis, licet secùs esset quando donatio facta fuit patri, & filiis, tunc enim bona donata quæruntur filiis ex propria persona, non autem vti hæredibus.

R. P. D. Priolo.

Benonien. Fideicommissi de Amorinis.

Lunæ 17. Martij 1664.

Argumentum 530. Hæres gratiatus non potest impedire immissionem in bonis fideicommissariis, sub prætextu sibi satisfaciendi de trebellianica, aliisque detractionibus, quando nonnulla bona alienauit, ex quibus præsumitur satisfactus, donec contrarium non probetur.

R. P. D. Bourlemont.

Benonien. Fideicommissi de Populis.

Lunæ 30. Ianuarii 1668.

Argumentum 531. Capitula dum inseruntur in Instrumento validi etiamsi ab initio fuerint nulla reconualidantur, nec possunt amplius impugnari. tanto magis quando agitur cum Minore, cuius contractus habent statum implicitum validitatis.

R. P. D. Bourlemont.

Fulginaten. Fideicommissi.

Lunæ 4. Iunii 1668.

Argumentum 532. Bona fideicommissaria quando in veritate constat, quod fuerunt distracta, tunc probato statu hæreditario, & alia de quibus in decisione, locus est huic dubio interpretationi fideicommissi.

R. P. D. Bourlemont.

Romana Testamenti.

Veneris 13. Iunii 1670.

Argumentum 533. Filiusfamilias Clericus testari potest de bonis vndecumque quæsitis, exceptis tamen iis, quæ ad Ecclesia proueniunt.

Reuerendiss. D. Albergato Sacræ Rotæ Decano.

Neapolitana Hæreditatis.

Lunæ 9. Maii 1672.

Argumentum 534. Dispositio licet sub verborum cortice conditionalis videatur, nihilominus attenta dispositione orationis modalis, dicitur etiam per impropriationem verborum præsertim ad euitandum absurdum. ex contrario sensu resultan.

R. P. D. Marcello Seuerolo.

Romana pratensis immissionis, seu fideicommissi de Caulis.

Lunæ 5. Octobris 1672.

Argumentum 535. Latissimè examinatur: An filiatio, & Descendentia requisitæ ad effectum obtinendi Immissionem in bonis fideicommissariis, ad quæ sunt vocati filii legitimi, & naturales, probata remaneat ex enunciatiuis, ac Testibus de publica voce, & fama deponentibus, & quæ probationes ad hunc effectum requirantur pro auocandis bonis à tertijs possessoribus. Et an etiam probata sit qualitas legitimitatis, præsertim in actore. vbi an hoc casu illa sit præsumenda. vel probandum Matrimonium, pro cuius probatione, an concedenda Remissoria, vel ex scripturis constare debeat; Præsertim dum ex præsumptionibus excluſa remanet illius probatio, & quæ sint huiusmodi præsumptiones.

Examinatur etiam nouiter, ac singulariter articulus à nemine tactus; An inter diligentias, quæ Parochi facere tenentur in matrimonio vagorum, & forensium, vigore Sacri Concilij Tridentini, teneantur etiam exquirere fidem Baptismatis, vbi etiam An, & quales probatio filiationis ex illa resultet.

Vndequaque præstantissimum, & doctissimum est sequens hoc Decisiuũ Votum, & non mirũ, cum sit latum, & extẽsum ab Illustriss. & Reuerendiss. D. Marcello Seuerolo, vtriusque Signaturæ S. D. N. Referendario. Qui præter summam, & exquisitam eruditionem, eminet in eo perbellè Iuris vtriusque profunda cognitio. Vnde Iuris nodos, ac Legum tortuosa Ænigmata per excellenter soluit tenebrasque fugando omnes.

Et cum eiusdem familiaritatem à prima eius iuuentute habuerim, elucet in eo mirifica virtutis indoles, nihilque in eo ineptum reperi. Taedet me reperiri, in tam angustis terminis huius argumenti, in latiori campo multa reseruo, vereque est tanti Patris, dignus Filius, qui est Illustris. D. meus Nicolaus Seuerola, S. Aulæ Concist. Aduocatus præclarus; Atque in Magno Romanorum Aduocatorum Theatro, locum obtinet eminentissimum. Vtinam par esset valdè debile ingenium meum laudibus eius vt voluntati meæ in parte satisfacerem; vnde loquaci silentio me submitto, temeritas enim rarò felix est.

Illustris. D. Hieronymo Gastaldo Thesaurario Generali, & Iudice Commissario.

Romana Incamerationis.

Mercurii 16. Nouembris 1672.

Argumentum 536. Optimis rationibus, validis fundamentis & nobili caterua Doctorum deciditur arduæ illa, & ventilata quæstio, vtrum in atrocissimo Crimine Læsæ Maiestatis humanæ in primo Capite, lata Sententia vltimi supplicii contra delinquentem, & effectualiter executa, cum fiat Confiscatio omnium Bonorũ delinquentis, proinde an sequatur, quod nedum Princeps ille cuius Maiestas fuit Læsa, capiat tantum illius bona, in eius Territorio existentia. Imo non tantum quilibet Fiscus, de eodẽ Principatu, cuius Iurisdictiones, & Bursæ Fiscales solum sunt separatæ.

Et an quoque, si tractetur de quolibet alio Fisco penitus diuerso, & separato, in tantum quod vnus non dependeat ab altero, & sic ipse in suo Principatu, absolutus sit Dominus, & superiorem nequaquam recognoscat.

Quibus stantibus, in præsenti Voto, vt dixi magistraliter deciditur, & peregregie sententiatur, quod opinio affirmatiua sit, & verior, ac communior, ac tamquam martirizata, coronata reperitur. Tandem cum dicta opinio ad incudinem disputationis fuerit posita à nonnullis DD. & cum sub potentibus malleis rationum, contrariæ opinionis non fuerit fracta; vnde repertum fuit, quod ea est adamantina.

Demonstratur etiam in præsenti Voto, quod non est perpetuo vera illa satis in Iure decantata conclusio, quod sententia sine actis lata non possit tamquam valida subsistineri. Quoniam Sententia ex actis iusti ficanda veniat.

Resoluitur quoque magistraliter, quod quamuis Bona Ecclesiastica Feudalia in exteros sine beneplacito Apostolico, nullatenus alienari possint verum quatenus obtineatur tale Beneplacitum, sub aliqua conditione, sed si deficiat talis conditio, sub qua fuit concessum tale Beneplacitum, tunc perinde, ac si numquam fuerit concessum, ex hoc enim bene infertur ad casum præsentis Voti, aliaque vide in summarijs.

Fruere (Amice Lector) sequenti Voto Decisiuo, cum emanet, & sit extensum à Iudice doctissimo, exquisitissimi ingenij, acerrimique Iudicij. & qui præter summam scientiam est etiam optimus. Atque præsertim est legum consultissimus, & tantum auxit ex christallinis Iuris fontibus quantum alicui alio Mortali haurire fas fuit. Desino loqui, cum ipse, Laudatores existimet Iaculatores.

Qualiter verò se gerat in amplissimo Officio. & Dignitate Thesaurarij Generalis Cameræ Apostolicæ famam ipsam communem interroga, quæ nullatenus mentitur, eiusque heroicum animum sæpe admiratus sum, ac ipsius innatæ Benignitati multum me debere intelligo.

Digitized by Google

DECISIONVM RECENTIORVM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ A PAVLO RVBEO I.C. ROMANO. PARS XIV.

R.P.D. LEONE VEROSPIO
Firmana Primogenituræ.

Veneris 13. Ianuary 1663.

ARGVMENTVM.

Bona aliqua, dum fuerunt Primogenituræ ſuppoſita, tunc eadem bona non poſſunt ſupponi diuerſæ Primogenituræ, & talis contractus corruit in totum & ſic non remanet viua dicta Primogenitura, quoad bona libera, & adducitur ratio, & cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitura vti inualide conſtituta corruit, dum aliqua ex dictis bonis, ſunt alicui oneri obnoxia. Et quidem corruit in totum num. 1.*

2 *Actio ad implementum, non autem receſſus à nominato contractu regulariter tribuitur à Iure.*

3 *Implementum contractus, dum ſubſtantiam reſpicit, & cauſam finalem, ſine qua contrahentes non contraxiſſent.*

4 *Tunc contractus totaliter reſcinditur licet contractus ſit nominatus num. 3. amplia vt hic.*

5 *Teſtator, quando dicatur conſtituiſſe Primogenituram particularem in bonis ſuis.*

6 *Teſtator ſimpliciter adeundo hæreditatem, dicitur omnia onera hereditaria acceptaſſe. Teſtator, quando tacite approbaſſe totam diſpoſitionem teſtamentariam cenſeatur num. 3.*

7 *Primogenitura, quando dicatur inita iure contractus, non autem in vltima voluntate.*

8 *Primogenitura dicitur inita iure contractus, dum data fuit facultas vltimo maſculo. Eligendi aliquem à femina ex domo, quam ipſe voluerit num. 5.*

9 *Bona certo ſub onere à Teſtatore grauata, non valent diſpoſitioni contrariæ ab hærede ſubmitti.*

DECISIO I.

PRIMOGENITVRA à Ioanne Baptiſta, nec non Antonio, & Dominico fratribus de Iuliucciis donationis iure inter viuos anno 1621. inſtituta, nullius propemodum roboris ſub die 15. Martij anni præteriti coram me * decreta fuerat, cuius deciſionis vires ſubſiſtere hodie Domini cenſuerunt:

Siquidem Antonius, ac fratres propria bona Primogenituræ exindè ſubiecerunt; quod Ioannes Baptiſta portionem ſuam, ac Rugerij fratris eidem primogenituræ ſuppoſuit. Quorum portiones, dum à primogenitura debent ſegregari tanquam alteri primogenituræ omninò diuerſæ, à Rugerio deſtinatæ, do-
1 nationis proindè Contractus, † vti correſpectiuus quoad fratrum quoque bona debet infringi, atque corruere, vt præter auctoritates recenſitas in deciſione præterita in terminis donationis tradit *Corn. conſ.* 101 *num.* 2. *cum ſeqq. & num.* 7 *lib.* 1. *& conſ.* 102. *n.* 24. *& 25. lib.* 2. *Aym. conſ.* 246. *num.* 2. *&* 3.

Nec vrget, quod actio ad implementum,
2 non autem receſſus à nominato † contractu regulariter tribuatur à iure; Dum enim implementum contractus ſubſtantiam reſpicit, ac cauſam finalem, ſine qua fratres nullatenus contraxiſſent, permiſſus cenſetur proin-
3 dè † receſſus, licet de nominato contractu pera-

d by Google

gi contingat iux. *Tex. in l. cū te 6. ibique post glos. in verbo conueniat*, notat *Salyc. num. 1. C. de pact. inter empt. & vendit. Aym. cons. 192. numer. 22. Corn. cons. 102. num. 22. lib. 2. Rolan. cons. 69. num. 38. cum seqq. lib. 4. Surd. cons. 68. num. 21. Rot. coram Gregor. decis. 130. num. 4. & in Romana pensionis Domus 16. Nouembris 1611. coram bon. me. Pirouano, impressa post Marches. de commiss. tom. 1. fol. mihi 1085. num. 7*

4 Cum maximè † exceptionis iure, non aucm actionis reticisio petatur *l. Iulianus §. offerri, ff. de act. empt. Aym. cons. 192. num. 22. Corn cons. 121. ad finem lib. 1. Roland. cons. 69. num. 37. lib. 4. Gecc. cons. 45. num. 38. Surd. cons. 563. sub numer. 4. Card. Mant. de tacit. lib. 3. tit. 12. num. 58.*

Portiones verò Rugerij, ac Ioannis Baptiſta primogenituræ omninò diuerſæ extitiſſe deſtinatas, apertè conuincitur ex eiuſdemmet Rugerij diſpoſitione teſtamentaria, nec non ex tenore primogenituræ, de qua agitur. In teſtamento enim ille præcepit, vt Ioannes Ba-
5 ptiſta frater, † ac hæres ex bonis hæreditarijs, ac paterna portione bonorum, eidēmet Ioanni Baptiſtæ debita primogenituram inſtitueret in fauorem alterius ex fratribus in vltima vitæ periodo nominandi, quorum maſculina linea extincta primogenitum ex fœmina primogenita deſcendentem iuſſit admitti, quam
6 diſpoſitionem, † dum ſimpliciter Ioannes Baptiſta adiuit, demandatum ſibi onus dimittendi bona propria ad fauorem primogenituræ acceptaſſe cenſetur iux. *tex. in l. titia cum teſtamento 35. qui inuita, ibique glos. notat in verbo petitione, ff. de leg. 2. Surd. cons. 7. num. 5. & cons. 361. num. 4. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 11. num. 9.*

At in primogenitura fuit iure contractus,
7 non autem in vltima voluntate † prælectus Antonius, ac delata facultas vltimo maſculo conuincitur eligendi aliquem ex maſculis, à
8 fœmina Iuliuccia progenitum † ad proprie placitum voluntatis. Quod peragi nequibat in præiudicium primogeniti ex primogenita fœmina exorti, à Rugerio expreſsè vocati.
9 Nam bona certo † ſub onere à Teſtatore grauata, non valent diſpoſitioni contrariæ ab hærede ſubmitti ad *text. in l. 1. num ex familia 69. §. ſed & ſi fundum, ff. de leg. 2. & in l. ſi duobus 3. §. ſed quia C. com. de leg. Surd. conſ. 505. num. 5. cum alijs recenſitis in deciſione præterita*, ex qua cætera quoque obiecta penitus remouentur.

Et ita Eminentiſſ. D. Cardinali Azzolino dumtaxat informante deciſum.

☞ *Deciſio hæc, quæ allegatur in hac eadem cauſa emanata coram eodem bon. mem. Leone Veroſpio, impreſſa eſt in præcedenti part. 12. Recent. deciſ. 419.*

R. P. D. BEVILAQVA

Romana, ſeu Marſicana Pecuniaria.

Veneris 12. Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Aerarius quando in exigendo diligentias non adhibuit de inexactis tenetur, ſed quando contrarium accidit, ab huiuſmodi ſolutione liberatur, maxime quando conſtat ex atteſtatione executorum fatentium executionem facere non potuiſſe, & quando Aerarius ſoluens partem debiti non cenſeatur totum debitum agnouiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante reus abſoluitur.*
2 *Iura in nouo Iudicio ex integro inchoato ſunt producenda præuia partis citatione.*
3 *Sine obligatione nullo competit actio.*
4 *Subſcribens cenſetur approbare ea quæ in ſcriptura continentur.*
5 *Verba obligationem non importantia ad illam trahi non poſſunt.*
6 *Verba* Deue dare *quid important.*
7 *Verba* quanto di ſopra *quid inferant.*
8 *Verba antecedentia à præcedentibus interpretationem recipiunt.*
9 *Onus exactionis aſſumens non liberatur indicando debitores exigendos, ſed tenetur de non exactis.*
10 *Adminiſtrator deputationis, ſua tempore conſtitutus ad exactionem creditorum exigibilium ſi ob culpam eiuſdem fiant non ſoluendo tenetur de non exactis.*
11 *Exactor negligentia argui non poteſt, ob non factam creditorum exactionem, quando debitores excuſſi non ſoluerunt.*
12 *Aerarij non debent eorum periculo & riſico exactiones facere, nec inexacta ſoluere ceſſantibus negligentia, & commoda exactione.*
13 *Aerarius non factis diligentijs etiam de non exactis tenetur.*
14 *Atteſtationi executorum ſtatur ad effectum probandi diligentias, & executionem fieri non potuiſſe.*
15 *Barones ad præſtanda ſeruitia cogunt ſubditos ratione ſubiectionis.*
16 *Salarium debetur Aerario ratione laboris, & ſeruitij præſtiti & num. 18.*
17 *Gabellarum exactionem gementes tenentur Dominis de non exactis.*
19 *Aerarius ſoluens partem inexactorum totum debitum agnouiſſe cenſetur.*
20 *Aſſertio Procuratoris non probata nullum præiudicium parti affert, & num. 21.*
22 *Barones in Regno Neapolitano Adhobamentum Regi ſoluunt.*
23 *Quietantia debent iuſtificari.*
24 *Legitimatio perſonarum in omni iudicio debet concludenter probari.*

DECISIO II.

EMINENTISSIMVS Dominus Cardinalis Columna obtinuit per duas ſententias condemnari Philippum de Matthæis ad ſoluen. ducatos 1132. ex cauſa adminiſtrationis Aerariatus Albæ, & Auerzani de anno 163?. exercita, a quibus interpoſita appellatione, & cauſa mihi commiſſa hodie reſolutum fuit Philippum non teneri, & ſic ſententias eſſe infirmandas.

Fundatur enim intentio D. Cardinalis pro iuſtificatione ſui crediti in libro ſolidationis computorum per Philippum ſubſcripto, & in ma-

in manibus Ratiocinatoris dimisso, in quo ex creditis ibi descriptis, quid exactum, quodque remanebat exigendum distinctè exprimitur, & tamen de hoc libro cum computorum solidatione non constet quo fit, vt actor † deficiat in probatione crediti, quod petit, & ob id non erat locus condemnationi, sed absolutioni *cap. vltimo §. fane de iureiurand. cap. in præsentia de probat. l. final C. de reuend. l. qui accusare C. de edend. Soccin. Iun. cons. 6. num. 11. lib. 4.*

Nec D. Cardinali Suffragatur productio libri prædicti facta in Tribunali A.C. Iudicis primæ Instantiæ, quia dum ministerio Procuratoris specialiter constituti renunciauit sententiæ, & actis quorum vigore fuit promulgata in iudicio ex integro in Rota inchoato, erant denuo † Iura producenda præuia partis citatione non secus, ac si antea nihil factum fuisset, *l. ait prætor, §. exitus vers. spoliatio, ff. de his quæ in fraudem, Creditor Gratian. discept. forens. cap. 734. num. 2.*

Sed quatenus etiam constaret de solidatione computi adhuc ex ea iustificatio crediti educi nequit, cum ibi non legatur obligatio Philippi erga Dominum Cardinalem illud ei soluendi sine † qua nulla competit actio *l. quoties 10., §. si temporali, ff. de administrat. & pericul. Tutor. l. si pupilli 6., §. videamus, ff. de negot. gest. Grauett. cons. 190. numer. 1. Magon. dec. Lucen. in fine, & decis. 13. num. 17. & 18.* nam non subsistit, quod Philippus in subscriptione computi se constituerit debitorem in summa ducat. 2961. 29. de quibus cum prætendatur soluisse solum ducatos 1828. 76. remaneret debitor in quantitate prædicta ad quam fuit in sententijs condemnatus, quoniam ex eo text. restrictus generalis computorum relatus in hodierno Summario hæredum Philippi *num. 1.* patet tria ibi contineri videlicet omnes introitus ad ducatos 11037. ascenden. partitas à Philippo Erario ex actas, & alias partitas quæ tempore restitutionis librorum Aerariatus remanebant exigendæ à Communitatibus, & particularibus debitoribus, & his positis sequitur subscriptio Philippi per hæc verba *Io. Philippo Matthai Aerario confermo quanto di sopra*, ex qua subscriptione aliud in effectu deduci nequit, nisi quod Philippus ingenue fassus fuit veras esse partitas ibi appositas, & vti tales confirmauit, & approbauit cum iuris Regula sit quod subscribens † censeatur approbare quantum in scriptura subscripta continetur *l. emptor, §. lucius, ff. de pact. l. sicut, §. non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypotec. soluat. l. plurib., ff. de verb. oblig. Decian. respons. 29. num. 14. Duran. decis. 136. num. 4.*, ac inferri non potest ad recognitionem debiti ad communitates spectantis, & exigendi, vt quasi proprium Philippi sit adstrictus ad illius solutionem dum verba † subscriptionis huiusmodi obligationem non important ad illam trahi nequeunt, *l. 4. §. toties, ff. de damn. infect. Grat. cons. 42. num. 17. lib. 1. Soccin. cons. 129. sub numer. 7. vers. tertio generaliter lib. 1. Menoch. cons. 763. numer. 2. Ciriac. controu. 378. à num. 14. Rota decis. 510. num. 14. part. 5. recent.*

6 Non obstat verba illa *Philippo † Aerario debe dare* in principio solidationis computorum posita, & in decisione *R. P. D. m. Bourlemont, §. Iustitia vero*, ad ostenden. existentiam Crediti D. Cardinalis pōderata. Siquidem sunt verba Ratiocinatoris adiecta non animo obligādi Philippum, quod facere minime poterat, sed ratione Officij, ac pro mera solidatione computorum, vt apertè indicant alia subsequentia post adnotatas partitas, ibi, *l. Alfiere Filippo Mattei Erario del Contado d' Alba. e suo ripartimento hà presentato in mano di me Gaspare Manzoni Compotista di Sua Eminenza il presente libro, &c., nel quale afferma hauere fedelmente scritto tutto spettante à detto Erario, e le partire esser tutte vere, &c. altrimente vuol esser tenuto à tutte le pene come osserua la Regia Camera del Regno di Napoli*, ex quibus clarè patet, quod tam Philippus subscribendo computa per verba † *quanto di sopra*, quā Ratiocinator intellexerunt narrare nudum factum restitutionis librorum, & omnia ita se habere, vt ibi adnotata sunt non autem illum debitorem constituere cum obligatione soluendi residuum exigendum, quæ vtique fuisset apertè specificata, prout expressa fuit pœna, ad quam teneri voluit in casu contrario 8 assertioni circa veritatem † partitarum, & ab istis recipiunt interpretationem antecedentia *Honded. cons. 2. num. 18. & cons. 8. num. 32. & cons. 72. num. 15. lib. 1. Surd. cons. 288. numer. 35. Gratian. discept. forens. cap. 58. num. 27. Rot. apud Buratt. dec. 930. num. 6.*

Exclusis ex prefatis iustificatione Crediti, & expressa obligatione Pilippi, neque visum fuit intrare legalem ad saluandam illius condemnationem secundum quam is, qui onus exa- 9 ctionis † assumit non liberatur indicando debitores exigendos, sed tenetur de non exactis *l. Tutori cum ibi notatis C. de negot. gest. Aretin. cons. 111. num. 6. in fine Rot. decis. 288. num. 3. post Cenc. de cens.*, quia tunc demum recipitur conclusio, quando constituens Procuratorem, vel alium administratorem ostenderit nomina debitorū 10 tempore deputationis fuisse exigibilia, † & ob culpam, & negligentiam eiusdem exigere debentis, effecta sunt non soluendo ad *text. in l. 2. C. de Arbitr. Tutel. Imol. cons. 75. Decian. respons. 85. num. 27. lib. 2. Rot. coram Reuerendissimo Tarraconen. decis. 189. numer. 9. & in Bononien. reddit. rationis 16. Decembris 1652. coram bon. mem. Dunozetto apud Escobar de Ratiocin. dec. 21. num. 3. & 4.*

11 alias de hoc non constito † Exactor non potest vti nehligens condemnari ob non factam debitorum exactionem ex quo accidere poterat, quod debitores etiam excussi non soluerint *Ruin. cons. 93. num. 7. in fine lib. 5. Becc. cons. 37. sub num. 20. aliique congesti in dicta decis. 189. Reuerendissimi Tarraconen. num. 10. & seqq.*, vbi quod magis hæc procedunt, quando vt hic magna, & grauis est exactio, in qua plura credita possunt verisimiliter reperiri inexigibilia, & in- 12 terminis Aerariorum, † qui in Regno Neapolitano in munere Vassallatus tenetur pro Baronibus illorum introitus à Communitatibus exigere, quod non debeant exactiones facere eorum rifico, & periculo, nec inexacta soluere cessantibus negligentia, & commoda

ed by Google

exactione probant, *Lanar. conf.99. per tot.Capoblanc.de Baron.pragmat.16.num.89.& 90.vers.non tamen obligentur Nauar. de grauam. Vassall. tom.1. grauam.169.num.2.& duobus seqq.*

Non vrget responsio quod non versamur in terminis simplicis administrationis officiū gratuite exercentis, sed Aerarij cum annua
13 mercede ducat.60.deputati,qui non factis† diligentijs etiam de non exactis tenetur ex allegatis in *vltima decisione R.P.D.mei Celsi*, §.*respõsio*, *& eiusdem R.P.D.Bourlemont*, §.*quia fuit animaduersum*. Nam præter quod de diligentijs per Philippum adhibitis, satis visum fuit apparere ex attestatione executorum relatis *in*
14 *dicto Summario num.9.*, quibus † statur ad effectum probandi diligentias, & executionem fieri non potuisse *Vivian.commun.opin.555. num. 2.Gratian.discept.§27.numer.10. Io.Bapt.Antonell. conf.1.num.1.& 2.Rot.apud Burat. decis.950.nu.2. Thomat. decis. March.61. num.10.* ex eo eliditur
15 motiuum, quod † Barones cogunt subditos ratione subiectionis ad hoc solummodo duraturum, vt testatur *Capoblanc. d. pragmat.16.numer.18.& 66.* Aerarij vero durante hoc tempore consequuntur hoc exiguum emolumen-
16 tum, habito respectu ad ingentem† summam reddituum exigendorum ratione laboris, & releuationis pro seruitio præstito ad *l. secũdum naturam, ff. de regul.iur.Capoblanc. d.pragmat.16.à num.23.*, non autem vt expleto anno, & non facta omnium introituum exactione Aerarius ob receputum salarium ad illos exigendos & è proprio interim soluendos teneatur,quasi acceperit in se omne commodum,& incõmodum soluendi Dominus quicquid erat exi-
17 gendũ,† quia ad id obligati existunt,qui exactionẽ gabellarum emunt, vt dicunt *Roman.in l.Prator ait*, §.1. *num.2., ff. de aqua pluuia arcenda Mantic.de tacit.,& ambig.lib.7.tit.2.nu.12. Modern. Aecen.quæst.Ciuil.cap.23.num.4.* à quibus nec dissentire videntur in oppositum allegati dum
18 asserunt Aerariis† deberi salarium propter laborem, & explicat *Nauar. grauamin. 163. numer.1.*

Non afficit quod post restitutos Aerariatus libros, & computis solidatis Philippus soluerat partem crediti pro inexacta in dd. libris
19 descripti, Vnde † totum debitum agnouisse censetur *Bald.in l.cum fidem 4. C.de non num.pecunia Rot.decis.§11.num.1.in fine par.2. recent.* Tum quia de tali solutione aliunde non docetur, quam ex assertione Procuratoris Domini Cardinalis dum certam pecuniarum summam ad creditum hæreditatis bon.mem.Philippi Comestabilis in Sacro Monte Pietatis describi fe-
20 cit, quæ † assertio nullum præiudicium parti affert, nisi verè probetur pecuniam à dicto Philippo habuisse ad effectum in hanc causam erogandi *l.cum precum, C.de liberal. caus. Cephal. conf.607.num.4.Cravett.conf.104.numer.5. Magon. decis.Lucen. decis.93. numer.12.* Subsistente ex supra firmatis Philippum non teneri de non exactis, inde fit vt per dictam solutionem non
21 dicatur sibi† præiudicatum in parte remanente, & debitum agnouisse, vt ad illam vrgeri possit *l.cum de indebito versic. si autem proprie, ff. de probat.l.final.vbi gloss.& Bald.C.ne vxor pro marito Natt.conf.77.num.6.vers.4.& conf.440. numer. 19.Soccin.Sen.conf.143. sub num.13. l.1. Surd.conf. 212.num.25.& conf.552.num.6.Magon. decis.Marchiæ 146.num.11. Buratt. decis.174. num.final.*

Quod vero Philippus exegerit à Communitatibus certam summam mediante compensatione facta cum debito per ipsos soluto
22 occasione Adhohi siue Adhohamenti,† quod in Regno Neapolitano præstatur Regi à Baronibus, & feudatarijs vt tradunt cumulati *per Borell.in summa tit.37.num.1.* Domini non putarunt esse attenden., firmatũ id enim fuit præsuppositiue ad quietantias desuper factas de
23 quibus non constabat, † & iustificari debebat *l.2.ff.de probat.Soccin.Iun.conf.95.num.1. conf.119. numer.20.lib. . Rot.decis.171.num.1.part.4.tom.2. recent.*

Præterea cum D. Cardinalis Instituerit vti hæres Comestabilis Philippi Patris, & talem esse in bonis in Regno existentibus non solum non probauerit, sed in confesso est fuisse institutum hæredem bon.mem.Principem Buteri, sicque personam suam non legitimauerit, vt fuit expresse oppositum ex hoc capite senten-
24 tia nulla est quia legitimatio † personarum in omni iudicio est concludenter probanda ex *Bartol.in l.2.numer.3.Cod.de edicto Diu.Adrian. tollend. Rot.coram Ia.mem.Gregor.decis.233.num.2., & in recent.decis.234.nu.finali part.5.& decis.141. num 16.part.6.*

Et ita fuit resolutum sententias esse infirmandas vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Rauennaten. Successionis.

Venerit 12.Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Filij an teneantur, ea quæ receperunt à matre in vim simplicis donationis communicare, cum reliquis bonis hæreditarijs.Collatio simplex, an veniat conferenda. Collatio bonorum an de iure veteri admitteretur.

SVMMARIVM.

1 *Filij non tenentur ea, quæ receperunt à matre titulo simplicis donationis communicare cum reliquis bonis hæreditarijs.*
2 *Collatio simplicis donationis fieri debet, quando donator vni simpliciter, alteri ob causam donauit.*
3 *Donatio simplex est conferenda & nu.5.*
4 *Collatio bonorum de iure veteri non admittitur nisi in successione ab intestato.*
6 *Dotes & dispositiones ob causam sunt conferendæ.*
7 *Dictio* aliorum *est repetitiua similium.*
8 *Collatio habet locum inter succedentes eodem titulo vniuersali, secus ex particulari num.9.*
9 *Testatoris voluntas non expressa, ex post facto apponi non potest.*
10 *Collatio ad euitandam inæqualitatem fieri non debet*

DECI-

DECISIO III.

POSTQVAM firmatum fuit scuta 1200. donata per Elisabettam Vizanis filijs primi matrimonij non esse imputanda in eorum legitimam, dedi dubium, An eadem summa veniret conferenda, & à quibus soluendum, esset legatum relictum secundo viro, & Domini existimarunt summam non esse conferendam, legatum vero soluendum à Manzonis filijs secundi matrimonij hæredibus.

Quia cum Elisabeth antequam transiret ad secunda vota voluntarie, & ex materna affectione, non autem necessario & coactè huiusmodi donationem fecerit filijs primi matrimonij ipsi non tenentur, ea quæ receperunt à matre titulo simplicis donationis
1 communicare † & conferre cum reliquis bonis hæreditarijs, vt cauetur *in l.illud 20. in fine C.de collat. Bartol.in l.1. §.nec Castrense sub nu.11. vers.sed contra predicta, ff. de collat. bonor. Dec. in Auth.ex testamento num.5.cum seqq. Iason ibid. sub numer.14.vers.pro ipsa sententia C.eod. tit. Aymon. cons.85.num.6.Surd.cons.143.num.17.Crass.de Success.§.de Collatione bonorum quæst.3. numer.1.in fine Michelor. de duobus fratribus par.1.cap.19.num.1.9. & per tot.Gratian.discept.forens.cap.159.num.31.ad finem alijs per Cutell. de donat. tract.2. special.5. num.6.*

2 Collatio enim donationis simplicis † fieri non debet, nisi quando donator hoc expressit, vel vni simpliciter, alteri vero ob causam donauit, quo casu tantum donatio simplex confertur, nè inæqualitas emergat, hinc & non alia ratione moti tuentur DD. in contrarium
3 adducti etiam † donationem simplicem esse conferendam, vt in specie *Fachin. controu. Iur. lib.6.cap.64.Cassan.cons.53.numer.70.& 71. Natt. cons.109.num.1.Rot.coram Merlin.decis.586.num.1 & seqq.*

Et licet Imperator *in, §.illud quoque Auth. de trient.& semiss.& in Auth.ex testamento, C. de Collat.* correcta fuerit, nam cum de iure veteri
4 collatio † bonorum non admitteretur præterquam in successione ab intestato Imperator ab hoc quod antea sanciuerat recedens æquiorem duxit sententiam, vt deinceps illa fieret in qualibet successione, vt colligitur extenore totius text.vnde ex prætensa correctio-
5 ne dd.textuum non licet † inferre etiam donationem simplicem esse conferendam, sed eorum dispositio intelligi debet de donatione ob causam non aduersantibus verbis dotis & aliorum datorum, quia sunt intelligenda
6 de datis ob causam cum non solum † dotes verum etiam dispositiones ob causam venisse conferendæ, quod pariter suadet illa dictio
7 *alterum*, † quæ est repetitiua similium, vt aduertit *Alexand.in dict. Auth. ex testamento numer.7. & 8.C.de Collat. & probat. gloss.ibid. verbo datorum & in dicto §.illud quoque verbo omnino detrientc & semiss.Michel.vbi supra part.1.cap.17. num.3. & seqq.*

Hæc facilius applicantur in isto casu, quo filij primi & secundi matrimonij ad successionem in bonis dotalibus Elisabethæ matris ve-

niunt ex iure diuerso illi nempe ex testamento, illi vero ex beneficio legis *hac edictali C.de secundis nupt.* inter quos proptera cessat collatio, † quæ habet locum tantummodo inter
8 succedentes eodem titulo vniuersali secus ex
9 titulo † particulari, vt est *text.in l.pater 6.ibiq; gloss.verbo extero, ff.de Collat.dot., & l.vt liberis C. de Collat.Michel.d.par.1.cap.16.numer.13.Thomat. decis.50.num.133.Crass.de success., §.Collatio bonorum quæst.4.numer.3.& seqq.*

Non obstat prætensa matris voluntas conferendi huiusmodi donationem, ex quo in testamento mandauit illam imputari in legi-
10 timam, quia cum talis voluntas † expressa non fuerit in isto actu donandi ex post facto apponi non potuit, vt sunt clara verba *text.in d.l.illud in fine, C. de Collat. ibi de tempore donationis Surd.cons.143.num.55., & in postrema decisione huius Causæ 31.Maij 1658. in fine coram me.*

Nec dicatur quod hoc modo inter filios primi & secundi matrimonij contingeret inæqualitas, nam licet filii primi matrimonij succedant matri in bonis dotalibus cum filijs secundi, æqualiter deducto eo, quod ceperunt ex donatione tamen cum filij secundi matrimonij deducta legitima debita filijs primi capiant omnia bona extradotalia longe maioris valoris, cessat respectu illorum inæqualitas, & potius resultat in præiudicium filiorum primi matrimonij, eaque augeretur si donatio deberet communicari, & calculari cum reliquis bonis maternis ergo sicuti fieri solet
11 Collatio ad † æqualitatem seruandam, ita ad cuitandam inæqualitatē fieri non debet, *Surd. cons.219. num.12. Michel vbi supra part.1. cap.12. num.6.Crass.de success., §.Collatio bonorum quæst.8. num.1. in fine.*

Quoad alterum dubium concernens solutionem legati facti ab eadem Elisabetta secundo viro res transiuit sine difficultate, quia legata sunt soluenda ab hæredibus quales sunt Manzoni filij secundi matrimonij, §.1.*Instit. de legat., & l.legatum est, ff. de legat.2.*

Et ita semel atque iterum causa proposita decisum fuit vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Bononien. Pilarum.

Lunæ 15. Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Societas quando transeat ad hæredes, & An Iuramentum generaliter præstitum trahi debeat ad ea, quæ specialiter exprimi debent. Vndè virtute iuramenti Societatem ad hæredes nō transire, resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Societas, morte vnius socij dissoluitur.*
2 *In societate, non potest etiam ab initio pacisci, vt hæres succedat societati.*
3 *Societas ad hæredem non transit, nisi exprimatur.*
4 *Societas valet etiam quādo hæredes, quāto socij pro*

ſe, & hæredibus ſe obligarunt, cum interuentu iuramenti.

Declara, vt num. 5.

6 *Socius promittens per ſe, & hæredes ſuos, non facit, vt hæredes ſuccedant ſocietati.*

7 *Societas vt duret inter ſuperſtites ſpecialis conuentio requiritur, & num. 10.*

8 *Obligatio tacita hæredum in ſocietate ineſt.*

9 *Iuramentum confirmat, non extendit contractum.*

11 *Iuramentum generaliter præſtitum, non trahitur ad ea, quæ debent ſpecialiter exprimi.*

12 *Societas virtute iuramenti, non tranſit ad hæredes.*

DECISIO IV.

CONCORDATA fuerat inter cætera ad tollendas omnes difficultates, & differentias inter Iacobum, & Magdalenam coniuges ex vna, & Corneliam pariter coniuges ex altera duas ſorores, duarum ſororũ viros: *Compagnia dell'arte di Palle muſchiate, da effercitarſi nella Caſa, e Bottega, all'Inſegna della Campana, &c.* & ſucceſſiue promiſerunt obſeruare ſcripturã in omnibus, & ſingulis ipſius partibus, & capitulis, &c. pœna, &c. obligatione, &c. iuramentis, &c.

Mortua primo Cornelia, deinde Antonio ex eis ſuperſtite Iulia Maria filia, & poſtea mortuo Iacobo, tentauit Iulia Maria poſt annum, renũciare Societati, ſed in Iudicio poſſeſſorio, fuit reiecta, opponente Magdalena. In petitorio autem obtentis duabus Sentẽtiis à Iulia Maria pro renunciatione, & tertio per Appellationem Cauſa ad me deuoluta, propoſui dubium, an Sententia Rotalis ſit confirmanda, vel infirmanda, & DD. confirmãdam eſſe reſponderunt.

1 Quia ſoluitur Societas, morte vnius ſocii, *§. ſoluitur, Inſtit. de ſociet. l. 4. §. paſſim, ff. pro ſoc.*

2 & adeo morte ſocii ſoluitur † ſocietas, vt nec ab initio paciſci poſſit, vt hæres etiam ſuccedat ſocietati, *l. adeo, 59. ff. pro ſoc.* & generalius, *l. nemo poteſt, 35. ff. eodẽ*, quicquid, ibi ſcripſerit *Bald.* (quem puto, nihil non ſciuiſſe, nihil nõ

3 ſcripſiſſe) ſocietatem † ad hæredem non trãſire, niſi ſit dictum. *Abb. conſ. 87. num. 2. verſ. ſecundo videtur, lib. 2. Pariſ. conſ. 32. nu. 33. lib. 1. Dec. conſ. 212.* in magna Chiſia Cauſa.

Opponebatur autem ab Informãtibus pro Magdalena ſocietatem roboratam eſſe iuramento, vnde quando ſocii pro hæredibus ſe ſe obligarunt, adeoque contraxerunt pro ſe, & hæredibus, & interuenit iuramentum, tunc

4 valet ſocietas † etiam quoad hæredes, vt videtur conſuluiſſe. *Surd. dicto conſ. 5. verſ. præterea, num. 14. verſ. non obſtat. Marc. deciſ. 215. num. . . verſ. Attamen Ius habet, par. 2.*

Sed contrarium verius eſſe reſponſum eſt à fundamentis, cum etiam in ſocietate priuilegiata veſtigalium maneat ſocietas etiam

5 poſt mortem alicuius, ſed ità demũ † ſi pars defuncti ad perſonam hæredis eius aſſumpta ſit, vt hæredi quoque conferri oporteat dicta *l. adeo*, & ibi, *apud gloſſ.* adſcripta præcipuum requiſitum eſt, & ſic conuenerit, quod hæredes ſuccedant in ſocietate, vnde non ſufficit,

6 quod in † contractu ſocietatis dictũ ſit, quod quis promiſit per ſe, & hæredes ſuos, quia non ſequitur, hoc actum fuiſſe, vt hæredes ſuccedant ſocietati, quia poteſt intelligi, quod hæredes ſint obligati ad præſtan. ea, quæ ſocius promiſit, vt poſt alios, & præcipuè *Dec. dicto conſ. 212. num. 6. verſ. & hoc concludit. Mantic. de tacit. tit. 24. num. 34. lib. 6. Noal. de tranſmiſſ. caſ. 58. num. 6. verſ. ſubdeclaratur tamen.*

7 Sicut requiritur ſpecialis conuentio ad effectum vt duret inter ſuperſtites dicto §. *ſoluitur*, ibi, *niſi in coeunda ſocietate aliter conuenerit*, §. *morte, l. actione, 65. ff. pro ſoc. Gratia diſcep. 852. num. 4.*

8 Quibus poſitis in huiuſmodi ſocietate, cum obligatione hæredum, quæ tacita etiam ineſt *l. 9. ff. de probat*, etiam ab hæredibus obſeruanda, non quidem plus etiamſi magis operetur

9 iuramentum, quia iuramentum † non extẽdit contractum, ſed confirmat intra ſuos limites, vt declarauit ipſe *Surd. dicto conſ. 20. num. 21. verſ. ſimiliter non obſtat, & poſt Alexand. ad Bartol. ad dict. l. adeo, ad verba, ad hæredem. Marc. dicta deciſ. 211. dicto num. 4. Theſaur. deciſ. 242. numer. 2. verſ. nec obſtat iuramentum, & methodice in puncto Felic. de ſociet. cap. 32. num. 41. cum allegatis.*

Et ſic vt duret inter ſuperſtites, neque in

10 hoc operabitur iuramentum † cum requiratur ſpecialis conuentio adhũc effectum, vt ſuprà ad *Grat. conſ. 15. num. 7. & à num. 25. verſ. & ex his apparet, lib. 1. Gratian. dicta diſcep. 852. dicto num. 4.*

11 Maximè, & communiter, quia iuramentũ generaliter præſtitum, non trahitur ad ea, quæ debent ſpecialiter exprimi ad *Gloſſ. & Cyn. apud Bald. ad §. quæſitum, l. 4. ff. ſi quis caut. nu. 22. in fine. Iaſon. ad l. ſancimus, C. de teſtam. num. 13. Grat. dicto conſ. 15. nu. 12. verſ. præterea. Gratian. dicta diſcept. 852. num. 6.*

Quin etiam quando conuentum eſt, vt ſo-

12 cietas tranſeat ad hæredem virtute † iuramẽti non poſſe tranſire contra *Fabr.* vti ſingularem adnotatum eſt ab *Alexand. ad Bartol. ad d. l. adeo, ff. pro ſoc. ad verba, cum hæredem, & conſenſerunt. Grat. conſ. 15. num. 27. & 35. verſ. & à communiter accidentibus, lib. 1. Curt. Senior. conſ. 52. num. 10. verſ. ego autem exiſtimo. Valaſib cõſult. 63. num. 14. Mantic. de tacit. tit. 24. num. 19. lib. 6. à quo allegatos.* Concludere magis communiter ſcripſit *Gratian. diſcept. 276. nu. 8. & 9. Michalor. de Fratribus, cap. 40. numer. 19. & 21. par. 2. Ounate de contract. tract. 28. de ſociet. nu. 12. Noal de tranſmiſſ. cap. 58. num. 4. Monach. ad Minad. deciſ. 30. num. 1. verſ. licet limites. Grivell. deciſ. 8. num. 17. & allegato vtcumque Capic. Theſaur. deciſ. 242. ſub num. 3.*

Et ità vtraque, &c.

☞ *In præcedenti part. Recent. 13. in hac eadem cauſa adſunt duæ deciſiones, nempe ſub diebus 7. February 1659. coram Reuerendiſſimo Melzio Epiſcopo Papien. & 4. Julij 1660. coram eodem, ſunt in ordine deciſiones 23. & 523.*

R. P. D.

R. P. D. TAIA.

Hiſpalen. Decimarum.

Lunæ 15. Ian. 1663.

ARGVMENTVM.

Priuilegia percipiendi Decimas ex bonis traditis ad excolendum, vt valeant debent in actis exhiberi, & requiritur, quod in iſtis ſit derogatio, *cap. nuper, de Decimis*, ad hoc, vt Decimas in præiudicium alterius Eccleſiæ, altera ſibi applicare poſſit. Reliqua vide in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Coloni ſolunt Decimas de Terris, & Poſſeſſionibus ſibi traditis, ad excolendum à Religioſis Carthuſiæ, ex priuilegio, quo iſti gaudent in Hiſpania.*

2 *Priuilegium percipiendi Decimas ex bonis propriis traditis ad excolendum in præiudicium parochialis Eccleſiæ, non ſuffragatur, niſi ſit derogatum*, cap. nuper, de Decimis.

3 *Priuilegia in actis non exhibita, nullum gradum probationis conſtituunt.*

4 *Ad Priuilegiorum derogationem, ſufficit generalis mentio conciliorum, & generalis derogatio in clauſula*, non obſtantibus.

5 *Priuilegium vnius Monaſterij, facilè communicatur alteri.*

6 *Quod iuris eſt ex toto quoad totum idem eſt de parte, quoad partem.*

7 *Priuilegia vni domui conceſſa, facilè, & alteri cõmunicantur.*

8 *Decimas qui percipiunt ex his, quæ tradunt excolẽda, tenentur exhibere priuilegium.*

9 *Coloni ratione ſuæ culturæ tenentur ad Decimarum ſolutionem.*

10 *Decima quod non debeantur, non valet conſuetudo.*

11 *Decimæ Religioſis ex priuilegio ſæpe applicantur.*

12 *In exemptione Decimarum ſolet addi, non obſtante* cap. nuper.

13 *Epiſcopus habet intentionem fundatam in Decimis percipiendis.*

14 *Intentio percipiendi Decimas potius fundatur in obligatione eas debentis, quam in iure exigentis.*

15 *De Decimis ſermo, quando eſt dubius, intelligendũ eſt de Spiritualibus.*

16 *Derogatio* cap. nuper, de Decimis, *non eſt neceſſaria in translatione Decimarum.*

17 *Obſeruantia interpretatiua attenditur, etiamſi alius intellectus, de iure verior eſſet.*

Etiamſi intellectus datus pro obſeruantia eſſet malus num. 18.

Et oporteret aliquam vim inferre verbis, num. 19.

Maxime quod non docetur in contrarium aliqua obſeruantia, num. 20.

21 *Opiniones non trahuntur ad præterita, ſed ad futura tantum accommodantur.*

DECISIO V.

IN DECISIS 22. Maij proximi præteriti, DD. ſtetерunt, nempè conſtare de bono iure Carthuſiæ, etiam ad effectum Manutentionis, & eidem ſuffragari priuilegia percipiẽdi Decimas de ſuis Terris, & Poſſeſſionib. tra-
1 ditis ad excolendum, quas Coloni † ſoluere alijs tenerentur pluries per *Rotam* canonizata, vt in *deciſ. 217. num. 3. verſ. nec dubitarunt, par. 7. & verſ. in eadem, etiam R. P. D. meo Ghiſlerio 10. Maij 1641. vigore Conſtitutionis Ioannis XXII. de Carthuſienſibus, & eorum Domibus, apud Roderic. Canon. & Regul. quæſt. 45. artic. 4. verſ. ſed dices, in fine, tom. 2.*

Nec obſtare viſum eſt, quod in his priuilegijs Rota aliàs cenſuerit, non poſſe fieri fundamentum, cum in omnem euentum non
2 conſtaret in eis fuiſſe † derogatum, *cap. nuper, de decimis, & coram Canal. deciſ. 229. ſub nu. 2. & 3. & deciſ. 229. numer. 2. part. 2. recent. latè Barboſ. de Offic. & poteſt. Paroch. cap. 38. §. 2. nu. 38. & 41.*

3 Quia tunc iſta priuilegia non fuerunt exhibita in actis, vt inquit, *Rota coram Canal. ibid.* neque diſputata, quibus poſtea exhibitis receſſum fuit à deciſis, & pronunciatum pro Carthuſia, vt in Sententia in *Granaten. Decimarum 11. Maij 1579. impreſſ. apud Gionag. reſpons. 28. ad fin. lib. 2. & in Gadicen. 3. Iunij 1642. & in eodem 7. Iulij 1642. cum ſuis prauijs deciſionibus.*

Quæſtio itaque tota viſa eſt pendere in eo puncto, an in his priuilegijs requireretur ſpecialis derogatio *cap. nuper*, quod tertio loco in deciſione libatum eſt, in qua Domini dixerunt, non requiri derogationem expreſſam,
4 cum ſufficiat † generalis mentio Conciliorũ, & generalis derogatio in clauſula, *non obſtant. &c. ex adnotat. ad Burat. deciſ. 704. num. 14. Rota coram Millino, deciſ. 277. num. 1. Garz. de Benefic. cap. 5. num. 39. 40. & 41. par. 4.* cum allegatis præſertim, cum non verſemur in conceſſione priuilegiorum, ſed in communicatione eorundem, nec de Religione ad Religionẽ, ſed de Monaſteriis ad Monaſteria eiuſ-
5 dem Religionis; † priuilegium namq; vnius Monaſterij, facile communicatur alijs totiq; Religioni, vt ex facto conſtat, & ex Conſtitutione ſan. memo. Pij II. & ex alia Gregor. XI. apud *Roderic. Canon. Regul. quæſt. 55. art. 8. tom. 1.* & de alijs Priuilegijs pariter *Roderic. quæſt. 36. art. 3. §. nec aliquod præiudicium, verſic. nam priuilegia vnius monaſterij, tom. 1. & dicta quæſt. 55. art. 18. vt quæſt. 45. art. 4. verſ. ſed dices, tom. 2. Pellizz. Manual. Regular. cap. 14. nu-*
6 *mer. 43. tractat. 8.* vt quod Iuris eſt, de † toto quoad totum idem ſit de parte, quoad partẽ, *& gloſſ. 1. Bartol. ad l. quæ de tota re 76. ff. de rebus cred.* & ſicuti ad ſimilitudinem †
7 vnius domus ſolent aliæ priuilegiari. *Bald. & Paul. de Caſtr. Salicet. in l. omnia priuilegia, 24. C. de Epiſcop. & Cleric.*

Deinde placuit etiam alia ratio libata in deciſione, quæ extẽditur, quod Monachi non eximuntur à Decimis, nec deducunt priuilegium

legiũ exemptionis, in quo derogatio *cap. nuper*, requireretur, ſed potius ipſi conſequuntur Decimas, & allegant priuilegium ſubrogationis in iure Parochiali, in hac parte tum fauore ſuæ Religionis, tum quia percipiunt
3 ſolas † Decimas de ſuis bonis, quæ tradunt excolenda argum. *cap. cum in tua, 30. & ſeqq. de Decim.* adeoque Decimæ adimuntur alijs, & applicantur Monachis, vt inquit, *deciſ. 240. num. 2. verſ. ex quo igitur*.

Et quidem facilior eſt huiuſmodi applicatio Decimarum Monachis, quam ſit earundem exemptio ab illis, & in caſu noſtro, exẽptio ſi quæ eſſet nõ caderet ſuper Monachos,
9 ſed ſuper Colonos, qui † ratione ſuæ culturæ tenentur ad Decimas, *cap. ex parte 31. de Decimis, & Clement. 1. eodem*, ibi, *qui Religioſi de terris, quas tradunt alijs excolendas Decimas ſolui alijs non permiſerint, aut prohibuerint, &c.* & ibi, *gloſſ.* Excolendas *Barboſa de offic. & poteſt. Parochi dicto cap. 28. §. 30. num. 19.* præſertim quia quamuis ſint quæſtiones, cui Decimæ debeãtur, Epiſcopo ne, aut Parochiali Eccleſiæ, ſeu potius Baptiſmali, vt apud *Gloſſ. in verbo de iure communi, cap. cum contingat, de Decimis*, nulla tamen quæſtio ſit, an alicui debeantur, ſicuti etiam conſuetudo valet, vt prædiales de-
10 beantur loco domicilij, ſed † quod nullatenus debeantur, non valet conſuetudo. *Abb. ad cap. vltim. de Paroch. num. 5. in fine*, & ex pri-
11 uilegio ſæpe decimas † Religioſis applicari, obſeruauit *Caſtropal. oper. moral. tractat. 10. de decim. diſput. vnic. punct. 10. nu. 2.* Raro autem
12 eos eximi à decimis, & † in exemptione ad maiorem claritatem, addi conſueuiſſe non obſtante, *cap. nuper*, proſequitur idem *Caſtropal. dicta diſput. vnic. punct. 12. ſub num. 6.*

Quæ ſupradicta diſtinctio priuilegiorum exemptionis à Decimis, & translationis eorundem bene agnoſcitur fundata in rationibus illius quæſtionis, an priuilegio Pontificis decimæ tolli poſſint animaduerrẽdo hæc tria in dubium venire. Primo, an auctoritate Summi Pontificis Decimæ in totum tolli poſſint. Deinde, an priuilegio Pontificis fieri poſſit, vt decima Monaſterio, vel Pio alicui Collegio, vel Seminario Clericorum ſoluatur. Tertio, an priuilegio Summi Pontificis poſſit aliquis fieri immunis, & liber à decima ſoluenda, apud *P. Azor. Inſtitut. moral. cap. 26. quæſt. 6. lib. 7. par. 1. Lotter. de re benefic. quæſt. 20. 135. & 136.* Ibi alio iure, *lib. 1. Rota in Placentina, ſeu Abulen. Decimarum 15. Maij 1651. §. prout, coram R. P. D. meo Celſo*, & nouiſſime teſtibus contradiſtinctis. *R. P. D. meo Fagnano, ad dictum cap. nuper, num. 36. & 37.*

Ex quibus ſublatum viſum fuit generale fundamentum intentionis fundatæ Epiſcopi,
13 & Capituli † in his Decimis, quod & ſi per ſe certum, & verum eſt expreſſ. *cap. dudum, de decim.* cum alijs apud *Barboſ. dicto §. 2. num. 17.*
14 tamen hæc intentio † potius certa eſt fundata in obligatione debentis decimas, vtpote quod certe de eo debentur, quam in iure exigentis, qui incertus eſt, quis recipere, & exigere poſſit, & debeat, vt ſuprà.

Itaque in priuilegio translationis decimarum venire decimas Spirituales, proprie loquendo, non autem temporales, quæ non
15 ſunt proprie decimæ, & † in dubio intelligendum eſſe de Spiritualibus obſeruauit *Addent. ad Ludouiſ. deciſ. 404. ad fin. & deciſ. 64. numer. 6. part. 9. & in dicto §. pariter confirmatum*, & plane conſtat ex priuilegijs, & rationibus, vſq; ad querelas Collectoris Ordinis Ciſtercienſis, apud *Roderic. dicta quæſt. 45. art. 4. verſ. circa quarum conceſſionem. Azor. dicta quæſt. 6. ſub verſ. bis poſitis*.

Ex ijſdem quoque rationibus ſatisfactum eſt alteri difficultati, quod ſi in priuilegijs cõmunicationis deficiat expreſſio decimarum, quæ eſſent expreſſæ in priuilegijs conceſſis à ſan. mem. Ioanne XXII. anno 1316. & à ſan. mem. Innocentio VI. anno 1362. non fuerunt tamen expreſſę in priuilegijs communicationis à Pio II. 1466. & ſan. mem. Gregor. XIII. 1575. niſi quod, ibi, tantum narratur, quod vigore alterius extenſionis priuilegij, iam domus Vallis Benedictionis fuerat, & erat in poſſeſſione, ſeu quaſi decimas ſupradictas, etiam ex parte fructuum Colonis obuenientium percipiendi, & à ſan. mem. Grego. XIV. anno 1591. quantumuis ſupradicta priuilegia verbis generalibus, & ampliſſimis ſint extenſa in puncto *Spad. conſ. 142. & conſ. 143. ab initio, lib. 2. & deciſ. 40. num. 1. par. 4. recent. & coram Pen. Lugdunen. & dicta deciſ. 1090. ab initio, & coram Canal. deciſ. 247. num. 10.*

Nam in ijs non agitur de translatione decimarum, de qua nos agimus, ſed de exemptione à Decimis, & ideo de requiſita, ibi,
16 derogatione *cap. nuper*, quæ † non eſt neceſſaria in translatione decimarum, vt ſuprà, & multo minus in communicatione priuilegij translationis de monaſterio ad monaſterium eiuſdem Religionis.

Quinimo opinio Rotę in Deciſionibus ſupra allegatis cæpit ſtabiliri in illa celebri *Valentina Decimarum, quæ eſt deciſ. 40. part. 4. recent. anno 1603. cum Rota contrarium ſenſiſſet, coram Gipſio, in extenſa à Penia deciſ. 764. numer. 6. anno 1599.* & dixit poſtea in eadem *coram Penia dicta deciſ. 1090. num. 5. anno 1604.* cui partes acquieuerunt, ſed cum Procuratores Epiſcopi, & Capituli conſideraſſent *dictam deciſionem 764.* interim factam in *Valentina Decimarum*, petierunt audiri, vt inquit, *Rota dicta deciſ. 1090. numer. 9.* attamen iam præualuerat contraria Sentẽtia, & res ſæpe iudicata, quod Carthuſiæ ſuffragarentur hæc priuilegia, abſque tali decimarum expreſſione, adeo acceſ-
17 ſerat obſeruantia † interpretatiua, quæ attenditur etiamſi alius intellectus de iure verior eſſet, *Rota deciſ. 574. num. 3. part. 1. diuerſ. cum alijs in deciſ. 375. num. 9. par. 9.* Imo etiam-
18 ſi intellectus † datus pro obſeruantia eſſet malus, *Rota deciſ. 256. num. 6. part. 2. diuerſ. &*
19 *dicta deciſ. 375. ſub num. 14.* & oporteret † aliquam vim inferre verbis. *Spad. conſ. 54. nu. 37.*
20 *lib. 1.* Maxime † quod è contrario non docetur aliqua obſeruantia. *Rota coram Buratt. deciſ. 647. in fine*, ſolutis ſemper decimis monaſterio,

sterio, nunquam Capitulo, bene de duplici obseruantia affirmatiua, & negatiua. *Spad. dicto conf. 54. num. 38. lib. 1. & conf. 94. num. 8. & 9. & conf. 212. numer. 13. lib. 2. Rota decis. 389. num. 14. par. 9.* enim vero nouæ decisiones, & opiniones non trahuntur ad præterita, quãtumuis antiquum vniformiter intelligeba-
21 tur, & obseruabatur, quia † ad futura tãtum accomodantur. *Rota decis. 608. in fine, part. 2. recent. & coram Andr. decis. 23. nu. 3 & decis. 48. num. 2.*

Et ità vtraque, &c.

Decisio ista emanata in hac eadem Causa sub 22. Maii 1662. est supra in præcedenti part. Recent. decis. 463.

R. P. D. ALBERGATO.

Assisien. Oblationum.
Lunæ 15. Ianuary 1663.

ARGVMENTVM.

Precariè, quando quis aliquid obtinuit, non potest dici, ius firmum, & determinatum in eo, & maxime si in concessione adsit verbum, *donec*, quod denotat temporalitatem. Contractus, si prætendatur rescindi ex causa Læsionis. Qualis debeat esse talis læsio, & qualiter veniat probanda.

SVMMARIVM.

1 *in Facto, ea quæ non subsistunt. non attenduntur.*
2 *Possidens aliquid precariè non potest dici, quod Iure proprio possideat.*
3 *Dictio, donec, temporalitatem denotat.*
4 *Concessum, quando aliquid fuit, euanescit talis concessio, quando contrarium fuit dispositum.*
5 *Concessionum Apostolicarum effectus, quando cessauit, tunc amplius non iuuant concessiones illæ.*
6 *Constitutiones Apostolicæ, quando fuerunt confirmatæ, nullo modo potest dici, quod fuerunt reuocatæ.*
7 *Obseruantia subsecuta, benè demonstrat, quid veniat in Concessione.*
8 *Obseruantia subsecuta resultat optimus intellectus constitutionum Apostolicarum.*
9 *ex Iurium præseruatiua bene colligitur mens Papæ, in concessione aliquâ.*
10 *Contractus rescissio ex causa Læsionis, debet esse læsio, in magno excessu.*
11 *Læsio ex causa rescissionis contractus debet conclu-*
denter probari.
12 *Læsio, vt probetur in materia collectionis fructuum anni fertilis, cum sterili est facienda, & n. 13.*
14 *Accidentalia, ea, quæ sunt, non possunt constituere certam regulam.*
15 *ex Euentu subsecuto non potest constitui certa dispositio, & num. 16.*
17 *Quod procedit in contractu etiam tractum successiuum habente.*
18 *Contractus si tendat magis ad lucrum, quam ad dãnum, sufficit, ne ratione futuri euentus allegari possit læsio.*
19 *Contractum, si quis prætendat velle annullare ex capite læsionis, talis prætensio euanescit, non probata læsione.*
20 *Nepoti Summi Pontificis, attestanti de mente ipsius Patrui super aliqua concessione, videtur deferendum.*

DECISIO VI.

LAesio, quæ in decisione facta à Patribus Conuentualibus Iuris colligendi Oblationes in Cappella Sanctæ Mariæ de Portiuncula nuncupat. ad fauorem Patrum Minorũ de Obseruantia, ex duplici capite, in primis decisionibus * approbata fuerat, in postrema die 9. Decembris 1661. cessare vita fuit Dominis, qui hodie disputato iterum Dubio, dixerunt standum esse in decisis. Quoniam in facto non subsistit, quod præfatum Ius honorificum percipiendi Eleemosynas in aliena
1 Cappella, vt in primis disputationibus † supponebatur, ad Patres Cõuentuales spectaret; Ex quatuor enim Summorum Pontificum Constitutionibus, pro parte Patrum Conuẽtualium, productis apparet, quod prædictæ oblationes nomine Ecclesiæ Romanæ percipiebantur à Patribus Conuentualibus, ad effectum sustentandi Fratres, & Ecclesias reparandi, donec aliter à Summis Põtificibus ordinatum fuisset; Vndè precario, & nomine
2 Ecclesiæ Romanæ possidebant, non † autem sibi ipsis, & præfatum Ius ad Ecclesiam Romanam pertinebat, cuius nomine exercebatur, ex relatis in principio decisionis. *Rota coram Mantic. decis. 201. num. 3. & coram Eminentiss. D. Card. Ottobono, decis. 59. num. 1.* Accede-
3 dente potissimum dictione illa, *donec*, † quæ temporalitatem præferens, operatur, quod Administratores, potiùs quã Domini censeantur constituti, vt post *Roman. conf. 350. num. 1. & Alexand. conf. 96. num. 2. lib. 4. Rota decis. 757. num. 6. coram Penia, iuxtà impress. Lugdun.*
4 Et quod contraria dispositione † subsecuta, concessio euanescat, vt ex decisione, & alijs dictum fuit in §. *erant enim*.

Non obstat, quod præfatarum Constitutionũ effectus cessauerit anno 1517. quo Pa-
5 tres Conuentuales à Leone X. † obtinuerunt dispensationem possidendi bona in communi, & prædictum Ius colligendi eleemosynas iure proprio illis concessum fuerit per Constitutionem felic. record. Gregorij XIII. in qua declarauit, quod eorum priuilegia, & iura illæsa conseruare volebat; Quia vt in præ-
6 terita responsum fuit, non solùm † ex dicta Constitutione, nihil Patres acquisiuerunt, sed in ea longè post edita, nempè anno 1580. Pontifex aliàs præcedentes Constitutiones confirmauit, ordinando, quod à Deputatis perciperentur eleemosynæ, iuxtà formam in
7 eis præscriptam. Prout obseruantia † subsecuta demonstrauit, cum semper eodem mo-
8 do à deputatis fuerint exactæ, ex † qua resultat optimus intellectus Constitutionum Ponticalium. *Soccin. conf. 145. num. 2. lib. 1. Add. ad san. mem. Gregor. decis. 184. num. 8. cum concordantibus per Rot. in Barchinonen. Alimentorum, 31. Maii 1655. coram bon. mem. Dunozett. §. quæ omnia.* Et in præseruatiua Iurium intellexit
9 Pontifex † de applicatione oblationum; quas

pro

pro fabrica, & victu Fratrum, vt priùs deseruire voluit, vt in §. *nec aduersatur, in fine*.

Nec respectu quantitatis oblationum con-
10 currit læsio; Nam ad effectum, de quo † agitur rescissionis contractus, & interesse pecuniarium debet esse in magno excessu. *Rota in recent. decis.643. num.6. par.1.* Et ab allegan-
11 te plenè, & † concludenter probanda est. *Dec. cons.474. num. 11. Roland. à Vall. conf. 28. num.2. lib. 4. Thomat. decis. 50. numer.80. Rota decis. 120. num. 14. coram fan. mem. Gregor. & in Ianuen. pretensa separationis Thori 22. Iunii 1650. coram Reuerendiss. Papien. §. quouero ad lesionem.* Quæ probatio non solum in præsenti deficit, seu potiùs constat, quod anno 1641. quo fa-
12 cta fuit † cessio; oblationes florenos 94. non excesserunt. Et computando annos fertiles cum sterilibus non excessisse scuta centum
13 per decennium præcedens, & † subsequens, vt computandum esse tempus, aliàs firmatũ fuit per *Rotã decis.189. num. 4. part.1. diuers. & decis.343. num.6. par.9. recent. cum aliis in §. prout neque*.

Responsio aliàs data huic motiuo, quod diminutio oblationum prædicta fuerit acci-
14 dentalis, ob † Pestem, & Bellorum turbines, quæ Italiam afflixerunt, & proindè non attendenda, iuxtà *decis.65. num. 7. part. 2. diuers.* sanis sublata fuit. Quia pestis antè primum decennium cessauerat, & bella breui temporis cursu, DEO propitio, extincta sunt: Et
15 cum cessionis contractus tanquam à † futuro euentu dependens esset incertus, & æqualiter se ad lucrum, & damnum haberet, ex e-
16 uentu subsecuto, læsio † considerari non potest, vt per *Cyriac. controuer. 1. num. 35. vbi plures, & alii, in §. neque decrementum, quibus addũtur Merlin. Pignatell. controuer.57. num.27. lib.1. Rota decis.584. num.7. part.4. recent. tom. 1. & in Asculana Renunciationis, 1. Iulii 1652. sub §. non obstat, vers.vnde, dum in contractu, coram Reuerẽ-*
17 *diss. D. meo Decano*. Quod procedit † etiam in hoc contractu tractum successiuum habẽte; Nam considerata incertitudine, & verisimili oblationum decremento, & alijs circũstantijs in præterita ponderatis; Visum est magis expedire Patribus Cõuentualibus percipere fructus scutor. 2000. quam oblationes.
18 Et tamen sufficeret, quod contractus † non tenderet magis ad lucrum, quàm ad damnũ, ne ratione futuri euentus allegari possit, læsio, *l. si voluntate, 8. Cod. de rescind. vendit. Faber in Cod. lib. 2. tit 32. definit. 5. num.14. Altograd. cons.64. num.31. lib.1. Rota par. 4. recent. tom. 3. decis.581. num.18. & 19. & in Hispalen. Rescissionis contractus, 10. Maii 1641. coram bon. mem. Peutingerio, §. quod non solum, & cæteri relati, in §. qua habet*.

Cessante autem læsione intrat Breue fam. mem. Vrbani VIII. confirmatorium cessio-
19 nis, & † contractus initi inter præfatos Patres, cui proindè non aduersatur defectus intentionis eiusdem Pontificis; Quia tàm ex lectura Breuis satis constat, quod de omnibus facti circumstantijs erat plenè conscius, quàm ex attestatione Eminentissimi D. Cardinalis Barberini, qui fidem facit, quod idem Vrbanus eius Patruus de quantitate oblationum per decennium præcedens informari voluit, cui plurimum deferẽdum esse visum est Dominis, vt dictum fuit in §. *final.* & tradit *Rota decis.714. num. 16. coram Merlin.*

Ex quibus placuit Dominis, cum hoc modo tollatur etiam materia scandalorum, persistere in vltimo loco decisis; Informantibus tantum Patribus de Obseruantia, pluries tamen citatis Patribus Minoribus Conuentualibus, &c.

Allegata hæc Decisio, quæ hic allegatur in hac eadem Causa emanata sub die 9. Decembris 1661. coram eodem Reuerendissimo P. D. Albergato, impress. habetur supra in præcedenti parte 12. Recent. 374. Atque in eadem Causa pariter in eadem part. 12. Recent. habetur altera decisio sub die 10. Aprilis 1660. coram eodem Reuerendiss. P. D. Albergato, quæ est decisio 205. & in hac infra in Miscellanea, altera habetur sub die 9. Decembris 1661. pariter coram eodem Reuerendissimo Domino Decano, iuxta seriem temporis, vbi etiam in fine apposui sẽtentiam Rotalem per extensum, prout fuit lata à Rota in hac Causa.

REVERENDISSIMO D. CERRO

Decano postea S. R. E. Cardinali.

Leodiẽ Archidiaconatus

Lunæ 15. Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Contumax est seuerius puniendus, quando constat euidenter de animo deliberato mandatis non parendi, vnde contra ipsum danda est aggrauatoria.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia crescente debet crescere pœna, vt contumax tandem pareat mandatis Apostolicis.*
2 *Aggrauatoria est danda etiamsi declaratoria contra contumacem non probetur personaliter executa.*
3 *Declaratoria personaliter non executa ob non tutum accessum, intimatio facta in loco vbi contumax moratur ligat ac si fuisset personaliter executa.*
4 *Declaratoriæ indubitata scientia resultat ex recursu ad alium incompetentem facto ad effectum obtinendi declaratoriæ nullitatem.*
5 *Et ex contumacia non parendi.*
6 *Contumax seuerius puniri debet quando ex actu inobedientiam præferente constat de expressa contrauentione, & animo deliberato non parendi.*

DECISIO VII.

OB non paritionem executorialibus Rotalibus fuit sub die 24. Martij superioris anni contra Nicolaum Meys decreta, & relaxata Declaratoria, eaque in partibus intimata, & in actis reproducta, cum lapso termino ad parendum præfixo non doceat deparitione, sed indurato corde censuras fu-

fugeat,

ſtincat, ſeruatis ſolitis quatuor terminis ad videndum ſe aggrauari cum interuallo decem dierum inter vnum, & alterum, propoſui dubium, An eſſet danda aggrauatoria, & affirmatiuè reſponſum fuit, nam creſcente contumacia † creſcere debet, & pœna, vt tandem contumax reſipiſcat, ac pareat mandatis Apoſtolicis per *text. in cap. veritatis de dol. & contum., cap. quoniam frequenter §. fin. & ibi gloſ. verb. ad alterum vt lit. non conteſt. Rota in Romana ſeu Albiganen. Bonorum* 18. *Martij* 1654 *coram me, & in alia Leodien. Canonicatus* 29. *Nouembris* 1655. *coram R.P.D.meo Veroſpio.*

2 Non obſtante, quod declaratoria † non probetur contra Nicolaum perſonaliter executa, ſed ad valuas Cathedralis Eccleſiæ Leodien. & Louanij in manibus portuarij domus vbi idem Nicolaus moratur hodierno *Summ. num.* 1. quia cum ex iam deductis in ſummario poſitionis ſuper declaratoria conſtet de non tuto acceſſu ad Ciuitatem Louanij huiuſmodi intimatio † arctat ac ſi fuiſſet
3 perſonaliter executa *iuxta text. in Clem. cauſam de elect. cum alijs relatis in dec. ſuper declaratoria §. non obſtant.*

Et ceſſat omnis hæſitatio, quia ex recurſu per Nicolaum ſucceſſiuè habito ad Conſeruatorem Priuilegiorum vniuerſitatis Louanij, qui deteſtabili exemplo auſus eſt pronunciare, cenſuras ab hoc Sacro Tribunali relaxatas Nicolaum non afficere *d. Summ. num.* 3. reſultat † nedum ſcientia certa, & indubitata declaratoriæ, vt in his terminis conſiderauit. *Rota in Iuuenatem ſeu Melfiten. Bonorum* 1. *Iulij* 1648. *coram Eminentiſſ. D. Cardinale Corrado §. fin.* Verum etiam manifeſta conuincitur
5 contumacia † non parendi, quę eo magis inexcuſabilis redditur, dum idem Nicolaus propria authoritate mandatum, ſeu præceptum comminatorium contra omnes Archidiaconatui ſubiectos relaxauit, vt ipſum in Archidiaconum recognoſcerent *d. Summ. num.* 4. Cum enim ex hoc actu poſitiuam
6 inobedientiam præſeferente euidenter conſtet de expreſſa contrauentione & animo deliberato non parendi, ſeuerius puniri debet *Card. Ottoboni. deciſ.* 196. *num.* 6. *& 7. & in dicta Leodien. Canonicatus.*

Et ita per contradictas &c.

R. D. D. BEVILAQVA

Reatina Beneficij.

Lunæ 15. *Ianuarij* 1663.

ARGVMENTVM.

Inter plures præſentatos, quis veniat inſtituendus. Quaſi poſſeſſio præſentandi ex quo tantum acquiratur. Totum dicitur habere, qui partem maiorem habet.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi, & habente plures voces venit inſtituendus.*

2 *Per præſentationem etiam vnicam dicitur quis conſtitutus in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

3 *Compatronorum proprietas prænalet quaſi poſſeſſioni præſentantis, & repugnat anteriori ſtatui beneficij.*

4 *Probatio euidentiſſima per partis confeſſionem, vel rem iudicatam eſt afferenda, ad hoc vt dici poſſit conſtare de anteriori ſtatu, & proprietate poſſeſſorium abſorbente.*

5 *Pars minor in concurſu maioris non eſt attendenda ad firmandum ſtatum anteriorem.*

6 *Partem maiorem habens cenſetur totum habere.*

DECISIO VIII.

IN contumaciam Vincentij Tranſei, qui obtinuit denuo audiri aduerſus deciſionem emanatam ſub die 26. Iunij proximi-pret. riti ſuper confirmatione ſententiæ Rotalis adiudicantis Dominico Paulino controuerſum beneficium, ſed inde intimatus informare non curauit fuit hodie reſolutum ſtandum eſſe in deciſis quia d. Paulinus fuit præſentatus à Patribus S. Dominici, qui † exiſtunt in quaſi poſſeſſione præſentandi, & ha-
1 bent plures voces, vnde ex vtroque capite eſt inſtituendus ex allegatis in deciſ. §. validitas.

De poſſeſſione ſufficienter apparere videtur ex præſentatione Pauli Graſſi de anno facta † per quam & ſi vnicam dicuntur Conſti-
2 tuti in quaſi poſſeſſione ad effectum nominandi in præſenti vacatione per obitum d. Pauli ſecuta *Calderin. conſ* 12. *de Iur. patronat. Abb. conſ.* 14. *num.* 2. *lib.* 1. *foret. conſ.* 210. *num.* 10. *Gratian. præcepiſſet forens cap.* 317. *num.* 22. *&* 23. *Rot. coram Card. Caual. dec.* 197. *num.* 2. *&* 3. *Duran. dec.* 87. *num.* 3.

Non obſtat quod attendatur quaſi poſſeſſio præſentantis quando conſtat de proprietate ad fauorem aliorum Compatronorum,
3 quæ illi præualet, & repugnat veritati, & ſtatui anteriori beneficij *ex cap. cum de beneficio vbi gloſſ. & Gemmian. num.* 8. *de prabend. in* 6. *Abbas in cap. conſultationibus num.* 9. *de Iurepatron. Dec. conſ.* 128. *num.* 1. *Gratian d. cap.* 577. *num.* 17. *Mareſcott. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 55. *nu.* 63. *&* 64. *Vinian. de Iur. patron. lib.* 11. *Cap.* 6. *num.* 23. *Rot. dec.* 737. *nu.* 3 *par.* 2. *recent.* quoniam ad hoc vt poſſit dici † conſtare de anteriori ſtatu; &
4 proprietate abſorbente poſſeſſorium illique repugnet debet afferri liquidiſſima probatio per partis confeſſionem, vel rem iudicatam *Egid. dec.* 163. *Gratian. diſcept forens cap.* 577. *n.* 18 *Lotter. de re benef. lib.* 1. *queſt.* 34. *Modern. Piſan. de Iur. patron. lib.* 11. *cap.* 6. *num.* 24. *Mareſcot. d. cap.* 55 *num.* 66. *lib.* 1. *Rot. coram Seraph. dec.* 555. *num.* 8. *& poſt modern. Pariſin. de manut. dec.* 239. *num.* 2. *Add. ad Buratt. dec.* 776. *num.* 16.

In propoſito autem caſu nedum non afferitur huiuſmodi probatio ſed potius pro maio-
5 ri parte ad Patres Dominicanos ſpectare eſt eo apparet, quod Iuſpatronatus multo po- fundationem deuenit ad Diophebum, Paulum Emilium Stocchinum, & Bartholome fundatoris deſcendentes, & inter eos in totidē voces diuiſum & à Capitulo Lateranen ap-

pro-

probatum iuxta instrumentum de anno 1612 stipulatum, & deducta in *decis. R. P. D. mei Verospij* 19. *Junij* 1618. §. *neque* in dubium. Cumque per factum Pauli Emilij Stocchini, & Bartholomæi filij, & hæredes voces ipsis obuentas PP. Dominicanis donauerint, vt publicis documentis fuit ostensum in antecedentibus Causæ positionibus sequitur ipsos ad mensuram successionis in vim dd. donationum ex duodecim vnciis habere nouem, 5 in quarum † concursu non sint attendendæ minores partes remanentes apud Successores Diophebi ad firmandum statum anteriorem vt supra exigitur pro Vincentio. *Rocch. de Jure patron. verbo ipse vel is à quo num. 7. Cassador decis. 2. eodem num. Rot. dec. 443. num. 4. & part. 2. recent. Duran. dec. 199. num. 8. & in Aquilana Beneficij* 30. *Maij.* 1657. §. *ex præmissa coram me*.

Nec refert quod duæ ex quinque filiabus d. Bartholomæi non deuenerint, quia nihilominus PP. habentes donationem aliarum trium † & sic maiorem partem stipitis totum 6 habere censentur *Clemen. plures de Jur. patron. Gonzal. ad regul. 8. gloss 45. num. 61. Rot. dec. 443. num. 4. par. 2. recent. Adden. ad Gregor. dec. 452. n. 23 aliique cumulati per modern. Pisan. de Jurpatron. p. 2. lib. 2. cap. 8. num. 5. & 6.*

Et ita fuit conclusum standum esse in decisis d. Paulino Informante.

R. P. D. VICECOMITE,

postea S. R. Eccles. Cardinali.

Bononien. Pecuniaria.

Ven. 19. Ianu. 1663.

ARGVMENTVM.

Sententiæ, quando dicantur conformes, & vt dicantur tales, quid sufficiat, Statutum Bononiense disponit, quod duæ Sententiæ habeāt vim trium, Sententiarū validitas ex quo colligatur. Scripturam approbat, qui eam subscribit.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur inter se conformes, quando vna confirmat aliam.*
2 *Sententia, vt dicantur conformes sat est, vt conueniant in effectu, & substantia.*
3 *Statutum Bononiense mandat, quod Sententiæ duæ, habeant vim trium.*
4 *Instrumenti publici vigore aliud est agere, & aliud vigore apochæ primatæ.*
5 *Sententiæ duæ, quando vim trium habeant, & constituant rem iudicatam.*
6 *Statutum Bononiēse prohibet appellationem à duabus sententijs cōformibus, quoties agitur inter personas miserabiles.*
7 *Appellatio est de appendicijs illius instantiæ, cuius est sententia.*
8 *Appellatio debet subiacere statutis eius loci, vbi sententia emanauit.*
9 *Sententia duæ conformes, vt habeant vim trium, stante statuto, requiritur illarum validitas.*
10 *Sententiarum validitas bene colligitur, ex alterius reuolutione.*
11 *Instrumentum publicum facit probationem probatam.*
12 *Subscribens scripturam, dicitur eam approbare. Confessione propria nulla maior est probatio. ibid.*
13 *Impugnandum non est, quod iam fuit approbatum.*

DECISIO IX.

ANTONIVS de Carneualibus, fauorabilem sententiam obtinuerat ab Auditoræ Rotæ Bononien. aduersus Lutium, & Iosephum Carolum de Carneualibus, pro restitutione lib. 9588. debitarum, occasione administratæ tutelæ per Philippum eorum Patrē prædefunctum, quæ successiuè, in gradu Appellationis fuit confirmata ab altera R. P. D. Marescotti. Verum ab ea pariter appellantibus fratribus præfatis, Causaque mihi delata, ex Signaturæ rescripto, cum clausula, *Constito de duabus*, dubium hodie proposui, an de illis constaret, per DD. affirmatiuè resolutum, secunda enim confirmat primam, ideo dicū- 1 tur † inter se conformes. *Gloss. in Clement. 1. in verbo alicuius, & ibi DD. de re iudic. Caual. decis. 387. num. 1. & decis. 647. num. 1. par. 1. rec.* cum ad hunc effectum satis sit, quod conue- 2 niant in † effectu, & substantia. *Ruin. cons. 114. num. 10. lib. 5. Gabriel. de execut. rei iudicat. concl. 1. num. 33. Rota decis. 98. num. 3. part. 1. recent.*

Vnde veniunt exequendæ nam cum statu- 3 tum Bononiense † lib. 2. de Instrum. & laud. §. saluo semper, il secondo, non admittat vlteriorem appellationem, quam vnicam à sententijs decernentibus executionem Instrumēti, & in præsenti Causa fuerit actum vigore 4 publici † Instrumenti susceptionis Tutelæ, ac promissionis, restituendi reliquatum ad cuius liquidationem tantum, fuit exhibita apocasolidationis computorum, vtique duæ Sentē- 5 tiæ habent vim trium, & † constituunt rem iudicatam executioni demandandam. *Gregor. decis. 492. num. 1. Caual. decis. 387. num. 1. Rotar. decis. 30. num. 3.*

Maxime quia idem Statutum, in *Rubr. de arbitr. potest. §. in quibus causis*, pariter prohibet appellationem à duobus conformibus 6 quoties † lis agitur inter personas miserabiles, qualem se esse ostendit Antonius, ex datis in præsenti *Summ. num. 7. Bar. decis. Bonon. 73. num. 54. Zacch. de Obligat. Camerali quæst. 2 num. 7.*

Nec refert quod posterior sententia emanauerit in Curia, cum lata fuerit in gradu appellationis interiectæ ab altera data in partibus, vtique locum sibi vindicat statutaria di- 7 spositio, ratio ea est, quia † appellatio est de appendicijs illius instantię, cuius est sententia 8 à qua interponitur, & ideo subiacere † debet statutis fori, vbi sententia emanauit, *Statil. decis. 174. num. vltimo. Salgad. Labirynth. creditor. decis. 25. num. 6. Pacific. decis. 154. num. 10. Rota decis. 330. par. 2. diuers.*

Et quia ad executionem duarum conformium

9 mium requiritur illarum † validitas, necnon Iustitia censuerunt DD. primam satis resulta-
10 re, ex actorum reuolutione † iuxtà vulgat. *decis. Caputaq. 260. par. 2.* Secundum vero satis claram conuinci ex eo, quod Philippus Pater, præuio publico Instrumento tutelam
11 susceptit cum expressa promissione, ac † obligatione de reddendo rationem, ac reliquarum restituendo, qui post eius obitum declaratus fuit per Peritos, consistere in libris 9588 quam Peritorum relationem vtraque pars approbauit, mediante propria subscriptione,
12 & † confessione, qua dari nequit melior probatio. *l. cum te, Cod. de transf. Gregor. decis. 143. numer. 3.* ideoque eam impugnare non-
13 possunt, maxime † quia in termino remissorię eis decretæ, nullam probationem in contrarium fecerunt, & ex prædictis, creditum satis iustificatum, dicitur *Rota in Romana Pecuniaria 10. Maij 1661. & 3. Maij 1662. coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Et ita fuit resolutum constare de duabus conformibus, easque in omnem casum esse confirmandas, informante tantum Antonio, &c.

R. P. D. BEVILAQVA

Pampilonen Iurium Parochialium

Veneris 19. Ianuarij 1663.

A R G V M E N T V M.

Cura habitualis apud quem resideat. In Parochialibus sæcularibus Monasterio vnitis qui nam ad exercendam curam admittantur. Vicarius in huiusmodi Ecclesiis deputatus ex quo iustificetur quod sit amouibilis, & alia de quibus in summario.

S V M M A R I V M.

1 *Ecclesia vnita à primæua sui natura recedit, & reputatur Ecclesia cui vnita fuit.*

2 *Vicarius nutu amouibilis ad curam exercendam in Ecclesia vnita deputatus habet nudum exercitiũ & nomen cum iure congrua.*

3 *Cura habitualis residet in superiorem Ecclesia cui altera vnita fuit, & exercitium illius in Vicarium.*

4 *In Parochialibus sæcularibus, quæ vniuntur Monasterio, vel dignitati debent deputari Vicary perpetui sæculares ad ibi curam exercendam.*

Sed declara vt num. 5. & 6. & 7.

8 *Vicary perpetuitas in Ecclesia vnita verificatur ratione exercitii, & non censetur translata in illius omnis cura parochialis, quæ est de mensa illius Ecclesia cui facta est vnio.*

9 *In Parochiali sæculari vnita Monasterio de iure deputatur Vicarius amouibilis.*

10 *Vicarius in sæculari Ecclesia vnita Regulari quod sit amouibilis iustificatur ex remotione secuta alterius, & facta in secunda admissione mentione prioris.*

11 *In Vicaria amouibili fit nouæ prouisio non expectata morte primi Vicarij.*

12 *Cõstit. Vrbana super præiudicialibus Eccl. edita fuit vt cõsuletur Ecclesiæ rebus contra vsurpatores.*

13 *Facultas admittẽdi perpetuitatem Vicariæ superioribus Ecclesiasticis tantum reseruatur.*

14 Concilium Trident. in sess. 1. cap. 7. de reformat. *iniungit Ordinarii locorum visitationem Parochialium Ecclesiarum Monasterijs vnitarum & deputationem Vicariorum perpetuorum pro cura animarum.*

Sed hoc remittitur, non demandatur Ordinarioris arbitrio, si pro bono Ecclesiarum regimine id expedire videbitur & num. 15.

16 *Acta per Vicarium præsumuntur gesta per nudum administratorem.*

17 *Vicarius exercendo iura parochialia in in Ecclesia sæculari Monasterio vnita non præiudicat Monasterij superiori, nisi constet ipsi etiam innotuisse.*

DECISIO X.

ORTA lite inter Vicarium, & Beneficiatos Ecclesię Parochialis Oppidi de Mendauia, & Abbatem de Yrach super iuribus Parochialibus in Ecclesia S. Mariæ de Legarda eidem Parochiali de Mendauia annexæ. Prouisor Pampilonę diffinitiua sententia declarauit ad Vicarium prædictum omnes functiones Parochiales spectare Abbatemque de Yrach absque illius licentia in actibus prędictis non posse se intromittere: Causa ad hoc Sacrum Tribunal deuoluta, & iure collitigãtium ad examen deducto ad fauorem Abbatis hodie emanauit resolutio scilicet cõstare de illius bono iure, & fundamentum huius resolutionis fuit, quia d. Ecclesia Parochialis S. Ioannis de Mendauia cui vnita reperitur illa de Legarda vsque de anno 1408. à Nicolao de Romero tunc Administratore Apostolico Episcopatus Pampilonæ plenariè, & per viam incorporationis vnita fuit Monasterio de Yrach cum omnibus pertinentiis suis reseruata Vicario ibi residenti congrua per Abbatem d. Monasterij persoluenda per quam vnionem bo factam sequitur
1 † Ecclesiam à primæua sui natura recessisse, & prædictam Monasterij, cui fuit vnita reputari *Felin. in cap. cum in nostra num. 30. de rescript. Oldrad. cons. 255. num. 15. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 7. numer. 2. & 3. Cardin. Canaler. decis. 330. num. 1. & seq. & dec. 115. num. 5. in recent. decis. 352. num. 7. par. 4. & in Aternen. Vicaria 1. Julij 1659. &c. §. Atque, coram b. me. Biehio.* Quodque penes idem Monasterium, illiusque Abbatem cura Animarum, omniaque alia resideant, Vicarius † verò ibi deputatus ad eam exercendam vti nutu amouibilis habeat nudũ exercitium, & nomen cum iure congruæ *Gloss. in Clem. vnica in verb. ad mensam verf. vt videtur de excess. Prælat. Gabr. cons. 190. num. 10. lib. 2. Lotther. de re benefic. lib. 1. quæst. 33. nu. 93. Rota coram Cardinali Seraphin. dec. 1304. num. 1. Coccin. decis. 81. num. 2. & 3. Canaler. dec. 595. nu. 1. & 2. Buratt. dec. 214. num. 3. & 4. Merlin. in dec. 115. nu. 7. & in recent. dec. 352. num. 7. & 8. par. 4.*

De hac autem vnione iure incorporationis, & subiectiuè facta Monasterio abundè

2 domini apparere dicebant ex illis verbis ibi *Cum omnibus Iuribus, & pertinentijs prefato Monasterio incorporamus, & perpetuo vnimus, & concedimus, ità quod liceat per vos, & per Procuratorem vestrum corporalem Possessionem prefata Parochialis Ecclesiæ iurium, & pertinentiarum predictarum auctoritate propria apprehendere, ac fructus & reditus in vsus Abbatiæ, & Conventus convertere reseruato tamen de Ecclesiæ fructibus, redditibus, & prouentibus pro Vicario ibidem instituendo congrua portione.* Cum igitur Ecclesia sit vnita cum iuribus, & pertinentiis suis, sitque certa congrua Vicario assignata, ad hoc vt reliqui fructus conuertantur in vsus Conuentus, & Abbatiæ de Yrach, cui euidens ex hoc † fit
3 translationis curæ habitualis in Abbatem, & exercitium dumtaxat illius in Vicarium, vt probant *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 128. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 55. Gratian. discept. forens cap. 892. n. 5. in fine Rotæ coram Cardinali Caualerio dec. 371. num. 1. & 50. Burati. dec. 214. num. 4. Merlin. in præcitata dec. 115. num. 7. & 8. in recent. dec. 710. num. 3. par. 2. decis. 352. num. 8 part. 4. decis. 21. num. 6. par. 6. decis. 88. num. 1. par. 9. in Barchinonen. Parochialis 10. Februarij 1646. §. qui in alijs coram Eminentissimo Cardinali Corrado in Mindionen. Parochialis 3. Maij 1653. §. nec dubitari, coram R. Segobien.*

Non obstat, quod si vt hic Parochiales sæculares vniuntur Monasterio, vel Dignitati,
4 debent ibidem deputari† Vicarij perpetui sæculares, qui curam exerceant, (*ad text. in cap. Extirpande §. qui verò de prebend. gloss. in Clem. vnica verb. Parochialium vbi DD. de offic. Vicar. Geminian. cons. 86. num. 5. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 30. num. 10. Rota decis. 5. num. 2. par. 7. recent.* Responsum enim fuit † quod iura in obiecto allegata procedunt in simplici vnione
5 cuius † vigore superior Ecclesiæ, cui est facta, arctatur administrare curam in Ecclesia vnita per Vicarium perpetuum. Secus † quan-
6 do, vt hic pleno iure, & subiectiuè Parochialis fuit alteri vnita, nàm tunc tenetur † quidem curam per Vicarium perpetuum exercere, sed ab exercitio illius valet ad nutum remouere, vt distinguit *gloss. in Clem. vnica §. quidem etiam in Verb. ad mensam vers. aut pleno iure de excess. Prælat., Gonzal. ad reg. 8 glos. 5. §. 3. nu. 14. Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 33. numer. 93. Io. Alexs. Ric. in prax. variar. resolut. to. 1. par. 2. resolut. 293. Rota apud Card. Serapbin. decis. 1804. sub num. 1. Rota decis. 5. num. 7. & 8. part. 7. & dec. 88. num. 1. & 17. par. 9.* Et sic † perpetuitas respicit
8 personam ipsius Vicarij, & in illo verificatur ratione exercitij, & onerum, quæ subire tenetur non verò quod censeatur translata omnis cura Parochialis, quæ huiusmodi perpetuitate Vicarij non obstante, non desinit esse de mensa illius Ecclesiæ, cui facta est vnio; *Gabr. cons. 190. n. 18. & 19. lib. 2. Gonzal. ad regul. 8 glos. 5. §. 6. num. 30. Rota decis. 102. num. 10. ante finem vers. & præterea ex 50 par. 1. dec. 710. num. 4. in fine par. 2. coram Merlin. in præcit. dec. 115. n. 13. & in recent. decis. 245. num. 17. par. 6.*

At omnis difficultas remouetur ex aliis in præsenti casu concurrentibus quæ excludunt perpetuitatem vicarij, & ostendunt illum vere esse nutu amouibilem, & primo quia agitur de Ecclesia Regulari ratione vnionis Monasterio factæ† in qua de iure deputantur
9 Vicarij amouibiles *cap. 1. de Cappell. Monach. Sanchez. in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 29. num. 104. Gonzal. loco proximè citato n. 31. Rota apud Duran. dec. 74. num. 27. & in recent. dec. 297. num. 3. par. 5.*

Elicitur secundo ex duabus deputationibus de anno 1539. factis, & relatis in summario Abbatis, in quibus præuia expressione quod Vicarius erat annalis, ad nutum quoq; fuit tũc
10 deputatus. Quæ antiquissimę † deputationes, & metam centum annorum excedentes optimè inseruiunt pro iustificatione huius qualitatis eo ipso quod sunt sortitæ effectum per admissionem vnius Vicarij, secuta remotione alterius, & facta in secunda admissione mentione prioris, *iuxta cons. Oldrad. 229. passim à Rota approbatum, vt coram fæl. me. Greg. XV. dec. 315. num. 1. Seraphin. dec. 1141. num. 2. Merlin. dec. 4. num. 1. decis. 95. num. 5. & in recent. dec. 95. n. 5 decis. 152. num. 1. par. 5.*

His accedit concordia de anno 1977. inita inter Abbatem de Yrach & Beneficiatos, & incolas de Mendauia, vbi dictus Abbas annuens instantię Vicarii super augmento congruę, & ad talem effectum vnioni vnius ex Beneficiis S. Ioannis, quod ille retinebat, & in remotione à vicaria dimittere debebat, facultatem etiam sibi reseruauit ad annum, & libitum amouendi, ex qua concordia implicitam, & explicitam amouibilitatem continente cum subsecuta illius cõfirmatione per ordinarium iunctis recentioribus deputationibus relatiuè ad d. concordiam ab eodem Abbate de annis 1637. & sequentibus factis de Vicaria, tanquam amouibili euidenter patet, illam esse talem, cum hæc sit † illius natura, vt noua fiat prouisio, non expectata
11 morte primi *Rota dec. 128 num. 9. apud Posth. de manut. & in Maceraten. Cappellanie 10. maij 1660. coram me §. Iniustitia.*

Non vrget contra d. concordiam exceptio nullitatis ex defectu beneplaciti Apostolici requisiti pro illius validitate ex constitutione Vrbana super præiudicialibus Ecclesiæ edita, tum quia non fuit iuita ad effectum tunc firmandi quod impostetum Vicaria esset amouibilis ad nutum Abbatis, ex quo talem per antea fuisse supponitur, & cum tali supposito ille, qui spatio septem annorum fuerit Vicarius absq; remotione deputatur Oeconomus, atque ideo non requirebatur confirmatio. Tum quia constitutio Vrbana non habet locum in contractibus inter duas Ecclesias factis ex legislatoris mente, quæ fuit, † vt consuleretur rebus Ecclesiæ aduersus vsurpato-
12 res, vt decisum fuit *in Viten. portionum. 1. Iunij 1643. coram bo. me. Dunozetto.*

Non releuat, quod nonnulli ex Vicariis pro tempore ob assecurationem alterius Beneficii, vel alias Vicariam dimittere volentes, id fecerunt in manibus Iuratorum, & isti de more alios ad exercẽdam curam animarum præsentarunt, vt ex dimissionibus, & præsen-

tatio-

nibus relatis in *Summ. Vicarij num.4.* Vnde inferebatur exclusionem manualitatis Vicariæ quia inde non potest educi, quod esset perpetua, & daretur in titulum, dum admissa perpetuirate nullatenus poterat dimitti in manibus Laicorum, vt sunt Iurati,& dimissionem
13 admittere cum hoc sit† facultas superioribus Ecclesiasticis solum reseruata, ad *text.in cap.si admonet cap. quod in dubijs cap. nisi cum pradam de venunc.Conar.var.resolut. lib.5.cap.5.num.6. Garz. de benef.par.11.cap.13.num.219.& seq.& nu.223 cum seq.Rota in Anglonen Archipresbitratus 26.Iunij* 1654. §. *quia cum coram R.P.D.meo Albergato*

Quibus nullatenus visum fuit resistere decretum *Sacr. Concilij Tridentini in sess.1. cap. 7. de reformat.* quatenus ibi iniungitur locorum
14 ordinarijs quolibet anno visitatio Ecclesiarũ Parochialium Monasteriis vnitarum, & deputatio Vicariorum perpetuorum pro exercitio Curæ animarum, quoniam hoc simpliciter & absolute non demandatur,sed remit-
15 titur eorundem ordinariorũ arbitrio † si pro bono Ecclesiarum regimine ipsis expedire videbitur, vt ibidem notat *Barbos.in.15.Gonzal. ad reg.8.glos.5.§.30. in fine* & in individuo Ecclesiæ huic Monasterio vnitæ firmauit *Rota coram Seraphin.d.dec.1304.num.1.& in recent.dec. 88.nn.17.par.9.in Pampilonen.Vicariæ de stella* 16. *Iunij* 1642.*coram R. D.meo Decano*.

Prout nec videbatur posse fieri vim in actis à Vicario de Mendauia in d. Ecclesia de Legarda concernentibus Parochialem absque Abbatis vel Prioris licentia, nam dato statu præferente manualitatem illi standum est, omniaque gesta † præsumuntur per Vicariũ
16 vti nudum ministrum Abbatis *Gabr.conf.*190 *num.10.vers.hoc igitur lib.2.*cum aliis *supra allegatis* nam si alias animo illi præiudicandi † ex ercuisset,non potuit,nisi quoque constet Ab-
17 bati innotuisse ad notata per DD. *in cap. cum Ecclesia Sutrina, vbi Ripa num. 14. de cauſ.poſſeſſ. & propriet.Caualer.dec.405.nu.3.add.ad decis.542 à num.93.par.4.tom.3.recent.* & multominus in tam graue Monasterij detrimentum.

Cum itaque ex prædictis satis constet de vnione Parochialis S.Ioannis de Mendauia Monasterio de Yrach, ac Vicarij ibi residentis amouibilitate, nec in dubium reuocetur, quin hęc de Legarda sit illi annexa, ibique Abbates pro tempore plures gesserint actus specificatos, & relatos in eius *Summ. impresso* 18 *num.13.* merito fuit resolutum constare de illius bono iure respectu Iurium Parochialium & exercitij.

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Vrbinaten. Pecuniaria.

Mercurij 24. Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Bona contẽplatione, certi, & determinati Matrimonij donata, nullam patiuntur diminutionem in alterius Coniugum præiudicium, ex rationibus in decisione recensitis.

SVMMARIVM.

1 *Causa Matrimonij naturã donationis ad quoscumque heredes transitoria immutare non valet.*

2 *Donatio contemplatione certi Matrimonij facta vni ex coniugibus, non potest in alterius coniugis præiudicium remitti, aut in aliqua parte diminui.*

3 *Donatione contemplatione vnius tantum peracta dominium bonorum donatario, soli delatum censetur.*

4 *Bona contemplatione certi matrimonij donata, diminui non valent, quia pro restitutione dotis mulieris obligata censentur.*

Amplia,vt num.5.& 6.

7 *Donatio matrimonij certi contemplatione facta facit, quod per mortem vnius coniugis interesse alterius præseruatum remaneat.*

8 *Quod ab initio subsistineri non potest, ex post facto conualescere non valet.*

DECISIO XI.

POST plures editas Decisiones Octauiæ vxor Lælij, Commissionem admissionis ad Causam exhibuit super cuius proinde iuribus, per me hodie proposito dubio, ab vltimo loco decisis Domini recessere, licet enim donatio scut.13000. per Lælium à Francisco Patre recepta, ex causa certi Matrimonij cõtrahendi cum Octauia, non porrigatur *ad fi-*
1 *lias Lælij ex proprio iure agentes cum causa † matrimonij naturam donationis transitoriæ ad heredes quoscumque immutare non valeat ex iuribus recensitis in decisione 24. Ianuarij* 1661. Dum tamen promissio Octauię vxori facta quoque cõuincitur ex eiusdem nomine ab ipsius Patre recepta, Lælius proinde non potuit nullo vxoris assensu adhibito; necnon in præiudicium ipsius transactionis iure donationem ad scuta 900. reducere, vt in fortioribus terminis
2 donationis † videlicet contemplatione certi matrimonij vni ex coniugibus dumtaxat attributæ, quod ea in alterius Coniugis præiudicium ab ipso remitti non valeat, vel in aliqua portione diminui, tradunt *Molin. de Primogen. lib.4. capit. 2. numer.17. & 18. Mieres de maiorat. par.1. quæst.22. num. 32. Sanchez de matrimon. lib.6. disput. 32. num.1. cum seqq. Molin. de rit.nupt. lib.3. quæst.6. num.25.cum seqq. Molphes conſ.21. num.6. 7. & 13. Ginrb. de conſuetud. Messan. capit.1. gloss.8. part.1. numer. 75. & 76. Franc. à Ponte conſ. 25. num. 1. & 2. Rota decis. 44. num.8. cum seqq. par.6. & decis. 30. numer.29 part. 9. recent. & in Romana Donationis 13. Iunij* 1661. §.*etenim prout donatio, cum seqq. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & notat adden. ad dec. Buratti* 861. *vers. nec donatio*.

Nec visum fuit obesse, quod ex tali dona-
3 tione solius Lælij contemplatione † peracta bonorum dominium ipsi dumtaxat, non autem vxori delatum censeatur. *Franc. à Ponte conſ.80. nu.9. & 10. cum seqq. Buratt. decis.861*
4 *numer. 3.* perinde ac si nullum † eiusdem met Octauiæ valeat interesse ponderari. Octauiæ siquidem intererat donationem non diminui vel quia bona donata pro dotis suæ restitu-

tione obligata euaſerant, vt in ſpecie tradit *Bald. in l. ſi præſes, 8. C. de donat. verſ. tamen bene dico. Sanchez de Matrimon. lib. 6. diſputat. 37. num. 2. ad med.* Vel quia † ditiore exiſtente viro alimenta piguiora, ac honeſtiorem ornatum ipſa aſſequi poterat. *Molpheſ. conſ. 11. nu. 5. cum ſeqq. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 6. nu. 28. & 33. Franc. à Ponte conſ. 80. num. 15. Rota deciſ. 44. num. 12. & 13. cum ſeqq. par. 6. recent. & in Romana Donationis 13. Iunij 1661. §. non obſtat, coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano, cũ alijs plene congeſtis per Adden. ad Buratt. deciſ. 861 verſ. & quamuis*, quinimo † in caſu filiarum prædeceſſus ab inteſtato hæreditatem locupletiorem conſequeretur, & in caſu conditi teſtamenti legitimam omnino piguiorem.

7 Hinc non vrget, quod ex diſſolutione matrimonij per obitum Lælij, ſubſecuto intereſſe Vxoris euanuerit, vt ratiocinatur. *Rota deciſ. 203. num. 3. part. 8. recent.* Præterquam enim donationis diminutio, adhuc matrimonio conſtante expleta conuincitur, quæ pro-
8 inde † dum in præiudicium Vxoris ab initio ſubſiſteri non poterat, non valuit tractu tẽporis conualeſcere, iuxtà *text. in capit. non firmatur, 18. de regul. iur. in 6.* ex ſuperius recenſitis, adhuc extare cenſetur intereſſe Octauiæ vt in ſpecie tradit *Merlin. Pignatell. controuer. 34 centur. 2. num. 36. & 37. cum ſeqq. Venturin. conſ. 14. à num. 63. vſque ad num. 68.*

Et ita vtraque, &c.

In hac eadem cauſa in præcedenti part. 13. Recent. ad ſunt tres deciſiones ſub diebus 5. Decembris 1659. coram bo. me. Leone Veroſpio, & 5. Maii 1660. coram eodem, & 24. Ianuarii 1662. coram eodem, ſunt in Ordine Deciſiones 120. 212. & 260.

R. P. D. VICECOMITE.

Poſtea S. R. E. Cardinali

Eugubina donationis.

Mercurij 24. Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus reſeruatus an cadat ſub donatione, Et bona ex pecuniis reſeruatis prouenientia an includantur in donatione.

SVMMARIVM.

1 *Donatario nullum ius competit ſuper bonis prouenientibus ex pecunia reſeruata liberè diſpoſitioni donantis.*

2 *Vſusfructus reſeruatus non cadit ſub donatione. Alias reſeruatio eſſet inanis num. 3.*

4 *Cenſus ex pecuniis reſeruatis prouenientes non includuntur in donatione.*

5 *Iurium appellatione veniunt tam iura actiua quam paſſiua exceptis tamen reſeruatis.*

6 *Aeris alieni ſolutio in caſu donationis omnium bonorum, & iurium ſpectat ad donatarium.*

7 *Bona hæredi reſeruata liberè poſſunt ab iſto ad ſuos hæredes transmitti.*

8 *Ad reinueſtimentum quis de iure tenetur ad hoc vt ſe eximat ab obligatione illius.*

DECISIO XII.

PETITA fuerat executio mandatide aſſociando ad fauorem Io. Baptiſtæ Sauelli ab A. C. Areoſto relaxati ad poſſeſſionem prædij nuncupati Roncitelli tamquam inclusi in donatione omnium bonorum ſibi facta à Baldaſſare Sauello, cuius prædij poſſeſſionem ab A. C. Bulgarino obtinueratur Lucretia, & Serena de Brunis ab inteſtato ſuccedentes donanti, qui ſibi reſeruauerat ſcuta 3000. in cauſam teſtandi, ſuper quo coram me 7. Iunij prox. * DD. dixerunt mandatum prædictum fore exequendum in ſatisfactionem dotis dictis Mulieribus conſtitutæ aſſignaſſet duos cenſus ſimilis ſummæ in donatione compræhenſos. Hodie verò diſputato dubio An eſſet ſtandum, vel recedendũ à deciſis reſpõſum fuit ex nouiter deductis penitus elidi reſolutionis fundamentum, cum appareat, quod Baldaſſar de anno 1656. & ſic nouem poſt annos à die donationis mediante publico Emptionis Inſtrumento acquiſiuit cenſus prædictos.

Neque admittendũ eſt, quod dicta acquiſitio contigerit cum alijs pecunijs, quam retractis ex vſufructu reſeruato nam cum Patrimonium donatum eſſet ingentis valoris, & conſequenter Vſusfructus ſatis pinguis. & opulentus indubitata præſumptio conſurgit, quod exinde Cenſus prædicti fuerunt coempti inſpecto potiſſimum, quod donans vſumfructum conſumere nequierit pro ſui ciuſque familiæ ſuſtentatione, cum eſſet exigua,
1 vnde donatario nullum Ius ſuper illis competere poteſt, cum proueniant ex pecunia reſeruata liberæ diſpoſitioni donantis, ſed deuolui debent ad hæredes ab inteſtato ad quorum fauorem diſpoſitum cenſetur, nam
2 ſi vſusfructus reſeruatus caderet ſub donatio,
3 ne, huiuſmodi reſeruatio eſſet inanis, vt præter alias auctoritates in præterita deciſ. relatas firmat *Pegner deciſ. 14. per tot Gabriel conſ. 137. num. 35. & conſ. 137. num. 2. Cancer. var. reſolut. cap. 8. num. 78. part. 1. Salon de Pace conſ. 2. num. 45. Mantic. de tacit. lib. 13. titul. 32. num. 7. Alexand. Trentacinque var. reſolut. lib. 3. de donat. reſol. 3. num. 18.* & ſicut pecuniæ non includebantur
4 in donatione, ita nec cenſus exinde prouenientes includi debent *Gabriel concluſ. 2. de Regul. Iur. Decian. conſ. 52. num. 53. ad finem lib. 1. Natt. conſ. 347. nu. 3. Surd. conſ. 26. n. 5. & deciſ. 35. num. 9.*

Deducente autem Ioanne Baptiſta ſummam ſcut 3000. reſeruatam in vita donantis fuiſſe conſumptam, ex eo quod ipſe extinxerit plures cenſus actiuos iam in donatione compræhenſos conſiſtentes in quantitate ſcut. 1950. necnon exegerit ſcuta 1298. De pecunijs dotalibus Vxoris Io. Baptiſtæ exiſtimarunt DD. hoc ei ſuffragari minime poſſe pro obtinenda petita aſſociatione. Cum pro parte Mulierum apertè oſtendatur à donante

poſt

post secutam extinctionem reinuestitas fuisse in beneficium & commodum Donatarij prædictas pecuniarum summas nempe scuta 100. in emptione census scuta 533. in acquisitione Domus, quam vna cum censu possidet donatarius scuta mille pro liberando prædio controuerso à censu similis quantitatis cui erat suppositus de tempore donationis, & scuta 1500. persoluta venditori eiusdem prædij sibi conuenti pariter ante initam donationem quorum onerum persolutio explenda erat à Donatario in quem transfusa iam erant omnia bona, & iura quorum appellatione veniunt tam actiua, quam passiua, exceptis tamen reseruatis, *Dec. conf. 237. per tot, & præcipue num. 7. l. in fideicommissum 50. §. 1. ff. de Iudic. Corn. conf. 260. num. 3. lib. 1. Soccin. conf. 236. lib. 2. Fontanell. de pact. nupt. clausula 7. glos. 3. par. 7. n. 56. cum seqq.*, vbi de Communi *Gratian discept. 256. num. 17. Merlin. decis. 233. n. 3.*

Hinc non vrget quod vbi donans habeat sibi hæredem ad istum pertineat æris alieni persolutio, quia cum versemur circa donationem omnium bonorum, & Iurium ea spectare debet ad donatarium ne ipse assequatur totum commodum, & hæres incommodum, inspecta præcipuè voluntate donantis, quæ fuit reseruare ipsius liberè dispositioni scuta 3000. & vsumfructum Ideoque bona reseruata liberè, & absque vllo onere transmittere potuit ad hæredes *Ruin. conf. 121. nn. 2. Cancer part. 1. cap. 8. n. 69. Franc. decis. 265.*

Minus suffragatur quod extinctio prædicti census scut 1000. peracta fuerit die 29. Aprilis 1649. & acquisitio census scut 100. 22. Maij eiusdem anni, & sic cum emanauerint paulo post donationem editã die 14. Nouembris 1648. intret præsumptio quod fieri nequierint de pecunijs retractis ex vsufructu tum ob temporis modicitatem, tum ob mensium sterilitatem, sed potius factæ fuerunt ex iis quas in capsa donator asseruabat de tẽpore donationis, vel ex fructibus paulo ante recollectis, & in donatione inclusis.

Nam ponderarunt DD. præsumptionem omnino cessare ex eo quod donatio, vt dixi emanauit 14. Nouembris 1648. & donator die 19. eiusdem mensis, & anni extinxit censum actiuum in sorte scut 100. die 15. Ianuarii 1649. extinxit alium censum scut. 400. 18. Ianuarii eiusdem anni extinxit census scut. 100. 10. Februarii recepit de pecuniis dotalibus Io. Baptistę vt supra scut. 398. die 17. Aprilis extinxit alium censum scut. 300. vnde cum postea die 29. Aprilis anni præteriti 1649. liberauerit prædium controuersum à censu scut. mille in sorte & 22. Maij acquisiuit censum scut 100. huiusmodi extinctio, & acquisitio expletę censeri debent ex dd. pecunijs ad manus donantis peruentis, quas reinuestire voluisse præsumitur, vt se eximeret ab obligatione reinuestimenti † ad quod de Iure tenebatur *Serapbin. decis. 446. cum alijs ibi relatis.*

Ex quibus conuincitur pecunias per donãtem receptas consistere in scutis 3368. comprehentis tamen scutis 120. per Io. Baptistam persolutis pro legatis piis, ac rebus Aromatariæ, quam solutionẽ hæredes adhuc non impugnarunt; summam verò per donantem erogatam in beneficium donatarij ascẽdere ad scuta 3133.

Vnde factis calculis Io. Baptista videtur remanere creditor in scutis 235. ex quibus dixerunt DD. detrahendum esse valorem Torquis aureæ comprehensæ in pecuniis dotalibus Io. Baptistæ, vt supra per donantem receptis, quæ remansisse præsumitur penes mulierem gestare eam solentem, quem valorem pro nunc sine præiudicio Iurium ambarum partium taxarunt in scutis centum, pro residuo verò nempe scutis 135. petitam mandati executionem decreuere.

Nullius momenti visa est partita scut. 500. per donatarium persoluta Mariæ alteri nepti donantis occasione dotis ab eodem donante ei promissæ, eo quia tale creditum vigebat ante donationem: vt coram me fuit iustificatum, & sic Io. Baptista dicitur soluisse proprium debitum ex Iuribus supra recensitis.

Et ita vtraque &c.

Decisio in hac eadem causa emanata sub die 6. Maij 1662. coram eodem Card. Vicecomite est in præcedenti parte Recent. 13. decis. 476.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Bononien. Fideicommissi de Bonfilijs.

Mercurij 24. Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Ex quibus dignoscatur Transactionis validitas, & ex quibus corruat.

Testator prohibens bonorum alienationem, an dicatur etiam prohibuisse detractiones faciẽdas. Transactionis causa finalis est vt auferantur discordiæ, & bella Ciuilia.

SVMMARIVM.

1 *Transactio ex litis causa bona fide contracta non solum transigentes, sed etiam ad fideicommissum successiuè vocatos afficit.*

2 *Litis institutio quamuis non iuridicè, & qualibet occasio dubitandi titulum transigendi legitimum præbent.*

3 *Ex Inuentarij omissione satisfactionis præsumptio solet exoriri.*

4 *Transactio non corruit ex iuribus successiuè deductis.*

5 *Testator prohibens bonorum omnium alienationem, detractionem etiam Trebellianica prohibuisse censetur.*

6 *Trebellianica prohibitio filiis etiam primi gradus potest inferri.*

Contrarium tamen num. 7.

8 *Doctoris vnius dummodo existij opinio sufficiens est ad casum probandum.*

9 *Transactio permittitur etiam post sententiam, &*

rem iudicatam, quoties iustitia, & sententiæ validitas potest in dubium reuocari.

50 *Sententia re melius perpensa potest reuocari.*

51 *Acquisitio à patre nomine filij mercatoris per habita filio cedere solet pro dimidia.*

52 *Transactionis validitas in dubio præsumitur.*

53 *Iudicis decretum maximam iustitiæ, & validitatis præsumptionem operatur.*

54 *Transactionis causa finalis est, vt auferatur dubia litis euentus.*

55 *Transactio subsistetur cessante euidenti suspicione calumniæ.*

56 *Lis calumniosè instituta transactionem irritam reddit.*

57 *Calumnia vt transactionem nullam reddat adeo clara esse debet, vt nulla tergiuersatione celari possit.*

58 *Litis timor conualidat transactionem.*

59 *A Lite recessus magnum lucrum reputatur.*

60 *Transactionem quis impugnare non valet donec bona sibi ex transactionis causa delata restituat.*

DECISIO XIII.

TRansactionem initam de anno 1612. obesse Bonfilijs iterum hodie DD. responderunt licet ex propria persona, & independenter à transigentibus ad Petri fideicommissum aspirent, quia transactio † ex litis causa bona fide contracta nedum tranligentes, sed ad fideicommissum successiuè quoque vocatos adstringit, vt præter auctoritates in præterita decisione recensitas tradit *Peregrin. cons.* 60. *n.* 3. *lib.* 4. *Gratian. discept forens cap.*476, *num.*1. *cum seqq. Rot.in Romana donationis* 29. *Aprilis* 1652. *in vltimo* §. *coram Reuerendissimo Tarraconen.*

Nec transactio eo sub prætextu valet infringi quod Monialium iura quorum virtute præter domos dimidia ipsis bonorũ portio dimissa fuit, in rigore Iuris non possunt sustineri quoniam litis institutio, † licet non iuridice necnon quælibet occasio dubitandi titulum transigendi legitimum præbent *iuxta text. in l.* 2. *vbi gloss. post prin. & in verbo nulla cæterique communiter DD. C. de transact. Bece. cons.*109. *num.*7. *&* 8. *cum seqq. Cardinalis Mantic. de tacit. lib.* 26. *tit.* 1. *num.*16. *Rot. coram Gregor. dec.* 149. *num.* 4. *ibique notat Adden. num.*7. *Merlin. decis.*163. *numer.*7. *&* 8. *& in Bononien. Prædii* 6. *Martii* 1662. §. *& quamuis ad med. coram R. P. D. meo Albergato.*

Iura vero Monialium inficiari non valent quia occasionem dubitan. legitimam præse ferrent, vt pote contistentia tum in detractione legitimæ ac Trebellianicæ Andreæ fideicommissario filio debitæ, cuius ex testamento hæredes ipsæ euaserant, tum in detractione bonorum liberorum ac dotium, ac in diuersis denique acquisitionibus nedum proprio, sed etiam Andreæ filij nomine à Testatore peractis quas Moniales liberè pro dimidia cessisse Andreæ, contendebant.

Nec alienationes quamplures ab Andrea perhabitæ detractionem legitimæ ac Trebellianicæ poterant impedire de quibus con-
3 currente Inuentarij † omissione, satisfactionis præsumptio solet exoriri, vel quia maior alienationum portio in extinctionem æris alieni à Testatore conflati cessit vt notula in tranactionis Instrumento inserta aperte demonstrat, vel quia status hæreditatis coram Arbitro notæ viro probitatis examinatus, atque perpensus esse dignoscitur sub conditione expressa, vt eo infra terminum trium mensium clariori non exhibito, valor hæreditatis deinceps non posset impugnari, adeoque licet aliæ distractiones tunc non innotescentes transigentibus postmodum forent adinuentæ non tamen sub hoc opinionis erroneæ prætextu, seu ex Instrumentis successiue re-
4 pertis † ea debet transactio corruere iuxta dispositionem apertam *Text. in l. Lucius* 78. §. *vltimo ff. ad Trebel. & in l. sub pratextu speciem C. de transact. Bero cons.*178. *num.*11. *lib.*1. *Peregrin. de fideicomiss. art.*52. *n.*99.

Et licet ex Bonorum omnium alienatio-
5 ne † per Testatorem interdicta detractio quoque Trebellianicæ prohibita tacitè contende-
6 retur quàm prohibitionẽ filijs † etiam primi gradus posse inferri semper censuit Rot. vt pluribus huius Sacri Tribunalis resolut. relatis testatur *Eminentiss. D. meus Cardinalis Ottobon. decis.* 36. *n.*4. dum tamen tunc temporis Ciues Bononien. adhærebant opinioni contrariæ, vt testatur *Gionagnon cons.*1. *num.*3. *&* 4. *lib.* 2. *Rot. Bononien. diuers. decis.*14. *num.*35. ita semper asserens idem extitisse decisum horum
7 proinde DD. opinio seu consuetudo † ex professo successiuè reiecta *in Bononien. fideicomiss. de Morattis* 23. *Iunij* 1614. *coram bo. me Cardinali Fabritio Verospio* iustam transigendi cautam præbuit *Surd. cons.*556. *num.*4. *Rot. decis.*203. *nn.*3. *part.*3. *recent.* vbi quod vnius † Doctoris tamen eximij opinio sufficiens esse censetur; *& in decis.*25. *num.*13. *coram Eminentiss. D. meo Cardinali Ottobono* cum aliis recensitis *in Bononien. prædij* 6. *Martij* 1662. §. *& quamuis ad med coram R. P. D. meo Albergato*

Quinimo censetur post decisionem ac rem
9 iudicatam, quoque permissa transactio † quoties Iustitia, seu validitas sententiæ possit aliquo modo in dubium reuocari, vel commissio restitutionis in integrum vindicans litem in pristinum obtenta foret, vt apertè probat *Text. in l. delegatis* 23. §. *si post rem iudicatam ff. de cond. indebiti l. si causa cognita.*32. *C. de transact. & dixit Rot coram Coccin. decis.*390. *numer.*3. *&* 4. *decis.*491. *num.*1. *&* 2. *& in Melcuitana Nauis* 12. *Nouembris* 1629. §. *non obstat coram Vbaldo, & in Ferrarien. fideicomissi* 22. *Iunij* 1661. §. *secundum tollitur coram R. P. D. meo*
10 *Bourlemont*, vbi ea ratio ponderatur, † quod ex nouis Iuribus, vel re melius perpensa valent eædem reuocari.

Quo verò ad bona Emphiteotica quæ Petrus tum proprio, tum Andreæ filij nomine à præstatione Canonum immunia reddiderat; bonum, quoque Ius moniales fouebant,
11 dum acquisitio † à Patre nomine quoque filij mercatoris perhabita regulariter filio ce-

dere

dere ſolet pro dimidia, vt aduertit *Becc. conſ. 113. num. 9. cum ſeqq. Rot. in Romana Cenſus 27. Februarij 1662. in princip. & in §. Tum quia coram R. P. D. meo Albergato*, vel ſaltim reſponſionibus ex aduerſo deductis bene perpenſis de dubio iuris articulo agebant, itavt ſuper
12 eo validè potuerit iniri tranſactio, cuius † validitas atque iuſtitia in dubio adeſſe præſumitur, vt tradit, *Bero conſ. 176. num. 15. vol. 1. Surd. conſ. 451. num. 18. & 19. conſ. 151. nu. 33. Rot. in Meleuitana Nauis 12. Decembris 1627. §. prout coram Vbaldo, & in Romana fideicommiſſi de Bariſcianis 27. Iunij 1650. §. nec quicquam coram R. P. D. meo Celſo*, Dum eadem maximè à Bon. filijs, tunc ætate maioribus, atque monialibus exemplaris vitę inita fuit in executionem laudi ab arbitro notæ probitatis prolatis,
13 necnon decreto Iudicis adhibito † quod maximum iuſtitiæ, ac validitatis ſolet præſumptionem operari, & in terminis tranſactionis notat *Bald. conſ. 448. ad finem lib. 1. Surd. conſ. 451. numer. 27. cum ſeqq. Rot. coram Caual. deciſ. 407. num. 6.*

Hinc perperam tranſactionem ex falſa cauſa prodiiſſe contenditur dum tranſigendi cau-
13 ſa † finalis à lite dubia receſſum extitiſſe præſumitur: In prohæmio tranſactionis expreſſa Rot. coram *Burat. deciſ. 658. num. 6. & coram*
15 *Merlin. deciſ. 163. num. 3.* quæ † euidenti ſuſpicione calumnię ceſſante pro ſubſiſtentia tranſactionis ſufficiens reputatur *iuxta text. in l. in ſumma, 65. ff. de cond. indeb. Bartol. conſ. 109. nu. 7.*
16 *& 8. cum ſeqq.* vbi quod licet † lis calumnioſe inſtituta tranſactionem irritam reddat, hæc ta-
17 men calumnia euidens, adeo † conſiſtere debet, vt nulla valeat tergiuerſatione cælari. *Surd. conſ. 451. nu. 27. Rota coram Caual. deciſ. 23.*
18 *num. 2.* vbi quod litis † quoque timor ſuffragatur, *& in Romana Dotis, 9. Maii 1633. coram Buccabella*, cum aliis recenſitis in *Romana Donationis, 9. Decembris 1650. §. quamis, cum ſeqq. co-*
19 *ram Reuerendiſſ. Tarraconen.* aſſerens † præterea receſſum à lite magnum lucrum reputari.

Animaduertebant denique DD. Bonfilios tranſactionem non poſſe impugnare, donec
20 bona † reſtituant ipſis, ex tranſactionis Cauſa delata, iuxtà *Text. in l. ſi diuerſa, 14. C. de tranſact.* Cuius diſpoſitio eo facilius aduerſatur Bonfilijs, dum in tranſactionis Inſtrumento, eadem met reſtitutio conuenta fuit.

R. P. D. ALBERGATO DECANO.

Bononien. Fideicommiſſi de Cæſareis.

Mercur. 24. Ianuarii 1663.

ARGVMENTVM.

Legitimatio facta in præiudicium creditorum, tamquam fraudulenter facta, inualide dicitur facta, & maxime ſi facta reperiatur cum clauſula, *ſine præiudicio cuiuſcunque Iuris quæſiti alicui perſonæ*. Creditor vnus non poteſt præiudicare cęteris. Donatarius vniuerſalis tenetur ad donantis mortui debita ſoluenda.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio in præiudicium creditorum fieri non poteſt.*
Legitimatio eſt ſpecies alienationis, ibid.
2 *Decoctus, & qui foro ceſſit, nec alienare, nec diſtrahere, nec quicquam aliud facere poteſt in præiudicium creditorum.*
3 *Decocturus de proximo, in fraudem creditorum, quidquam facere nequit.*
4 *Legitimatio facta ſine præiudicio cuiuſcunque iuris quæſiti, quid operetur.*
5 *Legitimatio cum clauſula præſeruatiua, omnia iura creditorum præſeruat.*
6 *Creditoribus quod ius ſit quæſitum, ſuper aliquibus iuribus ex quo deprehendatur.*
7 *Ius aliquod, quod ſit quæſitum alicui, non probatur ex enunciatiuis eiuſdem.*
8 *Creditor vnus non poteſt præiudicare alijs concreditoribus.*
9 *Pater potuit filium, vt non filium agnoſcere.*
10 *Ex ſubſtitutione agens, quando perperam dicatur agere.*
11 *Ex Teſtatoris voluntate ſemel excluſus, ſemper remanet excluſus, & num. 12.*
13 *Vocatio proximiorum, ſi ſit facta in defectum deſcendentium teſtatoris, intelligi debet ad fauorem proximiorum collateralium.*
14 *Donatarius vniuerſalis, factum Donantis ſeruare tenetur.*
15 *Donatarius vniuerſalis, non dato alio hærede, ſoluere tenetur debita donantis.*
16 *Donans omnia ſua bona, cum reſeruatione ſcutorũ 150. ad effectum teſtandi, Donatarius non poteſt dici vniuerſalis.*
Et quid ſi donans diſpoſuerit, quod ſi non fecerit teſtamentum, dicta ſcuta 150. ſint donatarij, ibid.
17 *Donatarius vniuerſalis omnium bonorum, quando quis eſt, tenetur ad ſoluendum as alienum donantis.*

DECISIO XIV.

NOVIS Iuribus productis pro hæreditate quondam Hieronymi Gandulphi, & litis conſortibus, plura opponebantur cõtrà Deciſionem in hac Cauſa editam 16. Ianuarij 1662. * inter quæ tria placuerunt Dominis, ex quibus recedendum eſſe dixerunt à deciſis. Primò, quia legitimatio Ruggerij, cæterique actus à Ioanne aſſerto eius Patre geſti fuerunt, & procurata, poſtquam iſtè nõ ſolum magnum æs alienum contraxerat, ſed etiam vſque de anno 1610. publicè decoctus declaratus fuerat, foro ceſſerat, & biretũ viride ſuſceperat, *Summario Hæreditatis, num. 1. & ſeqq.* Vndè non præiudicant Creditoribus ea
1 ratione, quia † cum legitimatio ſit ſpecies alienationis. *Anchar. conſil. 427. num. 2. in fine, Honded. conſil. 59. num. 29. lib. 2.* Decoctus, &
2 qui † foro ceſſit in fraudem Creditorum, nec alienare, nec quidquam agere poteſt. *Socin. Sen. conſil. 78. num. 2. lib. 4. Burſatt. conſil. 119. num. 27. & ſeq. lib. 1. Gratian. diſcept. 768. nu. 8. & ſeqq. & plures relati per Modern. Hiſpan. in Labyrinth. part. 1. cap. 11. numer. 1. & ſequ. Rota*

Genuen.

Genuen. decis. 83. *num.* 12. *Rota decis.* 9. *numer.* 3.
3 *coram Buratt.* & in fortioribus terminis † de proximè decoctura, in *Bononien. Pecuniaria* 1. *Aprilis* 1661. *coram me*, §. *rursus duo folia*.

Præcipuè, quia eadem legitimatio habet expressam clausulam: *Sine præiudicio cuiuscumque Iuris quæsiti alicui personæ*, qua ratione suf-
4 fragari † non potest Ruggerio ad effectum auocandi bona, quæ ex causa æris alieni antè legitimationem à Ioanne contracti Gandulpho vendita fuerant, quia dicta clausula
5 præseruat Iura Creditorum, & operatur, vt legitimatio in eorum præiudicium non retrahatur. *Bald. cons.* 19. *num.* 3. *vers. sed in contrarium est ipsa veritas, lib.* 4. *Natt. cons.* 470. *numer.* 20. *Gabr. cons.* 30. *numer.* 30. *lib.* 1. *Honded. cons.* 92. *num.* 49. *lib.* 1. *Odd. consil.* 1. *num.* 59. *& seqq. lib.* 1. *Menoch. cons.* 442. *nume.* 71. *Maluas. cons.* 342. *nu.* 20. *Peregrin. de Fideicomm. art.* 23. *nu.* 74. *& 77. Giurb. ad consuetud. Messan. cap.* 1. *gloss.* 4. *part.* 1. *num.* 120. *Rota decis.* 27. *nume.* 3. *part.* 8. *recentior. & in Viterbien. Fideicommissi* 18. *Martij* 1654. *coram Reu. P. D. meo Verospio*, §. *finali*.

6 Quod autem Ius quæsitum esset Creditoribus deducitur ex duabus apocis à Ioanne factis, & recognitis anno 1602. Nec non ex Instrumento mense Martij 1623. celebratis, *Summ. Haredit. num.* 6. & sic antè legitimationem Ruggerij 20. Aprilis eiusdem anni se-
7 cutam. Vndè ex facto † tollitur responsio decisionis, quod de Iure quæsito Creditoribus non constet, nisi ex eorum enunciatiuis, vt in §. *prout patter*. Et licet vnus ex ipsis legitimationem videatur approbasse pecuniam
8 adhunc effectum tradendo, hoc † tamen alijs Creditoribus præiudicare nō potest, *l. & sunm haredem*, 8. §. *hodie tamen, ff. de pact. & in fortioribus terminis, Franc. decis.* 179. *num.* 9. *quem sequitur Modern. in Laberynth. credit. par.* 2. *nu.* 83. *Rota decis.* 387. *num.* 8. *coram Buratt.* Quia allucinari potuit ex actibus, & assertione Patris, &
9 proindè cum vti filium † non videtur agnouisse. *Pacian. cons.* 1. *nu.* 38. *Rota decis.* 716. *sub num.* 11. *coram Merlino in Bononien. Fideicommissi, de Victorijs*, 18. *Februarij* 1656. *coram Reuerendiss. D. Zarate*, §. *minus subsistunt, & in Romana, seu Sabinen. Fideicommissi*, 24. *Maij* 1658. *coram R. P. D. meo Verospio, sub* §. *non obstat*.

Secundò moti sunt Domini, quia Ruggerius agebat, ex substitutione proximiorum,
10 quæ tamen † illi non suffragatur, dum enim prætendit se esse filium Ioannis, est de descēdentibus Herculis Patris Ioannis, & sic exclusus à Fideicommisso ob defectum dictæ
11 qualitatis: Vndè non † potest tanquam proximior eadem bona Fideicommissi petere, cum semel ex voluntate Testatoris exclusus,
12 semper † remanet exclusus. *Soccin. Sen. consil.* 249. *sub num.* 21. *post med. vers. quæ semel exclusa, lib.* 2. *Manent. cons.* 135. *lib.* 2. *Surd. consil.* 370. *num.* 16. *Pacian. cons.* 49. *numer.* 54. *& duobus seqq. Ruin. cons.* 119. *num.* 7. *lib.* 2. *Peregrin. de Fideicomm. art.* 27. *num.* 17. *& seqq. Rota decis.* 72. *num.* 4. *vers. & ex hac coniectura, part.* 1. *diuers. in recent. decis.* 37. *num.* 2. *part.* 8. *& decis.* 244. *num.* 13. *coram Eminentiss. D. Card. Otthob.*
13 Præcipuè, quia vocatio Proximiorum † cū sit facta in defectum descēdentium Herculis, intelligi debet ad fauorem proximiorū collateralium. *Ruinus consil.* 149. *sub num.* 8. *lib.* 2. *Menoch. consil.* 1177. *num.* 9. *Giouagn. consil.* 75. *num.* 9. *lib.* 1. *Peregrin. cons.* 47. *num.* 10. *vers. verum circa istorum, lib.* 2. *Bellon. Iun. cons.* 11. *numer.* 52. *vers. denique non obstat. Rota coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, decis.* 217. *num.* 8. *& in Bononien. Fideicomm. Bartholomei de Bologninis* 22. *Iunij* 1643. *coram Reuerendiss. Carillo, quæ est decis.* 214. *par.* 9. *recent. num.* 14.

Tertiò demum placuit Dominis, quod tā-
14 quam Donatarius vniuersalis asserti † eius Patris, eius factum seruare tenetur, nec alienationi in Gandulphum factæ contrauenire Potest, quinimò cum alius hæres scriptus nō
15 fuerit eiusdem æs alienum soluere † tenetur, vt infrà. Nec applicatur responsio decisionis, quod cum Ioannes potestatem sibi reseruauerit disponendi de scutis 150. Ruggerius nō possit dici Donatarius vniuersalis, Ioannes enim non solum de dictis scutis 150. non disposuit; sed absque Testamento mortuus est,
16 & sub pacto, & conuentione, quod † dicta summa, de qua non disponeret, in donatione comprahenderetur, prout communiter obseruari in his terminis, & practicari docet *Cagnol. in l. final. num.* 239. *Cod. de pact. Thesaur.*
17 *decis.* 97. *sub num.* 3. *in fine*: Et † proindè negari non potest quin sit Donatarius vniuersalis, & consequenter teneatur ad æs alienum Donantis, *l. si fideicommiss.* 50. §. 1. *ff. de Iudic. Lanar. cons.* 90. *per tot. Soccin. cons.* 236. *numer.* 3. *lib.* 2. *Ger. Spin. cons.* 75. *nu.* 33. *Cels. Vgo, consil.* 13. *numer.* 22. *Gratian. discept.* 256. *numer.* 17. *Cyriac. controuer.* 14. *numer.* 11. *Rota in Romana Bonorum, de Ceulis*, 10. *Decembris* 1593. *coram Orano, in princip.*

Et ità vtraque parte Informante, &c.

Decisio ista, quæ hic allegatur in hac eadem Causa fuit facta, sub die 19. *Ianuarij præteriti est in præcedenti Part. Recent. decis.* 151.

R. P. D. BEVILAQVA.

Firmana, seu nullius Beneficij.

Mercur. 24. *Ianuarij* 1663.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus debet concludentissimè probari aduersus prouisum Apostolicum, & illud nō benè iustificatur ex sumpto ex alio sumpto concurrente præsertim defectu legitimæ extractionis pendente lite, & sine citatione partis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione non prosecuta, & fatalibus, non prorogatis Sententia transit in rem iudicatam.*

2 *Sententiæ validitas ex actorum reuolutione resultat.*

3 *Clau-*

3 *Clauſula*, dummodo non ſit alteri ſpecialiter ius quæſitum, *præſernat iura antecedenter prouiſi.*

4 *Contradictor legitimus non dicitur, qui parem titulum non habet.*

5 *Ius præſernatum intelligitur de valido, non de inualido, & inefficaci.*

6 *Iuriſpatronatus probatio plena, & concludens eſſe debet aduerſus prouiſum Apoſtolicum.*

7 *Iuriſpatronatus probatio non iuſtificatur ex præſentatione, & inſtitutione ſequutis ſub narratiua fundationis, & dotationis, quando de illis per ſumptum, ex alio ſumpto docetur.*

8 *Sumpto ex alio ſumpto, in iudicio nulla fides adhibetur.*

Præſertim ob defectum legitimæ extractionis pendente lite, & ſine citatione partis, num.9.

Amplia, vt num.10.

11 *Executore literas Apoſtolicas executioni demandãde, nullum ius poteſt acquiri ex tali prouiſione pro canonizatione Iuriſpatronatus.*

12 *Clauſula*, Verificato prius Iurepatronatus, coram Ordinario, *facit gratiam conditionalẽ, itaut debeat Iuſpatronatus plenè iuſtificari, quod ſpectet ad eum, qui impetrantem præſentauit.*

DECISIO XV.

QVAMVIS Aurelius Adamus Appellationem in tempore interpoſuiſſet à Sẽtentia concedente Carolo Hiacyntho Campagna, prouiſo Apoſtolico, & gratioſè ſubrogato in Iuribus, &c. Cacciacontis in Vrbe defuncti, immiſſionem in poſſeſſionem controuerſi Beneficij ab illo poſſeſſi, ex quo tamen illam non fuit proſecutus, nec fatalia iam elapſa prorogari curauit, merito fuit ho-
1 die coram me reſponſum, conſtare † de re iudicata, *cap. cum ſit Romana, 5. de appellat. Auth. ei qui, & l. final. Cod. de tempor. reparand. appellat. Clement. ſi appellationem, & ibi gloſſ. in verbo colligo, eodem numero. Rota coram Buratt. deciſ. 805. Durau. deciſ. 71. & in recent. deciſ. 601. & 666. part. 4. tom. 3. vbique numer. 1. & in Terracinen. Molendini 11. Decembris 1658. coram me*, & eſſe quoque locum executioni, dum de cætero
2 concurrunt validitas † reſultans ex actorum reuolutione, & iuſtitia ex iuſtificatione narratorum in litteris Apoſtolicis habentibus. His poſitis, & latè diſcuſſis in Deciſione *R. P. D. mei Celſi ſub die 14. Aprilis* 1660. promptam, & paratam executionem ad inſtar, *leg. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 221. numer. 2. & Reuerendiſſ. Tarraconen. deciſ. 346. num. 9.*

Nec de iniuſtitia redargui poteſt Sententiã Immiſſionis, ex eo quod in litteris prouiſionis Caroli Hiacynthi adiecta ſit † clauſula, *dummodo non ſit alteri ſpecialiter ius quæſitum*, per quam fuerint præſeruata Iura Adami antecedenter prouiſi. *Gratia. diſcept. foreuſ. 780. nu. 17. Card. Caualer. deciſ. 232. numer. 10.* nam præter
4 quod in Adamo deficit † paritas tituli eiuſdẽ ſpeciei ſubrogationis gratioſæ, quam obtinet Carolus Hiacynthus in iure, & poſſeſſione Cacciacontis, & ideo non poteſt dici legitimus contradictor ad retardandam immiſſionem. *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 20. num. vlt. Rota apud Reuerendiſſimo Vrgellen. deciſ. 430. num. 20. & deciſ. 700. numer. 8. part. 1. deciſ. 102. num. 18. & 19. part. 4. tom. 2. recent. & in Gerunden. Beneficij 3. Decembris* 1660. §. *hæc autem, co-*
5 *ram me*. Ius per † dictam clauſulam præſeruatum intelligitur de eo, quod eſt validum, & canonicum, non autem de inualido, & inefficaci, vt præter adductos in *Deciſione R. P. D. mei Celſi*, §. *nec quicquam facit, reſpondit Rota coram Cardin. Seraphin. deciſ.* 1498. *numer.* 4. *& in recent. deciſ. 250. num. 47. par. 7. & in Leodien. Canonicatus, 29. Ianuarij* 1652. §. *finali, coram bon. memor. Dunozetto. Vivian. de Iurepatron. lib. 13. cap. 8. num. 78.*

Neque in propoſito pro valido, & vt ſupra exigitur, Ius deſeruire poteſt aſſertio, quod Beneficium ſit de Iurepatronatus Laicorum ex fundatione, & dotatione nam probatio Iu-
6 riſpatronatus, quæ plena, & concludens requiritur contra prouiſum Apoſtolicum. *Nauarr. deciſ. 110. num. 3. Caual. deciſ. 159. numer. 1. & deciſ. 224. num. 1. part. 8. recent.* nullo
7 modo † deduci poteſt, ex præſentatione, & inſtitutione de anno 1537. ſequutis ſub narratiua fundationis, & dotationis, cum de illis non niſi per ſumptum, ex alio ſumpto do-
8 ceatur † cui in iudicio nulla eſt fides adhibẽda, *l. 3. C. de diuerſ. ſcript. l. procurator, C. de edend. Dec. & alij in Authent. ſi quis in aliquo, C. eodem. Rota coram ſa. me. Gregor. deciſ. 550. num. 14. & in recent. deciſ. 534. numer. 10. part. 4. tom. 3. & de-*
9 *ciſ. 201. num. 14. par. 7.* præſertim † ob defectũ legitimæ extractionis pendente lite, & ſine citatione partis. *Rota deciſ. 200. num. 12. & 13. par. 4. tom. 2. deciſ. 265. num. 23. & deciſ. 294. numer. 22. part. 7. recent.* Præterquamquod dicta
10 aſſertio † non ſuffragatur, quod ex actis probari debet fuiſſe cognitum ſuper Iurepatronatus. *Rota deciſ. 197. num. 49. part. 5. recent.* cum ibi allegatis.

Prout fundamentum fieri non poteſt in alijs duabus prouiſionibus, cum enunciatiuus eiuſdem patronatus: Altera de anno 1597. ex cauſa reſignationis factę ab obtinente huiuſmodi Beneficium in perſonam Ciccolini: Altera vero per ſan. mem. Innocentium X. ad fauorem Proſperi Adami; nam prima emanauit contra approbationem Iuriſpatronatus, & cum eadem proteſtatione illius ex-
11 cluſiua, exequutor † litteras executioni demandauit, quo fit, vt nullum Ius potuit ex tali prouiſione acquiri pro canonizatione Iuriſpatronatus, ad tradit per *Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 55. num. 32. Rota deciſ. 321. num. 40. & ſeqq. part. 9. tom. 2. recent. & in Placentina Archidiaconatus, 5. Aprilis* 1658. §. *bis non obſtat, coram R. P. D. meo Albergato*. Poſtrema vero
12 habet in ventre † clauſulam, *verificato prius Iurepatronatus, coram Ordinario, quod ſit ex fundatione, & dotatione*, quæ facit gratiam conditionalem, itaut debeat Iuſpatronatus plenè iuſtificari, & ſpectet ad illos, qui impetrantẽ præſentarunt, ex latè cumulatis per *Viuian. de Iurepatronat. dicto lib. 13. cap. 8. numer. 2. & 13.*

Rota

Rota in Bononien. Iurispatronatus, 13. Maij 1658. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et ità vnica tantum parte informante, altera vero sæpius intimata, fuit resolutum cõstare de re iudicata, &c.

R. P. D. FRIOLO.

Bononien. Fideicommissi, de Brunis.

Veneris 26. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione positi censentur dispositiuè vocati, & quando circa hoc esset dubium, quælibet quamuis leuis coniectura sufficit ad inducendam vocationem filiorum in conditione positorum. Statutum Bononiæ exclusiuum fœminarum à Fideicommissis, quando habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Filij positi in conditione, non censentur vocati. Contrarium, num.* 12.

2 *Coniectura leues sufficiunt ad probandum, quod filij in conditione positi fuerint vocati. Amplia, vt num.* 5. *&* 10.

3 *Filij vocati ad portionem patrui prædefuncti, censentur vocati ad portionem patris. Et ratio num.* 4.

6 *Testator volens, quod filij filiarum succedant fortius censetur voluisse succedere filios filiorum in conditione positos, & ratio, & num.* 7.

8 *Digressus ad plures substitutionum gradus, passim admittitur pro releuanti coniectura, ad inducendã vocationem filiorum, in conditione positorum. Amplia, vt num.* 9.

11 *Testatore probibente alienationem bonorum, vt bona integrè conseruentur in substitutis, ex tali prohibitione censetur inductum reciprocum fideicommissum inter omnes institutos, & substitutos, ad hoc vt voluntas testatoris suum sortiatur effectum.*

13 *Coniectura licet de per se non probent, tamen simul iuncta gradum probationis constituunt.*

14 *Filiorum appellatione in conditione positorum veniunt, tàm masculi, quàm fœmina.*

15 *Statutum Bononiæ excludit fœminas à fideicommissis.*

16 *Testator disponens de bonis contra Statuti dispositionem, non censetur velle se cum Statuto conformare.*

17 *Statutum Bononiæ exclusiuum fœminarum à consecutione bonorum fideicommissariorum, habet locum extantibus masculis, secus illis deficientibus, & num.* 18.

19 *Filiabus exclusis propter masculos, & propter dotem, non potest inferri ex earum exclusione, ad exclusionem neptum.*

DECISIO XVI.

INSTITVIT Gaspar Senior in omnibus bonis suis, Octauium, & Ioannem Baptistam filios, quos ad inuicem substituit, & moriente eorum altero sine filijs, vocauit superuiuentem, siue illius filios, ambobus autem decedentibus vocauit Vrsinam, & Camillam filias si existerent, sin minus earũ filios obijt Ioannes Baptista sine filijs superstite Octauio, qui decessit relictis Gaspare filijs, & Iunipera, ac Theresia filiabus, quæ Gaspare fratre prædefuncto, obtinuerunt prẽuijs duabus Sententijs immitti in possessionem bonorum hæreditariorum Gasparis Senioris aduersus Carolum, & alios de Sanctis. Vndè deuoluta Causa in Rotam, & mihi commissa cum clausula, *sine præiudicio duarum conformium*, dedi dubium, An constaret de Fideicommisso, quod affirmatiuè, resolutum fuit.

1 Licet enim Sorores istæ fuerint tãtummodo positæ in conditione, & propterea non cẽseantur vocatæ, ex *Gloss. in l. Lucius la seconda, ff. de hæred. Instituen.* nihilominus in hac quæstione admodum controuersa coniecturæ e-
2 tiam leues † sufficiunt ad hoc, vt opinio affirmatiua præponderet. *Cæphal. cons.* 251. *nu.* 73. *& 74. Soccin. Innior. cons.* 110. *sub num.* 20. *lib.* 3. *Bero cons.* 109. *à num.* 9. *& cons.* 110. *num.* 34. *& seqq. lib.* 2. *Rustic. in tractat. an & quando liber. in condit. posit. cens. vocati, lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. *& infrà, num.* 11. *Rota in recent. decis.* 315. *num.* 10. *in Vrbinaten. Prædij,* 3. *Iunij* 1650. *coram bon. me. Bichio, & in Interamnen. Fideicommissi,* 11. *Martij* 1654. *coram R. P. D. meo Celso.*

Præcæteris coniecturis in proposito concurrentibus, ea est potissima, quod in substitutione reciproca ordinata inter Octauium, & Ioannem Baptistam primo loco institutos Testator in casu mortis vnius sine filijs, nedum substituit alterum superuiuentem, sed etiam illius filios; dum ergo filij sunt vocati
3 ad possessionem † patrui prædefuncti, multo magis censeri debent vocati ad portionem
4 patris, ne in portione † proprij parentis melior sit conditio nepotum ex fratre, quam ipsorum filiorum, *l. cum Auus, ff. de condit. & demonstr. Riminal. Sen. cons.* 189. *numer.* 11. 12. *&* 13. *Ruin. cons.* 160. *num.* 24. *lib.* 2. *Honded. consil.* 54. *sub num.* 37. *lib.* 2. *Rota apud Coccin. decis.* 267. *numer.* 1. *in recent. par.* 4. *apud Merlin. decis.* 359. *num.* 7. *& in Caualliten. Fideicommissi,* 23. *Iunij* 1656. *&* 17. *Maii* 1658. *coram R. P. D. meo Celso.*

5 Quæ quidem coniectura incalescit ex eo, quod ijdem filij, non semel tantum, sed plurics fuerunt positi in conditione, quod præbet vehemens argumentum illorum dispositiuæ vocationis. *Gozzadin. cons.* 64. *numer.* 9. *Surd. cons.* 275. *numer.* 12. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 76. *num.* 58. *Rota in recent. par.* 1. *decis.* 266. *num.* 11. & vltra relatos per *Addent. ad Burat. decis.* 384. *sub n.* 10. *vers.* 4. *coniectura*, firmatum fuit in dicta *Interamnen. Fideicommissi*, 11. *Martii* 1654. *coram Reuerend. P. D. meo Celso.*

Altera coniectura resultat, ex quo Testator in defectum amborum filiorũ sinè filijs vocauit Vrsinam, & Camillam filias, earuq; filios, & ideo si voluit, quod etiam filij filia-
6 rum succederent † fortius censendum est voluisse succedere filios filiorum in conditione positos,

positos, ne sequatur absurdum, quod voluerit magis prospicere filijs, & descendentibus, ex filijs magis dilectis, & primo loco institutis. *Honded. dicto cons. 54. nu. 41. lib. 2. Menoch. dicta præsumpt. 76. numer. 34. Fusar. de substitut. quæst. 473. num. 178. Aymon. cons. 62. numer. 10. Rota coram Seraphin. decis. 1392. num. 9. & coram Merlin. decis. 447. num. 5. & 686. sub num. 8. vers. quarta.*

2 Concurrit digressus ad plures substitutionum gradus, qui passim admittitur, pro releuanti coniectura ad inducen. vocationem in filijs in conditione positis, vt optimis rationibus comprobant. *Honded. dicto cons. 54. numer. 35. & 36. lib. 2. Surd. cons. 67. numer. 28. & 29. Crass. de success. §. fideicommissum, quæst. 14. num. 3. Rota in recent. part. 1. decis. 146. numer. 8. coram Merlin. dicta decis. 447. nu. 6. & decis. 686. num. 8.*

9 Maximè cum agatur de descendentibus Testatoris, in quibus proculdubio recipitur huiusmodi coniectura, ex cumulatis per *Addent. ad Buratt. dicta decis. 385. sub num. 10. vers. tertia est*, nam ad fauorem liberorum, & de-
10 scendentium † Testatoris, quælibet coniectura etiam leuis, sufficit adhoc, vt positi in conditione censeantur vocati. *Menoch. de cõiectur. lib. 11. tit. 3. in puncto. Clar. in §. testamentum, quæst. 78. vers. secundus est casus. Cephal. cõsil. 419. num. 7. Boer. cons. 104. sub num. 18. circa med. vers. præterea illa doctrina, lib. 2. Rota in recent. par. 1. dicta decis. 133. num. 7. & decis. 355. num. 4. par. 4. tom. 2. coram fan. mem. Gregor. decis. 329. num. 3. & dicta decis. 267. apud Coccin.*

Vlterius, Testator prohibuit alienationem bonorum, addita ratione, vt illa conseruen-
11 tur integrè, & † absque vlla diminutione in substituris, ex qua quidem prohibitione censetur inductum fideicommissum reciprocũ inter omnes instituros, & substituros, adhoc vt voluntas Testatoris suum sortiatur effectũ,
12 & consequenter filij in conditione † positi censentur vocati, vt deducunt *Soccin. cons. 280. num. 8. lib. 1. Curt. Iun. cons. 43. num. 8. Crass. in dicto §. fideicommissum, quæst. 14. num. 4. & 5. Surd. cons. 539. num. 5. Rota decis. 424. sub nu. 2. vers. præterea, par. 2. recent.*

His accedunt alia cumulata ab informantibus, ex quibus licet aliquæ de per se non
13 sufficiant, & † ab aliquibus reprobentur. Tamen simul iunctę cum alijs omnino concludunt, vt probat *Adden. ad Buratt. dicta decis. 389. num. 53. par. 4. tom. 2. recent. & decis. 54. sub num. 3. & 4. par. 8.*

Cum igitur filij Ioannis Baptistæ, vt Octauij in conditione positi fuerint ad successionem vocati, vtique Iunipera, ac Theresia filiæ Octauij, licet fœminæ etiam ipsæ censẽ-
14 tur vocatæ cum regulariter appellatione† filiorum in conditione positorum veniant, tã mares, quam fœminæ, *l. 1. & ibi, Bald. Paul. de Castr. & alii communiter, C. de condit. & demonstrat. Honded. cons. 45. numer. 7. & seqq. Gabriel. cons. 97. à num. 1. lib. 1. & lib. 2. cons. 88. num. 9. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 14. à nu. 1. Rota coram fan. mem. Gregor. decis. 514. num. 1. in recent. decis. 316. num. 2. par. 1. & coram Merlin. decis. 686. num. 12. & in aliis.*

15 Non obstat Statutum Bononiæ exclusiuũ fęminarum, cum quo Testator censetur se voluisse conformare, nam vltraquod in casu, quod ambo filii masculi decederent sine filiis, proprias filias vocauit, & sic cessat, quod
16 noluerit † se cum Statuto conformare. *Soccin. Iun. lib. 1. cons. 71. num. 42. vers. demum. Rota coram Coccin. decis. 137. num. 9. & in Eugubina Fideicommissi, 26. Nouembris 1649. & 2. Maii 1650.*
17 *coram bon. mem. Dunozetto.* Statutum † illud habet locum, tantummodo extantibus ma-
18 sculis secus illis † deficientibus, ex cumulatis per *Fusar. quæst. 311. num. 45. de substit. Surd. decis. 35. num. 9.* & in specie dixit *Rota decis. 133. num. 16. & seqq. par. 9. recent.*

Proinde non releuat, quod Testator masculos filios instituerit, & filias excluserit, adeout sicuti proprias filias exclusit, ita quoq;
19 neptes excludere voluerit, dum enim † filiæ fuerunt exclusæ, propter masculos, & propter dotem, non potest ex earum exclusione inferri ad exclusionem neptum, vt respondit *Rota decis. 151. num. 8. & part. 5. recent. & in dicta Eugubina Fideicommissi, 26. Nouembris, 1649. §. non obstat, coram bon. mem. Dunozetto.*

Et ità constare de Fideicommisso, vtraque parte informante, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Firmana Fideicommissi.

Veneris 26. Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Possessio capta nullo alio possidente sufficit ad manutentionem, vnde cum talis appareat, manutentio etiam ex falsa causa possidenti tribuitur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio apprehensa alio tunc temporis non possidente est sufficiens ad manutentionem.*
Secus vt num. 2.
3 *Parochi non solent horam decessus notare.*
4 *Parochi adnotationi priori potius, quam posteriori creditur.*
Concurrente præsertim Religiosi attestatione & numer. 5.
6 *Possessio vti posterior clandestina reputatur.*
7 *Fideicommissarius de manu heredis possessionem cõsequi debet.*
8 *in Iudicio summariissimo manutentionis non consideratur, an à Iudice, possessio legitimè decreta fuerit.*
Ita vt sola detentatio, ac nudum possessionis factum suffragetur & num. 9.
10 *Manutentio etiam ex falsa causa possidenti conceditur.*

DECISIO XVII.

PRÆMORTVO nullis superstitibus filiis Ioseph Fulcho Carolus, & Horatius pariter

pariter de Fulchis vti vocati ad fideicommissum à Silentio patruo Magno institutum diuersorum possessionem bonorum adepti fuere, super quibus manutẽtio ipsis ab A.C. Successiue decreta fuit nonnullis tamen exceptis in fauorem Francisci Mori hæredis ex testamento Iosephi, ad vtriusque vero partis Instantiam delata mihi causa cum facultate manutenendi, quem de iure, dubium hodie propositi super manutentionis articulo alteri ex ijs decernendæ, quam in omnibus bonis Fulchis Domini concessere innixi possessioni per ipsos in vim decreti Iudicis apprehensæ post Iosephi decessum, † quæ alio tunc temporis non possidente, licet Instrumentalis ad manutentionem obtinendam sufficiens reputatur ad text. *in l. prædicta vbi Bartol., & Alexand. nu. 1. ff. de acquir. poss. ff. Bald. in l. idcirco in princ. C. de fid. Instrum. Rebuff. in praxi benefic. tit. de miss. in possess. num. 41. Rot. coram Gregor. decis. 40. num. 1. & coram bon. mem. Merlin. decis. 3. & 14. versic. vbique n. 1.*

Nec vrget quod Parochus in mortuorum libro descripserit pulsata prima noctis hora decessisse Iosephum perinde, ac si à Fulchis apprehensa domorum possessio post dimidiam
2 noctis horam, † ac non dum consequenter extincto Iosepho nequeat substineri: Huic enim adnotationi vti affectatę nimis nullam Domini fidem adhibendam fore censuerunt: Hora
3 namque † decessus à Parochis adnotari non solet dum maxime idemmet Parochus nulla abſque expressione horę antecedentis obitum
4 descripserat, cui debet † adnotationi tanquam primitus expressæ deferri ad text. *in cap. cum in tua 44. vbi Abb. numer. 1. Felin. numer. 4. de testibus Corn. conſ. 27. numer. 15. vol. 3. Menoch. de arbitrar. cap. 108. num. 10. & 11. Surd. decis. 107. num. 2. Rot. decis. 346. num. 2. cum seqq. part. 1. diuers. & in Colonien. legitimitatis 5. Iunij, §. contra coram me.*
5 Præsertim quia † hæc patris Capuccini attestatione corroboratur asserentis nimirum se presente Iosephum non dũ pulsata hora dimidia nobis, Deo animam reddidisse *Abb. in cap. litteris 14. numer. 2. de præsumpt. Soccin. Sen. conſ. 253. num. 1. ad med. versf. secundo etiam lib. 2. Roman. conſ. 505. numer. 3. versic. Item limitatur Aymon. conſil. 6. numer. 45.*

Hinc non vrget à Francisco apprehensa
6 possessio † cum illa vti posterior clandestina præsumatur, nec in concursu alterius à Fulchis antecedenter adeptæ manutenibilis reputatur *cap. licet causam vbi Felin. numer. 30. cum seqq. cæteriquæ communiter de probat. Bartol. in l. si duo 13. num. 4., ff. vti possidet. Natt. conſ. 538. num. 3. Rolland. conſ 48. num. 41. vol. 2. Rot. coram Gregor. decis. 6. num. 3. & 171. num. 2. ibique Adden. num. 3. & in Salernitana Beneficij 1. Februarij 1651. coram R. P. D. meo Celso.*

7 Neque poterit suffragari Francisco, † quod fideicommissarius possessionem de manu hæ-
8 redis consequi debeat, in † Summarijssimo enim manutentionis Iudicio inspici non debet, an à Iudice possessio legitimè decreta fuerit *Rot. coram Seraphin. decis. 582. num. 5. Canal. decis. 539. pariter num. 5., & coram Buratt. decis. 194*
9 *num. 3. ibique Adden. in versf. in iudicio,* Itaut † sola detentatio, ac nudum possessionis factum suffragetur, *Rot. decis. 647. num. 8. par. 1. diuers., & decis. 302. num. 18. par. 8. recent., & penes Posth. de manut. decis. 555. num. 1.*, quinimò manutentio
10 etiam † possidenti ex falsa causa defertur *Surd. conſ. 93. num. 11. Rot. in Maceraten. hæreditatis 4. Iunij 1590. coram Cardinali Pamphilio, & penes Posth. de manut. decis. 116. num. 11.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. VICECOMITE

postea S.R. Eccles. Cardinali.

Rauennaten. Pensionis.

Veneris 26. Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Manutentio quasi possessione exigendi terminos pensionis probata Pensionario debetur, nec per mutationem personæ titularis tollitur obligatio soluendi pensionem, nec per sententiam appellatione suspensam, cum debeat omnino possessor disputatione pendente in sua quasi possessione manuteneri.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur docenti de sua possessione.*
2 *Solutio terminorum facta à titulari defuncto Pensionario, ipsi suffragatur aduersus titularem viuentem.*
3 *Obligatio soluendi pensionem non potest immutari ex mutatione personæ titularis.*
4 *Titularis semel quasi possessionem pensionarij approbans eam amplius impugnare non potest.*
5 *Sententia per appellationem suspensa non nocet pensionario ad impediendam manutentionem.*
6 *Possessor in sua quasi possessione venit manutenendus quousque super petitorio pronuncietur à iudice cui fuit causa commissa.*
7 *Possessorium summarissimum nihil commune habet cum petitorio.*
8 *Possidens debet manuteneri disputatione pendente.*

DECISIO XVIII.

DISPVTATO hodie coram me dubio, An Benedicto Thomatio esset dandum mandatum de manutenendo in quasi possessione Iuris exigendi annuam pensionem scut. 24. monetæ ad sui fauorem Apostolica auctoritate reseruatam super fructibus parochialis Ecclesiæ Sanctorum Nicastri, & Montiani Ciuitatis Rauennaten., affirmatiue fuit per Dominos resolutum.

1 Manutentio † enim denegari minime solet docenti de sua possessione, §. *retinenda Instit. de Interd. Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina 3. nu. 53. & seqq. de rauf. possess. & propriet. Coccin. decis. 354. numer. 1.*

2 Quasi vero possessio † Benedicti clara conuincitur ex plurium terminorum solutionibus sibi peractis à Michelangelo Casalecco titulari defuncto, quæ eidem prodesse valet etiã aduersus Carolum Rosellum Modernum Rectorem

dorem *Gig.de penſ.quæſt.47. num.10. verſic.quinto ſciendum Gratian.diſcept.forenſ.cap.921.num.5.& 6. Rot.in Barchinonen.penſionis* 28.*Iunij* 1645. *coram Eminentiſſ. Corrado* Penſio nanq; eſt onus reale cohærens beneficio *Rot.dec.176.n.3.par.2.recent. Gig.de penſ.quæſt.39.numer.5.Seraphin.deciſ.1351. num.1.Lotter.de re benefic.lib.1.quæſt.39.numer.71.* Ideoque titularis ſucceſſor aſtringitur ad illius
8 ſolutionem, quia † obligatio ſoluendi penſionem immutari nequit ex mutatione perſonæ titularis *Rot.deciſ.46.num.24., & ſeqq. part.1. recent.Otthobon.deciſ.46.num.19., & in Vicen. penſionis* 28.*May* 1639.*§.non ſolum coram R.P.D meo Celſo.*

Præterquam quod oſtenditur integrè exegiſſe duos terminos ab eodem Carolo Aduerſario,quia † cum ſemel quaſi poſſeſſionem Benedicti approbauerit, eam amplius impugna-
4 re minime valet *cap.quod ſemel* 21. *de regul. Iur. in 6.*

Nec refragatur ſenrentia A.C. ad ſui fauorem lata ſuper penſionis inualiditate nam † cũ
5 ea ſuppenſa remanſerit virtute appellationis aduerſus illam interpoſitæ penſionario obeſſe nequit ad impediendam petitam manutentio-
6 nem non quouſque † ſuper petitorio prodeat pronunciatio in Rota, cui cauſa reperitur cõmiſſa debet poſſeſſor in ſua quaſi poſſeſſione defendi *Abb.in cap.querelam num.2. de Elect.Ruin. conſ.154.num.10.c.9.verſ.ſicut ergo lib.4.Rot.deciſ. 329.num.1.part.9.recent.Gregor.deciſ.57.num.16.*, quoties enim lis verſatur circa ſummariiſſi-
7 mum † poſſeſſorium nihil commune habens cum petitorio *l.naturaliter* 12., *§.nihil commune ff.de acquir. poſſeſſ.*, non eſt expectanda diſcuſſio validitatis, vel inualiditatis tituli, ſed diſputa-
8 tione † pendente, interim poſſidens manutentionem aſſequi debet *Seraphin.deciſ.1471. nn.5. & deciſ.287.num.4.Rot.in recent.deciſ.270.numer.4. part.1.Gregor.deciſ.9.Cocein.deciſ.354. num.7.& 8. Euratt. dec.185. num.3.*

Et ita fuit reſolutum ſolum informante Benedicto.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Vineæ.

Lunæ 6. Februarij 1662.

ARGVMENTVM.

Mandatum quando ſubſtineatur, & quando intret compenſatio. Melioramenta quando veniant reficienda, & quid requiratur ad illorũ probationem. Poſſeſſor quando condemnetur ad poſſeſſionem dimittendam.

SVMMARIVM.

1 *Deliberatarius vltimus, & plus offerens ſit dominus rei deliberatæ.*
2 *Mandatum ratione exceſſus corruit, & quidquid ab ipſo prouenit.*
3 *Proprietas cuiuſque loci montis eſt ſcutorum* 100.
4 *Clauſula* ſaluo iure *adiecta mandato vti modificatiua illud reſtringit ad quantitatem debitam, & ſalnat ab exceſſu.*

5 *Deliberatio facta ad formam mandati non exceſſiua ſuſtinetur.*
6 *Interuſuria dotalia* à Statuto Vrbis lib.1.cap.137 *taxantur ad rationem ſcutorum ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario & num.9.*
7 *Mandatum obtinens de tempore illius relaxationis, quando eſt in æquali, vel maiori parte creditor, illud ſubſtinetur, non attento quod ſumma in qua prætenditur exceſſus potius ad computum vnius, vel alterius crediti ponatur, & intrat compenſatio.*
8 *Mandatum citra vitium nullitatis, & iniuſtitia relaxari non poteſt non præcedente liquidatione fructuum.*
10 *Annorum dinumeratio non attendit aliquam iudicis declarationem.*
11 Deciſiones in Anconitana prædij 29. Aprilis 1652., §.finali, & 25.eiuſdem menſis 1654., §.nullitas, & 18.Februarij 1656. coram Papien.declarantur.
12 *Confeſſio tempore ſuſpecto emiſſa non attenditur.*
13 *Deliberationis validitate ſtante non poteſt poſſeſſor excipere de melioramentis in re deliberata factis, vt non ſit poſſeſſione priuandus, donec ſibi reficiantur.*
14 *Melioramenta debent reſici quando ſunt liquida, & ſpecificè iuſtificata.*
*Secus quando non apparet iuſtificatus antiquus valor rei deliberatæ, & quid, & quantum fuerit melioratum, ſine quibus requiſitis melioramenta firmari non poſſunt & num.*15.
16 *Poſſeſſor condemnari debet ad poſſeſſionem dimittendam non probatis melioramentis præſtita ad illius fauorem cautione per deliberatarium de illis reſiciendis poſtquam fuerint in ſpecie liquidata.*

DECISIO XIX.

PRAEVIIS duabus Deciſionibus coram Reuerendiſſimo Papien. * emanatis decreta fuit Antonio Vrſino manutentio in poſſeſſione Vineæ, de qua agitur, à qua commiſſa mihi cauſa appellationis cum facultate manutenendi, qem de iure ad huius reſcripti formam propoſito ſub die 19.Ianuarij 1661. dubio dilata fuit reſolutio, & demandata diſcuſſio boni Iuris, & hodie ad fauorem Marci Antonij Venturæ, de eo conſtare reſponſum fuit; Quia ipſe habet fundatam intentio-
1 nem in deliberatione ei tanquam vltimo, † & plus offerenti facta per quam fuit effectus Dominus irreuocabilis Vineæ deliberatæ *DD. in l.ſi fuita* 14., *§.Iulianus, ff.de damn. infect. Iaſon.in l.clam poſſidere numer.*20., *ff.de acquir.poſſ.Rot.deciſ. 802.numer.6.par.1.deciſ.143.numer.1.par.2.diuerſ., & deciſ.29.num.1.apud Modern.Peruſin.de ſubhaſt. cum concordantibus per eumdem adductis in tract. inſpect.53.numer.4., & ab Antonio Nigr.in ſuo tract. Iudicial.cap.30.num.1.cum ſeq.*

Non obſtat obiecta exceſſiuitas mandati in ſumma ſcutorum 10.cum dimidio in eo fundata, quod Catherinæ locus vnus montis Carnis in dotem aſſignatus fuit venditus ſcut. 110., ad quam rationem illo valutato reſiduũ creditum dotale erat ſcut.459. 50., & tamen computato ad rationem centum obtinuit mãdatum pro ſcut.470. & pro totidem Vineam

deliberare fecit, cuius excessus ratione cor-
2 ruit mandatum, † & ipsa subsequuta delibe-
ratio dependens à radice infecta *l.1.§.hæc verba ff.ne vis fiat,& Bart.in l.Fulsineus 7. §.cum hoc nu. 6.,ff.quibus ex causis in poss. eatur Bald. cons.223. numer.1.& 2.lib.2.Maresc.var.resolut.lib.2.cap.6 num.3.& 4.Gratian.discept.960.num.45.idem Post. de subhast.inspect.50.num.9. Rota coram sanct. mem. Gregor.XV. decis.198.num.1.Duran.decis.81.num. 2.,& in recentior.decis.229. numer.9. & 14. part.7.*
Nam omisso an pro quantitate Dotis sit in-
spiciendum pretium ex monte alienato retra-
3 ctum,† vel ipse locus in proprietate cuius ve-
rum valorem esse scutorum cẽrum dixit *Rota in Romana Pecuniaria, seu locorum mõtium 13.Maij 1644.,coram bo.mem.Cardinali Cecchino,* cuitatur excessus, Tum quia in prædicto mandato, &
4 & in executione facta adiecta legitur† clausu-
la *saluo Iure*, quæ vti modificatiua illud re-
stringit ad quantitatem vere debitam, & sal-
uat ab excessu *Neuizzan. cons.94. num.15. Scacc. de Iudic.lib.1.cap.50.numer.32.in fine*, & in con-
5 sequens etiam deliberatio subsistinetur, † quæ
ad tenorem,& formam ipsius mandati,& cum eadem clausula præseruatiua facta censetur, *gloss.in l.ab executione verbo excedat C.quorũ appell. non recipitur Rot.decis.102.num.1.par.4.decis.8.n.6. part.6.recent.,& coram Eminentissimo Cardinali Ost-thobono decis.149.nu.1.* Tum etiam quia eidem Catherinæ vltra residuum dotis in prædicta
6 summa debebantur quoque † interusuria
dotalia *d Stat.Vrbis lib.1.cap.137.* taxata ad ra-
tionem scutorum 7. cum dimidio pro quoli-
bet centenario, & anno *Rot.decis.428. numer.3. par.3.recent.,& in Romana fructuum 14. Februarij 1661.§.non subsistit.coram me*, & tunc temporis
in satis maiori summa dinersa, quando enim
constat, quod obtinens mandatum de tempo-
re illius relaxationis est in æquali, vel maiori
7 parte creditor, illud subsistinetur, † non atten-
to quod summa in qua prætenditur excessus
potius ad computum vnius, vel alterius cre-
diti ponatur, & intrat compensatio *Maresc. var.resol.d.lib.2.& cap.6.num.11.,& 12. Rota dec. 84.num.7.apud Postib. de subhastat.*

Nec obstat quod non præcesserit liquida-
8 tio † fructuum dotalium, sine qua citra vitiũ
nullitatis,& iniustitiæ non potuit relaxari mã-
datum minusque deueniri ad Vineæ delibe-
rationem *Bald.cons.99.numer.1.lib.1. Natta cons. 27.num.4.Menoch.cons.858.num.10.& 11. Rot.co-ram Card.Caual.decis.171. num.6.,& post Nigr. de subhast.decis.6. num.11.* nam eo ipso, quod in
iudicio moto, & citatione executa contra de-
bitorem dotis fuit repetitum Instrumentum
dotale sub die 2.Decembris 1639. rogatum,
taxatio † in summa scutorum septem cum
dimidio sit certa ex statutaria dispositione,
alia liquidatio non requirebatur cum resul-
tet per annorum decursorum dinumeratione
10 quę non expectat aliquam Iudicis declaratio-
nem, vt distinguit *Iason.in l.2.num.113.C.de iur. emphit: Rot.decis.463.num.4.,& decis.608. num.5. par.3.recent.Caual.decis.323.num.4. vers.nec requi-rebatur,& apud Eminentissimum Ostthobonum decis. 201.num.4.*, quibus non aduersantur auctori-
tates in contrarium allegatæ, & signanter de-
11 cisio in † *Anconitana Prædij 29.Aprilis 1652.,§. final.,& 27.eiusdem mensis 1654.,§.nullitas,& 18. Februarij 1656.coram Reuerendissimo Papien.* quia
ibi mulier sequuto obitu viri fuerat ad posses-
sionem bonorum illius associata, vt sibi satis-
faceret & in ea diù permansit fructus percipiẽ-
do ex quibus, vel fuerat satisfacta, aut credi-
tum fuit diminutum,& illiquidum remansit,
ideoque non potuit pro eo prædium subha-
stari non præcedente liquidatione.

Neque visum fuit subsistere, quod residuũ
creditum dotalis D.Catherinæ ex confessione
Zenobij viri erat redactum ad scuta 150. Vn-
de firmus remanet excessus causans nullitatẽ
mandati, executionis, & deliberationis ex ci-
12 tatis,quia huiusmodi † confessio ad alium ef-
fectum, & in tempore, quo erat magno ære
alieno grauatus emissa non visa fuit attenden-
da *Alex.cons.45.num.6.lib.1.,& cons.142. num.1. lib.5.Gratian.discept.489.num.22.Hodiern.ad Surd. decis.55. num.18.*, & multo minus post sequutã
deliberationem in præiudicium emptoris *Cu-man.cons.155.num.4.vers.ad id Rot.decis 106.nu.2. in fine par.2.,& decis.584 num.9.part.4.tom.3. rec.*
attentis potissimum Iudicialibus Instantijs in
foro Capitolino per ipsummet factis, & que-
rela contra Vxorem, & Venturam porrecta,
in quibus veritas dotis in maiori summa cõ-
cluditur.

Firmata ex his validitate, & Iustitia delibe-
13 rationis Vineæ non valet Antonius † excipe-
re de melioramentis ibi factis, vt non sit pos-
sessione priuandus, donec sibi reficiantur, *l.si in area in fine de condit.indebit.Peregrin.de fideicom. art.50.num 80. Caual.decis.86.num.4. Rot.decis.48.*
14 *num.12.part.7.recent.*,quia id intelligitur † vbi
meliorameuta sunt liquida, & specifice iusti-
ficata, *l.Paulus §.fin., ff.de pignor. l.si cum sortem, §.si centum,ff.de condit. indebit. Scappuccin. de Salu-ian.lib.2.quæst.34.nu.5. vers.secundo.* secus quan-
15 do vt hic non apparet iustificatus † antiquus
Vineæ status,& quid,& quantum fuerit melio-
ratum, sine quibus requisitis melioramenta
firmari non possunt, *Alciat.cons.21. num.vltimo lib.3.Seraph.decis.695.numer.8.*,sed solum in ge-
nere, vt Domini putarunt ex Tellibus, & aliis
Iuribus pro parte Antonij datis, quo fit vt ei
non competat retentio, sed cõdemnandus est
ad illam dimittendam præstita tamen ad illius
fauorem cautione per Venturam de illis reti-
ciendis postquam in specie liquidata fuerint, *Menoch.de recuperand.remed.13.nu.569. Capyc.de-cis.17.num.6.Rota coram Put.decis.471.lib.2.*, sæpè
deinde approbata, vt *coram Card.Caual. dec.52. num.3.& decis.54.num.1.in recent.decis.322.nu.13. par.4.decis.48.num.16.part.7.,& coram D.Card.Ost-thobono decis.227.in fine.*

Fuit itaque conclusum constare de bono
Iure Venturæ deliberatarij Vineę data cautio-
ne de reticiendis melioramentis Vrsino facta
illorum specifica liquidatione ambobus infor-
mantibus.

Ideſt ſub diebus 11.Ianuarij 1660.,& 21.Iunij pa-riter anno 1660 ſunt in præcedenti par.13. deciſio-nes 149.& 338.

R.P.

R. P. D. VEROSPIO.

Reatinæ Successionis.

Veneris 9. Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Examinatur Statutum Reatinum *in titulo de Succeſſ. ab inteſtato cap.* 19. Proximiori conſanguineo hæreditatem deferens & alia de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinei appellatione includuntur agnati.*
2 *Statuti vna pars declaratur ab alia.*
3 *Statutum Reatinum* in tit. de Succeſſione ab inteſtato cap. 19. *quid diſponat.*
4 *ex Iuris diſpoſitione frater conſanguineus in bonis paternis fratri ſuccedit, vterino autem fratri peculium maternum attribuitur.*
5 *Caſus à ſtatuto omiſſus à diſpoſitione iuris communis regulatur.*
6 *Mulieri exiſtenti in æquali gradu cum patruo dimidia pars hæreditatis aſſignatur.*
7 *Fœmina dotata inhabilis eſt ad ſucceſſionem.*
8 *Statuti correctorij iuris communis extenſio non admittitur de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam.*
9 *Hæreditas proximiori debetur.*
10 *Bonorum diſtinctio ad hoc ordinatur, vt bona conſeruentur in familia illius, cuius induſtria prouenerunt.*
12 *Diſtio* dicta *perſonam ſuperius expreſſam repetit & num.* 13.

DECISIO XX.

FVIT iterum à DD hodie approbata ſententia Roralis ſucceſſionem in bonis Hieronymi deferens Leonijs vti ipſius auunculis, ac conſequenter proximioribus in gradu in concurſu Ludouici, & cæterorum Patruelium fratrum de Toſtis, quibus Statuti Reatini diſpoſitio proximiori conſanguineo deferēs ſucceſſionem non valet ſuffragari. Licet enim
1 ex propria ſignificatione ſub appellatione conſanguinei† includantur dumtaxat Agnati iuxta *tex. in l. Iuriſconſul., ff. de grad.* debet tamen ab hac proprietate recedi in caſu propoſito, quo
2 ex alijs partibus Statuti † Statuentium ſtylus innoteſcit includendi tam agnatos ſub nomine Conſanguinei, vt aduertit *Bald. in l. cum quidam 30. §. quod dicitur num.* 6., *ff. de acquir. hæred. Curt. Iun. conſ.* 170. *num.* 2., cum alijs in præterita deciſione recenſitis.

Neque vrgere viſa fuit iterū repetita obiectio deſumpta *ex capite* 19. *eiuſdem Statuti in tit. de Succeſſ. ab inteſtato* diſponente expreſsè, vt frater Conſanguineus in paternis bonis fratri ſuo ſuccedat. Vterinus vero in maternis cuius virtute diſtinctio bonorum paternorum à
3 maternis ordinata contenditur, Itaut † illi agnatis hæc vero Cognatis debeant proinde deferri iuxta *conſ. Bald.* 104. *lib.* 2. *approbatum in deciſ.* 349. *num.* 6. *par.* 6. *recent.*

Prædicta ſiquidē ſtatutaria ſanctio ad fratres reſtricta iuris diſpoſitioni conformis eſſe de-
4 tegitur, qua perſpecta frater † conſanguineus in bonis paternis fratri ſuccedere debet Vterino fratri peculio materno attributo, de qua *per gloſſ. communiter receptam in Auth. poſt fratres in verbo filij C. de legitim. hæred. Bartol. in Authent. Itaque C. commun. de ſucceſſ. Cœuarr. alios referens in titul. de Succeſſ. ab inteſtato numer.* 8. *verſic. tertio eſt animaduerten. Rot. coram Buratt. deciſ.* 36. *num.* 27. nec diſtinctionem proinde bonorū valet operari in caſu propoſito, quo de Auunculis, & patruelibus agitur à Statuentibus nou nomi-
5 natis caſus † quippe à Statuto omiſſus debet à diſpoſitione Iuris cōmunis regulari *Ancharan. conſ.* 26. *num.* 2. *Mart. de ſucceſſ legal. quæſt.* 7. *artic.* 1. *num.* 22. *part.* 4. *Forſter. de ſucceſſ. quæſt.* 23. *numer.* 8. *lib.* 2. *Rot. coram Merlin. deciſ.* 353. *num.* 46. *& deciſ.* 390. *numer.* 21., *& apud Gilian. ad Statut. Peruſin. deciſ.* 24. *num.* 2. *& ſ.*

Hinc non vrget quod in §. *filiæ eiuſdemmet* Capituli diuerſimode à Statuentibus diſponatur, quoad hæreditatem Conſanguinei ex latere paterno ſine filijs nepotibus, & deſcendentibus præmortui, ac alteram coniuncti ex latere matris, vt ſcilicet mulier dotata proportione dimidia in ea ſuccedat pro altera vero parte patruus ipſius, ſeu frater Patruelis Conſobrinus præfatæ dotatæ mulieris, ſeū ſororis eiuſdemmet defuncti, cui dimidiata quoque portio totius hæreditatis à Statuto defertur; quoties tamen proximior in gradu con-
6 ſiſteret, nam † muliere exiſtente in æquali gradu cū patruis aliiſque ſuperius recenſitis tunc eidem pars dimidia eius dumtaxat elargitur, quod iuxta Iuris communis diſpoſitionem conſequi poſſet.

7 Vel quia in caſu propoſito nulla † fœmina dotata habilis ad ſucceſſionem exiſtit; quinimò ad ſucceſſionē auunculi fratres patrueles defuncti aſpirant, non autem mulieris; ex-
8 tenſio † enim ſtatuti correctorij Iuris communis de caſu ad caſum, neque de perſona ad perſonam admittitur, vt notat *Bald. conſ.* 2. *num.* 4. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 451. *numer.* 9. *& ſ.* 10. *Honded. conſ.* 12. *num.* 21. *& ſ.* 22. *lib.* 1. *Gionagnon. conſ.* 60. *nu.* 19. *lib.* 1. *Gabriel. de Statut. concluſ.* 7. *numer.* 1. *cum ſeqq. Rot. coram Merlin. deciſ.* 390. *num.* 12. *& deciſ.* 183. *num.* 24. *part.* 8. *recent., & in Ravennat. hæreditatis* 24. *Ianuarij* 1661., §. *cui fundamento coram R. P. D. nco Albergato.*

Vel quia ſtatuentium intētio inibi fuit mulierem dotatam dumtaxat arcere à conſecu-
9 tione dimidiæ † hæreditatis, cui alias vti proximiori foret integrè debita iuxta *text. in §. ſi igitur defunctus il ſecondo Auth. de hæred. ab inteſtato, venien.* non autem inducere bonorum † diſtinc-
10 tionem ex Iuris diſpoſitione prohibitam ſecundū *Caſtren. in Authentica poſt fratres la prima num.* 2. *C. de legitim. hæred. Fontanell. de pact. nuptial. Clauſula* 4 *gloſſ.* 24. *num.* 68. *Franc. deciſ.* 59. *num.* 7. *Rot. coram Merlin. deciſ.* 126. *num.* 58. Dum maximè à Statuto in diſtinctè mulier ipſa dotata ad ſucceſſionem admittitur bonorum omnium paternorum, ac maternorum pro dimidia nedum in ſucceſſione coniuncti ex latere patris,

sed etiam matris, ac consequenter siuè ea agnata foret, siuè Cognata quod bonorum distinctioni repugnat ad hoc consuetæ à statuētibus ordinari, vt bona † in familia & agna-
11 tione illius asseruentur ex cuius industria acquisitio processit vt ratiocinatur *Rot.dec.417. num. 4.par.2.recent.*

Nec potest in dubium reuocari quin statuentes de Auunculis ac Consanguineis mulieris intellexerint dum mentione feminarū præcedente in numero plurali in hæc quidē verba disposuere, *& si non habuerit fratrē carnalem vel nepotem ex fratre, & habuit patruum, vel patruos & fratres patrueles vel aliquem ipsorū tunc in eo casu succedat d. mulier pro medietate & in alia medietate succedant prædicti &c. & hoc locum habeat in successione consanguinei ex parte patris tā-*
12 *tum* ea quippe † dictio *dicta* personam repetēs superius expressam *Rip. in l.filius famil.§. frui n. 111. ff.de leg.1. Aymon cons.93. nu.8. Menoch. cons. 95.nu.128. Surd.cons.123.n.13. Rot.coram Merlin. dec.158.num.4. Adden.ad decis. Buratti 742.nu.12.* arguit ex necesse in illa periodo & si non ha-
13 buerit † mulierem tacite inclusam extitisse dum alibi non legitur antecedenter expressē sub nu. singulari vt in proximis terminis respondit *Rot.in Romana seu Vercellen. fideicommissi 10.Maij 1662.§. quarū prima coram me* sequenti verborum contextu potissimè inspecto aperte designante statuētes intellexisse de fratre mulieris, non autem defuncti ibi *Et eodem modo in successione Consanguineorum ex parte matris succedat dicta mulier dotata non superstite fratre vel nepote carnali ex fratre præmortuo ipsius mulieris dotate in medietate bonorum, & in alia medietate succedant Auunculi.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA

Beneuentana Iurisdictionis.

Lunæ 12. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

Ad probandam quadragenariam quid requiratur. Animus ex quibus dignoscatur. Territoria diuidere ad quem spectet. Iurisdictio quomodo præscribatur, & an titulus possessioni debeat esse conformis.

SVMMARIVM.

1 *Ad quadragenariam probandam sufficit titulus & bona fides contra præsumptionem, & dispositionem Iuris.*
Etiamsi titulus qui allegatur sit inualidus, & putatiuus num. 2.
2 *Possessio si pacifica sit sufficit absque alio titulo.*
4 *Bona fides quando est necessaria sufficit quod allegetur cum præsumatur.*
5 *Abrogationis causa quando est generalis extenditur, etiam ad effus in abrogatione non expressos.*
Amplia vt num. 6.
7 *In Enunciatiuis constitutionum Apostolicarum non potest fieri fundamentum quando hæ non motu proprio, sed ad supplicationem partis emanarunt.*
8 *Constitutiones ad supplicationem partis emanatæ recipiunt vigorem, si sit verum quod est in illis expressum.*
9 *Animus ex verbis, & factis dignoscitur & ex facto subsecuto num. 10.*
11 *Ad Papam spectat territoria dividere.*
12 *Ad præscribendum sufficit titulus putatiuus.*
13 *Archidiaconus potest simplici consuetudine iurisdictionem præscribere.*
14 *Territorium ab Archidiacono sub Archiepiscopo constitutum est præscriptibile.*
15 *Monstruosum est duo capita inesse eidem corpori.*
16 *Titulus debet esse conformis, non difformis possessioni.*
17 *Archidiaconus destinatur à Iure ad Episcopi vices supplendas.*
18 *Sine animo nemo acquirit.*

DECISIO XXI.

IN decisis 28. Aprilis præteriti DD. fleterunt ex varijs rationibus concordes tamen in hac vna, quod Domini Archidiaconi pro tempore prætensionem variauerint, & primū cepærint affectare omnimodam iurisdictionem in aliquibus Castris vigore constitutionum Ecclesiæ Beneuentanæ editarum anno 1535. deinde reiecta hac prætensione multis Rotæ decisionibus conuolarunt ad immemorabilem qua non suffragante cum de initio constaret demum confugerint ad centenariam, & postea ad quadragenariam possessionem circa aliquos actus iurisdictionis particulares quam Cumulatiuè saltim cum Reuerendiss. Archiepiscopo sibi competere intendunt, sed neque hanc competere DD. visum est:

Et quamuis informantes pro Archidiacono deducerent, testes & plures actus Iurisdictionis exercitos vt in *summ.nu.3. & num.6. vsque ad* 10. ad probandam possessionem
1 † quadragenariam cum titulo, & bona fide, quæ sufficit contra præsumptionem Iuris, & ipsam quoque Iuris dispositionem *cap.1.vers.&*
2 *si priuilegium de priuileg. in 6.* etiam si † titulus qui allegaretur esset inualidus, & putatiuus *& cap.1.d.vers.& si priuilegium Abb. in cap. auditis de præscript.nn.8. & 12.* & in decisione confirmata ab initio possessionē vero fuisse semper pacificam eo quo non demonstratur vlla probibitio aut inhibitio facta Archidiaconis pro tempore immo ex hac resultare consuetudinem quę in simplici Iurisdictione si pacifica † sit sufficit absque alio titulo *cap. vltimo de offic.Archid.& ibi Abb.antiq.nu.7.& 8.Abb. Panormitan.nu.7.vers. quidem sunt & seqq.& vers. caueat ergo Episcopus Hostien. numer.8. 24.& 25. Zabarell.nu.1. vers. quinto nota, & nu.4. vers.15. nota Anchar.nn.1.vers.2.oppone Ioan. Andr.nu.27. vers.caueat ergo Episcopus, & num.33. & 34.Bellam.nu.13.vers. alia est laudabilis consuetudo Butr. num.38.vers.quidem sunt.*

Et cum his omnibus concurrere titulum fundatum in constitutionibus Ecclesię Beneuentanæ non abrogatis in totum, sed derogatis quoad cognitionem causarum matri-

monia-

monialium &c. *ex decreto S.Conc.ſumm.num.* 2. & bonam fidem, † quatenus neceſſaria ſit,
4 quæ ſufficit, quod allegetur cum præſumatur *Rot.coram Coccin.dec.*235.*num.*4.

His tamen fundamentis corruere viſa ſunt quia titulus, & bona fides omnia neceſſaria ſunt, & hic manifeſtè titulus deficit abrogatis præfatis conſtitutionibus vti ſcandalosis iuxta alias deciſa in *cauſa* 13. *Maij* 1652. §. *nec Archidiacono*, & 27. *Iunij* 1653. §. *nec valet replicatio coram R. P. D. meo Zarate* & licet in abrogatione facta fuerit ſolum mentio de cauſis matrimonialibus, & criminalibus, & facultate examinādi tamen cum ratio†, & cau-
5 ſa abrogationis ſit generalis extenditur ad quoſcumque cæteros actus preſertim† quod
6 in tota abrogatione non legitur vlla particula taxatiua, & multo minus poteſt titulus fundari† in enunciatiuis cōſtitutionum Apo-
7 ſtolicarum cum hæ non motu proprio, ſed ad ſupplicationem partis proceſſerint *Abb.ad cap.dudum de Decim.num.*48. *Rot.dec.*552.*num.*11 & 12.*tom.*3.*par.*4. & optima ratione † quia illa verba ſunt narratiua, & recipiunt conditionē ſi ita eſt, *inquit Abb. & Rot. dd.locis cum aliis in dec.confirmata ſub §. his ſuppoſitis.*

Corruit etiam probatio poſſeſſionis cumulatiuæ Archidiaconi cum D. Archiepiſcopo nam cum Domini Archidiaconi anteceſſores priuatiuam præciſe habere contenderent non poteſt hodie ſucceſſor vti his probationibus pro cumulatiua contraria priuatiuè in qua articulātur anteceſſores priuatiuè poſſediſſe quoad D. Archiepiſcopum & habuiſſe
9 priuatiuè animūpoſſidendi, cum animus † ex verbis & factis dignoſcatur *Rot.corā Mantic.dec.* 313. *a n.* 2. *verſ. & quidem animus, & coram Caual. dec.*531. *ſub num.*1. & ex facto ſubſequuto, me-
10 lius quam † verbo *Rot.apud Poſſ.de manut.dec.* 226. *num.*3. *& eſt coram Merlin.dec.*313. *num.*3.

Et ad excludēn omnino titulum ex capite dd. conſtitutionum vltra ſupradicta conſideratū eſt, quod neq; de iure, neq; de conſuetudine induci poteſt quod inferior ab Epiſcopo habeat in eadem Diœceſi Territorium, & ideo talis inferior allegans titulum pro ſua Iuriſdictione quaſi Epiſcopali tenetur exhibere priuilegium continens ſeparationem Diœ-
11 ceſis à Papa † conceſſum ad quem pertinet territoria diuidere, & Diœceſes aſſignare *Rot. in Toletana Iuriſdictionis* 21. *Maij* 1660. §. *nec enim coram R.P.D.meo Benilaqua & coram Buratt. dec.*568. *num.*1. *& aliis paſſim, & in deciſ. confirmata* §. *attamen*.

12 Nec refragatur quod ad præſcribendum ſufficiat † titulus putatiuus, nam licet ſufficiat titulus putatiuus intelligitur tamen quādo eſt iuſto errore cauſatus inquit *Rot.dec.*324. *num.*8. *part.*1. *Lotter de re benef. quæſt.*24. *num.*167. *lib.*1. hic nihil concurrit, quod poſſit titulum allegatum veriſimiliter aliquo modo fūdare.

13 Multo minus obſtat, quod Archidiaconus non egeat titulo cum ſimplici conſuetudine poſſit † Iuriſdictionem præſcribere ad notata per DD. *in d. cap. final. de offic. Archid.* & ipſe non intendat conſtituere ſeparatum Territorium, & diſtinctum ab Archiepiſcopo † ſed
14 tantum ſub Archiepiſcopo, quod iure non repugnet & eſt præſcriptibile *Gratian. diſcept* 212. *nn.*18. *Rot.dec.*40. *ab initio poſt Tamburin. de Iur. Abbat.*

Quia dicebant, ſubterfugium hoc tanquam à facto omnino alienum non eſſe admittendum, ſicuti enim præfatæ confirmationes ſub eadem Diœceſi Beneuentana nouum conſtituant Territorium ſeparatum, & diſtinctum ab Archiepiſcopatu, vt ex eius lectura tribuendo eidem † corpori duo capita euidenter
15 mōſtruoſitatem Canonibus exoſam vt ait *Rot.d. dec.*324. *nu.*11. ita conſtat Archidiaconos ſemper noluiſſe diſtinctam & ſeparatā Iuriſdictionem ab Archiepiſcopali exercere, illamque non tanquam ſub Epiſcopo, ſed vti indepedentē articulaſſe & conatos fuiſſe probare ibi proinde euerſo, ac reuoluto facto modo non ſunt admittendi ad allegañ id cuius contrariū articularūt, prout in ſpecie talis deſcenſus ab omnimoda Iuriſdictione ad quoſdam particulates actus ex huiuſmodi ratione fuit reiectus in *d. Toletana Iuriſdictionis* 27. *Ianuarij* 1662. *coram R.P.D. Benilaqua*.

Et ſane optima dicebatur ratione quia vel prætendunt poſſeſſionem vniuerſalem prout eſt vniuerſalis conſtitutio, & hoc caſu obſtat nullitas tituli, vel prætendunt preſcriptionem circa quoſdam actus particulares tātummodo & hoc caſu nullum poſſunt oſten-
16 dere titulum† qui debet eſſe conformis non difformis poſſeſſioni.

Eadē reſponſione remouetur quod dicitur *de cap. final. de offic. Archid.* quia nō negatur Archidiaconum tanquam Epiſcopi oculum deſtinatum † eſſe à Iure ad illius vices ſupplendas, & ſic Prælati ſubleuandam ſollicitudi-
17 nem, ac conſequenter facilius ex conſuetudine & præſcriptione poſſe in munere ſibi demandato confouere, ſed dicitur hoc non fuiſſe ſuæ intentionis, ſed affectaſſe in vim dictę conſtitutionis non ſubleuare, ſed excludere Archiepiſcopum, vnde nō debet præſcriptio vltra intentionem prætēdi ad illam cum non
18 tam requiratur titulus & poſſeſſio, quam etiam † animus ſine quo nemo acquirit vulgatis Iuribus.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA

Romana Vineæ

Lunæ 12. *Februarij* 1663.

ARGVMENTVM.

Melioramenta vt reficiantur quid veniat probandum, & non neceſſaria an veniant reficienda, Melioramenta quę non fuerunt neceſſaria nequaquam veniunt reficienda, & quid potiſſimum in hac materia attendatur.

SVMMARIVM.

1 *Status antiquus vineæ probandus vt ſciri poſſit, quid fuerit melioratum*

2 *Debitorum accollatio, ſolutio fructuum, & canonis ſunt pars contractus, & minuunt rei valorem.*
3 *In melioramentorum materia non attenditur id quod fuit impenſum, nec melioratum, ſed quod minus eſt ex his duobus reſtituitur*
4 *Reſponſiones ſuper interrogatorijs datæ ſunt attendendæ.*
5 *Vineæ ſtatus anterior eſt probãdus ad hoc vt melioramenta repeti valeant*
6 *Verba dubia non ſufficiunt ad probandum vineæ ſtatum.*
7 *Melioramenta ex plantatione arborum non ſunt reficienda, quando iſtæ deuenerunt infructiferæ ad manus deliberatarij.*
8 *Melioramenta non neceſſaria non debent refici.*
9 *Termino præfixo pendente melioranti ad meliorameta liquidanda non proceditur ad executionem ſeu commiſſionem.*
Quod declara vt num. 10. & 11.
12 *Credita illiquida & incerta non tribuunt retentionis vtilitatem.*

DECISIO XXII.

HAEREDES Antonij Vrſini in hodierna diſputatione reaſſumpta ſuper deciſis 6. Februarij anni præteriti † pro impediendo effectu deliberationis controuerſiæ Vineæ ad fauorem Marci Antonij Venturæ ſequutæ totam vim faciebant in melioramẽmentis, ſed ex eodem capite quo tunc non ſufficientis liquidationis illorum hæc exceptio fuit iterum reiecta.

Deficiunt enim in probatione ſtatus vineæ de tempore quo deuenit ad dictum Antonium omnino neceſſaria ad finem vt ex illo deueniri poſſit † ad præſens, & ſciri quantum fue-
1 rit melioratũ *Bart. in l. ſi negocia ff. de negoc. geſt. Soccin. Iun. conſ. 62. num. 4. & 5. lib. 1. Seraphin. dec. 952. num. 2. & 3. & dec. 1453. nu. 4. Ror. in rec. dec. 206. n. 1. par. 4. & poſt Merlin. de pignor. dec. 76. n. 17.*

Nec huiuſmodi requiſita probatio deduci poteſt ex Inſtrumẽtis executionis & deliberationis Vineę factę ad Inſtantiã Torquati Iamperij creditoris Io. Thomæ Sauli poſſeſſoris Io: Baptiſtæ Buſſellio, reſtitutionis quatuor petiarũ illius ab hoc deliberatario factæ Antonio Vrſino Legatario q. Henrici Vicourt, ac venditionis aliarum petiarum per dictum Buſſellium deliberatarium & Flauiam Villamenam, vel eius hæredes, ad quam titulo dationis certa alia rata deuenerat, Nam licet in illis aſſeratur vineã tunc reperiri in malo ſtatu, attamen quia tam ex pretio ſc. 1450. quo dictus Io: Thomas Saulus per duos menſes ante executionem ſuper illa factam ſtatuerat vendere, vt ex Inſtrumento relat. in *Summ. Venturæ prædicta poſitionis num.* 11. & ſic ad rationem ſc. 60. pro qualibet petia quam ex aliis inſtrumentis venditionis pro quibus alienatæ fuerunt plures petiæ d. Vineæ eidem Vrſino per Buſſellum de annis 1645. & 1648. cum diuerſis pactis conditionibus accollatio-
2 ne debitorum, ac ſolutionis fructuum, & Canonis † quæ ſunt pars contractus, & minuunt rei valorem *l. ſi quos 16. C. de reſcind. vend. Bart. in l. pretia rerum §. 1. nu. 2. ff. ad l. Falcid. Ciriac. contr. 160. nnu. 61. & 62. contr. 222. à num. 70. & contr. 453. num. 46. & 47. Rot. dec. 20. num. 2. in fine par. 2. rec. & in Albanen. diuiſionis 1. Febr. 1649. §. 2. coram R. D. meo Decano*, fatendum eſt Vineam fuiſſe in meliori ſtatu diuerſo ab illo enunciato in dd. Inſtrumentis nec fuiſſe ita notabiliter melioratam, quod nec releuat cum in hac materia † non attendatur id quod fuit impenſum neque melioratum, ſed quod minus eſt ex his duobus reſtituitur *l. infundo, & ibi gloſ. in verbo plus pretio, & ibi Bart. num. 2. Alberic. ff. de reiudic. Rot. d. dec. 206. num. 2. par. 4. rec. & dec. 429. num. 7. apud Poſth. de manut.*

Neque ex depoſitionibus teſtium pro parte q. Antonij examinatorũ, quia præter quod fatentur non cognouiſſe Saulum antiquum Vineæ Poſſeſſorem quicquid dicant de ſtatu antiquo in examine ſuper articulis ſane † reſponſiones datæ ſuper interrogatorijs, quæ ſũt
4 attendendæ *Rot. dec. 774. n. 3. part. 3. rec. in Elnen. Iuriſdictionis 19. Iunij 1647. §. fin. verſ. neque Teſtes coram bo. me. Dunoz. & in Gerunden. Parochialis 28. Iunij 1660. ſub §. non releuant coram me*, vel nihil certi concludunt circa d. antiquum ſtatum Vineæ, vel ſunt reſtricta ad illas quatuor petias Flauiæ Villamenæ vndè ſemper deficit requiſita † iuſtificatio ſtatus anterioris
5 totius Vineæ neceſſaria pro repetendis melioramentis iuxta *Text. in d. l. in fundo ff. de reiuindic. Curt. Iun. conſ. 165. num. 14. & 20. in fin. Rotæ dec. 530. num. 1. par. 4. diu bo. me. Merlin. dec. 695. num. 8. & in Ravennaten. Pecuniaria 4. Iulij 1642. § nec prefatum creditum coram R. Tarraconen.*

Sed etiam DD. viſum fuit deficere in probatione alterius requiſiti, quantum videlicet fuerit impenſum, & Vinea effecta pretioſior de tempore deliberationis. Nam primus Teſtis iuxta nonam interrogationem expreſſe deponit quatuor petias Vineæ fuiſſe excaſſatas de anno 1644. à dicto Io: Thoma Saulo qui cum deſierit poſſidere de anno ſequenti meliorameta ſi quę conſiderari poſſint, non ſunt adſcribenda Antonio, nec hæredibus illius reficiẽda, alij verò Teſtes ad articulatã reſpondentes deponunt in genere de meliorameṅtis factis non indiuiduantes expenſam factam exceptis ſecundo, & tertio inter ſe penitus circa illã diſcordantibus cum primus deponat de ſcu:. 100. pro qualibet petia & alter de 60. nulluſque certitudinaliter, ſed per
6 verba dubia † quæ non ſufficiunt ad effectum de quo agitur *Curt. Iun. d. conſ. 165. num. 16. verſ. ſeq. Cartar. deciſ. Genuæ 72. num. 13. Rot. coram Durano dec. 338. num. 17. & 18.*

Nec dicatur quod non poſſit dubitari de plantatione arborum in magna quantitate ex quo de ea concludenter teſtantur teſtes, quia cum effectæ ſint infructiferæ, & tales deuenerint ad manus Venturæ deliberatarij vt ex deſcriptione, & relatione Peritorum non poteſt † condemnari ad illarum refectionem *l.*
7 *omni modo ff. de impenſ. in reb. dot. fact. Caſtr. conſ. 270. ſub num. 5. verſ. de impenſa verò lib. 2. aliique adducti per Statil. Peſtif. de Saluian. inſpect. 2. cap. 2. num. 192. & 193.*

Mi-

Minus habenda eſt ratio de expenſis factis in conſtructione murorum circum circa Vineam, & intus illam pro ſeparando eam ab Arboreto, quia exigui eſt valoris ille exiſtens in parte Vineæ per Venturam prætenſæ; alter vero interſecans vineam, & arboretum, vt conſtructus ex cæmentis domus dirutæ eiuſdem Vineæ, & non neceſſarius † quia ſine eo
8 Vinea non erat peritura nō cadit ſub refectione *ad text. in l. Impenſæ ff. de verb. ſignif. & in d. l. 1 ff. de impenſ. in reb. dot. facti. Rot. dec. 6. n. 2. par. 1. rec.*

Non obſtat quod conſtito de melioramentis de ſtylo Rotę ſoleat præfigi terminus me-
9 lioramenti ad illa liquidandum in ſpecie, & interim non eſt procedendum ad exequutionem, vel immiſſionem *iuxta dec. Putei 461. lib. 2. in Correct. Card. Caualer. dec. 36. num. & dec. 543. num. 5.* quia intelligitur † quatenus petatur alias ſi non fuit petitus, vel non acceptatus priuſquam cauſa ventiletur in præſenti caſu, & tunc abſque tali præfixione proceditur ad executionem † data tamen cautione de illis reficiendis dum fuerint in ſpecie liquidata
11 vt probat *Modern. Peruſ. de manut. obſeruat. 12. num. 52. & 53. & late explicat Rot. in Bonon. fideicommiſſi de Villanis 7. Iunij 1647. §. melioramentorum coram bo. me. Bichio in Auenionen. Saluiani 8. Martij 1652. §. Hinc quia coram eodem.*

Non releuat quod ſaltem non poſſint hæredes eiici à poſſeſſione donec fuerint ſatisfacti de creditis allegatis, † quia cum patian tur
12 exceptiones iuſtificationis ſolutionis, & præſcriptionis remanent ex his illiquida, & incerta, & ob id non tribuunt retentionis vtilitatem *Rot. dec. 43 1. n. 4. par. 2. & dec. 41. n. 24 par. 5. & coram Eminentiſſimo Card. Otthob. dec. 180. in fin.*

Et ita fuit concluſum pro deciſionis confirmatione vtraque parte informante &c.

Deciſio quæ hic allegatur in hac eadē cauſa facta, ſub die 6. Februarij 1662. *coram R. P. D. Beuilaqua eſt in precedenti Part. 13. recent. in ordine deciſ. 39.*

R. P. D. ALBERGATO

Romana Domus.

Lunæ 12. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

Solutio probatur per partitas, donec contrarij concludentiſſimè appareat, & an læſio ex locationibus inducatur. Poſſeſſio ex quibus iuſtificetur.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia debet reſtitui.*
2 *Spoliatori non competit retentio ex diuerſa cauſa ab ea, cuius vigore adeptus eſt poſſeſſionem.*
3 *Periti relationi creditur.*
4 *Sententiam impugnare non poteſt, qui ab ea non appellauit, quia illi cenſetur acquieuiſſe.*
5 *Ex librorum intitulatione deducitur ad quem negotium ſpectet.*
6 *Verba* per reſto *probant integram ſolutionem.*
7 *Partita probat ſolutionem donec contrarium concludentiſſimè probetur.*
8 *Notula imperfecta & inordinata nihil probat.*
9 *Læſio non probatur ex locationibus.*
10 *Ad læſionem iuſtificandam quid requiratur.*
11 *Poſſeſſio ex inſtrumento actualis poſſeſſionis arguitur*
12 *Aſſignatio non incipit à promiſſione datis in quantitate, ſed à traditione fundi, vnde excluditur emptio & venditio.*
13 *Aeſtimatio facta fundi dotalis, cum pacto quod iſte nec vendi nec alienari poſſit, & in caſu venditionis quod pretium debeat reinueſtiri in alijs bonis, quæ fauore mulieris ſemper eſſent hypothecata arguit fundum ſemper extitiſſe apud mulierem.*

DECISIO XXIII.

SPOLII requiſita ſatis concurrere, & de bono iure Eugeniæ conſtare dixerunt Domini etiam ad effectum reintegrationis ſub die 13. Ianuarij 1662. & hodie propoſito iterum dubio ex iiſdem rationibus ſteterunt in deciſis, quibus non reſiſtit quod conceſſio in Emphiteuſim fuerit nulla & proinde Eccleſia Domum retinere poſſit tum quia
1 ſpoliatus ante omnia reſtituendus eſt ſuper meritis omni cognitione poſthabita *Surd. cōſ. 66. num. 5. Lauren. de Pin. conſ. 73. num. 11. Cyriac. contron. 389. num. 9. & ſeqq. Thomat. dec. 73. nu. 13. plenè Giurb. obſeruat. 13. num. 1. & ſeqq. Rot. deciſ. 177. num. 12. coram R. Tartacoven.* Tum quia ex hoc capite non fuit capta poſſeſſio, ſed ob
2 canones non ſolutos: ſpoliatori † autem non competit retentio ex diuerſa cauſa ab illa vigore cuius poſſeſſionem adeptus fuit iuxta doctrinam *Bartol. in l. ſi non ſortem 26. §. ſi centum ſub num. 8. ff. de cond. indebit. Spad. conſ. 300. num. 4. lib. 2. Rot. dec. 539. nu. 4. coram Canal. in recent. dec. 411. nn. 23. par. 5. Romana manutentionis 28. Martij 1658. coram me §. Hos autem, & Interramnen. Bonorum 1. Iulij eiuſdem anni coram R. D. meo Decano §. final, & in Romana ſeu Velliterna aſſictus 15. Decembris 1659. coram R. P. D. meo Veroſpio §. retentionem vero.*

Et ceſſat in hoc omnis difficultas, quia nullitates conceſſionis nō ſubſiſtunt illa enim quæ deducebatur ex defectu cauſæ reſpicientis ſtatum domus non ſolum non ſubſiſtit, ſed penitus corruit ex relatione periti iudicialiter à me deputati deponentis domum fuiſſe in multis partibus refectam, & in parte à fundamentis fulcitam & antiquitus fuiſſe in peſſimo
3 ſtatu † cuius relationi ſtandum eſt *Felin. in cap. propoſuiſti num. 5. & 6. de probat Gratian diſcept. 228. nn. 8. & 9. Rot. coram Buratt. dec. 913. n. 3. dec. 129. par. 5. recent num. 6. Romana Vinea 4. Iulij 1657. coram bo. me. Dunozetto §. nec de dannis & in Romana pecuniaria 7. Iunij 1660. coram R. P. D. meo Priolo §. eo facilius*, In quibus tanto magis id procedere firmatur, quando vt in præſenti à periti relatione appellatum non fuit tunc enim pars † illi acquieuiſſe cenſetur, nec eam impugnare poteſt *Cravett. conſ. 108. num. 3. Rot. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Ottobono dec. 7. nu. 5. & in Romana hæreditatis 13. Iunij 1662. coram R. P. D. meo Celſo §. maxime cum talis relatio.*

Quod autem locus pius de tempore conceſſio-

ceſſionis eſſet creditor Lauiani, & ſic non reperiretur ære alieno grauatus vt in inſtrumento conceſſionis non ſubſiſtit quia Lauianus erat debitor Eccleſiæ B. Mariæ de Montibus, non autem Congregationis Catheccumenorum, vt conſtat ex atteſtatione Pertti *Sum. add. Eugeniæ nu.* 2. qui dicit quod hoc obſeruauit extrahendo partitas librorum & quod dicta loca pia libros deuctos retinent, vnde non bene infertur ex credito vnius loci ad alium vt in ſimili ex intitulatione † librorum
5 deduci, ad quem negotium ſpectet *Reminald. Jun. conſ.* 280. *ſub nu.* 6. *verſ. ad hoc bene facit Crot. conſ.* 40. *num.* 14. *caterique relati per Rot. dec.* 68. *n.* 7. & 126. *num.* 8. *par.* 8. *recent.* & ex eorundem lectura ceſſat aliud obiectum quod pretiũ domus à patre Eugeniæ nũquam fuerit integrè ſolutum, quoniam deſcripta eſt ibi partita ſcut. 13. 17. per *reſto del prezzo della caſa* quæ
6 verba ſine dubio † probant integram ſolutionem vt in §. final non obſtante replicatione quod non poſſet Miniſter hanc partitam deſcribendo Eccleſiæ præiudicare donec enim contrarium concludentiſſime probatur, partita probat † ſolutionem contra Congregationẽ
7 quę Miniſtrum ad ſcribendum deputauit *Valenzuel. conſ.* 78. *num.* 67. *lib.* 1. *Rot. in Romana reddit ionis rationis* 18. *Febr.* §. *nec releuat, & 27. Iunij* 1661. *coram me* §. *nec ſolutio*.

Circa defectũ Beneplaciti Apoſtolici Domini tranſierunt cum reſponſionibus datis in præterita Læſio autẽ Eccleſię quæ in eo conſiſtere dicebatur quod Domus locari ſolita pro ſc. 92. conceſſa fuerit in effectu pro ſcut. 49. ſubuertitur ex eo quod † in facto nullatenus probatur pro ea quantitate locari cõſueuiſſe cum datæ fuerint quędam notulæ inſor-
8 mes ſine die menſe, & anno † imperfectæ, & inordinatæ, quæ nihil probant *Honded. conſ.* 39. *ſub num.* 49. 52. *& ſeqq. lib.* 2. *Rot. in Bononien. pecuniaria* 1. *Aprilis* 1661. *coram me* §. *prout notitia* Et quatenus eſſent in forma probanti adhuc ex eis nihil concludens deduci poteſt ad effectum, de quo agitur tum quia † ex locatio-
9 nibus non probatur Læſio, tum quia non percutiunt tempus cõceſſionis in Emphiteuſim, vt requiritur ad iuſtificandam † leſionem adeout ſubſequens non ſufficit, vt deductum fuit in §. qua ratione, & tradunt *Iaſon conſ.* 54 *num.* 4. *lib.* 4. *Surd. conſ.* 249. *nu.* 23. *Rot. coram Merlin deciſ.* 219. *nu.* 14. *& in Romana deuolutionis Domus* 27. *Nouembris proximipreteriti coram R. P. D. meo Priolo* §. *minus facit*.

De poſſeſſione Eugenię conſtare pariter viſum eſt Dominis ex pluribus in præterita relatis, & ſignanter † ex inſtrumento adeptæ actualis poſſeſſionis vt ibi & *Rot. dec.* 1661. *nu.* 4. *coram Pen. & coram R. Tarraconen. d. dec.* 177. *n.* 3. & fruſtra opponitur quod poſt annum 1618. quo actus prætati geſti fuerunt Eugenia tradendo domum in dotem viro ab illius poſſeſſione ceciderit; aduertebant enim Domini,
12 quod hoc animo dos data non fuit, aſſignatio enim † non incipit à promiſſione in quantitate, ſed traditione eiuſdem domus in ſpecie vnde excluditur emptio & venditio *Rain. conſ.* 134. *num.* 5. *ante finem lib.* 4. *plene Gratiani diſcept.* 489. *num.* 4. *Rot. dec.* 30. *num.* 7. *poſt Pacific. de Saluian.* nec facta fuit † æſtimatio ad effectum
13 celebrandi emptionem, & venditionem, & transferendi dominium in virum, ſed pro cognoſcenda quantitate melioramentorũ & lucri dotalis vt clare deducitur ex pacto, quod eadem domus venditi, vel alienari non poſſit, & in euentum venditionis prętium reinueſtiri debeat in aliis bonis quæ iam in fauorẽ Eugeniæ ſemper hypotecata eſſe debeant, quod repugnat venditioni & oſtendit domum ſemper apud † Eugeniam remanſiſſe *Aretin. conſ.* 84. *ſub num.* 11. *verſ. vtrum in dubio Honded. conſ.* 77. *nu.* 5. & 7. *lib.* 2. *Adden. ad ſan. me. Gregor. dec.* 573. *ſub numer.* 16. *verſ. quando conſtare poteſt Rot. coram Pen. dec.* 903. *num.* 2. *& ſeq. deciſ.* 9. *nu.* 5. & *ſeq. par.* 8. *& pleuius poſt Merlin. de pignor. deciſ.* 39. *ſub num.* 2. *verſ expreſſa namque, & ſeqq. per totam.*

Ex quibus, & aliis relatis in præterita placuit Dominis in decitis perſiſtere vtraq; &c.

Deciſio iſta, quæ confirmatur in hac eadem cauſa emanata ſub die 13. *Ianuarij* 1662. *coram eodem R. P. D. Beuilaqua, eſt in præcedenti volumine deciſ.* 475.

REVERENDISS: D. ALBERGATO SACRAE ROTAE DECANO.

Romana Cenſus.

Lunæ 12. *Februarij* 1663.

ARGVMENTVM.

Actio inter patrem, & filium quando detur Cẽſus quando pro parte filio acquiratur, & quãdo iſte cenſeatur emancipatus, reliqua patent ex ſummarijs.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus communi nomine patris, & filij emptus vtrique pro medietate acquiritur.*
Amplia vt num. 2.
3 *Actio inter patrem, & filium non datur patria poteſtate durante.*
4 *Filius liberatus à patria poteſtate cenſetur emancipatus.*
Cum id non deducatur contra patrem, ſed contra tertium ad ſubſtinendum contractum à filio geſtũ & num. 5.
6 *Pater per ſcientiam patientiam, & conſenſum, quod filius proprio nomine negociaretur, lucra & fructus perciperet, & de illis ad libitum diſponeret cenſetur vſum fructum remiſiſſe quem habebat in bonis aduentitijs filij.*
7 *Actio inter patrem & filium datur, & ciuilis oritur obligatio quando filius habet peculium aduentitiũ in vſufructu ob expreſſam vel tacitam patris remiſſionem.*
8 *Cenſus pro parte filio acquiritur, etiam quando poſt illius mortem exigit fructus eiuſdem cenſus tam nomine proprio, quam vti Auus & legitimus adminiſtrator.*
9 *Hæres factum ſui auctoris ſeruare tenetur.*
10 *Exceptio ſimulationis non iuſtificatur ex præſumptionibus, & coniecturis.*

Te-

11 *Testes confessionem patris plurimis actibus ratificatam non euertunt.*

12 *Instrumentis publicis danda est fides.*

13 *Possessor in quasi possessione exigendi fructus constituitur etiam per exactiones eius nomine à tutore factas.*

14 *Quando reus est pupillus, & à sententia appellatum fuit temporis lapsus cessat.*

15 *Appellatio sententiæ effectum impedit.*

DECISIO XXIV.

LEGITIMATIONEM Petri Francisci à Io: Baptista tanquam eius Patre obtentam, & post resolutionem huius causæ 27. Februarii 1662 in actis productam non obstare censuerunt Domini conclusionibus firmatis in decisione in qua persistendum esse hodie respõsum fuit, quia semper subsistit, quod
1 census † communi Patris & filij nomine emptus vnicuique pro medietate acquisitus fuit vt firmatur in principio decisionis, & concordat *Rot. dec. 438. num. 6. coram Duran. quamuis pro rata &c. 3150.* probatum fuerit censum ex
2 pecuniis propriis patris emptum fuisse quia etiam † si filius acquirat ex pecunia patris; dum tamen proprio nomine emit sibi acquirit sub obligatione tamen restituendi pecuniã patri, vel illam cum fratribus conferendi *Castrens. in l. cum oportet. 6. num. 7. C. de bon. qua liber. Rolland. à Valle conf. 90. num. 21. & seqq. lib. 2. Bertazzol. conf. Ciuil. 119. num. 15. Bocc. conf. 113. nu. 21 Pascal. de vir. patr. potest. par. 1. cap. 3. sub n. 17. vers. qui propterea subdit.*

3 Nec aduersatur quod durante † patria potestate actio non detur inter patrem & filium, nec vlla nascatur obligatio aduertebant enim Domini, quod pro parte coniugum, probatum fuit, quod Petrus Franciscus tam antequam post legitimationem sciente & patiente Ioanne Baptista patre eumque pro patre familias positiuè agnoscente publicè, & palã pro tali se gerebat negotiando, contrahendo in mercantia lignorum, & agriculturæ emendo plures census, vineam & noualia nomine proprio dando pecunias ad societates officiorum, & mutuo conducendo horrea, soluendo expensas, & alia quærẽdo quę patribus familias tantum conuenire possunt *Sum. coniugum nu. 17. & tribus seq.* ex quibus duo resultant; primum quod Petrus Franciscus à patria potes-
4 tate liberatus † emancipatus censebatur *Menoch. persumpt. 55. num. 28. & seqq. lib. 6.* maximè cum id non deducatur contra patrem † sed contra tertium ad substinẽ contractum à fi-
5 lio gestum *Morot. conf. 52. num. 25. Carpan. ad statut. Mediolani cap 406. num. 27. Marescott. var. resolut. cap. 58. sub. num. 22. vers. & filij lib. 1. Girib. ad consuetud. Meff. cap. 3. gloss. 7. par. 1. nu. 42. Gratian. discept. 820. num. 3. & 4. Franch. dec. 10. num. 4. Rot. in Romana Saluiani 10. Maij 1658. coram R. P. D. meo Priolo §. imò hinc resultat.*

6 Alterum quod Io: Baptista pater † per scientiam, patientiam, & consensum quod filius proprio nomine negociaretur lucra & fructus perciperet, ac de illis disponeret ad libitũ etiã pro se acquirendo censetur vsumfructum remissi se quem in bonis filij aduentitius habebat *Alexand. conf. 138. sub nu. 3. vers. tamen quia pater lib. 5. Menoch. cons. 282. sub num. 11. & seqq. lib. 3. Cruett. conf. 39. num. 9. in fine vers. ideo aliter respondeo Surd. conf. 259. num. 6. Aldonin. inter cons. Peregrin. 97. num. 57. lib. 4. Gratian. discept. 519. n. 1. & duobus seqq. cũ alijs per Girib. ad consuetud. Meffan. cap. 7. gloss. 11. par. 1. num. 3. vers. sine expresse;*

7 quando autem † filius peculium aduentitium habet etiam in vsufructu ob expressam, vel tacitam patris remissionem tunc inter ipsum, & patrem datur actio, & ciuilis oritur obligatio *Bartol. in l. fratres à fratre 38. num. 16. ante fin. & num. 47. vers. si vero pater ibique Caccialup. num. 53. vbi quod Bartol. aly sequuntur ff. de cond. indebiti, & in proximis terminis Surd. cons. 116. num. 21. vbi alios refert.*

Quod autem Ioannes Baptista voluerit etiam ex propriis pecunijs verè censum acquiri pro medietate Petro Francisco filio demonstratur à posteriori. Nam post eius mortem inquietauit debitorem pro fructibus cẽsus tam nomine proprio, quam vti Auus, & legitimus administrator, filiorum eiusdẽ Petri Francisci vndè † resultat censum pro parte
8 filio fuisse acquisitum, vt in proposito tradit *Surd. conf. 206. nu. 26. vers. 3. responde Gabriel conf. 58. sub nu. 59. vers. hanc vero interpretationem lib. 1 Menoch. conf. 1068. sub num. 7. vers. 3. suffragatur. & seqq. Gratian. discept. 39. nu. 13. & duobus seqq. Rot. in Anconitana Officiorum seu nullitatis concordie 4. Decembris 1647. coram bo. me. Arguelles §. eoque magis* quinimo non solum à patre pro vero Domino medietatis census recognitus fuit, sed etiam à bo. me. Francisco Maria Duce Cærę debitore census ei fructus soluendo pro sua parte, & post eius mortem patri pro suis filijs acceptanti; vnde non possunt hodie he-
9 redes † Ducis hoc negare dum ab eorum authore pro tali factis positiuis recognitus, & approbatus fuit *Surd. conf. 449. num. 38. & conf. 108. num. 12. & 13. Alexgrad. conf. 45. num. 44. Rot. dec. 297. part. 8. recent. num. 3. & 4. Mantuana bonorum 18. Maij 1654. coram R. D. nuncio Decano §. quanam in fine, & in his terminis in d. Romana Saluiani §. eoque magis in fine.*

Ex quibus eliduntur depositiones testium quod Petrus Franciscus nihil proprij haberet, & obiecta simulationis exceptio. Hæc enim vbi nulla datur causa simulandi nec etiam præsumptionibus & coniecturis si quæ concurrerent, quæ in hoc casu nullæ exhibentur
10 iustificatur ex relatis per *Adden. ad san. m. Greg. dec. 157. num. 27.* quo vero ad testes † vltra exceptiones, quas patiuntur non possunt con-
11 currere cum cõfessione patris tot actibus ratificata *Cruett. conf. 171. num. 10. Rot. dec. 86. nu. 1 coram Merlin.* & eorum depositionibus resistit & præualent publica instrumenta acquisitionum nomine proprio factarum † quibus po-
12 tius standum est *Rot. in puncto dec. 185. num. 8. post Zacch. de oblig. Camer. al. & in Farfen. bonorum 30. Aprilis 1660. coram R. P. D. meo Priolo §. attestationes verò.*

Constito autem ex præmissis de bono iure

Eco-

Eleonoræ filiæ Petri Franciſci eidem Domini dixerunt dandam eſſe manutentionem in
13 quaſi poſſeſſione exigendi fructus in qua cõſtituta fuit per exactiones fructuum tam à Ioanne Baptiſta Auo eius nomine quam deinde a Tutore factas ex relatis per *Poſth. de manut. obſervat. §2. num. 33. & ſeq. Rot. poſt ipſum dec. 135. nu. 1. Cathacen. hereditatis 11. Decembris 1648 coram R. D. meo Decano §. reſpectu enim & in Romana manutentionis 28. Iunij 1652. §. non obſtat coram bo. me. Dunozetto*, cui non aduerſatur lapſus temporis, vel ſententia declarans medietatem controuerſam cenſus ad hęredes Ioannis Baptiſtæ pertinere: lapſus enim temporis
14 ceſſat ex eo quod Eleonora erat † pupilla, & à ſententia appellatum fuit *Rot. coram Coccin. dec. 494. ſub nu. 9. verſ. & acquieſcientia, & coram R. D. meo Decano in Peruſina manutentionis 27. Iunij 1044. §. nec poſſeſſio* quæ appellatio cũ ſuſpendat † effectum ſententię non eſt interim
15 deneganda manutẽtio poſſeſſori *Ruin. conſ. 154 num. 10. verſ. ſicut ergo lib. 4. Gratian. diſcept. 141. num. 55. Rot. coram Caual. dec. 243. nu. 2. Monopolitana fructuum 9. Decembris 1050. coram R. Papien. §. neque manutentio, & nuper in Ravennaten. penſionis 26. Ianuarij nuper præteriti coram R. P. D. meo Vicecomite.*

Et ita vtraque &c.

☞ *Allegata hac deciſio ſub die 27. Februarij an. ni præteriti 1662. coram eodem Reverendiſſimo Albergato Rotæ Decano, eſt in precedenti volumine dec. 403.*

R. P. D. EMERIX.

Lucana Domus.

Lunæ 12. Februarii 1663.

ARGVMENTVM.

Sicut Conductori ita conueniente Locatore melioramenta vtiliter in fundo facta debent refici, ita & ab illo cauſam habenti, & donec ab ipſo Locatore fuerit ſatisfactus debet illi concedendi fundi meliorati retentio,

SVMMARIVM.

1 *Conductoris hæredi datur retentio, donec meliora-menta ab illius auctore bona fide, & vtiliter facta ſibi reſtituantur.*
2 *Maxime concurrente, & ſic volente locatore, & num. 2.*
3 *Nemo debet lucrari cum aliena iactura.*
4 *Receſſus à contractu præſupponit validitatem contractus eo modo quo priuatio ſupponit habitum.*

DECISIO XXV.

DISCVSSIS iterum fundamentis reſolutionum factarum in hac cauſa ſub diebus 28. Nouembris anni 1661. & 15. Maij anni præteriti Domini ſteterunt in ſecundo loco deciſis, quia certa, & incontrouertibilis
1 remanet concluſio, quod hæredi † cõductoris datur retentio donec impenſæ, & meliorationes abillius authore bona fide vtiliter factæ ſibi reſtituantur *iuxta text. in l. Paulus §. Domos ff. de pignor. & hypotec. & l. ſi in Area in fine ff. de condit. indebit. ex theoric. Bartol. in l. ſi non ſortem §. ſi centum num. 3. & 8. ff. eod. Communiter à DD. receptam*, & plurics ab hoc Sacro Tribunali Canonizatam.

Vnde cum in præſenti facti ſpecie ſit in cõ-
2 feſſo impenſas & melioratione † ita volente, & conueniente Eccleſia factas fuiſſe omnis æquitas, & ratio poſtulat, vt ante reintegra-
3 tionem reficiantur, nè alioquin Eccleſia, † quæ eſt cultrix iuſtitiæ cum damno, & iactura aliena locupletetur, vt prętet *Caſtr. & alios in ſecunda deciſ. allegatos firmat. Menoch. de recuperanda poſſeſſ. remed. 11. nu. 7. & ſeqq. & ſignanter n. 16. & in terminis in alia Piſana Domus reſpondit Rot. coram Litta. 7. Februarii* 1597.

Nec refert, quod in vim decreti appoſiti agentiæ obtenti per Hieronymum Maccionum in executione conceſſionis Emphiteoticæ factæ à Canonico Cittadella de anno 1617 Domus finita linea Hieronymi vna cum quibuſuis melioramentis pro tempore quomodolibet factis ad Canonicatum, & præbendam reuerti debebat quia nulla vis fieri poteſt in huiuſmodi beneplacito, quod caret effectu, quia contractus adimpleri non poterat propter contradictionem Capituli, ad quod dominium domus ſpectabat, ac proinde non eſt opus aggredi quæſtiones, An obtento beneplacito poſſint partes ante illius executionem recedere à contractu nec ne, quia receſ-
4 ſus † præſupponit validitatem contractus eo modo, quo priuatio ſupponit habitum, validitas autem contractus à Canonico Cittadella prętendi non poterat, quia ipſe de domo non ſua, ſed Capitulari diſpoſuerat.

Et ita altera tantum &c.

☞ *Deciſio iſta in hac cauſa facta ſub die 23. Novembris 1661. coram eodem bo. me. Emerix emanata eſt in precedenti part. 13. Recent. eſt deciſ. 360. Altera vero ſub die 15. Maii 1662. coram eodem erit infra in Miſcell. iuxta ſeriem temporis.*

R. P. D. TAIA.

Bononien. Pecuniaria.

Lunæ 19. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

In ſocietate pacta inita veniunt ſeruanda. Repetitio non datur, ab eo, qui ſuum recepit, & quid ſi non à vero debitore fuerit ſolutum. Repetitio an ceſſet, quoties quis ſoluit ſcienter, quod non debet Debita hodie vix ſoluuntur.

SVMMARIVM.

1 *In ſocietate quis ſolet admitti ob pretioſam eius operam.*
2 *Agenti condictione indebiti contra hæredes incumbit onus oſtendendi lucrum indebitum illi, à quo cauſam habent ipſi hæredes.*

3 *Repe-*

3 *Repetitio non datur ab eo qui ſuum recepit etiamſi ab alio, quam à vero debitore ſolutum ſit numer. 4.*

4 *Imo etiamſi lucrum indebite fuiſſet receptum numer. 5.*

6 *Repetitio ceſſat quotieſcumque ſciens ſe non debere, & nihilominus ſoluit.*

7 *Repetitio eſt per errorem dati, conſulto dati, donatio eſt.*

8 *Indebitum quod eſt principali, ita & ab eo cauſam habenti ſi recipiat.*

9 Alexand. conſ. 83. numer. 1. lib. 1. quid probet.

10 *Soluens indebitum, indebitum eſſe & ſe per errorem ſoluiſſe probare tenetur.*

11 *Homines vix vera debita preſenti ſæculo ſolunt.*

DECISIO XXVI.

STANDVM eſſe in Deciſis prima Aprilis 1661. hodie DD. reſponderunt Marſilio non competere repetitionem prętenſi lucri tanquam indebite participati Herculi.

Nam ex facto cum Bartolomęus, & Antonius filij & hæredes Alexandri egerint contra Marſilium cõdictione indebiti pro tertia parte lucri ab eo percepti in negocio Societatis Artis ſericę contra volũtatem Alexandri Teſtatoris, & in iudicio compromiſſario à ſtatuto inter agnatos mandato obtinuerunt contra illum reſtitui dictam tertiam partem lucri & nunc Marſilius; qui Herculi tanquam Inſtitutori, & Gubernatori Societatis medietatẽ d. lucri communicauit agat eadem condictione indebiti contra Franciſcum filium & hæredem Hercũlis, hoc maxime incuicans ad demonſtrandũ lucrum non potuiſſe participari, quod ſua induſtria tantum eſſet electa ab Alexandro ibi *Che la ſopraintendenza e participatione s'intenda, e ſia nella perſona propria del Sig. Marſilio &c.* & conſequenter, nec operam, nec lucrum fuiſſe in Societate communicabile.

DD. viſum eſt, *Saluo omni Iure inter Alexandrum Teſtatorem, & Marſilium exequutorem teſtamentarium*, hoc nil pertinere ad conuentionem factam inter ipſum Herculem Inſtitutorem Societatis, & Marſiliũ, & multo minus aliquid habere commune cum pacto inter prędictum Herculem & filios Alexandri, qui ita æſtimarſit pretioſam eius operam, † vt iuſtum iudi-
1 cauerint illum admittere in Societate optimis conditionibus §. *De illa Inſtitut. de Societat. Il Sig. Hercole eſſendo pratico & eſperto per ſua diligenza &c. e per recognitione della ſua perſona &c.* & ſine huiuſmodi lucri communicatione hæredes Alexandri multa alia lucra non tuliſſent, & quantum ad illorum intereſſe benè conſultum eſt cum Hercules conditionem ſuam fecerit meliorem participando dimidiũ lucri relicti per legatum Marſilio.

Nec obſtare viſum eſt quod deducebatur ex ſcriptura reuocationis Societatis Marſiliũ numquam ſe obligaſſe in negotio, ſed tantummodo bona hæreditatis Alexandri & vix ipſum conſenſiſſe, quod ex ſua tertia parte lucri dimidium comunicaretur Herculi ibi *Sotto l'obligatione riſpetto al Signor Marſilio le beni dell'heredità di detto Signor Aleſſandro ſolamente, e non altrimente &c.* & eſſo *Signor Marſilio conſente che della ſua terza parte di tutti l'vtili laſſatigli dal Sig. Aleſſandro come nel Teſtamento &c.*

Quia hæc ratio militaret ſi Hercules, nunc ageret contra Marſilium, qui ſe prætendit extra obligationem, ſed cum agat Marſilius cõ-
2 tra hæredes Herculis condictione indebiti † ad eumdem ſpectat oſtendere, quod Herculi eſſet indebitum lucrum, quod non ex eo probatur, ex quo ipſe non ſit obligatus nam Herculis intentio fundatur in conuentione renouatæ Societatis, & quicumque eidem pecuniam ſoluerint ſiue hæredes Alexandri, ſiue Marſilius, non tamen poterunt repetere ob-
3 ſtante eorum obligatione cum † repetitio nõ
4 detur ab eo qui ſuum recepit etiamſi † ab alio quam à vero debitore ſolutũ ſit *l. repetitio 44. ff. de cond. indebit.* Imò etiamſi lucrum indebite perceptum eſſet ſi, ſciens ſe non debere, &
5 6 nihilominus ſoluit ceſſat † repetitio *l. 1. ff. eod.*
7 Cuius enim per errorem dari † repetitio eſt eius cõſulto dari donatio eſt *Regul. 51. de regul. Iur.* cum ibi notatis.

Nec placuit aliud fundamentum petitum ex tota ſcriptura Societatis cum inſerto in ea teſtamento Alexandri qui ita diſpoſuerat, *Che ſi deue incaminare la mia negociatione dell'arte di ſeta, e la ſopraintendenza del negotio l'habbia il Sig. Marſilio, e che il detto Signor Marſilio partecipi nella detta negociatione d'vna terza parte di tutti gli vtili &c.* & infra, *e caſo che la buona preſente incaminatione del negocio, e Compagnia del detto Sig. Hercole, come ſopra l'vna e l'altra parte concordi ſeco di confermare la detta Compagnia &c.* quo ſecundo caſu continuationis Societatis cum Hercule cum tertia pars lucri non communicetur Marſilio & Hercules optime ſciret hũc ſecundum caſum habuiſſe effectum, vtique ipſe recepit à Marſilio, quod idem Marſilio
8 erat indebitum, † & conſequenter ſibi recipienti ad *Alexand. conſ. 83. ſub num. 1. lib. 1.*

Nam pluribus reſponſionibus tolli viſum eſt. Primo quia, & ſi in prima parte Teſtamẽti tertia pars lucri ſit expreſsè conceſſa Marſilio in caſu nouæ erectionis negotij, non tamẽ videtur ſublata in ſecunda parte caſu quo cõfirmaretur Societas cum Hercule, & dato etiam, quod fuiſſet adempta nihilominus non per errorem, & ignorantiam dicta tertia pars fuit participata Maſilio ab hæredibus Alexandri, & communicata ab eiſdem Herculi pro dimidio, cum fuerit relatum teſtamentum, & quando hæc aſſignatio lucri Marſilio non teneat titulo Legati, tenebit titulo Donationis ſecundò quia Hercules nullum ius habuit in prædicto dimidio ex teſtamento Alexandri, ſed ex contractu ex quo hæredes Alexandri aſſerunt ita teſtatum eſſe Patrem, & Hercules non conuenit cum Marſilio, qui ſolum conſenſit participari ſuam dimidiam partem lucri, ſed cum hæredibus Alexandri qui in ſimul

cum

eum Cassandra matre interpretati sunt etiam in secundò casu testamenti, & confirmationis Societatis cum Hercule deberi dictum lucrū Marsilio, quod dignum est credere, ne viderentur colludere inuicem Marsilius & Hæredes Alexandri ludificato Hercule.

9 Allegata verò auctoritas Alexandri † dicto loco nil aliud probat quam modum per quē posslit actor ostendere se soluisse indebitum ad Theoricam, *Bartoli ad l. cum de indebito, ff. de probat. num. 4.* vbi notat, quod ille qui soluit in-
10 debitum † debeat probare duo scilicet, indebitum esse, & se per errorem soluisse & exē. plum affert si solutum sit prætextu alicuius scripturæ puta testamenti in quo putabam tibi legatum fuisse prædium, & productum testamentum illud in quo legatum huiusmodi non reperitur.

Et sic concluditur non esse locum condi-
ctioni indebiti, iste enim titulus hodie recess.
10 sit ab aula, quia homines † vix vera debita soluunt, vt inquit Salicet & concludit *Alexand. dicto cons. 83. in fine.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Hispalen. Decimarum.

Veneris 16. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

Decimę ex terris proprijs ad excolendum traditis an percipi valeant, & quando ius illas percipiendi extinguatur. Decimæ prædiales à quo debeantur, & de quibus prædijs etiam soluantur. Ecclesia possidens prædia in aliena Parochia an teneatur ad decimas.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudini statur in dubio an decimæ debeantur Ecclesiæ, in cuius Parochia sita sunt prædia, an vero Ecclesiæ, in qua percipiuntur sacramenta & num. 15.*
2 *Ecclesia parochialis non habet iuris assistentiam in percipiendis decimis prædialibus.*
3 *Decimæ prædiales, & personales debentur Ecclesiæ, à qua percipiuntur Ecclesiæ Sacramenta.*
4 *Actio, & passio non datur in eodem subiecto.*
5 *Consuetudinis priuilegium vt valeat debet esse præscriptum.*
6 *Decimas ex terris proprijs non potest quis percipere etiamsi duplicem personam repræsentet.*
7 *Decimas percipiendi Ius extinguitur per dominium assecutum fundi ex quo decima debebatur. Amplia vt num. 8.*
9 *Confessione propria nulla maior est probatio.*
10 *Decimæ prædiales debentur à Domino ratione fundi.*
11 *Colonus partiarius tenetur ad decimas ratione culturæ.*
12 *Decimæ tam debentur à Domino fundi pro parte Dominica, quam à colono pro parte Colonica.*
13 *Ecclesia sacramentalis in mercede prouenitente ex labore, Ecclesia prædialis in fructibus fundi circa decimarum exactionem suam intentionem fundat & num. 14.*
16 *Decimæ prædiales soluuntur etiam de prædijs dotalibus parochia existentibus intra alterius parochiæ fines.*
17 *Ecclesia prædialis de iure communi quoad decimas prædiorum suæ parochiæ fundatā intentionem habet & num. 18.*
Adeoque non contendere cum parocho sacramentali, contra tertium debitorem decimarum numer. 19.
20 *Ecclesia possidens prædia in aliena parochia tenetur ad decimas.*

DECISIO XXVII.

IN decisis 13. Iunij 1661. hodie DD. fleterunt scilicet constare de re iudicata, nō obstātibus exceptionibus R. Monasterij quas singulas singularibus rationibus euerti à Reuerendiss. Capitulo visum est.

Informantes pro Monasterio iterum repetebant nō teneri ad decimas Capitulo de prędijs, ac bonis quæ possidet in alia parochia quia an Colonus soluat decimam Ecclesiæ in cuius parochia sita sunt Prædia an vero Ecclesiæ vbi audiuit diuina, & percipit Eccle-
1 siastica sacramenta statur † in hoc consuetudini *ad cap. cum sint 18. & cap. ad Apostolicæ 20. de decim. & vtrobiq; Abb. in principio Rot. corā Achill. decis. 308. & 311. sess. 3. & 7. de decimis ab initio, & coram Canal. decis. 107. num. 1. & decis. 124. nu. 11. & 14. vers. 3. tollitur part. 5. cum alijs apud Barbos. de offic. & potest Paroch. cap. 28. §. 2. num. 33. & 34. & de Iur. Eccles. vniuers. cap. 26. §. 2. num. 33. & 34. lib. 3.* præsertum, quod in huiusmodi
2 decimis Ecclesia † parochialis prædialis non habet veram Iuris-assistentiam *Rot. coram Achill. decis. 311. sess. 6. de decimis Posth. de manut. Obseruat. 45. sub num. 43. Rot. post ipsum decis. 107. num. 5.* Monasterium vero, & Monachos non
3 solum † decimas prædiales, sed etiam personales soluere suæ Ecclesiæ, à qua percipiunt Ecclesiastica sacramenta secundum doctrinam, *Innoc. ad cap. 2. de decim. num. 2. Abb. num. 4. in fine Butr. num. 2. vers. vnde concludit* nihil obstante quod non possit quis soluere sibi ipsi, & quod
4 † non detur actio, & passio in eodem subiecto cum huic propositioni repugnet *Rot. dec. 23. num. 2. part. 2. diuers. & in Palentina decimarum 14. May 1655. §. nec tunc vrget coram R. P. D. Zarate.*

His tamen, & alijs non refragantibus visum est Dominis hāc exceptionem non fuisse probatam, & multo minus casui præsenti applicabilem.

Et quidem non probatur, quia Testes Monasterij non dicunt Monasterium vti parochū sacramentalem percepisse decimas ex bonis, quæ colit extra suam parochiam, sed solum testificantur illud nō soluisse decimas de prædijs, quæ proprijs sumptibus coluit extra suam parochiam, quod potius demonstrat esse exēptum à decimis, quam quod habeat priuilegium, seu consuetudinem eas percipiendi cum
5 tamen † consuetudo debeat esse præscripta.

gloss.

gloss. diuersi in fine, & gloss. ad consuetud. cap. cum sint.

Nec etiam applicabilē ex verbis enim text. cum sint homines in parochia vnius Ecclesiæ qui terras in aliena Parochia excolunt. Colligitur casum esse omnino diuersum à nostro in quo monasterium nō excolit in aliena parochia, sed tamen vult exigere a seipso nihil ad rem faciente, quod possint duplicem per-
6 sonam repræsentare tum quia adhuc † non posset percipere decimas ex terris proprijs, *vt in dicta decis. 23. sub num. 2. Rot. in Calagurritana decimarum de Ocon 1. Iulij 1644. sub §. ponderandum coram Reuerendiss. Domino Cerro Decano & in decis. confirmata sub §. Dominis placuit, & in Nazarena seu Montis viridis Beneficij 24. Aprilis 1651. sub §. nec quidquam releuat corā Dunozetto & Cenc de cens. quæst. 114. sub num. 4.* ibi, quia assequen-
7 do mediante emptione † dominium fundi, ex quo decima debebatur extinctum fuerat ius, quod ante dictam emptionem habebat consequendi decimas ex eo, Tum etiam quia mo-
8 nasterium vti Congregatio non percipit † Sacramenta à se ipso vti parocho, sed singuli Monachi à suis superioribus vti Capitibus Religionis exemptis.

Et non concurrere dd. tres personas in præsenti casu, vti cōcurrebant in dicto cap. cum sint obtenuatū est ab aliquibus scilicet debitoris decimarum Parochi Sacramentorum, & Parochi prędiorum, quia Monasterium semper opposuit se nulli decimas soluisse ab immemorabili vigore exēptionis comperto postea exemptionem nec quadragenariā eidem suffragari confugit ad consuetudinem decennalem, quæ pariter non suffragatur cum solutio quæ supponitur facta à monasterio sibi ipsi excludatur apertè ex contraria illius confessione, quod decimas numquam persoluit, nec sibi, nec alijs prætendendo exemptionem,
9 & cōfessione † propria nulla maior probatio, *l. 4. C. de transact. l. 1. ff. de confess. Rot. corā Ludouis. decis. 143. in fine.*

Sed admissa etiam reptæsentatione personarum iuxta doctrinam *Innoc. Abb. Butr. ad d. cap. 2. de decim. & Rot. in dicta Palentina* vnus ex Dominis ponderauit *Text. in dicto Cap. cum sint*
10 non agere de decimis † prædialibus quæ debeantur à Domino ratione fundi, sed de illis
11 quæ debentur à Colono partiario † ratione culturæ ad litteram textualem *& Anchar num. 3. & 4. Io. And. num. 4. Abb. dicto num. 4.* cum enim
12 non solum à Domino fundi pro parte † Dominica, sed à Colono pro parte Colonica decimæ debeantur *cap. fua 26. de decim.* & sæpè contingeret Colonos alibi terras colere, & alibi Sacramenta percipere hinc respectu hujus petitionis Colonicæ solummodo ortam dicebant antiquitus quæstionem cui Ecclesiæ decima deberetur sacramentali, an prędia-
13 li, quarum † prior in mercede proueniente
14 ex labore, posterior † vero in fructibus fundi suam intentionem fundarent, hoc autem nihil commune habet ad portionem dominicam, cuius respectu sicut Ecclesia Sacramentalis nullam prætensionem habere potest, ita de illis d. text. non agit non obstan. dd. decisionibus *Achill. 308. & 311.* Imò fauentibus eis loquantur de decima, quæ debetur ratione
15 culturæ & in ea † spectandam consuetudinem, & de hac tantum rata loqui decisio non dominica, & in omnem casum posse ac debere congruè recipere hanc interprætationem.

Cæterum informantes pro Capitulo Iterū inculcabant, quod iam dictum fuit in decisione confirmata in §. atque ita receptiorem esse Dominis sententiam, quod solui debeant
16 decimæ prædiales † etiam de prædijs dotalibus Parochæ existentibus intra alterius Parochiæ limites *Couar. variar. resolut. 18. num. 8. vers. 2. licet lib. 1. Monet. de decim. cap. 5. d num. 6. Azor. Instit. moral. cap. 24. quæst. 5. num. 7. tom. 3. Barbos. ad d. cap. 2. num. 4. & de offic. Parochi cap. 28. sub eodem num. 9. & Iure Eccles. vniuers. cap. 26. eodem §. 3. sub eod. numer. 9. & voto decisiuo 41. numer. 8.* quicquid in contrarium scripserint *cap. 2. de decim. S. Thom. & alij DD. allegat. in decisione confirmata dicto §. atque Ita.*

17 Cum ergo Ecclesia prædialis † fundet intentionem suam de Iure Cōmuni quoad decimas prædiorum tuæ Parochiæ inquit, *Zabarell. cons. 88. sub num. 4. ad text. ibi allegatos cum alijs apud Barbos. ad d. cap. cum contingat de decim. num. 7. & offic. Paroch. d. cap. 28. §. 2. num. 8. & Iure*
18 *Eccles. vniuers. d. cap. 26. eod. §. eod. num. 8.* vbi † de assistentia Iuris proinde resultat *cap. vti Parochum prædialem* non versari in casu *d. cap. cum sint & cap. ad apostolicæ*, adeoque non
19 contendere cum Parocho † Sacramentali cōtra tertium debitorem decimarum, sed in casu *d. cap. cum contingat* quod Ecclesia possidens
20 † prædia in aliena parochia tenetur ad decimas secundum receptiorem sententiam vt supra.

Et ita vtraque &c.

Decisio in hac eadem causa confirmata emanata sub die 13. 1661. coram eodem R. P. D. Taia impressa est supra in præcedenti Part. 13. Recent. decisio 201.

R. P. D. BEVILAQVA.

Calaritana Capellæ.

Lunæ 15. Iunii 1664.

ARGVMENTVM.

Creditor, si in Rota obtinuerit Sententiam fauorabilem, & fuerint relaxata mandata ad soluendum, & pars, vt defatigaret creditorem adiuit Iudices Laicos apud quos instetit pro reuocatione mandatorum, prout in effectu obtinuit Qualiter hoc casu creditor se gerere debet pro executione suorum mandatorum, iam in Rota relaxatorum.

SVMMARIVM.

1 *Rota antes quam deueniat ad executionem sententiarum, & mandatorum, qualiter procedat.*

2 *Et ita seruat non solum in prophanis, sed etiam in beneficialibus ad effectum, vt debitor citius soluat.*

3 *Contra hæredem, quando possit procedi contra personam, & bona.*

4 *Hæres tenetur conficere inuentarium, & reddere rationem.*

5 *Hæres in contumacia potest condemnari in personã, & bona propria.*

6 *Manutentio, quando non possit denegari in bonis subhastatis, & deliberatis.*

7 *De Possessione ex ipsa deliberatione bonorum, non potest denegari manutentio.*

DECISIO XXVIII.

SALVATORI, & alijs de Gasolis fuit primo loco concessa Manutentio in possessione controuersiæ Cappellæ, & postea per Sententiam diffinitiuam, alterius de partibus reuocatoriam, declaratum Iuspatronatus ad ipsos spectare, & in vim illius, ob non interpositam appellationem in iudicatum transactæ, fuerunt concessæ executoriales, & demũ tàm pro refectione expensarum, damnorum, & interesse per Saluatorem passorum occasione recursuum ad Iudices Laicos per Sattã, quàm pro reuocatione attentatorum fuerũt relaxata mandata executiuè; Verùm, quia, impedita vsque adhuc illorum executione, Gasoli non potuerunt debitam satisfactionẽ consequi, nec bona, eis indebitè, & attentatè vigore sententiæ Iudicis de partibus subhastata, recuperare; Ideò citatis personaliter Sattæ hæredibus, & bonorum deliberatariis, petebant noua mandata, vel illorum duplicata, nempè executiuum contrà bona hæreditaria Sattæ, vna cum exequatur contra hæredes, nec non de manutenendo aduersus dictos deliberatarios, & Domini concedenda esse, responderunt.

Nàm, constito iàm de validitate, & iustitia sententiæ super pertinentia Iurispatronatus, ac mandatorum ex quinque Decisionibus coram bon. mem. Bichio emanatis; Prima, videlicet sub die prima Iulii 1644. in articulo Manutentionis; Altera sub die 19. Februarii 1646. super pertinentia Iurispatronatus; Tertia 14. Decembris 1648. condemnante Sattam ad refectionem expensarum, damnorum, & interesse, non attenta exceptione compensationis melioramentorum, per eumdem deducta; Quarta sub die 25. Iunii 1649. occasione recursuũ ad Iudices Laicos; & vltima sub die 28. Aprilis 1651. pro reuocatione, & purgatione attentatorum, commissorum ob nouum iudicium, in partibus motum, spreta pendentia litis in Rota,
1 & ex illarum lectura pateat omnia † fuisse abundè discussa, & comprobata Iustitia sententiæ, & mandatorum relaxatorum: Rota de stilo post lapsum decennii, gustato iterum de illa: mandata debitæ executioni demandat, præuia etiam concessione duplicati, vt dixit in *decis. 222. num. 5. post Zacch. de obligat. camer. & in Ianuen. Separationis Thori 4. Aprilis* 1660. *coram me*, loco executorialium, non solum in prophanis, sed etiã in beneficialibus,
2 ad effectum compellendi † debitorem condemnatum, vt illico satisfaciat. *Cassado decis. 6. num. 11. de caus. possess. & propriet. Rota decis. 2. sub num. 53. de rescript. in nouis fan. mem. Gregor. XV. decis. 45. num. 15. & post Modern. Perusin. de Manuten. decis. 31. nume. 3. cum sequ. decis. 471. nume. 1. cum aliis per eumdem adductis in obser. 103. num. 8.*

In quibus quidem mandatis iustè etiam
3 visum fuit, apponendum esse † exequatur contrà personas, & bona propria hæredum Sattæ, nàm cum fuerint citati, nec vnquàm comparuerint docendo de Inuentario bonorum hæreditariorum, & reddendo de illis rationem, ad quam † omninò tenentur. *Speculat. de Instrument. edit. §. vltimo, vbi Bald. in fine. Gratian. discept. forens. cap. 981. numer. 27.*
5 *& 28.* vtique ob hanc contumaciam † in proprijs personis, & bonis conueniri possunt, iuxtà doctrinam *Baldi, in l. finali, §. & si præfatam, num. 3. C. de iur. deliber. Phanuc. de Inuent. part. 5. num. 130. Rota coram bon. mem. Merlino, decis. 721. num. 1. & 2. & in recent. decis. 39. numer. 1. cum sequ. part. 6. & in Beneuentana Dotis, 25. Iunii 1666. §. pront iustitia, coram me.*

6 Sicuti etiam visum fuit, non posse denegari mandatum de Manutenẽdo in bonis subhastatis, & deliberatis, vigore mandati Iudicis de partibus, pro pretio Cappellæ, ac prætensis melioramentis relaxati, postquam fuerat Causa in Rota introducta, & emanauerint supradictæ resolutiones, pro reuocatione attentatorum, ex hoc capite commissorum,
7 dùm de † possessione constat ex ipsa deliberatione, illam in necessariam consequentiam præsupponente, *l. decem 136. ff. de verb. obligat. Rota decis. 456. num. 4. par. 2. recent.* & possessores non habuerunt se pro spoliatis. *Seraphin. decis. 1176. num. 6. Coccin. decis. 380. num. 3. & in Aquilana Beneficii, 21. Mait 1660. coram me, §. finali, & in aliis relatis per Modern. Perusin. de Manuten. obseruat. 10. à num. 82.*

Et ità per Contradictas, &c.

Decisiones istæ tres in hac eadem Causa emanatæ coram bon. mem. Bichio, habentur inter eius per se, in totum impressa.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Vincæ.

Lunæ 19. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

Quæ sint requisita adhoc, vt possit agi in Saluiano. Immissio in possessionem, quando concedatur. Depositum legitimè factum an probet solutionem. Intentio partium in trãsactione, qualis fuerit, ex quo deducatur.

SVMMARIVM.

1 *Creditum, & hypotheca sunt requisita ad agendum in Saluiano.*

2 Cre-

2 *Credito stante, & hypotheca conceditur immissio in possessionem fundi de tempore obligationis possessi.*

3 *Creditori posteriori regulariter, non competit Saluianum aduersus anteriorem possidentem.*

4 *Immissio ex Saluiano posteriori creditori conceditur recusante anteriore recipere pecunias sibi debitas, auctore Prætore, in publico monte depositas.*

5 *Depositum legitimè factum, probat solutionem.*

6 *Transactio priora partium iura tollit, præcedentem titulum nouat, & extinguit.*

7 *Instrumentum habens relationem, ad transactionem attendi debet.*

8 *Clausula, sine præiudicio iurium, intelligitur semper de alio, quam de resultante ex ipso actu.*

9 *In transactione qualis fuerit partium intentio, ex quo deducatur.*

DECISIO XXIX.

PRAEMISSA narratiua, quod Octauianus, & Cæsar ille nomine proprio, hic tàm proprio nomine, quàm procuratorio Alexandri Zarotti patris, duos Census imposuerat anno 1640. & sequenti super Vinea de qua agitur, ad fauorem DD. Diffendini, & Bonifacti, quibus accesserat, vti principalis principaliter, & insolidum Clara Vxor Alexandri, quæ deinde prætendens ob vergentiã Viri ad inopiam, factum esse locum assecurationi suæ Dotis, citatis Mariti creditoribus, & in specie præfato Defendino, & Bonifacio immissionem super Vinea censita obtinuerat. Quodque succesſiuè cum prætati Censuum, Domini docuissent scuta 330. primi census, & scuta 263. alterius venditoribus Vineæ, fuisse soluta cum cessione iurium ad eorum fauorem, contra Claram egerant, & obtento pro scutis 170. fructuum decursorum mandato, illa receperant ab eadem Clara, quæ deinde pro alijs postea decursis molestabatur.

Deuentum fuit anno 1651. inter eandem Claram, & Octauianum ex vna, & creditores Censuum ex alia, ad trãsactionem, in qua se obligauit Octauianus sui iuris effectus pro rata dd. Censuum, vsque ad summam scut. 407. & Clara iterum cum solemnitatibus necessarijs, suam obligationẽ ratificauit pro dd. ratis solutis venditoribus Vineæ, & pro fructibus decursis, & decurrẽdis Summario primæ positionis Zarottæ, *num.* 2. pro quorum solutione ijsdem deinde tradidit. Vineam retinendam, donec essent de fructibus decursis, & decurrendis satisfacti. Cæterum insurrexit deinde Felix Maria filia Claræ, & eius creditrix pro Dote, ab ipsa sibi cum Alexandro patre promissa, & citatis dd. Creditoribus Cẽsuum, factoque depositio scut. 593. & fructuũ decursorum immissionem obtinuit, & actualẽ possessionem adepta est inter quam, & Creditores super manutentione proposito dubio 27. Iunij proximi præteriti DD. voluerunt videre de bono iure, de quo ad fauorem Felicis Mariæ hodie constare consuerunt.

Illud enim deducitur ex Instrumento promissionis Dotis sibi facta anno 1644. in quo
1 continetur † creditum cum hypotheca, sub obligatione Camerali inclusa. *Zacch. de obligat. Camer. quæst. 31. num. 8. Rota post ipsum, decis. 273. num. 4. coram Seraphin. decis. 935. numer. 1. & in Romana Saluiani 29. Nouembr. 1655. coram bon. mem. Dunozetto, §. creditum.* Cuius
2 virtute † potuit eidem in Saluiano concedi immissio super Vinea de tempore obligationis per Claram possessa, & deinde Bonifacio, & Defendino assignata. *Angel. Aretin. in §. itẽ Seruiana, num. 15. institut. de act. Alexander cons. 185. num. 4. lib. 6. Menoch. de adipiscend. remed. 3. num. 161. & seqq. Rota decis. 129. post Merlin. de pignor. num. 1. Romana Saluiani 25. Iunij 1657. coram Reuerendiss. Papien. & in Papien. Census 3. Iulij proximi præterlti, coram Rep. P. D. meo Nimot, §. finali.*

Nec resistit, quod Bonifacius, & Defendinus possiderent Vineam, ex credito anteriori,
3 & regulariter creditori †posteriori non competat Saluianum aduersus anteriorem possidentem. *Crot. cons. 45. num. 2. & seqq. lib. 2. Rota decis. 141. num. 8. post Merlin. de pignor* quia cum ijsdem iudicialiter oblata fuerit sors principalis Censuum, pro quantitate scu. 593. cum fructibus decursis, ipsisque recusantibus illa recipere auctore Prætore, depositia fuerit in
4 Sacro Monte Pietatis, certè † concedi potuit immissio posteriori. *Pacific. de Saluian. inspect. 13. num. 438. & inspect. 5. cap. 11. num. 38. & seqq. Rota decis. 79. num. 5. coram Eminentiss. Cardinali Otthobono, & decisum fuit in Romana Societatis Officii 26. Iunii 1654. coram Reuerendiss. Papien. §. finali, vers. nisi tamen offeratur,* quia tale depositũ † legitime factũ habet vim solutionis. *Surd. cons. 331. numer. 39. & seqq. Marescott. resolut. 70. num. 9. lib. 2. Gratian. discept. 786. nu. 2. Rota post Cene. de cens. decis. 291. num. 1. & 2. post Merlin. de pignor. decis. 70. nu. 4. & seqq. coram Eminentiss. D. Cardinali Otthobono decis. 249. num. 3. & 4. & in Romana Saluiani 4. Martii 1644. coram R. P. D. meo Verospio, in fine.*

Quod autem depositum non fuerit integrum, non releuat, quia licet originale creditum esset scut. 1000. obtinuit tamen Clara anno 1645. sententiam immissionis super Vinea, de qua agitur, pro assecuratione medietatis suæ Dotis, citatis dd. Creditoribus, non obstante tali eius obligatione, quæ sententia pro concurrenti quantitate scut. 593. tantum reuocata fuit. Vndè in hac summa ipsa remanebat debitrix, etiamsi in prætata transactione anni 1651. obligationem suam ratificauerit, quia ratificatio restricta apparet ad prætatam quantitatem scut. 593. pro residuo autem nempè scutor. 407. se obligauit Octa-
6 uianus. Transactio † vero priora partium iura extinguit præcedentem titulum nouat, & perimit. *Monach. decis. Bononien. 40. punct. 7. num. 70. & seqq. Rota decis. 241. nu. 8. coram Mantic. decis. 414. in princ. par. 2. coram Merlin. decis. 17. num. 12. coram Reuerendiss. Tarraconen. decis. 251. nu. 2. & in Romana Manutentionis 27. Martii 1658 coram me, § quorum neutrum.*

Qua ratione parum releuat, quod in Instrumento

ſtrumento aſſignationis Vineæ anno 1612. facta fuerit mentio vtriuſque Cenſus in ſumma ſcut. 1000. abſque vlla taxatiua. Verba enim diſcretiuè ſunt intelligenda, & reſtrictiuè ad ratam vtriuſq; Cenſus, reſpectu Claræ in ſcutis 330. & pro ſecundo in ſcut. 263. & ſine difficultate, dum in eodem Inſtrumẽto expreſſa habetur relatio ad præcedens trã-
7 ſactionis, quod † proinde attendi debet, *Laſſe toto, 77. ff. de hæred. inſtitu. Dec. conſ. 63. nu. 6. & per tot. Bero conſ. 171. num. 35. lib. 2. Rota in recent. deciſ. 105. num. 6. par. 8. Romana Apothecarii 8. Iunij 1654. & 25. Iunii 1655. coram bon. mem. Bichio, & 7. Februarii 1656. coram Reu. P. D. meo Beuilaqua*, etiamſi aliter in referente fuiſſet expoſitum. *Seſſ. deciſ. Aragon. 125. num. 41. Rota in Romana Fideicommiſſi 23. Ianuarii 1649. S. minus obſtare, coram bon. mem. Arguelles, & in Romana Dotis 22. Iunii 1661. coram R. P. D. meo Vereſpio, §. dum enim.*

Nec aliqua vis fieri poteſt in eo, quod creditores in Inſtrumento tranſactionis ſibi iura vigore impoſitionis Cenſus competentia reſeruauerint quandoquidem, nec reſeruatio manifeſtam repugnantiam contineat diſcretiue intelligi debet contra Claram pro ſcutis 593. cum clauſula, *ſine præiudicio Iurium*, in-
8 telligatur ſemper † de alio, quam de reſultãte ex ipſo actu. *Gabriel. conſ. 151. nu. 29. & ſeqq. lib. 1. Gratian. diſcept. 867. num. 19.* cum cæteris adductis per *Barboſ. clauſ. 157. numer. 5. & ſeqq. Rota coram Seraphin. deciſ. 1445. num. 4. & in Bononien. Domus 27. Nouembris 1658. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano*, §. 1. *in fine*, quod comprobatur tum ex eo, quod pro reſiduo ſcu. 407. ſe obligauit Octauianus, tum ex obſeruantia ſubſecuta, cum prp dicta rata ſcut. 593. tantum clara fructus ſoluerit, fuerintq; à Difendino recepti, & fructus ſcut. 407. ab Octauiano ſoluti fuerunt, vt in calce reſponſionis Felicis Mariæ. Vndè bene deducitur,
9 qualis fuerit † partium intentio in tranſactione. *Surd. conſ. 94. num. 37. Gratian. diſcept. 842. num. 13. in terminis Rota deciſ. 651. num. 4. verſ. inſuper accedebat, coram Canal. & in Bononien. Primogenitura 14. Februarii 1656. coram bon. mem. Bichio, §. finali.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. VICECOMITE,

Poſtea S. R. E. Cardinali.

Romana Fideicommiſſi de Donis.

Lunæ 19. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio concepta per verbum: *quandocumque*, tractum temporis præſefert. Subſtitutio compendioſa quando ſibi locum vindicet. Qualitatis extenſio quando admittatur. Concurrente rationis, & perſonarum diſparitate. Maſculinitatis repetitio quando ſit admittẽda. Subſtitutio quando dicatur purificata ad poſterioris ſubſtituti fauorem. In vltimis voluntatibus non verborum rigori, ſed mẽti Teſtatoris eſt inhærendum, & quando eiuſdem voluntas præſumitur, verba non conſiderantur.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentium appellatione fœmina, quoque includuntur.*

2 *Filii in conditione poſiti, cenſentur vocati, ex diſpoſitione* Statuti Vrbis cap. 142. lib. 1.

3 *Verba*: ne' quali voglio, che vada detta heredità, *vti in ven concepta inducant perpetuum reale, & reciprocum fideicommiſſum, adeant vnus ex deſcendentibus cenſeatur gratuatus reſtituere alteri bona fideicommiſſaria.*

Alias Teſtatoris voluntas expleri non poſſet, nu. 4.

5 *Subſtitutio concepta per verbum*, Quandocunque, *tractum temporis præſcfert.*

6 *Verbum* peruenjat, *eſt verbum commune.*

7 *Subſtitutio compendioſa ſibi locum vindicat quando teſtator vſus fuit verbis communibus.*

8 *Mater per compendioſam, vti deſcendens vocata cenſetur gratuata reſtituere filio per fideicommiſſum.*

9 *Qualitatis extenſio admittitur quando ſermo eſt de vna, eademque perſona.*

10 *Teſtator exprimens qualitatem in filiis vnius heredis, ſi voluiſſet eam concurrere in filiis alterius, illam expreſſiſſet.*

11 *Maſculinitatis repetitio non eſt admittenda concurrente perſonarum, & rationis diſparitate.*

12 *Qualitatis repetitio in vno herede, & non in alio facta, cenſetur conſulto omiſſa.*

13 *Teſtatoris diſpoſitio eſt ſtrictè interpretanda ad excludendam qualitatis maſculinæ repetitionem.*

Maximè dum teſtator non reſpexit agnationis conſeruationem, num. 14.

15 *Hæres extraneus, & collateralis, non excludit à portione Aui nepotem, & ſi ſecus eſſet, repugnaret hoc menti Teſtatoris.*

16 *Verba*, nel medeſimo modo, che à' figli di Mario, *quid importent.*

17 *Subſtitutio dicitur purificata ad poſterioris fauorem primo loco inſtituto decedente.*

18 *Vocatio intelligi debet ordine ſucceſſiuo quãdo agitur de perſonis, in quibus cadit ordo neceſſitatis.*

19 *Herede prædecedente ante purificatam conditionem caducata remanet ſubſtitutio ad fauorem aliorum vocatorum.*

Sed declara, vt num. 20.

21 *Subſtitutio compendioſa continet ſub ſe fideicommiſſariam, & vulgarem.*

22 *Subſtitutus ſecundo loco, ſubintrat in locum gradus caducati, ac ſi immediatè fuiſſet ſubſtitutus, ſi primus vocatus, vel nolit, vel non poſſit ob eius prædeceſſum hæreditatem adire.*

23 *Verba indefinita in ſubſtitutionibus etiamſi deficiat verbum*, quandocumque, *præferunt tractum temporis, & inducunt compendioſam.*

Amplia, vt num. 24.

25 *Vocatio quando eſt concepta verbis nimis, amplis non debet reſtringi, dum nulla ratio in contrarium conſiderari poteſt.*

26 *In vltimis voluntatibus mens diſponentis eſt inſpicienda, non verò inhærendum verborum rigori.*

27 Teſta-

27 *Teſtatoris voluntas quando, præſumitur verba nullius ſunt momenti.*

DECISIO XXX.

PRAETENDENTE D. Mutio Materio purificatum remanſiſſe ad ipſius fauorẽ fideicommiſſum inſtitutum per Alexãdrum Donum ſub hoc verborum contextu; *Nel reſto di tutta la mia heredità, inſtituiſco miei heredi vniuerſali Mario Doni mio fratello, e ſuoi figlinoli maſchi, legitimi, e naturali, per la metà, e per l'altra metà, Ottauio mio figliolo, & in cuento, che detto Ottauio mio figliolo moriſſe quandocunque ſenza figlioli legitimi, e naturali, ò deſcendenti da lui, ne' quali voglio, che vada detta heredità, e ſua portione, dopo la ſua morte, nel medeſimo modo, che à' figlioli di Mario, in tal caſo di morte, ſenza figlioli ſudetti di detto Ottauio, ſoſtituiſco in detta ſua portione detto Mario, e ſuoi figlioli legitimi, e naturali; e ſimilmente morendo detto Mario mio fratello, e ſuoi figlioli legitimi, e naturali, nati, ò che naſceſſero, ſenza hauer loro figlioli, e deſcendenti legitimi, e naturali, ſoſtituiſco, tanto in detto Prelegato, quanto nella portione della mia robba laſciatagli, come di ſopra, à detto Mario, e ſuoi figlioli, e deſcendenti, detto Ottauio mio figliolo, & hauendo lui in tal caſo figlioli legitimi, e naturali, quelli, e loro deſcendenti debbiano ſuccedere in tutta detta portione, e beni di detto Mario, e ſuoi figlioli, ſoſtituendo nelli caſi predetti ad inuicẽ l'vn l'altro, acciò le mie facoltà reſtino in loro, e loro figlioli*; Affirmatiuam Sententiam DD. amplexi fuerunt tàm reſpectu portionis obuentæ Octauio, quàm alterius deuolutæ ad Marium.

Nàm reſpectu portionis Octauij cùm Teſtator diſpoſuerit, quod eo obeunte quandocunque abſque filijs, & deſcendentibus, quorum † appellatione quoque fœminæ includuntur. *Alexand. conſ. 160. num. 2. verſ. ſed his nõ obſtantibus, lib. 2. Dec. conſ. 413. nu. 11. Pariſ. conſ. 72. num. 6. lib. 7. Surd. conſ. 316. num. 1. Giouagn. conſ. 11. num. 11. lib. 2.* Ad eius portionem admitti deberet Marius frater, eiuſque filij, ex 2 eo quod deſcendentes † prædicti poſiti fuerũt ſub conditione, reſultat virtute *Statuti Vrbis, cap. 142. lib. 1.* omnium deſcendentium vocatio, inter quos ſe eſſe comprehenſum oſtendit Domin. Mutius, qui ortum traxit à Martia Octauij filia. *Gabr. conſ. 115. num. 11. lib. 1. Rota deciſ. 316. nu. 2. & 3. par. 1. recen. deciſ. 332. num. 2. & deciſ. 403. nu. 10. par. 2. deciſ. 248. nu. 1. & 2. part. 7. coram Eminentiſſ. Oſthobono, deciſ. 1. num 21. & in Romana Fideicommiſſi de Coronis 28 Ianuarij 1647. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, §. tertio prædicto.*

Præter hanc ſtatuti vocationem, concurrit quoque altera Teſtatoris expreſſa, ex eo quod apertis verbis iuſſit, eius hæreditatem peruenire ad deſcendentes, ibi, *ne' quali voglio, che vada detta heredità*, talia † quippe verba vti in 3 rem concepta, inducere valent perpetuum, reale, & reciprocum fideicommiſſum, adeoùt vnus ex deſcendentibus cenſeatur grauatus reſtituere alteri bona [illegible] commiſſaria, *l. fideicommiſſa, §. hac verba, ff. de leg. 3. Cephal. conſ. 478. num. 45. & ſeqq. Pariſ. conſ. 93. num. 24. & plur. ſeqq. vol. 2. Rota in recent. deciſ. 125. nu. 4. par. 1. & deciſ. 216. num. 19. & 16. part. 5. coram Buratt. deciſ. 897. num. 7. & in Interamnen. Bonorum, 15. Maij 1656. §. quod certius procedit, coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*; aliàs enim Teſtatoris † voluntas expleri minimè poſſet. 4 *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 688. num. 18. cum pluribus ſeqq. Rota deciſ. 579. num. 9. par. 1. & deciſ. 209. nu. 22. par. 4. recent.*

Et deſcendentes non dicuntur vocati ſimpliciter per vulgarem, ſed etiam per compẽdioſam continentem, tàm fideicommiſſariã, 3 quàm vulgarem. Tùm quia † ſubſtitutio concepta fuit per verbum quandocunque de ſui natura tractum temporis præferens. *Surd. deciſ. 37. nu. 8. Rota deciſ. 579. nu. 7. par. 4. tom. 3. recent. & deciſ. 125. num. 3. & 4. par. 5. & deciſ. 656. num. 2. part. 4. deciſ. 579. num. 7. & 8. cum ſeq. eadem part. 4. tom. 3.* Tum etiam quia 6 Teſtator vſus fuit † verbis communibus prout eſt verbum peueniat ad *Text. expreſſum in l. fideicommiſſa, §. hæc verba, vbi Bartol. & alij de-* 7 *leg. 3.* ideoque locum † ſibi vendicat compẽdioſa. *Alexand. in l. precibus, Cod. de impub. & aliis ſubſtit., num. 47. Surd. conſ. 232. numer. 15. Rum. conſ. 171. nu. 8. lib. 2. Rota deciſ. 245. nu. 2.* 8 *par. 4. tom. 2. recent.* & propterea † Martia filia Octauij cenſetur grauata reſtituere Domino Mutio eius filio per fideicommiſſum. *Rota deciſ. 579. num. 7. cum ſeqq. part. 4. tom. 3. recent. & in Romana Fideicommiſſi de Druſolinis 12. Iunii 1654. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in dicta Interamnen. Bonorum, coram eodem, §. licet enim.*

Nec vrget, quod cùm Teſtator voluerit in filijs Marij concurrere qualitatem maſculinam, eam quoque deſiderauerit in filijs Octauij, ibi, *Inſtituiſco Mario Doni mio fratello, e ſuoi figlioli maſchi, & in cuento, che detto Ottauio mio figliolo moriſſe quandocunque ſenza figlioli legitimi, e naturali, ò deſcendenti da lui, ne' quali voglio, che vada detta heredità, e ſua portione, nel medeſimo modo, che à' figli di Mario,* & conſequenter cum de tempore obitus Octauij Dominus Mutius adhùc non eſſet in lucem proditus, ſed exiſteret dumtaxàt Domina Martia illius Mater, quæ tanquam inhabilis ad ſucceſſionem ob defectum maſculinæ qualitatis à Teſtatore requiſitæ, ad hæreditatem aſpirare nequiuerit, ea deuoluta fuerit ad Nicolaum filium Marij tunc ſuperuiuentem.

Nàm ex pluribus cenſuere DD. hanc qualitatem adiectam reſpectu filiorum Marij, nullatenus in propoſito caſu cenſeri repetitã reſpectu deſcendentium Octauij.

Primò, quia non verſamur circa liberos vnius, eiuſdemque perſonæ, quo caſu facilius 9 admitteretur † qualitatis extenſio, ſiue repetitio, ſed circa filios fratris, ac filios proprij filij: Vndè ſi in principio Teſtamenti Teſtator inſtituit Marium, eiuſque filios maſculos, hæc qualitas extendi minimè debet ad filios Octauij, quos poſtea nominauit, quia ſi- 10 cuti expreſſit † dictam qualitatẽ in filijs Marij, ità ſi voluiſſet eam concurrere in filijs Octauij,

Octauii, illam pariter expreſſiſſet. *Ruin. conſ. 124. col. final. & conſ. 168. num. 13. volu. 3. Alexand. conſ. 49. volu. 4. Curt. conſ. 64. col. 10. Dec. conſ. 599. num. 4.*

Nàm maior affectio cadebat erga Octauiũ eiuſque Deſcendentes, quam Matium fratrẽ, & propterea reſpectu iſtius voluit ſubſtituere filios maſculos dumtaxat, vt quam citiùs ob defectum lineæ maſculinæ bona peruenire poſſent ad Octauium, eiuſque deſcendentes; inter quos voluit fœminas quoque comprehendi, ne ipſæ excluderentur ab hæreditate per filios Marii, & ſic concurrente tàm
31 perſonarum, quàm † rationis diſparitate, repetitio maſculinitatis, nullo modo eſt admittenda. *Bartol. in l. in repetendis, de leg. 3. Bero conſ. 120. num. 73. lib. 2. Coccin. deciſ. 294. num. 4. & 5. Eminentiſſ. Otthob. deciſ. 265. nu. 17. in recent. deciſ. 171. num. 23. & 24. par. 5. Giouegnon. conſ. 93. num. 3. & 31. volu. 1. Cyriac. contro. 400. num. 97.*

Secundò, quia qualitas prædicta fuit dumtaxàt ſemel expreſſa in principio inſtitutionis Marii, eiuſque filiorum, ideo cum pluries Teſtator nominauerit ſimpliciter filios Octa-
32 uii, ceſſare debet d. qualitatis † repetitio, illa enim cenſeri debet conſulto omiſſa. *Socc. Iun. conſ. 13. numer. 26. cum ſeqq. lib. 3. conſ. 158. num. 40. conſ. 170. num. 29. lib. 2. Idem conſ. 71. num. 14. conſ. 73. num. 12. conſ. 136. nu. 30. lib. 3. Menoch. conſ. 35. num. 47. lib. 1. Crauett. conſ. 289 num. 4. cum ſeqq. Petr. de Anchoran. conſ. 120.*

Tertiò, quia cùm agatur de extendenda qualitate odioſa, & præiudiciali filiis, & deſcendentibus fœminis ab Octauio filio Te-
33 ſtatoris, diſpoſitio † eſt ſtrictè interpretanda ad excludendam qualitatis maſculinæ repetitionem. *Bero conſ. 120. nu. 71. 72. & 73. lib. 2.*
34 maximè dum Teſtator † non reſpexit agnationis conſeruationem. *Rota deciſ. 531. nu. 5. & 6. par. 5. recent. Addent. ad Buratt. deciſ. 272. num. 19.*

Hinc remouetur abſurdum, quod ceſſante repetitione huiuſmodi maſculinæ qualitatis in filiis Octauii, potuiſſet contingere, quod defecta deſcendentia maſculina Marii, fœminæ ab eodem deſcendentes excluderentur à fœminis Octauii, nàm cum Teſtatori placuerit præferre propriam deſcendentiam alienæ, nullum abſurdum conſiderari poteſt, quinimo optimè ordinata dicitur illius diſpoſitio; Abſurdum ſiquidẽ daretur ſi Dominus Mutius excluſus remaneret à portione Aui per
35 Collaterales, & extraneos † hæredes, quod tanquam repugnans menti Teſtatoris, non eſt admittẽdum. *l. item veniunt, §. præter hæc, in fine, & ibi Bald. ff. de petit. hæred. Bartol. in l. ab exequutore, num. 7. in fine, verſ. item ſi verba, ff. de appellat. Dec. conſ. 338. col. 2. num. 2. verſ. pro declaratione, volu. 1. Surd. conſ. 179. numer. 47. Rota coram Merlin. deciſ. 125. num. 43.*

Nec refragantur verba illa, *nel medeſimo modo, che d' figli di Mario*, ex quibus inſiſtebant ſcribentes pro altera parte inductam fuiſſe æquationem, dd. verba † nil aliud operari valent, quàm æquiparationem circa modũ, & ordinem ſuccedendi de vno in alium, maximè quia ea fuerunt immediatè appoſita poſt verbum, *vadat. Mart. de clauſ. par. 3. clauſ. 94. num. 5. Merlin. deciſ. 864. num. 34. Surd. deciſ. 269. num. 19. Otthob. deciſ. 252. nu. 14. & 15. Rota deciſ. 927. num. 9. par. 2. & deciſ. 366. nu. 20. & ſequ. part. 4. tom. 2. recent. Gregor. deciſ. 455. num. 13. Duran. deciſ. 36. num. 24.*

Portionem verò Marii ad dictum Mutium deuoluram eſſe DD. exiſtimarunt, eo quia il-
17 le obiit relicto Nicolao filio, qui † cum vltimo loco pariter obierit abſque filiis, procul dubio factus eſt locus ſubſtitutioni ad fauorẽ Domini Mutii vocati in caſum defectæ deſcendentiæ maſculinæ Marii: verba enim Teſtamenti ſunt nimis clara, ibi: *Morendo detto Mario mio fratello, e ſuoi figlioli nati, ò che naſceranno, ſenza hauer loro figlioli, e deſcendenti, ſoſtituiſco detto Ottauio mio figliolo, & hauendo lui in tal caſo figlioli, quelli, e loro deſcendenti debbano ſuccedere in tutta detta portione*, cumque agatur
18 de perſonis, in † quibus cadit ordo neceſſitatis, eorum vocatio intelligi debet ordine ſucceſſiuo. *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 476. numer. 1. & quæſt 479. num. 22. Rauden. deciſ. Piſ. 28. numer. 103. & ſeqq.*

Neque D. Mutius excludi valet à dicta portione, ex eo quod vocatus fuerit primo loco Octauius, & Deſcendentes ab ipſo ſubſtituti præſumantur in eo caſu, quo Octauius fuerit admiſſus ad ſucceſſionem, qui cum præ-
19 deceſſerit ante purificatã conditionem † caducata remãſerit ſubſtitutio ad fauorem aliorum vocatorum ad *l. poſt aditam, & l. precibus C. de impub. & alys ſubſtit. Alex. conſ. 1. numer. 15. lib. 1. Honded. conſ. 49. numer. 37. & duob. ſeqq. lib. 2.*

Nàm hoc procederet vbi deſcendentes Oc-
20 tauii eſſent vocati per ſimplicem fideicommiſſariam conceptã per verba meré obliqua, vel præferentia præciam adeundi neceſſitatem reſpectu primi vocati *Bart. in l. Centurio num. 13. ff. de vulg. & pupill. Peregr. de fideicom. art. 15. num. 19. Rota deciſ. 157. num. 4. & 5. deciſ. 246. numer. 53. par. 4. tom. 2. rec.* ſed in propoſito caſu D. Mutius fuit vocatus per ſubſtitutionem
21 compendioſam, † quæ cum contineat, & fideicommiſſariam, & vulgarem debet ad hæreditatem admitti, ſiuè primus vocatus nolit adire, ſiuè non poſſit ob eius præceſſum, &
22 ſic per vulgarem ſubintrat in locum gradus caducati, ac ſi immediatè fuiſſet ſubſtitutus *Bart. in l. quamdiu ff. de adquir. hæred. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 469. num. 1. & 13. Cyriac. contr. 269. à nu. 28. vſque ad num. 38. Bellon. Lun. conſ. 84. num. 1. & ſeqq. Giouagn. conſ. 76 & 77. vtrobique per tot. Rota deciſ. 332. num. 6. & ſeqq. & deciſ. 403. par. 2. rec. & deciſ. 470. num. 3. par. 3. deciſ. 579. par. 4 tom. 3. deciſ. 201. par. 8. rec. num. 11. 12. & 13. & plenè firmatur in d. Romana fideicommiſſi de Druſolinis §. quia eam in caſu, & ſeqq. & in dicta Interamnen. bonorum §. licet omnium coram Reuerendiſs. Domino meo Deciano.*

Quod autem intret vulgaris conuincitur ex eo, quod ſubſtitutio ordinata fuit per verba indefinita, nempe in caſu obitus Marij abſque

filiis;

filiis, quæ † (etiam si deficiat verbum quandocunque) præferuntur tractum temporis, & consequenter inducunt compendiosam, *Bart. in l. Centurio sub num. 32. circa finem vers. idem si non est apposita ff. de vulg. & pupill. Fusar. de substit. quæst. 232. num. 6. 29. & seqq. Surd. decis. 37. nu. 80. Rota dec. 579. num. 7. par. 4. tom. 3. & in Bonon. fideicommissi de Bargellinis 10. Februarij 1653. co-*
24 *ram bo. me. Bichio*, nec non ex eo, † quod concepta fuit per verbum commune, quo casu intrat quoque compendiosa *Bart. in dicta l. Centurio num. 3. Castr. in l. quamdiu num. 70. ff. de acquir. hared. Socin. Sen. cons. 140. sub nu. 5. lib. 1. Dec. cons. 416. num. 6. Surd. cons. 347. num. 16.*

Neque substitutio collata censetur post aditam hæreditatem ab Octauio, ex illis verbis, ibi; *Sostituisco Ottauio, & hauendo lui in tal caso figlioli, e descendenti, debbiano succedere*: quia exinde non resultat præcisa necessitas adeundi in persona Octauij, neque verba prædicta repugnant vulgari substitutioni, cum ea adiecta fuerint ad demonstrandum, quod si Octauius tempore purificatæ conditionis superuiueret ipse succedere deberet, & deinde filij, non autem, quod eo præmortuo ante conditionis euentum expiraret substitutio ad fauorem descendentium ab ipso, quia hoc repugnaret voluntati Testatoris, quæ fuit trãsmittendi omnia bona ad descendentes, ibi, *acciò le mie facoltà restino in loro, e loro figlioli*,
25 vnde cum illorũ vocatio † sit concepta verbis nimis amplis, non debet recipere restrictionem, maximè dum nulla ratio in contrarium concludi posset. *Clar. in §. Fideicommissale pactum, in fin. ff. de pact. Surd. cons. 236. num. 41. & seqq. lib. 2. Rota decis. 57. num. 7. vsque ad finem, par. 4. tom. 3. recent. & decis. 5. num. 7. ex-*
26 *dem par. 4.* In vltimis enim † voluntatibus, non est inhærendum verborum rigori, sed potius mens disponentis est inspicienda, nimi-
27 rum vbi constat de præsumpta illius † voluntate, verba nullius sunt momenti. *Clar. in §. Testamentum, quæst. 76. Mantic. de conie. Tar. vlt. vol. lib. 3. tit. 5. Peregrin. de Fideicommiss. articul. 11. Surd. cons. 344. numer. 13. & cons. 443. numer. 32. lib. 2.*

Et ità vtraque parte informante fuit resolutum, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Societatis Officij.

Luna 19. Februarii 1663.

ARGVMENTVM.

Obligatio Minoris & mulieris quando sustineatur, & data ratificatione sine scientia nullitatis contractus quid sequatur.

SVMMARIVM.

1 *Ex Statuto Vrbis* lib. 1. cap. 151. *Mulier nec minor ex defectu legitimæ causæ obligatur.*
2 *Mulier & minor ex causa ad ipsos non spectante non remanent efficaciter obligati.*
3 *Causa à Statuto Vrbis requisita ob quam mulier & minor obligatur debet specificè, & individualiter exprimi.*
Et ratio num. 4.
5 *Obligatio quæcumque annullatur per causæ falsitatem.*
6 *Obligatio mulieris & minoris, vt sit valida debet esse vtilis, & non præiudicialis.*
7 *Obligatio mulieris & minoris non sustinetur cessante spe relenationis indemnitatis.*
8 *Ratificatio non inducitur sine scientia nullitatis.*
9 *Obligatio cessat cessante fundamento obligationis.*

DECISIO XXXI.

OBLIGATIONEM Lauiniæ, & Ioannis Andreæ minoris, qui accesserunt Instrumẽto Societatis officij scut. 500. initæ per Dominicum Fabrinum alterum filium non substineri, responsum fuit ex defectu legitimæ causæ sine qua, nec mulieres, nec minores va-
1 lidè obligantur, vt cauetur Statuto † Vrbis *lib. 1. cap. 151.*, ibi causa in scriptis illi exposita, & insinuata, ac plenè cognita, quod etiam obseruat *Pic ad Statut. Vrbis gloss. 22., & dixit Rot. decis. 32. in princ. apud eund. Pic. & dec. 36. numer. 1. apud Burat. & decis. 714. num. 35. apud Merlin.*

Licet enim pro causa fuerat Iudici expositum, quod Dominicus occasione cedulæ bancariæ scut. 1500 prænitæ ad fauorem Collegij Abbreuiatorum, cuius erat Depositarius coactus fuerat mutuo pecunias accipere, & bona pignorare, pro quibus, & alijs suis eiusque Domus indigentijs debitum prædictum contrahebat; Neutra tamen sufficit, non prima, quia respicit interesse, & commodum Dominici ad quem spectabat restituere pecunias, & res pignoratas liberare, non autem ad hãc mu-
2 lierem, † & minorem, qui propterea non remanserunt efficaciter obligati ex causa ad ipsos non spectan., vt dixit *Rot. post Pic. ad Statut. Vrb. dicta decis. 32. num. 6. & decis. 41. num. 5. repetitis in recent. part. 3. decis. 130. & 167. & coram fœlic. mem. Gregor. decis. 333. numer. 5., & decis. 363. nu. 1. & tradit Fenzon. in annot. ad Statut. Vrbis lib. 1. cap. 151. in spect. par. 1. par. 2. decis. 115. num. 2.*

Altera vero causa pro manutentione, & gubernio aliisque necessitatibus, & indigentijs Domus, tanquam nimis vaga, & generalis est
3 pariter insufficiens cum † causa à Statuto requisita, debeat specificè, & individualiter exprimi sicuti aduertit idem *Pic. ad Statut. Vrbis gloss. 22. num. 4., & dixit Rot. coram Merlin. dec. 714. num. 35. & seqq.*, vbi reddit rationem, quia dum
4 causa † est generalis, & vaga, non potest veri illius discussio, nec Iudex cognoscere, an sit vera rationabilis, & honesta ad effectum interponendi Decretum Iuris, vt pluriès firmatum fuit *in Romana Domus 14. Ianuarij, & 12. Iunij 1656. coram R. P. D. meo Celso relatio in Firmana Census 5. Iunij 1658. coram me.*

Imò nõ subsistit quod gubernium Domus, & onus alendi familiam resideret penes Dominicum, sed potius penes Lauiniam matrem, quæ ex pingui dote scut. 7700. alebat familiam,
5 & habebat Ministerium Domus, falsitas † autem causæ annullat quamcumque obligatio-

nem

nem *l.magis puto, §.si as alienum, ff.de reb.dub. Pic. ad Stat. Verb. gloss. 21. num. 55. & gloss. 22. num. 7. Rot. apud Merlin. dec. 540. num. 2. in fine,* si causa partim sit vera partim sit falsa *Rot. dec. 190. num. 12. par. 6. recent. in Romana Societatis Officij 25. Iunij 1655. coram R.P.D. meo Beuilaqua, & in dicta Romana Domus 14. Ianuarij 1656. coram R.P.D. meo Verospio.*

Et nihilominus data etiam veritate causæ, sufficit quod illa personam Lauiniæ, & Ioannis Andreæ nullatenus respiciat, sed solius Dominici, pro quo se obligarunt, quia licet ad
6 effectum, vt obligatio † mulieris, & minoris sit valida causa debeat esse vtilis & nō præiudicialis, vt recedendo ab antiquis decisionibus hodie Rota hanc opinionem seruat, vt *in Romana Domorum 11. Decembris 1645. coram bo. me. Bichio, & in Romana Domuncularum 10. Februarij, & 26. Iunij 1648. coram bon. mem. Dunozetto, in Romana pecuniaria 22. Iunij 1655. coram R.P.D. meo Beuilaqua.*

In præsenti autem fideiussio est euidenter damnosa, & præiudicialis huic mulieri, & minori, quia vterque remanet sine releuatore, adeout cum se obligauerint sine spe releuatio-
7 nis indemnitatis, eorum† obligatio nullomodo sustineri possit *Abb. cons. 8. num. 6. par. 2. Thesaur. decis. 223. numer. 13. vers. & exinde Maur. de fideiuss. par. 6. sect. 6. cap. 3. num. 209. vers. & hanc partem Rot. diuers. par. 4. decis. 851. num. 1. post 2. vol. cōs. Farinac. decis. 74., & coram san. mem. Gregor. decis. 333. num. 7., & decis. 363. nu. 2., & post Cenc. de cons. dec. 33. numer. 7.*

Nec obstat prætensa probatio obligationis, & contractus per exhibitionem cedulæ continentis eandem summam, de qua agitur à Ioanne Paulo Cellio iudicialiter petita nedum, quia constat de protestatione antecedēti quod id fiebat citra approbationem debiti ad effugiendā executionem, etiam metu mandati *Rot. coram Pen. dec. 1372. num. 2., & penes Cenc. de Cens.*
8 *decis. 233. num. 1.* Sed etiam quia † sine scientia nullitatis non inducitur ratificatio, vt in specie dixit *Rot. in dicta Romana Domuncularum 26. Iunij 1648., §. penultimo coram bon. mem. Dunozetto, & generaliter probat Natt. cons. 162. num. 3. & 4. Surd. cons. 49. numer. 31. vers. 2. respondeo Rot. coram Buratt. decis. 410. num. 11., & in alijs.*

Hinc mandatum non est relaxandum etiam quod Lauinia, & Ioannes Andreas se obligauerint de reportando depositum dd. scut. 500., vel de illa soluendo; Nam talis obligatio facta fuit in vim decreti Signaturę Iustitię in casum succumbentiæ ad omne mandatum Rotæ, cū ergo non succubuerint ad aliquid non tenen-
9 tur, quia cessante † fundamento obligationis cessat etiam ipsa obligatio, & eius exequutio, vt pluribus comprobat *Zacch. quæst. 17. nu. 129. de oblig. Cam.*

Et ita obligationem, non sustineri, & mandatum non esse relaxandum decisum fuit vtraque parte informante.

R. P. D. TAIA.

Neritonen. Consortij.

Luna 19. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

Ecclesia, quando iam est Collegiata, sed in ea non reperitur distinctio præbēdarum, nec certus numerus Canonicorum, tunc Ordinarius cum consensu Canonicorum potest præfinire numerum præbendarum, & Canonicorum.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia potest esse Collegiata, quamuis in ea non adsit distinctio præbendarum.*
Nec non certus numerus Canonicorum num. 1.
2 *In Ecclesia Cathedrali sicut Episcopus cum consensu Canonicorum, ita in Ecclesia inferiori Canonici cum consensu Episcopi eorum numerum possunt præfinire.*
3 *Et hoc maxime accedente causa & ratione.*
4 *Beneficiatis inseruientibus Ecclesiæ, Episcopus debet prouidere, ne mendicare cogantur.*
5 *Ecclesia inseruientes debent prouideri de fructibus Beneficiorum eiusdem Ecclesiæ.*
6 *In Ecclesiis nullus debet institui vltra id quod facultates earum substineant, inuitis alijs Beneficiatis instituatur.*
7 *Obseruantia publica, & diuturna 30. annorum, quid operetur.*
8 *Ordinarius non valet ex se immutare præcedentem Statum Ecclesiæ.*
9 *Episcopus sua ordinaria auctoritate, vel alius quiuis inferior à Papa erigere potest Ecclesiam in Collegiatam.*
10 *Dubitatur tamen de veritate huius opinionis, cum contraria opinio videatur verior.*
11 *Ecclesia, quando possit dubitari, an fuerit erecta in Collegiatam & num. 12.*
13 *Ecclesia receptiua nō potest effici numerata per Episcopum.*
14 *Episcopus solus an valeat immutare qualitatem Ecclesiæ, sine consensu Capituli, & Cleri.*
15 Rice. decis. 74. part. 3., *quo casu loquatur.*

DECISIO XXXII.

ANNO 1626. Capitulum, & Clerus Ecclesiæ Terræ Galathonæ congregati cōdiderunt plurima Statuta, & præsertim de certo ordine, & numero participantium imposterum habendo in Ecclesia, cum antea esset receptiua omnium ciuium in sacris constitutorum Terræ Galathonæ, eosque ad participationem admitteret; Quibus statutis assensum præstitit; Episcopus, & successiuè in Ecclesia de non numerata facta iam numerata, & iam diù Collegiata, ex nuncupatione Variorum Summorum Pontificum plurimos ordinauit Canonicos, & certum præfixit numerū Presbyterorum, qui gauderent de redditibus Ecclesiæ. Sacerdotes verò alijque in sacris constituti Ciues Galathonæ nunc reclamāt, quod inseruientes actu Ecclesiæ Parochiali non admittan-

mittantur ad consortium ad effectum participandi de redditibus & emolumentis dictæ Ecclesiæ, & ipsis instantibus propósito à me dubio An essent admittendi DD. respondérunt non esse admittendos.

Cum enim in hac Ecclesia antiquitus Collegiata nulla esset distinctio, & numerus præ-
1 bendarum, † nec certus numerus Canonicorum, *vt in cap. Dilecto 25 & cap. seq. de prab. & cap. 10 de concessione prab. Rot. coram Seraph. decis. 942. num. 1. & 2.* facilè potuerunt, sicut in Ec-
2 clesia Cathedrali † Episcopus cum consensu Canonicorum, ita in Ecclesia inferiori Canonici cum Episcopi consensu numerum præfinire; vt post *Zecchæ de Republ. Eccles. cap. 24. num. 4. tradit. Barbos. de Canonic. cap. 1. num. 4.* & fuit generalis doctrina *Abbat. ad cap. 2. de iustit. numer. 2.* de qua *Rota decis. 499. num. 9. & decis. 515. num. 4. tom. 2. part. 4. recent.*

Maximè accedente causa, & ratione ferè necessaria statuendæ huius numerationis, ob tenuissimum reddituum, adeò vt quid minimũ cuilibet tangeret distribuendo prouentus in-
3 quadraginta quinque, & amplius † tunc actu inseruientes Ecclesiæ, ex quo Diuinus cultus penitus negligebatur, & parùo cum decore obseruabatur, &c., vt testatur Episcopus in suo assensu.

4 Congruus verò prouentus adeò † subministrandus est Beneficiato inseruienti Ecclesiæ, vt Episcopus ipse in Ecclesiis non numeratis, non possit data vacatione loci Beneficialis cõpellere Capitulum ap nouum Beneficiatum
5 recipiendum, si tenues † sint redditus Ecclesiæ, vt ex iis non valeant commodè substentari, & cogantur in opprobrium ordinis Clerica is mendicare, quod non est permittendũs *ad S. Hieronym. in cap. Diaceni 21.* ibi, *Mendicat infelix Clericus in plateis, &c. dist. 93. Rota cor. Mant. decis. 229. num. 3.* & postea *Lotter. de re benef. quæst. 14. numer. 19. in fin. lib. 1.* Quinimmo Summus Pontifex textu expresso statuit, vt nullus in Ecclesiis, vltra quam facultates earum sustinent † inuitis alus Beneficiatis instituatur, *cap.*
6 *4. de Instit. & cap. 1. eodem*, & in pũcto post alios *Zecch. dicto cap. 24. dicto numer. 5. vers. Causa.*

7 Accedit his obseruantia publica, † & diuturna supra 30. annos, quæ factum Episcopi, & Capituli confirmauit, ad tradita ad *leg. 3. C. de præscript. 30. annor.* ex publica inscriptione Sedilium distinctorum *De Sacerdoti non participanti.*

8 Nec valuit quod Ordinarius † non potuerit ex se immutare præcedentem statum Ecclesiæ, *Rota decis. 27. num. 10. part. 6.* & quod Episcopus sua ordinaria authoritate, vel alius quo-
9 uis inferior à Papa, non possit † erigere Collegiatam ad *Barbos. Iur. Eccles. Vniu. cap. 6. ab init. lib. 2. & de Canonic. cap. 2. numer. 8. Rota decis. 99. numer. 9. par. 7.*

10 Quia omittendo quod † forte verior est opinio contraria, vt apud ipsum *Barbos. ibidem, & Rot. decis. 608. num. 1. tom. 3. part. 4.* oppositio est incongrua ad casum præsentem, cum non
11 fuerit Ecclesia erecta in Collegiatam † nec mutata illius qualitas, sed præfixus certus numerus in ea siue esset Collegiata vt supra, siue non, vt ex narratione Episcopi: *Essendo in effetto l'istessa Chiesa chiamata Collegiata da diuersi Pontefici, considerando Monsignor Vescouo quanto più verrebbe ad accrescersi il culto Diuino, e la deuotione del Popolo cõ crearsi in quella alcuni Canonici, &c. Essendone stato di più supplicato dallo stesso Capitolo, e Clero in questa sua visita generale, &c. eligge nella detta Collegiata, e Chiesa, oltre le quattro Dignità sopradette, ventun Canonici, &c.* ritè, ac rectè facta electione non verò erectione, & præfinito
12 numero, quod potuisse fieri † cum consensu Episcopi, inquit *Abb. ad dictum cap. 2. de iustit. dicto numer. 2.* ibi, *In alus Collegiatis inferioribus pertinet ad Clericos illius Ecclesiæ, &c.*

Quod autem specialiter opponebatur Ec-
13 clesiam receptiuam non posse effici † numeratam per Episcopum, ad *Ricc. decis. 74. part. 3.* vtilum est non adaptari casui nostro, quia in Casu Decisionis Riccij agebatur de solo Episcopo intendente immutare qualitatem Ec-
14 clesiæ sine consensu Capituli, & Cleri, † cuius erat principale ius, tum quia non concurrebant ratio, & causa opportuna pro hac immutatione, & Episcopus potius tenetur conditionem facere meliorẽ suis Clericis, quàm deteriorem, &c. in decisione Riccij quæ omninò aliena sunt à terminis nostris.

Et ita vtraque.

R. P. D. T A I A.

Elnen. Archidiaconatus.

Veneris 23. Februarij 1663.

A R G V M E N T V M.

Fructus ab intruso in beneficio reseruato, à quo tempore sint restituendi, & isti an debeant restitui quãdo abfuit mala fides, quod sufficit ad faciendos fructus suos.

S V M M A R I V M.

1 *Contra intrusum in beneficio reseruato nõ habentem titulum à Papa condemnatio non fit à nisi ad restitutionem fructuum à die intrusionis.*
2 *Reseruationes omnes cessant, & sublatæ sunt omnes Regulæ Cancellariæ Apostolicæ Sedis vacante.*
3 *Vacatio beneficij si contingat Apostolica Sede Vacante, & in mense Apostolico cessat reseruatio, & collatio spectat ad Ordinarium ratione temporis.*
4 *Beneficium quando est dignitas, ratione dignitatis spectat ad Papam.*
5 *Beneficia spectantia ad collationem Prælati non possunt conferri per Capitulum Sede Vacante.*
6 *Odiosa non sunt extendenda, sed strictè interpretanda.*
7 *ad Fructus suos faciendos sufficit quod absit mala fides.*
8 *Bona fides in eo qui percepit fructus arguitur quando ipse habuit titulum ab eo, qui probabiliter facultatem habere credebatur.*
9 *Fructus bona fide consumpti non veniunt restituendi.*
10 *Clausula Parito Brcui habet vigorem, vt fructus*

à die acceptæ possessionis percepti restituantur.
11 *Confessus pro iudicato est.*

DECISIO XXXIII.

SEDE Apostolica Vacante, & vacua quoque Episcopali Elnen. Vicarius Capitularis putans omnimodam dispositionem Beneficiorum ad Capitulum pertinere contulit Sebastiano 5. Martij 1655. Archidiaconatum Vacantem per mortem Mongay, illumque pacificè possedit vsque ad 5. Ianuarij 1658., quo monitorium fuit reproductũ in Curia A.C., & Michaeli qui eumdem Archidiaconatum impetrauerat, & possessionem retinuit vsque ad d. Diem 5. Maij prædicti anni 1658., Vnde instante Michaele condemnatus fuit ab A.C. ad fructus quos percepit, & qui percipi potuerũt, & possent, in futurũ vsq; ad diem quo possessionem dimisit; Appellauit Sebastianus, & commissa mihi Causa cum clausula *Parito Breui*; Interim A.C. vigore sibi præseruatæ executionis liquidauit fructus in scut. 1239., à qua tanquam ab excessiua iterùs appellauit, & pro hac etiam parte deuoluta ad me Causa; Proposui hodie dubium, An, & pro qua summa constet de excessiua liquidatione, & DD. constare secundum infrascripta responderunt.

Excessiua enim vsq; est in scutis 84. pro fructibus à die Vacationis, vsque ad diem possessionis, quos Sebastianus non percepit in hoc maximè dolens, quod quæ non rapuit exsolnere coactus fuerit, quando etiam contra intrusum in Beneficio reseruato non habentẽ
1 Titulum à Papa, condemnatio non fit † nisi ad restitutionem fructuum à die Intrusionis *Garz. de benef. cap. 5. sub num. 24. part. 5. Franc. de Intrus. quæst. 59. num. 27. Rota decis. 876. lib. 3. par. 3. diuers.*

De fructibus vero perceptis à die possessionis, vsque ad diem monitorij fuit non leuis difficultas; prætendit enim Sebastianus excludere vitium intrusionis saltem formalis, quia
2 Vacante Apostolica Sede, † cessant omnes reseruationes, & sublatæ sunt omnes regulę Cancellariæ *Gonz. ad reg. 8. de mens. in prohem.*, §. 5. *ab init.*, & *num. 44. vers. cum igitur Garz. cap. 1. numer. 643. par. 5.*

Sed ab Informantibus, pro Michaele adducebatur distinctio Reseruationis ratione temporis, & ratione qualitatis Beneficij, quod
3 nempè ratione temporis, vt si Vacatio † contingeret Sede Apostolica Vacante, & in mense Apostolico cessat hæc reseruatio, & Collatio spectat ad Ordinarium; altera vero ratione
4 ipsius Beneficij, † vt quia sit prima Dignitas, &c., & hæc nunquam deficit *Rota coram Merlin. decis. 192. sub num. 5. Iordan. de re benefic. tit. 1. à numer. 53. lib. 10. var. elucubr. vol. 2., & in dicta dec. 192. num. 9. allegantur Gonz. dicto §. 5. num. 94. vers. quia hoc Garz. d. cap. 1. numer. 789.*, & addebatur
5 quod de Iure Beneficia † spectantia ad Collationem Prælati non possunt conferri per Capitulum Sede Vacante notatur *in cap. 2. ne Sed. Vac. aliquid innou. cap. 1. de Inst. in 6.*
6 At quoad has reseruationes vti odiosas, & & propterea strictè interpretandas ex *Rota apud Lotter. de re benef. quæst. 27. num. 101. & 102. lib. 2. Franc. de Intrus. quæst. 76. numer. 2.* Informantes, pro Sebastiano instebant adeo subtiles, & intricatas esse vt totum Capitulum, & Vicarius Capitulis inuincibili ignorãtia putauerint potuisse Archidiaconatum conferre adeo à fortiori bonam fidem exuberasse, semper in Sebastiano, qui non tenebatur hæc iura singularia inuestigare, & cui satis erat ad faciendos fructus suos, † quòd abesset mala fides ad
7 *Rot. coram Coccin. dec. 369. sub num. 2. & 3., & coram Ludouis. decis. 74. num. 1. cum ibi annot.*, & multos Intrusos esse etiam bona fide ignorantia facti, & iuris cum sufficiat habuisse titulum † ab eo,
8 qui probabiliter credebatur, habere facultatẽ, & sic legitimè etiam credere se titulo Canonico esse fretum, &c. quod *Franc. de intrus. 101. quæst. 28.* præsertim *num. 4., & sub num. 9. vers. ramen sufficit & num. 10. & 21.* Vnde stante † eiusdẽ
9 bona fide fructus consumptos non venire restituendos, vt cum *Conarr. concindit Franc. d. quæst. 59. num. 19. & 20.*, vbi de bona fide non solum causata ex re communi, sed etiam ex errore singulari iuris vel facti secundum Dyn.

Placuit tamen DD. respondere esse extra
10 præsentem disputationem; Nam † clausula *Parito Breui* hunc habet vigorem, vt fructus à die acceptæ possessionis vtcumque percepti restituantur, & cum hodie agatur ex secunda Commissione super excessiua liquidatione A.C. videtur punctus restitutionis iam determinatus, prout iam in parte satisfactum dicebatur per solutionem duplarum 125.

Cæterum ad liquidationem quantitatis fructuũ excepto Vino, & Oleo perceptis ex Villa de Illas, quia continetur in generali decimatione DD. Visum est sequi potiùs Confessionem Sebastiani relatam in Summar. Michaelis *numer. 3.*, quàm Testes ab eo inductos,
11 vt † Confessus pro Iudicato est *l. 1. ff. de confess.*, & communi adagio Confessio, & Conscientia mille Testes.

Quoad æstimationem examinatis probationibus, & Testibus vtrinquè. Primo frumenti placuerũt singulæ duplę Hispanæ pro singulis Caregis; Vini semiduplæ pro singulis mensuris; Olei æstimatio sicuti quantitas iuxta Confessionem Sebastiani.

Leguminum computatis omnibus speciebus dimidium æstimationis frumenti.

Agnorum detracta mercede Custodis idipsum pretium iam Concordatum.

Et denique quoad Census Synodales præstando plenam fidem Collectori Censuum eos statuerunt annua scuta quatuor cum dimidio.

Quoad expensas denique inutilis videtur altercatio, quia non solum probantur ex Testibus, & publicis quietationum Instrumentis; Sed & Iudex in liquidando, & Michael in rationibus, & computis à se exhibitis in præcedenti Instantia tanquam veras, & iustas computauit & proinde illius Procuratores, seù Actores non valeant amplius impugnare.

Et ita, &c. vtraque, &c.

R.P.D.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Affictus.

Veneris 23. Februarij 1663.

ARGVMENTVM:

Hæres Beneficiatus, cum non fingatur, ac ſi non ſit hæres, cum non teneatur de ſuo, vnde de bonis ſuis non tenetur reddere rationem Cõductor non facit fructus ſuos, niſi ſolutis affictibus Conductore intra tempus conductionis obeunte tranſit ad hæredes conductio.

SVMMARIVM.

1 *Hæres beneficiatus non tenetur de propriis bonis rationem reddere creditoribus, & conſideratur ac ſi non eſſet hæres.*

2 *Hæreditas de tempore aditionis ſi eſt ſoluendo, damnum poſteà contingens adſcribi debet hæredibus.*

3 *Hæreditas quando non concurrente culpa heredis diminuitur damnum cedit damno hæreditatis.*

4 *Deterioratio hæreditatis prouenieus ob affictus initos per defunctum quemadmodum illi habẽt cauſam de præterito, & originem in vita defuncti, ſic damnum in eius vita contigiſſe cenſeri debet.*

5 *Conductor non facit fructus ſuos niſi ſolutis affictibus.*

Declara vt num. 6.

7 *Hæres coactus continuare conductionem à defuncto initam non tenetur de proprio.*

8 *Hæres beneficiatus exiſtente hæreditate non ſoluendo poteſt nomina debitorum dare in ſolutionem crediti.*

9 *Conductore intra tempus conductionis mortuo conductio tranſit ad hæredes.*

10 *Hæres continuans negotium defuncti, non dicitur illud ſponte continuaſſe, dum erat neceſſarium, & continuatiuum primi imò perfectio operis iam incepti.*

DECISIO XXXIV.

OBIIT Carolus Lapius durante adhuc affictu Caſalium, quorum alterum conduxerat à DD. de Mignanellis, vnde cum eius filiæ, & hæredes adhibita diligentia non potuerint illos dimittere, & renunciare coactæ fuerunt mediante Tutore in cultura Nouallium, & affictibus continuare in quibus adeo iacturam fecerunt, vt hæreditas remanerẽt nõ ſoluendo, Hinc à Mignanellis locatoribus obtento mandato contra bona hæreditaria prõ pẽſionibus fuit reddita ratio bonorum in qua Peritus retulit Tutorem creditorem in ſcutis 400. & vltra; cumque Mignanelli obtinuiſſent exequi mandatum contra bona propria hæredum commiſſa mihi cauſa dubitaui, an mandatum relaxatum contra bona hæreditaria Caroli ſit exequen. contra bona propria hæredũ, & negatiuè reſolutum fuit.

Sunt enim Sorores iſtæ hæredes cum beneficio legis, & Inuentarij, & de Inuentariatis bonis ſufficientem rationem reddant, quę propterea nequeũt in bonis proprijs moleſtari eũ

3 hæres † beneficiatus non teneatur de proprio creditoribus rationẽ reddere de bonis hæreditarijs perindè, ac ſi non eſſet hæres *Bald. in l. debitori 7. ſub num. 1. C. de paſt., & in fine, §. in computatione C. de Iur. deliberand. Mantic. de tacit. lib. 16 tit. 20. num. 31. Ciriac. contro. 525. num. 8. Rot. coram Duran. deciſ. 1. num. 30. in recent. deciſ. 3. numer. 2. & ſeqq. & deciſ. 39. numer. 10. part. 6. in Romana pecuniaria 16. Iunij prateriti coram Reuerendiſſimo D. meo Cerro Decano.*

Non obſtat quod de tempore aditionis hæ-
2 reditas † eſſet ſoluendo, ideoque damnum poſtea contingens adſcribi debeat hęredibus, nam
3 cum illis † nulla culpa poſſit imputari, illud cedit damno hæreditatis *Bartol. in l. in ratione 30. §. diligenter verſ. credo, ff. ad l. falcidiam, & in l. final. §. & ſi præfatam num. 1. C. de iur. deliberand. Montecucul. de Inuent. queſt. 223. ſub nu. 77. Fanucc. eodem tract. quæſt. 240. ſub num. 39. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 2. quæſt. 66. num. 5. Capyc. latr. conſult. 13. num. 14. Rot. deciſ. 4. num. 23. in fine part. 5. recent.*

4 Imò cum deterioratio † proueniat ob affictus initos per defunctum quemadmodum illi habeant cauſam de præterito, & originem in vita defuncti, ità damnum in eius vita contigiſſe cenſeri debet, vt admittunt quamplures qui alioquin contrarium tuentur in ſpecie *Caſtrenſ. in d. l. in ratione num. 3. Alexand. in l. panales 32. num. 4. ff. ad l. falcid. Ruin. conſ. 109. numer. 2. lib. 2. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 10. nu. 42. Grat. diſcept. forenſ. cap. 165. num. 3.*

5 Nec refert quod conductor † non faciat fructus ſuos, niſi ſolutis afilictibus; nam vltra quod concluſio non procedit vbi per Dominum fuit habita fides de penſione ſoluenda, prout in caſu præſenti, dum Carolus conduxit Caſale ſub penſione annua lul. 35. pro quolibet rubro dilata ſolutione ad certa tem-
6 pora tunc enim † conductor dicitur de conſenſu Domini fructus percipere, vt aduertit *gloſſ. in l. ſi ſeruus communis 63. §. Colonus verbo facere, ff. de fruct., & ibi Bartol. num. 2. & in verbo fidem emptoris, §. vendita Inſtit. de rer. diu. Bald. in l. licet 8. num. 3. C. locat. Tiraquell. de retract. in fine num. 77.* eſt quod conductor non faciat fructus ſuos, donec locator ſatisfiat de penſionibus, exindè tamen non ſequitur, quod damna contingentia poſt mortem conductoris obue-
7 niant eius hæredi, † qui coactus continuare conductionem initam à defuncto nõ tenetur de proprio *Montecucul. de Inuent. cap. 10. num. 42. Rot. deciſ. 284. 326. num. 1. par. 2. recent.*

Et ceſſat difficultas ex iuribus datis in Summario hæredum, ex quibus apparet quod poſt obitum Caroli ſoluta fuerit locatoribus ſcuta 540. pluſquam hæredes perceperunt ex prętio herbarum d. Caſalis in totum 480., quinimo ex dicto prætio ſcut. 130. adhuc non potuerunt exigere ab emptore contra quem ſufficit eiſdem dum pro illorum exactione omnem diligentiam etiam iudicialem fecerunt,
8 vt cedant iura cum hæres beneficiatus † exiſtente hæreditate non ſoluendo poſſit nomina debitorum dare in ſolutionẽ crediti iuxta notata *in dicta l. final., §. ſi prædictam Rolland. de Inuentario part. 4. vtilit. 9. Mont. conſ. 13. num. 11. & 12. Valaſc. deciſ. 52. numer. 29. Gizzarell. deciſ. 7.*

nu. 19.

numer.19. Rot.coram Duran. decis.1. numer.28. & seqq.

Quod vero deterioratio prouenerit ex culpa hæredum, qui voluerunt continuare in aliis afflictibus tollitur ex necessitate, quam ipsi habebant continuando non solum quia
9 mortuo conductore † intra tempus conductionis, conductio tranſit ad hæredes, §. *final. Inſtit.de locat.& conduct.*, *l.viam veritatis, C. eod. tit.*, sed etiam ex eo quod cultura, & impensa iam erat capta, & noualia parata ad seminandum, & per consequens non potest dici negotium istud sponte factum ab hæredibus &
10 voluntarium, sed necessarium, & continuatiuum primi, imò perfectio opus iam incæpti *l.nam & Servius respondit 22. §.si vivo Titio, ff. de negot.* ad præiudicium hæreditatis non autem hæredum cedi debet *Magon. decis. Florentin.1. num.50.Ludouic.dec.Perusin.67.num.34.Sperell.dec. 91.num.57. Gratian.discept.forens.cap. 276. n.42.*

Et ita mandatum non esse exequen. contra bona propria hæredum fuit decisum vtraque, &c.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO,

Postea S. R. Eccles. Cardinali.

Romana Cambij.

Veneris 23.February 1663.

ARGVMENTVM.

Cambiandi onus in se susceptum apparet ex verbis indefinite prolatis, vnde per hæc verba huiusmodi assumptio non potest dici restricta ad certum tempus, sed debet suum effectum sortiri, nec per pactum in vno contractu subsequenter adiectum censetur præcedentibus derogatum reliqua patent ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Verba generaliter, & indeterminatè in cambijs concepta non restringuntur ad primum actum, sed progrediuntur viterius donec suum sortiantur effectum.*

2 *Oratio indefinita, & indeterminata continet sub se omne tempus.*

3 *Verba* quod si elapso biennio *non important contractum separatum, sed sunt intelligenda retento themate assumptionis oneris cambiandi.*

4 *Conditiones appositæ pro maiori cautela & securitate creditoris in odium ipsius retorqueri non debent.*

5 *Pactum subsequenter in vnico contractu adiectum non censetur à precedentibus recessum, nisi specificè exprimatur.*

6 *Cambiandi onus durante certo tempore, & pendente dilatione habenti dicendum est quod eidem expirata dilatione fuerit iniunctum.*

7 *Contrahens nomine proprio, & ad sui vtilitatem licet cum alienis pecunijs sibi acquirit sub sola obligatione restituendi pecunias domino, nisi ex coniecturis contrarium desumatur.*

DECISIO XXXV.

HODIE Domini confirmarunt vltimam decisionem coram me editam 14 Aprilis præteriti.* Quia tàm ex verbis Instrumenti, quàm ex ratione ibidem adiecta, clarè desumitur Franciscum assumpsisse in se onus cambiandi, & hanc oneris assumptionem non fuisse restrictam ad solum biennium, sed indefinite conuentam vsque ad integram sortis restitutionem: Verba si quidem dictum onus respicientia concepta fuerunt generaliter, absolutè, & indeterminatè, absque vlla penitus temporis præfinitione, ibi, *Semel, & pluries, ac toties quoties opus fuerit omnibus dict. D. Francisci cura, opera, diligentia, cambijs, recambijs,*
1 *damnis, expensis, prouisionibus, & interesse*, † quæ sic generaliter, & indeterminatè concepta non restringuntur ad primum actum; sed viterius progrediuntur, & operantur effectum suum vsquequo creditor integrè sit satisfactus, vt præter allegatos in vltima decisione §. non obstat benè in his terminis probat *Dec. consil. 562.num.1.& 2.*

Ratio autem sicut ponderatur in eadem decisione §. idque colligitur nè D. Gineura damnum aliquod patiatur, cum non sit solita tenere pecunias otiosas, æqualitèr conuenit eodem modo cuicunque tempori: ideo-
2 que tanto certius sub dicta † indefinita, & indeterminata oratione omne tempus includitur *iuxta doctrinam Bartol.in l.si pluribus numer.6. versicul.in dubio qualiter, ff. de leg.2. cum alijs ibi alleg.*

Nec subsistit quod agatur de duplici contractu distincto, & separato propter subsequëtia verba ibi, *Quod si elapso biennio*, ac proindè onus assumptum in primo non dicatur repetitum in secundo.

Quoniam lectura Instrumenti huiusmodi suppositam duplicitatem excludit, & vnicum
3 duntaxat esse contractum ostendit; † Verba autem illa aduersatiua, *Quod si elapso biennio*, non importent nouum, & separatum contractum, Immo intelligenda sunt retento eodem themate assumptionis oneris cambiãdi *ad Bartol.in benevit §.fin., ff.ad l.Iul.de adult.Coccin.decis. 267.num.2.*

Idque comprobatur ex quo etiam post biennium repetita fuerunt verba ibi, *Toties quoties opus fuerit omnibus ipsius D. Francisci, &c., Cura, opera, diligentia, &c.*, quæ in alio verificari non possunt, quam in onere, & obligatione cambiandi ex adductis in eadem vltima decisione §. quia respectu.

Cæteræ verò conditiones post biennium adiectæ recuperandi sortem cum cambijs, vel eam continuandi super cambijs, & recambijs appositæ fuerunt augumentatiuè pro maiori cauthela, securitate, ac fauore creditricis; non autem ad tollendam, & restringendam obli-
4 gationem debitoris, Idcoque † in odium ipsius Creditricis retorqueri non debent, vt bene ad propositum ponderauit *Rot.in Romana Pecuniaria 14.Iunij 1649. coram Buratto, Dunozetto apud Salg.Labyr.credit.decis.7.num.3.*

Quinimmòdum verè vnicus est contractus

intrat

5 intrat cõclusio, quod per pacta†subsequenter adiecta nunquàm censetur recessum à precedentibus,nec illis derogatũ,nisi verbis specificis sit expressum, vt in puncto tradit *Dec. dict. cons.562.nu.5. cum seqq. quem sequuta fuit Rota coram Merlin.dec.636.num.19.& 20.* Maximè quia dum Frãciscus onus cambiandi habebat du-
6 rante biennio, & pendente dilatione,† fortiùs dicendum est. quod eidem fuerit iniunctum, dilatione expirata per rationem adductam à Rota *in Romana Census de Palutijs 20.Nouembris 1600.coram Cardinali Sacrato apud Marchesan. de commiss. part.1.num.1. in fin.*

Cœterum non obstat, quod D. Gineura in in principio Instrumẽti declarauerit pecunias spectare ad D. Ludouicum Antonium eius filium, Quia cum ipsa nomine proprio,& ad
7 sui vtilitatem contraxit, † sibi acquisiuit sola obligatione restituẽdi pecunias filio *iuxta textum punctualem in l.1.C.si quis alt.vel sib.* nisi ex coniecturis contrarium desumatur, & sic D.Ludouicus Antonius non habet nisi actionem repetendi pecuniam, non autem habet vllum interesse in hoc Cambio.

Et ita vtraque &c.

Decisio ista, quæ hic allegatur, in hac eade ꝫ causa emanata, sub die 24.Aprilis prateriti, impressa est in præcedenti par.recent.13.in Ordine 439. coram eodem Eminentiss.Cardin.Cerro. In eadem quoque Parte adest pariter altera decisio in prædicta causa sub die 8.Aprilis 1658. coram eodem est in Ordine Decisio 24.

R. P. D. BEVILAQVA.

Ariminen. Bonorum.

Lunæ 26. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

Renunciatio mulieris & minoris sine interuẽtu proximiorum, & insinuatione sustineri non potest,quæ insinuatio requiritur etiam in donationibus inuicem inter minores, & mulieres factis. Pater quando censeatur excludere filios filiarum.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio minoris ob non interuentum proximiorum ex Statuti Ariminensis, & Vrbis dispositione, & per omissam insinuationem non potest sustineri & num.2.*

3 *in Renunciatione in qua minores damnum recipere possunt requiruntur solemnitates, & insinuatio ad euitandas fraudes.*

4 *Insinuatio requiritur etiam in donationibus inuicem inter minores, & mulieres factis.*

Amplia vt num.5.

6 *Renunciatio mulieris dotatæ absque insinuatione nõ sustinetur & num.8.*

7 *Pater dotans filiam videtur excludere à successione bonorum suorum filios ab illa nascituros, nulla præsertim facta mentione illorum in testamento.*

9 *Pater dotans filias, & iubens dote assignata debere esse contentas censetur voluisse excludere filias de-*

tatas ab illis bonis, quando ad ipsorum fauorem purificarentur.

10 *Comprehensus in inuestitura ex propria persona succedere potest.*

11 *Substitutio declarat mentem testatoris alienam à substitutorum exclusione.*

DECISIO XXXVI.

EQVITI Philippo Bonadratæ Immissionem petenti in bonis Emphiteoticis de quibus agitur obstare renunciationem ab Eleonora eius matre factam decisum fuit sub dic 24.Maii 1660., * sed comperto postea, quod non fuerat seruata forma Statuti Ariminen., & constitutionis Marchiæ requirentis in contractibus minorum præsentiam proximiorum, & insinuationem DD. sub die 22. Iunij 1661. * ex hoc capite illam nullam esse aduertentes à dicta decisione recesserũt, & in hac vltima decisione hodie quoque permanserunt, quia sicuti nunquam fuit controuersa Minoritas Eleonoræ ita indubitatè resultat nullitas renunciationis in dict.decisione
1 firmata, tam ob non interuentum†proximiorum ex Statuti dispositione exigitum, vt de simili Statuto vigente in Vrbe dixit *Rot. decis. 120.num.1.coram Buratt.decis.294. num.1.part.6., & decis.165.numer.56.part.7. recent.*, quam per
2 omissam † insinuationem *Rot.decis.8. post Pic. ad Statut.Vrb.Add.ad Buratt.decis.41.numer.11.*, & in terminis renunciationis factæ Arimini per mulierem minorem respondit *Rot.in Ariminen.Legatorum impress.in decis.491.num.12. cum seqq.,& decis.10.num.1. pariter cum seqq. part.4. tom.3.* quamuis ageretur de renunciatione iu-
3 ris futuri, quia etiam in his † iuribus, & renunciationibus, in quibus minores renunciãtes damnificari possunt necessariæ sunt solemnitates,& insinuario ad euitandas deceptiones & fraudes requisita, vt in specie dictum fuit *in Perusina hæreditatis 10. Decembris 1628. coram Cardinali Virili post Gil. ad Statut.Perusin., dec.97. num.6.& 12.Gregor.dec.15.numer.5. Buratt. d.dec. 120.num.25.,& 101.Addens.littera E, Gratian.discept.358.num.10.11.& 12.*

A qua nullitate saluari nõ potest ex eo quia Renunciatarij erant pariter minores, præter quod ex partita libri baptismatis relata in *Summario num.30.* constat illos tunc fuisse ma-
4 iores 20 annorum † insinuatio ad subuenienduũ imbecillitati bonorum inuenta requiritur etiam in donationibus inuicem inter minores, & mulieres factis *l.data C.de donat. Rot.dec. 729. num.2.& 3.part.4.diuers.d.decis.97.nn.8. post Gil.ad Statut.Pernsin.,& in recent.decis.498. num. 58.par.5.*,& absque difficultate procedit,quãdo vt hic non concurrit paritas priuilegii,sed potior est causa alterius reportantis ex contractu lucrum vbi alter remanet in damno, 5 ob quod † ac si renunciatio facta esset maioribus debuit insinuari *ad text. in cap.Audatis de restit.integr.Lambertengh.de Contract. mulier.in fine Couarr.practic.quæst.cap.7.num.4. vers.secundo quia Rot.coram Buratt.decis.280.num.11.,& ibi Addens. num.24.,& post Pacific.de Saluian.Interd.dec.142.*

numer.8. & 9., & in terminis dictum fuit in præcitata decis.616. numer.11. & 12. part.4. tom.3. recent.

Nec absque Insinuatione substineri potest ex eo quia fuit correspectiua ad dotem scut. 3000.à Patre eidem Eleonoræ fil.constitutam
6 ad hoc,vt renunciaret, quasi† renunciatio debuit fieri in executionem, & adimplementũ præcepti paterni *ad l. prædium 3. ibique gloss. & DD.C.quando decret.opus non est l.1.§.1., & l.magis puto §. pupillus, & l.final., ff. de reb. cred. Put. decis.110.lib.1.num.3.Burratt.dec.408.in fine*,quoniam ex hoc affirmari potest de intentione Patris dotantis fuisse excludere filios ab illa-
7 nascendos, † & ad bona ista Emphiteotica ex persona propria in Inuestituris vocatos,dum de illis nulla legitur facta mentio in testamẽto,*l.non omnis, ff.si certum petatur*, Vnde mente, & præcepto deficientibus subsequens renunciatio à fratribus in amplissima forma procurata amplectens omnes hæreditates, & bona tum parentum tum eorundem fratrum, ac alia etiam emphiteotica, & filijs Eleonoræ renunciantis ex iure accrescendi, ac ex inuestituris competentia,itaut non valeant succe-
8 dere, & sic multo plus continens † renunciatio quam in mandato Patris minimè substinetur absque requisita insinuatione, *l.qui superstitis,ff.de acquir.hared.Grat.decis.131. num.8. Ret.decis.§29.num.4. in fine part.1. diuers.Gregor. decis.496.numer.8.& in recent.decis.100. numer.1. part.7.*

Neque patris intentio excludendi filios Eleonoræ ab his bonis desumi potest ex hoc quod in dicto suo Testamẽto de & super suis bonis & signanter de istis Emphiteoticis, exposuit, illa fideicommisso supponens, nam verbis illis vnde talis voluntas arguitur *pro omni ipsarum, & cuiuslibet earum parte & portione debita & debenda in omnibus bonis mobilibus, & immobilibus proprijs & Emphiteoticis iubens, & mandans dd.eius filias, & quamlibet earum debere stare & esse contentas* tanquam relatiuis,& restrictis ad ipsas filias, alius sensus dari nequit,
9 nisi quod voluerit † excludere filias dotatas quatenus ad ipsarum fauorem aperiretur *l.alle aut ille, §.cum in verbis,ff.de leg.3.Soccin.Iun. cons.3.num.36.lib.1.* firmo tamen remanente iure ad fauorem filiorum nascendorum in-
10 Inuestituris compræhensorum, † quorum vigore ex propria persona, & independenter à matre, & post illius & fratrum obitum succedere poterant *Rot.decis.29.num.14.part.8. recent., & in Rauennaten. hereditatis 24. Ianuarij, §.prout & §.Rursus coram R.P.D. meo Albergato*, eoque magis quia filij eiusem Eleonoræ, & aliarum filiarum fuerunt in eodem testamento substitutæ in defectu filiorum masculorũ primi gradus institutorum, quæ sanè substi-
11 tutio † plurimum operatur ad interpretandã mentem Testatoris alienam ab illarum exclusione *l.seruus plurium §.final., ff. de leg.1.Soccin.Iun.cons.101.num.6.& 7. lib.1.*

Et ita post secundam causę propositionem informante prima vice sub die 12.Maij anni præteriti vtraque parte, & hodie Eq. Philipo tantum fuit resolutum standum esse in decisis, &c.

Due ista decisiones allegata sub diebus 24.Maij 1660., & 22.Iunij 1661. coram eodem Reuerendissimo Decano, sunt in precedenti part.13. recent.in Ordine Decisiones 224.& 222.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO,

nunc S. R. Eccles. Cardinali.

Romana Domus.

Lunæ 26. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

Emphyteusis,quod sit acceptata pro se,& vxore, quando id non iustificetur, quamuis in stipulatione adsit mentio ipsius vxoris, Donatio inter virum, & vxorem est prohibita, Ratificatio, ex sola scientia præsumitur, in donationibus inere lucrosis,secus vero dum donatio esset mixta, quia tunc verus consensus esset necessarius.

SVMMARIVM.

1 *Bona sua, quilibet potest ad sui libitum disponere, eaque vinculo fideicommissi subijcere.*
2 *Domus aliqua, quod æqualiter non spectet ad virum, & vxorem, ex quo conuincatur.*
3 *Simulatè ea, quæ sunt subsistentiam non habent.*
4 *Donatio inter virum, & vxorem prohibita est, tam secundum dispositionem Iuris Communis, quam* ex Statuto Vrbis lib.1. cap.135.
5 *Maritus, dum acquisiuit aliquid absente vxore, nisi constet de eiusdem ratificatione, non potest dici ei etiam illud acquisitum.*
6 *Ex stipulationis sola scientia, præsumitur ratificatio eius ad cuius fauorem facta reperitur.*
Maritus acquirens emphyteusim pro se, & vxore, licet non sit presens stipulationi præsumitur tamen eius acceptatio, ex sola scientia stipulationis. num. 6.
7 *In donatione gratuita, & titulo lucrativo facta, ex sola scientia præsumitur ratificatio inducta.*
Repudiare nemo præsumitur voluisse rem sibi gratuitam, & vtilem num. 7.
8 *Donatio, quando est mixta,tunc ex sola scientia stipulationis, non præsumitur acceptatio.*
9 *Ex Donatione, dum Donatarius patitur aliquod detrimentum, ex sola scientia stipulationis donationis,non præsumitur acceptatio eiusdem.*
Consensus expressus requiritur ad effectum, vt quis obligetur nu. 9.
10 *In contractibus correspectiuis, & onerosis, nulla lege, nec aliqua ratione cauetur,vt Notarius possit absentem obligare absque eius consensu.*
11 *Ad Dominij acceptationis effectum in Contractibus onerosis, requiritur omnino consensus expressus,ex parte accipientis.*
12 *Quidquid sit respectu irrenocabilitatis contractus, ne contractus possit rescindi.*
13 Rota decis. 12.& decis.262.par.2. rec. *quæ videntur inter se contraria,concordantur.*
14 *De Domo tamquam sua quando quis non disposuit,*

nec

Digitized by Google

nec in vita, nec in morte, qualis ſit præſumptio.

15 *Bona aliqua, quod non ſint alicuius poteſt probari ex eiuſdem confeſſione & num.* 16.

17 *Teſtes, dum conuincuntur de mendacio, nulla fides eis eſt adhibenda.*

18 *Teſtibus ſibi contrarijs non eſt deferendum.*

19 *Hæres non poteſt contrauenire facto defuncti.*

20 *Confeſſioni partis iteratæ, & geminatæ magis deferendum eſt, quam depoſitionibus teſtium.*

DECISIO XXXVII.

CONFIRMARVNT hodie Domini deciſionem coram me emanatam die 19. Aprilis 1660. * in qua fuit Antonio Fabrino denegata manutentio, & reſpectiuè immiſſio in poſſeſſionem portionis domus de qua agitur in vim teſtamenti materni, eo quod non probatur eſſe hæreditariam Angelæ, ſed Alexandri patris, qui tanquàm primus
1 acquirens titulo oneroſo, † potuit de illa diſponere, eamque vinculo fideicommiſſi ſubijcere ad fauorem dicti Antonij filij, ac nepotum ex Franciſco altero filio prædefuncto.

Non enim ſubſiſtit, quod domus æqualiter acquiſita fuerit per Alexandrum, & Angelam cõiuges; nam ex inſtrumento anni 1556. con-
2 ſtat Alexandrũ tantum † nulla facta mentione vxoris, domum acquiſiuiſſe, ſoluendo pretium Venturæ venditori, augendo canones, eamque notabiliter meliorando, & licèt poſteà in inſtrumento anni 1595. nomen quoque vxoris expreſſum fuerit nihilominus vel dicend. eſt nomen vxoris fuiſſe ex intermallo in d. inſtrumento anni 1595. ſimulatè appoſi-
3 tum cum acquiſitio fiat illi tantũ, † qui pretium ſoluit, vt concludit *Roman. conſ.* 291. *nu.* 11. *cum mod. cum alijs in deciſ. allegat.* vel in omnem caſum huiuſmodi ſtipulatio Alexandri pro Angela ſapit donationem prohibitam in-
4 ter † virum, & vxorem, tam attenta diſpoſitione iuris communis, quam *Statut. Verb. lib.* 1. *cap.* 155. *vt in deciſ.* § *nec refert.*

Præcipuè cum domus fuerit per Alexan-
5 drum acquiſita abſente Angela vxore, † nec docetur ipſam huiuſmodi acquiſitionem eius nomine factam vnquam approbaſſe, ſeu ratifi-
6 caſſe, vt requiritur. Nil refragante quod † ſola ſcientia ſtipulationis præſumatur acceptatio, vt in terminis mariti acquirentis emphyteuſim pro ſe, & vxore conſuluit *Dec. conſ.* 58. *num.* 2. Tum quia id poſſet habere locum in contractu merè lucratiuo, & in dona-
7 tione gratuita: tunc enim † ex ſola ſcientia donatarij inducitur acceptatio, cum non præſumatur velle repudiare rem ſibi vtilem *Menoch. conſ.* 1153. *num.* 113. *Rota deciſ.* 428. *num.* 12. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* Secùs verò quando vt in ca-
8 ſu noſtro, acquiſitio † habet mixturam oneris, attenta obligatione ſoluendi canones, aliaque adimplendi ad formam inueſtituræ, quo caſu cum poſſit Angelæ donatariæ damnum
9 afferre, † non inducitur ratificatio ex ſimplici ſcientia, ſed neceſſarius erat explicitus eius cõ-

ſenſus, vt in propoſito benè declarat *Altograd. conſ.* 17. *num.* 11. & 12. *lib.* 2. & *prater adductos in deciſ.* § *neque dicatur, firmauit Rot. in Bononien. donationis* 27. *Iunij* 1661. *coram R. P. D. meo Beuilaqua* § *non releuat replicatio in fin.* & *prius in Romana Cenſus coram Bichio penes Merlin. de pignor. deciſ.* 35. *num.* 5. vbi quod in contractibus cor-
10 reſpectiuis, & oneroſis, † nulla lege, aut ratione cauetur, quod Notarius poſſit abſentem obligare abſque eius conſenſu.

Tum etiam quia acceptatio ad effectum ac-
11 quiſitionis dominij, ſeu poſſeſſionis, † vt in caſu noſtro, omnino requiritur, licèt ſecùs ſit ad effectũ irreuocabilitatis contractus ex parte donantis, ſeu promittentis, ad hoc ne poſ-
12 ſit pœnitere, † & à contractu recedere ante ratificationem abſentis, iuxta diſtinctionem quam ſequitur *deciſ.* 683. *num.* 4. *part.* 1. *diuerſ. Card. Seraph. deciſ.* 472. *num.* 3. *late Add. ad Gregor. deciſ.* 97. *num.* 8. vbi quod cum hac diſtinctio-
13 ne reducuntur † ad concordiam *deciſ.* 12. & 202. *par.* 1. *recent.* quæ inter ſe videbantur contrariæ.

Et hodie ceſſat quælibet præſumpta acceptatio Angelæ, non ſolum ex ponderatis *in de-*
14 *ciſ.* §. *quinimò*, dum ipſa † de hac domo, ſeu eius rata parte, nec viuens nec in teſtamento diſpoſuit, ſed etiam ex propria eiuſdem con-
15 feſſione, quod ſit hæreditaria mariti, emiſſa tam † in confectione inuentarij, cui fuit præſens, quam in monitorio obtento ab A. C. ne moleſtaretur à creditoribus *Summ. Io. Andr. nu.* 5. & 10. quam propterea confeſſionem Antonius hæres impugnare non valet.

Non obſtãt teſtes nuper examinati pro parte Antonij deponentes de confeſſione extra-iudiciali Alexandri præſente Angela vxore, quod pars domus ad eam ſpectabat *d. Summ. Antonij nu.* 2. Quoniam viſum fuit DD. †
16 dd. teſtes non eſſe attendendos, tanquam ſibi cõtrarios, & de mendacio conuictos, dum alias contrarium depoſuerunt, nempe domum
17 ſpectare ad Alexandrum, † ac proinde nulla venit eis adhibenda fides *l.* 2. & *l. qui falſo, ff. de teſtib.*

Præſertim, quia dd. Teſtibus aduerſantur
18 geminatæ confeſſiones tam Antonij, † qui in aditione hæreditatis Alexandri patris in inuẽtario deſuper confecto, & in iudicio detra-
19 ctionis legitimę aſſeruit dictam domum † eſſe hæreditariam patris, approbando relationem Periti cum d. qualitate *d. Summ. Io. Andr. num.* 6. 7. & 8. quam etiam eiuſdem Angelæ in confectione inuentarij, & in monitorio
20 præmemoratis, quibus confeſſionibus † geminatis, & ſeriò emiſſis, magis deferendum eſt, quam dd. teſtibus *Gabr. de teſt. concl.* 4. *numer.* 77. *Rota coram Verall. deciſ.* 283. *num.* 6. *par.* 3. & *coram Gregor. dec.* 367. *numer.* 3. & *ibi Add. num.* 7.

Et ita vtraque parte informante &c.

☞ *Deciſio iſta, qua hic allegatur in hac eadem cauſa emanata ſub die* 19. *Aprilis* 1660. *coram eodem Eminentiſſ. Card. Gerro, cum non ſit impreſſa erit infra in Miſcellaneis, iuxta ſeriem temporis.*

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Romana domorum.

Venet. 2. Martij 1663.

ARGVMENTVM:

Vniuersitas hębreorum ex Const. Alexandri VII debet soluere pensiones Domorum; quæ non habitantur dūmodò tum sint habitabiles; quia si fortè sint deuastatæ, cum restauratio non spectet ad hæbreos conductores, sed ad locatores, quorum culpa non possunt habitari tunc vniuersitas non est obligata.

SVMMARIVM.

1 *Locatori incumbit onus restaurandi Domum locatam, non conductori, & num. 6. Secus vt num. 7.*
2 *Const. Clem. VIII. prohibet expulsionem Hæbreorum ex domibus conductis.*
3 *Emphiteutæ, non conductori pertinet onus reaptandi domum.*
4 *Emphiteuta à conductore in quo differat, & numer. 5.*
8 *Ius Gazzaga consuetum est hæbreis pro dote assignare.*
9 *Hebrei sunt incapaces dominij ex Constit. Apost.*
10 *Ius Gazzaga nullam seruitutem irrogat dominis domorum.*
11 *Ius Gazzaga est inuentum, ne conductores possint expelli ab alijs Hebreis; in quorum potestatem recidet post finitam conductionem, an velint continuare, necne, vt numer. 12.*
13 *Pensiones hæbreorum debent in casu indigentiæ solui ab eorum vniuersitate, secùs vt num. 19.*
14 *Obseruantia ad hoc, vt inducat vsum debet concludenter probari.*
15 *Testes interessati non probant.*
16 *Obseruantia quæ est consonaturis dispositioni est exequenda.*
17 *Contractus locationis ratificatur ab exactionibus pensionum.*
18 *Locatores debent reaptare domos alias non currit pensio.*

DECISIO XXXVIII.

SANCTISSIMVS Dominus Noster Alexander VII. anno 1658. speciali Constitutione decreuerat, vt Domini Domorum intra Hebræorum regionem consistentium possent contra illorum Vniuersitatem pro pensionibus assequendis actionem dirigere, in casu quo domus ipsæ forent Conductoribus destitutæ, cuius virtute Sanctionis Franconij contra Vniuersitatem in Tribunali D. Vicegerentis pro trium pensione domorum exigenda Iudicium instituerunt coram quo 16. Octobris 1659. eadem Vniuersitas paratos Inquilinos exhibuit dummodo tamen reparationes domorum contingerent, & ad habitañ illæ possent inseruire super quo restaurationis onere post editam fauorabilē hinc inde sententiam delata mihi causa dubium hodie proposui cuinam onus prædictum reficiendi domus incumbat, & an persolutio pensionū decursarum ad Vniuersitatē pertineat in eius fauorem in omnibus resolutum.

1 Restauratio siquidem Domorum † in omnibus ad habitandum necessarijs incumbit locatori iuxta apertam dispositionem *text. in l. ex conducto 161. ibique gloss. in verbo refertur, & in l. si merces 28. §. si vicino, vbi gloss. pariter notat. in verbo non restituat, & in verbo facere, & in l. Dominus horreorū 57. §. in conducto, ff. locat. Nat. cons. 449. num. 9. cum sequent. Rolland. cons. 83. nu. 1. & 2. lib. 4. Caroc. de locat. tit. de expens. quæst. 4. num. 2., & 3. cum seqq. Guidopap. decis. 444. num. 3. & 6. Brognin. Canalcan. decis. 44. numer. 48. & 49. part. 1. Franc. Marc. decis. 458. numer. 35. Card. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 7. nu. 20.*

Neque vrgere visa fuit sæmem. Clementis
2 VIII. † constitutio, prohibens, expulsionem Hæbreorum ex domibus cōductis perindè, ac
3 si ad ipsos vti † emphiteutas refectionis onus pertineat; Dum enim ad solutionem pensio-
4 num † redditibus annuis correspondentium arctantur Hæbrei veri proinde conductoris ipsi locum assumunt non autem Emphiteu-
5 tæ, † a quo quid modicum in directi recognitionem dominij dumtaxat persoluitur, *vt tradunt Bartol. in lib. 1. numer. 4. C. de Iur. emphit. Ruin. cons. 161. num. 21. lib. 1. Natt. cons. 49. num. 7. Roland. cons. 99. num. 25. 26. & 44. lib. 1. Clar. in §. Emphiteusis quæst. 1. num. 4. Marescott. var. lib. 2. cap. 76. num. 1. & 2. Rot. coram Burratt. decis. 234. num. 1. cum seqq. & in Romana deuolutionis Palatij 18. Iunij 1657. & 7. Iunij sequentis anni coram R. P. D. meo Albergato confirmata coram R. P. D. meo*
6 *Celso die 21. Iunij 1660.*, † qui ad restaurationes necessarias non debent proinde compelli, licet de contractu locationis longi temporis peragi contingeret, *vt aduertit Ruin. cons. 77. num. 6. & 7. lib. 1. Roland. cons. 79. num. 13. vers. 4. lib. 4. Thesaur. decis. 20. num. 7.* † quicquid dicen-
7 dum foret de melioramentis ad voluptatem, ac pro maiori commoditate peractis ab Hæbreis, quorum repetitio dumtaxat in prædicta Constitutione Clementis interdicta dignoscitur.

Hoc præterea Ius Inquilinatus sub nomi-
8 ne Gazzaga recensitū ab Hæbreis † licet consuetum pro dote attribui, ipsis tamen nullum
9 defert Ius dominij, † cuius ex Constitutionibus Apostolicis incapaces omnino censentur, *vt dixit Rot. decis. 194. nu. 6. part. 4. tom. 2. recent.*,
10 † neque seruitutem aliquam, seu præiudicium dominis domorum irrogat quibus præstari debet pensio semper æqualis, cum ad
11 commodum † conductorum dumtaxat videatur inuentum, nè ab alijs possent Hæbreis exinde expelli, *vt tradit in specie Riccius. de iur person. tom. 1. lib. 2. cap. 17. num. 3. Rot. in Romana prælationis coram Ortembergo impress. post Mangil. de subhast. decis. 65. num. 4. Gregor. decis. 449. num. 3. & in Romana Domus 25. Maij 1615. coram bo. me.*
12 *Cardinali Fabritio Verospio,* † ac in eorum consequenter residet potestate elapso tempore Conuento in cōtractu domum conductam
13 dimittere Locatori, † cuius tamen pensionē ex speciali diplomate Sanctissimi Vniuersitas præstare compellitur.

14 Nec obseruantia † poterit Franconijs suffragari ex attestatione aliquorum elicita, asserentium refectionem domorum à conductoribus hæbreis consueuisse expleri ; Præterquam enim attestatio hæc nullius roboris es-
15 se censetur, vtpote ab aliarum domorum Dominis peracta, de quorum pariter interesse tractatur, eadem obseruantia ex actibus contrarijs in Vniuersitatis sūmario recensitis omnīno destruitur ; nec non ex Instrumento potissime Locationis nomine Fratrum de Prāconijs Isacho Iosephi Patri perhabitæ ob
16 cuius † promissionis obseruantiam, vti conformis dispositioni Iuris possunt ijdē adstringi, licet à Tutore expleta fuerit per *text. in l. cum plures* 13. §. 1. *de administr. tutor. & in l. illud quæritur* 4. §. *si impubetis ff. de excusat. Tbesaur.*
17 *quæst. forens. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 1. † perpectis potissimè exactionibus ad formam prædicti Instrumenti peractis à Franconijs postquā euasserè maiores, è quibus videtur contractus ratihabitio resultare *ad text. in l. si Paulus respondit ff. rem rat. haberi gloss. in l.* 1. *post principium in verbo ratam C. si maior fallus tradit Alexand. cons.* 117. *num.* 2. *lib.* 5. *Dec. cons.* 58. *num.* 2. *Paris cons.* 49. *n.* 17. *lib.* 1. *Cephal cons.* 51. *nu.* 15. *Aymon cons.* 159. *num.* 5. *Rot. post secundum volum. cons. Farin. decis.* 159. *num.* 4. *& in Romana pecuniaria* 27. *Nouembris proxime præteriti in §. hac enim ratihabitio post med. coram me.*

Hinc dubij resolutio quoad alteram par-
18 tem desumitur, † Dum enim ex culpa locatorum domos non reaptando locari eædē nequiuerunt Hæbreis Vniuersitas proinde non valet pro pensionū solutione astringi *ad text. in l. si quis domum* 9. *& l. ex conducto* 16. *ff. locat. Iason cons.* 109. *num.* 1. *part.* 1. *Canal. decis.* 44. *num.* 30. *part.* 1. *Gabriel cons.* 75. *num.* 1. *lib.* 1. *Surd. cons.* 445. *num.* 18. *Rot. coram Seraphin. decis.* 995. *nu.* 1. *& in Bononien. pecuniaria, seu affictus Gabellarum* 8. *Maij* 1660. §. *exceptio præterea cum seqq. coram me.*

Quæ sanè domos reparandi necessitas ex periti attestatione concluditur vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE
postea S. R. Eccles. Cardinali.

Romana Dotis.

Lunæ 2. *Martij* 1663.

ARGVMENTVM.

Hæres beneficiatus quando vltra vires hæreditarias teneatur, & iciens creditores adesse anteriores soluendo primis qui comparuerant quid agere debeat. Dos ex bonis fideicommissarijs non extātibus liberis an detrahi valeat, & quid si extent bona libera, sed æri alieno obnoxia, & litibus inuoluta.

SVMMARIVM.

1 *Hæres beneficiatus rationem non reddens de bonis in inuentario descriptis ad solutionem æris alieni hæreditarij de proprio tenetur quamuis vires non sufficiant.*

Quod declara vt num. 2.

3 *Hæreditas, non inficiata tam non esse soluendo de iure opulenta, ac soluendo præsumitur.*

4 *Hæres reddens rationem tenetur edere libros per peritum legendos, vt ad validam, & veram calculationem deueniri possit.*

5 *Quietantiæ ad inducendam probationem æris alieni hæreditarij non attenduntur quando agitur de præiudicio tertij, & de concursu creditorum.*

5 *Æs alienum hæreditarium est concludentibus probationibus iustificandum.*

7 *Hæres sciens alios adesse creditores anteriores soluendo illis qui primò cōparuerunt, tenetur ab istis cautionem exigere de restituendo prioribus, & potioribus, alias non liberatur.*

8 *Hæres obligatur ad exigendam cautionem de restituendo prioribus & potioribus etiam quando appareat sola suspicio de prioritate & potioritate.*

9 *Fructus fundi censentur hypothecati pro pēsionis satisfactione.*

10 *In actionibus singularibus pretium non succedit loco rei.*

Et præcipuè quoties habita fuit fides de pretio n. 11

12 *Fructus hæreditatis detectis creditoribus non pertinent ad hæreditatem, sed ipsam augent.*

13 *Hæres in reddenda ratione tenetur describere bona distinctè, & cum suis qualitatibus Ratto num.* 14

15 *Dos etiam ex bonis fideicommissarijs non extantibus liberis detrahitur & num.* 17.

Amplia vt num. 16.

DECISIO XXXIX.

MANDATVM ab A. C. relaxatum ad fauorē Catharinæ de Nigris aduersus Philippum Cęsarem Arigonū fore exequendum dixerunt Domini coram me sub die 16 Iunij proximi præteriti etiam contra bona propria, ac eiusdem personam, quo non acquiescente causaque hodie proposita in decisis perstitere.

1 Subsistit siquidem quod hæres Beneficiatus rationem † non reddens de bonis in inuentario descriptis ad solutionem æris alieni hæreditarij de proprio teneatur, quamuis vires non sufficiant; cuius conclusionis intelle-
2 ctus non est† quod hæres ad cuius manus cētum peruenerint teneatur ad mille, sed quod hæreditas quoties consistat in corporibus de eorum natura fructiferis (prout in proposito casu) quorū valor adhuc sit incertus eo quia de illis rationem non reddit, minus ve iustificat hæreditatem non esse soluendo tunc in pœnam non redditæ rationis de proprio teneatur ad æs alienum hæreditariū persolueñ donec de insufficiētia docuerit cum interim
3 de iure opulenta, ac soluēndo præsumatur *Couarr. in cap. si hæret sub num.* 9. *vers. & si minime de testam. Duran. decis.* 1. *nu.* 13. *Seraphin. dec.* 1394. *num.* 4. *& 5. Rot. dec.* 696. *num.* 2. *vers. nam quousq; par.* 1. *& dec.* 277. *num.* 20. *par.* 9. *tom.* 1. *recent.*

Ex periti vero relatione non censetur reddita sufficiens ratio cum ipse non inspexerit, cunctos libros ex quibus de vero hæreditati statu potuerit plenè instrui sed ad partis assertionem ediderit peritiam. *Sem. præsenti Catha-*

vino num. 1. ibi *diuersi creditii ebe fi dicano notati in lib. segnato lett. F.* cæteros per necesse supponente, ex quo aperte conuincitur illius insub-
4 sistentia cum hæres reddens † rationem præcipue tenetur edere libros legendos per peritum, ad hoc vt ad validam, ac veram calculationem deuenire valeat *Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 3. conf. 209. Soccin. conf. 149. num. 4. lib. 1. Gabriel. conf. 148. per tot. lib. 2. Rot. in Romana societatis liguorum 19. Ianuary 1659. coram R. Papien.*

Insubsistens pariter deprehenditur eo quia ibi posita fuerit ad creditum hæredis ingens pecuniarum summa persoluta pro extinctione æris alieni hæreditarij de cuius existentia adhuc in actis non constat quæ neq; desumi valet ex vexationibus à creditoribus illatis ac subsecuris illarum quietatijs per Peritum re-
5 cognitis quia in præiudicium tertij †, & vbi agitur de concursu creditorum quietantię nõ attenduntur ad inducendam probationem æris alieni hæreditarij, quod † concludentibus
6 probationibus venit iustificandũ *Fusar. de subst. quæst. 141. num. 2. Natt. conf. 532. num. 3. & seq. Cephal. conf. 344. n. 19. Rot. dec. 88. n. 20. & 21. par. 3. recent. & in Romana quarti dotalis 19. Junij 1647. & in Romana fideicõmissi de Donatis 7. Junij 1660. coram R. D. meo Cerro Decano in Viterbien. pecuniaria 7. Marty 1659. coram R. Papien. & in Imolen. Census §. & maximè 1661. coram R. P. D. meo Celso*

Præterquã plures solutiones peractæ fuerunt creditoribus posterioribus non reportata cautione de restituen Prioribus, & potioribus. Ideoque Arigonus de proprio tenetur cum male soluisse dicatur; † hæres enim
7 sciens alios adesse creditores anteriores soluendo illis, qui primo comparuerunt tenetur ab ijsdem cautionem exigere de restituendo Prioribus & potioribus, alias non liberatur, vt præter authores in præterita decisione relatos *Bartol. Castrens. Soccin. Iason. in l. final. §. & si præfatam C. de Iur. deliberand. Gait. de credit. c. 4. part. 11. num. 1357. Rot. in Maceraten. Census 12. Ianuarij 1651. coram bo. me. Bichio, & in citata Romana quarti dotalis, & in Romana residui dotis 15. Junij 1648. coram R. D. meo Decano.*

Scientia autem in præsenti casu controuerti nequit, tum quia Arigonus adiuit hæreditatem vigore testamenti Simonis Patris Catharinæ, in quo enunciatur creditum dotale quinimo hęredibus iniungitur illius effectiua solutio cum adiectione annui legati tum etiã quia in confectione Inuentarij ipsemet d. Catharinam inter creditores hæreditarios nominauit *Sum. eiusdem mulieris n. 10.* & propterea inquirere tenebatur de prioritate cuiusque, cum sola † suspicio de illis obliget hæredem
8 ad exigendam cautionem de restituen Prioribus, & potioribus *Rot. in Romana 4. dotalis §. tum quia in fine, & in Romana residui dotis §. ideoque non applicatur coram R. D. meo Decano. Gratian cap. 532. num. 6.*

Neq; subsistit potioritas Ducum Cæsarini, & Cassarelli nam admisso etiam quod ipsi essent creditores ratione afflictuum tenutæ ideoque animalia in illam inuecta, ac † fructus ibidem existentes conferentur specialiter
9 pro pensionis satisfactione hypotecati, & cõsequenter competeret prælatio, in casu nostro hoc non admittitur, quia vltra quod pecuniæ solutæ non probantur retractæ ex prædictis effectibus, super illis poterat Catharina con-
10 currere, eo quia in actionibus † singularibus pretium non succedit loco rei *per text. in l. qui vas §. vltimo ff. de furt. Tiraquell. de retract. §. 32. nu. 20. Bartol. in l. 1. de distract. pignor. & in l. qui à debitore in princ. ff. quæ in fraudem creditorum Gratian. discept. 25. nu. 10.* & præcipuè † quoties
11 habita fuit fides de pretio, vt responsum fuit *in Romana affictus 27. Februarij præteriti §. nec refert coram R. P. D. meo Priolo.*

Minus suffragantur Arigono solutiones factæ Legatarijs Cosmi Guiducci consocij Simonis in arte agraria & verius ipsemet Simon hæres remansit, quia non docetur societatem extitisse lucrosam, vel pecunias solutas prouenisse ex bonis Cosmi, ideoque esset facienda illorum separatio à bonis Simonis, vt dicebatur in præterita decisione.

Insuper solutionem dictæ dotis euitare nequit Arigonus, dum non reddit rationem de fructibus hæreditatis, qui † detectis creditori-
12 bus non pertinent ad hæreditatem *Ladrech. conf. 8. in princ. Mantic. dec. 326. nu. 3. Rot. in Romana residui dotis 15. Junij 1648. coram R. Decano. & in Imolen. census 9. Marty 1661. §. partitam coram R. P. D. meo Celso Merlin. dec. 796. num. 5. & 6.*

Nec releuat illorum descriptio peracta in relatione Periti, eo quia est nimis Generalis,
13 & confusa; hæres † enim in reddenda ratione tenetur describere bona distinctè, & cum suis qualitatibus adeo vt exinde creditores instru-
14 cti reddantur de † viribus, & Iuribus hæreditarijs, & redarguere valeant si opus fuerit perceptum quam descriptum *Cyriac. controu. 160. num. 98. Natt. conf. 574. & 575. vtrobique n. 1. Rot. dec. 330. nu. 3. par. 1. recent. & in Romana quarti Dotalis 19. Junij 1645. coram R. D. meo Decano.*

Et facilius Domini in hanc sententiam deuenerunt quia in omnem casum Dos prædi-
15 cta veniret detrahenda ex bonis fideicommissarijs Pauli Aui, quę per aduersarium possidentur ex dispositione *Auth. res quæ C. communia de legat.* locum † sibi vindicans etiam ad
16 fauorem spuriorum, vt dictum fuit in prærerita decisione & testatur. *Redenasch. conf. 72. num. 9. & seqq. Giurb. observat. 89. num. 9. Merlin. dec. 671. alias 30. num. 15. & per tot. part. 7. recent.*

Filiatio autem Catharinæ satis deducitur ex *Summ. nouo eiusdem num. 6. cum pluribus seqq.* quæ cogi nequit ad recipienda bona libera extra vrbem existentia quia cum æri alieno sint obnoxia necnon litibus appareant inuo-
17 luta, non tenetur mulier † pro consecutione suæ dotis illarum expensis, & incommodis le subijcere sed satisfactionem petere potest super bonis fideicommissarijs *Duran. dec. 145. nu. 42. & dec. 241. num. 7. & 8. in recent. dec. 55. num. 15. par. 9. tom. 2. & in Bononien. Bonorum 7. Junij 1603. coram R. P. D. meo Albergato.*

Et ita vtraque &c.

R. P.

R. P. D. EMERIX
Romana Saluiani.

Veneris 2. Martij 1663.

ARGVMENTVM.

Quæ ſint neceſſaria ad agendum in Saluiano, & illius requiſitis non probatis iudicium non poteſt intentari. Mulier ſuper bonis ſibi in dotem datis licet poſterior non poteſt moleſtari ab anterioribus creditoribus, quæ dum dotem accepit liberata à patre actus iſte non debet operari præter intentionem agentis, nimirum quod dos fuerit hypothecata creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Extenta Saluiani ſunt creditum cum hypotheca, & poſſeſſio debitoris de tempore contractus obligationis.*
2 *Hypotheca vt fauore creditorum inducatur ſufficit momentanea acquiſitio dominij facta per debitorem.*
3 *Dotis vſusfructus penes maritum, dominium penes uxorem reſidet.*
4 *Dominium non habens poteſt illud transferre de conſenſu Domini.*
5 *Mulier licet poſterior ſuper bonis ſibi in dotem datis moleſtari non poteſt ab aliis creditoribus etiam anterioribus.*
6 *Conſenſus limitatus operatur tantum ad fauorem perſonarum, quarum fauore fuit præſtitus.*
7 *Dominus in traditione rei ſuæ quamlibet legem apponere poteſt.*
8 *Debitor in acquirendis poteſt præiudicare ſuis creditoribus.*
9 *Emptor in re empta poteſt apponere pactum quod creditoribus nec dominium, nec hypotheca acquiratur.*
10 *Dos non dicitur ad filiam tranſiſſe liberam, quando eſt ſuppoſita, & hypothecata creditoribus.*
11 *Actus non debet operari præter intentionem agentis.*

DECISIO XXX.

FAVSTINA Funda anno 1604. dedit in dotem pro fundo dotali non æſtimato quondam Franciſco Merlo eius viro quandam domum poſitam ad Catenam Burgi ſuper qua monaſterium S. Euſebij de Vrbe creditor d. Franciſci occaſione duorum cenſuũ ab ipſo poſtea impoſitorũ ſuper alia eius domo ſita in regione montiũ obtinuit ab AC. ſententiam in Saluiano contra Flaminiam dd. Franciſci & Fauſtinæ filiam ad cuius inſtantiam commiſſa mihi cauſa appellationis dedi dubium An Monaſterio ſit danda immiſſio, quam Domini poſt trinam cauſæ propoſitionem hodie cenſuerunt eſſe denegandam.

Ratio reſolutionis eſt quia pro parte Monaſterij non probatur quod domus poſita ad catenam Burgi vnquam fuerit in libero, & abſoluto dominio Franciſci debitoris, prout
3 probari † deberet ad hoc vt caderet ſub hypoteca, & dari poſſet immiſſio in Saluiano, vt in his terminis reſolutũ fuit *in Romana Saluiani 5. Decembris 1660. coram Lancellotto* quę eſt *dec. 30. poſt Pacific. de Saluian. n. 1. & ſeq. & in Romana Saluiani 8. Aprilis 1630. ver. bona. Dunozzite.*

Non obſtat quod de anno 1629. Franciſcus & Fauſtina eandem domum dederint in dotẽ Flaminiæ eorum filiæ quodque occaſione huiuſmodi dationis in dotem Franciſcus aſſe, fuerit Fauſtinam pro ſcutis 1100. vt conſtat ex inſtrumento aſſecurationis dato hinc inde in ſummarijs vnde inferebatur ad tacitã emptionem, & venditionẽ d. domus inter Franciſcum, & Fauſtinam, & conſequenter ad
2 hypotecam † fauore creditorum ad quem effectum ſufficit etiam momentanea acquiſitio dominij facta per debitorem, vt pluribus adductis iuribus, & authoritatibus cõprobat *Merlin. de pignor. lib. 1. tit. 2. quæſt. 17. per totam.*

Quoniam cum huiuſmodi aſſignatio facta fuerit inſimul per Franciſcum & Fauſtinam, videtur vnuſquiſque aſſignaſſe ius quod habebat Franciſcus nimirum vſumfructum, &
4 dominium, quod ex iuris ſubtilitate penes ipſum reſidebat durante matrimonio, & Fauſtina dominiũ, quod naturaliter in ea permãſerat, & diſſoluto matrimonio ad maritũ plene reuertebatur *iuxta text. in l. in rebus dotalibus & notata per gloſſ. ibid. C. de Iur. dot. Galuan. de vſufruct. cap. 22. num. 13. Rolland. conſ. 77. num. 30. vol. 1. Surd. dec. 211. num. 13. & 26.*

Neq; propterea pro translatione dominij opus fuit quod Franciſcus efficeretur Dominus domus, cum nõ ſit nouum quod domi-
4 nium † non habens poſſit illud transferre de conſenſu Domini §. *contra autem Inſtit. quibus alienare licet Cald. de empt. & vendit. cap. 11. nu. 11 & 13. Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 95. num. 2.*

Nec etiam neceſſarium eſt inferre ad tacitam emptionem, & venditionem quæ quando ſine veri præiudicio ex huiuſmodi facto reſultaret tamen adhuc in præſenti ſuffragari non valeret ad hoc vt creditores Franciſci illa mediante dici poſſent acquiſiuiſſe hypotecam ſuper domo contra Flaminiam, cum adhuc talis emptio, & venditio non fuiſſet pura & libera, ſed qualificata ad effectum nempe tradendi domum in eodem inſtrumento Flaminiæ in dotem quæ † proinde
5 quamuis poſterior deſuper moleſtari non poſſet ab aliis creditoribus Franciſci licet anterioribus *l. iubemus C. ad Velleianum Fab. in ſuo Cod. d. tit. diſſnit. 13. Rot. corã Buratt. dec. 774. nu. 10. & ſeq. & ſignanter nu. 13. & 14.*

6 Et optima quidem ratione, quia † conſenſus limitatus operatur tantum ad fauorem perſonarum, quarum fauore fuit præſtitus *l. in agris ff. de acquir. rer. domin. Rot. dec. 603. num. 5. part. 1. recent.* & Dominus in traditione rei ſuę
7 quamlibet legem poteſt apponere *l. in traditionibus ff. de pact. & l. legem C. eodem*; & debitor
8 in acquirendis præiudicare ſuis creditoribus poteſt *l. quod autem in principio §. 1. ff. quæ in fraud. creditor. Mantic. de tacit. lib. 11. quæſt. 23. num. 30. & ſeq.* ac etiam † emptor in re empta apponere
9 pactum quod iſidem nec dominium nec hypoteca acquiratur, vt pluribus allegatis firmat *Salgad. Labyrinth. creditor. par. 1. cap. 16. a. 8. 1. Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 23. num. 3. & ſeq. & ſignanter num. 11 & 12. Manzil. de Euict. quæſt. 40.*

num.

nicis 6. hoc, coram Durant. dec. 223. num. 4. & seqq. dec. 774. num. 15.

Quòd autem Franciscus, & Faustina voluerint, quod domus de qua agitur non caderet sub hypoteca creditorum Francisci satis manifestè desumi visum fuit, tam ex eo quòd in eodem instrumento promiserunt illam esse liberam, quod non esset † si transiset in Flaminiam suppositа & hypotecata creditoribus *l. si profundo, & ibi gloss. in verbo liberum C. de trànsact. Neuisan. cons. 38. nu. 2. Mevoch. cons. 711. num. 13.*

Tum etiam quia est omnino verisimile, quod voluerint potius respicere ad commodum filiæ quam creditorũ & proinde ne actus operetur contra † vel præter intentionem agentis contra *text. in l. non omnis & gloss. ibid ff. si certum petitur & tradita per Surd. dec. 71. nu. 11* Dicendum soli Flaminiæ non autem creditoribus Ius acquiri voluisse.

Quibus ſtãtibus non fuit necesse discutere ea quę deducebantur circa devolutionem huius domus nouamque concessionem.

Et ita vtraque &c.

R. D. D. BEVILAQVA

Romana Cambij.

Luna 5. Martij 1663.

ARGVMENTVM.

Promittens factum alienum quando ad id obligetur. Cambiandi cum se ipsa facultas concessa an possit transferri in cessionarium. Mandatum quando expiret.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio non nascitur in eo cuius factum fuit promissum non accedente eius consensu*
2 *Contractus ob causa in subsistentiam in ipso nullum in totum vitiatur*
3 *Obligatio facti alieni resolvitur in diligentiam & conatum ex parte eius qui promisit in procurando consensum illius, cuius factum promissum fuit, & sufficit vt promittens illam ostendat.*
4 *Promittens factum alienum non potest in vim talis obligationis carcerari*
5 *Promittens factum alienum cum clausula* alias ad omnia damna & interesse, *ad ita tenetur quãdo debitas diligentias non faceret in procurãdo ab alijs id quod promisit.*
Alias secus & num. 6.
7 *Promittens factum alienum ad hoc vt teneatur debet in cõtractu declarare quod non vult posse se excusari feciſſe etiam diligentiam in adimplemento suæ promissionis.*
8 *Mercatori cum seipso ad id potestatem non habenti cambiare non licet.*
9 *Cambia recipere à seipso duplicem personam representante à iure & constitutionibus permittitur.*
10 *Mercator vt valeat cum seipso recipere cambia facultatem obtinere debet à debitore Cambij.*
11 *Cambij sessionarius non potest vti illis iuribus in giuando pecunias super cambijs & cum se ipso sicuti licebat autori.*
12 *Cambiendi ius cum seipso exercere pessime & eam non egreditur.*
13 *Clerico Mercatura & negotiatio interdicta est & num. 15*
14 *Clericis sæcularibus, qui paupertatem professi non sunt per aliam personam esse licitam negotiationẽ, & pecunias suas ad alibium dare quando procedit*
15 *Mandati morte mandantis expirat limita vt n. 17.*
16 *Hæreditas quando nulla adest spes quod ab aliquo adeatur, habetur pro vacante.*

DECISIO XXXXI.

Die 7. Iunij anni proximi præteriti fuit in hac causa resolutum non esse exequendum mandatum, quod Ioannes Paulus Sansonius creditor ex causa Cambij bo. me. Bernardini Biscię ab A.C. reportauit contra Dominicum Matchionem, & fratres de Biscis, illorumque matrem, quam resolutionem iterum Domini approbarũt cum adhuc visa fuerunt subsistere tria fundamenta ibi deducta.

Subsistit enim primum quod D. Bernardinus Cambij debitor prò maiori cautela, & prompta satisfactione Cambiorum decurrendorum ſo. Mariæ Vantij sub cuius nomine fuit contractum Cambium eidem assignauit fructus census a Principe Prænestinorum debitos, & pensiones cuiusdam Hospitij illum Procuratorem irreuocabilem adhunc effectũ constituendo, ita tamen vt non nisi elapso anno à die stipulationis posset illo vti & exactionem incipere. Promisitque huiusmodi assignationi accessuros matrem & fratres interesse habentes; isti autem in subiecto instrumento, nedum consensum fauore Vantij pro exactione prædicta præstiterunt, sed ab eo tempore, & durante d. anno fructus cambij soluere promiserunt, ac si in illius creatione Conuentũ fuisset cum d. Bernardino, cumq; vt ibi legitur iste solus esset obligatus, & mater & fratres consensũ pro consecutione fructuum census, & pensionum Hospitij solum 1 præstare deberent, vtique illorum † obligatio complectens solutionem cambiorum decurrendorum non subsistit, & nullatenus compelli possunt ad promissionem adimplendam fundatam in supposito per Notarium Iudicij facto, quod id continebatur in instrumento principali cambij per Bernardinũ creati, ex *l. non est, & l. si is C. de prad. Minor. Rot. dec. 333. n. 4 coram fan. me. Gregor. & in recent. dec. 370. num. 13. & 16. par. 4. num. 2. & dec. 77. num. 10. & 11. par. 6.* 2 quinimo † contractus ob huiusmodi causæ insubsistentiam, & indiuiduatim decreto desuper interposito in totum vitiatur *l. sæpe ff. de Tutor. & Curat. dat. ab his l. 3. §. penultimo ff. de contrab. empt. Rolland. cons. 7. nu. 85. cum seqq. lib. 3. Gratian. cap. 691. nu. 31. Cyriac. contron. 257. num. 68. Rot. apud Duran. dec. 373. num. 4. & 151. & in Tiburtina donationis 6. Februarij 1660. §. neque applicatur coram R.P.D. meo Albergato.*

Prout firmatum manet secundũ in eo positum, quod † obligatio Bernardini de faciẽdo

do conſentire matrem, & fratres fideicommiſſarios aliud non importat niſi promiſſionem facti alieni, quæ reſoluitur in ſimplices diligentias & conatum ex parte ſua in procurando hunc conſenſum adeont illis oſtenſis, quamuis non ſequeretur effectus petiti conſenſus non poterat † Bernardinus in vim talis obligationis in carceribus detrudi, quę fuit
4 cauſa Iudici narrata in interpoſitione decreti ſuper contractu dati conſenſus ex cumulatis in deciſione ſub §. alterum, quibus addi poſſunt *gloſſ. in cap. ex reſcripto de Iureiur. Abb. & Butr. in cap. gemma de ſponſal. Ruin. conſ. 67. num. 2. & ſeqq. lib. 4. & alij quos congerit Viuian commun. opin. 670. num. 1.* quæ concluſio procedit etiam quod in promiſſione adiecta ſit clauſula *alias*
5 *ad omnia † damna, & intereſſe* quia intelligitur cõditionaliter facta obligatio reficiendi damna, quatenus promittens ſuum poſſe & debitas diligentias non faceret in procurãdo ab alijs id quod promiſit alias ſecus, & difficultas quam inuenit † in adimplemento impedit
6 commiſſionem pœnę, & ſolutionem damni *Aretin. in l. ſi ita ſtipulatus §. poſsũ ff. de verb. oblig. Abb. conſ. 90. num. 1. lib. 1. Gabriel. conſ. 131. num. 6. lib. 2. Natt. conſ. 450. nu. 42. Viuian. mox citat. opin. 670. num. 1. & 2. Rot. coram Buratt. dec. 64. num. 1. & ibi Adden. litt. C.* & eo tantum caſu quis ad intereſſe & factum promiſſum tenetur pro altero in contractu promiſſorio dictum fuit,
7 quod non vult † poſſe ſe excuſari feciſſe conatum quãtum in ſe erat ad finem, & effectũ, vt ſequeretur in obligatione cõtentum vt ad tollendum omne dubium ita ſtipulari debere tradunt cumulati per *Viuian. in eadem communi opin. 670. num. 6. Buratt. dec. 64. nu 4. & ceteri obligati in d. §. alterum in fine*.

Tertium denique reſolutionis motiuum, ex quo non minus detegitur Iniuſtitia mandati apparet, quia Sanſonius per Io: Mariam Vantium nudum nomen in cambio habentem vt ipſe declarauit, deputatus ad tenendũ, & girandum ſuper cambijs pecunias Bernardino traditas, eas cum ſe ipſo cambiauit poſtquam cambium fuit ſibi à Larizza vero creditore ceſſum, quod minime permittendum erat, quia eo ipſo quod mediante tali ceſſione ipſe effectus fuit cambij dominus, & non poterat tanquam mercator ab initio à cõtrahentibus electus amplius cambiare, res ad eũ caſum deuenit à qua incipere non poteſt, &
8 ob id non licuit † cum ſeipſo nullam poteſtatem habente cambiare, vt in ſpecie ait *Surd. conſ. 4. num. 38. in fine & num. 39. Rot. dec. 31. n. 3. & dec. 32. nn. 2. & 3. poſt Tuſc. de camb. in deciſ. relata & in Rauennaten. ſeu Faultina cambij 16. Iunij 1635. §. nihilominus coram bo. me. Bichio vbi alij cumulantur*.

9 Nec relenat, quod recipere cambia a ſeipſo duplicem † perſonam repræſentante ſit à Iure, & cõſtitutionibus permiſsũ *Rot. Ianuen. dec. 92. ſub num. 3. & in Romana cambiorum 10. Martij anni proximi præteriti coram R. P. D. meo Veroſpio §. Hinc non obſtat*, quia adhunc effectum exi-
10 gitur vt cum † ſeipſo cambia recipere tribuatur facultas à debitore, & in illis terminis loquuntur in deciſione allegati & expreſſi dicitur in ea ibi concurrente facultate, & cum hoc ſuppoſito habitæ facultatis ratiocinatur *Io: Baptiſta Spada conſ. 267. num. 9. & 10. lib. 2. ibi hoc fuit factum de expreſſo inſtrumento cambij*. In propoſito autem caſu Sanſonio data fuit facultas tãquam tertio Mercatori cuius opera voluit vti Bernardinus dum cambium cũ Vantio creauit non autem vti principali creditori illius multo poſtea per ceſſionẽ effecto
11 Neq; huiuſmodi facultate † deficiente poteſt Sanſonius ſe fundare in ceſſione cambij reportata à Vantio nudum nomen habente, & Larizza vero creditore taliter quod ſucceſſerit in illorum Iuribus, illiſq; vti valeat eodẽ modo quo iidem cedẽtes in girando pecunias ſuper cãbijs, & cum ſe ipſo ſicuti licebat Vãtio *ad text. in l. ſi donatæ 37. in principio & ibi gloſſ. in verbo de euictione ff. de donat. inter vir. & vxor, cum alijs vulgatis*. Nam placuit reſponſio data in alia deciſione quod Sanſonius non gaudet Iure cambiandi cũ ſeipſo † cohæret ſuæ per-
12 ſonæ eam egredi non debet quaſi ab initio contrahentes reſpexerint ad illum, & eius induſtriam, non vero Sanſonij in quem ignotum penitus erat, & ſignanter Bernardino debitori & Vantio cuius nomine vt voluit Larizza in tradẽdo pecunias ad cambium *l. vnica §. nec autem C. de caduc. tollend. cap. ſtatutum §. aſſeſſorem de reſcript. in 6. l. quia tale ff. ſolut. matrimonio Io: Baptiſta de Sancto Seuerino in l. more maiorum ſub num. 11. verſ. & maxime ff. de Iuriſdictione omn. Iudicum Menoch. de arbitr. quæſt. 68. ſub nu. 11. verſ. accedit Honded. conſ. 55 nu. 77. lib. 1. Butr. conſ. 48. in fine* minus ex perſona Larizzæ, quia cum ſine controuerſia admittatur illum eſſe Clericum prohibita † ei erat negociatio, &
13 mercatura *ad text. in can. ejicientes, & can. negotiationẽ 88. diſtinct. & can. 14. quæſt. 4. Rolland. à valle conſ. 38. num. 24. 27. 28. lib. 2. ſcacc. de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampliat. 11. nu. 7. cum alijs citatis per Graſ. de effect. Clericat. effect. 6. num. 1. &* quamuis iuxta aliquorum ſententiam Clericis ſecularibus, qui paupertatem profeſſi non ſunt ſit per aliam perſonam permiſſa negotiatio, & pecunias ſuas ad cambium dare loquuntur tamen in caſu quo poſiti eſſent in mera neceſſitate, & nullum haberent exercitium ex quo ſalua eorum honeſtate victum quærere poſſent vt explicat *Scacc. loc. litat. nu. 6. Graſſ. ibid. num. 23.* qui non eſt caſus noſter nec proinde eſt circa id immorandum, & quicquam modo definiendum, ſed inhærendum
14 eſt veriori ſententiæ ſecundum † quam Clericis eſt interdicta negociatio ex præcitatis, & cumulatis per *Zizarell. dec. 83. num. 7. Adden. dec. 444. num. 36. cum ſeq. part. 4. tom. 2. recent.*

Quod eo facilius admittendum videtur ob ſuperuenientem obitum Bernardini ſine hærede, qui Vantium Procuratorem irreuocabilẽ conſtituit, per † quem expirauit mandatum ex allegatis in deciſione in fine, cui
16 concluſioni non reſiſtit limitatio, aut ſolum procedat † quando hæreditas eſt vacans ſecus ſi iacens ex *Mellin. deciſ. 160. num. 2.* quia hic de eſt ſpes quod hæreditas † Bernardini poſſit ab

aliquo adiri, quo casu haberetur pro vacante, ficque non sumus in casu limitationis, sed conclusionis & mandatum expirauit.

Et ita fuit conclusum standum esse in decisis vtraque &c.

Decisio ista sub die 7. Iunij 1662. hic allegata in hac eadem causa emanata coram eodem R. P. D. Beuilaqua est supra in præcedenti part. 13. recent. decis. 479.

R. P. D. CERRO DECANO,

Postea S. R. Eccles. Cardinali.

Leodien Pecuniaria.

Lunæ 5. Martij 1663.

ARGVMENTVM.

Monasterium non obligatur ad restitutionem pecuniarum ab Abbate mutuo acceptarum, sine Monachorum consensu, nec Abbatis assertioni statur de tali versione deponētis, Versionem autem fuisse factam, & quando non ex quo deducatur.

SVMMARIVM.

1 *Abbate accipiente pecunias sine consensu & mandato Monachorum non probata earum versione in vtilitatem Monasterij ad illarum restitutionem Monasterium non tenetur.*

2 *In mutui contractu speciale est, vt requiratur probatio versionis.*

Et ratio num. 3.

4 *Creditor agens contra monasterium pro pecunijs Abbati mutuo datis concludenter pecunias in eiusdem Monasterij vtilitatē fuisse versas probare tenetur.*

5 *Testes deponentes de simplici auditu non probant.*

6 *Prælati assertioni in prohibitis non est standum.*

7 *Prælatus dicens mutuum conuersum fuisse in vtilitatem Ecclesiæ, illi nō præiudicat si non sit veritas.*

8 *Testibus non creditur, quando eorum auctores à quibus audierunt sunt suspecti.*

9 *Scriptura simplex & priuata non probat.*

10 *Pecunias ab Abbate mutuo acceptas in vtilitatem Ecclesiæ fuisse conuersas, & quando non, ex quo arguatur & num. 11.*

DECISIO XXXXII.

SENTENTIAM Rotalem absoluentem Monasterium Vallis Scholarium à restitutione florenorum 4500. mutuo receptorum per q. Abbatem Verteam ab Authore illorum de Carolis dixerunt Dñi esse con-
1 firmandam, nam cum † Abbas pecunias acceperit absque consensu, & mandato Monachorum non probata pecuniarum versione, non tenetur proinde Monasterium ad illarū restitutionem, vt expresse disponitur *in cap. quod quibusdā 4. ibiq. gloss. verb. vtilitatem de fideiuss. Auth. hoc Ius porrectū in fin. C. de Sacros. Eccl. Felin. contr. iur. lib. 2. cap. 77. sub lit. C. Castropal. oper. moral. par. 7. tit. de iust. cōmutat. disp. 4. punct. 5. num. 10. & seq. cum alijs allegatis in decis. huius causæ 22. Iunij 1657. coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

2 Præsertim in contractu † mutui, in quo speciale est, vt requiratur probatio versionis iuxta doctrinam *Innoc. in cap. 1. de depos. & ibi*
3 *Abb. num. 9.* vbi quod ratio † specialitatis in mutuo est, quia Prælati sunt prompti ad recipiendum mutuum, & fœneratores promptiores ad mutuandum, vnde si indifferenter Ecclesia teneretur; tunc de facili bona Ecclesiæ alienarentur, & latè hanc sententiam sequuntur *Castropal. vbi supra dicto punct. 5. nu. 13. in fin. Rota coram Card. Seraph. dec. 366. num. 3. & coram Gregor. dec. 511. num. 12.* concurrente peculiari statuto huius Monasterij expresse prohibente ne vllus Prior, hodie Abbas, vltra summam librarum 20. sine consensu Monasterij mutuo pecunias recipiat, vnde Credi-
4 tor † illud plus fuisse versum in Ecclesiæ vtilitatem plenè, & concludenter iustificare tenetur, vt ponderat decisio *D. mei Beuilaquæ §. tantum abest.*

Versio pecuniarum in vtilitatem Monasterij pro rata florenorum 3709. non concluditur ex testibus, & quietantijs alias in Rota exhibitis, & relatis in hodierno *Sum. de Carolis*
5 *num.* 12. Testes † enim deponunt de simplici auditu, & quidem ab Abbate, & Receptore *d. Sum. de Carolis num.* 14. *&* 42. qui quemadmodum non potuissent, sic confitendo Ec-
6 clesiæ præiudicare, cum in prohibitis non stetur assertioni Prælati, *Bald. in Auth. hoc ius porrectum num. 32. C. de Sacros. Eccles. Angel. cons. 145. num. 8. Rota coram Pen. dec. 555. num. 8. secundum impress. Venet.* & de confessione Prælati dicentis † mutuum conuersum in vtilitatem
7 Ecclesiæ quod non præiudicet tradit *Vrsill. ad affisil. decis. 168 num. 2.* Ita nec dd. Testib. vide-
8 tur magis deferendum † quam eorum Authoribus, à quibus audierunt, *Mant. dec. 130. num. 4. & in recent decis. 601. num. 31. par. 4. tom. 3.*

9 Quo vero ad quietantias † præter, quod sunt simplices, & priuatæ scripturæ non recognitæ, & in eis nō exprimitur nomen Monasterij, & causa, nec persona mutuantis, ad hoc vt sciri possit, an ex pecunijs mutuo habitis fuerint satisfacti Creditores Monasterij, vt respondetur in *dicta decis. §. non subsistit.* Hodie cessat omnis difficultas, nam Testes post sententiam examinati vigore remissoriæ Rotalis proparte d. de Carolis prætendentis probare pecunias mutuo acceptas realiter, & cū effectu Creditoribus Monasterij contentis in dd. quietantijs fuisse solutas, omnes vno ore deponunt nescire, hodierno *Summ. Monasterij num. 5. & 6.*

Aliæ vero quietantiæ nouiter compulsatę, & relatæ in *d. Summ. de Carolis num. 25. & seqq.* non sunt momenti, tanquam continentes solutionem factam ab Adamo Dries Amodiatore Monasterij de annis 1626. 1627. & 1628. & sic aliunde quàm ex pecunijs longè antea mutuo habitis ab Authore de Carolis de mense Decembris 1621. & de mense Ianuarij 1622. quibus quietantijs singillatim respōdetur in responsione facti pro Monasterio.

Considerarunt vlterius Domini mutuum fuisse a Vertea contractum nulla vrgente necessitate, quinimo ex testibus remissorialibus constat Monasterium possidere facultates pro congrua Monachorum substentatione, &

sub

ſubueniendis eiuſdem neceſſitatibus, & vlterius quod Abbas Lathomus prędeceſſor Verteæ, qui diu præfuit eius regimini, illud reliquit liberum à debitis, & cum copia omnium ad victum neceſſariorum, quodque ſequuto eius obitu, Oeconomia Monaſterij fuit per Abbatem Verteam peruerſa, cum omnia per epulas, & potationes conſumpterit, quâ de cauſa, interdicta adminiſtratione bonorum fuit ſucceſſiuè in Galliam relegatus *Summ.poſitionis Monaſterij 3. Julij præteriti num. 2. & 7. & hodierno ſumm.num. 1. & ſeqq.* Ex quibus excluſa Monaſterij neceſſitate † & concurren-
10 te malo regimine Abbatis, oritur præſumptio, pecunias fuiſſe male conſumptas ſicut è
11 contra † prudentia, & probitas Prælati, qui conſueuit Eccleſiæ vtilia peragere, inducit præſumptionem verſionis *Caſtropal. vbi ſupra d. punct. 5. num. 12. verſ. 2. ſumitur Gratian. diſcept. for. cap. 632. num. 19.*

Nec pro iuſtificanda exiſtentia æris alieni tempore Abbatis Lathomi videtur obſtare concordia inita de anno 1618. inter d. Lathomum, & Lamberth eius Receptorem de ſoluendo debita, quibus Monaſterium reperiebatur grauatum vſque ad diem feliuitatis omnium Sanctorum anni 1619. *d. ſumm. de Carolis num. 1.* Quia ex alio Inſtrumento concordiæ initæ de anno 1629. inter Adamum Dries Amodiatorem bonorum Monaſterij, ac viduam de Lamberth conſtat fuiſſe reddita cõputa, & quia plus Lamberth ex burſauerat, quam receperat, propterea pro ſatisfactione eius crediti, fuerunt d. Viduæ ceſſi omnes fructus cenſuum, ſiue redditum ad Monaſterium ſpectantium, decurſi vſque ad annum 1618. vt ex particula d. concordiæ datæ in calce reſponſionis facti pro Monaſterio, ex qua patet eius debita fuiſſe per Lamberth. extincta tẽpore obitus Abbatis Lathomi prędeceſſoris Verteæ.

Et re vera æs alienum per Abbatem Verteam contractũ non proceſſit ex defectu reddituum, qui ſufficientes erant pro neceſſitatibus Monachorum, ſed ex eius mala adminiſtratione, vt deponunt teſtes remiſſoriales tam Monaſterij, quam vltimo locò examinati pro parte de Carolis *d. ſumm. poſitionis nu. 6 & hodierno nu. 3.* ac proinde cum nulla adfuerit neceſſitas contrahendi huiuſmodi mutuũ minuſq; pecuniæ verſæ fuerint in vtilitatem Monaſterij merito pro confirmatione ſententiæ Rotalis reſponſum fuit, vtraque parte informante &c.

R. P. D. VICECOMITE,

Poſtea S.R.E. Card.

Ferrarien. Fideicommiſſi.

Luna 5. Martij 1663.

ARGVMENTVM.

Vocatio concepta ſub cõditione negatiua, quãdo purificata dicatur. Hærede non habente qualitatem à Teſtatore requiſitam, ſi ſit ſpes eam conſequendi, an ſit locus ſubſtitutioni. Subſtitutus quando à conſecutione hæreditatis reiiciatur. Linea primo loco vocata prædilecta præſumitur. In fideicommiſſis ſuſpẽſio hæreditatis, an prohibeatur à iure.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentis, & vocati per Teſtatorem ſuperexiſtentia, impedit tranſitum hæreditatis in aliam lineam.*

2 *Doctor qui non eſt, patrocinij munus ſubire non valet.*

3 *Teſtator qualitatem aliquam per viam modi, & nõ conditionis in hærede deſiderans, non exigitur, quod ab iſto in actu aditionis qualitas impleatur.*

4 *Verba includentia tempus futurum, & ſucceſſiuum demonſtrant voluntatem teſtatoris, vt qualitas ab eodem exoptata etiam poſt hæredis obitum, & quandocumque à ſuis filijs adepta debeat iſdem ſuffragari ad excluſionem ſubſtituti.*

Et hoc generaliter de quacumque diſpoſitione indeterminata intelligitur, num. 5.

6 *Vocatio concepta ſub conditione negatiua, non poteſt dici purificata, niſi eadem conditio reducatur ad impoſſibile, & num. 19.*

7 *Hæres quamuis non habeat qualitatem à Teſtatore requiſitam, dummodo adſit ſpes, quod in progreſſu temporis onera ſibi iniuncta adimplere valeat, non eſt locus ſubſtitutioni.*

8 *Subſtitutus à conſecutione hæreditatis reiicitur, dotee ſpes prolis in hærede ſuperſit.*

Et hoc procedit in quolibet incapaci, dummodo valeat tractu temporis habilis effici. num. 9.

10 Cuman. conſ. 164. nu. 4. verſ. circa tertium, & num. 5. *quid in hoc caſu cenſeat.*

11 *Legatum relictum ſub onere exercendi tutelam, non admittitur, ſi ex cauſa minoris ætatis, ſeu alterius impedimenti legatarius tutele munus ſubire non poſſit.*

12 *Hæres commodo hæreditatis priuari non debet, dum non valuit ob ætatis defectum onera ſibi iniuncta adimplere, & ob reſiſtentiam iuris prohibentis pupillo, non ſolum lauream doctoralem, ſed etiam Procuratoris exercitium, & num. 13.*

14 *Linea primo loco vocata, prædilecta præſumitur in concurſu alterius teſtatori penitus ignoti, & numer. 15.*

16 *Qualitas à Teſtatore requiſita, quod debeat de tempore delatæ ſucceſſionis regulariter eſſe, itaut poſtmodum ſuperuenta, non poſſit in alterius præiudiciũ admitti, niſi ad hoc expreſſe ſe reſtrinxeris teſtator, ità ſtricte non eſt intelligenda.*

Sed hoc procedit, vt num. 17.

Limita, vt num. 18.

20 *In Fideicommiſſis ſuſpenſio hæreditatis à iure, non prohibetur concurrente, maximè Teſtatoris voluntate.*

21 *Regula Catoniana procedit in diſpoſitione pura, nõ non autem conditionali.*

DECISIO XLIII.

DECESSIT Hippolytus de Franchis cõdito Teſtamento, in quo hæredes ſibi inſtituit ſub ſequenti verborum periodo;

Inſti-

Instituisce herede vniuersale il Signor Gio: Battista Botti Procuratore publico Ferrarese, mentre però attendi alla Procura; e li di lui figlioli, e descendenti, se ve ne saranno de' Dottori, ò Procuratori, che attendino alla professione dell' Auuocare, ò Procurare; con questo però, che detto Signor Procuratore Botti, ò detti suoi figlioli, e descendenti, si nominino de' Frãchi, e si fermino dell' Arme di esso Signor Testatore, e mancando detta descendenza de' Botti, che siano Dottori, ò Procuratori, esso Signor Testatore sostituisce il più pouero Dottore dell' Almo Collegio delli Signori Dottori Legisti di Ferrara, che attendi, & eserciti la professione tanto di Lettura, quanto d' Auuocato, da eleggersi dall' Almo Collegio suddetto, & Priore di quello, douendo però esso più pouero Dottore esser dichiarato, & approuato per tale dall' Illustrissimo, & Reuerendissimo Monsignor Vicario Generale di Ferrara.

Defuncto autem Io: Baptista; superstite Antonio filio in ætate infantili constituto. Contra eum, insurrexit Gratius Contrius, sibi tãquàm inter Doctores pauperrimo electo, & approbato per Collegium, & Vicarium respectiuè successionem deberi contendens. Vndè delata mihi Causa, dubium dedi; Vtrũ ipsi foret concedendã immissio, & Domini negatiuè responderunt.

1 Quia superexistentia Antonij descendentis à Ioanne Baptista, ac vocati per Testatorem, impedit transitum hæreditatis in alteram lineam, iuxtà *Text. in l. 3. & l. quandiu, 68. ff. de acquir. hæred. Surd. cons. 347. numer. 4. & 5. lib. 3. Gratian. discep. 773. nu. 4. cum seqq. Rota decis. 151. num. 1. in fine, par. 3. recent. & in Conchen. Cappellaniæ, 14. Martij 1616. coram bon. mem. Cardin. Fabritio Verospio, in §. Et regulariter.* Quamuis laurea Doctorali ipse destitutus † existat, ac inhabilis consequẽter ad patrocinij munus subeundum; Quoniam qualitatem † Doctoralem, Testator in filijs Io: Baptistæ per viam, modi, non autem conditionis exoptauit, cuius propterea implementum, non exigitur in ipso aditionis actu, *l. quibus diebus, 40. §. Termilius, ff. de condit. & demonstr. Aym. cons. 59. num. 1. Gabr. cons. 5. num. 9. & 10. cum seqq. lib. 1. Grat. cons. 102. num. 3. volu. 2. Menoch. cons. 131. num. 2. & 11. Card. Mantic. de coniectu. lib. 10. tit. 5. nu. 16 & 17. Peregrin. de Fideicommiss. art. 11. numer. 113. Surd. decis. 38. num. 6. & 7. Rota diuersor. decis. 39 num. 1. cum seqq. par. 1. decis. 428. num. 9. & 10. cum seqq. coram Gregor.* Dum maximè in † vocatione filiorum appositæ leguntur ea verba, *de' Dottori, se ve ne saranno*, quæ vti includentia tempus futurum, & successiuum, demõstrant voluntatem Testatoris, vt dignitas Doctoralis etiam post Io: Baptistæ obitum, ac quandocumque à suis filijs adepta, debeat ijsdem suffragari ad exclusionem substituti, vt in terminis similium verborum tradit *Surd. cons. 110. num. 9. 10. & 15. Decian. cons. 16. nu. 108 ad fin. & 109. lib. 4.* & gèneralitèr † de quacũque dispositione indeterminata probat *Text. in l. 2. ff. de condit. & demonstr. & in l. in substitutione 31. ff. de vulg. Cyriac. contr. 205. numer. 71. cum seqq.*

6 Præterea vocatio Doctoris pauperis tanquã concepta sub conditione negatiua, postquàm scilicet linea Doctorum descendentium à Io: Baptista, ibi: *E mancando detta descendenza de' Botti, che siano Dottori, ò Procuratori*, nunquam dici potest purificata, nisi eadem conditio reducatur ad impossibile, ac satis consequen-
7 tèr esse censetur superexistentia † Antonij, ac spes probabilis, vt ipse studijs nunc incumbens possit in progressu temporis munera sibi iniuncta adimplere, ad hoc, vt substitutus nequeat admitti, iuxtà *Text. in l. 1. §. si quis proximior, ff. vnde Cognat. & in l. 2. §. si verò apud hostes, ff. ad Senat. Consult. Tertull.* vbi à consecu-
8 tione hæreditatis repellitur † substitutus, donec spes prolis nascituræ supertit. *Roman. consil. 134. num. 5. vers. sed interpretatio hæc. Surd. consil. 125. num. 3. cum seqq. Franc. decis. 169. num. 13. Cyriac. controuer. 205. num. 74. cum pluribus seqq.*
9 hoc asserens procedere † in quolibet incapaci, dummodo valeat tractu temporis habilis effici. *Rota in Conchen. Cappellaniæ, 14. Martij 1616. in §. & regulariter, coram bon. mem. Cardinali Fabritio Verospio*, & in his terminis Doctoratus, responsum fuit in *decis. 6. num. 11. par. 4 to. 2 recent. coram Buratt. decis. 322. num. 13. Addent. ad Gregor. decis. 538. num. 16.*

Hinc *Cuman. in cons. 164. num. 4. vers. circa tertium, & num. 5.* contulit mulierem inhabilem,
10 ob defectum † ætatis ad Matrimonium, posse aspirare ad Emphyteusim à Patre, seù ascẽdente receptam pro fœminis, quæ alicui Ciui deberent esse nuptæ, asserens, quòd alias contra omnem æquitatem ea priuaretur emphyteusi, dum Matrimonium, ex accidenti non contractum, valet tractu temporis inire, quã rationem *Rota quoque admisit in Romana Commendæ, 21. February 1661. coram R. P. D. meo Albergato*, ad effectum, vt filius fundatoris carẽs ætate legitima posset Commendam retinere ad exclusionem substituti.

11 Et quemadmodum legatum alteri relictũ sub onere exercendi tutelam non amittitur, si ex causa minoris ætatis, seù alterius impedimenti, nequeat Legatarius tutelæ munus subire, vt in puncto minoris probat *Text. in l. nemo, §. ad finem, C. de legit. tutel. Bartol. in leg. si legatarius, 24. C. de legat. Crot inter consil. Grat. 84 num. 9. lib. 2. Menoch. de præsumption. lib. 4. præsum. pt. 124. num. 12.* & in terminis alterius impedimenti asserit *Iur. Consult. in l. cum filius, 78. §. non iure, ff. de legat. 2. l. ab administratore, 7. C. de legat. Bald. cons. 356. in princip. lib. 4. Roman. cons. 235. num. 1. Gutier. de tutel. par. 1. cap. 22. nu. 10. Graff. de effect. cler. effect. 16. num. 41.* Ità paritèr com-
12 modo hæreditatis priuari † non debet Antonius, dum ipse non valuit onera sibi iniuncta adimplere ex mero ætatis defectu, & ob resistentiam Iuris pupillo prohibentis, nedum lauream Doctoralem, vt aduertit *Zabarell. in clement. 2. num. 14. ibique Ancharan. num. 3. de Magistr.* Verum etiam † Procuratoris exercitiũ,
13 vt in terminis minoris probat *text. in l. minor si ibiq; gloss. not. in ver. non est, ff. de procurat. leg. 1. §. si initium, ff. de postuland. cap. qui generaliter, 5. §. licet de procurat. lib. 6. Rota decis. 37. alias 801. de procurat. in antiquis*, vbi quòd minor 25. annis Procurator

curator ad ludicia eſſe non poteſt.

Alias ſequeretur, quòd Doctor extraneus prælationem obtineret in concurſu deſcendentis à Io: Baptiſta contra Teſtatoris voluntatem, à quo linea † eiuſdemmet Io: Baptiſtæ tanquàm primo loco vocata præſumitur prædilecta, *l. Publius Mevius, 30. ff. de condit. & demonſtrat. Caſtren. conſ. 121. col. 2. ad fin. verſ. item non eſt credendum, vol. 1. Roman. conſ. 134. num. 5. ad med. Alexand. conſ. 1. nu. 8. verſ. 2. probatur lib. 1 Fuſar. de ſubſtit. qu. 68. num. 15. Stephan. Durant queſt. iur. 36. verſ. ſecundo quoties. Rota in Conchen. Cappellanie 15. Iunij 1615. & 14. Martij anni ſequentis, coram bo. me. Card. Verospio.* In concurſu præſertim † Doctoris pauperis eidem Teſtatori penitus ignoti. *Curt. Iun. conſ. 57. num. 12. Aym. conſ. 173. num. 12. Menoch. conſ. 266. num. 24. Fuſar. de ſubſtit. qu. 359. nu. 10.*

Propterea non obſtat, quòd qualitas à Teſtatore requiſita debeat de tempore delatæ ſucceſſionis regulariter ineſſe, ità vt poſtmodum ſuperuenta nequeat in alterius præiudicium admitti. *Menoch. conſ. 940. num. 15. Altograd. conſ. 97. nu. 29. Rota coram Gregor. deciſ. 279 num. 20. & in Piſauren. Primogenituræ 16. Ianuarij 1651. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in his terminis coram Buratto deciſ. 680. nu. 7.*

Vrgere enim poſſet obiectio; ſi Teſtator (decedēte Io: Baptiſta ſine filiis Doctoribus) alterum de Collegio inſtituiſſet; tunc enim ex vi conditionis † reſtrictæ ad diem obitus Io: Baptiſtæ præferendus foret Doctor Collegialis, nulla habita ratione Antonii, vt potè dignitate Doctorali deſtituti, & in his terminis loquuntur authoritates in cōtrarium adductæ; Secus verò † dum conditio indeterminata, ac ſine certi temporis præfixione appoſita fuit: quinimò Doctor extraneus vocatus dignoſcitur poſt lineam Ioan: Baptiſtæ qualitate Doctorali præditam penitus extinctam; Tali quippe caſu, donec adſit aliquis habilis ad Doctoratum aſſequendum, non debet ſubſtitutus admitti ea ratione, quia cōditio negatiua † purificationem non aſſumit niſi ad impoſſibile reducatur. *Bald. in l. Mutianæ 7. in fine, ff. de condit. & demonſtr. Surd. conſ. 110. num. 10. cum ſeqq. Peregrin. de fideicomm. artic. 29. nu. 9. Molin. de primogenit. lib. 3. cap. 3. num. 16. cum ſeqq. cum aliis relatis in Bononien. Fideicommiſſi de Cataneis 15. Decembris 1662. in §. & hinc Dominis, coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Et prædicta facilius procedere dixerūt Domini, eo quia Teſtator iniungendo onus dicti Exercitii, non reſpexit hæreditatis augmentum, minuſue pauperum commodum, aliarumque perſonarum miſerabilium beneficium.

Ex quibus remouetur obiectum, quod hæreditas in ſuſpenſo remaneret, donec Antonius ad ætatem legitimam perueniat; præter quàm quod concurrente Teſtatoris voluntate ſuſpenſio † huiuſmodi à Iure non prohibetur in fideicommiſſis, *l. in tempus, 62. ff. de hæred. inſtituen. Bartol. in l. Pomponius, nu. 3. ff. de neg. geſt. Roman. conſ. 134. nu. 6. ad fin. Ruin. conſ. 12. nu. 15. lib. 2. Natt. conſ. 675. num. 6. & 7. Menoch. conſ. 105. nu. 61. & conſ. 473. nu. 19. Molin. de Primogen. lib. 3. cap. 10. nu. 26. 27. & 31.* vbi plures limitationes refert *Caſtill. controuer. iur. lib. 5 cap. 91. nu. 38. Rota in adducta Bononien. Fideicōmiſſi de Cataneis 11. Decembris 1662. in §. & hinc, coram R. P. D. meo Bourlemont, & in citata Piſauren. Primogenituræ 16. Ianuarii 1651. §. ideò;* vbi, quod regula † Catoniana procedit in diſpoſitione pura, non autem conditionali.

Et ità vtraque parte informante fuit reſolutum.

R. P. D. VICECOMITE,

Poſtea S. R. E. Cardinali.

Romana, ſeu Vercellen. Fideicommiſſi.

Veneris 6. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Teſtator ſubſtituit in Teſtamento neptes, inter quas ob ambiguitatem eiuſdem nominis cōtrouerſum, quænam earum vocarentur ad ſucceſſionem, ſed ſublata fuit ambiguitas per amorem, & ſpecialem amicitiam Teſtatoris vocando illam, quam in domo retinuerit, non verò abſentem concurrentibus etiam teſtibus mentem teſtatoris declarantibus, qui quamuis ſingulares fuerint, & carcerati, fides illis nón tollitur per imputationem criminis quando non ſequuta fuit Sententia condemnatoria.

SVMMARIVM.

1 *Dictio* Dictam *repetitionem, inducit perſonæ antecedenter expreſſæ, & ad eam diſpoſitionem reſtringit.*

2 *Copula* &, *intermedia inter quas vniformiter determinat, & vtrique eandem qualitatem tribuit.*

3 *Teſtator quando dubium eſt, quod vnam vocauerit potius, quam aliam præſumitur, quod vocauerit illam, quam in domo retinuerit, & cui alimenta ſubminiſtrauerit.*

4 *Nominis ambiguitas per amorem, & ſpecialem amicitiam declaratur, quando plures extant eiuſdē nominis.*

Et ſi contrarium admitteretur, ſequeretur quod perſona minus dilecta apud Teſtatorem prælationem obtineret in illius ſucceſſione, num. 5.

6 *Legata, & Hæreditas relinqui ſolent propter amorem, & benemerita.*

7 *Teſtator præponens filium, cenſetur etiam præpoſuiſſe matrem.*

8 *Honor maior ex communi hominum vſu tribuitur præſenti, quam abſenti.*

9 *Diſpoſitio non extenditur ad ignotas.*

10 *Teſtator nullam de aliqua perſona mentionem faciens nullam in eam præſumitur habuiſſe affectionem, & in hac materia attenditur veriſimilitudo, & num. 11.*

12 *Verbum* aliæ, *præfert diuerſitatem perſonarum ab aliis ſupra expreſſis.*

13 *Pars vna teſtamenti aliam declarat.*

14 *Teſtes etiam ſingulares, ſufficiunt ad declarandam mentem Teſtatoris.*

15 *Testi fides non tollit carceratio, & imputatio criminis, nisi concurrat sententia condemnatoria.*

16 *Substitutum se esse prætendens clare, & concludenter probare debet substitutionem, aduersus hæredē & possessorem habentem intentionem fundatam super negatiua substitutionis.*

DECISIO XLIV.

DISPVTATIO hodie coram me dubio, an effet confirmanda, vel infirmanda. Sententia edita coram R.P.D. meo Verospio decernens Catharinæ, ac Margharitæ quond. Francisci Mazzoli, Immissionem in hæreditate quond. Ioannis Baptistæ Mazzoli, pro infirmatione, DD. responderunt inhærentes litterali intellectui Testamētariæ dispositionis eiusdem Io: Baptistæ, quæ sub huiusmodi forma concepta cernitur. In omnibus instituit suum hæredem Dominum Iacobum filium quondam Vercellini Sodani de Gattinaria Vercellēn. Diœcesis, ac Dominæ Catherinæ quondam Antonini Mazzolæ neptis ex parte Domini Antonini germani fratris ipsius Testatoris, cum hac conditione, quod debeat vocari de domo, sumere, & retinere Cognomen, & Arma de Mazzolis, alias cadat, & cecidisse intelligatur ab hac sua hæreditate, & tali casu succedere debeant aliæ neptes infrascriptæ ipsius Testatoris, eiusque Pronepotes. Et in euentum mortis dicti Domini Iacobi absque filiis, & illis sine filijs, quos ad inuicē substituit tali casu hæreditas, & bona ipsius Testatoris vadant ad dictam Dominam Catharinam, & Margharitam de Mazzolis suas neptes ex parte fratris germani, earumque filios, & hoc facere dixit, pro conseruatione Bonorum in Familia de Mazzolis.

Exindè siquidem animaduertebant, quod cum Testator instituerit Iacobum, eumdemque apertè nominauerit in filium Dominæ Catharinæ quondam Antonini germani fratris subsequens substitutio sibi facta in casu obitus absque filijs, in personas dictæ Dominæ Catharinæ, & Margharitæ de Mazzolis neptū ex parte fratris germani, proculdubio referenda sit ad prætatam Catherinam matrem Iacobi, quam paulo ante nominauerat, ac Margharitam eius sororem, non autem ad Catharinam, & Margharitam filias Francisci, de quibus in nulla Testamenti parte mentio perhabita dignoscitur, virtus enim dictionis *dictā* repetitionem inducit † Personæ antecedenter 1
expressè ad eamque restringit dispositionem, ex traditis per *Imol. in l. si quis filium*, §. *fin. ff. de acquir. hæred. Ruin. conf.* 20. *numer.* 4. *& seqq. volu.* 2. *Dec. conf.* 465. *numer.* 8. *Surd. conf.* 230. *numer.* 23. 24. *& seqq. Dec. conf.* 80. *sub numer.* 3. *vers. tertio efficaciter probatur, & not. Bartol. in l. si qui liberis*, §. *hac verba, in fine, ff. de vulg. & pupill. Alexand. conf.* 173. *colu.* 2. *lib.* 5. *& consil.* 176. *in fine, lib.* 7. *Curt. Iun. conf.* 118. *Rip. in l. filius familias*, §. *Dini, num.* 111. *ff. de leg.* 1. *Aym. conf.* 93. *nu.* 8. *Corn. conf.* 146. *nu.* 5. *lib.* 2. *part.* 1. *uiuers. & in Romana de Alberinis* 7. *Febru.* 1661. §. *Quod & comprobatur, coram Reuerēdo P. D. meo Priolo.*

Et licet prædicta procedere videantur, dū taxat respectu Catharinæ, contrarium tamen conuincunt ipsamet dispositionis verba, ibi, *ad dictam Dominam Catharinam, & Margharitam de Mazzolis suas neptes, ex parte fratris germani*, ex quibus sanè verbis vocata cēsetur ea Margharita, quæ ortum traxerit ab eodem Parente, è quo descendit Catharina, nam copula, 2
& intermedia † inter Catharinam, & Margharitam ambas vniformiter determinat, & vtrique eamdem qualitatem tribuit. *Ruin. conf.* 61. *num.* 8. *lib.* 2. *Rimin. Iun. conf.* 504. *numer.* 15. *& 16. Menoch. conf.* 106. *num.* 291. *Peregrin. de Fideicomm. art.* 16. *num.* 2. *& conf.* 238. *num.* 5. *lib.* 5. *Bartol. in l. Seia*, §. *Caio, ff. de fund. Instru. Cauet. conf.* 193. *nu.* 1. *& conf.* 457. *num.* 4. *Signorol. conf.* 199. *sub num.* 2. *vers. primo ex Monosillaba. Gregor. decis.* 108. *num.* 3. *Spada conf.* 232. *num.* 17. *lib.* 3. Testator siquidem si intellexisset de Margharita filia Francisci vocasset neptes ex parte fratrum, & non locutus fuisset in numero singulari.

Vocatio autem Catharinæ filij Antonini comprobatur ex Testatoris prædilectione desumpta ex eo, quod plurium annorum cursu in propria domo eam retinuerit, † necnon 3
sibi alimenta subministrauerit. *Roman. in leg. hæredes palam, In princ. ff. de Testament. numer.* 5. vbi inquit specialem amicitiam, & † amorem 4
declarare ambiguitatem nominis, quando plures extant eiusdem nominis. *Mantic. de tacit. lib.* 4. *art.* 7. *num.* 2. *Simon. de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib.* 1. *interpr.* 2. *fol.* 5. *num.* 24. *Bartol. in l. duo sunt Titij, num.* 2. *ff. de Testamentel. Aym. conf.* 72. *num.* 8. *Surd. conf.* 414. *numer.* 70. Contrarium enim si admitteretur, re- 5
sultaret absurdum, quod † persona minus dilecta penes Testatorem prælationem obtineret in illius successione, *Soccin. conf.* 6. *colu.* 3. *ad fin. Ias. conf.* 52. *pariter propè finem, volu.* 3. *Ruin. conf.* 178. *colu.* 2. *cum seqq. lib.* 2. *Cauett. in l. cum filius familias, in* 2. *part. num.* 349. *& conf.* 62. *num.* 7.

Probabile siquidem est ab eadem Catharina tempore suæ cohabitationis præstita fuisse Testatori ea obsequiorum seruitia, quæ benemolo patruo exhibere solent, ex quo vrgens insurgit præsumptio, quod in eorum compensationem Testator instituerit hæredem Iacobum, & in casu obitus absque filijs Catharinam matrem, & Margharitam ipsius so- 6
rorem respectiuè, nam legata, & † hæreditas relinqui solent propter amorem, & benemerita, *l. nec adiecit, ff. pro socio, l. si quis seruum*, §. *fin. in vers. amici, ff. de leg.* 2. *& not. in l. qui filiabus, in princ. ff. de leg. primo*, & ex eadem- 7
ratione, qua † Testator præposuit Iacobum, censetur etiam præposuisse Catharinam matrem, *l. cum acutissimi, Cod. de fideicomm.*

Concurrit paritet, quod Testator nominando Catharinam, illam honorauit titulo Dominæ, ibi; *ad dictam Dominam Catharinam*, qui Titulus magis congruebat Catharinæ in

domo

domo Teſtatoris; & continuo ante eius oculos commoranti, quam alteri Catharinæ abſenti, & degenti Gattinariæ, de qua fortaſſe nullam notitiam habebat ex communi enim
8 hominum vſu maior † honor tribuitur præ-
9 ſenti, quam abſenti, & diſpoſitio † non extenditur ad ignotos. *Roman. conſ. 408. nu. 7. verſ. ſuntio ad idem. Soccin. conſ. 191. num. 1. vol. 1.*

Præterea Teſtator pluries expreſſit perſonam Antonini fratris, ideoque veriſimile eſt, quod ſubſtituendo *dictam Dominam Catharinã ex parte fratris germani*, neptem intellexerit de Antonino, quem pluries nominauerat, non autem de Franciſco nunquã nominato, quia
10 quoties in diſpoſitione nulla fit mentio † de aliqua perſona præſumitur in eam nullam habuiſſe affectionem. *Caſtr. conſ. 400. num. 2. Alciat. in cap. cum contingat, num. 333. cum ſeqq. de iure iur. l. prima, §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. toll. Soccin. Iun. conſ. 100. num. 10. verſ. illa deciſio, & conſ. 128. num. 75.* In hac enim
11 materia multum † etiam attendenda venit veriſimilitudo. *Angel. conſ. 261. numer. 4. Cravett. conſ. 361. num. 26. & ſeqq. Curt. Iunior. conſ. 289. num. 27. Cald. conſ. 327. alias 8. de Donat. Soccin. conſ. 32. num. 13. lib. 1. Roman. conſ. 408. num. 3. & per tot.*

Neque ab huiuſmodi intellectu videtur receden. ex eo, quod Teſtator in caſu, quo Iacobus deficeret ſumere Cognomen, & Arma ipſius, vocauerit alias neptes. Ibi: *Succedere debeant aliæ neptes infraſcripta*, quod verbum *aliæ* præferat † diuerſitatem perſonarũ
12 ab aliis ſupra expreſſis, *ad text. in l. ſi fundum ſub conditione, §. libertus, ff. de leg. 1. Rota deciſ. 35. num. 4. par. 7. recent.*

Nam Teſtator dixit, quòd ſuccedere debeant aliæ neptes ad declarandum, quod neptes tali caſu ſubſtitutæ non erant illæ, quibus in principio Teſtamenti certas ſummas legauerat, nempè aliæ filiæ Moniales eiuſdem Antonini, nec non Anna Maria Hyacintha, & Dianora ipſius Teſtatoris ex Petro Franciſco naturali filio neptes, neque dicta verba apposita cenſentur ad excluſionem Catharinæ, & Margaritæ, quæ ſubſtitutæ præſumuntur ex ſubſequentibus virtute dictionis *dictam*, vt
13 ſupra fuit recenſitum, nam vna pars † Teſtamenti aliam declarat, *l. qui filiabus, ff. de leg. primo, l. verum, & ibi Angel. de petit. haredit. Bartol. in l. prater, §. erit differentia, ff. vi. bon. rapt. Houded. conſ. 12. num. 15. & 16. lib. 2. Dec. conſ. 425. num. 6. Ruin. conſ. 130. numer. 4. vol. 3. Cephal. conſ. 306. num. 69. Surd. conſ. 315. num. 6. Rota deciſ. 18. num. 19. par. 8. recent.*

Idque clariùs deſumitur ex depoſitionibus duorum Teſtium formiter examinatorum afferentium Teſtatorem ſubſtituendo Catharinam, & Margharitam Iacobo decedenti ſine filiis intelexiſſe de Catharina eius matre penes ipſum in ſua Domo exiſtente, ac Margharita eiuſdem Catharinæ ſorore, quibus Teſtibus deferendum eſt, maximè quia eorũ vnus interfuit Teſtamento, & hodie agitur, dumtaxat de declaranda mente Teſtatoris, ad
14 quem effectum, ſufficiunt † Teſtes etiam ſingulares. *Caſtr. conſ. 395. num. 1. lib. 2. Aym. conſ. 73. num. 33. Canal. deciſ. 381. num. 6. & 7. Buratt. deciſ. 205. num. 2. Merlin. deciſ. 812. num. 18. Rota in recent. deciſ. 102. nu. 13. & 14. par. 9. & in Cathacen. Hæreditatis 28. May 1649. §. quia cum non deducantur, & 24. Nouembris eiuſdem anni, §. quia cum ferè, coram Reuerendiſſ. D. Decano, & in Auenionen. Legitimæ 8. Iunij 1657. in §. tum quia, coram R.P.D. meo Priolo.*

Fides autem vnius ex dictis Teſtibus minui minimè poteſt ex prætenſa falſitate ob quam in Carceribus Curiæ Capitolinæ carceratus extitit, nam quælibet doli, ac criminis ſuſpicio ſublata remanſit ex abſolutoria ſententia, quam ad ſui fauorem protulit Iudex ex capi-
15 te Innocentiæ, nec in Ciuilibus † ſola imputatio, & carceratio ſufficit ad tollendam fidẽ Teſtis, niſi quoque concurrat ſententia condemnatoria, *capit. fin. in fin. ibique gloſſ. in verb. accuſarunt, 15. queſt. 8. Farinacc. conſ. 50. nu. 25. lib. 1. Follerius in prax. Criminal. verb. Item quod ſororem venenauit, num. 28. in fine, verſ. Nam non ſtatim. Crot. in tractat. de Teſtibus, in 30. queſt. num. 189.*

Minuſue Catharina, & Margharita filiæ Franciſci aſpirare valent ad hæreditatem ex eo, quod Teſtator, ne dum ſubſtituerit neptes, verum etiam earum filios, qui exoriri non poterant ex Catharina filia Antonini eo quia in ſenili ætate erat conſtituta, neque ex Margharita ſorore degente ſub regulari profeſſione Monialium, & conſequenter ſubſtitutio referri nequeat niſi ad ipſas filias Franciſci, in quibus Teſtatoris voluntas prolem exoptantis expleri poterat.

Nam hoc non ſubſiſtit, & adductæ iuſtificationes non exiſtimantur ſufficientes cum ſint turbidæ, & conquaſſentur ex aliis cõtrariis probationibus Alberti, & propterea ſuffragari minimè valent eiſdem mulieribus tã-
16 quam ſubſtitutis † ex Fideicommiſſo aduerſus Albertum Iacobi hæredem, & poſſeſſorẽ habentem intentionem fundatam ſuper negatiua prætenſæ ſubſtitutionis, cum tali caſu requirantur probationes clarè, ac concludẽtes. *Cephal. conſ. 430. nu. 19. Burſatt. conſ. 337. numer. 4. lib. 3. Honded. conſ. 58. numer. 12. lib. 1. Surd. conſ. 129. nu. 15. cum ſeqq. Rota deciſ. 473. num. 2. par. 4. diuerſ. & in Vrbeuetana Fideicomm. 28. Aprilis 1580. coram Cardin. Hieronymo Pamphilio, & in Bononien. Fideicommiſſi 16. Ianuarij 1662. §. ſi quidem, coram Reuerend. P.D. meo Verospio.*

Et ità vtraque parte informante fuit reſolutum, &c.

R.P.D. LEONE VEROSPIO Eugubina Compromiſſi.

Veneris 6. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Ratihabitio ſub conditione rei in eodem ſtatu exiſtentis non ſempet intrat. Debitor in mora nullatenus poteſt dici conſtitutus, dum interpellatio non adeſt.

vina num.1. ibi diversi creditι cbe ſi dicano notati in lib. ſegnato let. F. cæteros per neceſſe ſupponente, ex quo aperte conuincitur illius inſubſiſtentia cum hæres reddens † rationem præcipue tenetur edere libros legendos per peritum, ad hoc vt ad validam, ac veram calculationem deuenire valeat *Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 3. conſ. 209. Soccin. conſ. 149. num. 4. lib. 1. Gabriel. conſ. 148. per tot. lib. 2. Rot. in Romana ſocietatis liguorum 19. Ianuary 1659. coram R. Papiro.*

4 Inſubſiſtens pariter deprehenditur eo quia ibi poſita fuerit ad creditum hæredis ingens pecuniarum ſumma perſoluta pro extinctione æris alieni hæreditarij de cuius exiſtentia adhuc in actis non conſtat quæ neq; deſumi valet ex vexationibus à creditoribus illatis ac ſubſecuris illarum quietatijs per Peritum re-
5 cognitis quia in præiudicium tertij †, & vbi agitur de concurſu creditorum quietantię nõ attenduntur ad inducendam probationem æris alieni hæreditarij, quod † concludentibus
6 probationibus venit iuſtificandũ *Fuſar. de ſubſtit. queſt. 141. num. 2. Natt. conſ. 532. num. 3. & ſeq. Cephal. conſ. 344. n. 19. Rot. dec. 88. n. 20. & 21. par. 8. recent. & in Romana quarti dotalis 19. Junij 1647. & in Romana fideicõmiſſi de Donatis 7. Junij 1660. coram R.D. meo Cerro Decano in Viterbien. pecuniaria 7. Martij 1659. coram R. Papien. & in Imolen. Cenſus §. & maximè 1661. coram R.P.D. meo Celſo.*

Præterquã plures ſolutiones peractæ fuerunt creditoribus poſterioribus non reportata cautione de reſtituendũ Prioribus, & potioribus. Ideoque Arigonus de proprio tenetur cum male ſoluiſſe dicatur; † hæres enim
7 ſciens alios adeſſe creditores anteriores ſoluendo illis, qui primo comparuerunt tenetur ab ijſdem cautionem exigere de reſtituendo Prioribus & potioribus, alias non liberatur, vt præter authores in præterita deciſione relatos *Bartol. Caſtrenſ. Soccin. Iaſon. in l. final. §. & ſi præfatam C. de Iur. deliberand. Gait. de credito c. 4. part. 11. num. 1357. Rot. in Maceraten. Cenſus 12. Ianuarij 1651. coram bo. me. Bichio, & in citata Romana quarti dotalis, & in Romana reſidui dotis 15. Junij 1648. coram R.D. meo Decano.*

Scientia autem in præſenti caſu controuerti nequit, tum quia Arigonus adiuit hæreditatem vigore teſtamenti Simonis Patris Catharinæ, in quo enunciatur creditum dotale quinimo hęredibus inimngitur illius effectiua ſolutio cum adiectione annui legati tum etiã quia in confectione Inuentarij ipſemet d. Catharinam inter creditores hæreditarios nominauit *Sum. eiuſdem mulieris n. 10.* & propterea inquirere tenebatur de prioritate cuiuſque, cum ſola † ſuſpicio de illis obliget hæredem
8 ad exigendam cautionem de reſtituendũ Prioribus, & potioribus *Rot. in Romana 4. dotalis §. tum quia in fine, & in Romana reſidui dotis §. ideoque non applicatur coram R.D. meo Decano. Gratian cap. 532. num. 6.*

Neq; ſubſiſtit potioritas Ducum Cæſarini, & Caſſarelli nam admiſſo etiam quod ipſi eſſent creditores ratione affictuum tenutæ ideoque animalia in illam inuecta, ac † fru-
9 ctus ibidem exiſtentes conferentur ſpecialiter pro penſionis ſatisfactione hypotecati, & cõſequenter competeret prælatio, in caſu noſtro hoc non admittitur, quia vltra quod pecuniæ ſolutæ non probantur retractæ ex prædictis effectibus, ſuper illis poterat Catharina con-
10 currere, eo quia in actionibus † ſingularibus pretium non ſuccedit loco rei *per text. in l. qui vas §. vltimo ff. de furt. Tiraquell. de retract. §. 32. nu. 20. Bartol. in l. 1. de diſtract. pignor. & in l. qui à debitore in princ. ff. quæ in fraudem creditorum Gratian. diſcept. 25. nu. 10.* & præcipuè † quoties
11 habita fuit fides de pretio, vt reſponſum fuit *in Romana affictus 27. February præteriti §. nec refert coram R.P.D. meo Priolo.*

Minus ſuffragantur Arigono ſolutiones factæ Legatarijs Coſmi Guiducci conſocij Simonis in arte agraria & verius ipſemet Simon hæres remanſit, quia non docetur ſocietatem extitiſſe lucroſam, vel pecunias ſolutas proueniſſe ex bonis Coſmi, ideoque eſſet facienda illorum ſeparatio à bonis Simonis, vt dicebatur in præterita deciſione.

Inſuper ſolutionem dictæ dotis euitare nequit Arigonus, dum non reddit rationem de fructibus hæreditatis, qui † detectis creditori-
12 bus non pertinent ad hæreditatem *Ladrech. conſ. 8. in princ. Mantic. dec. 326. nu. 3. Rot. in Romana reſidui dotis 15. Junij 1648. coram R. Decano. & in Imolen. cenſus 9. Martij 1661. §. partitam coram R.P.D. meo Celſo Merlin. dec. 796. num. 5. & 6.*

Nec releuat illorum deſcriptio peracta in relatione Periti, eo quia eſt nimis Generalis,
13 & confuſa; hæres † enim in reddenda ratione tenetur deſcribere bona diſtinctè, & cum ſuis qualitatibus adeo vt exinde creditores inſtru-
14 cti reddantur de † viribus, & Iuribus hæreditarijs, & redarguere valeant ſi opus fuerit perceptum quam deſcriptum *Cyriac. controu. 160. num. 98. Natt. conſ. 574. & 575. vtrobique n. 1. Rot. dec. 330. nu. 3. par. 1. recent. & in Romana quarti Dotalis 19. Junij 1645. coram R.D. meo Decano.*

Et facilius Domini in hanc ſententiam deuenerunt quia in omnem caſum Dos prædi-
15 cta veniret detrahenda ex bonis fideicommiſſarijs Pauli Aui, quę per aduerſarium poſſidentur ex diſpoſitione *Auth. res quæ C. commu-*
16 *nia de legat.* locum † ſibi vindicans etiam ad fauorem ſpuriorum, vt dictum fuit in præterita deciſione & teſtatur. *Redenaſch. conſ. 72. num. 9. & ſeqq. Giurb. obſeruat. 89. num. 9. Merlin. dec. 671. alias 30. num. 15. & per tot. part. 7. recent.*

Filiatio autem Catharinæ ſatis deducitur ex *Summ. nono eiuſdem num. 6. cum pluribus ſeqq.* quæ cogi nequit ad recipienda bona libera extra vrbem exiſtentia quia cum æri alieno ſint obnoxia necnon litibus appareant inuo-
17 luta, non tenetur mulier † pro conſecutione ſuæ dotis illarum expenſis, & incommodis ſe ſubijcere ſed ſatisfactionem petere poteſt ſuper bonis fideicommiſſarijs *Duran. dec. 145. nu. 42. & dec. 241. num. 7. & 8. in recent. dec. 55. num. 15. par. 9. tom. 2. & in Bononien. Bonorum 7. Junij 1660. coram R.P.D. meo Albergato.*

Et ita vtraque &c.

R. P.

R. P. D. EMERIX
Romana Saluiani.

Veneris 2. Martij 1663.

ARGVMENTVM.

Quæ ſint neceſſaria ad agendum in Saluiano, & illius requiſitis non probatis iudicium non poteſt intentari. Mulier ſuper bonis ſibi in dotem datis licet poſterior non poteſt moleſtari ab anterioribus creditoribus, quæ dum dotem accepit liberata à patre actus iſte non debet operari præter intentionem agentis, nimirum quod dos fuerit hypothecata creditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Externa Saluiani ſunt creditum cum hypotheca, & poſſeſſio debitoris de titore contra illa obligationis.*
2 *Hypotheca vt fauore creditorum inducatur ſufficit momentanea acquiſitio dominij facta per debitorem.*
3 *Datis vſusfructus penes maritum, dominium penes vxorem reſidet.*
4 *Dominium non habens poteſt illud transferre de conſenſu Domini.*
5 *Mulier licet poſterior ſuper bonis ſibi in dotem datis moleſtari non poteſt ab alijs creditoribus etiam anterioribus.*
6 *Conſenſus limitatus operatur tantum ad fauorem perſonarum, quarum fauore fuit præſtitus.*
7 *Dominus in traditione rei ſuæ quamlibet legem apponere poteſt.*
8 *Debitor in acquirendis poteſt præiudicare ſuis creditoribus.*
9 *Emptor in re empta poteſt apponere pactum quod creditoribus nec dominium, nec hypotheca acquiratur.*
10 *Dos non dicitur ad filiam tranſiſſe liberam, quando eſt ſuppoſita, & hypothecata creditoribus.*
11 *Actus non debet operari præter intentionem agentis.*

DECISIO XXXX.

FAVSTINA Funda anno 1604. dedit in dotem pro fundo dotali non æſtimato quondam Franciſco Merlo eius viro quandam domum poſitam ad Catenam Burgi ſuper qua monaſterium S. Euſebij de Vrbe creditor d. Franciſci occaſione duorum cenſuũ ab ipſo poſtea impoſitorũ ſuper alia eius domo ſita in regione montiũ obtinuit ab AC. ſententiam in ſaluiano contra Flaminiam dd. Franciſci & Fauſtinæ filiam ad cuius inſtantiam commiſſa mihi cauſa appellationis dedi dubium An Monaſterio ſit danda immiſſio, quam Domini poſt trinam cauſæ propoſitionem hodie cenſuerunt eſſe denegandam.

Ratio reſolutionis eſt quia pro parte Monaſterij non probatur quod domus poſita ad catenam Burgi vnquam fuerit in libero, & abſoluto dominio Franciſci debitoris, prout 3 probari † deberet ad hoc vt caderet ſub hypoteca, & dari poſſet immiſſio in Saluiano, vt in his terminis reſolutũ fuit *in Romana Saluiani 5. Decembris 1660. coram Lancellotto* quę eſt *dec. 30. poſt Pacific. de Saluian. n. 1. & ſeq. & in Romana Saluiani 8. Aprilis 1639. ver. hanc. Dunozetta.*

Non obſtat quod de anno 1629. Franciſcus & Fauſtina eandem domum dederint in dotẽ Flaminiæ eorum filiæ quodque occaſione huiuſmodi dationis in dotem Franciſcus aſſe, fuerit Fauſtinam pro ſcutis 1100. vt conſtat ex inſtrumento aſſecurationis dato hinc inde in ſummarijs vnde inferebatur ad tacitã emptionem, & venditionẽ d. domus inter Franciſcum, & Fauſtinam, & conſequenter ad 2 hypotecam † fauore creditorum ad quem effectum ſufficit etiam momentanea acquiſitio dominij facta per debitorem, vt pluribus adductis iuribus, & authoritatibus cõprobat *Merlin. de pignor. lib. 1. tit. 2. quæſt. 17. per totam.*

Quoniam cum huiuſmodi aſſignatio facta fuerit inſimul per Franciſcum & Fauſtinam videtur vnuſquiſque aſſignaſſe ius quod habebat Franciſcus nimirum vſumfructum, & 4 dominium, quod ex iuris ſubtilitate penes ipſum reſidebat durante matrimonio, & Fauſtina dominiũ, quod naturaliter in ea permãſerat, & diſſoluto matrimonio ad maritũ plene reuertebatur *iuxta text. in l. in rebus dotalibus & notata per gloſſ. ibid. C. de Iur. dot. Galuan. de vſufruct. cap. 22. num. 13. Rolland. conſ. 77. num. 30. vol. 1. Surd. dec. 211. num. 13. & 26.*

Neq; propterea pro tranſlatione dominij opus fuit quod Franciſcus efficeretur Dominus domus, cum nõ ſit nouum quod domi- 4 nium † non habens poſſit illud transferre de conſenſu Domini §. *contra autem Inſtit. quibus alienare licet Cald. de empt. & vendit. cap. 11. nn. 11 & 13. Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 95. num. 2.*

Nec etiam neceſſarium eſt inferre ad tacitam emptionem, & venditionem quæ quando ſine veri præiudicio ex huiuſmodi facto reſultaret tamen adhuc in præſenti ſuffragari non valeret ad hoc vt creditores Franciſci illa mediante dici poſſent acquiſiuiſſe hypotecam ſuper domo contra Flaminiam, cum adhuc talis emptio, & venditio non fuiſſet pura & libera, ſed qualificata ad effectum nempe tradendi domum in eodem inſtrumento Flaminiæ in dotem quæ † proinde 5 quamuis poſterior deſuper moleſtari non poſſet ab alijs creditoribus Franciſci licet anterioribus *l. iubemus C. ad Velleianum Fab. in ſuo Cod. d. tit. diffinit. 15. Rot. corã Buratt. dec. 774. nu. 10. & ſeq. & ſignanter nu. 13. & 14.*

6 Et optima quidem ratione, quia † conſenſus limitatus operatur tantum ad fauorem perſonarum, quarum fauore fuit præſtitus *l. in agris ff. de acquir. rer. domin. Rot. dec. 603. num. 5. part. 1. recent.* & Dominus in traditione rei ſuę 7 quamlibet legem poteſt apponere *l. in traditionibus ff. de pact. & l. legem C. eodem*; & debitor 8 in acquirendis præiudicare ſuis creditoribus poteſt *l. quod autem in principio §. 1. ff. qua in fraud. creditor Mantic. de tacit. lib. 11. quæſt. 21. num. 30. & ſeq.* ac etiam † emptor in re empta apponere 9 pactum quod iſidem nec dominium nec hypoteca acquiratur, vt pluribus allegatis firmat *Salgad. Labyrinth. creditor. par. 1. cap. 12. n. 18. Merlin. de pignor. lib. 4. quæſt. 23. num. 3. & ſeq. & ſignanter num. 11 & 12. Margil. de Emiſſ. quæſt. 40.*

do conſentire matrem, & fratres fideicommiſſarios aliud non importat niſi promiſſionem facti alieni, quæ reſoluitur in ſimplices diligentias & conatum ex parte ſua in procurando hunc conſenſum adeunt illis oſtenſis, quamuis non ſequeretur effectus petiti conſenſus non poterat † Bernardinus in vim talis obligationis in carceribus detrudi, quę fuit
4 cauſa Iudici narrata in interpoſitione decreti ſuper contractu dati conſenſus ex cumulatis in deciſione ſub §. alterum, quibus addi poſſunt *gloſſ. in cap. ex reſcripto de Iureiur. Abb. & Butr. in cap. gemma de ſponſal. Ruin. conſ. 67. num. 2. & ſeqq. lib. 4. & alij quos congerit Vivian commun. opin. 670. num. 1.* quæ concluſio procedit etiam quod in promiſſione adiecta ſit clauſula *alias*
5 *ad omnia † damna, & intereſſe* quia intelligitur cõditionaliter facta obligatio reficiendi damna, quatenus promittens ſuum poſſe & debitas diligentias non faceret in procurãdo ab alijs id quod promiſit alias ſecus, & difficul-
6 tas quam inuenit † in adimplemento impedit commiſſionem pænę, & ſolutionem damni *Aretin. in l. ſi ita ſtipulatus §. poſsũ ff. de verb. oblig. Abb. conſ. 90. num. 1. lib. 1. Gabriel. conſ. 131. num. 6. lib. 2. Natt. conſ. 450. nu. 42. Vivian. mox citat. opin. 670. num. 1. & 2. Rot. coram Buratt. dec. 64. num. 1. & ibi Adden. litt. C.* & eo tantum caſu quis ad intereſſe & factum promiſſum tenetur pro altero in contractu promiſſorio dictum fuit,
7 quod non vult † poſſe ſe excuſari feciſſe conatum quãtum in ſe erat ad finem, & effectũ, vt ſequeretur in obligatione cõtentum vt ad tollendum omne dubium ita ſtipulari debere tradunt cumulati per *Vivian. in eadem communi opin. 670. num. 6. Buratt. dec. 64. nu 4. & cæteri obligati in d. §. alterum in fine*.

Tertium denique reſolutionis motiuum ex quo non minus detegitur Iniuſtitia mandati apparet, quia Sanſonius per Io: Mariam Vantium nudum nomen in cambio habentem vt ipſe declarauit, deputatus ad tenendũ, & girandum ſuper cambijs pecunias Bernardini traditas, eas cum ſe ipſo cambiauit poſtquam cambium fuit ſibi à Larizza verò creditore ceſſum, quod minime permittendum erat, quia eo ipſo quod mediante tali ceſſione ipſe effectus fuit cambij dominus, & non poterat tanquam mercator ab initio à cõtrahentibus electus amplius cambiare, res ad eũ caſum deuenit à qua incipere non poteſt, &
8 ob id non licuit † cum ſeipſo nullam poteſtatem habente cambiare, vt in ſpecie ait *Surd. conſ. 4. num. 38. in fine & num. 39. Rot. dec. 31. n. 3. & dec. 32. nn. 2. & 3. poſt Tuſc. de camb. in deciſ. relata & in Ravennaten. ſeu Faulina cambij 16. Iunij 1635. §. nihilominus coram bo. me. Bichio vbi alij cumulantur*.

9 Nec releuat, quod recipere cambia a ſeipſo duplicem † perſonam repræſentante ſit à Iure, & cõſtitutionibus permiſsũ *Rot. Innocen. dec. 92. ſub num. 3. & in Romana cambiorum 10. Martij anni proximi præteriti coram R. P. D. meo Verospio §. Hinc non obſtat*, quia adhunc effectum exi-
10 gitur vt cum † ſeipſo cambia recipere tribuatur facultas à debitore, & in illis terminis loquuntur in deciſione allegati & expreſſi dicitur in ea ibi concurrente facultate, & cum hoc ſuppoſito habitæ facultatis ratiocinatur *Io: Baptiſta Spada conſ. 267. num. 9. & 10. lib. 2. ibi hoc fuit factum de expreſſo inſtrumento cambij*. In propoſito autem caſu Sanſonio data fuit facultas tãquam tertio Mercatori cuius opera voluit vti Bernardinus dum cambium cũ Vantio creauit non autem vti principali creditori illius multo poſtea per ceſſionẽ effecto
11 Neq; huiuſmodi facultate † deficiente poteſt Sanſonius ſe fundare in ceſſione cambij reportata à Vantio nudum nomen habente, & Larizza vero creditore taliter quod ſucceſſerit in illorum Iuribus, illiſq; vti valeat eodẽ modo quo iidem cedẽtes in girando pecunias ſuper cãbijs, & cum ſe ipſo ſicuti licebat Vãtio *ad text. in l. ſi donatæ 37. in principio & ibi gloſſ. in verbo de emiſtione ff. de donat. inter vir. & vxor, cum alijs vulgatis*. Nam placuit reſponſio data in alia deciſione quod Sanſonius non gaudet Iure cambiandi cũ ſeipſo † cohæret ſuæ per-
12 ſonæ eam egredi non debet quaſi ab initio contrahentes reſpexerint ad illum, & eius induſtriam, non vero Sanſonij in quem ignotum penitus erat, & ſignanter Bernardino debitori & Vantio cuius nomine vt voluit Larizza in tradẽdo pecunias ad cambium *l. vnica §. nec autem C. de caduc. tollend. cap. ſtatutum §. aſſeſſorem de reſcript. in 6. l. quia tale ff. ſolut. matrimonio Io: Baptiſta de Sanctis Seuerino in l. more maiorum ſub num. 11. verſ. & maxime ff. de Iuriſdictione omn. Iudicum Menoch. de arbitr. quæſt. 68. ſub nu. 11. verſ. accedit Honded. conſ. 55 nu. 77. lib. 1. Butr. conſ. 48. in fine* minus ex perſona Larizzæ, quia cum ſine controuerſia admittatur illum eſſe Clericum prohibita † ei erat negociatio, &
13 mercatura *ad text. in can. eijciens, & can. negotiationẽ 88. diſtinct. & can. 14. quæſt. 4. Rolland. à valle conſ. 38. num. 24. 27. 28. lib. 2. ſcacc. de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 7. par. 2. ampliat. 11. nu. 7. cum alijs citatis per Graſ. de effect. Clericat. effect. 6. num. 1.* & quamuis iuxta aliquorum ſententiam Clericis ſecularibus, qui paupertatem profeſſi non ſunt ſit per aliam perſonam permiſſa negotiatio, & pecunias ſuas ad cambium dare loquuntur tamen in caſu quo poſiti eſſent in mera neceſſitate, & nullum haberent exercitium ex quo ſalua eorum honeſtate victum quærere poſſent vt explicat *Scacc. loc. litat. nn. 6. Graſſ. ibid. num. 23.* qui non eſt caſus noſter nec proinde eſt circa id immorandum, & quicquam modo definiendum, ſed inhærendum
14 eſt veriori ſententiæ ſecundum † quam Clericis eſt interdicta negociatio ex præcitatis, & cumulatis per *Zizarell. dec. 83. num. 7. Adden. dec. 444. num. 36. cum ſeq. part. 4. tom. 2. recent.*

Quod eo facilius admittendum videtur ob ſuperuenientem obitum Bernardini ſine hærede, qui Vantium Procuratorem irreuocabilẽ conſtituit, per † quem expirauit mandatum ex allegatis in deciſione in fine, cui
16 concluſioni non reſiſtit limitatio, aut ſolum procedat † quando hæreditas eſt vacans ſecus ſi iacens ex *Mellin. deciſ. 160. num. 2.* quia hic de eſt ipſis quod hæreditas † Bernardini poſſit ab

aliquo adiri, quo caſu habetur pro vacante, ſicque non ſumus in caſu limitationis, ſed concluſionis & mandatum expirauit.

Et ita fuit concluſum ſtandum eſſe in deciſis vtraque &c.

Deciſio iſta ſub die 7. Iunij 1662. hic allegata in hac eadem cauſa emanata coram eodem R. P. D. Beuilaqua eſt ſupra in præcedenti part. 13. recent. deciſ. 479.

R. P. D. CERRO DECANO,

Poſtea S. R. Eccleſ. Cardinali.

Leodien Pecuniaria.

Lunæ 5. Martij 1663.

ARGVMENTVM.

Monaſterium non obligatur ad reſtitutionem pecuniarum ab Abbate mutuo acceptarum, ſine Monachorum conſenſu, nec Abbatis aſſertioni ſtatur de tali verſione deponẽtis, Verſionem autem fuiſſe factam, & quando non ex quo deducatur.

SVMMARIVM.

1 *Abbate accipiente pecunias ſine conſenſu & mandato Monachorum non probata earum verſione in vtilitatem Monaſterij ad illarum reſtitutionem Monaſterium non tenetur.*

2 *In mutui contractu ſpeciale eſt, vt requiratur probatio verſionis.*

Et ratio num. 3.

4 *Creditor agens contra monaſterium pro pecunijs Abbati mutuo datis concludenter pecunias in eiuſdem Monaſterij vtilitatẽ fuiſſe verſas probare tenetur.*

5 *Teſtes deponentes de ſimplici auditu non probant.*

6 *Prælati aſſertioni in prohibitis non eſt ſtandum.*

7 *Prælatus dicens mutuum conuerſum fuiſſe in vtilitatem Eccleſiæ, illi nõ præiudicat ſi non ſit veritas.*

8 *Teſtibus non creditur, quando eorum auctores à quibus audierunt ſunt ſuſpecti.*

9 *Scriptura ſimplex & priuata non probat.*

10 *Pecunias ab Abbate mutuo acceptas in vtilitatem Eccleſiæ fuiſſe conuerſas, & quando non, ex quo arguatur & num. 11.*

DECISIO XXXXII.

SENTENTIAM Rotalem abſoluentem Monaſterium Vallis Scholarium à reſtitutione florenorum 4500. mutuo receptorum per q. Abbatem Verteam ab Authore illorum de Carolis dixerunt Dñi eſſe con-
1 firmandam, nam cum † Abbas pecunias acceperit abſque conſenſu, & mandato Monachorum non probata pecuniarum verſione, non tenetur proinde Monaſterium ad illarũ reſtitutionem, vt expreſſe diſponitur *in cap. quod quibuſdã 4. ibiq. gloſſ. verb. vtilitatem de fideiuſſ. Auth. hoc Ius porrectũ in fin. C. de Sacroſ. Eccl. Felin. contr. iur. lib. 2. cap. 77. ſub lit. C. Caſtropal. oper. moral. par. 7. tit. de iuſt. cõmutat. diſp. 4. punct. 5. num. 10. & ſeq. cum alijs allegatis in deciſ. huius cauſa 22. Iunij 1657. coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

2 Præſertim in contractu † mutui, in quo ſpeciale eſt, vt requiratur probatio verſionis iuxta doctrinam *Innoc. in cap. 1. de depoſit. & ibi*
3 *Abb. num. 9.* vbi quod ratio † ſpecialitatis in mutuo eſt, quia Prælati ſunt prompti ad recipiendum mutuum, & fœneratores promptiores ad mutuandum, vnde ſi indifferenter Eccleſia teneretur; tunc de facili bona Eccleſiæ alienarentur, & latè hanc ſententiam ſequuntur *Caſtropal. vbi ſupra dicto punct. 5. nn. 13. in fin. Rota coram Card. Seraph. dec. 366. num. 3. & coram Gregor. dec. 511. num. 12.* concurrente peculiari ſtatuto huius Monaſterij expreſſe prohibente ne vllus Prior, hodie Abbas, vltra ſummam librarum 20. ſine conſenſu Monaſterij mutuo pecunias recipiat, vnde Credi-
4 tor † illud plus fuiſſe verſum in Eccleſiæ vtilitatem plenè, & concludenter iuſtificare tenetur, vt ponderat deciſio *D. mei Beuilaqua §. tantum abeſt.*

Verſio pecuniarum in vtilitatem Monaſterij pro rata florenorum 3709. non concluditur ex teſtibus, & quietantijs alias in Rota exhibitis, & relatis in hodierno *Sum. de Carolis*
5 *num.* 12. Teſtes † enim deponunt de ſimplici auditu, & quidem ab Abbate, & Receptore *d. Sum. de Carolis num. 14. & 42.* qui quemadmodum non potuiſſent, ſic confitendo Ec-
6 cleſiæ præiudicare, cum in prohibitis non ſtetur aſſertioni Prælati, *Bald. in Auth. hoc ius porrectum num. 32. C. de Sacroſ. Eccleſ. Angel. conſ. 145. num. 8. Rota coram Pen. dec. 555. num. 8. ſecundum impreſſ. Venet.* & de confeſſione Prælati dicentis † mutuum conuerſum in vtilitatem
7 Eccleſiæ quod non præiudicet tradit *Vrſill. ad aſſiſt. deciſ. 168. num. 2.* Ita nec dd. Teſtib. vide-
8 tur magis deferendum † quam eorum Authoribus, à quibus audierunt, *Mant. dec. 130. num. 4. & in recent deciſ. 601. num. 31. par. 4. tom. 3.*

9 Quo vero ad quietantias † præter, quod ſunt ſimplices, & priuatæ ſcripturæ non recognitæ, & in eis nõ exprimitur nomen Monaſterij, & cauſa, nec perſona mutuantis, ad hoc vt ſciri poſſit, an ex pecunijs mutuo habitis fuerint ſatisfacti Creditores Monaſterij, vt reſpondetur in *dicta deciſ. §. non ſubſiſtit.* Hodie ceſſat omnis difficultas, nam Teſtes poſt ſententiam examinati vigore remiſſoriæ Rotalis proparte d. de Carolis prætendentis probare pecunias mutuo acceptas realiter, & cũ effectu Creditoribus Monaſterij contentis in dd. quietantijs fuiſſe ſolutas, omnes vno ore deponunt neſcire, hodierno *Summ. Monaſterij num. 5. & 6.*

Aliæ vero quietantiæ nouiter compulſatę, & relatæ in *d. Summ. de Carolis num. 25. & ſeqq.* non ſunt momenti, tanquam continentes ſolutionem factam ab Adamo Dries Amodiatore Monaſterij de annis 1626. 1627. & 1628. & ſic aliunde quàm ex pecunijs longè antea mutuo habitis ab Authore de Carolis de menſe Decembris 1621. & de menſe Ianuarij 1622. quibus quietantijs ſingillatim reſpõdetur in reſponſione facti pro Monaſterio.

Conſiderarunt vlterius Domini mutuum fuiſſe a Vertea contractum nulla vrgente neceſſitate, quinimo ex teſtibus remiſſorialibus conſtat Monaſterium poſſidere facultates pro congrua Monachorum ſubſtentatione, &

ſub

ſubueniendis eiuſdem neceſſitatibus ;& vlterius quod Abbas Lathomus prędeceſſor Verteæ , qui diu præfuit eius regimini , illud reliquit liberum à debitis , & cum copia omnium ad victum neceſſariorum , quodque ſequuto eius obitu , Oeconomia Monaſterij fuit per Abbatem Verteam peruerſa , cum omnia per epulas , & potationes conſumpterit , quâ de cauſa , interdicta adminiſtratione bonorum fuit ſucceſſiuè in Galliam relegatus *Summ.poſitionis Monaſterij 3.Iulij præteriti num.2. & 7.& hodierno ſumm.num.1.& ſeqq.* Ex quibus excluſa Monaſterij neceſſitate † & concurren-
10 te malo regimine Abbatis, oritur præſumptio , pecunias fuiſſe male conſumptas ſicut è
11 contra † prudentia , & probitas Prælati, qui conſueuit Eccleſiæ vtilia peragere , inducit præſumptionem verſionis *Caſtropal. vbi ſupra d.punct.5.num.12. verſ.2.ſumitur Gratian. diſcept. for.cap.632.num.19.*

Nec pro iuſtificanda exiſtentia æris alieni tempore Abbatis Lathomi videtur obſtare concordia inita de anno 1618. inter d. Lathomum , & Lamberth eius Receptorem de ſoluendo debita , quibus Monaſterium reperiebatur grauatum vſque ad diem feſtiuitatis omnium Sanctorum anni 1619.*d.ſumm.de Carolis num.1.*Quia ex alio Inſtrumento concordiæ initæ de anno 1629.inter Adamum Dries Amodiatorem bonorum Monaſterij , ac viduam de Lamberth conſtat fuiſſe reddita cõputa , & quia plus Lamberth ex burſauerat , quam receperat , propterea pro ſatisfactione eius crediti , fuerunt d. Viduæ ceſſi omnes fructus cenſuum, ſiue redditum ad Monaſterium ſpectantium , decurſi vſque ad annum 1618.vt ex particula d.concordiæ datæ in calce reſponſionis facti pro Monaſterio , ex qua patet eius debita fuiſſe per Lamberth.extincta tẽpore obitus Abbatis Lathomi prędeceſſoris Verteæ .

Et re vera æs alienum per Abbatem Verteam contractũ non proceſſit ex defectu reddituum , qui ſufficientes erant pro neceſſitatibus Monachorum , ſed ex eius mala adminiſtratione , vt deponunt teſtes remiſſoriales tam Monaſterij , quam vltimo loco examinati pro parte de Carolis *d.ſumm.poſitionis nu.6 & hodierno nu.* 3. ac proinde cum nulla adfuerit neceſſitas contrahendi huiuſmodi mutuũ minuſq; pecuniæ verſæ fuerint in vtilitatem Monaſterij merito pro confirmatione ſententiæ Rotalis reſponſum fuit, vtraque parte informante &c.

R. P. D. VICECOMITE,

Poſtea S.R.E.Card.

Ferrarien. Fideicommiſſi.

Luna 5. Martij 1663.

ARGVMENTVM.

Vocatio concepta ſub cõditione negatiua, quãdo purificata dicatur. Hærede non habente qualitatem à Teſtatore requiſitam , ſi ſit ipes eam conſequendi , an ſit locus ſubſtitutioni . Subſtitutus quando à conſecutione hæreditatis reiiciatur . Linea primo loco vocata prædilecta præſumitur. In fideicommiſſis ſuſpẽſio hæreditatis, an prohibeatur à iure .

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentis , & vocati per Teſtatorem ſuperexiſtentia, impedit tranſitum hæreditatis in aliam lineam .*

2 *Doctor qui non eſt, patrocinij munus ſubire non velet .*

3 *Teſtator qualitatem aliquam per viam modi, & nõ conditionis in hærede deſiderans, non exigitur,quod ab iſto in actu aditionis qualitas impleatur.*

4 *Verba includentia tempus futurum, & ſucceſſiuum demonſtrant voluntatem teſtatoris , vt qualitas ab eodem exoptata etiam poſt hæredis obitum , & quandocunque à ſuis filijs adepta debeat iſdem ſuffragari ad excluſionem ſubſtituti .*

Et hoc generaliter de quacumque diſpoſitione indeterminata intelligitur, num.5.

6 *Vocatio concepta ſub conditione negatiua , non poteſt dici purificata , niſi eadem conditio reducatur ad impoſſibile, & num.19.*

7 *Hæres quamuis non habeat qualitatem à Teſtatore requiſitam, dummodo adſit ſpes, quod in progreſſu temporis onera ſibi iniuncta adimplere valeat , non eſt locus ſubſtitutioni .*

8 *Subſtitutus à conſecutione hæreditatis reiicitur, dum ex ſpes prolis in hærede ſuperſit .*

Et hoc procedit in quolibet incapaci , dummodo valeat tractu temporis habilis effici. num.9.

10 Cuman. conſ.164. nu.4. verſ.circa tertium , & num.5. *quid in hoc caſu cenſeat .*

11 *Legatum relictum ſub onere exercendi tutelam, non admittitur, ſi ex cauſa minoris ætatis, ſeu alterius impedimenti legatarius tutelæ munus ſubire non poſſit.*

12 *Hæres commodo hæreditatis priuari non debet, dum non valuit ob ætatis defectum onera ſibi iniuncta adimplere, & ob reſiſtentiam iuris prohibentis pupillo, non ſolum lauream doctoralem , ſed etiam Procuratoris exercitium, & num.13.*

14 *Linea primo loco vocata, prædilecta præſumitur in concurſu alterius teſtatori penitus ignoti , & numer.15.*

16 *Qualitas à Teſtatore requiſita , quod debeat de tempore delatæ ſucceſſionis regulariter eſſe , itaut poſtmodum ſuperuenta , non poſſit in alterius præiudicium admitti, niſi ad hoc expreſſe ſe reſtrinxerit teſtator, ità ſtrictè non eſt intelligenda.*

Sed hoc procedit, vt num.17.

Limita, vt num.18.

20 *In Fideicommiſſis ſuſpenſio hæreditatis à iure, non prohibetur concurrente , maximè Teſtatoris voluntate.*

21 *Regula Catoniana procedit in diſpoſitione pura, nõ non autem conditionali .*

DECISIO XLIII.

DECESSIT Hippolytus de Franchis cõdito Teſtamento , in quo hæredes ſibi inſtituit ſub ſequenti verborum periodo ;

Inſti-

Instituisce herede vniuersale il Signor Gio: Battista Botti Procuratore publico Ferrarese, mentre però attendi alla Procura; e li di lui figlioli, e descendenti, se ve ne saranno de' Dottori, ò Procuratori, che attendino alla professione dell' Auuocare, ò Procurare; con questo però, che detto Signor Procuratore Botti, ò detti suoi figlioli, e descendenti, si nominino de' Frãchi, e si seruino dell' Arme di esso Signor Testatore, e mancando detta descendenza de' Botti, che siano Dottori, ò Procuratori, esso Signor Testatore sostituisce il più ponero Dottore dell' Almo Collegio delli Signori Dottori Legisti di Ferrara, che attendi, & eserciti la professione tanto di Lettura, quanto d' Auuocato, da eleggersi dall' Almo Collegio suddetto, & Priore di quello, douendo però esso più ponero Dottore esser dichiarato, & approuato per tale dall' Illustrissimo, & Reuerendissimo Monsignor Vicario Generale di Ferrara.

Defuncto autem Io: Baptista; superstite Antonio filio in ætate infantili constituto. Contra eum, insurrexit Gratius Contrius, sibi tãquàm inter Doctores pauperrimo electo, & approbato per Collegium, & Vicarium respectiuè successionem deberi contendens. Vndè delata mihi Causa, dubium dedi; Vtrũ ipsi foret concedenda immissio, & Domini negatiuè responderunt.

1 Quia superexistentia Antonij descendentis à Ioanne Baptista, ac vocati per Testatorem, impedit transitum hæreditatis in alteram lineam, iuxtà *Text. in l. 3. & l. quamdiu*, 68. *ff. de acquir. hered. Surd. cons. 347. numer. 4. & 5. lib. 3. Gratian. discep. 773. nu. 4. cum seqq. Rota decis. 151 num. 1. in fine, par. 3. recent. & in Conchen. Cappellaniæ*, 14. *Martij* 1616. *coram bon. mem. Cardin. Fabritio Verospio, in §. Et regulariter.* Quamuis laurea Doctorali ipse destitutus † existat, ac inhabilis consequẽtèr ad patrocinij munus subeundum; Quoniam qualitatem † Doctoralem, Testator in filijs Io: Baptistæ per viam modi, non autem conditionis exoptauit, cuius propterea implementum non exigitur in ipso aditionis actu, *l. quibus diebus*, 40. §. *Termilius, ff. de condit. & demonstr. Aym. cons. 59. num. 1. Gabr. cons. 5. num. 9. & 10. cum seqq. lib. 1. Grat. cons. 102. num. 3. volu. 2. Menoch. cons. 131. num. 2. & 11. Card. Mantic. de coniectu. lib. 10. tit. 5. nu. 16 & 17. Peregrin. de Fideicomm. art. 11. numer. 113. Surd. decis. 38. num. 6. & 7. Rota diuersor. decis. 39 num. 1. cum seqq. par. 1. decis. 428. num. 9. & 10. cum seqq. coram Gregor.* Dum maximè in † vocatione filiorum apposita leguntur ea verba, *de' Dottori, se ve ne saranno*, quæ vti includentia tempus futurum, & successiuum, demõstrant voluntatem Testatoris, vt dignitas Doctoralis etiam post Io: Baptistæ obitum, ac quandocumque à suis filijs adepta, debeat ijsdem suffragari ad exclusionem substituti, vt in terminis similium verborum tradit *Surd. cons. 110. num. 9. 10. & 15. Decian. cons. 16. nu. 108 ad fin. & 109. lib. 4.* & gèneralitèr † de quacũque dispositione indeterminata probat *Text. in l. 2. ff. de condit. & demonstr. & in l. in substitutione 31. ff. de vulg. Cyriac. contr. 205. numer. 71. cum seqq.*

6 Præterea vocatio Doctoris pauperis tanquã concepta sub conditione negatiua, postquàm scilicet linea Doctorum descendentium à Io: Baptista, ibi: *E mancando detta descendenza de' Botti, che siano Dottori, ò Procuratori*, nunquam dici poterit purificata, nili eadem conditio reducatur ad impossibile, ac latis consequen-
7 tèr esse censetur superexistentia † Antonij, ac spes probabilis, vt ipse studijs nunc incumbens possit in progressu temporis munera sibi iniuncta adimplere, ad hoc, vt substitutus nequeat admitti, iuxtà *Text. in l. 1. §. si quis proximior, ff. vnde Cognat. & in l. 2. §. si verò apud hostes, ff. ad Senat. Consult. Tertull.* vbi à consecu-
8 tione hæreditatis repellitur † substitutus, donec spes prolis nascituræ superest. *Roman. consil. 134. num. 5. vers. sed interpretatio hæc. Surd. consil. 125. num. 3. cum seqq. Franc. decis. 169. num. 13. Cyriac. controuer. 205. num. 74. cum pluribus seqq.*
9 hoc asserens procedere † in quolibet incapaci, dummodo valeat tractu temporis habilis effici. *Rota in Conchen. Cappellaniæ*, 14. *Martij* 1616. *in §. & regulariter, coram bon. mem. Cardinali Fabritio Verospio*, & in his terminis Doctoratus, responsum fuit in *decis. 6. num. 11. par. 4 to. 2 recent. coram Buratt. decis. 322. num. 13. Addent. ad Gregor. decis. §38. num. 16.*

Hinc *Cuman. in cons. 164. num. 4. vers. circa tertium, & num. 5.* censuit mulierem inhabilem,
10 ob defectum † ætatis ad Matrimonium, posse aspirare ad Emphyteusim à Patre, seù ascẽdente receptam pro fœminis, quæ alicui Ciui deberent esse nuptæ, asserens, quòd alias contra omnem æquitatem ea priuaretur emphyteusi, dum Matrimonium, ex accidenti non contractum, valet tractu temporis mire, quã rationem *Rota quoque admisit in Romana Commendæ*, 21. *February* 1661. *coram R. P. D. meo Albergato*, ad effectum, vt filius fundatoris carẽs ætate legitima posset Commendam retinere ad exclusionem substituti.

11 Et quemadmodum legatum alteri relictũ sub onere exercendi tutelam non amittitur, si ex causa minoris ætatis, scù alterius impedimenti, nequeat Legatarius tutelæ munus subire, vt in puncto minoris probat *Text. in l. nemo, §. ad finem, C. de legit. tutel. Bartol. in leg. si legatarius*, 24. *C. de legat. Crot inter consil. Grat. 84 num. 9. lib. 2. Menoch. de præsumption. lib. 4. præsum. pt. 124. num. 12.* & in terminis alterius impedimenti asserit *Iur. Consult. in l. cum filius*, 78. §. *non iure, ff. de legat. 2. l. ab administratore*, 7. *C. de legat. Bald. cons. 356. in princip. lib. 4. Roman. cons. 235. num. 1. Guttier. de tutel. par. 1. cap. 22. nu. 10. Graff. de effect. cler. effect. 16. num. 41.* Ità paritèr com-
12 modo hæreditatis priuari † non debet Antonius, dum ipse non valuit onera sibi iniuncta adimplere ex mero ætatis defectu, & ob resistentiam Iuris pupillo prohibentis, nedum lauream Doctoralem, vt aduertit *Zabarell. in clement. 2. num. 14. ibique Ancharan. num. 3. de Magistr.* Verum etiam † Procuratoris exercitiũ,
13 vt in terminis minoris probat *text. in l. minor si ibiq; gloss. not. in ver. non est, ff. de procurat. leg. 1. §. si initium, ff. de postuland. cap. qui generaliter, 5. §. licet de procurat. lib. 6 Rota decis. 37. alias 801. de procurat. in antiquis*, vbi quod minor 25. annis Procurator

curator ad Iudicia esse non potest.

Alias sequeretur, quòd Doctor extraneus prælationem obtineret in concursu descendentis à Io: Baptista contra Testatoris volun-
14 tatem, à quo linea † eiusdemmet Io: Baptistæ tanquàm primo loco vocata præsumitur prædilecta, *l. Publius Meuius, 36. ff. de condit. & demonstrat. Castren. conf. 121. col. 2. ad fin. vers. item non est credendum, vol. 1. Roman. conf. 134. num. 5. ad med. Alexand. conf. 1. nu. 8. vers. 2. probatur lib. 1 Fusar. de substit. qu. 68. num. 15. Stephan. Durant quæst. iur. 36. vers. secundo quoties. Rota in Conchen. Cappellanie 15. Iunij 1615. & 14. Martij anni sequentis, coram bo. me. Card. Verospio.* In concursu
15 præsertim † Doctoris pauperis eidem Testatori penitus ignoti. *Curt. Iun. cons. 57. num. 12. Aym. conf. 173. num. 12. Menoch. conf. 266. num. 24. Fusar. de substit. qu. 359. nu. 10.*

16 Propterea non obstat, quòd qualitas à Testatore requisita debeat de tempore delatæ successionis regulariter inesse, ità vt postmodum superuenta nequeat in alterius præiudicium admitti. *Menoch. cons. 940. num. 15. Altograd. conf. 97. nu. 29. Rota coram Gregor. decis. 279 num. 20. & in Pisauren. Primogenitura 16. Ianuarij 1651. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in his terminis coram Buratio decis. 680. nu. 7.*

Vrgere enim posset obiectio; si Testator (decedēte Io: Baptista sine filiis Doctoribus) alterum de Collegio instituisset; tunc enim
17 ex vi conditionis † restrictæ ad diem obitus Io: Baptistæ præferendus foret Doctor Collegialis, nulla habita ratione Antonii, vt potè dignitate Doctorali destituti, & in his terminis loquuntur authoritates in cōtrarium ad-
18 ductæ; Secus verò † dum conditio indeterminata, ac sine certi temporis præfixione apposita fuit: quinimò Doctor extraneus vocatus dignoscitur post lineam Ioan: Baptistæ qualitate Doctorali præditam penitus extinctam; Tali quippe casu, donec adsit aliquis habilis ad Doctoratum assequendum, non debet substitutus admitti ea ratione, quia cō-
19 ditio negatiua † purificationem non assumit nisi ad impossibile reducatur. *Bald. in l. Mutiane 7 in fine, ff. de condit. & demonstr. Surd. conf. 110. num. 10. cum seqq. Peregrin. de fideicomm. artic. 29. nu. 9. Molin. de primogenit. lib. 3. cap. 3. num. 16. cum seqq. cum aliis relatis in Bononien. Fideicommissi de Cataneis 15. Decembris 1662. in §. & hinc Dominis, coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Et prædicta facilius procedere dixerūt Domini, eo quia Testator iniungendo onus dicti Exercitii, non respexit hæreditatis augumentum, minusue pauperum commodum, aliarumque personarum miserabilium beneficium.

Ex quibus remouetur obiectum, quod hæreditas in suspenso remaneret, donec Antonius ad ætatem legitimam perueniat; præter quàm quod concurrente Testatoris voluntā-
20 te suspensio † huiusmodi à Iure non prohibetur in fideicommissis, *l. in tempus, 62. ff. de hared. instituen. Bartol. in l. Pomponius, nu. 3. ff. de neg. gest. Roman. conf. 134. nu. 6. ad fin. Ruin. conf. 12. nu. 25. lib. 2. Nat. conf. 675. num. 6. & 7. Menoch. conf. 105. nu. 61. & conf. 473. nu. 19. Molin. de Primogen. lib. 3. cap. 10. nu. 20. 27. & 31.* vbi plures limitationes refert *Castill. controuer. iur. lib. 5 cap. 91. nu. 38. Rota in addutta Bononien. Fideicōmissi de Cataneis 11. Decembris 1662. in §. & hinc, coram R. P. D. meo Bourlemont, & in citata Pisauren. Primogenitura 16. Ianuarii 1651. §. ideò;* vbi,
21 quod regula † Catoniana procedit in dispositione pura, non autem conditionali.

Et ità vtraque parte informante fuit resolutum.

R. P. D. VICECOMITE,

Postea S. R. E. Cardinali.

Romana, seu Vercellen. Fideicommissi.

Veneris 6. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Testator substituit in Testamento neptes, inter quas ob ambiguitatem eiusdem nominis cōtrouersum, quænam earum vocarentur ad successionem, sed sublata fuit ambiguitas per amorem, & specialem amicitiam Testatoris vocando illam, quam in domo retinuerit, non verò absentem concurrentibus etiam testibus mentem testatoris declarantibus, qui quamuis singulares fuerint, & carcerati, fides illis non tollitur per imputationem criminis quando non sequuta fuit Sententia condemnatoria.

SVMMARIVM.

1 *Dictio* Dictam *repetitionem, inducit personæ antecedenter expressæ, & ad eam dispositionem restringit.*

2 *Copula* &, *intermedia inter quas vniformiter determinat, & vtrique eandem qualitatem tribuit.*

3 *Testator quando dubium est, quod vnam vocauerit potius, quam aliam præsumitur, quod vocauerit illam, quam in domo retinuerit, & cui alimenta subministrauerit.*

4 *Nominis ambiguitas per amorem, & specialem amicitiam declaratur, quando plures extant eiusdē nominis.*

Et si contrarium admitteretur, sequeretur quod persona minus dilecta apud Testatorem prælationem obtineret in illius successione, num. 5.

6 *Legata, & Hæreditas relinqui solent propter amorem, & benemerita.*

7 *Testator præponens filium, censetur etiam præposuisse matrem.*

8 *Honor maior ex communi hominum vsu tribuitur præsenti, quam absenti.*

9 *Dispositio non extenditur ad ignotos.*

10 *Testator nullam de aliqua persona mentionem faciens nullam in eam præsumitur habuisse affectionem, & in hac materia attenditur verisimilitudo, & num. 11.*

12 *Verbum* aliæ, *præfert diuersitatem personarum ab aliis supra expressis.*

13 *Pars vna testamenti aliam declarat.*

14 *Testes etiam singulares, sufficiunt ad declarandam mentem Testatoris.*

15 *Testi fidem non tollit cæcitatio, & imputatio crimi-*
nis, nisi concurrat sententia condemnatoria.

16 *Substitutum se esse prætendens clare, & concluden-*
ter probare debet substitutionem, aduersus hæredē
& possessorem habentem intentionem fundatam
super negatiua substitutionis.

DECISIO XLIV.

DISPVTATIO hodie coram me dubio, an esset confirmanda, vel infirmanda. Sententia edita coram R.P.D.mo Verospio decernens Catharinæ, ac Margharitæ quond. Francisci Mazzoli, Immissionem in hæreditate quond. Ioannis Baptistæ Mazzoli, pro infirmatione, DD. responderunt inhærentes litteræ intellectui Testamētariæ dispositionis eiusdem Io: Baptistæ, quæ sub huiusmodi forma concepta cernitur. In omnibus instituit suum hæredem Dominum Iacobum filium quondam Vercellini Sodani de Gattinaria Vercellēn. Diœcesis, ac Dominæ Catherinæ quondam Antonini Mazzolæ neptis ex parte Domini Antonini germani fratris ipsius Testatoris, cum hac conditione, quod debeat vocari de domo, sumere, & retinere Cognomen, & Arma de Mazzolis, alias cadat, & decidisse intelligatur ab hac sua hæreditate, & tali casu succedere debeant aliæ neptes infrascriptæ ipsius Testatoris, eiusque Pronepotes. Et in euentum mortis dicti Domini Iacobi absque filijs, & illis sine filijs, quos ad inuicē substituit tali casu hæreditas, & bona ipsius Testatoris vadant ad dictam Dominam Catharinam, & Margharitam de Mazzolis suas neptes ex parte fratris germani, earumque filios, & hoc facere dixit, pro conseruatione Bonorum in Familia de Mazzolis.

Exindè siquidem animaduertebant, quod cum Testator instituerit Iacobum, eumdemque apertè nominauerit in filium Dominæ Catharinæ quondam Antonini germani fratris subsequens substitutio sibi facta in casu obitus absque filijs, in personas dictæ Dominæ Catharinæ, & Margharitæ de Mazzolis neptū ex parte fratris germani, proculdubio referenda sit ad prælatam Catherinam matrem Iacobi, quam paulo antè nominauerat, ac Margharitam eius sororem, non autem ad Catharinam, & Margharitam filias Francisci, de quibus in nulla Testamenti parte mentio perhabita dignoscitur, virtus enim dictionis *dictā*
1 repetitionem inducit † Personæ antecedenter expressè ad eamque restringit dispositionem, ex traditis per *Imol. in l. si quis filium, §. fin. ff. de acquir. hæred. Ruin. conf. 20. numer. 4. & seqq. volu. 2. Dec. conf. 465. numer. 8. Surd. conf. 230. numer. 23. 24. & seqq. Dec. conf. 80. sub numer. 3. vers. tertio efficaciter probatur, & not. Bartol. in l. si qui liberis, §. hæc verba, in fine, ff. de vulg. & pupill. Alexand. conf. 173. colu. 2. lib. 5. & consil. 176. in fine, lib. 7. Curt. Iun. conf. 118. Rip. in l. filius familias, §. Diui, num. 111. ff. de leg. 1. Aym. conf. 93. nu. 8. Corn. conf. 145. nu. 5. lib. 2. part. 1. Vincens. & in Romana de Liberinis 7. Febru. 1661. §. Quod & comprobatur, coram Reuerēdo P. D.no Priolo.*

Et licet prædicta procedere videantur, dū taxat respectu Catharinæ, contrarium tamen conuincunt ipsamet dispositionis verba, ibi, *ad dictam Dominam Catharinam, & Margharitam de Mazzolis suas neptes, ex parte fratris germani*, ex quibus sanè verbis vocata cēsetur ea Margharita, quæ ortum traxerit ab eodem Parente, è quo descendit Catharina, nam copula,
2 & intermedia † inter Catharinam, & Margharitam ambas vniformiter determinat, & vtrique tamdem qualitatem tribuit. *Ruin. conf. 61. num. 8. lib. 2. Rimin. Iun. conf. 504. numer. 15. & 16. Menoch. conf. 106. num. 291. Peregrin. de Fideicomm. art. 16. num. 2. & conf. 238. num. 5. lib 5. Bartol. in l. Seia, §. Caio, ff. de fund. Instru. Cravet. conf. 193. nu. 1. & conf. 457. num. 4. Signorol. conf. 199. sub num. 2. vers. primo ex Monosillaba. Gregor. decis. 108. num. 3. Spada conf. 282. num. 17. lib. 3.* Testator siquidem si intellexisset de Margharita filia Francisci vocasset neptes ex parte fratrum, & non locutus fuisset in numero singulari.

Vocatio autem Catharinæ filij Antonini comprobatur ex Testatoris prædilectione desumpta ex eo, quod plurium annorum cursu in propria domo eam retinuerit, † necnon
3 sibi alimenta subministrauerit. *Roman. in leg. hæredes palam, in princ. ff. de Testament. numer. 5.*
4 vbi inquit specialem amicitiam, & † amorem declarare ambiguitatem nominis, quando plures extant eiusdem nominis. *Mantic. de tacit. lib. 4. art. 7. num. 2. Simon. de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib. 1. interpr. 2. fol. 5. num. 24. Bartol. in l. duo sunt Titij, num. 2. ff. de Testamentarl. Aym. conf. 72. num. 8. Surd. conf. 414. numer. 70.* Contrarium enim si admitteretur, re-
5 sultaret absurdum, quod † persona minus dilecta penes Testatorem prælationem obtineret in illius successione, *Soccin. conf. 6. colu. 3. ad fin. Ias. conf. 52. pariter propè finem, volu. 3. Ruin. conf. 178. colu. 2. cum seqq. lib. 4. Cravett. in l. cum filius familias, in 2. part. num. 349. & conf. 62. num. 7.*

Probabile siquidem est ab eadem Catharina tempore suæ cohabitationis præstita fuisse Testatori ea obsequiola seruitia, quæ benefolo patruo exhibere solent, ex quo vrgens insurgit præsumptio, quod in eorum compensationem Testator instituerit hæredem Iacobum, & in casu obitus absque filijs Catharinam matrem, & Margharitam ipsius so-
6 rorem respectiuè, nam legata, & † hæreditas relinqui solent propter amorem, & benemerita, *l. nec adiecit, ff. pro socio, l si quis seruum, §. fin. in vers. amici, ff. de leg. 2. & not. in l. qui filiabus, in princ. ff. de leg. primo*, & ex eadem
7 ratione, qua † Testator præposuit Iacobum, censetur etiam præposuisse Catharinam matrem, *l. cum acutissimi, Cod. de fideicomm.*

Concurrit paritet, quod Testator nominando Catharinam, illam honorauit titulo Dominæ, ibi; *ad dictam Dominam Catharinam*, qui Titulus magis congruebat Catharinæ in

domo

Digitized by Google

domo Teſtatoris; & continuo ante eius oculos commoranti, quam alteri Catharinæ abſenti, & degenti Gattinariæ, de qua fortaſſe nullam notitiam habebat ex communi enim
8 hominum vſu maior † honor tribuitur præ-
9 ſenti, quam abſenti, & diſpoſitio † non extenditur ad ignotos. *Roman. conſ.408. nu.7. verſ. ſintio ad idem. Soccin. conſ.191. num.1. vol.1.*

Præterea Teſtator pluries expreſſit perſonam Antonini fratris, ideoque veriſimile eſt, quod ſubſtituendo *dictam Dominam Catharinã ex parte fratris germani*, neptem intellexerit de Antonino, quem pluries nominauerat, non autem de Franciſco nunquã nominato, quia
10 quoties in diſpoſitione nulla fit mentio † de aliqua perſona præſumitur in eam nullam habuiſſe affectionem. *Caſtr. conſ. 400. num.2. Alciat. in cap. cum contingat, num. 333. cum ſeqq. de inſt. iur. l. prima, §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. toll. Soccin. Iun. conſ.100. num.10. verſ. ipſa deciſio, & conſ.128. num. 75.* In hac enim
11 materia multum † etiam attendenda veſtit veriſimilitudo. *Angel. conſ. 261. numer. 4. Cravett. conſ.361. num. 26. & ſeqq. Curt. Iunior. conſ.289. num.27. Cald. conſ.327. alias 8. de Donat. Soccin. conſ.32. num.13. lib.1. Roman. conſ. 408. num.3. & per tot.*

Neque ab huiuſmodi intellectu videtur receden. ex eo, quod Teſtator in caſu, quo Iacobus deficeret ſumere Cognomen, & Arma ipſius, vocauerit alias neptes. Ibi: *Succedere deboant alie neptes infraſcripte*, quod ver-
12 bum *alie* præferat † diuerſitatem perſonarũ ab aliis ſupra expreſſis, *ad text. in l. ſi fundum ſub conditione, §. libertus, ff. de leg. 1. Rota deciſi 35. num.4. par.7. recent.*

Nam Teſtator dixit, quòd ſuccedere debeant aliæ neptes ad declarandum, quod neptes tali caſu ſubſtitutæ non erant illæ, quibus in principio Teſtamenti certas ſummas legauerat, nempè aliæ filiæ Moniales eiuſdem Antonini, nec non Anna Maria Hyacintha, & Dianora ipſius Teſtatoris ex Petro Franciſco naturali filio neptes, neque dicta verba appoſita cenſentur ad excluſionem Catharinæ, & Margharitæ, quæ ſubſtitutæ præſumuntur ex ſubſequentibus virtute dictionis *dictam*, vt
13 ſupra fuit recenſitum, nam vna pars † Teſtamenti aliam declarat, *l. qui filiabus, ff. de leg. prim. l. vtrum, & ibi Angel. de petit. hæredit. Bartol. in l. prater, §. erit differentia, ff. vi. bon. rapt. Honded. conſ.12. num.15. & 16. lib.2. Dec. conſ.425. num.6. Ruin. conſ.130. numer.4. vol. 3. Cephal. conſ.306. num.69. Surd. conſ. 315. num. 6. Rota deciſ.18. num.19. par.8. recent.*

Idque clariùs deſumitur ex depoſitionibus duorum Teſtium formiter examinatorum, afferentium Teſtatorem ſubſtituendo Catharinam, & Margharitam Iacobo decedenti ſine filiis intellexiſſe de Catharina eius matre penes ipſum in ſua Domo exiſtente, ac Margharita eiuſdem Catharinæ ſorore, quibus Teſtibus deferendum eſt, maximè quia eorũ vnus interfuit Teſtamento, & hodie agitur, dumtaxat de declaranda mente Teſtatoris, ad
14 quem effectum, ſufficiunt † Teſtes etiam ſingulares. *Caſtr. conſ.395. num.1. lib.2. Aym. conſ.73. num.33. Caual. deciſ. 381. num. 6. & 7. Buſtatt. deciſ.205. num.2. Merlin. deciſ.812. num. 18. Rota in recent. deciſ.102. nu.13. & 14. par.9. & in Cathacen. Hereditatis 28. Maij 1649. §. quia cum non deducantur, & 24. Nouembris eiuſdem anni, §. quia cum ferè, coram Reuerendiſſ. D. Decano, & in Auntonen. Legitime 8. Iunij 1657. in §. tum quia, coram R.P.D. meo Priolo.*

Fides autem vnius ex dictis Teſtibus minui minimè poteſt ex prætenſa falſitate ob quam in Carceribus Curiæ Capitolinæ carceratus extitit, nam quælibet doli, ac criminis ſuſpicio ſublata remanſit ex abſolutoria ſententia, quam ad ſui fauorem protulit Iudex ex capi-
15 te Innocentiæ, nec in Ciuilibus † ſola imputatio, & carceratio ſufficit ad tollendam fidẽ Teſtis, niſi quoque concurrat ſententia condemnatoria, *capit. fin. in fin. ibique gloſſ. in verb. accuſarunt, 15. queſt.8. Farinacc. conſ.50. nu.25. lib.1. Follerius in prax. Criminal. verb. Item quod ſororem venenauit, num.28. in fine, verſ. Nam non ſtatim. Cror. in tractat. de Teſtibus, in 30. queſt. num.189.*

Minuſue Catharina, & Margharita filiæ Franciſci aſpirare valent ad hæreditatem ex eo, quod Teſtator, ne dum ſubſtituerit neptes, verum etiam earum filios, qui exoriri non poterant ex Catharina filia Antonini eo quia in ſenili ætate erat conſtituta, neque ex Margharita ſorore degente ſub regulari profeſſione Monialium, & conſequenter ſubſtitutio referri nequeat niſi ad ipſas filias Franciſci, in quibus Teſtatoris voluntas prolem exoptantis expleri poterat.

Nam hoc non ſubſiſtit, & adductæ iuſtificationes non exiſtimantur ſufficientes cum ſint turbidæ, & conquaſſentur ex aliis cõtrariis probationibus Alberti, & propterea ſuffragari minimè valent eiſdem mulieribus tã-
16 quam ſubſtitutis † ex Fideicommiſſo aduerſus Albertum Iacobi hæredem, & poſſeſſorẽ habentem intentionem fundatam ſuper negatiua prætenſæ ſubſtitutionis, cum tali caſu requirantur probationes clarè, ac concludẽtes. *Cephal. conſ.430. nu. 19. Burſatt. conſ. 337. numer. 4. lib.3. Honded. conſ.58. numer.12. lib.1. Surd. conſ.129. nu.15. cum ſeqq. Rota deciſ. 473. num.2. par.4. diuerſ. & in Vrbeuetana Fideicomm. 28. Aprilis 1580. coram Cardin. Hieronymo Pamphilio, & in Bononien. Fideicommiſſi 16. Ianuarii 1662. §. ſi quidem, coram Reuerend.P.D.meo Veroſpio.*

Et ità vtraque parte informante fuit reſolutum, &c.

R.P.D. LEONE VEROSPIO
Eugubina Compromiſſi.

Veneris 6. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Ratihabitio ſub conditione rei in eodem ſtatu exiſtentis non ſempet intrat. Debitor in mora nullatenus poteſt dici conſtitutus, dum interpellatio non adeſt.

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio sub conditione rei in eodem statu permanentis consueta præsumitur non in casu, quo aliquid de nouo contingat.*
2 *Ratihabitio in tempore non expleta in præiudicium Iuris alteri quæsiti retrotrahi non potest, & nu.6.*
3 *Obligatio restricta ad vnum, ad aliud non valet extendi.*
Amplia, vt num.4.
5 *Compensatio culparum admittitur.*
7 *Acceptatio laudi fauorabilis, ac reiectio contrarij in posse partis residet.*
8 *Interpellatione deficiente debitor in mora non constituitur.*

DECISIO XLV.

COMITISSA MARIA Eleonora de anno 1651. manutentionem in sexta parte Domus obtinuerat à Comite Michaele Hieronymo eius viro, præcedente mandato distracta in Marsiliam Gioiam, pro pretio scut. 875. licet hæc summam conuentam in Sacro Monte Pietatis Eugubij depositam reliquisset sub onere inuestiendi, seu fideiussionis à Vēditrice prestandæ, iuxta tenorem Conuentionis in Apoca venditionis insertæ. Cuius virtute Manutentionis, vt parcerent impensis Michael Hieronymus nomine Vxoris, necnō Antonius Marsiliæ filius, sub promissione reportandi ratihabitionem principalium de anno 1654. in Episcopi Eugubini Vicarium differentias compromittere, qui damnata Comitissa ad portionem Domus distrahen. Marsiliam ad ratam prætij scutorum 1200. consignan. adstrinxit, excomputatis tamen in hac summa pensionibus, tunc vsque decursis, vnà cum damnis passis. Prò huius vero ratihabitione compromissi obtinenda, pulsatus Antonius in Tribunali A.C. succubuit, exinde autem delata mihi Causa dubium hodie propositi, an Matris ratificationem Antonius reportare teneatur, resolutum à Dominis negatiuè.

Siquidem ex prolatione laudi status rerum innouatus esse censetur; itaut nequeat Antonius compelli pro Matris ratihabitione obtinenda, quę † sub conditione rerum in eodem 1 statu permanentium conuenta præsumitur, non autem in casu, quo aliquid de nouo cōtingeret, *ad text. in l. bonorum 2. ff. rem rat. habet. Rip. in l. si vnquam, num. 11. vers. tertio quia, Cod. de reuocand. donat. Bald. in his terminis compromiss., cons. 102. nu. 1. cum seqq. lib. 3. & 6. Cyriac. controu. Iur. 103. num. 35. Rota in Rauennaten. Saluiani 10. Iunij 1639. §. ratio est, coram bon. mem. Bichio.*

Ex qua sanè variatione rerum. *Bartol. in l. vxor, 13. §. si quis vxorem, num. 3. & 4. ff. ad l. Iul. de adult.* censuit ratihabitionem † in tempore, 2 non expletam retrotrahi non posse in præiudicium Iuris alteri quæsiti, cuius auctoritatē, vti consonam Iuri amplectitur. *Alexand. cons. 78. nu. 23. & 85. nu. 4. lib. 5. Grat. cons. 36. nu. 15. & 36. & cons. 76. nu. 45. cum seqq. lib. 1. Riminald. Iun. cons. 203. nu. 55. & 56. lib. 2. Honded. cons. 38. num. 21. & 24. cum seqq. vol. 1. Sanch. cons. 8. num. 31. Gratian. discept. forens. cap. 919. nu. 18. Cyriac. controu. Iur. 278. num. 30. Rota tom. 2. incipiente pres. Vnec. decis. 110. num. 1. & 4. & decis. 150. num. 2. par. 4. rec. 2. recent.*

Alias vero Marsilia approbare teneretur laudum propter tenorem obligationis Anto- 2 nij, quæ vti † restricta ad ratihabitionem cōpromissi extendi non debet ad laudum, iuxta dispositionem *text. in l. quicquid astringendæ, ff. de verb. obligat. Paris. in terminis promissionis de rato, cons. 74. nu. 7. lib. 4. Rota decis. 459. nu. 1. par. 4. recent. & in Anconitana Pecuniaria 24. Maij 1660. coram R. P. D. meo Celso.* Dum illud † maximè 4 labo nullitatis inficitur, vtpotè contra Marsiliam directè prolatum, nulla ipsius ratihabitione super compromisso perhabita, vt tradit *Bald. cons. 102. nu. 3. lib. 3.* vbi quod promittens ratihabitionem proinde vexari non debet. *Castren. cons. 182. in princ. lib. 2.*

Acceptatio præterea compromissi à Comitissa, quo nec neglecta conuincitur ideoque 5 culparum compensatio † debet hinc inde admitti, vt videtur in specie *Castrens. in addit. cons. 182. num. 1. lib. 2.* Licet pro primo ipsius 6 approbatio laudi præcesserit; hæc quippe approbatio continens ratihabitionem compromissi, nullam in præiudicium alterius retractionem valet assumere ex Iuribus sæpius receptis, ac inefficax reputatur, vt dicit *Rota coram Put. decis. 373. nu. 4. lib. 2.* in correctis, vbi 7 eam rationem ponderat, quod alias † acceptatio laudi fauorabilis, ac reiectio contrarij in potè partis residerent, *& coram Burat. decis. 43. num. 43.* quicquid dici posset in casu, quo compromissum ante ectum laudum foret à Comitissa approbatum, necnon præcessisset 8 interpellatio Antonii, quæ † deficiente morā ipse nullam contraxit, ex doctrina *Bartol.* cōmuniter recepta in *l. ita stipulatus, 115. num. 5. vers. quicquid dicitur, ff. de verb. oblig. Dec. in quod te, in prima lectura, nu. 12. & 21. 45. ff. de reb. credit. Oldrad. cons. 242. nu. 4. vers. sed ad illud respondetur idemmet. Decian. cons. 2. sub nu. 3. Pariscons. 109. nu. 24. vol. 1. Alciat. cons. 145. nu. 5. lib. 5. Menoch. cons. 279. nu. 62. vol. 3. Cyriac. contron. Iur. 103. nu. 16. & 17. Gemin. decis. 32. nu. 3.*

Et ità altera tantum, &c.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO Sacræ Rotæ Decano.

Faneñ Successionis.

Veneris 6. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Statutum Fani *lib. 2. cap. 66.* quid disponat. Statutum odiosum strictè venit interpretandum nec patitur extensionem quando statuentes in casibus à Statuto omissis se Iuris communis dispositioni velle stare declararunt.

SVMMARIVM.

1 *Successio in bonis filij infantis spectat ad matrem.*
2 *Annus paternus quando in hæreditate nepotis succedebat*

debat, & matrem excludébat.

3 *Mater Auo præfertur in hereditate, quæ nunquam adita fuit.*

4 *Statutum Fani lib. 2. cap. 66. disponit quod mater & ex latere materno coniuncti remanente filio, fratre, vel sorore persona defuncta non possint succedere ab intestato filij, vel filiæ, vel eorum descendentium.*

5 *Statutum excludens matrem propter coniunctos ex latere paterno debet eam excludere ob personam aui.*

6 *Casus omissus à Statuto remanet sub dispositione Iuris communis.*

7 *Statutum odiosum strictè est interpretandum, & nõ debet fieri extensio de persona ad personam.*

8 *Mater excludi non debet vigore Statuti, nisi à personis ibi nominatis, & qui oculis corporeis legi possunt.*

9 *Statuti interpretatio censetur prohibita quando statuentes se declararunt in casibus inibi omissis velle stare iuris communis dispositioni.*

10 *Verba adiectiua à suis substantiuis declarari non possunt.*

11 *Agnationis conseruandæ ratio non operatur quod Statutum Iuris communis correctorium extendi possit ad casus in Statuto non expressos, sed strictè intelligendum est in casibus litteraliter insertis.*

DECISIO XLVI.

DE successione Ioannis Andreæ Speranděi in Infantili ætate defuncti contendebant inter se Anna eius Mater, & ex persona Francisci Aui paterni Alexander Mazziottus illius hæres, & donatarius; Causaque mihi cõmissa, censuerunt hodie Domini succes-
1 sionem † spectare ad Annam matrem iuxtà dispositionem *text. in Auth. Defuncto, vbi glos. verbo gradus Cod. ad S. C. Tertullian.* & tradunt *Socin. Iun. cons. 23. numer. 11. lib. 1. Capr. cons. 149. num. 6. Mart. de success. legal. par. 2. qu. 3. art. 5. nu. 1. Gratian. discept. 275. nu. 24. & seqq. Cras. in §. successio qu. 22. num. 2. & 7. Rot. coram Caual. dec. 177. num. 1.* Quod procedere dictum fuit quamuis
2 hæreditas Ioannis Andreæ delata † eius nomine adhuc adita non esset quando Infans obijt, quo casu non ad matrem, quæ filium in potestate non habet, sed ad Auum paternum eã transmitti disponit *text. in l. si infanti 18. Cod. de Iur. deliberand.* & voluerunt plures relati per *Thesaur. dec. 88. num. 3.*

Quoniam aduertebant Domini, quod id procedebat de Iure antiquo Codicis, quod Iure nouissimo *d. Auth. defuncto* correctum fuit, qua ratione hodie communitèr receptũ
3 est Matrem † auo præferri etiam in hæreditate, quæ nunquam adita fuit, vt plenè prbant *Iason. in d. l. si infanti 18. nu. 8. vers. breuitèr teneas primam opinionem Dec. cons. 250. sub num. 1. vers. sed tamen prædictis, & per tot. lib. 1. Alciat. cons. 13. num. 2. lib. 2. Ioan. Franc. de Pont. cons. 19. num. 44. & seqq. Mart. de succes. leg. par. 1. qu. 24. art. 4. n. 2. Ioseph. Vel. dissert. 11. num. 105.* plenè *Gratian. discept. 810. nn. 18.* vbi de veriori, & magis æqua opinione testatur *Rot. coram Verall. decis. 67. per tot. par. 2.* & articulo discusso *in Hortana Successionis 5. Nouembris 1601. coram bo. me. Hieronymo Card. Pamphilio §. sed difficultatem, & per tot.*

4 Neque dispositiu † Iuris municipalis Fani aduersatur Matri, nam licèt *lib. 2. cap. 66.* disponat, *quod Mater, & Coniuncti ex latere materno tantùm non possint ab intestato venire ad successionem filij, vel filiæ, vel eorum descendentium, si remanserit filius, frater, vel soror persona mortua, aut filius fororis, aut Patruus, vel frater patruelis vnus, vel plures ex latere paterno persona defuncta,* ex quibus verbis inferebant Informantes pro
5 Mazziotto, quod cum Statutum † excludat matrem propter Coniunctos ex latere paterno eam debeat excludere ob personam Aui, *Roman. cons. 32. num. 6. Castrens. cons. 175. numer. 3. vers. nunc ad partem contrariam vertamus intuitum lib. 1.* Placuit tamen DD. responsio, quod cũ
6 Statutum † prædictum nullam faciat mentionem. de Auo casus hic omissus remanet sub dispositione Iuris communis *l. commodissimè 10 vbi DD. ff. de lib. & posthum. Tob. Non. consil. 16. num. 13. Altograd. cons. 48. num. 13. lib. 2. & num. 31 Rota in recent. decis. 708. num. 5. par. 3. & decis. 152.*
7 *num. 17. par. 8.* Cuiusque agatur † de Statuto odioso *Bald. cons. 83. num. 6. lib. 5.* Strictè venit interpretandum, nec fieri debet extensio de persona ad personam, & mater excludi non-
8 non debet, † nisi à personis ibi nominatis, & qui oculis corporeis legi possunt, *Alexand. cons. 97. sub num. 9. lib. 2. Siluan. cons. 31. sub num. 2. Dec. cons. 688. num. 2. Honded. cons. 95. nu. 65. lib. 1. Gionagnon. cons. 66. nu. 19. lib. 1. Rot. coram Seraph. decis. 496. num. 2. in recent. dec. 329. numer. 12. par. 6.* cum aliis *in Rauennaten. hereditatis 24. Ianuarij, & 13. Iunij 1661. coram me.*

Præcipuè quia statuentes *d. cap. 66.* declarant, quod in casibus ibi non expressis Ius commune seruari debeat, nec aliqua extensio sub pretextu rationis expressæ admittatur ad casus non expressos, ibi, *Et in cæteris casibus præsenti Statuto non expressis, neque specificatis seruetur ius commune non obstante quod in hoc Statuto expressa sit ratio, cuius vigore velimus aliquam fieri extensionem ad casus non expressos*, ex qui-
9 bus omnis † interpretatio censetur interdicta etiam quæ ex maioritate rationis, vel præsumpta legis voluntate deduceretur *Natt. consil. 52. num. 10. Menoch. cons. 206. num. 32. Spad. consil. 383. nu. 10. lib. 2. cum aliis per Rot. in eadem Rauennaten. Hereditatis 2. Decembris 1661. cor. me. §. & licet,* & in proprijs terminis Statuti, de quo agitur *Negusan. Iun. qu. 309. num. 16.*

Quæ ratio non subuertitur ex eo quod Auus ad exclusionem Matris veniat per viã comprehensionis non autem extensionis dũ Statutum excludit matrem per existentiam illorum, qui sunt ex latere paterno, attentis præcipuè illis verbis, *Vnus, vel plures ex latere paterno personæ defunctæ*, verba enim hæc non fuerunt simplicitèr adiecta, & indefinitè, quoad omnes personas ex latere paterno, sed restricta fuerunt ad fratres patrueles ad differentiam Consobrinorum, ibi, *vel frater patruelis vnus, vel plures ex latere fraterno*, quæ
10 verba † tanquam adiectiua à suis substanti-

uis ſeparari non poſſunt *Rot. deciſ. 368. num. 6. par. 1. diuerſ. & dec. 206. num. 11. coram Burate.*

Nec denique Mazziotto prodeſſe poteſt, quod excluſio Matris à Statuto inducta fuerit pro conſeruatione agnationis, tùm quia hoc deduci nequit ab ipſo, qui licèt ſit hæres Aui, & alienæ agnationis; Tùm quia ratio
11 conſeruandæ agnationis non operatur, quod Statutum Iuris communis correctorium extendi poſſit ad caſus ibi non expreſſos, ſed ſtrictè intelligitur in caſibus ibi litteralitèr inſertis. *Honded. conſ. 8. num. 58. lib. 1. Ciriac. contron. 281. num. 47. & ſeqq. Rot. in vecent. dec. 369. nu. 13. & ſeqq. par. 6. deciſ. 183. num. 25. par. 8.* & articulo diſcuſſo in dictis *Rauennaten. hæreditatis 24. Januarij, 13. Iunij, & 2. Decembris 1661. coram me.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Bonorum.

Ven. 7. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Subſtitutus non poteſt dici ſubſtitutus in ſubſtitutione in qua talis non apparet, & in illa in qua reperitur adſcriptus non poteſt ad ea bona aſpirare, quę ibi excipiuntur. Teſtator bona excipiens cenſetur de illis voluiſſe ad libitum diſponere.

SVMMARIVM.

1 *Pactum capiendi poſſeſſionem propria auctoritate quando ſtat acceſſoriè, & conſecutiuè ad fideicommiſſum eo non exiſtente, vel corruente pactum nullius roboris remanet, & num. 9.*

2 *Subſtitutus non dicitur vocatus ad bona, quæ in ſubſtitutione ſunt excepta.*

3 *Coniecturæ ſimul iunctæ debent ponderari, cum inuicem corroborentur.*

4 *Teſtator aliqua bona ſibi reſeruans cenſetur de illis ad libitum diſponere voluiſſe.*

5 *Verba in inſtrumentis quando ſtant præſuppoſitiuè non autem diſpoſitiuè non attenduntur.*

6 *Relatiua non attenduntur quando aliter apparet ex relato.*

7 *Aſſociatio vigore facultatis capiendi poſſeſſionem propria auctoritate competens non retardatur ſub pratextu exceptionis requirentis altiorem indaginem.*

8 *Exceptio incontinenti probata impedit quodcunque remedium poſſeſſorium.*

DECISIO XLVII.

PHILIPPVS Sala teſtamento legauit Marſilio fratri, eiuſque deſcendentibus maſculis in caſum obitus Iacobi Mariæ eius filij, ſiuè illius deſcendentium maſculorum ſine filijs prædia, quæ poſſidebat in communi S. Auguſtini, eaque ſubiacere voluit fideicommiſſis Alberti Aui, & Io. Baptiſtæ Patris donec duraret linea maſculina Io. Baptiſtæ, & non vltra, itaut ſi per deficientiam lineæ bona tranſire deberent ad alienas familias, tunc declarauit tertiam partem circitèr dictorum bonorum non ſubiacere dictis fideicommiſſis, ſed illam eſſe liberam pro legitima, aliiſque detractionibus ſibi debitis, eamque hoc caſu vt ſupra legauit Marſilio fratri, & eius deſcẽdentibus maſculis in infinitum ob amorem erga illius familiam, & agnationem, & pro omni ac toto eo, quod prætendere poſſent.

In reliquis verò bonis ſuis hæredem vniuerſalem inſtituit Iacobum Mariam filium, & illius filios, Nepotes, ac deſcendentes maſculos in infinitum, eiſque, ſeù illorum vltimo ſine filijs decedenti ſubſtituit Iſabellam filiam, illiuſque filios, & deſcendentes in infinitum, detractis tamen bonis S. Auguſtini tali caſu relictis Marſilio, & eius filijs, vt ſupra Summ. vtriuſque partis *num. 1.*

Deceſſit paulò poſt Teſtatorem Iacobus Maria ſine filijs, & ſubindè ortę fuerunt plures controuerſiæ inter Marſilium, & Iſabellam, pro quibus amicabilitèr componendis compromiſerunt in tres inſignes Iuriſconſultos, qui in laudo deſuper lato, declararunt bona ſita in Communi S. Auguſtini, quoad tertiam partem eſſe libera, & hæreditaria Philippi, & quoad reliquas duas tertias ſubiacere fideicommiſſis paternis, & auitis putificatis ad fauorem Marſilij, cui propterea eadẽ bona relaxari mandarunt cum declaratione tamẽ, quod ſi aliquando eueniret caſus, quod tertia pars bonorum S. Auguſtini, vt ſupra libera, & teſtamento Philippi Marſilio legata reſtituenda veniret hæredibus ibi ſubſtitutis iuxtà diſpoſitionem Teſtatoris; tali caſu reſtitui debeat tertia pars omnium dictorum bonorum S. Auguſtini arbitrio boni Viri Sum. *num. 2.*

Poſtmodum in executionem Laudi partes deuenerunt ad diuiſionem, in qua Marſilio inter cætera aſſignata fuerunt bona S. Auguſtini cum declaratione facta in Laudo, quæ duæ tertiæ partes ſubiectę erant fideicommiſſis antiquis paternis, & auitis, alia verò tertia pars libera d. Philippi, ideoque reſtituendæ hæredibus ſubſtitutis in illius teſtamento, videlicèt Iſabellæ, & illius filijs iuxtà diſpoſitionem d. Teſtatoris in caſu quo extincta fuiſſet linea maſculina Marſilij, & prout in dicto teſtamento, & Laudo, pacto adiecto, quod tali caſu liceret Iſabellæ, & eius filijs apprehendere poſſeſſionem propria auctoritate; quod quidem pactum ſibi ſuffragari contendens D. Ballarinus Iſabellæ filius obtinuit contra DD. de Facchinettis donatarios Laurentij filij, & vltimi de linea maſculina Marſilij ſubſcribi dubium, an ipſi ſit danda aſſociatio, quam vtraque parte informante Rota hodie cenſuit non eſſe concedẽ, quia pa-
1 ctum † capiendi poſſeſſionem propria auctoritate adiectum in diuiſione, non ſtat principalitèr, & de per ſe, ſed acceſſoriè, & conſecutiuè ad fideicommiſſum, quo non exiſtente, ſeù corruente pactum remanet ineffica. *Honded. conſ. 18. num. 54. lib. 2. Surd. deciſ. 7. nu. 29.*

& de-

& decis.157.num.5. Rot.dec.694.num.9.par.1. & & decis.63.num.27.par.8.recent.& decis.121.nu.3. par.9.recent.

De fideicommisso autem fauore Isabellæ, & eius filiorum in bonis, de quibus agitur, nullibi apparet non quidem ex testamento Philippi, quia in eo non legitur particularis substitutio Isabellæ, & illius filiorum in bonis S. Augustini, & in substitutione vniuersali, in qua sunt vocati hæc † bona nominatim
2 excipiuntur, & consequentèr sub illa nullatenùs comprehenditur *Bart. in l. Marcellus §. liberis num.11.ff.ad Trebell.Peregr.art.7. num.12. & 13.* vbi plures cumulat *Rota in Romana Domus-25. May 1657. §. nec turbat coram Reuerendissimo D. meo Decano,* & in specie huius legati firmatum fuit *decis.34. num.9. & pluribus seqq. par.8.recent.*

Neque legatum visum fuit DD. temporale, & restrictum ad solam lineam, & descen-
3 dẽtiam Marsilij ita,& talitèr,quod†ea extincta reuerti debeat ad hæredes, & successores Philippi Testatoris, & consequentèr ad Ballarinum,prout in in simili notat *Peregr.art.51 num.21. Rot.dec.194.nu.103.par.5.recent.*

Quia cum bona legata essent libera Testatoris, nec subiecta antiquis fideicommissis auitis, & paternis eaque etiam in casu quo per deficientiam lineæ, alia transire debebant ad alienas familias relicta fuerint Marsilio, eiusque descendentibus masculis, ob amorẽ erga illius familiam, & agnationem, & pro omni, & toto eo quod prætendere possent, nec vltimo morienti datus legatur alius sub-
4 stitutus, vtique†penes eundem remanserunt libera;itaut de illis ad libitũ disponere posset iuxtà *text.in l.cum Pater §. liberis in fine vbi glos. & DD. & in l.qui fundum §.finali ff.de leg.2.Eugen.conf.33.num.36.lib.2.Fusar.de substit.qu.551. & qu.735. vtrobique num.1. Rot.decis.203.num.1. Rot.decis.203.num.1.par.2.& d.decis.34. num.18. par.8.recent.*

Minus visum fuit apparere de eodem fideicommisso ex laudo, quia in eo nullum fideicommissum ordinatum fuit,sed solùm determinata quantitas bonorum liberorum, & & subiectorum fideicommissis antiquis, ibi, *declararunt bona sita in communi S. Augustini quoad tertiam partem esse libera, & hereditaria Philippi, & quoad reliquas duas tertias subiacere fideicommissis &c. & quamuis postea additum fuerit, quod si aliquando eueniret casus, quod tertia pars bonorum &c. restituenda veniret hæredibus substitutis iuxtà dispositionem Testatoris tali casu restitui debeat tertia pars omnium bonorum S. Augustini arbitrio boni viri*; tamen † illa verba non sunt dispositiua, sed fuerunt incidenter prolata cum suppo-
5 sito, quod in testamento Philippi essent ordinatæ substitutiones, quibus proindè deficientibus nihil operantur ad fauorem Ballarini *Alexand.conf.126.num.5.lib.5.Rot.dec.108. num.3.par.1.diuers.& dec.492.nu.14.par.4.tom.2. recent. secundum decis.282.nu.9.*

Denique nec etiam ex diuisione facta in executionẽ laudi à Marsilio, & Isabella, quia licet in ea dictum fuerit casu quo extincta fuisset linea masculina Marsilij tertiam partẽ bonorum S. Augustini restituen esse hæredibus substitutis in testamento Philippi videlicèt Isabellæ, & eius filiis, tamen hic non fuit actum principalitèr, & de perse,seù per viam nouæ conuentionis, & dispositionis, sed dependentèr, relatiuè, & consecutiuè ad testamentum, & laudum, ibi, *iuxtà dispositionem Testatoris,* & prout in d. testamento, & laudo, ac propterea, cum neque in testamento, neque in laudo tale fideicommissum legatur, vt patet ex supradictis vtique non potest fieri fundamentum super huiusmodi verbis relatiuis,dum alitèr apparet ex relato,†quod hoc casu venit attendendum *Peregr.art.16.nu.111. vers.tertius casus Ciriac.contr.546.nu.117.Hondconf.66.num.54.vol.1.Rot.dec.127.num.10. par.1. & decis.160.num.12.par.7.recent. & decis.40.n.1. & seqq.par.2.diuers.*

Et hinc non obstat, quod associatio, com-
7 petens † vigore facultatis capiendi possessionem propria auctoritate non debeat retardari sub prætextu exceptionis requirentis altiorẽ indaginem,tùm quia in casu nostro exceptio non videtur requirere altiorem indaginem, sed incontinenti probata ex lectura ipsius in-
8 strumenti,†quo vtitur D.Ballarinus,ac propterea admittitur, & impedit quodcunque remediũ possessoriũ *DD.in l.filiusfamilias §. Diui ff. de legat.1.Card. Serap.decis.757.nu.1.& 2.Rota decis.93.num.2. par.9. recent.* Tum etiam quia obiectum procedere posset, si dicta facultas staret principalitèr,& de per se in quibus terminis loquuntur, & intelligendæ sunt auctoritates ad hoc comprobañ allegatæ; Secùs
9 verò dum illa † stat accessoriè, relatiuè, & dependentèr, quia tunc cum illa inefficax remaneat corruente principali, debet quoque eo casu retardari associatio, vt firmant *Hond. Surd. & Rot. in locis supra allegatis.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS: D. ALBERGATO SACRAE ROTAE DECANO.

Reatina, seù Romana Alimentorum.

Lunæ 9. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Alendi onus cum sit innixũ bonis transit cum illis ad quoscumque illa perueniant. Alimenta collitiganti quo iure debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Onus alendi tanquam bonis ipsis inhærens transit cũ illis ad quemcumque possessorem.*
2 *Actio personalis tantùm, non autem hypotheca pro alimentis competit.*
3 *Creditor defuncti præferendus est creditori etiam hypothecario.*
4 *Actio personalis in rem scripta in præiudicium cuiuslibet creditoris etiam hypothecarij, ac tertij possessoris exerceri potest.*
5 *Alimenta collitiganti Iudicis officio decernuntur.*
6 *Iudicis officium quando de per se principalitèr non inten-*

intentatur, sed actioni præpositæ deseruit illius naturam induit, & num.7.

7 *Appellatio non tollit boni iuris præsumptionem.*

DECISIO XLVIII.

PRO alimentis Tancredi ab hoc Sacro Tribunali decretis curauerat ipse sequestrari affictus Casalis Barchi à Thoma collitigante locati Bonifacio Perto. Cæterum quia iidem affictus à Thoma obligati fuerãt ad fauorem Stephani Deij depositi conductor pecuniam, & cedula depositi in actis exhibita, dedi dubium: Cuinam illa esset cõsignanda, quod ad fauorem Tancredis resolutum fuit; Affictus enim depositi proueniunt ex bonis subrogatis loco illorum, super quibus ipse fouet bonum Ius, ex relatis in *decis. 19. Iunij 1656. coram me, & 4. Aprilis coram R.P.D. meo Celso*; Vndè in concursu Stephani præferri debet, quia dum non petuntur alimenta iure sanguinis, sed ratione proprietatis, & successionis super bonis ab eodẽ iudicialitèr in principio cõtra Hieronymum Patrem Thomæ petitis, quæ ob præsumptionem boni Iuris ex sententia resultañ illi de-
1 creta fuerunt; † onus alendi tanquam bonis ipsis inhærens transit cum illis ad quemcunq; possessorem *Menoch.præsumpt.67.num.41. vers. & subiungit lib.2.Gaspar Anton.Thesaur.quæst.forens.62.n.15.lib.2.Royas in Epitom.successi.cap.21. num.56.& 57.* quem sequuntur *Adden. ad Molin.de primog.Hispan.lib.2.cap.15.num.42. Gisrb. ad consuetudinem Messan. cap.7.gloss.12.nu.10. fol. mihi 438.& dec.5.num.44.Copic.decis.164.num.4. in fine Rota coram Penia decis.364.& 378. vtrobique num.1. iuxtà impress. Lugdunen. & in Romana Alimentorum 3. Iunij 1613. coram Manzanedo, §. neque facit post Fenzon. ad statut. Vrbis dec.52.*

Nec releuat, quod Tancredi pro alimentis
2 hypotheca † non competat, sed actio personalis tantùm, & officium Iudicis proindeque præferri non debeat Stephano creditori hypothecario, iuxtà *decis.310. Summ.num.12. & per tot.Altograd.cons.4.sub num.14. vers.prout etiam, & seqq. lib.1.Fontanell.de pact.nuptial.clausula 4. glos.9.par.2.num.51. Rot. in Perusina reintegrationis 24. May 1658. coram R.P.D. meo Beuilaqua, §. & quod attinet.* Tùm quia cum onus alimenta subministrandi inhæreat bonis à Thoma possessis, ex quo tanquam propria in Iudicio à Tancrede petuntur, vt dixi, hinc est, quod officium Iudicis pro illorum consecutione incidẽtèr imploratũ dicatur actio per-
3 sonalis in rem scripta, quæ † in præiudicium cuiuslibet creditoris etiam hypothecarij, ac tertij possessoris exerceri potest *Roman. consil. 388. num.1.Merlin.de pignor.lib.3.tit.1.qu.1.n.18. cum alijs per Rot.in recent.decis.125.nu.14. & 15. par.4. tom.2.* & contra Creditores seruatum fuit *in Romana Alimentorum 1. Martij 1657. coram Reuerendiss.Papien.*

4 Qua ratione non aduersatur, quod falimenta collitiganti semper officio Iudicis decerni
5 soleant; quando enim Iudicis † officium de se principaliter non intentatur, sed actioni præpositæ deseruit naturam illius assumit, & sequitur *Ang.in l....§.si inter vers. sed dic quod si imploratum col. ..ff de iurg. Pacian.cons.2.sub numer.81.vers.attamen non potest.& num.42.Oliban. de act.par.2.lib.1.cap.14.num.2.& 12. vers. quin, & officium*, & proindè quemadmodum actio
6 à Tancrede † intentata est realis, cum petat bona vti sua, ità etiam officium Iudicis illius naturam induit *Rota d. decis.125. part.4. recentiom.2.num.12.& seqq.*

Non obstat, quod sententia, qua Tancredes vtitur ad ostendendum suum bonum Ius per appellationem suspensa fuerit, quia ad tollen-
7 dam † præsumptionem boni iuris nihil operatur appellatio, vt in istis terminis *Surd. de aliment.tit.1.qu.120.num.10.& seqq. Adden.ad famem.Gregor.decis 89.num.7.vers.præsumptio Rotæ coram Buratt.decis.900.sub num.6.vers.nec tollitur præsumptio, Ianuen. Alimentorum 3. Iulij 1645. coram Reuerendijs.Papien. §.nec obstante, & in decis.huius causa 19. Iunij 1656. coram me §. bonæ Iuris.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Calaguritana Beneficij de Bilbao.

Lunæ 9. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Beneficia Calaguritana distinguuntur in integra, media, & quarta, in quibus cum ius ascẽdendi pendeat à bono iure super beneficio antecedenti ad illud obtinendum non requiritur possessio, sed titulus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas ex actorum reuolutione appareat.*

2 *Beneficia in Ecclesijs Parochialibus Calaguritanis distinguuntur in integra, media, & quarta.*

3 *In Beneficijs Calaguritanis ex antiqua consuetudine, & motu proprio Clementis VIII. datur ascensus de quarto ad medium, & de medio ad integrum.*

4 *Medium tanquam emolumentum & fructus quarti debetur illi cui quartum adiudicatum est.*

5 *In Beneficijs Calaguritanis ius ascendendi cum pendeat à bono iure super beneficio antecedenti ad illud obtinendum sufficit titulus sine possessione.*

6 *Ius ad medium quis habere non potest nisi prius habeat ius validum super quarto tanquam ad illud consecutiuum.*

7 *Beneficium illi est adiudicandum qui fuerit habilis, & idoneus ab examinatoribus repertus.*

DECISIO XLIX.

CONFIRMANDAM censuerunt Domini etiam in hac tertia Instantia sententiam rotalem, per quam declaratum fuit dimidium beneficium controuersum esse adiudicandum Antonio Goyro, cui adiudicatũ fuit quartum, non autem Iolepho de Mandietta collitiganti.

1 Etenim de illius † validitate constat ex acto-

actorum reuolutione, Iustitia verò probatur per duas decisiones editas coràm *R.P.D. meo Albergato* 21. *Februarij* 1661., & 2. *Iunij proximi* co-
2. ram *R.P.D. meo Tais*. Nam in Ecclesiis † Parochialibus dioecesis Calaguritanæ, beneficia distinguuntur in integra, media, & quarta, in
3 quibus † ex antiqua consuetudine & Motu proprio fa.me. Clementis Octaui datur ascensus de quarto ad medium, & de medio ad integrum, vt obseruat *Rota coram Seraph. decis.* 942. *num.* 8. *in fine coram Merlin. decis.* 6. *numer.* 12. & *coram Burat. decis.* 830. *numer.* 1. Cum itaque Antonius consecutus fuerit quartum per tres sententias conformes, illi quoque debetur medium, quod est sequela antecedentis bene-
4 ficii, & † ideo tanquam emolumentum, & fructus quarti debetur illi, cui quartum adjudicatum fuit, vt dixit *Rot. in Calaguritana beneficij de Ansio* 20. *Aprilis* 1654. *coram R.P.D. meo Verospio, & in Calaguritana beneficij de Alexano* 18. *May* 1657. *coram eodem*.

Quod procedit etiamsi Antonius non pos-
5 sideat quartum cum ius † ascendendi non pendeat ab actuali possessione, sed à bono iure super beneficio antecedenti, & propterea ad hunc effectum non requiritur possessio, sed titulus, vt in *Calaguritana beneficij de Logrono* 29. *Ianuarij* 1652. *coram R.P.D. meo Verospio, cum aliis decisionibus huius causæ coram R.P.D. meo Albergato, & R.P.D. meo Tais*.

Hinc non scleuas quod Ioseph prætendat se habere possessionem quarti beneficij, quia dum talis possessio bono iure destituta remanet & sine titulo, non potuit Ioseph vigore illius, & lite pendente ad medium ascendere,
6 Non † enim potest quis habere ius ad medium, nisi prius habeat ius validum super quarto tanquam ad illud cõsecutiuum *Rota diuers. decis.* 6. *num.* 7. *part.* 2. *in dicta Calaguritana beneficij de Alexano & de Ansio coram R.P.D. meo Verospio*, Vnde meritò †
7 venit adiudicandum Antonio, cum ipse fuerit approbatus habilis & idoneus ab examinatoribus iuxta formam in Constitutione Clementina præscriptam.

Et ita Antonio solum informante Ioseph vero pluries citato decisum fuit.

R. P. D. VICECOMITE.

Postea S.R.Eccles. Cardinal.

Romana dotis.

Ven. 29. *Aprilis* 1663.

ARGVMENTVM.

Instrumẽtum dotale obligatione Camerali vallatum, an habeat executionem paratam. Clausula constituti quid probet. Beneplacitum Apostolicum ex quo præsumatur intercessisse.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum obligatione Camerali munitum paratam habet executionem.*

2 *Via executiua contra tertium regulariter nõ admittitur.*

3 ex Statuti Vrbis dispositione lib. 1. cap. 85. *executiue proceditur etiam contra tertium, quoties pro dote agitur.*

4 *Clausula constituti probat constituti, & constituentis possessionem.*

5 *Mulier pro certa summa fideiubens pro consecutione fundi dotalis etiam contra tertium via executiua agere potest, ad hoc vt residuum consequi possit.*

6 *Reseruatio ius reseruantis illæsum demonstrat.*

7 *Clausula* Nec aliàs, aliter, nec alio modo, *nullam modificationem, nec contrarium intellectum admittit.*

8 *Fideiussione restricta ad certam summam, consensus etiam restrictus præsumitur.*

9 *Clausula* nec aliàs, aliter, nec alio modo *est limitatiua voluntatis, & præfertur iuri in casu contrario.*

10 *Mulier executionem instrumenti dotalis prater quantitatem in Sixtina constitutione præscriptum petere non valet.*

11 *Enunciatiua probat contra eum habentem ab vno ex contrahentibus.*

12 *Beneplacitum Apostolicum præsumitur intercessisse ex lapsu 30. Annorum.*

DECISIO I.

IVDICIVM executiuum instituerat coràm A.C. Isabella Nunez vxor relicta q. Francisci Baldinacci pro suæ dotis repetitione in quantitate scut. 12. mil., quę fuerant viro persoluta aduersus D. Principem Iustinianũ tertium possessorem cuiusdam Domus in Regione Sancti Eustachij olim ad dictũ Io. Franciscum spectañ, & eidem mulieri specialiter hypotecatæ, à quo mandatum relaxari, & exequi obtinuerat super dicta domo pro scutis 5000. dum taxat; interiecta verò appellatione pro parte D. Principis, causaque delata Reuerendissimo Arguelles cum clausula *si quid exequendum* disputatum fuit ad formam commissionis vsque de anno 1643. 29. Iunij an. mandatum esset exequeñ, & pro executionis denegatione responsum informante tantum D. Principe; hodie vero disputatione reassumpta ad instantiam Marci Antonij Baldinacci filij, & hæredis D. Isabellæ coram me in locum D. Reuerendissimi Arguelles subrogato contraria prodijt resolutio.

Docet siquidem de suo credito dotali resultañ ex publico instrumento celebrato 19. Februarij 1605. continente tam dotis promissionem, quam effectiuam illius traditionem
1 quod † cum Camerali obligatione appareat præmunitum paratam habet executionem. *Gallesius ad form. oblig. Camer. quæst.* 2. *num.* 12. *Thesaur. decis.* 26. *num.* 11. *Rot. decis.* 383. *num.* 4. *in fine*, & 630. *num.* 1. *part.* 1. *recent.*, & *decis.* 46. *numer.* 2. *part.* 9.

2 Non obstat quod regulariter contra † tertium non admittatur via executiua ex *Alex. in l. à Diuo Pio*, §. *si super rebus num.* 28. *versic. & pro hoc beneficio, fide eiusdem Aretin. cons.* 86. *in fine*

Ans. Gregor. decis. 330. numer. 2., & decis. 50. coram Burat.

2 Nam ex *Statuti † Verbis dispositione cap. 85. lib. 1.* executiuè proceditur etiam contra tertium quoties pro dato agitur *Rot. decis. 161. numer. 4. part. 4. recent., & penes Fenzon. ad Statut. Verb. decis. 51. in Romana dotis 14. February 1642. coram bon. mem. Dunozetto decis. 170. numer. 3. & 4. part. 9. tom. 1. & decis. 397. numer. 4. tom. 2. part. 9. recent.*

Quod autem Domus de tempore promissionis dotis possessa fuerit à Io. Fracisco, & hodie detineatur à D. Principe non controuertitur; vltra quod ex actis liquet clar. mem. Cardinalem Iustinianum authorem D. Principis titulo emptionis acquisiuisse dictam Domũ à
4 Io. Francisco cum adiectione constituti, † probantis vtriusque possessionem *Ruin. consil. 169. num. 16. lib. 1. Angel. in l. quadam mulier circa med. vers. Item attendi, ff. de reiurand. Grat. cons. 42. num. 12. & 13. lib. 2. Natta cons. 439. num. 3. Rot. diuers. decis. 766. num. 11. part. 1. coram Gregor. decis. 362. numer. 1. & 2., & decis. 170. part. 4. tom. 1. recent. num. 6.*

Mandati vero executionem impedire minimè poterit fideiussio per Isabellam præstita pro viro ad fauorẽ D. Cardinalis pro euictione domus, nam cum ea hodie melius ponderata legatur restricta, & limitata ad sola sc. 5000. *Ibi pro rata tamen, & summa scut. 5000 monetæ Romanæ, &c. dorem pro quolibet scuto tantum, & non vltra, nec alias aliter, nec alio modo accessit, & promisit, &c.*, & Domus vẽdita fuerit prætio scut.
5 10000., vtique † præ residuo quod præseruatum censetur agere potest ad *text. in l. si debitor, §. si in venditione, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solvatur*, vbi, *si in venditione pignoris consenserit creditor, vel ut debitor hanc rem permutet vel doret, vel in dotem det., dicendum erit pignus liberari nisi*
6 *salua causa pignoris dederit*. Reseruatio † enim ius reseruantis illæsum ostendit *l. creditor, ff. de reg. Iur., & ibi Dec. num. 1. & 2. Cagnol. nu. 1. & 2. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 31. num. 46. Soccin. cons. 46. num. 18. lib. 4.* Inspecta potissimum virtute
7 dictæ clausulæ *non aliàs aliter, nec alio modo*, quæ nullam modificationem neque contrarium intellectum admittit *Alexand. cons. 3. num. 4. lib. 2. Iason in l. stipulatus sum, ff. de verb. oblig. Natt. cons. 373. num. 5. Rot. decis. 619. numer. 2. part. 1. recent.*

Neque subsistit, quod licet fideiussio videatur restricta ad dictum summam, adeout in casu euictę domus Isabella ad maiorem quantitatem adstringi non possit tamen consensus venditioni fuerit liberè præstitus, ac pro toto prætio ius hypotecæ censeatur remissum, vt in prima decisione fuit suppositum, nam tenor instrumenti contrarium conuincit, ibi *dicto Instrumento venditionis, & alienationis domus, & domunculorum incorporatorum pro eorundẽ euictione, ac denique pro inuiolabili omnium in Instrumento contentorum obseruatione pro rata tamen, & summa scut. 5000. tantum, & non vltra, nec alias aliter nec alio modo accessit, &c.* Cum enim tam consensus vẽditioni, quam fideiussio pro euictione comprehendantur sub vnica oratione
8 æque omnia determinari debent, † & sicuti fideiussio ab Isabella restricta fuit ad certam summam, ità etiam consensus restrictus præsumitur *Angel. cons. 143. ad fin. Ruin. cons. 3. nu. 20. lib. 2. Gregor. decis. 191. nu. 2.*

Minus repelli valet Isabella ex eo quod dedeiubendo asseuerit se cautam remanere super alijs bonis viri, idcoque donec illa discutiantur, eius iura caperiri nequeant contra D. Principem, Nam ex peritorum relatione liquet valorem bonorum hereditariorum ascendere ad scuta 2700., quæ vna cum alijs scutis mille pro decem lotis montium prouenientibus ex prætio domus controuersæ necnon scuta 400. pro residuo prætij viridarij constituunt summam scut. 4100. vnde remanet creditrix in scutis 7900. pro complemento scut. 1200.

Pecuniæ autem receptæ cedere debent in ratam scut. 5000., pro qua fideiussit, non autem in alteram, pro qua venditioni non consensit, nam cum Isabella fideiusserit pro dicta rata cum expressa declaratione, quod tuta remaneret super alijs bonis viri clara præsumptio insurgit quod pro quantitate fideiussionis intendebat satisfieri super alijs bonis non autem pro integra quantitate dotis, & ex hac ratione noluit fideiubere dumtaxat pro scutis 5000., nam si se tutam credidisset pro integro dotali credito, non non restrinxisset fideiussionem ad certam summam cum dicta clau-
9 sula † *nec alias aliter, nec alio modo*, quæ est limitatiua voluntatis, & præseruatiua iurium in casu contrario *Capyquen. decis. 82. numer. 3. & decis. 84. num. 10. par. 3. Paris. de resignat. lib. 1. qu. 2. numer. 19. Gratian. cap. 587. num. 11. tom. 3. Seraph. decis. 1065. num. 12.*

Denique non aduertatur Sixtina constitutio super dotium moderatione prohibens dotis constitutionem vltra summã 5500. adeout
10 præter hanc quantitatem nequeat † mulier petere executionem Instrumenti dotalis, vt responsum fuit *coram Eminentissimo Cardinali Corrado in Romana restitutionis transactionis 29. Maij 1648. §. quo vero ad aliam partem, & coram R. P. D. meo Verospio in Romana Dotis 26. Maij 1662.* quia in instrumento partes contrahentes enunciarunt obtinuisse beneplacitum Apostolicum, ibi *vtendo litteris Apostolicis expeditis super derogatione Statutorum circa limitationem dotium, &c.*,
11 quæ quidem enunciatiua † probat contra D. Principem causam habentem ab vno ex contrahentibus *Soccin. cons. 46. num. 1. lib. 2. Cranett. cons. 9. num. 1. Fusar. de substit. quæst. 618. num. 50. numer. 10. part. 8. recent.* Præterquam quod
12 ex † lapsu 30. annorum Beneplacitum Apostolicum præsumitur interuenisse *Dec. cons. 36. num. 18. Rot. decis. 179. num. 1. par. 2. diuers. in recent. decis. 694. num. 5. part. 1. Gregor. decis. 354. numer. 15 in fine ibique Adden.*

Vnde cum Isabella receperit scuta mille ex locis decem Montium prouenięn ex prætio domus Domini dixerunt mandatum fore exequeñ pro scutis 4000. dumtaxat pro quibus domus ad fauorem Isabellæ remanet hypotecata vtraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. BEVILAQVA.

Placentina Bonorum.

Veneris 20. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Fideicommissi remissio ex quo arguatur, & quando istud non censeatur remissum. Primogenituram quod quis non remiserit, ex quo deducatur Obseruantia proxima attenditur non vero remota.

SVMMARIVM.

1 *Primogenituræ, & fideicommissi remissio non præsumitur quando de expressa, vel tacita transigentium mente non apparet remissionem præferente.*
2 *Fideicommissum quod voluerint transigentes remittere, debent attendi causæ & rationes, quibus moti deuenerunt ad concordiam.*
3 *Primogenituræ remissio ex quo excludatur.*
4 *Compromissarius nullam habens per se facultatem remittendi primogenituram, non censetur voluisse laudare super eo, de quo non poterat. Ampliat, vt num. 5.*
6 *Fideicommissum non censetur remissum per verba quantumuis generalia & prægnantia, quando inter diuidentes non est æqualis causa succedendi in bonis & fideicommissum remittendi.*
7 *Clausulæ etiam prægnantes non alterant naturam fideicommissi, sed ad eam sunt referendæ.*
8 Angel. in l. si vero in princ., §. locati, *in quo sensu loquatur.*
9 *Constitutio Procuratoris, promissio emtionis ad inuicem & non inferendi litem sunt conditiones, quæ instrumento diuisionis tacitè insunt.*
10 *Conditiones de consuetudine notariorum adiectæ nõ possunt augere, nec extendere terminos actus principalis concordiæ ad alium finem sequutæ.*
11 *Renunciatio non trahitur ad illa, de quibus habitus non fuit sermo.*
12 *Fideicommissi remissio difficilius arguitur, quando eiusdem fideicommissi ignorantia præsumitur.*
13 *Bona fideicommissaria petens ex propria persona non impeditur vti suo iure prò illorum assecutione.*
14 *Primogenituram quod quis nõ remiserit ex quo deducatur.*
15 *Obseruantia remota non attenditur, quando adest proxima contraria.*

DECISIO LI.

NICOLAVS Hieronymus de Ferrariis in vim sententiarum rotalium immissus in possessionem bonorum per Iosephum primogenituræ subiectorum apprehendidit inter cætera bona possessionem medietatis cuiusdam prædij nuncupati la Cà de Gobbi, quam non esse dictæ primogenituræ subiectam, prætendens Ven. Monasterium Sancti Sixti Ordinis Cassinen. Placentiæ ex persona Patris Gasparis de Ferrariis ibi professi collitigans, & ob id fuisse in executione commissum excessum obtinuit cautam restitutionis in integrum mihi committi, & sub die 2. Decembris 1661. ex hoc motiuo etiam retolutionem, sed reproposita causa, & per quatuor vices discussa, fuit hodie ab ea recessum, quia prædium prædictum esse pro medietate liberum non vero suppositum primogenituræ ad fauorem Nicolai Hieronymi deducebatur in decisione ex duabus translationibus prima de anno 1575. inter Clementem, & Camillam Victoriam de Ferrariis cum subsecutâ bonorum diuisione initis & altera de anno 1580. inter eosdem; & alios fratres de Ferrariis dicebatur remissa primogenitura, illique renunciatum, vt amplius sub ea prædium non cadat ad commodum Nicolai Hieronymi. At tenore dd. trãsactionum, & diuisionis diligenter perpenso visum fuit ibi non constare de
1 expressa, neque de tacita transigentium mente remissionem præferente ad *text. in l. cum Pater, §. Hæreditatem, ff. de leg. 2. Decian. respons. 3. num. 225. lib. 1. Rot. in Bononien. fideicommissi de Monterentijs 22. Iunij 1661., §. nec ex eo coram R. P. D. meo Priolo.*

Non enim deduci potest ex prima transactione anni 1575., nam ibi exposita causa transigendi ad euitandas lites asseritur Iosephum de Ferrariis instituisse primogenitură, vocando primo loco Bartolum, & hic prætendens dictum Iosephum Testatorem sibi ex causa administrationis bonorum remansisse in summa ibi specificata debitorem de anno 1572., decedens instituta hærede Camilla Victoria filia reliquit dicto Clementi in primogenitura successuro lib. 5000. pro omni eo quod ipse & filii in suis, & Iosephi bonis vigore substitutionis, & primogenituræ consequi posset. Ille vero de huiusmodi legato certioratus illud refutauit, & in bonis Iosephi eidem titulo primogenituræ succedere velle declarauit præuia debitorum, & aliarum prætensarum detractionum solutione faciendâ Camillæ Bartoli hæredi factisque super prætensionibus hinc inde Calculis ad formã laudi per compromissarios promulgati bonis in duas partes diuisis fuerunt assignata Clementi domus in Ciuitate Placentiæ, & Prædium della Cà de Gobbi à Roueto de quo agitur, & alia plura tanquam hæreditaria Iosephi de quibus in dicta concordia impress. *sub num. 12* Patet ergo ex tali narratiua, nedum nõ fuisse super primogenitura explicite transactum illique renunciatum, sed expositas causas legati detractionis separationis bonorum primogenituræ subiectorum, & alias ob quas principaliter fuit ad concordiam deuentum, & factam bonorum diuisionem; Ad digno-
2 scendum enim an transigentes† voluerint fideicommissum remittere; attendi debent rationes & causæ, quibus moti deuenerunt ad concordiam, vt probant *Paris. cons. 71. num. 60. lib. 1. Decian. respons. 52. numer. 6. lib. 1. Cancer. var. resolut. part. 1. cap. 25. numer. 264. cum seqq., & nu. 277. Fusar. de substit. quæst. 593. num. 84. cum seqq. Rot. decis. 782. num. 5. part. 2. recent. in Anxitiana fideicommissi 13. Ianuarii 1640., §. nec obstare coram bon. mem. Dunozetto, & in dicta Bononien. de Monteren-*

terentijs, §. vnde cum in Instrumento.

Idque clarius comprobat iam distinctio bonorum; Nam Clementi,& filijs vti ad primogenituram vocatis dimissa fuerunt eidem subiecta,& in secunda parte diuisionis descripta, ex quo excluditur † remissio primogenituræ ob ipsam naturalem repugnantiam remissionis fideicommissi, & assignationis bonorum in vim illius factæ, vt arguit *Grat. d.respons.29.n.35.lib.2.*, & ob præcedentem recusationem,legati lib.5000. à Clemente *Bece. cons.711.n.36.cum seqq.*,quam diuisio ipsa quæ non fuit facta per contractum inter partes, sed vigore laudi à compromissarijs promulgati, vt patet ex toto Instrumenti tenore, & signanter ex §. 12., ibi, *Veniamo in questo parere*; qui † cum per seipsos nullam habeant facultatem remittendi primogenituram, nec à partibus appareat illis tributa, non censentur voluisse laudare super eo,de quo non poterant *Soccin.cons.251.nu.18.cum seqq. lib.2. Odd. cons.49.num.8. Bero cons.130.numer.14.Peregrin.de fideicommiss.art.52.num.52. vers.hæc autem.Gozzadin.cons.36.num.12. Petr.de fideicommiss. quæst.14. num.90.Rot.apud Buratt.decis.89. in fine in Romana fideicommissi de Maximis 11.Ianuary 1649., §. quæ fortius coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Romana fideicommissi de Victorijs 13.Ianuarij 1652., §. Hinc vero coram R.P.D. meo Verospio*, Maximè † quia deficit alterum ex requisitis adhunc effectum necessarijs, quod inter diuidentes adesset par,& æqualis causa succedendi in bonis, & fideicommissum remittendi, quo casu † per verba quantumuis generalia & prægnantia, non est verisimile Ius fideicommissi fuisse remissum iuxta doctrinam *Bartol. in l.qui Romæ, §.duo fratres numer.12. in fine, ff.de verb.oblig.Grat.d.respons.29.nu.32.Giouagnon.cons. 100. num. lib.1.Curt Iunior.cons.23. sub num.5. post Imol.cons.135.sub num.27.Cancer.var.resolut. part.2.cap.8.de Iuramento numer.45.& part.3.cap. 15. num.281.Rot.decis.282.num.6. part.2.,& decis. 395.numer.5.part.3. recent.*

Nec cessante ex his & alijs per informantes adductis explicita remissione, vis fieri potest in clausulis generalibus in diuisione appositis, *Itâ quidem quod vnaquæq; ipsarum,earumq; hæredum & cui dederint prædictum totum sibi inuicem cessum, relaxatum & assignatum, vt supra simul cum accessibus, & ingressibus & omni iure, habeat teneat,& exinde iure proprio quicquid voluerit faciat sine alicuius contradictione, & cesserunt sibi Iura, & actiones,constituerunt se inuicem procuratorem, & in rem propriam, & promiserunt sibi inuicem de euictione, &c.*, quibus pro Monasterio collitigante in die contractu resolutionis, & in hodierna disputatione potissimum nitebantur, nam vti diuisio non est singulariter facta ad effectum euitandi communionem, & sicut quisque suam partem liberè possideat ne tunc clausulæ sint inutiles dicatur remissum fideicommissum possent id importare, secùs quando vt hic, concordia & diuisio emanarunt ex alia causa hoc nanq; casu clausulæ † quantumuis prægnantes, vti accessoriæ non possunt alterare naturam illius; sed ad eam sunt referendæ, vt perpendunt *Paris. cons.88. in fine lib.1.& d.cons.61.num.6.lib.3. Ruin.cons.117. n.10. & 138.num. . lib.2., & cons.84. lib.4. Curt.Iun. cons.274.num.49.lib.3.Gozzadin.cons.36.num 12., & cons.45.numer.18.Decian. respons.3.num.114., & respons.52.sub num.23. vers.non obstant & seqq. lib.1.Cancer.in loco supracitato num.277.& 278.*

Illisque sigillatim examinatis non facit cessio & assignatio partis bonorum ipsis trãsigentibus, & hæredibus, & quibus dederint pleno iure,quia debent secundum subiectam materiam intelligi de iure restitutioni subiecto, & magis veniunt ad exprimendum transactionis & diuisionis effectum, quam ad illam vltra propriam naturam augendam & exorbitandam,dum aliud quam remissionem primogenituræ possunt significare, & in hũc sensum † debet capi interpretatio *Angel.in l.si vero in princ.,ff locat. Bero cons.13.sub nu.15. vers. quia prædictæ clausulæ lib.2. Ruin.in mox citatis cõs. 137. à numer.8.& 138.num.6.lib.2. Buratt.dict.decis.89.à num.7.*, Neque Constitutio † procuratoris,vt in rem propriam,& promissio euictionis ab inuicem, & non inferendi litem, quia istæ quoque sunt adiacentes diuisioni,& tacitè insunt *Alexand in d.l.qui Romæ, §.duo fratres col.22.ff.de verb.oblig. Bald.cons.84.lib.1.Ruin. in dd.cons.137.& 138. num.9. cum seqq. post Imol. cons.135. à nu.16.Cyriac.contron.323.num.20.Rot. decis.624.num.6.part.2.recent.,& apud Burat.d.decis.89.numer.4. & 8.*

Et facilius ita intelligendæ sint,& non vt aptæ sint ad operandum remissionis primogenituræ effectum perpenso,quod sunt appositæ ad executionem Instrumenti concordiæ & diuisionis, quas partes intendebant facere super alijs rebus, & bonis, & ob id tanquam adiectæ stylo, & consuetudine Notariorum, potius quam de mente pacisicentium † non valent augere, nec extendere terminos ipsius actus principalis concordiæ ad alium finem sequutæ *Bartol.in l.1,quæst.6.in fine de Iur.Codicill. Angel.cons.254. in fine Ruin.dicto cons.137.numer.10.Decian.dicto respons.52.nu.20.& 27. lib.1. Fusar.de substit.quæst.593.num.108.Cancer.in præcitata parte 3.cap.15.num.293. Buratt. d.decis.89. numer.11.*

Minus visum fuit inferri posse ad remissionem hanc ex secunda transactione de anno subsequenti 1580.inita inter eandem Camillam Nicolaum Alphonsum, & cæteros fratres de Ferrarijs ab illa petentes bona cum Clemente diuisa cum approbatione conuentionum primæ, non ibi quoque præmittitur narratiua refutationis legati lib.5000. à Clemente factis & dimissionis bonorum ad Camillam spectan.in vim testamenti eidem Camillæ factæ, At prætendẽte Clemente successionem in bonis Bartoli,& Manfredi,vti subiectis eorum fideicommisso super quibus sibi Iura reseruauerat; Ideo Camilla Vincentio, & fratribus bona illa & oneri penes ipsam remansa vigore primæ cõcordiæ cum Clemente, & filijs stipulata dimisit, in cuius cessionis compensationem ijdem de Ferrarijs omnia bona sibi cõpetentia ex testamentis Manfredi

fredi & Bartoli diuiſerunt, ac eidem Camillæ lib.10.mil., & Clementi tertiam partem lib. 5000. ex cauſa dicti fideicommiſſi Manfredi ceſſerunt, ex quibus omnibus patet, nec in prima tranſactione, neque in hac ſecunda fuiſſe actum de bonis Ioſephi primogenituræ ſup-
11 poſitis de quibus modo agitur, atque † ideo renunciatio ad illa trahi nequit *Decian.dict.reſponſ.3.num.115.Grat.conſ.29. num.32. verſ.primo conſidero, & num.35.& verſ.& primo quoad facultatem Franc.Marc. deciſ.245.num.2.& 3.& reſponſum fuit coram R.P.D.nro Priolo in dec. 1.Aprilis 1661. §.obiectum vero.*

Non releuat quod inferius partes ſibi inuicem tribuerint facultatem liberè de bonis diuiſis & aſſignatis diſponendi ad ipſorum libitum non obſtantibus fideicommiſſo, & primogenitura quibus renunciarunt, vt habetur in §.26.& 28. dictæ concordiæ, quia prædicta omnia ſunt capienda in eum ſenſum, vt retento eodem themate diſponendi de bonis nõ comprehenſis in primogenitura Ioſephi, ſed de aliis per Camillam dimiſſis ex præcitatis, præſertim quia Vincentius, & fratres non ſunt primi hæredes fideicommiſſarij, ſed vl-
12 teriores in quibus cum magis † præſumatur ignorantia fideicommiſſi, & difficilius argui poteſt remiſſio *Franc.Marc. d.deciſ.245. num.1.* & Nicolaus Hieronymus ob omnium tranſigentium obitum non tanquam hæres, ſed
13 ex propria perſona † petit bona fideicommiſſaria, vnde non impeditur iure ſuo vti pro illorum aſſecutione, vt poſt *Iaſon. in l.2. §. ex his in ſecundo notabili, ff. de verb. oblig.; & alios probat Decian.d.reſponſ.51.num.21. lib.1.*

In quorum comprobationem accedit quo de anno 1576. Clemens accipiendo Inueſtituram ab Eccleſia prædij della Cà de Gobbi, & in libro æſtimi illa deſcribens declarauit eſſe primogenituræ ſubiecta, Idemque expreſſit P.Gaſpar Ferrarius in Inſtrumentis anno 2648. & 1652. ſtipulatis *Summario num.7.*
14 *& 10.*, ex quibus † inſurgit obſeruantia declarans Clementem nullo pacto ſenſiſſe remittere primogenituram, & quod ſuper aliis fuerit tractatum ad *l.quadam. ff. de reb.dub. Bartol.conſ.59.num.6.Gabriel.conſ.66.num.24.& conſ. 76.num.11. lib.2. Buratt.in d. deciſ.89. numer.14.* nam attenta illa deſumpta ex alienatione anni 1611. facta à Clemente & Ioſepho iuniori-bus de hoc prædio, quia non fuit diſtractio
15 tanquam de libero & † remota obſeruantia non attenditur, dum adeſt proxima contraria *Rot.apud Gregor.deciſ.325.num.1., & inter diuerſ.deciſ.32.num.35., & in recent.deciſ.170. nu.4. part.2.,& deciſ.105.num.10. par.7.*

Et ita deciſum vtraque.

R. P. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.
Bononien. Bonorum.
Veneris 20. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Primogenitus cum onere renunciandi cæteris hæreditatibus Paternis, & Maternis inſtitutus in illis bonis ſuccedit, quæ non cadunt ſub lege dimiſſionis, vti eſt feudum, quod à Primogenito independenter ab hæreditate Patris recognoſcitur, & cum iſtud non comprehendatur in renunciatione facienda, quæ vt ſtricti iuris, non eſt extendenda, & ideò meritò applicatur Primogenito.

SVMMARIVM.

1 *Patre inſtituente Primogenituram cum onere Primogenitis iniuncto de renunciando hæreditati paternæ, & maternæ, ſi vigore contractuum inter viuos bona primogenitus poſſideat, quæ non cadũt ſub renunciationis lege, illa rectè poſſidet.*
2 *Pater non poteſt priuare filium feudo, ad quod ex propria perſona vocatur, dum filius non à perſona patris, ſed à munificentia Principis illud recognoſcit.*
3 *Iura ſunt diſcreta, quamuis plura in eadem perſona deuenerint, aliud tutoris, aliud legatarij.*
4 *Subrogatum aſſumit naturam illius in cuius locum ſubrogatur.*
5 *Ceſſio, ſeu dimiſſio verbalis in actis idem operatur, ac traditio in corporalibus.*
6 *Ceſſio, & renunciatio ſufficit, quod fiat verbis relatiuis ad teſtamentum, quorum virtute perinde eſt, ac ſi facta fuiſſet, iuxtà voluntatem teſtatoris.*
7 *Renunciationis materia tanquam ſtricti iuris non debet extendi, nec comprehendit niſi expreſſa.*
8 *Hæreditas non datur viuentis.*
9 *Signatura Iuſtitiæ reſcriptum intelligitur, prout de Iure.*

DECISIO LII.

RELAXATVM fuerat Mandatum de Aſſociando præuiis duabus Deciſionibus coram me editis ad fauorem Marchionis Ludouici Fontanæ, in Bonis nuncupatis *della Canonica,* tanquam ſubiectis Primogenituræ quondam Ludouici Senioris, ad quem ipſe vti quondam Marchionis Ioannis Mariæ Primogenitus eſt vocatus; Verum quia Signatura reſcripſit: *Sine præiudicio mandati de Aſſociando, dimiſſis bonis ad formam Primogenituræ;* in qua ordinatum fuit, quod Primogeniti renuntiare debeant fratribus ſuis natu minoribus hæreditatem ſuam (quod verbum in Protocollo repetiri negat Marchio Ludouicus) paternam, & maternam, ac ius ſuccedẽdi parentibus ab inteſtato, etiam ratione legitimæ iure naturæ debitæ, vel alia quauis ratione, vel cauſa; propoſui dubium: An, & quæ bona eſſent dimittenda, & DD. ordinatim reſpondendo dixerunt; primo, non eſſe dimittendum Marchionatum in Sabaudia, nec Feudum in Statu Mutinæ ad vſum Re-
1 gni, quia illa † non poſſidentur à Marchione Ludouico, vti hærede patris, ſed vigore contractuum inter viuos, qua ratione ſub præcepto dimiſſionis, nec ſub lege renunciationis comprehenduntur, vt per *Alexand.conſ.20. ſub num.9. & 10. lib.3. & poſt eum Pariſ.conſ.33. nu.76.lib.3. in terminis Gabriel.conſ.60.nu.2.& 3*

lib.1. *Affliet.decis.*350. *nu.*1. *& dictum fuit in prima Decisione huius Cause*, 10. *Martij* 1662. §. *quo vero*, *& seqq. & 23. Iunij eiusdem*, §. *impugnari*', quæ in disputatione præsentis dubij diuersi supponendæ veniunt, iuxta notorium stylum huius Sacri Tribunalis, vt aliis omissis dictũ fuit in *Cesenaten. Bonorum* 9. *Aprilis* 1653. *coràm me*, §. *esto quod*.

Eoque magis cum præfata duo feuda ex liberalitate Serenissimorum Ducũ Sabaudiæ, & Mutinæ proueniant, & sic non cadũt sub præcepto renunciandi, quamuis de illis idem Marchio Ioannes Maria, ex testamento
2 disposuerit, quia † præiudicare non potuit Marchioni Ludouico eius filio ex propria persona vocato, quique illa recognoscit non à persona Patris, sed à dd. Serenissimorum munificentia, & liberalitate, *Peregrin.consil.*8. *nu.*23. *&* 25. *lib.*1. *Menoch. cons.*1153. *numer.*3. *Gratian. discept.* 247. *num.*5. *Giurb. obseruat.*281. *nu.*19. *Rota decis.*404. *nu.*7. *& seqq. coram Merlin. Romana Donationis* 3. *Iunij* 1658. *coram Reuerendiss. D. meo Decano*, §. *nihilominus*, *& in Romana Apothecarius* 17. *Maij* 1656. *coram Rev. P. D. meo Celso*, §. *vndè*, *&* 9. *Maij* 1659. *coram me*, §. *licet*.

Prout dimittẽdum non esse dixerunt DD. appartamentum domus paternæ, quia vigore transactionis inter patrẽ, & filios anno 1642. celebratæ, spectare debuit ad Marchionem Claudium eius vita durãte, & post eius mortem incorporari debuit Primogenituræ; vndè illo defuncto non cadit sub renunciatione tanquam receptum ex contractu, & tanquam membrum Primogenituræ, quæ licet in persona Marchionis Ludouici, hodie resideat,
3 non confunduntur tamen † iura Primogenituræ, cum iuribus ipsi ex persona propria spectan. *l. tutorem* 22. *ff. de his quibus*, *vt indign.* ibi: *Discreta sunt enim Iura* (*quamuis plura in eadem persona deuenerint*) *aliud Tutoris*, *aliud Legatarij*. *Couarr. var. resolut. lib.* 3. *cap.*13. *sub nu.*9. *vers. contrarium immo. Surd. cons.*300. *numer.*13. *& seqq. lib.*2.

Idem responsum fuit respectu mobilium, non enim dimitti debent, quia à quondam Marchione Claudio iam recepta fuerunt in tot alijs mobilibus à Patruo loco illorum, quæ debebantur, subrogatis in vim eiusdem Concordiæ anno 1642. & proinde cessat prætentio dimissionis, cum subrogatum assumat
4 naturam † illius, in cuius locum subrogatur, *l. Pomponius* 13. §. *cum quis*, *ff. de acquir. possess. Oldrad. cons.*224. *nu.*25. *vers. cum toto illo. Gratian. discept. forens.*719. *nu.*9. *Rota decis.*44. *nu.*16. *par.*8. *recent. & in Cesaraugustana Portionum* 11. *Februarij* 1661. *coram me*, §. *qua ratione*, præsertim quia idem Marchio Ioannes Maria pater in Testamento Dominum Marchionem Claudium, & totam eius descendentiam priuauit hæreditate, ac Trebellianica, & Falcidia, quatenus non acquiescat dictæ subrogationi.

E conuerso autem censuerunt dictũ Dominum Marchionem Ludouicum teneri renunciare luri erigendi Marchionatum in bonis Ferrariæ, quod tanquam de hæreditate patris litteraliter continetur sub præcepto renunciandi hæreditatem paternam, & maternam, necnon cedere legitimã in bonis paternis, & maternis, seu Iuri illam petendi, quia de illo iudicatur, non secus, ac de legitima, quam Ludouicus Senior expresse à Primogenitis renunciari voluit. Cumque versemur in iure incorporali, renunciatio fieri poterit per cessionem, seu dimissionem verbalem in
5 actis, quæ in † huiusmodi iuribus idem operatur, ac traditio in corporalibus. *Addens. ad Burat. decis.*17. *nu.*8. *Rota decis.*168. *num.*5. *post Cent. de tens. decis.*290. *nu.*3. *par.*2. *recens. & in Romana Pecuniaria* 24. *Martij* 1656. *coràm R. P. D. meo Beuilaqua*, §. *non obstat si dicatur*.

Quæ quidem cessio, & renunciatio, an debeat esse abdicatiua simpliciter, vel potius trãslatiua DD. non determinarunt, illud sufficere existimantes, quod † fiat verbis relatiuis ad
6 testamentum virtute quorum perinde erit, ac si iuxta præcisam voluntatem Testatoris facta fuisset, & de verbo ad verbum inesset. *Menoch. de præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*96. *nu.*128. *Rotan. cons.*301. *numer.*14. *Giurb. obseruat.*85. *sub num.*30. *vers. imo expressa*, *per relationem. Rota in recens. decis.*187. *nu.*7. *par.*1. *& in Romana Casalis Veteris* 5. *Maij* 1653. *coram me*, §. *minus obstat*.

Quoad bona paterna, pro dote Matris retẽta non esse similiter restituenda, vtum est DD. nec prælegatum librarum 2000. Marchioni Ludouico à matre relictum, quoniam eum eadem mater filios Ludouicum nempè & Claudium æqualiter instituisset loco gemmarum, quas habuerat Marchio Claudius, nec vnquam restituerat, reliquit dictum prælegatum Marchioni Ludouico, cum substitutione ad eiusdem fauorem, casu quo Marchio Claudius eius voluntati contraueniret, & cum declaratione, quod casu, quo tanquã Primogenitus vigore Testamenti Ludouici Senioris esset incapax fruendidd. substitutionibus, eius filios substituebat, vndè cum respectu bonorum matris, & prælegati sit simplex administrator, non tenetur illa dimittere, quia præceptum in Primogenitura cõuentum non loquitur de bonis ad filios Pri-
7 mogenit. spectan. & renunciationis † materia, tanquam strictiuris, non extenditur, nec comprehendit, nisi expressa. *Surd. cons.*431. *nu.*32. *& seqq. lib.*3. *Gabriel. dicto cons.* 60. *nu.*6. *lib.*1. *Rota in Beneventana Hæreditatis* 17. *Martij* 1653. *coram Reuerendiss. Papien.* §. *denique*, & dictum fuit in vtraque Decisione huius Causæ.

Multò minus denique visum est Marchionem Ludouicum teneri bona sua propria renunciare; nam licet prætendatur inter onera renũciationis adesse, quod Primogenitus teneatur renunciare hæreditatem suam, &c. (quod à Marchione Ludouico constanter negatur) quatenus tamen sine veri præiudicio, verbum hoc, *suam*; ibi, reperiatur intelligi debet de hæreditate paterna, & materna, post quam per mortem Parentum ad primogenitum peruenit, non autem de propria, quia vi-
8 uentis non † datur hæreditas, *Lin suis* 11. §. *de liber. & posthum. l. qui superstitis* 93. *ff. de acquir. hære-*

haredit. Paul. de Caſtr. conſ. 453. num. 1. lib. 1. Rotæ coram Buratt. deciſ. 639. num. 11. in recent. deciſ. 267. num. 11. par. 5. & in Interamnen. Bonorum 15. Maij 1656. coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro Decano, §. quod certius.

Nō reſiſtit reſcriptum Signaturæ, *dimiſſis bonis, &c.* quia intelligi debet de iis, quæ Marchio Ludouicus tenetur dimittere, & ex hæreditate patris, & matris prouenium, non autem de alijs de quibus ſupra, cum reſcriptum
9 Signaturæ Iuſtitiæ intelligatur, prout † de Iure. *Roman. conſ. 334. num. 1. & 4. & ferè per tot. Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 86. ſub numer. 29. Rotæ coram Seraphin. deciſ. 1031. num. 5. verſ. cum reſcripto Rota deciſ. 218. num. 13. & ſeqq. par. 8. recens. & in Amerina Fideicommiſſi 25. Iunij 1632. coram bon. mem. Card. Veroſpio.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Cenſus.

Veneris 27. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Iniuſtitia Sententiæ operatur, vt iſta nunquam tranſeat in iudicatum, & præbet cauſam reſtitutionis in integrum. Probatio poſſeſſionis ex quibus iuſtificetur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniuſta non tranſit in iudicatum.*
2 *Probatio eſt fundamentum intentionis actoris.*
3 *Satisfacto creditore bona ſunt reſtituenda debitori.*
4 *Fructuum percepti o ex actuali, & reali exactione iuſtificatur.*
5 *Diſpoſitio limitata limitatum producit effectum.*
6 *Mandati extenſio non debet attendi.*
7 *Contra tertios poſſeſſores, nec executiuè, nec per viā ſequeſtri poteſt procedi.*
8 *Probatio poſſeſſionis iuſtificatur ex locationibus eiuſdem.*
9 *Præſumptio cedit veritati in contrarium probatæ.*
10 *Confeſſione propria nulla maior probatio.*
11 *Relatio erronea attendi non debet.*

DECISIO LIII.

INTER alios creditores Nicolai Hieronymi, & aliorum de Francionibus, qui anno 1613. Cenſum ſcut. 1000. in ſorte, ad rationē ſeptem, impoſuerunt fauore Ioannis Franciſci Palazzolæ, ſuper quinque eorum Domibus, prope Palatium Cancellariæ, exiſtentibus in Platea, vulgo dicta de' Pollaroli, inſurrexerunt anno 1618. Sorores de Gazzis dicti Cenſus Ceſſionariæ, & citatis Debitoribus Cenſus; necnon eorum Creditoribus, obtinuerunt Sentētiam ſuper proprietate ſui crediti, & aſſignationem tot penſionum earundem Domorum, pro concurrenti quantitate fructuum Cenſus, cuius vigore menſe Decēbris eiuſdem anni immiſſæ, & à quatuor Inquilinis Domorum (quinta enim nulli tunc temporis erat locata) recognitæ fuerunt. Poſt mortem dd. Sororum de Gazzis, Ioannes Proſper Migliaccius earum hæres anno 1635 præfatum Cenſum ceſſit Gregorio Turriano, qui cum anno 1646. pulſaſſet pro fructibus Dominum Nicolaum Francionum, hic ſub prætextu, quod fructus percepti ab immiſſis longè excederent eorum creditum, extorſit Sententiam declarantem fructus fuiſſe integrè ſolutos, Cenſuum eſſe extinctum, & præfatos Migliaccium, & Turrianum in notabili quantitate remanere debitores. Et quamuis appellatione interpoſita in tempore proſecuta non fuerit, dixerunt tamen Domini, non conſtare de re iudicata, ſed de cauſis reſtitutionis in integrum, ob iniuſtitiam Sententiæ,
1 quæ operatur, vt in † iudicatum non tranſeat, *l. ſi ſe non obtulit 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Surd. conſ. 61. num. 52. & ſeqq. Rota coram Seraph. deciſ. 1469. num. 3. & in recent. par. 8. deciſ. 97. nn. 1 Anconitana Dotis 25. Nouembris 1647. in princip. coram bon. mem. Arguelles, & in Romana Cenſus 27 Februarij 1662. coram me.*

Iniuſtitia autem Dominis deduci viſa eſt ex eo, quod non probatur extinctio Cenſus, & debitum Migliaccij, & Turriani, quæ in Sententia canonizantur, prout plenè, & concludentèr inſtificatum erat, cum hoc ſit fun-
2 damentum † intentionis actoris, *l. 1. C. de probat. Patian. eodem tit. de probat. lib. 1 cap. 51, nu. 29 Surd. deciſ. 105. num. 8. Rota coram Buratt. deciſ. 157. num. 1.* & in puncto debitoris prætendentis Creditorem † immiſſum in Saluiano fuiſſe
3 ſatisfactum. *Surd. conſ. 160. nu. 7. Cranett. conſ. 107. num. 3. Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 2. quaſt. 77. num. 44. verſ. unde dubitari poteſt, & ſeqq. Rota in Romana Dotis 4. Iulij 1635. coram bon. mem. Pironano, confirmata 19. Iunij 1656. coram bon. mem. Dunozetto.*

Quæ quidem probatio non reſultat ex immiſſione, vt ſupra obtenta, in poſſeſſionem Domorum, quæ longè plus reddunt, quam ſcuta 70. quæ pro fructibus Cenſus debebantur. Nam vltra quod ex ſimplici † immiſſio-
4 ne non probatur fructuum perceptio, & præcipuè in prædijs Vrbanis de ſui natura non fructiferis, niſi ſucceſſiua actualis, & realis exactio iuſtificetur. *Natt. conſ. 384. num. 2. Rota deciſ. 59. num. 31. & 32. & deciſ. 304. par. 1. recent. num. 15.* non agitur in præſenti de immiſſione generali conceſſa creditori, ad effectum ſibi ſatisfacien. ex fructibus, ſed de certa aſſignatione penſionum, non ſimpliciter, ſed pro concurrenti quantitate fructuum Cenſus, vt in Sententia, ſummario Turriani *num. 1. ibi; Et in illarum penſionibus, pro concurrenti quantitate fructuum Cenſus ſcut. 1000. & pro dicta quantitate, & rata tot penſiones dd. Domorum eſſe aſſignādas, prout aſſignamus, &c.* Vndè hic inferri nō poteſt ſatisfactio, niſi pro dicta quantitate aſ-
5 ſignata, cum limitata † diſpoſitio limitatum effectum producat, *l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. Neuizan. conſ. 66. num. 32. Gratian. diſcept. 548. num. 19. Rota deciſ. 130. num. 5. poſt Zacch. de obligat. Camerał.*

Quamuis mandatum de immitten. indiſtinctè loquatur, & ſine tali reſtrictiua fuerit
6 expeditum, nam † extenſio mandati non debet attendi, ſed decretum, & ſententia, ad quam mandatum habet relationem, etiamſi aliter in referente eſſet diſpoſitum. *Dec. conſ. 63. num. 6. Surd. conſ. 12. num. 50. & ſeqq. Seſſ. deciſ. Aragon. 125. num. 41. cum aliis per Rotã in Romana Dotis 22. Iunij 1661. coram R. P. D. Verospio §. dum enim. Romana Pecuniaria 23. Ianuar. 1662. coram R. P. D. Bourlemont, §. final. & in Romana Vinea 19. Februarij mox prateriti, coram me.*

Quinimo non ſolum non probatur integra perceptio penſionum, ſed ex pluribus cõtrarium demonſtratur pro dd. enim ſcutis 70 lata fuit ſententia abſolutoria ab impetitis ab A. C. contra cæteros creditores illorum de Francionibus, qui dd. Sorores de Gazzis moleſtabant, dicto ſummario *num. 6.* & deinde reuocatum fuit Sequeſtrum ab alijs creditoribus obtentum ſuper Penſionibus Domorũ pro rata dd. annuorum ſcut. 70. tantum ſitmo remanente, quoad reliquas penſiones ſequeſtro, dicto ſummario *num. 7.* ex quibus actibus clarè deducitur Migliaccium, & Turrianum, nunquam fuiſſe poſſeſſores Domorum, ſed ſimplices aſſignatarios penſionum pro dicta quantitate ſcut. 70. correſpondente fructibus Cenſus, alias enim contra ipſos tãquam tertios † poſſeſſores, nec executiuè, nec
7 per viam ſequeſtri potuiſſet procedi, vt notat *Alexand. in l. a Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, num. 28.* vbi etiam alij, *ff. de re iudicat. Ruin. conſ. 87. numer. 1. & ſeqq. lib. 4. Burſatt. conſ. 30. num. 1. Rota coram Pen. deciſ. 841. num. 2. & deciſ. 1395. num. 4. coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 162. numer. 6. ibique Addent. num. 12. & coram Merlin, deciſ. 847. nu. 1. & 4.* vbi concordantes referuntur.

8 Quibus accedit, quod Marcus Aurelius Francionus vnus ex debitoribus pluries locauit dictas Domos, & fuit pro Domino recognitus, penſiones recepit, & aliæ fuerunt in Sacro Monte Pietatis depoſitæ, & eius creditoribus ſucceſſiuè de Ordine Iudicis ſolutæ, dicto ſummario *num. 8. & ſeqq.* Vndè reſultat probatio eius poſſeſſionis, ex relatis in *Romana Cenſus, ſeu Saluiani 25. Maij 1657. coram Reuerendiſſimo D. meo Cerro Decano, §. primum enim, & in Romana Domus 13. Ianuarij 1662. coram me, §. neque deficit.* Adeout ex hoc tollatur penitus ſuppoſitum, quod Migliaccij, & Turrianus integras penſiones perceperint, & pluſ-
9 quam ſatisfacti fuerint. Præſumptio † enim cedit veritati in contrarium probatæ, *l. final. in prin. ff. quod met. cauſ. Surd. conſ. 28. num. 11. & ſeqq. Gratian. diſcept. 909. num. 23.* cum cæteris in terminis exactionis fructuum, per *Addent. ad ſan. mem. Gregor. deciſ. 50. num. 6. & per Addent. ad Burat. deciſ. 173. ſub num. 9. verſ. niſi conſtaret poſſeſſorem*, vbi referunt, & ſequuntur *Rotã in Romana Fructuum 4. Nouembris 1613. coram bon. mem. Pironano*, ſed etiam confeſsio eiuſdem Francioni contenta in Epiſtola ab ipſo conſcripta anno 1636. in qua dicit, quod factis computis Ceſſionarij Cenſus remanebant creditores vſque ad menſem Martij eiuſdem anni ſcut. 12. & ba: 50. ſoluendorum à Pellegrino vno ex dd. domibus conductore, & ordines facti ab eodem Inquilinis Domorum, pro ſolutione fructuum eiuſdem Cenſus, dicto ſummario *num. 5. & ſeqq.* probatio autem
10 melior dari † non poteſt, quam propria confeſsio, quæ probat contra confitentem, & ab eo cauſam habentes. *Ruin. conſ. 128. numer. 16. lib. 2. Gratian. diſcept. 981. num. 14. Cyriac. controuer. 256. num. 1. Rota coram Coccin. deciſ. 120. num. 1. & ſeqq. & in Bononien. Primogenitura 26. Maij 1656. coram bon. mem. Bichio, §. purificatis enim.*

Non obſtat relatio Periti aſſerentis Cenſũ fuiſſe extinctum, Migliaccium, & Turrianũ remanere debitores in ſcutis 2000. quia proceſſit cum ſuppoſito inſubſiſtenti, quod ipſi omnes penſiones domorũ perceperint, quod cum non probetur, & contrarium reſultet ex
11 præmiſſis, relatio † tanquam erronea attendi non debet. *Rota deciſ. 342. par. 6. recent. Meleuitana Redditionis Rationis 24. Februarij 1653. §. nec alicuius, & 4. Februarij 1654. in princip. coram bon. mem. Durazetto.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Meleuitana Pecuniaria.

Luna 30. Aprilis 1663.

ARGVMENTVM.

Conditio ſub duplici euentu concepta, quando dicatur purificata. Barattaria ex quibus probetur. Ad delicti probationem, qui teſtes admittantur.

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſub duplici euentu concepta, non dicitur purificata, non adueniente vno ex euentibus.*
2 *Conditione non impleta non oritur actio ad petendum id, quod in obligatione continetur.*
3 *Barattaria probatur ex diſtractione mercium, & fuga relicta naui,*
4 *Barattaria per ſimplicem fugam non probatur, ſed debet conſtare eum, qui fugam arripuit animo defraudandi illam præmeditaſſe.*
5 *Teſtes optimam ſcientiæ cauſam reddentes, bene probant.*
Ampliat, vt num. 6.
7 *Iter Nauterum quando ſemper idem dicatur.*
8 *Probatio non reſultat, ex dicto vnius teſtis.*
9 *Teſtes ſuſpecti non admittuntur ad delictorum probationem.*
10 *Exitus acta probat, & cuius finis malus eſt, eius præordinatio præſumitur doloſa.*
11 *Obligatio ſub duplici conditione confiata, deficit ceſſante conditionis duplicitate.*

DECISIO LIV.

ANGELVS Borg accepit ad Cambium, ſub Nautico Fœnore ſcuta mille de Tarenis, à Io: Francisco Gaucio, & Angelo Cu-

Cugnetto, ad effectum illa secum asportandi *in primo viaggio*, de proximo futuro ab Insula Melitæ ad Ciuitatem Syracusarum inde Augustam, & Regnum Cretæ, erga quos in casum obitus, vel Barattariæ dicti Angeli fideiussit, & insolidum se obligauit Alexander Infantinus, successiuè per Sententiam Rotalem, alterius de partibus confirmatoriam, condemnatus ad soluend. scuta 715. pro residuo dicti Cambij, quam Sententiam ex capite iniustitiæ, Domini infirmandam esse cẽsuerunt, quia Cambij creditores, qui nituntur obligatione Alexandri, sub conditione
1 duplicis † euentus, hoc est mortis, vel barattariæ concepta, debent ostendere alterum ex dd. casibus euenisse, *l. ex his, C. quando dies legat. cedat. l. 1. ff. de regul. Caton. l. eum qui nouissimus, ff. ad Trebell.* alias casu non sequuto, & con-
2 ditione † non impleta, non dicitur orta actio ad petendum id, quod in obligatione continetur, *l. Thais 41. §. stichus, ff. de fideiuss. liberi. l. qui heredi 44. §. vltim. ff. de condit. & demonstrat. l. certi conditio, & ibi Bartol. num. 33. vers. venio ad quartam, ff. si. cert. petat. Ruin. conf. 35. nu. 13. lib. 5. Guid. Panzirol. conf. 77. numer. 8. Rota Genuen. de Mercat. decis. 13. sub num. 15. coram Card. Mantic. decis. 157. num. 1. & 2.*

Nec casum Barattariæ, quæ sola ex eo euenisse deduci potest, quod Angelus in reditu ab Insula Cretæ, & Classe Veneta, prius Corcyram, & postea Venetias appulit, vbi distractis Mercibus, & dimissa Naui fugam arripuisse dicitur, qui est † vnus ex modis quibus
3 probatur barattaria, vt dicunt allegati in decisione sub die prima Aprilis 1658. coram R. P. D. meo Verospio, ante dictam Sententiam emanata, §. dũ enim Angelus, & tradit etiam *Mascard. de probat. conclus. 166. num. 1.* quia præterquod non intentione fugiendi, sed ob alia infortunia in alias partes, vt infra fecessit.
4 Ad conuincendum † aliquem de hoc crimine simplex illius fuga, non est sufficiens, sed debet cõstare illum dolose, & animo defraudandi eam præmeditasse sicuti aduertunt. *Oddus conf. 31. num. 15. Stracc. de assecur. gloss. 31. nu. 2. & 3. Monac. decis. Florentin. 1. num. 9. 19. 34. & 46. Lanter. eodem tractat. par. 3. nu. 82. Ioannes de Neuia, lib. 3 comment. nauicul cap. 14. num. 24. & 28. Giurb. obseruat. 73. nu. 3. 25. & 27. Thur. in compend. decis. par. 2. verb. assecuratores nauis, fol. 23. Rocc. in notabil. de assecurat. par. 2. post 2. volu. conf. notabil. 44. nu. 139. & seqq. Rota in Romana Assecurationis 5. Martij 1636. §. nec est verum, in fine, coram bon. mem. Card. Macchiauello.*

Huiusmodi dolus, & fraudandi animus, ex depositionibus Testium in Curia, & extra vigore remissoriarium post dictam Sententiam ad instantiam Alexandri examinatorum in hodierno Summario eiusdem relatis penitus deest; nam vno ore omnes testificantur dictum Angelum accessisse Corcyram, ad effectum reaptandi nauem, ibique interim emisse à nonnullis Hæbreis quandam quantitatem Vallonex, sibi in Portu Radimi consignandam, prout cum effectu, licet in minori quantitate receperit, & intendens post alia, ibi circa hoc secuta, & à Testibus enarrata altum tendere, & iter prosequi ob subortam tempestatem quassata naui, non sine naufragij periculo vi ventorum contrariorum pulsus per Sinum Adriæ appulit Venetias, vbi ab alio, cum magna impensa fuit reaptata Nauis ad nauigandum, hac de causa inutilis effecta,
5 qui Testes † optimam causam scientiæ reddentes, quia eidem Angelo in naui inseruiebant, & hæc omnia viderunt, non potest in dubium reuocari, qũin bene concludant, *l. solam, C. de testibus, l. cum hi, §. vltimò igitur, ff. de transact. Rota coram Cardin. Seraphin. decis. 109. nu. 3. & apud Pen. decis. 614. num. 1.* iuxtà Venet.
6 impress. iuncta maximè † conformi depositione aliorum Testium, ab altera parte inductorum contra quam fortius probant, *l. si quis, C. de testibus. Soccin. Sen. conf. 253. numer. 3. lib. 2. Rota decis. 748. nu. 6. par. 1. & decis. 774. nu. 2. par. 2 recent.*

His positis non videtur subsistens, quod Angelus contra formam Instrumenti expleto primo illo itinere non fuit reuersus, sed diuertit ad præfata loca, & ad alios actus, vt subdit decis. sub §. *hinc barattaria, vers. præsertim*, quia licet Angelo redeunti ab Insula Cretæ, esset interdictum retrogredi, data tamen fuit facultas attingendi, & transeundi per alia loca, sibi benè visa, ad effectum onerandi nauẽ, vndè secluso impetu Ventorum & necessitate illam reaptandi, vtendo Angelus facultate sibi tributa poterat continuato tempore ad alia loca ad præfatum effectum accedere ante reditum Melitam cum semper dicatur idem
7 viaggium, vt in † terminis per plura exempla confuluit *Soccin. Sen. conf. 34. nu. 8. lib. 1.*

Non obstat, quod Angelus dixerit nolle amplius redire Melitam, ex quo arguebatur animus defraudandi pecunias ad Cambium acceptas à Collitigantibus, & hinc commissa sit stipulatio Barattariæ, quia præterquod, ea
8 quæ in hoc exigitur probatio † non resultat ex dicto vnius testis hoc asserentis, cum patiatur exceptionem personalem, ob quam
9 reijcitur ad probandum tale † delictum, in quo non admittuntur Testes suspecti, sed debent esse idonei, vt per *Text. in cap. licet, cap. per suas, de simon. & ex notabil. gloss. in cap. 3. loco de probat. tenet Mascard. eodem tractat. conclus. 165. num. 5.* Huiusmodi Angeli dictum declaratur ab alijs Testibus ab vtraque parte examinatis, videlicèt, quod non intendebat redire exonerata Naui, prout in emendo merces adhibuit diligentias à Testibus relatas, quę penitus excludunt animum machinationis, & barattariæ.

Minus vrget, quod ex subsecuto post hæc accessu ad Ciuitatem Liburni, & continua commoratione ibi facta, satis declaratus fuit animus in præteritum aufugiendi, quia exi-
10 tus acta probat, & cuius finis malus est, eius præordinatio præsumitur dolosa, *l. si quis adulterium, 33. ff. de adulter. Laut facta, §. euentus, ff. de pœn. l. Aurelius, §. si Testator, ff. de libert. legat. Aym. conf. 18. num. 4.* quia hæc suspicio tollitur ex supradictis, quæ apertè ostendunt in hoc

itinere se opposuisse accidentia irreparabilia, de quibus Angelus patronus, vel nullo modo potest dici culpabilis, aut ex his, quæ ipsi
11 imputantur non potest † centeri probata Barattaria ad quam, & ad obitum restricta est obligatio Alexandri, vt non teneatur ad solutionem debiti, vt in his præcisis terminis responsum fuit in supracitata *Romana Assecurationis* 10. *Decembris* 1036. §. *nec est verum, coram Card. Macchiauello.*

Et ita decisum vtraque parte informante, &c.

R. P. D. T A I A.

Auenionen. Manutentionis.

Lunæ 2. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Reus quando excipere non possit de iniustitia notoria, & hæc quando dicatur patens, & notoria. Contra comparentem in actis, an possit procedi per Contradictas, & quid ad iuriliter procedendum requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo conceditur etiam lite inchoata super proprietate, & possessorio plenario tàm in prima, quàm in secunda, & alia vlteriori instantia.*
2 *Possidens debet manuteneri.*
3 *Terminus ad appellandum currit à die prolationis sententiæ.*
4 *Sententia nulla, & iniusta, possessorem non priuat.*
5 *Spoliatus à Iudice non est statim restituendus.*
6 *Præsumptio stat pro facto Iudicis.*
7 *Iniustitia debet esse patens, & notoria, vt æquipararetur nullitati.*
8 *Iniustitia quando dicatur patens, & notoria.*
9 *De iniustitia notoria excipere non potest reus, quando res ab eo prætensa, non est litteralis, sed conieclturalis.*
Amplia, vt num. 10.
11 *Sententia extinguitur per appellationem.*
12 *Manutentio datur in gradu appellationis.*
13 *In Possessorio summarissimo multum interest iustè quis, an iniustè possideat.*
14 *De Iniustitia notoria constare non dicitur, quando non adest confessio, vel res iudicata.*
15 *Notarij fides licet extraiudicialis benè probat.*
16 *Contra comparentem in actis non potest procedi per Contradictas.*
17 *Procuratoris absentia, ad hoc vt contra ipsum possit procedi per contradictas, debet in actis per duos testes probari, & num.* 18. *&* 19.

DECISIO LV.

OCCASIONE Donationis factæ à Gabriele Seniore anno 1659. Petro filio suo, cum pluribus vinculis substitutionum ortæ fuerunt differentiæ inter Gabrielem Iuniorem ex Raymundo fratre Nepotem, ac testamentarium hæredem Domini Petri Donatarij, & Gabrielam Petri filiam, qui concorditer compromiserunt in Arbitros, & Amicos communes, & lato per eosdem laudo ad fauorem Gabrielæ, petijt hæc ab Auditore generali Auenionen. Mandatum de immittendo, prout immissa fuit in possessionem Domus.

Appellauit Gabriel ad Dominum Vicelegatum, qui Causam eidem Auditori generali commisit absq; retardatione executionis; vndè Gabriel conuolauit ad A. C. ibique discusso, & examinato laudo obtinuit illud reuocari tanquam iniustum, & consequenter mandatum immissionis super domo controuersa, ad quam per prefatum Auditorem generalem fuit reintegratus.

Commissa postmodum Causa R. P. D. meo Beuilaquæ, promulgatisque duabus Decisionibus, & Sententia super bono Iure, ad fauorem Gabrielæ, etiam ad effectum manutentionis in gradu appellationis, vertente coram me Causa dum discutien. erat dubium; An Sententia Rotalis, esset confirmanda, vel infirmanda. voluit Gabriela agere primum de summarissimo possessorio manutentionis,
1 cum soleat dari mandatum † de manutenendo, etiam lite inchoata super proprietate, & possessorio plenario, & in qualibet parte Iudicij, tàm in primo, quàm in secunda Instantia, & qualibet vltetiori. *Postb. de manutent. obseruat.* 8. *num.* 6. 31. *&* 35. vnde hodie proposito dubio, An & cui danda sit manutentio, DD. dandam Gabrieli, responderunt.

Visus est enim Gabriel in præsenti possidere, vt immissus, & reintegratus ex Sentẽtia A. C. executa, & proinde, vt possidens est
2 manutenen. † §. *retinendæ, Instit. de interd. Rotæ decis.* 364. *nu.* 1. *& decis.* 475. *in fine, par.* 9.

Nil refragante, quod Gabriela appellauerit à Sententia A. C. intra decem dies à die habitæ notitiæ.

Nam cum Gabriela in partibus citata fuerit personaliter terminus † ad appellandum,
3 cepit currere à die prolationis Sententiæ. *Scacc. de appellat. quæst.* 12. *num.* 9. *vers. primus casus. Capucc. praxi mator. cap.* 1. *num.* 251. *par.* 3. vt de obseruantia refertur *Rota coram Buratt. decis.* 59. *sub num.* 6. 7. *&* 17. & in puncto de huiusmodi Sententia lata per contradictas in contumaciam principalis, qui locius citatus personaliter procuratorem in causa constituerat in Curia, & Procurator post acceptatum mandatum ab Vrbe recesserat. *Rota decis.* 734. *num.* 2. *par.* 3. *recent. & coram Merlin. decis.* 745. *num.* 9. *& seqq.*

4 Nec obstare vita est immissio, & possessio Gabrielæ in executionem laudi, quæ non debet excludi ab immissione posteriori Gabrielis, in executionem Sententiæ A. C. quasi nullæ, & iniustæ primum possessorem, non priuantis. *Postb. obseruat.* 12. *ab initio, & num.* 36. *Rota coram Buratt. decis.* 293. *num.* 3. *& coram Eminentissimo D. Cardinali Ottobono decis.* 155. *num.* 3. *& decis.* 45. *num.* 3. *vers. non obstat, & decis.* 303. *num.* 3. *par.* 9.

5 Quia non ità de facili spoliatus à Iudice
6 restituitur cum præsumptio † stet pro eius facto.

&c. *Posth. decis. 428. apud Fenzon. ad Statut. Vrbis,*
7 *decis. 120. §. Causæ autem,* quinimò † iniustitia debet esse valde patens, & notoria, vt æquipararetur nullitati, *si expressim. 19. ff de appell. cap. 9 de sent. & reiud. Rota in Celebri Romana de Bombellis apud Posth. decis. 9. num. 19. Fenzon. decis. 56 & apud Mangil. de subhast. decis. 95. comprobata coram Caual. decis. 337. num. 1. & decis. 362. sub nu. 1. par. 4. recent. & coram Buratt. decis. 158. nu. 6.* vbi
8 declaratur tunc adesse iniustitiam † patentem, & notoriam quando est adeo euidens, vt nulla ratione velari possit, & nullo velamine offuscari. Immo ad illam tollen. sufficit aliqualis offuscatio, & prius discutien. est, an Sententia sit iniusta deinde, an iniquitas notoria per confessionem, vel rem iudicatam, *dicta decis. 158. num. 7. & 8.*

Nullitas verò, aut euidens iniustitia æquiualens nullitati à Gabriela non fuit probata,
9 cum fideicommissum ab ea † prætensum nõ sit litterale, quinimo coniecturale, vt in Decisionibus pro Gabriela, adeoque in hoc fideicommisso non notorio, sed ambiguo, non potest excipi de notoria iniustitia præsertim,
10 cum voluntatis defuncti, quæstio † in existimatione Iudicis est *l. 7. C. de fideicomm.* Pariter non obstant duæ Decisiones, & Sententia, super bono Iure, etiam ad effectum manutentionis Gabrielis.

11 Quia est suspensa, immò extincta per appellationem, ad *text. in §. vlt. l. 1. ff. ad Sen. Conf.*
12 *Turpill. & ibi gloss.* manutentio † vero datur etiam in gradu appellationis, vt suprà, & in puncto *Rota decis. 228. lo. 2. in fine, & decis. 316.*
13 *num. 16. par. 9.* nam in summarissimo † possessorio, non multum interest iustè quis, an iniustè possideat, *§. ex contrario, l. 1. ff. de acq. poss. & ibi gloss. in summa, & gloss. verbo non consuetũ, Posth. obseruat. 42. num. 90.*

Eoque magis, quod ex Decisionibus, non dicitur constare de notoria iniustitia, nisi ad-
14 sit † confessio, vel res iudicata, vt inquiunt *dicta decis. 362. num. 4. & dicta decis. 150. dicto numer. 8.*

Multo minus oppositæ nullitates obstare vitæ iunt, non quidem prima, quod Sententia A. C. lata fuerit per contradictas, Sede Apostolica vacante, quia de obseruantia, & stylo exequendi Causas contra absentes, & contumaces citat. per contradictas coram A. C. sede vltima vacante à 7. Ianuarij, ad 7. Aprilis 1655. contestati sunt Notarij A. C. quorũ
15 fides, licet † extraiudiciales bene probant stylum in ordinarijs. *Rota dec. 423. n. 3. par. 9. & plures congesti per Capucc. prax. maior. cap. 9. nu. 23. par. 1.* nec etiam secunda quod cum procu-
16 rator Gabrielæ comparuerit † in actis causæ non debuit contra eam procedi per contradictas, ad *Capucc. prax. cap. 6. num. 124. part. 1. Rota coram Cassad. de Iudic. decis. vlt. num. vlt.* Nam procurator post comparitionem decessit ab Vrbe ad publicum officium, vt notum est, & absentia fuit coram A. C. probata per duos
17 Testes in † actis, vt monuit ad Cautelam. *Capucc. dicta praxi, cap. 3. num. 12. & 13. part. 1.* Immò si Procurator extra tempus feriarum, etiam ex causa recreationis absit ab Vrbe, facta coram Iudice fide de absentia, potest con-
18 tra talem † Procuratorem procedi per contradictas. *Capucc. dicto cap. 6. num. 126. ad Rotam dicta decis. vlt. num. 2. & in Nouis de Iudic. decis. 5. alias 129.* non sufficiente, quod Domum aptam, & procuratorem substitutum relinquat cautus enim esse debet procurator, quod si aliquando à Curia discedat, debebit amicum substituere, & substitutionem deducere ad notitiã partis aduersæ, ne animi eius recrea-
19 tio clienti præiudicium afferat † potest enim contra eum procedi per contradictas, &c. apud *Capucc. dicta praxi, cap. 5. nu. 311. & 312.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Bononien Bonorum.

Ven. 4. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Societas ex quo arguatur, & prætendens se esse socium quid probare teneatur. Laudum, quando substineatur. Clericus est incapax negotiationis. Societas non probatur nisi per actus concludentes, & verè indubitatos. Interesse participatio quid inferat.

SVMMARIVM.

1 *ex Librorum socialium intitulatione arguitur quinam sint socij.*
2 *Societatem fuisse contractam inter duos desumitur ex instrumentis, & libris, in quibus duorum tantùm nomina socorum sunt descripta.*
3 *Socium se esse prætendens debet probare negotiationem etiam nomine proprio gestam fuisse.*
4 *Societas cessante lucrorum communicatione contracta non censetur, cum deficiat causa principalis propter quam contrahi solet societas.*
5 *Peritorum relationi de negotio informatorum multum defertur.*
6 *ex Confessione partis herè arguitur, an quis communi nomine tamquam socius, an pro se, & proprio nomine mercaturam fecerit.*
7 *Clericus non potest negotiari, & mercaturam exercere.*
8 *Interesse participatio quoad negotium probat solum societatem in illo, & non in alio.*
9 *Societas non probatur nisi per actus concludentes, & indubitatos, & qui citrà ius, & nomen socij fieri non possunt.*
10 *ex Statuto fori Mercatorum* rubr. 19. *requiritur, quod libri eorum habeant numeros marginales, & intitulationem.*
11 *Epistola quod non veniat attendenda sufficit quod non fuerit recognita.*
12 *Societatis regulis, & naturæ repugnat, quod socius creditum, & debitum eodem modo quo cæteris creditoribus, & debitoribus detur.*
13 *Societas vt inducatur necessarium est, vt quis tamquam socius contrahat, non pro se, sed communi nomine.*
14 §. *Socius ille non arguitur, qui tamquam inuenis, & famulus alicui negotiationi inseruit.*

15 *Tran-*

15 *Transactio facta ex falsa causa, dolo malo extorta præsumitur, & remanet nulla, & inefficax.*
16 *Minor infante instrumento adesse tenetur.*
17 *Tutor contractum ad sui favorem autorizare non potest.*
18 *Laudum latum sine debitis solemnitatibus non subsistitur,*

DECISIO LVI.

DVO ex quinque fratribus filijs Silverij Zeneroni Io. Baptista, & Laurentius instituerunt Bononiæ negocium Aromatariæ post quorum obitum, prætendentibus Bernardino, & Claudio, nomine etiam Antonij alterius fratris negocium non fuisse in dominio solummodò Io. Baptistæ, & Laurentij, nec illorum propriũ, sed sociale, & cõmune omnibus fuit inita cõcordia inter eos, & Victoriam matrem, & Tutricem Annæ Mariæ, & Silveriæ filiarum Io. Baptistæ, in qua diuisis omnibus bonis dd. Io. Baptistæ, & Laurentij in quatuor æquales partes fuit assignata dictis filiabus, alia Claudio, alia Bernardino, alia hæredibus Laurentij, cum autem Silveria vti etiam cessionaria Annæ Mariæ sororis iudicium introduxerit contra Bernardinum, qui solus superest ex dictis fratribus dicti dubium, an & ad quid Bernardinus teneretur, & cum teneri restituere portiones habitas ex hæreditate d. Io. Baptistæ resolutum fuit.

Firmarunt enim DD. negocium Aromatariæ non fuisse sociale, & commune omnibus fratribus, sed proprium Io. Baptistæ, & Laurentij, cùm ex libris eiusdem negocij appareat ità cœptum, & contractum sub eorum
1 solo nomine, & signo; ex tali † cum intitulatione dignoscitur dd duos fratres non exercuisse negocium cõmuni nomine tanquam socios aliorum fratrum, sed nomine proprio, & ad proprium commodum, vt concludit *Bartol. in l. si Patruus num. 5. in fine Bald. num. 6. C. commun. vtriusque Iud.* & idem *Bartol. in l. Titium & Mævium §. altero ff. de administrat. Tutor. Ceph. cons. 340. n. 2. & 30. Dec. cons. 21. sub num. 6. Grat. cons. 118. lib. 1. sub num. 12. Rot. recent. par. 8. dec. 98 num. 7. & decis. 126. num. 8. & decis. 40. num. 5. corã Eminentiss. Card. Otthob.*

Idque constat ex contractibus quamplurimis sub solo nomine eorundem, & signanter ex acquisitionibus Prædiorum in vocabulo *la Gaiana, & Villanova*, cum isti duo tantùm fratres illa eorum nomine, & ex propria pecunia emerint sicuti testantur non solùm Instrumenta, sed etiam libri præfati, in quibus sunt descripta sub nomine Ioannis Baptistæ, & Laurentij de Bernardino, & Claudio,
2 nulla habita mentione, ex quo † pariter resultat coniectura societatem non fuisse contractam *l. ne seruius ff. de neg. gest. Bartol. in d. l. si patruus C. comun. vtriusque Iud. & in d. l. Titium, & Mævium §. altero ff. de administrat. Tutor. Bald. consil. 481. num. 2. lib. 1. Alexand. cons. 76. num. 13. lib. 4 Aymon cons. 26. nu. 2. Menoch. cons. 21. nu. 15. Ceph. cons. 340. num. 1. Mascard. concl. 1316. num. 28. & seqq.*

Et proculdubio cum in eisdem libris adsint partitæ pro rata Capitalis, & lucrorum positæ ad creditum Cæsaris Geruesoni eorum Auunculi, cum quo per quinquẽnium promiscuè negotiati sunt, si enim negotiatio fuisset gesta etiam nomine aliorum fratrum
3 illi † quoque reperiuntur descripti Creditores capitalis, & lucrorum arg. *l. unica §. si autẽ deficientis C. de caduc. tollend.* Cessante autem communicatione lucrorum, aut positione capitalis in communi non censetur contracta societas, † cum deficiat causa principalis
4 propter quam contrahi solet *Bartol. in d. l. Titium, & Mævium §. altero ff. de administrat. Tut. Bald. & alij in d. l. si patruus C. communia vtriusque Iudic. Castrens. cons. 73. sub num. 1. lib. 2. Bertrand. cons. 294. num. 3. & seqq. lib. 2. par. 1. Ceph. cons. 247 num. 2. Grat. cons. 118. num. 12. lib. 2. Rot. d. dec. 126. num. 6. par. 8. recent.* Idemque testantur Periti,
5 asserentes † negocium totalitèr spectasse ad Ioannem Baptistam, & Laurentium, nec partem aliquam habuisse Geruesonum, quibus tanquam practicis, & informatis standum esse disponit *Text. in l. 1. in princ. ff. de ventr. inspic. cap. fraternitatis de frigid. & malefic. iat. Rota coram Buratt. dec. 419. nu. 2.*

Quod comprobant litteræ Silverij Patris, & Claudij fratris, in quibus apertè legitur, quod negocium pertinebat ad Ioannem Baptistam, & Laurentium, ibi, *Il vostro negotio*, & ibi, *hò inteso come hauete tolto vna Bottega che piaccia à Nostro Signore, che vi dia sanità, pace, e guadagno.* Post verò obitum dictorum fratrum idem Claudius tanquam Tutor Catharinæ, & Claudiæ filiarum Laurentij nec non idem Bernardinus vice, & nomine etiam Annæ Mariæ, & Silveriæ filiarum Io. Baptistæ exegerunt partitam lib. 1600. eiusdem negocij, & sic ex confessione tàm Patris, quàm fratrum apparet, quod illud erat eo-
6 rum proprium ex confessione † enim partis præsertim adminiculata benè arguitur, an quis communi nomine tanquam socius, an pro se, & proprio nomine mercaturam fecerit *Menoch. cons. 553. num. 16. vers. quæ sanè confessio Rot. d. decis. 68. num. 1. & decis. 126. num. 9. & 10 par. 8. recens. & in Anconitana Officiorum, seu Nullitatis concordia 4. Decembris 1647. coram bo. mem. Arguelles §. eoque magis;* Vltrà quod Claudius
7 vti Clericus † non poterat negociari, & mercaturam exercere *cap. penult. & vltimo de vit. & honest. Clericor. Menoch. cons. 12. num. 12. Rinuald. Jun. cons. 28. sub nu. 14. Rot. coram Buratt. dec. 908. num. 7.*

Non obstat Epistola scripta, vt prætenditur à Ioanne Baptista, & Laurentio Cæsari Geruesono, in qua scripserunt habere in negocio interesse suorum de Bergomo nam illa non concludit aliquam societatem quoad Aromatariæ, sed solùm asserit, quod ipsi habebant in negocio tèr plus capitalis, quam haberet Geruesonus, ibi, *Al presente ci trouiamo nel negotio tre volte più di capitale di voi, imperò di questo lo sapete, perche c'habbiamo l'interesse de nostri di Bergamo, che rimise il nostro Gio. Battista à Venetia.* Prout reuera constat ex libris prædictis

dictis fuisse remissas Bergamo Venetias ad Grigios lib. 3323. & propterea verba illa, *e babbiamo l'interesse de nostri di Bergamo* nequeunt intelligi de participatione, nisi ratione huiusmodi interesse Bergomi. Participatio
8 autem † interesse, quoad vnū negotium probat solùm societatem in illo, sed non in alio. *Bartol. in l. 1. §. si quis hoc instrumento ff. de vtin. actuq. privat. & in l. Titium, & Mevium §. altero in fine ff. de administr. Tutor. Dec. cons. 21. n. 3. Cephal. consil. 247. num. 26.*

Immò nec videntur posse ad interesse Patris, & fratrum referri, cum pater se iam cōtulisset Bononiam cum vxore, & filijs, sed potiùs ad interesse ipsorum Io. Baptistæ, & Laurentij ratione dd. lib. 3323. quæ solo nomine eorundem tractæ fuerunt Bergomo Venetias, adeòut ex huiusmodi Epistola nullo mo-
9 do dici posset probata societas, † quæ non probatur nisi per actus concludentes, & indubitatos, & qui citra lus, & nomen socij fieri non possint *Cirier. contron. 477. num. 8. Castr. cons. 73. num. 1. & seqq. lib. 2. Rot. decis. 214. num. 15. par. 6. recent. & coram Eminentiss. D. Card. Ottbob. decis. 94. num. 7.* & in his terminis *d. dec. 68. n. 20. cum seqq. & decis. 126. sub num. 6. & 7. par. 8. recen.*

Vlteriùs prætensa Epistola non est Epistola originalis, sed copia transumpta ex libro non habente numeros marginales, nec intitulatio-
10 nem ad formam † Statuti fori mercatorum, vt *in Rubr.* 19. ex quibus, & aliis visa fuit DD.
11 valdè suspecta, & sufficit, † quod illa non fuerit recognita ad effectum, quod non veniat attendenda *Oldrad. cons. 227. num. 6. Rota in recent. decis. 452. num. 1. par. 3. in Albanen. hereditatis 28. Iunij 1660. & 11. Martij 1661. coram R. P. D. meo Albergato.*

Minusuè prætensam societatem concludunt pecuniæ subministratæ per Claudium, ascendeſi, vt prætenditur ad lib. 11. mil. nec per Siluerium Patrem, qui solùm obtulit 50. Zecchinos, de quorum solutione non con-
12 stat, tum quia in † libris præfatis datum fuit vtrique creditum, & debitum eodem modo, quo cæteris creditoribus, & debitoribus quod Regulis, immò naturæ Societatis repugnat, *Dec. d. cons. 21. sub nu. 6. vers. vltimo praedicta Grat. cons. 118. sub num. 12. & seqq. lib. 1. Decian. cons. 36 num. 36. lib. 1.* Tùm etiam quia ad hunc effectum, non sufficit pecuniam mercaturæ expositam esse communem, vel creditam, sed
13 est opus, † vt quis non pro se, sed tanquam Socius contrahat. atque mercetur, *Bart. in d. l. Titium, & Mevium §. Altero ff. de administr. Tutor. Dec. d. cons. 21. sub num. 11. Decian. cons. 36. nu. 39. lib. 1. Cephal. cons. 247. num. 13.*

Et licet Bernardinus inseruierit in apotheca, non propterea sequitur illum fuisse admissum in socium, quia cum præcellerit societas inter istos duos tantùm fratres, nihil vnquam de lucris eidem communicando præsumitur fuisse retentum, ex fraterna charitate, & affectione, dum erat solum ætatis annorum decē,
14 & postea † se exercuisse vti iuuenem, & famulum, iuxtà notata per *Surd. cons. 441. num. 9. & 10.* & in his terminis *Rot. d. decis. 68. sub n. 14. & dec. 126. nu. 5. par. 8. recent.*

Hoc igitur firmato dixerunt DD. transactionem initam per Victoriam Matrem, & Tutricem Annæ Mariæ, & Siluerię non subsistineri ex defectu causæ principalis, propter quam illa inita reperitur, scilicēt ex eo quod negotium Aromatariæ fuerit sociale, & com-
15 mune, vndè tanquam facta † ex falsa causa, dolo malo extorta præsumitur, & proinde remanet prorsùs nulla, & ineffi ax *Aymon. consil. 528. num. 17. Menoch. cons. 91. num. 26. & nu. 40. & seqq. Rot. coram Merlin. decis. 603. num. 1. & in Bononien. nullitatis concordia 27. Ianuarij, & 1. Iulij 1648. coram bo. me. Bichio, & 19. Apr. 1649. coram Reuerendiss. Royas Episcopo Tarraconen, & 4. Febr. 1650. coram R. P. D. meo Celso, & coram Eminentiss. D. Card. Ottbob. dec. 25. nu. 3.*

Eoque magis cum transactio fuerit inita cum Victoria Matre, & Iudice absque interuentu, & consensu Annæ Mariæ, & Siluerię, quarum prima dum agebat decimum suæ ætatis annum, & altera nonum, & sic erant
16 maiores † infante debebant interuenire, & adesse Instrumento, vt firmat *Socin. consil. 24. num. 45. lib. 1. Peregrin. consil. 74. num. 4. lib. 3. Rota decis. 178. num. 6. apud Reuerendiss. Tarraconen. & in recent. decis. 470. numer. 11. par. 9. & in Romana Domus 4. Maij 1648. coram bo. me. Bichio*, licèt ex aliis cautis id noluerit firmare *in Romana Cenjus 22. Iunij 1648. coram Reuerendiss. Terraccen.*

Maximè quia eadem Tutrix habebat interesse, cum ex causa istius transactionis fuerint eidem assignata nonnulla bona, & promissa quantitas lib. 5000. vt patet ex ipso Instru-
17 mento transactionis, vndè † non poterat authorizare contractum ad sui commodum, vt *in l. 1. & l. pupillus in fine ff. de auth. Tutor. & in §. finali instit. eod. tit.* & notat *Bald. cons. 200. in fine lib. 3. Dec. consil. 479. num. 1. Surd. cons. 9. numer. 36. Vinc. de Franch. decis. 13. num. 4. Rot. in recent. decis. 492. num. 9. par. 1. & dec. 25. num. 3. & 23. par. 3.*

Nec refert, quod dicta tranſactio facta sit
18 præcedente laudo, nam cum illud † latum fuerit sine debitis solemnitatibus non potest subsistineri, *ex Lap. allegat. 102. num. 3. Soccin. consil. 18. num. 23. & seqq. Roman. cons. 173. sub num. 1. Rot. recent. par. 4. tom. 3. decis. 646. num. 4. & seqq. & decis. 169. num. 11. par. 6.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Deuolutionis Domus.

Veneris 4. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Emphiteuta nominans ad Emphiteusim potest vni conferre titulum, alteri verò commoditatem fructuum, nec potest ad titulum nominatus post acceptationem sub onere in præiudicium illius, cui fuit percipiendi fructus applicata commoditas renunciare, maximè cum tituli diuisio à commoditate fructuum à iure permittatur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Titulus in vnius persona residere potest, etiam si alteri vtilitas fructuum tributa fuerit, & v. 10.
2 Nudum consideratur, vt à commodo, & titulo abstractum, & vt à sola commoditate, non autem à titulo separatum.
3 Officia Romanæ Curiæ aliquando vni personæ respectu tituli largiuntur alteri verò respectu dominij, & commoditatis percipiendi fructus.
4 Nominatio Emphitevtæ non in solo titulo consistit, quando ipsi alter fundus concessus fuit.
5 Nominatus ad Emphitevsim non potest grauari.
6 In Emphitevsi pactionata nominans adstrictus ad eligendum vnum ex pluribus expressis in investitura nihil de suo nominato tribuit, dum iste à Domino directo beneficium electionis obtinet.
Secus in Emphitevsi hæreditaria, & nu. 7.
8 Nominatio quando pendet à mero arbitrio Emphitevtæ electus censetur à nominante Emphitevsim obtinere, & super ea potest legitimè grauari.
9 Ecclesia Emphitevsis est incapax vti manus mortua.
11 Emphitevsis quamuis consensum Domini directi requirat, vt possit transferri in personam inhabilem, tamen commoditas fructuum potest personæ incapaci ad sui vitam ab Emphitevta obligari.
12 Titulo diuiso à commoditate fructuum à Iure permittitur.
13 Renunciatio tituli post acceptatã sub onere à nominato in Emphitevsi nominationẽ non valet adimpleri præsertim in præiudicium Iuris Ecclesiæ quæsiti
14 ex Fideiussione vertur securitas solutionis debiti.

DECISIO LVII.

ITERVM Domini responderunt pro exclusione deuolutionis à Reuerendissimo S. Petri Capitulo petitę super domo Emphiteotica, ad quam Franciscus Turrettus Paulum Brunamontem nominauerat, quia cademinet nominatio expleta conuincitur in vim pacti inserti in Instrumento Inuestiturę, cui Apostolica Sedes confirmationis robur attribuit, vt in Summ. Ecclesiæ *num.* 1.

Non obstat, quod Paulo nudum dumtaxat nomen delatum fuerit, dum redditus domus quicunque vna cum oneribus cedere debet ex præcepto Testatoris Ecclesiæ Diuæ Mariæ de Monte Soracte.

1 Siquidem valet titulus † in vnius persona legitimè residere, licèt fructuum vtilitas alteri attributa fuerit, vt respondit in specie *Rota in Romana Emphitevsis* 18. *Iunij* 1640. *cor. Hieronymo Verospio* §. *neque huic declarationi vers. neque est nouum*, id quoque videtur innuere *Bald. in l. si quis Titia* 17. *num.* 2. & 3. *ff. de leg.* 2. dum
2 asserit nudum † dupliciter accipi posse, hoc est, vt à commodo, & titulo abstractum, & à sola commoditate, non autem à titulo separatum, ibique *Imol. num.* 2. *Rot. coram Gregor. decis.* 544. *num.* 28. & edocet quotidiè praxis in
3 Romanæ Curiæ officijs † vni personæ respectu tituli consuetis elargiri, alteri verò respectu dominij, ac fructuum commoditatis, vt aduertit *Gratian. discept. forens. cap.* 730. *num.* 4 9 *Salgad. in Labyrinth. creditor. par.* 2. *cap.* 35. *num.* 11. *Rot. decis.* 305. *num.* 1. *par.* 6. *recent.* & *decis.* 150. *in priuc. pall Pasitis. de Saluian.*

4 Præterea Pauli nominatio † non in solo dumtaxat titulo, seù nudo nomine consistit, dum ipsi domuncula quoque annui redditus scut. 18. concessa conuincitur, vt ponderat in terminis *Gamus decis.* 70. *nu.* 2. quæ licèt nunc à domo, de qua agitur distincta, ac separata noscatur, olim tamen eidem erat annexa, ac sub eadem inuestitura comprehenditur, prout beneplacitum *fan. mem. Pij V.* expressè demonstrat.

Et licet *Pereira decis. Portugall.* 6. *num.* 5. nec non *Caldas. de Emphitevs. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 15.
5 nominatum † ab Emphitevta, asserens non posse grauari; illorum tamen opinio in-
6 Emphitevsi † pactionata procedit, in qua nominans tanquam adstrictus ad eligendum vnum ex pluribus expressis in inuestitura de suo nihil nominato attribuit à Domino directo obtinenti beneficium electionis, licèt ex nominatione illi quodammodo gratificetur, non autem † obtinet locum in Emphi-
7 teusi hæreditariæ qualitatis, quoties videlicèt in ipsius potestate, vt in proprio casu, resideat incertum quemcunque ex incertis eligere,
8 tali quippe casu, dum nominatio † pendet ex mero Emphitevtæ arbitrio electus proindè censetur Emphitevsim à nominante obtinere, ac consequentèr potest super ea legitimè grauari, vt se benè declarat idem *Caldas. lib.* 3. *cap.* 16. *numer.* 6. *cum seqq. Hieronym. Palm. cons.* 62. *num.* 11. *cum seqq. Rouit. consil.* 104. *num.* 1. & 4. & *num.* 7. *cum seqq. lib.* 2. *extrique in decis. edita* 29. *Nouembris* 1653. in hac noua disputatione dubij ex Tribunalis Stylo supponenda, vt testatur *Rota coram Burat. dec.* 596 & penes *Zacch. de oblig. General. decis.* 275. *vbique num.* 1.

Hinc non vrget, quod Ecclesia Diuæ Ma-
9 riæ, vti † manus mortua Emphitevsis incapax reputetur, dum enim in persona capaci hoc est in Paulo titulus residet, nullum fructuum respectu Capitulo præiudicium irro-
10 gatur, quos † Testator donec in humanis idemmet Paulus existat Ecclesiæ Diuæ Mariæ potuit elargiri ex doctrina *Bald. communiter recepta in l.* 1. *num.* 10. *cap. qui bon. ceder. poss.*
11 asserentis in specie, † quod licet Emphitevsis absque directi Domini assensu in personam nequeat inhabilem transferri, attamen com- 1
moditas ‡ fructuum valet ab Emphitevta eidemmet personæ incapaci ad sui vitam distrahi, ac obligari *Ruin. cons.* 176. *num.* 13. & 18. *lib.* 1. *Roland. cons.* 80. *n.* 35. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 1022. *Can. nu.* 7. *cum seqq. Grat. cons.* 54. *n.* 14. *lib.* 1. *Grat. discept. forens. cap.* 40. *num.* 11. & 12. *Rot. dec.* 167. *num.* 9. *cum seqq. par.* 3. *recent.* & *in Romana Saluia-*
ni 9. *Decembris* 1644. *in primo*, & *secundo* §. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et sicuti Capitulum conqueri nequiret in casu, quo Emphitevsis tàm tituli respectu, quàm fructuum translata foret in Paulum, 1
ità quoque ægre ferre non debet, vt Ecclesia fructus assequatur donec idemmet Paulus in humā-

humanis exiſtat, dum nullum eidemmet Capitulo ex tali diſpoſitione detrimentum in-
12 fertur, ac diuiſio † tituli à fructuum commoditate ex iuris diſpoſitione permittitur, *Aymon. conſ. 213. num. 2. Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 9. num. 260. cum ſeqq.* clariùs *in §. feudum queſt. 31. num. 9. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. gloſ. 2. par. 1. num. 110. Fulgin. de Iur. Emphit. tit. de var. caducitat. qu. 6. nu. 6.*

Neque renunciatio tituli ex Pauli parte ſequuta poterit obeſſe Eccleſiæ, nec enim re-
13 nunciatio † poſt acceptatã ſub oncre ab ipſo nominationem expleri non potuit, vt aduertit in ſpecie *Pereir. deciſ. Portugall. 29. num. 5. ad med.* in præiudicium præſertim Iuris Eccleſiæ quæſiti, vt ponderatum fuit in deciſione præterita.

14 Difficultas verò exigendi Canones † viſa fuit penitus remoueri, ex oblata per Eccleſiam fideiuſſione pro futura Canonum ſolutione, vt in his terminis aliàs Rota cenſuit *in Placentina Emphiteuſis 7. Iunij præteriti coram me.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. ALBERGATO Sacræ Rotæ Decano.

Romana fideicommiſſi de Stephanis.

Venetis 4. Maii 1663.

ARGVMENTVM.

Tutor quando datus eſt ſimul cum alio Tutore non poteſt per ſe auctorizare contractum, ex quo aliquid lucri percipit. In contractibus minorum quid requiratur. Tranſactio quando corruat. Effectum, ea, quæ non habuerunt, non attendontur.

SVMMARIVM.

1 *Tutor cum altero tutore cum verbo, ſimul, aſſignatus nullos actus exercere poteſt ſine ſuo contutore.*

2 *Tutor lucrum ex aliquo actu fauore pupillorum faciendo percipiens, non poteſt in illum auctorizare ſed requiritur alterius tutoris conſenſus.*

3 *Conſenſus proximiorum, & iſtis deficientibus curatoris neceſſarius in contractu faciendo cum minoribus ex diſpoſitione Statuti Vrbis* cap. 113. & 151. lib. 1. *ſine qua ſolemnitate contractus minorum non ſubſtinetur.*

4 *Contractus ratificatio nihil operatur, quando nullitas illius ad notitiam ratificantis non peruenit.*

5 *Tranſactio ex falſa, & inſubſiſtenti cauſa celebrata non ſubſtinetur.*

6 *Infans nihil habet de proprio, & ſic bonorum dominium præſumitur ſpectare ad patrem tàm ratione pecuniæ, quàm patriæ poteſtatis.*

7 *Tranſactio nulla redditur ex læſione.*

8 *Tranſactio inita ſuper re clara, & non præſeferente dubitationem redditur inefficax.*

9 *In ſucceſſione fideicommiſſi attenditur proximitas grauati, & non grauantis.*

10 *Tranſigens ſuper bonis, in quibus ſibi nullum eius competit infert præiudicium alteris ex tranſigentibus, & læſionem enormem, qua ſtante tranſactio non ſubſtinetur, & num. 11.*

12 *in Mandato, & ſententijs ineffectuatis fundamentum fieri non poteſt.*

DECISIO LVIII.

RESTITVTIONEM in integrum competere ſororibus de Stephanis, ac Ioanni Baptiſtæ, & alijs de Quaranta bis reſolutũ fuit coram bo: mem: Dunozetto, quo prædefuncto extenſa fuit deciſio à Reuerendiſs. Papien, & coram R. P. D. Bourlemont, in cuius abſentis locum ſubrogatus repropoſui dubium, & dictum fuit ſtandum eſſe in deciſis; ſubſiſtere enim viſa eſt Dominis nullitas tranſactionis initæ ab Horatio vno ex Tutoribus dd. Puellarum de Stephanis. Tùm quia cum haberet Maſtrotium Contutorem non inſolidum, ſed cum verbo, *ſimul*, aſſignatum, in quo Pater potiſſimum confidebat, vt in Epiſtola Summ. Angelæ, & Io: Baptiſtæ,
1 *num. 1.* non potuit † ipſe ſolus concordare, nec ſine alio ad tranſactionem deuenire, iuxtà *text. in cap. ſi duo 6. de procur. in 6. Bald. conſ. 308. ſub num. 2. verſ. nam vbi apponitur dicta clauſula, lib. 2. Menoch. & alij in prima deciſione Reuerendiſs. Papien. 25. Iunij 1657. §. nullitas, & in alia 30. Ianuarij 1662. coram Reu. P. D. meo Bourlemont §. nullitas clara.*

Tùm etiam quia idem Horatius habebat proprium, & particulare intereſſe lucrum nõ leue ex tranſactione conſequebatur, qua-
2 ratione † in illa auctoritatem præſtare non potuit, ſed alterius Tutoris interuentus requirebatur *l. 1. & l. pupillus 5. ff. de auctorit. Tutor. Surd. conſ. 9. num. 36. Rot. dec. 25. num. 3. & 23. par. 5. rec. Aſtoricen. Cenſus 1. Iulij 1661. coram R. P. D. meo Priolo §. vlterius, & in Rauennaten. relcuationis Indemnitatis 6. Februarij 1662. coram R. P. D. meo*
3 *Ninot §. pariter nulla.* Quinimò vlterius † interuenire debuiſſet conſenſus proximiorum, vel Curatoris loco eorum deficientium deputandi, vt diſponitur in Statuto Vrbis *cap. 13. & 151. lib. 1.* Sine qua ſolemnitate contractus minorum non ſuſtinetur, vt notat ibi *Picgloſſ. 19. ſub num. 3. Rot. coram Seraphi. deciſ. 1187. in fin. Romana Cambij 18. Maij 1557. coram Reu. P. D. meo Verospio §. & licet enim,* & prius in terminis tranſactionis *in Romana Hæreditatis 30. Ianuarij 1654. coram R. P. D. meo Beniaqua*, & fruſtra allegatur ratificatio, quia cum tempore tranſactionis Puellæ eſſent infantes non potuerunt habere notitiam eius nullitatum,
4 ſine qua † ratificatio nihil operatur, vt præter relatos *in prima deciſ. §. denique* dictum fuit *in Romana locorum Montium 28. Martij, & 12. Decembris 1659. coram me.*

Prætereà ad tranſactionem deuentum fuit nulla præcedente legitima cauſa, qualis non fuit illa, quod non omnia bona eſſent ſubiecta fideicommiſſo, ſed libera Laurentij, quoniam quatenùs aliqua ipſorum pars talis finiſſet adhuc clarè ſpectabat ad dictas ſorores tanquam patris hæredes, ſed potiùs ex erroneo, & falſo ſuppoſito, quod cum dictus Laurentius ob delictum ab eo, vt prætendebatur commiſſum fuiſſet condemnatus, nec eſſet

reſti-

restitutus licuerit Natalitio Cessionario fisci ex causa solutionis scut. 700. super bonis fideicommisso subiectis transigere ratione legitimæ dicto Laurentio in ijsdem bonis debitis, quod tamen non solùm non subsistit; Sed contrarium demonstratum fuit Laurentium scilicèt plenariè reintegratum fuisse etiam cum restitutione scut. 700. fisco solutorum, 3 vndè transactio † tanquam ex falsa causa, & insubsistenti celebrata penitùs nec vllo modo sustineri potest, vt pluribus relatis probatur *in prima decis. 25. Iunij 1617. §. nec suppositæ*, cui fundamento non aduersatur prætentio Natalitij, quod cum restitutio scutor. 700. à Laurentio facta fuerit Marco Antonio Patri sine eius consensu, & ratificatione ipse adhuc eiusdem quantitatis creditor remaneret, quoniam cum de tempore factæ solutionis fisco ipse esset in ætate infantili annorum septem nihil habuisse de proprio, sed pecuniæ ad patrem spectasse præsumuntur, & proindè dominium rei emptæ † tàm ratione pecuniæ, 6 quàm patriæ potestatis ad patrem pertinuisse dicendum est *l. cum oportet 6. C. de bon. quæ liber. Gratian. discept. 401. nu. 17. & 18. Cyriac. controu. 38. num. 13. & seqq. Rot. in Esina fideicommissi 14. Decembris 1629. coram bon. me. Pirouano Romana fideicommissi de Spiritibus 12. Decembris 1644. coram bo. me. Bichio §. secundo Instrumentum in recent. par. 9. dec. 318. n. 1. & seqq.*

Subsistere paritèr visa sunt Domini fundamenta læsionis enormissimæ ex cessione facta à DD. sororibus bonorum Vrbis valoris scutorum 10. mil. vt constat ex scripturis authenticis datis in Summario Angelæ, & Ioannis Baptistæ *num. 2. & seqq.* quæ possidebantur à dictis Puellis de tempore transactionis, vt infrà retenta exigua quantitate 7 bonorum, † ex qua etiam inficitur, & nulla redditur transactio, vt in vtraque decisione, & latè deductum fuit *in Romana transactionis 30. Aprilis 1660. coram R. P. D. meo Celso §. etenim*, 8 nec non aliud nullitatis † transactionis tanquam super re clara, & non recipiente probabilem dubitationem initæ super bonis scilicèt Philippi fideicommisso subiectis, quæ per mortem Laurentij ad dictas sorores de Stephanis pertinebant ex litterali præcepto fideicommittentis, vt in hac causa resolutum fuerat *coram Martino Andr. & decisio deinde extensa per san. mem. Innocentium Decimum, anno 1619. die 30. Iunij*, nec contra vtrumque opponere potest Natalitius, quod tanquam in pari gradu cum fideicommittente coniunctus, cum ijsdem sororibus æqualitèr succedere deberet. Nàm vltrà quod ex hoc capite ad transactionem deuentum non fuit, ipse in dictis bonis nihil prætendere poterat; Nam libera transibant ad filias, vt supra, alia verò fideicommisso subiecta ad easdem pariter pertinebant tanquam proximiores grauato, cum de tempore transactionis anno 1622. 9 celebratæ, vigeret opinio, quod † in successione fideicommissi sit attendenda proximitas grauati, & non grauantis, quæ etiam in hoc Sacro Tribunali recepta fuerat, *vt in decisione 107. num. 2. & per tot. coram Buratt. edita de anno 1615.* & aliis relatis *Merlin. decis. 520. num. 1.* & ità in specie in hac causa resolutum fuerat *Martin. Andr. in d. decis. extensa per sa. mem. Innocentium X.*

Hinc non aduersatur, quod bona, quæ apud dictas puellas in vim transactionis remanserunt sint magni valoris, nam quicquid 10 sit de hoc, cum † super illis nullum Ius deducere posset Natalitius semper remanet certa nullitas, & læsio enormissima ex transactione resultan. cum ipse receperit scuta 10. mil. in vim pensionis insubsistentis; Et licèt dicatur, quod nonnulla ex dictis bonis ad Antonium fideicommittentis filium liberè spectabant, quorum possessionem Creditores eiusdem, & mandatum de manutenendo 11 obtinuerant; Nihilominus ad exclusionem Natalitij sufficiebat, quod ab illis cessionem Iurium non reportauerat, sine qua non potuit sub hoc prætextu sorores ad transactionem allicere, & ex illa lucrum ingens percipere *Benintent. decis. 50. per tot. Grat. discept. 772. num. 3. Rot. coram Buratt. decis. 420. sub num. 3. vbi Adden. nu. 5.* & admissum fuit *in Bononien. Census 24. Martij 1653. coram me sub §. Hinc nulla*, & vlteriùs prætensum mandatum de manutenendo, & sententia anni 1594. fauore Creditorum latæ non habuere effectum, dum prædictæ sorores de Stephanis anno 1618. post mortem Laurentij patris auctore Prætore omnium bonorum possessionē adeptæ sunt, & anno sequenti contra eosdem creditores decisionem fauorabilem reportarunt à sanmem. Innocentio X. extensam, vt supra, & 12 proinde in huiusmodi mandato, † & sententijs tanquam actibus ineffectuatis fundamentum fieri non potest *Rota decis. 709. nu. 8. par. 4. diuers. coram Merlin. dec. 406. num. . . dec. 210. nu. 9. par. 8. recent. & in Romana Castri Orciani 15. Maij 1662. coram me §. quæ conclusio.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Romana Societatis Officij

Veneris 11. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Mandatum ex quibus præsumatur; contractus societatis quid ad sui validitatem requirat. Consensus ex quo arguatur. Ratihabitio cōtractus ex quibus iustificetur, & alia de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Societatis contractus ex sui natura partis vtriusque consensum requirit & num. 10.*

2 *Mandatum procura ex coniecturis regulariter dignoscitur.*

3 *Administratio bonorū nepotum ex quibus patruo delata censeatur.*

4 *Verbum* disponere *trāslationem dominij ex sui natura denotat.*

Nisi

Niſi facti circumſtantiæ contrarium ſuadeant n. 5.

6 *Pecuniæ ſub vnius credito, & ad alterius diſpoſitionem depoſitæ poſſunt implicari iuxta placitū propriæ voluntatis, dum deponens de illis rationem reddere tenetur.*

7 *Mandatum patrui ex ſolutione notabilis ſummæ nepotum nomine peracta deſumitur.*

8 *Mandatum præſumitur in ſoluente penſionem pro titulari, etiam in eiuſdem met titularis præiudicium pro manutentione in penſionarij fauorē decernenda*

9 *Mandatum facilius præſumitur inter ſanguine coniunctos.*

10 *Conſenſus non ſolum ex verbis, ſed etiam ex facto & ſignis apparet.*

12 *Contrahens agnoſcens aliquem in Procuratorē nulla ratihabitione conuenta non poteſt exinde illius perſonā impugnare, & mandati defectum obijcere.*

13 *Contractus ratihabitio ex fructuum exactione iuſtificatur.*

Amplia vt num. 14.

15 *Contractus ratihabitio licet ex interuallo peracta retrotrahitur ad diem celebrati contractus.*

16 *In Contractu ſocietatis vel ratihabitio ad cautelam requiritur, vel eſt neceſſaria in caſu, quo à ſtipulante nomine abſentis perſona expreſſa non fuerit, ſuper cuius vitæ periculo reſidet ſocietas.*

Et ratio num. 17.

DECISIO LIX.

MANDATVM ex cauſa fructuum ſocietatis officij relaxatum contra Mutiū Guidottum iterum fore exequendum hodie DD. cenſuerunt, licet enim Mutius ſuper Notariatus officio ſocietatem contraxerit. Cum Patre Rimbaldeſio Nepotū nomine ſtipulante non tamen ſolutionē fructuum ipſe poterit euitare ſub prætextu, quod nullum ex parte Nepotum præceſſerat procuræ mandatum, neque contractus ratihabitio poſtmodum ſubſecuta fuerit, quorum alterum pro lucrandis fructibus contenditur neceſſarium

1 in hoc ſocietatis contractu ex ſui natura exquirente partis vtriuſq; conſenſum vt tradit *Tiber. in praxi lib. 1. cap. 15. num. 3. Boccace. de Societat. num. 117. & 123. cum ſeq. Cirinc. controu. Iur. 253. num. 4. & 5.*

2 Quoniam procuræ mandatum † reſultans regulariter ex coniecturis vt notat *Innoc. in c. ex parte 32. num. 2. de reſcript. Gozad. conſ. 11. nu. 13. Rot. dec. 350. part. 4. diuerſ.* ex eo viſum fuit poſſe deſumi, quod ſumma tradita Mutio ſub credito & nomine fratrum de Rimbaldeſijs fuerat in banco depoſita ad ſimplicem ipſorū

3 patrui diſpoſitionem † cuius virtute pecuniarum adminiſtratio eidēmet patruo delata cēſetur vna cum facultate in quolibet licito cōtractu eas ad nepotum vtilitatem erogandi, vt aduertit *Bald. in l. creditor 60. §. Lucius ibique Adden. ff. mand. Rot. dec. 325. num. 3. part. 1. & 103 num. 17. part. 5. recent. coram Canal. dec. 147. nu. 2. cum ſeqq. & in Romana ſeparationis bonorum 20. Aprilis 1646. §. neque vrgere coram me.*

Quamuis depoſitum ad ſimplicem, ſuonautem ad liberam patrui diſpoſitionem contendatur conceptum, ſiquidem verbum *diſponere* translationem quoque dominij ex ſui

5 proprietate ſolet denotare, niſi† facti circumſtantiæ ſuadeant omnino contrarium, vt dixit *Rot. dec. 771. num. 2. part. 2. recent, & coram Canal. dec. 147. num. 2.* & quotidie praxis edocet,

6 quod pecuniæ † ſub vnius credito, & ad alterius diſpoſitionem depoſitæ ad hoc valent implicari iuxta propriæ placitum voluntatis quippe qui rationem dumtaxat de illis tenetur exhibere.

7 Quinimo mandatum† ex ſolutione notabilis ſummæ nepotum nomine peracta, poſſet quoque deſumi, ne ſoluens cenſeatur voluiſſe iactare ſuum contra diſpoſitionum *text. in l. cum de in debito 15. ff. de probat. & tradunt Innoc. in cap. nonnulli 28. nu. 7. de reſcript. Felin. in cap. ſicut 16. num. 35. de reiud. Bero conſ. 43. num. 57. vol. 3. Gabriel de Procur. concluſ. 1. num. 6. Surd. conſ. 533. num. 2. Gratian. diſcept. 296. nu. 20. Rot. penes Cenc. de cenſ. dec. 273. per tot, & coram Buratt. deciſ. 261, num. 5.*

Ex qua ratione cenſuit in *dec. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. in antiquis* mandatum † præſu-

8 mi in ſoluente penſionem pro titulari, etiam in eiuſdēmet titularis præiudicium pro manutentione, videlicet in penſionarij fauorem decernenda cuius deciſionis authoritatē ſecutus fuit *Dec. conſ. 42. num. 13. Ber. conſ 43. num. 58. vol. 3. Card. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 6. n. 3. Gratian. diſcept. 296. num. 20. Caſſad. dec. 3. num. 4. de procur. & reſponſum fuit in S. Marci penſionis 30. Ianuarij 1612. coram Card. Sacrato impreſſ. poſt. Marcheſ. de commiſſ. tom. 2. fol. mihi 486. num. 6.* vbi firmatur præſertim concluſio, quoties vt in caſu propoſito per Patruū probetur expleta ſolutio;

9 inter ſanguine† enim coniunctos facilius mādatum præſumitur *Ruin. conſ. 101. num. 14. verſ. 2. ſaluatur lib. 1. Paul. de Monte Pico conſ. 97. n. 77.*

10 Cui ſanè concluſioni non repugnat, quod in ſocietatis † contractu exquiratur partis vtriuſque conſenſus quoniam † ille ne dum

11 valet ex verbis conſurgere, ſed ex facto quoque, ac ſignis, vt notat *Roman. conſ. 291. nu. 3. Anthar. conſ. 149. num. 1. ad finem & conſ. 302. n. 2. & 3. Menoch. lib. 3. præſumpt. 56. num. 4. Maſcard. de probat. concluſ. 1309. num. 4. & 8.*

Præterea dum Mutius P. Rimbaldeſium tanquam Procuratorem nepotum agnouit

12 in contractum † nulla ratihabitione conuenta, illius nunc perſonam impugnare non poteſt ac mandati defectum obijcere ad *text. in l. Pomponius ſcribit 10. ff de neg. geſt. Alexand. conſ. 21. num. 1. & 2. lib. 1. & conſ. 133. num. 14. poſt med. lib. 7. Detian. conſ. 53. nun. 6. & conſ. 108. num. 49. lib. 2. Burſatt. conſ. 193. num. 29. verſ. nec perſonas lib. 2. Honded. conſ. 78. nu. 90. lib. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 1110. num. 1. & 2. Rot. dec. 8. num. 4. in fine, & num. 5. de teſtam. in antiq.*

13 Concurrit etiam in caſu propoſito ratihabitio † contractus ex fructuum exactione reſultans, vt aduertit Cardinalis Seraphinus in voto relato apud *Tiber. in praxi lib. 1. cap. 23. fol. 48. ad finem Gratian. diſcept. forenſ. cap. 944. nu. 51 & 57. Rot. dec. 545. num. 6. part. 1. recent.* tum ex

14 procuræ† mandato in tribunali A.C. ſub die 29 Iulij 1660. in patrui perſonam à nepotibus

 explē-

expleto ſub explicita facultate exigendi fructus quarumcumcumque ſocietatum officij corũ nomine contractarum vt ponderauit *Rot. dec. 32.num.2.part.2.diuers, & coram Millin.dec.300.*
15 *num. 3. & 4.* quæ quidem † ratihabitio licet ex interuallo peracta, retrotrahitur ad diem celebrati contractus ex diſpoſitione *text. in cap.ratihabitionem 10.de regul. Iur. in.6. Surd.dec. 70.num.20. Rot.dec.413.num. 92. cum ſeqq. par.9. recent.& in his terminis tradit.Gratian.diſcept.963. num.5.14.& 15.*

16 Animaduertebant denique aliqui ex Dominis in hoc † contractu vel ratihabitionem ad cautelam dumtaxat exquiri vt aduertit *Tiber.ex aduerſo adductus in lib.1.cap.15. num.3.* vel fore neceſſariam in caſu dumtaxat, quo à ſtipulante nomine abſentis perſona expreſſa nõ fuerit † ſuper cuius vitę periculo debet reſi-
17 dere ſocietas, vt declarat in ſpecie *Zacch. de ſocietat.nu.* 398. cuius ea videtur eſſe ratio potiſſima quod tunc † principalis debet in ratifi-
18 catione vitæ periculum nominare ſine quo ſocietas non ſubſtinetur, vt aduertit *Gratian. diſcept.963.num.13. Rot. dec. 363.num.7.part.1.diuerſ.& coram Merlin.dec.306.num.2.* vel demum in caſu quo principalis ratihabitio à Procuratore promiſſa foret.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE,

Poſtea S. R. E. Cardinali.

Bononien Bonorum de Graffijs.

Veneris 15. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Manutentio cui detur. Poſſeſſio ex quibus conuincatur. Poſſeſſio vitioſa & attentata non tribuit ius manutenibile, vnde anteriori poſſeſſori conceditur manutentio. Confeſſione propria nulla maior eſt probatio. Iudex iniuſte procedẽs non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur anteriori poſſidenti.*
Maxime quando poſſeſſio tributa fuit poſſeſſori Iudicis auctoritate quemcumque alium ſua poſſeſſione priuantis & num.2.
3 *Poſſeſſio conuincitur ex mandato de immittendo ad fauorem poſſeſſoris relaxato.*
4 *Confeſſione propria nulla maior probatio.*
5 *Iudex iniuſtè procedens poſſeſſorem ſua poſſeſſione non priuat.*
6 *Spoliatus habens ſe pro non ſpoliato animo poſſeſſionem retinere cenſetur, cum remaneat apud ipſum ciuilis poſſeſſio.*
7 *Poſſeſſio declarata vitioſa poſſeſſori non ſuffragatur.*
8 *Poſſeſſio nulla & attentata nullum tribuit ius manutenibile.*
9 *Bona ab initio ſpolij vitio obnoxia debent à poſſeſſore relaxari quamuis iuſto titulo & bona fide ea acquiſierit.*
10 *In poſſeſſorio ſummariſſimo ſola poſſeſſio inſpicitur*
11 *Poſſeſſori anteriori ſufficit allegare, quod indebitè à ſua poſſeſſione fuerit deiectus ad hoc vt in integrũ reſtituatur.*
12 *Spolij actio competit etiam ei, qui mala fide poſſidet etiam contra bona fide poſſidentem.*
13 *In poſſeſſorio ſummariſſimo poſſeſſor anterior in ſua poſſeſſione eſt manutendus.*

DECISIO LX.

OB deceſſum Lactantij de Craffijs abſq; filijs purificatis in perſonam Scipionis fideicommiſſis per Archangelum Petrum, & Antoniũ de Graffijs inſtitutis idẽ Scipio illa agnoſcens nonnullorum bonorum poſſeſſionem acquiſiuit, cui acquieſcens Cęſar Lactãtij hæres eamque comprobans inſolutum ei tradidit quoddam prædium pro reintegratione alienationũ quas de bonis ex dictis fideicommiſſis prouenientibus Lactantius fecerat; deinde vero d. Cæſar prædicto hæreditatis nomine ab Auditore generali Bononiæ & ſucceſſiue ad A.C. in eorundem bonorum poſſeſſionem ſe immitti obtinuit, delata verò cauſa adhoc ſacrum Tribunal pręuijs pluribus decitionibus tres ſententiæ ad fauorem Scipionis prodierunt. Prima nempe coram R.D.meo Decano altera coram R.P.D. meo Celſo, & vltimo loco coram me in quibus pronunciatum extitit immiſſionem præfatã Cęſari conceſſam fore reuocandam cum omnibus inde ſecutis, proindeque Scipioni decernendum prout decretum fuit mandatum de manutenẽdo, & quatenus opus ſit de reintegrando cuius exequutionem Carolus Auguſtinus prædefuncti Cæſaris filius impedire ſuadens eo ſub fundamento, quod fideicommiſſorum purificatio in eius perſonam cadat ad cauſam ſe admitti facere curauit deducẽdo quoque d. bona ab ipſo poſſideri. Diſputato igitur hodie coram me dubio an ſit procedendũ ad vlteriora in exequtione mandati Rotalis DD. affirmatiuè reſponderunt, quo ad bona Archangeli, & Petri.

1 Manutentio † ſi quidem datur poſſidenti anteriori *cap. licet cauſam de probat. Bartol.in l. ſi duo in prin.ſub nu.4.ff. vti poſſid. Alexand.conſ.88. num.4.lib.3. Couarr.practic.quæſt. cap.16.verſ.duodecimo hac in controuerſia Menoch.de reintegratione remed.3.num.723. Gregor.dec.9. nu.4. & dec.549.*
2 *num.1.* maximè † quando prout hic, poſſeſſio tributa fuit poſſeſſori Iudicis auctoritate priuantis quemcumque alium ſua poſſeſſione *Angel. in l. qui vniuerſos §. item cum præter in fine ff. de acquir.poſſeſſ. idem in l.el.m poſſidere ff.qui mil Numbilius num.2.in fine Alexand.num.2.& alij ff.de acquir.poſſeſſ. l.iuſte poſſidet ff cod.Seraph.dec.1325 num.3.part.2.recent. Dec.conſ.103 num.1. Rot.in recen.deciſ.305.nu.1.& 2.par.6.recent.*

3 Poſſeſſio † autem Scipionis concludenter conuincitur ex inſtrumento de immittendo ad ipſius fauorem relaxato, eiuſdemque ſubſecuta executione ſtatim ac obijt Lactantius vltimus poſſeſſor de quo tempore poſſeſſio à nemine alio fuerat apprehenſa *Otthobonus dec. 164.num.2.* nec non ex approbatione Cæſarij illum

illum recognoſcentis in poſſeſſorē aſſignando ei prædium pro reintegratione fideicommiſſi, quinimo ex iudiciali confeſſione à Cęſare omiſſa pro obtinenda immiſſione aduerſus Scipionem poſſeſſorem ibi *in cauſa quā habet cum D. Scipione Graſſio numquam negauerit, vel impugnauerit poſſeſſionē, ſed illā admiſerit dum petyt pluries ſe immitti expulſo aduerſario*, maior enim
4 probatio † dari nequit propria confeſſione *cap. per tuas de probat. Rot. dec.* 302. *part.* 1. *recent Menoch. conſ.* 1070. *n.* 19. *in fine Seraphin dec.* 1176. *n.* 6. *Burat. dec.* 160. *num.* 6. *& dec.* 491. *nu.* 2. *Rot. dec.* 145. *nu.* 1. *cum duobus ſeqq. par.* 8. *recent. Merlin. dec.* 410. *num.* 1. *Gregor. dec.* 458. *num.* 3. *& ſub nu.* 5. *& 6.*

Neq; dicta poſſeſſione Scipio priuatus remanſit ex poſteriori apprehenſa per Cęſarem de mandato Auditoris generalis Bononiæ confirmato ab A. C. quia † cum ijdem nulliter ac iniuſtè proceſſerint prout aperte deducitur ex ſententijs rotalibus in iudicatum tranſactis non potuerunt priuare poſſeſſorem ſua poſſeſſione cum tali caſu videantur proceſſiſſe tanquam priuati, non autem vti Iudices, & conſequenter ſpolium commiſiſſe dicitur, adeo vt quamuis de actuali poſſeſſione fuerit Scipio deiectus. Ciuilis penes ipſum
6 remanſerit, qui cum non habuerit † ſe pro ſpoliato animo illam retinuit *Paul. de Caſtr. in l. final. n.* 11. *C. de edict. Diui Adrian. tollendo Put. dec.* 419. *num.* 2. *lib.* 1. *Gregor. dec.* 546. *num.* 6. *Rota dec.* 116. *num.* 1. *& 4. part.* 5. *& deciſ.* 145. *nu.* 4. *& 5. part.* 8. *recent. coram Merlin. dec.* 410. *num.* 4. *& penes Poſth. de manutentione dec.* 668. *num.* 5. Ideoque venit manutenendus etiam in naturali *Greg. dec.* 46. *num.* 2. *& dec.* 307. *nu.* 7.

Minus Carolus Auguſtinus ſe tueri valet, ex eo quod poſſeſſionem quam viuente Patre Iure familiaritatis habebat poſt illius obitum ex ſuperuenienti nouo titulo dd. fideicommiſſorū illam Iure proprio continuauerit, nam cum poſſeſſio † Cæſaris, fuerit in hoc
7 Sacro Tribunali declarata vitioſa ei ſuffragari minime poterit *Gregor. dec.* 249. *num.* 1. aliam verò de nouo acquirere nec ſibi licuit defuncto Patre quia, cum vt iam dixi, bona poſſiderentur à Scipione de facto, & abſque Iudicis mandato poſſeſſionē apprehendere, vnde
8 tanquam † nulla, attentata, & ſpoliatiua nullum Ius tribuit manutenibile *l. final. C. ſi per vim, vel alio mod. Ottobon. dec.* 48. *nu.* 2. *& dec.* 57. *num.* 13. *& dec.* 116. *num.* 2. *& 3. Gregor. dec.* 46. *n.* 7. *Duran. nec.* 389. *num.* 1. *& 2. Seraphin. dec.* 271. *n.* 2. *Caual. dec.* 106. *num.* 6. *in recent. dec.* 115. *nu.* 3. *par.* 1 *Gregor. dec.* 206. *num.* 5. *Mellin. dec.* 231. *n.* 1. 2. *& 3.*

Hinc non vrget quod Carolus Auguſtinus contendat ſe vocatum ad recenſita fideicommiſſa, quia † cum controuerſa bona ab
9 initio remanſerint obnoxia ſpolij vitio tenentur illorum poſſeſſionem relaxare, quāuis iuſto titulo & bona fide illam acquiſiuerit, vt notatur in *cap. ſæpe & cap. Reintegranda de reſtit. ſpoliat. Alexand. conſ.* 6. *lib.* 3. *& conſ.* 91. *& 92. lib.* 5. *Ruin. conſ.* 48. *lib.* 4. *Afflict. dec.* 361. *num.* 33. *Caſſad. dec.* 7. *de reſtit. ſpoliat.*

10 Verſamur ſiquidem circa merum & ſummarijſſimum † poſſeſſorium in quo ſola poſſeſſio inſpicitur §. *retinenda Inſtit. de interd. Euarist. dec.* 542. *nu.* 1. *Ottobon. dec.* 208. *num.* 14. neque habetur in conſideratione, quod reus iuſtiorem & meliorem titulum habeat, cum antē-
11 riori poſſeſſori ſufficiat allegare, quod indebitè à ſua poſſeſſione fuerit deiectus iuxta communem, & æquiorem DD. ſententiam admittentium competere ſpolij † actionem
12 ei, qui mala fide poſſidebat etiam contra bona fide poſſidentem *Alexand. conſ.* 6. *lib.* 3. *& cōſ.* 200. *lib.* 2. *& conſ.* 30. *lib.* 5. *Caſſad. deciſ.* 7. *de reſtit. ſpoliat. Dec. conſ.* 57. *col.* 2. *verſ. & his ex aſſibus & col.* 3. *verſ.* 2. *obſtat. & conſ.* 252. *num.* 4. *& conſ.* 130. *in fine Ruin. conſ.* 46. *num.* 6. *vol.* 1. *Gabriel. conſ.* 36. *num.* 3. *verſ. condemnatur poſſeſſor num.* 4. 5. *& 6. lib.* 1. *idem de reſtit. ſpoliat concluſ.* 5. *num.* 30. *& 73 verſ. ſed tenendo aliam Surd. conſ.* 28. *num.* 58. *Theſaur. dec.* 29. *n.* 1. *Mareſcott. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 59 *num.* 11. *Rot. dec.* 344. *num.* 2. *par.* 1. *Adden. ad Greg. dec.* 542. *num.* 11.

Et prędicta DD. exiſtimarunt pro nūc ſufficientia pro reſolutione propoſiti dubij prætermiſſa diſputatione ſuper fideicommiſſis, quæ vti requirente altiorem indaginem impedire nequit, quin Scipio in ſuo ſummariſſimo † manutenendus veniat in ſua anterio-
13 ri poſſeſſione *ad text. in cap. in litteris de reſtit. ſpoliator. Merlin. dec.* 19. *num.* 9.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Donationis.

Veneris 11. *Maij* 1663.

ARGVMENTVM.

Pro declaranda Donantis voluntate recurritur ad coniecturas, quæ deducuntur ex iudicijs probabilibus, & debent non de per ſe ſed coniunctim conſiderarj. Donatio quando dicatur lucroſa. Onus in legitima appoſitum quando ſubſtineatur. Filij merita à patre an veniant remuneranda. Titulus oneroſus quando dicatur non ſinterueniſſe in donatione.

SVMMARIVM.

1 *Donatarij confeſſio voluntatem donantis declarat.*

2 *Voluntas teſtatoris implicita qualis fuerit ex deinde explicitis iuſtificatur.*

3 *Filius in quibus bonis ſucedat vti hæres, & in quibus vti filius.*

4 *Verbum* naſcituris filiis *ad filios naſcituros tam mares, quam fœminas extenditur.*

5 *Diſcretivus modus loquendi diuerſitatem demōſtrat & num.* 6.

7 *Diuerſitate data in vno determinato non æquè omnia determinantur.*

8 *Superfluitas ſemper eſt euitanda.*

9 *Coniectura non de per ſe, ſed ſimul conſiderari debent.*

10 *In Donatione patre ſtipulante pro ſe, & filijs do-*

tio acquiritur filiis vti hæredibus, non vti filijs.

11 *Ad coniecturas est recurrendum pro habenda contrahentis voluntate.*

12 *Conclusio in iure non scripta non attenditur.*

13 *Coniectura etiam à posteriori desumpta admittuntur ad declarandam contrahentis voluntatem.*

14 *Coniectura deduci debent ex indicijs probabilibus non ex demonstrationibus ad oculum concludentibus.*

15 *Bona donata, si longe excedant onus impositum in excessu, donatio dicitur lucrosa.*

16 *Donatario vtilius est recipere donationem cum onere restituendi filijs, quam liberam habere solam portionem legitimæ.*

17 *Onus in legitima appositum sustinetur patre viuente, superstitibus filijs rejicitur ab ea.*

18 *Filij merita, non veniunt remuneranda cum ex debito teneantur erga patrem.*

19 *Titulus onerosus ne intercedat in donatione sufficit quod non possit æquari donationi.*

20 *Expressio meritorum filij est potius color quæsitus in cortice verborum, quam veritas.*

21 *Ratio eadem quando militat, eadem est casuum dubiorum decisio.*

22 *Pater in testamento filium præterieus, ex defectu præteritionis testamentum corruit.*

DECISIO LXI.

DOnationem Guidi Iordani Mercatoris fundacalis acceptam à Gaspare filio pro se, & filijs nascituris suffragari Annæ Felici Vxori, eiusque filijs firmarunt iterum Domini ex coniecturis in duabus decisionibus in causa factis, ponderatis, nam illa insinuata fuit à Gaspare donatario de mandato Guidi donantis eodem modo tanquam facta sibi, & filijs suis nascituris; quamuis enim ea quæ non pendent à nostra voluntate, & potestate sint aliunde probanda, quam ex nostra assertione, Confessio tamen huiusmodi
1 vtpote eiusdem donatarij † de veritate facti instructi, & informati plurimum vrget ad declarandam donantis voluntatem *Corn. cons. 123. num. 14. lib. 1. Aegid. decis. 684. Rot. dec. 264. num. 9. par. 6. & decis. 68. num. 21. & 22. part. 9. recent.*

Ad quãtitatem vero donatam & modum illam soluendi proximè enunciatum referri
2 debet clausula illa, † *& Latius prout in dicto Instrumento* non autem ad expressa circa donationem factam sibi, & filijs de qua Gaspar seperatim, & explicitè mentionem fecit iuxta doctrinam *Bald. in l. talis scriptura §. final. ff. de leg. 1. Mantic. de Coniectur. vltim. volunt. lib. 6. tit. 23. num. 10. Alexand. Conf. 48. num. 6. & 9. lib. 1. & cons. 180. num. 11. lib. 6. Aymon cons. 70. nu. 9. & 11. Rot. decis. 153. num. 7. coram Merlin & decis. 469. nu. 11. part. 9. recent.*

Coadiuuatur hæc vehemens coniectura ex Instrumento eiusdem donationis in quo dos Annæ Felicis assignata fuit Gaspari præsenti, simpliciter; donatio vero facta fuit eidẽ acceptanti pro se, & filijs nascituris, signum
3 euidens † quod filij aliter contemplati fuerũt in dote, ac in donatione, in ista tanquam filij, in illa tanquam hæredes, vt limitando tradunt. *Alexand. in l. si tibi decem, §. si passus sub numer. 8. & Ias. n. 13. ff. de pactis Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 48. Surd. decis. 322. sub num. 21. & seqq.*

Etiamsi stipulationi vtriusque sit appositа clausula cæterata quæ extendit pro hæredibus, quia dum in donatione addita fuit clau-
4 sula pro se & filijs nascituris, quod quidem † verbum *nascituris* adiectum filijs non potest extendi nisi ad filios nascituros tam mares quam fœminas, vt respondit *decis. coram Reuerendiss. Papien. §. non prima sub die 14. May 1657* In dote vero posita sola clausula cæterata, ex hoc discretiuo modo adiecto in eadem parte
5 dispositionis colligitur † quod non eodem modo filij contemplati fuerunt in donatione ac in dote vt probat *Adden. ad sen. Gregor. decis. 301. num. 18. Rot. in recent. part. 9. decis. 235. num. 1.*

Idque augetur ex consignatione fundaci, & rerum fundacalium facta à Guido Gaspari in satisfactionem prœuentiue factam de sũma scut. 22. mil. donata post mortem expresse pro se suisque filijs ad formam donationis, & quamuis deinde subdet, ac hæredibus, & successoribus quibuscunque, tamen placuit responsio, quod cum valor rerum fundacalium scut. 8150. extenderet donationem scut. 22. mil. respectiue summæ donatæ stipulatio intelligi debeat pro se, & filijs ad formam donationis respectu vero residui pro hæredibus, & successoribus: si enim
6 bona † donata eadem debuissent hæredibus eiusdem Gasparis vnica stipulatione pro hæredibus, & successoribus omnes merces traditæ fuissent absque vlla discretiua *cap. ad audientiam de decim. l. vnic. §. deficientis C. de Cadue. tollend. & in specie tradit Surd. decis. 522. numer. 22. in 4. Coniectura, & cons. 554. numer. 8. & 9.*

Nec quidquam facit, quod acceptatio facta à Gaspare respiciat tam filios, quam hæredes, ideoque æqualiter illos determinare debeat; Etenim illa respicit quidem vtrumque determinatum, sed vnum quodlibet cũ sua qualitate etiam diuerso modo vnum ab
7 alio, qua data † diuersitate vno determinato non æque omnia determinat *Aretin. in §. Hinc nobis nu. 37. in fine ibique Angel. Anth. de hared. & Falcid. Rolland. conf. 74. numer. 13. lib. 2. Surd. conf. 426. num. 4. vers. & per hanc rationem Rot. dec. 257. nu. 18. part. 7. recent.*

Minus difficultatem facit, quod valor mercium in excessu compensatus fuerit præsertim per accollationem debitorũ fundaci partim in pecunia numerata, quia vis non stat in modo soluendi inferius Conuento, qui non impedit, quin etiam hæredes remanerent obligati pro summa scut. 6150., quæ vltra quantitatem donatam supererat, sed in duplici, & diuerso modo acceptandi ab initio bona assignata pro filijs ad formam donationis, & deinde pro hæredibus, quod iudicat expressionem hæredum esse restrictam ad sũmam residuam, alias superfluum fuisset mentionem

tionem facere de filijs quod dici non debet
8 & ad hunc † effectum euitandi superfluitatem aduertit *Rot. coram Gregor. decision.* 424. *numer.* 6.

Cōiecturæ autē huiusmodi eo magis militant in proposito casu, quo versamur in donatione contēplatione certi matrimonij facta ab Auo, quinon solū præsumitur habuisse respectū ad nepotes sicuti latè deducitur *in dec.* 14. *Maij* 1657. *coram Reuerendiss. D.no meo Meltio Episcopo Papien.*, sed etiam quia ita voluerit donate referunt duo testes omni exceptione maiores, quorum alter qui expleuit minutam Instrumenti attestatur Guidum mentis, & intentionis fuisse principaliter filijs Gasparis consulere adeo vt cesset quælibet ambiguitas, non enim illorum depositiones &
9 coniecturæ † prædictæ considerandæ sunt vna aut alia de per se, sed debent omnes considerari simul iunctæ, vt in terminis donationis seruauit *Rot. coram Merlin. decis.* 292. *numer.* 63 *iuxta tradita per Mantic. de coniect. lib.* 1. *tit.* 3. *nu.* 28. *Honded. dicto cons.* 08. *num.* 43. *lib.* 1. *Rot. recen. decis.* 266. *num.* 2. *&* 19. *part.* 1.

Quibus non obstant ea quæ in contrarium adducebantur & signanter, quod donatio nō fit facta patri, & filijs, sed patri stipulanti pro se, & filijs, in quo consistit tota vis contro-
10 uersę opinionis, quod tunc † donatio acquiratur filijs vti hæredibus, non autem vti filijs *iuxta gloss. in l. si sibi decem* § *si passus verbo proderit ff. de pact.* quam ex professò comprobat, & defendit *Donat. Anton. de Marin. lib.* 1. *resolut. quotidian. cap.* 8., nam vltra quod illa habet plures & grauissimos contradictores relatos *per Cutell. de donat. contemplat. Matrim. tract.* 2. *discurs.* 1. *special.* 25. DD. responderunt eam in dubio procedere, & præualere, secus quan-
11 do adsunt coniecturæ † pro vocatione filiorum, ad quas esse recurrendum pro habenda contrahentis voluntate concludit *Gloss. in dicta l. si sibi decem*, & cum ea omnes Doctores, etiam pro contraria opinione allegati, & latè dictum fuit in præterita *decis.* 22. *Maij* 1662. *coram me.*

Nec refert quod coniecturæ, vt à regula recedatur, deduci debeant ex eodem Instru-
12 mento, tum quia conclusio † adducta non est regula scripta in Iure, sed opinio DD. sicuti quoque obseruat *Cutell. vbi supra num.* 8. Tum quia non agitur de inducenda voluntate, sed tantummodo declaranda, † quo ca-
13 su admittuntur coniecturæ extrinsecus ab Instrumento, & à posteriori desumptæ, vt voluit *Bartol. in l. maribus num.* 4. *ff. de vulg. & pupillar. quem referunt, & sequuntur Imol. in cap Raymutius num.* 116. *de testament. Calcan. cons.* 8.
14 *sub numer.* 2. *vers. verum planè* non † enim ex demonstrationibus ad oculum concludentibus sed ex inditijs probabilibus coniecturæ deduci debent *Rot. coram Merlino decis.* 228. *nu.* 27. *&* 28.

Cætera leuia visa sunt, & de facili remoueri. Et primo ad libertatem donationis deductam ex onere imputandi bona donata in legitimam, nec non ex remuneratione meri-
15 torum, clara patet responsio, quia † quoad legitimam, cum donatio longe illam excedat, non cessat titulus Lucratiuus *Gabriel. conf.* 127. *num.* 31. *lib.* 1. *Rot. recen. part.* 7. *decis.* 27.
16 *num.* 2. magis enim vtile fuit † Gaspari donationem in hac summa recipere cum onere restituendi filijs, quam liberam habere solam portionē legitimæ iuxta tradita per *Hodiern. ad Surd. d. decis.* 322. *sub num.* 43. *Pignatell. Controu. Forens. lib.* 2. *cap.* 34. *cum alijs in decis. Reuerendissimi Papien. vers. non etiam refragatur*, cum. que hac præuentiua solutione maioris quantitatis accepta in vita patris videtur adeo cō-
17 pensatum † onus super legitima impositum, vt non possit eo defuncto reuocari, sicuti probat idem *Hodiern. vbi supra sub nn.* 45. quicquid secus dicendum esset vbi bona donata legitimæ commensurarentur, & his in terminis loquitur *Rot. apud Merlin. de pignor. decis.* 110. *num.* 46.

18 Quoad remunerationem † meritorum responsio est pariter clara, quia cum filij teneantur ex debito erga patrē ex notatis *per Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 29. *num.* 12. *& seqq. Paschal. de patr. potest part.* 1. *cap.* 3. *num.* 25. seruitia à Gaspare præstita in fundaco & si-
19 milia non sunt talia, † quæ correspondeant donationi summæ notabilis vt requiritur ad effectum vt præstaret titulum onerosum, vt latè dictum fuit *in Romana Census seu Saluia-*
20 *ni* 8. *Iunij* 1654. *coram bo. me. Bichio* Imo † expressio meritorum huiusmodi videtur potius color quæsitus in cortice verborum quam ita se veritas habere, vt admonet *Bald. in l. final. sub num.* 2. *vers. Item non obstat ff. de exercit. act. Menoch. cons.* 112. *num.* 23. *Rot. in Romana seu Esina donationis* 23. *Martij* 1640. *coram Reuerendiss. Ghislerio Episcopo Terracinen.*

Aliud de qualitate mercium, super quibus tanquam venalibus non possit conseruari fideicommissum tollitur ex facto dum donatio est quantitatis scut. 22. mil. exigen ex bonis & effectibus post mortem Guidi, non autem mercium nec dicatur esse inuerisimile, quod donator voluerit grauare filios onere fideicommissi, & non nepotes, cum id sæpè contingat, & in his donationibus contemplatione certi matrimonij cōmuniter fieri solent, quod autem ita donatarius nemine inuenisset, æqui vellet conuenitur fieri solem, quod autem ita donatarius neminem inuenisset, qui vellet contrahere cum ipso cessat ex eo quia sicuti donator ipse ex hac ratione non retrahebatur ab obligando se erga filium, ita non retrahebatur ab obligando filium erga
21 nepotes, † quando enim militat eadem ratio eadem sit decisio casuum dubiorum, vt inquit *Bald. in l. de quibus ff. de leg. Alexand. cons.* 5. *in fine, & cons.* 75. *nu.* 3. *sub n.* 5. *Ayuon. cons.* 118. *num.* 15.

Nec est recurrendum ad illud, quod Guidus expressit in testamento scilicet quod ipse donationem fecerat Gaspari nulla facta mentione filiorum, causa namque huius est non
22 vt filios excluderet, sed ne Omittens † Gasparem instituere testamentū ex defectu præ-

teritionis corruisset, cum ergo hoc fecerit ex necessitate, quam habebat respectu illius non autem respectu filiorum, & Nepotum respectiue nō potest exinde validum argumentum in contrarium desumi, vt in specie ponderat *Riminald.Inv.cons.774.sub num.38. Mastrill.decis. 305.num.6.& 7.*

Ad reliqua singula discutienda progredi superfluum visum fuit, quibus nihilominus satisfaciunt informantes pro filijs, necnon *decis.R.reuerendis.Papien.*

Et ita causa semel atque itetum proposita resolutum fuit vtraque

R. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Censuum.

Veneris 11. *Maij* 1663.

ARGVMENTVM.

Mandatum Communitatis ad hoc vt sit validum totius vniuersitatis in illius expeditione consensus requiritur,quando agitur de re graui.& tangente singulorum interesse,quod deficientibus solemnitatibus à Iure requisitis in *l.final.C.de Vend.reb.Ciuit.*nullo modo sustineri potest.

SVMMARIVM.

1 *Administrator bonorum Communitatis non habet facultatem vendendi bona ad Communitatem pertinentia.*

2 *Census contra dispositionem iuris communis in* l.final. C. de vend. reb. Ciuit. *impositus non sustinetur.*

3 *Consensus Vniuersitatis requiritur quoties de re graui eiusdem interesse tangenti agitur.*
Amplia vt num.4.

5 *Mandatum interesse Communitatis concernens si in illo expediendo non interuenit duarum ex tribus partibus eiusdem consensus non potest sustineri,nec ex illo vlla oritur obligatio.*

6 *Actus rem grauem Communitatis tangens non potest expediri sine totius vniuersitatis consensu, ne detur occasio paucis hominibus bona Communitatis alienandi.*

7 *In actibus publicis ad conuocandos illos ex vniuersitate absentes campanæ sonus requiritur.*

8 *Actus sustineri non potest, quando non adsunt solemnitates à iure requisitæ.*

DECISIO LXII.

IN mandato procuræ facto à nonnullis Hominibus Communitatis S.Agathæ ad imponendos Census quorum validitas approbata fuit die 7.Iunij 1660.visum est Dominis ex facto clarius hodie deducto seruatas non fuisse solemnitates *l. final. C. de vend.reb.Ciuit. lib.* 11. & dubio iterum proposito dixerunt recedendum esse à decisis: factum enim fuit Instrumentum à quibusdam Consilij ordinarij, quod ex 24. Consiliarijs constituitur,
1 quorum † auctoritas solum administrationē & gubernium Bonorum ac quandam præeminentiam in leuioribus respicit, nec habent facultatem vendendi bona ad communitatem pertinentia *Gratian. discept.*196; *num.*16.*& duobus seqq.*, atque ideo † census eiusdem mandati vigore impositi contra formam consuetam ac dispositionem Iuris communis *in dicta l.finali* substineri non possunt *Surd.cons.* 28. *num.* 82.*& seqq. Rolland. à Valle cons.*90.*num.*21. *lib.*1.*Cravett.cons.*652.*num.*1.*& per tot.Ruin.cons.* 189.*num.*5.*lib.*1. *Gratian. discept.*933.*num.*1. *vbi alij* referuntur *Rot. in Bononien. restitutionis Contractus* 25. *May* 1643. *coram Reuerendis. Tarraconen. in recent. decis.* 199. *num.* 12. *& seqq. par.* 9.*& in Comen. pecuniaria* 14. *Martij* 1661.*coram R.P.D.meo Bourlemont §. defectis etiam.*

Non enim sufficiens visa fuit conuocatio
3 Consilij particularis, sed cum ageretur † de re valde graui, & interesse singulorum ratione vtilitatis,quam in particulari ex bonis cēsitis percipiebant conuocandum erat Consilium generale, à quo tota Vniuersitas repræsentatur, & singulorum consensus accedere debuisset *Surd. cons.* 65. *numer.* 17. *& cons.* 290.*num.*12. *Bursatt. cons.*159. *num.*5. *& 6. lib.*2. *Menoch. cons.*80. *num.*22. *& seqq.& cons.*726.*sub num.* 9. *vers. quinimo vocandi erant Osasc. decis.* 39.*num.*2. *Rot.decis* 447. *sub num.*16. *vers. praterea deficit &* 17. *par.*5.*decis.*87.*num.*7. *part.*8.*recent.* & præcipuè quia deuentum fuit ad impositionem Census non ex causa necessaria æris alieni soluendi, vel alia simili, sed ex causa volūtariæ vtilitatis ad effectum scilicet emendi duas possessiones, ex quibus vtilitas
4 sperabatur quo casu omnes † de Vniuersitate ad præstandum consensum erant requirendi *Natt.cons.*215. *num.*5.*lib.*1. *Fab. de Anna cons.* 55.*sub num.*28. *vers.*3.*quia lib.*1. *plenè Bursatt.d. cons.*159.*num.*7.*&* 8 *lib.*1.& facit *decis.*708.*nu.*3. *vers. ista tamen coram Seraphino.*

Quod in præsenti non solum non fuit seruatum sed ex 22. hominibus Consilij Ordinarij nouem tantum interfuerunt, & tamen duæ saltim ex tribus partibus interesse debuissent alias mandatum aliter factum † non
5 est validum, neque eius vigore nasci potuit aliqua obligatio, cum à maiori parte factum dici non possit *l. nulli* 3. *ff. quod vniuscuiusque Vniuers. nomen Lap. alleg.* 72. *sub num.* 3. *vers. nam si tamquam ad Vniuersitatem Cephal.cons.*177. *numer.* 42. *Bertazzol. cons. Ciuil.* 1. *numer.* 130. *Menoch.d.cons.*727.*num.*1. *& pluribus seqq. Gratian.d. discep.*933. *num.*1. *Rot. decis.*249. *num.*5. *part.*4.*recent.*

Quæ nullitas duplici responsione non euitatur quod scilicet maior pars considerari debeat respectu interuenientium non autem in ordine ad absentes;secundo ex licentia ab Eminentiss. D. Legato Bononiæ obtenta Quoniam primum procedere posset, vel si
6 non fuisset actum † de re grauissima omnes tangente, sed cum negocium tale esset, vt dilationem pateretur, si aliqui interuenire nō poterant expectandi erant, ne detur occasio paucis hominibus festinater bona Communitatis alienandi, vel si absentes saltim ad

sonum

ſonum Campanæ more ſolito fuiſſent vocati,vt in hiſtactibus omnino requiritur *gloſſ.in cap.2.de teſtibus Rolland. conſ.90. num. 17. lib.1. cum alijs per Menoch.d.conſ.726.num.9.* & admittit *Rot. in Sulmonen beneficij 1. Iunij 1654. coram me §. nam hæc procedunt*; quo vero ad licentiã cum vltra illam requireretur legitimus numerus Conſiliariorum vt ſupra ex ipſa ſola † actus ſuſtineri non valet, quia non ſupplet alias ſolemnitates de Iure requiſitas *argumento text. in l. ſi quando 35.C.de inoffic.teſtam. Aldobrand. conſ.62.num.22.lib.1. Fontanell.deciſ. Caſalen.263.num.4.& ſeqq. Rot.deciſ.73. num.17.& ſeqq. part. 5. recent. dicta Comeu. pecuniaria 14. Martij 1661. §. nec euitantur coram R.P.D.Bourlemont, & 16. Ianuarij 1662. coram R.P.D. meo Celſo.*

Ex quibus receſſum fuit à deciſus vtraq;&c.

R. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana ſeu Vrbeuetana Succeſſionis.

Veneris 18. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta ſuper bonis fideicomiſſo ſubiectis in præiudicium vocatorum non ſubſtinetur & hoc maxime quando Teſtator prohibuit expreſsè alienationem illorum quo caſu ſtatim aperitur fideicomiſſum ad fauorem vocatorum, quia renunciatio importat alienationem.

SVMMARIVM.

1 *Alienans bona contra prohibitionem Teſtatoris pœnam incurrit, & fit locus vocationi aliorum.*
2 *Alienans bona contra prohibitionem Teſtatoris pœnam non incurrit ſi prohibitionis ſcientiam certam & ſpecificam non habuit & num.4.*
3 *Scientia præſumpta inducitur ex mentione expreſſa Auiæ.*
5 *Ignorantia prohibitionis non excuſat ad effectum recuperandi bona alienata penes tertium.*
6 *Fideicommiſſi portioni pro conſtituenda dote in caſu neceſſitatis poteſt derogari.*
7 *Pactum de ſuccedendo habet tacitam conditionem quatenus in eadem diſpoſitione vſque ad Obitum Teſtator perſeuerauerit & nu. 8.*
9 *Acceptans teſtamentum videtur acceptaſſe Etiam in eo contenta.*
10 *Hæres non poteſt impugnare factum defuncti.*

DECISIO LXIII.

OB alienationem ex renunciatione ampliſſima Catharinæ reſultã reſponſum fuit die 22. Maij 1662. apertum eſſe fideicomiſſum Liciniæ ad fauorem fratrum de Taruiſijs eiuſdem Catharinæ filiorum,& hodie repropoſito dubio, ijdem Domini in deciſis perſiſtendo exiſtimarunt;Clara enim eſt diſpoſitio Teſtatricis, quæ alienationem expreſsè prohibuit ſub pœna priuationis vocando alios ſucceſſiuè ſubſtitutos in caſu cõ-

1 trauentionis, & proinde † cum Catharina renunciando contrauenerit præcepto Teſtatricis factus eſt locus vocationi aliorum *vt in §. purificationem vero & concordat Peregrin. de fideicomiſſ. art.14. num.8. Rot. deciſ. 147. num.2. part.5. recent. & alij relati in Bononien. fideicomiſſi 28. Iunij 1651. §. ex capite etiam alienationis & 17. Iunij 1652. in princip. coram R. P. D. meo Celſo.*

Nec ſubuertitur hoc fundamentum ex eo quod Catharina alienauerit abſque præciſa & indubitata Scientia fideicomiſſi, & ſine
2 dolo & animo illud ſubuertendi, † in quibus terminis ſubſtitutum non admitti durãte vita alienantis voluit *Ruin. conſ.118.num. 11. & ſeqq.lib.2.Rot. deciſ.182. num.1. & per tot. coram Buratt.* Cæterique adducti ab Informantibus pro Miſſino, quoniam præterquod in ipſa
3 renunciatione † expreſſa facta fuit mentio Auiæ, vnde reſultare potuit ſcientia præſumpta,vt deductum *fuit in deciſ.31.Ianuarij 1661.*
4 §. *neque Catharina* aduertebant Domini, † quod non agitur hodie contra Catharinam renunciantem ad effectum declarandi incurſum pœnæ & priuationis, in quibus terminis loquuntur, & procedunt auctoritates in
5 contrarium allegatæ, † ſed cõtra tertium extraneum, in quem bona mediante renunciatione deuenerunt, quo caſu non requiritur ſcientia grauaminis in alienante, ſed per ſimplicem purificationẽ cõditionis poſſunt ſubſtituti contra illum agere ne prohibitio teſtatoris euadat eluſoria *Surd. conſ.116. num.17.& ſeqq. Gabriel conſ.118. num.3.lib.1. bene Honded. conſ.42.num.18.ſub n.2.Rot.deciſ.22.nu.1.& ſeqq. part.1.diuerſ.coram Caual. deciſ.81.num.5.& 6.& deciſ.108.per totam.*

Quoad aliud obiectum quod Licinia in dotem Liuiæ filiæ aſſignauerit non ſolum, bona & iura paterna, ſed etiam omnia Iura eidem obuentura ex perſona matris, & conceſſit facultatem Ardicciono marito etiam reſpectu bonorum maternorum reſtituen-
6 di vel bona, vel pecunias,adeo vt † Nicolaus filius & hæres Liuiæ, & Ardicciono dotem Catharinæ ſorori cõſtituendo in ſumma ſcut. 3000. portionem fideicomiſſi, in pecunia ei reſtituiſſe videatur Placuerunt Dominis duæ reſponſiones deciſionis:Prima quod dũ aſſignatio facta per Liciniam non loquitur de bonis paternis, ſed ſolum Iura paterna, &
7 materna compræhendit, † & ſic præuentiua potius viſa eſt hæreditatis reſtitutio, quæ tacitã habet conditionem quatenus promittens in eadem voluntate perſeueret *Giouaq. conſ.24. num.9.lib.2.Rot.coram Reuerendiſs Tarraconen. deciſ.282.num.13.& ſeqq.& deciſ.311.num.*
8 11. *& ſeqq. & alij relati in §. final.*, vnde poſſit Licinia conſtituere fideicomiſſum ad fauorẽ Liuiæ & deſcendentium *Rot.coram Reuerendiſs. Tarraconen. deciſ.455.ſub num.3.& in Beneuentana hæreditatis 17. Martij 1653.coram Reuerendiſs. Papien.§.neque obſtare,*ſecundo quod Liuia mater Catharinæ poſt dotem in aliis bonis receptã,vt in inſtrumẽto dotali,in diuiſione cum
9 Iulia ſorore deinde facta, † bona de quibus agitur tanquam fideicomiſſaria Liciniæ ma-

10 tris agnouit illius teſtamẽtum acceptando, † quam acceptationem, & confeſſionem Miſſinus ab illa cauſam habens impugnare non poteſt *Surd.conſ.*171. *num.*32. *Tob. Non. conſ.*16. *num.*11. *Rot. deciſ.*207. *num.*42. *part.*4. *recent. dicta Beneuentana* §. *ponderarunt, & in Bononien. fideicomiſſi de Naſcentorijs* 15. *Maij* 1656. *coram R.P.D. meo Celſo* §. *Iuſtitia vero.*

Quæ opponebantur à Miſſino circa detractiones non ſunt præſentis inſpectionis, vbi agitur de purificatione fideicomiſſi tantum, & de illis ageñ erit in Iudicio Immiſſionis.

Et ita vtraque &c.

Præſens iſta hic allegata ſub die 22. *Maii* 1662. *in hac eadem cauſa emanata coram Reuerendiſs. Albergato impreſſa eſt ſupra in precedenti parte* 13. *Recent. in Ordine Deciſio* 457.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Pecuniaria.

Veneris 18. *Iunij* 1663.

ARGVMENTVM.

Dominus fundi agit executiuè pro penſionibus decurſis ad fructus fundi, ſuper quibus præfertur creditoribus conductoris etiã anterioribus, quidquid ſit in decurrendis, vel antea recollectis; nec conductor liberatur ſoluendo locatori, quando aliàs Dominus preſto eſt.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitum habet viam executiuam, ſicut Obligatio Cameralis & num.* 2.
3 *Conductor vigore contractus ſoluere poteſt etiam prædoni, & num.* 5.
4 *Declaratur* lex. in l. ſi Vrbana 55., ff. de condit. indeb.
6 *Dominus fundi pro penſione debita agit executiuè ſuper fructibus.*
7 *Fructus fundi tacitè cenſentur pro penſione Obligati.*
8 *Dominus fundi quouſque non fuerit de penſione ſatisfactus poterit interdicere aſportationem fructuum.*
9 *Dominus fundi ſuper fructibus præfertur anterioribus creditoribus conductoris.*
10 *Dominus fundi præfertur ſuper fructibus pro penſione illius anni, ſecus pro ſequentibus, & n.* 11.
12 *Pecunia dum eſt promiſſa ea eſt ſoluenda, non autem ſpecies.*

DECISIO LXIV.

MANDATVM in ſcutis 672. fauore Capituli Diuæ Mariæ Tranſtiberim. emanatum contra Ioannem Camillum pro pentione Caſalis Fontignani eidem antea locati executum fuit de menſe maij 1661. ſuper herbis eiuſdemmet Caſalis cui executioni ſe ſeſe Paribellus & Maffuccius opponerent ſub prætextu quod Sebaſtianus Ceſius preto ſcut. 350. recepto herbas in ipſos diſtraxiſſet, Idcirco D. Eminentiſſimi Vicarij Locumtenens ne iurium vtriuſq; diſcuſſione pendente herbæ deperirent ijſdemmet Paribello, & Maffuccio illas attribuit ſub cautione tamẽ per eos præſtita in forma depoſiti reſtituendi pretium ipſarum in ſcutis 600. conſtitutum ad omnes eiuſdemmet habentis Beneplacitum, qui contra prædictos depoſitarios, ac Coſtam fideiuſſorem mandatum ſucceſſiue relaxauit ſuper cuius executione mandati poſt delatam mihi cauſam dubium hodie propoſui, ex fundamento Iuſtitiæ reſolutum fauore Capituli reſultan ex indubitato ipſius Capituli credito contra Camillum Conductorem Caſalis; nec non Paribelli, ac conſortum promiſſione cõ-
1 tra quos vti † obligatos Iure depoſiti potuit executiuè procedi ad text. *in l. penultima ibique DD. communiter C. depoſiti Rollend. conſ.*17. *num.*1. *& 2. lib.*1. *Rot. coram Caual. deciſ.*29. *num.*1. *& coram Buratt. deciſ.*516. *in fine vbi Adden.* referunt
2 concordantes, † Accedente præſertim obligatione Camerali, vt *notat. Caſtrenſ. conſil.*260. *num.*4. *verſ. tamen contrarium part.*1. *Theſaur. dec.* 26. *num.*11. *Vrſill. ad Afflict. deciſ.*30. *num.*6. *in fine Zacch. de oblig. Cameral. quæſt.*2. *numer.*5. *Rot. penes eundem deciſ.*152. *num.*2.

3 Nec vrget † *text. in l. ſi Vrbana* 55., *ff. de cond. indebiti* apertè diſponens Conductorem penſionem Prædoni ſoluentem vigore contractus cum eo perhabiti à vero Domino non poſſe vexari cui actio contra prædonem dumtaxat elargitur, vt tradit etiam ibi *Bartol.*, *& Iaſon numer.*1. *cum ſeqq. cæterique contra Alexand. conſ.*120. *num.*7. *lib.*5. *Rub. conſ.*150. *numer.*7. *lib.*1. *Abb. conſ.*16. *col.*2. *ad med. part.*1. Cuius virtute contendunt Paribellus, & Maffucius ex ſolutione Cæſio peracta, licet Prædoni, & de facto intruſo veri herbarum Domini cuaſiſſe.

4 Quoniam prædicti tex. † diſpoſitio locum obtinet dumtaxat in fructibus à conductore retractis, atque conſumptis, non autem quo-
5 ties, vt in proprio caſu † de fructibus pendentibus, nec à ſolo ſeparatis agatur, vt innuit *gloſſ. in eadem l. ſi Vrbana in verbo ſolet, ibique Caviac. littera C, ad finem col.*100. *in Comment. quæſt. Papin. lib.*6.

Hinc ſicuti Camillus verus Conductor Caſalis fructus ibidem præexiſtentes ſibi poterat
6 vendicare ita quoque Caſalis Domino † licuit executionem ſuper eiſdem fructibus pro penſione ſibi debita experiri, vt probat text. *in l. ſi ſeruus* 63., §. *locaui, ff. de furt.* cuius ea vide-
7 tur eſſe ratio quod fundi † fructus tacitè cenſentur pro penſione obligati *iuxtà tex. in l. prædys, ff. in quibus cauſ. pign. vel hypotec. tacit. contrab. Bald. in l. eadem* 3. *num.*3. *C. locati*, vbi quod do-
8 nec ſolutio contingat † locator valet Colono illorum aſportationes interdicere *Iaſ. in l. item*
9 *quia* 4. *num.*15., *ff. de pact.* † itaut anterioribus creditoribus Conductoris, Idemmet locator debeat in illis quoque præferri, vt *tradit Gratian. diſcept. forenſ. cap.*25. *num.*9. *& cap.*953. *num.* 18. *& 19. Gait. de credit. cap.*4. *num.*1578. *& 1580. cum ſeqq. & in append. num.*122. *Rot. in Romana De-*

tis.

tis 16. Iunij 1662., §. remonetur quoque coram R.P. Dunco Vicecomite.

10 Nec vrget quod pro vnius anni † pensione nulla super fructibus anni sequentis prælatio competat locatori ex *decis. 246. numer. 4. cum seqq. coram Vbald.* præterquam in casu proprio de decernenda locatori prælatione non agitur, dū nulli Camilli creditores concurrūt in eadem decisione dumtaxat sanetur loca-
11 torem satisfactum † pro pensione decursa, non posse executionem obtinere in fructibus recollectis pro pensione decurrenda, vt *declarat Gratian. discept. forens. 953. nu. 20.*

Et licet Camillus locationē Canonici Cęsij nomine simulatè contraxerit, hæc tamen simulatio Capitulo fructus pro pensione obligatos habenti obesse non valet, dum maximè idemmet Capitulum statim ac ipsi simulatio innotuit contra Cęsium super mala administratione, Criminale exinde iudicium instituit, quod ipse vti Canonicus, & Camerarius ad proprium commodum Camillo bonis destituto Casale locauerat, licet posset illud idoneo Conductori locari, vt ex testibus quoq; desumitur in Summario Paribelli relatis, ex quo sane actu perperam contenditur Cæsius agnitus in conductorem à Capitulo, dum dissensus exindè potius exoritur potissimè, quia pro pensionibus decursis contra Camillum actio, non autem contra Cæsium instituta conuincitur.

Denique non poterit Paribello atque con-
12 socio obligatio fœni † suffragari, dum enim expressa ipsorum adest oblatio soluendi scuta 600., illa proindè censentur restitutioni obnoxia *Bald. in l. final. in princip. C. de falsis caus. adiect. Rot. decis. 403. num. 1. & 3. part. 1. recent.* non obstante prætextu quod fœnum, detractis impensis quantitatem hanc non æquauerit, Dum Periti impensarum ratione perhabita pretiū in summa longe maiori constituerunt.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Fideicommissi de Alberinis.

Veneris 21. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Hæreditatis aditio ex quo inducatur. Factum defuncti afficit etiam ab eo causam habētem. Creditum ex quibus elidatur. Retentio quando non competat. Fundus super quo impositus est census an transeat cum suo onere ad quoscumque possessores. Melioramenta, vt reficiantur, quid veniat attendendum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non est qui medio iramento hæreditatem repudiat.*

2 *Donans non potest ad donatarium transmittere id quod non est in suis bonis.*

3 *Hæreditatis aditio arguitur ex solutione debitorum hæreditariorum.*

4 *Hæreditatis aditio ob solutionē debitorum hæreditariorum nocet adeunti, quando quæstio est inter creditores repudiantis, vel alios, quibus per additionem erat ius quæsitum.*

5 *Hæreditatis antecedenter adite repudiatio valet in præiudicium repudiantis, & ab eo causam habentis.*

6 *Creditum ex quibus elidatur & num. 7.*

8 *Donatarius vti causam habens à donante illius factum seruare tenetur.*

9 *Retentio exigit solutionem factam de proprijs bonis debitorum illius, cuius bona retineri prætenduntur.*

10 *Retentio quando non possit prætendi.*

11 *Onus reddendi rationem in se assumēs ad illam reddendam non tenetur, donec liquido non constiterit quod ipse receperit.*

12 *In Hæreditate minus dicitur esse quantum est æs alienum.*

13 *Detractio bonorum fideicommisso suppositorum, vt competat debet iustificari creditum.*

14 *Administrationis titulus non nocet administratori, quando ad illius manus nihil peruenit.*

15 *Ratione administrationis hæreditatis non reddita, hæreditas potest remanere tam creditrix, quam debitrix.*

16 *Creditum incertum à prætendente illius satisfactionem debet liquidari.*

17 *Exceptio retentionis requirit creditum in substantia, & quantitate liquidum.*

18 *Fideicommissarijs, vt in possessionem immittantur, sufficit, quod eorum principales acceptauerint fideicommissum.*

19 *Census redemptio prohibetur emptori respectu sortis.*

20 *Fundus super quo impositus est census transit cum suo onere ad quoscumque possessores.*

21 *Fructus prouenientes ex re dotali spectant ad virū ob onera matrimonialia sustinenda.*

22 *Melioramenta vt veniant reficienda, status antiquus fundi melioratì venit necessario attendendus.*

DECISIO LXV.

AD retardañ Immissionem in bonis Pauli Alberini per DD. Laurentium de Domo, & Angelum Iacobillum in vim fideicommissi ab illo ordinati, & ad ipsorum fauorem per obitum Iacobi sine filijs purificati D. Clementia Pura d. Iacobi Vxor, & vniuersalis donataria excipiebat de adiudicatione bonorum pro rata, scut. 13. mil. ex causa dotis Panthæ matris à dicto Iacobo viuente obtenta, & de retentione pro alijs creditis contra hæreditatem fideicommittentis prętensis, quibus tamen exceptionibus non obstantibus eisdem dandam esse fuit sub die 23. Iunij anni præteriti resolutum, super quā resolutione repropositā iterum causa Clementia amplius non insistebat in adiudicatione ex firmatis in decisione, vndequaque insubsistenti derecta, sed nitebatur fundamēto retentionis pro creditis tunc quoque examinatis, Domini autem dempta quarta parte bonorum ad Equitem fuluium fratrem Pauli fideicommittentis spectañ, & ad Iacobum, ex causa donationis

deuen-

deuentorum, qu oad reliqua bona fideicommissaria d. Pauli steterunt in decisis, vt super illis concedenda sit Dominis fideicommissarijs Immissio petita eum nullum ex dd. crediris, de quibus in hodierno calculo, sit eiusmodi, vt valeat illam impedire, vt singulis fusius discussis apparebit.

Non quidem partita scut. 9662. solum conflata ex medietate dotis super Panthę matris Tiberij Alberini quarto dotali superlucrato ab eodem per prædecessum Antoninæ Ruggeriæ eius Vxoris, cuius loco instabatur pro restitutione scut. 3000. per Paulum in computum dotis eiusdem Antoninæ receptorum, ac rata societatis Officij ad fauorem Aureliæ Granæ contractæ, & à Tiberio fratre Auctoris Clementis extinctæ, quia subsistit responsio data in decisione §. ex capite excessus & §. non enim, quod hæc, & quæcumque alia credita ex persona D. Tiberij nõ sunt calculanda ad augeñ hæreditatem Iacobi, qui
1 non fuit hæres † illius, nam animo deliberato & medio iuramento huiusmodi hæreditatem repudiauit *l. si quis omissa 17. ff. si quis omiss. caus. testam. l. nec omne 16. C. de Iur. delib. l. quia poterat 4. ff. ad Trebell. Rot. in Romana retroenditionis domus 7. Iunij 1658., & 9. Iunij 1660. coram R. P. D. meo Priolo, aliique adducti per Io. Baptistam Spad. conf. 107. à num. 17. lib. 3.* Ideo non
2 potuit illa in Clementiam † donatariam transmittere, nec in donatione sunt comprehensa, *l. ventre, ff. de acquir. hæred. l. cum in antiquioribus 19. C. de Iur. deliberand. Cranett. conf. 414. numer. 9. Surd. decis. 138. numer. 20.* non obstante,
3 quod ex receptione † mobilium, & solutione debitorum hæreditariorum arguatur prius adita hæreditas, quia præterquod Testes examinati in dicto huiusmodi aditionem non concludunt, quando vt hic non est quæstio
4 inter creditores † repudiantis, vel alios quibus forsan per aditionem erat tunc Ius quæsitum, in quibus terminis loquuntur DD. allegati, sed cum habente causam ab eodem
5 repudiante, † & hoc casu ſin eius, ac ipsius repudiantis prę iudicium valet repudiatio hęreditatis antecedenter aditæ, vt in specie distinguunt *Angel. inter conf. Bald. 403. num. 6. & 7. lib. 3. Cranett. conf. 24. num. 6. Roc. decis. 115. num. 7. part. 4. recent., & coram Reuerendissimo Tarraconen. decis. 349. inter eius impress. in fine.*

Neque pro alia medietate dotis eiusdem Panthæ, sc. 6500. ipsimet Iacobo debitorum, quia præterquod obstant adiudicatio pro cõsecutione huius dotis nulliter tamen, vt in-
6 alia decisione procurata & prohibitio † alienationis bonorum per Paulum fideicommittentem etiam ex causa dotis facta, vt in Summario impresso fideicommissariorũ littera X, eliditur creditum hoc tum exceptione compensationis pro ære alieno D. Panthæ per dictum Paulum soluto, tum redditionis rationis de bonis eiusdem à Iacobo in Inuentario
7 descriptis, tum & certius † satisfactionis iam consecutæ mediante alienatione partis bonorum à Iacobo facta hanc ratam dotis longè excedente ad *text. in l. solutiones, ff. de alienat. C. solvend., ff. de neg. gest.*

Altera partita in pluribus tamen diuisa cõtinens in effectu diuersos census per Paulum fideicommittentem impositos, vnum scilicet, scut. 7000. ad fauorem Septimij Vrsini: Alterum, scut. 2000. fauore Martelli Melchioris tertium, scut. 1000. Collegij S. Bonauenturæ quartum, scut. 1206. Io. Baptistæ de Sancto Petro, & alium tandem, scut. 1500. Thomæ Sertæ, & Raidetti impositum à Tiberio della Citera sub fideiussione eiusdem Pauli, & à dicto Iacobo redemptos, nec visa fuit connumeranda ad creditum illius, quia licet vera sit extinctio non tamen facta fuit de pecunijs ipsius Iacobi redimẽtis, sed ex ipsiusmet Pauli imponentis, prouenientibus, nempe ex prętio Prædij nuncupati delle Morene, & Casalis fiaccalis ad Paulum pro tribus ex quatuor partibus spectañ per Iacobum & Tiberium pro maiori pretio dd. census excedente venditorum, si igitur Iacobus nihil de suo in
8 hisce redemptionibus impendit, † sicuti si ipse viueret non posset allegare ex hoc capite aliquam retentionem bonorum Pauli ità nec
9 Clementia donataria, ex qua retentio † exigit solutionem debitorum illius, cuius bona volunt retinere de propria substãtia *gloss. in l. mulier, §. cum proponeretur vbi Bartol. num. 2. Alberic. num. 1.*, & alij quos refert, & *sequitur Menoch. conf. 183. num. 44. & 51. lib. 2. Surd. decis. 92. num. 4. in fine Statil. Pacific. de Saluian. interd. Inspectione 3 cap. 4. num. 310. Card. Caual. decis. 130. numer. 1. & decis. 476. num. 2. Roc. decis. 463. num. 25. apud Modern. Perusin. de manut., & post Cenc. de Cens. decis. 450. num. 6. & decis. 536. num. 25.*

Nec dicatur quod vltra extinctionem sortis principalis dd. Censuũ Iacobus soluit quoque fructus in summa scut. 169. pro quibus saltim non possit denegari retentio, quia tam decursi in vita d. Pauli ad scutã 85. 87. ascendeñ, quam omnes alij post obitum vsque ad dictam summam, scut. 169. fuerunt soluti ex eodem pretio Casalis Fiaccalis, vt supra per Iacobum distracti, & tamen isti post mortem maturati erant soluendi ex redditibus bonorum, non autem ex proprietate, ideo pro il-
10 lis non potest † prætendi retentio, vt in specie dixit *Rota coram Eminentissimo D. Cardinali Ottobono decis. 28. num. 29. & decis. 146. numer. 9.* Cum alijs ibi allegatis, qua responsione sublatum quoque remanet fundamentum pro simili retentione bonorum factum in solutione legatorum in quãtitate scut. 107. à Paulo relictorum necnon sc. 84. solutorum, Incasato & aliorum, scut. 165. Archiconfraternitati Sancti Saluatoris ad Sancta Sanctorum, dum omnes prædicti creditores fuerunt satisfacti pretio d. Casalis non vero de proprijs pecunijs ipsius Iacobi.

De scutis autem 400. contentis in septima partita à Paulo, vt dicebatur debitis pro reliquatu administrationis effectuum Pauli Saccocij, & ad quorum solutionem prior condemnatus, nec videbatur habenda ratio, quia ex tenore obligationis Pauli ad dictam admissionem deputati, relato in Summario

matrio fideicommiſſariorum *num.* - patet il-
11 lum † aſſumpſiſſe onus reddendi rationem,
& reſtituen pecunias ad eius manus proue-
nien, Vnde donec liquido non conſtiterit,
quod ipſe receperit, non tenebatur ad ali-
quam rationem reddeñ, & multo minus ad
debitum in dicta ſumma non iuſtificata *Bar-
tol.in l.1.ſub num.9.verſic.iſtud vero iudicium, &
ibi Alexand.num.22.ff.de edend.& conſ.239. lib.1.
Rot.deciſ.380.num.4 par.4.tom.2.recent.,& in Ce-
ſenaten. reddditionis rationis 5.Iunij 1651., §.quod
partitam & 23.Ianuarij 1654., §.nona enim coram
bon.mem.Peutingerio, & in Albanen. reddditionis ra-
tionis 12.Iunij 1656.,§.nec refert coram R.P.D.m.
Ceiſo* nō refragante decreto condemnationis
relato *in Summ. Clementia num.* 21., quia ema-
nauit citatis Tiberio & Iacobo, quorum in-
defenſio, & factum non debet fideicommiſ-
ſariis præiudicare quouſque non fuerit plenè
probatum Paulum tantumdem recepiſſe, &
debeat reſtituere iuxtà ſuam obligationem
limitate conceptam.

Sicuti nec attendenda eſt partita,ſcut. 278.,
quæ oſtenduntur à Iacobo ſoluta Mercatori
fundacali Cæpentano, & aliis aſs. creditori-
12 bus Pauli, quę minuerent illius † hæreditatē,
& illud minus diceretur eſſe in ea quantum
eſt æs alienum, *l.obſignatum §.bona, ff. de verb.
ſignificat.l,ſicuti,§.ſi is, ff.de euict.Giouagnon.cōſ.73
num.14.lib.1.*,quoniam adhoc,vt pro his com-
13 petat detractio, † vel retentio tot bonotum
fideicommiſſo ſuppoſitorum debet iuſtificari
creditum in ſumma prætenſum ex cumula-
tis *per Fuſar.queſt.141.num.2. Rot.deciſ.516.nn.2.
part.2. recent.*, quod factum non fuit nec ſtatur
aſſertioni hæredis grauati *Gabriel. conſ.18.num.
9. in fine lib.1.Rot.deciſ.88.num.20. & 21. part.7.
recent.*

Ad partitas fundatas in adminiſtratione
bonorum Panthæ de Citera Pauli fideicom-
mittētis Vxoris,& Iacobi hæredis grauati ma-
tris dempta rata hæreditati Tiberij debita, &
in pretio bubalarum vendit. ad eundem pro
quarta parte dumtaxat, (ſpectabat enim pre-
tium dd.bubalarum pro medietate, & non
vltra, altera vero medietas ſpectabat ad Erti-
liam ſororem nuptam Antonio del Drago)
14 reſponſum fuit nullum in † adminiſtratione
poſſe fieri fundamentum donec non conſtet
ad manus illius aliquid peruenisſe, & ante-
15 quam de illis non fuerit reddita ratio, † in-
qua non minus poteſt illius hæreditas rema-
nere creditrix, quam debitrix *Anchar.conſ.225
num.1. ad finem verſ.praterea propter incertam A-
lexand.conſ.192.num.2.lib.7.Rot.coram Buratt.de-
ciſ.123.num.6.& deciſ.433.num.2.deciſ.595.nu.2.
16 & deciſ.800.num.4.*, & interim eius † creditum
non poteſt in aliqua ſumma firmari, & liqui-
dari, ſed eſt penitus incertum *Buratt. in prac-
titis deciſ.443. numer.2.*, ſicque pro eo penitus
17 eliditur retentionis exceptio † requirens cre-
ditum in ſubſtantia, & quantitate liquidum
& clarum,ex allegatis in alia deciſione ex ven-
ditione autem Bubalarum cum obligatione
emptoris acceptata à Paulo de ſoluen pretiū
eidem Panthæ non valet inferri fuiſſe dicto
Paulo exburſatum pretium, vt pro illo tan-
quam ære alieno teneatur eius hæreditas er-
ga Clementiam donatariam Iacobi filij, &
hæredis Panthæ ex ſupra citatis.

In partita dotis D.Ceciliæ filiæ Pauli fidei-
committentis Conſtitutæ in ſcut. 2000., &
pro qua illi aſſignauit rubra 55.Catalium Tre-
ſuſæ, & Treſuſellæ ad rationem, ſcut.135 pro
quolibet rubro cum pacto infra certum tem-
pus illa redimendi, & ſic pro quarta parte d.
Caſalis ſpectan ad Equitem Fuluium ſcilicet
ſcut.500.,nec vis fieri poteſt ad effectum, de
quo agitur, dum in integro dicto Catali vni-
uerſalem hęredem inſtituit eandem Ceciliam
in Teſtamento in omnibus, & per omnia ab
18 eius filiis acceptato quod ſufficit † vt interim
fideicommiſſarij ſint in poſſeſſionem immit-
tendi hac turbidiſſima exceptione non ob-
ſtante, vt firmat deciſio, §.finali.

In partitis aliarum quartarum partium, vt
dicebatur pariter debitarum Equiti Fuluio in
Caſali fiaccalis, & in pedicis delle Morene
per filios Pauli, vt ſupra venditis in totum
aſcenden in ſumma ſcut.4199., ſcilicet ſcut.
3612. 50. quoad Caſale,& 581. 50. quoad pe-
dicas, eo minus fieri poteſt fundamentum ex
quo calculatis, ſcut.125., quæ venditores ero-
garūt ex pretio earundem pedicarum pro ſo-
lutione fructuum Cenſuum per ipſoſmet de-
bitorum, necnon pecuniis, quæ ex alio pre-
tio Catalis fiaccalis aſcenden ad ſcuta 14450.
remanſerunt penes eoſdem, ac aliis partitis
non inſincatis remanet creditum in totum
ſcut.1490., quod vnica tantum ex tot aliena-
tionibus bonorum fideicommittētis per eoſ-
dem factis longè excedit.

Quoad partitam tangentē creditum dotale
ipſius Clementiæ in ſumma ſcut.1000. con-
ſiſten in cenſu impoſito per Tiberium, &
Pantham della Citera cum fideiuſſione Pauli
eidem ceſſo ab illis de Scottis contra hæredi-
tatem d.Pauli vna cum fructibus aſcenden ad
ſcuta 2400. nec etiam Domini putarunt poſ-
ſe pro illis retentionem competere, quia vl-
tra quod in actis nō apparebat iuſtificata im-
poſitio cenſus, ſed dumtaxat cellio prædicta,
& ipſa tanquam donataria Iacobi hæredis dd.
della Citera tenetur releuare indemnem hæ-
reditatem Pauli, ex quo non eſt locus reten-
tioni,in omnem caſum reſpectu ſortis prohi-
19 bita eſt † emptori illius redemptio *Gratian. di-
ſcept.14.num.2.Rot.deciſ.27.n.3.poſt Cenc.de Cenſ.*,
20 & fundus † ſuper quo eſt impoſitus remanet
huiuſmodi onere affectus, & cū illo ad quoſ-
cunque poſſeſſores tranſit *Clementina 1.de cenſ.
l.reſcripto, §.ſciendum, ff.de mun.& honor.Crauett.
conſ.217.num.4.Rot.deciſ.517.num.1.& 2.poſt cun-
21 dem Cenc.de Cenſ.* fructus † vero decurſi in vi-
ta Iacobi Viti,vti prouenientes ex re dotali ad
ipſum ob onera matrimonialia ſpectabāt *cap.
ſalubriter de Vſur. l. pro honoribus C.de Iur. Dot.
Gratian.diſceptat. 344.num.2.,& cap.726.nn.1.Ci-
riac.contron.30.num. .,& in his terminis Rot. de-
ciſ.105.numer.14.part.4.tom.2. recent.*, & de illis
ſatisfactus cenſetur ex fructibus hæreditarijs
de quibus erant ſoluendi ex ſuperius allega-

gatis,

deuentorum, quoad reliqua bona fideicommissaria d. Pauli steterunt in decisis, vt super illis concedenda sit Dominis fideicommissarijs Immissio petita eum nullum ex dd. creditis, de quibus in hodierno calculo, sit eiusmodi, vt valeat illam impedire, vt singulis fusius discussis apparebit.

Non quidem partita scut. 9662. solum conflata ex medietate dotis super Panthę matris Tiberij Alberini quarto dotali superlucrato ab eodem per prædecessum Antoninæ Ruggeriæ eius Vxoris, cuius loco instabatur pro restitutione scut. 3000. per Paulum incomputum dotis eiusdem Antoninæ receptorum, ac rata societatis Officij ad fauorem Aureliæ Granæ contractæ, & à Tiberio fratre Auctoris Clementis extinctæ, quia subsistit responsio data in decisione §. ex capite excessus & §. non enim, quod hæc, & quæcumque alia credita ex persona D. Tiberij nō sunt calculanda ad augeñ hæreditatem Iacobi, qui
1 non fuit hæres † illius, nam animo deliberato & medio iuramento huiusmodi hæreditatem repudiauit *l. si quis omissa 17. ff. si quis omiss. caus. testam. l. nec omne 16. C. de Iur. delib. l. quia poterat 4. ff. ad Trebell. Rot. in Romana retroenditionis domus 7. Iunij 1658., & 9. Iunij 1660. coram R. P. D. meo Priolo, aliisque adductis per Io. Baptistam Spad. cons. 107. à num. 17. lib. 3.* Ideo non
2 potuit illa in Clementiam † donatariam transmittere, nec in donatione sunt comprehensa, *l. ventre, ff. de acquir. hared. l. cum in antiquioribus 19. C. de Iur. deliberand. Cravett. cons. 414. numer. 9. Surd. decis. 138. numer. 20.* non obstante,
3 quod ex receptione † mobilium, & solutione debitorum hæreditariorum arguatur prius adita hæreditas, quia præterquod Testes examinati in dicto huiusmodi aditionem non concludunt, quando vt hic non est quæstio
4 inter creditores † repudiantis, vel alios quibus forsan per aditionem erat tunc Ius quæsitum, in quibus terminis loquuntur DD. allegati, sed cum habente causam ab eodem
5 repudiante, † & hoc casu ‡ in eius, ac ipsius repudiantis præiudicium valet repudiatio hęreditatis antecedenter aditæ, vt in specie distinguunt *Angel. inter cons. Bald. 403. num. 6. & 7. lib. 3. Cravett. cons. 24. num. 6. Rot. decis. 115. num. 7. part. 4. recent., & coram Reuerendissimo Tarraconen. decis. 349. inter eius impress. in fine.*

Neque pro alia medietate dotis eiusdem Panthæ, sc. 6500. ipsimet Iacobo debitorum, quia præterquod obstant adiudicatio pro cōsecutione huius dotis nulliter tamen, vt in
6 alia decisione procurata & prohibitio † alienationis bonorum per Paulum fideicommittentem etiam ex causa dotis facta, vt in Summario impresso fideicommissariorū littera X, eliditur creditum hoc tum exceptione compensationis pro ære alieno D. Panthæ per dictum Paulum soluto, tum redditionis rationis de bonis eiusdem à Iacobo in Inuentario
7 descriptis, tum & certius † satisfactionis iam consecutæ mediante alienatione partis bonorum à Iacobo facta hanc ratam dotis longè excedente ad *text. in l. solutiones, ff. de alienat. C. soluend., ff. de neg. gest.*

Altera partita in pluribus tamen diuisa cōtinens in effectu diuersos census per Paulum fideicommittentem impositos, vnum scilicet, scut. 7000. ad fauorem Septimij Vrsini: Alterum, scut. 2000. fauore Martelli Melchioris tertium, scut. 1000. Collegij S. Bonauenturæ quartum, scut. 1206. Io. Baptistæ de Sancto Petro, & alium tandem, scut. 1500. Thomæ Sertæ, & Raidetti impositum à Tiberio della Citera sub fideiussione eiusdem Pauli, & à dicto Iacobo redemptos, nec visa fuit connumeranda ad creditum illius, quia licet vera sit extinctio non tamen facta fuit de pecunijs ipsius Iacobi redimētis, sed ex ipsiusmet Pauli imponentis, prouenientibus, nempe ex prętio Prædij nuncupati delle Morene, & Casalis fiaccalis ad Paulum pro tribus ex quatuor partibus spectañ per Iacobum & Tiberium pro maiori pretio dd. census excedente venditorum, si igitur Iacobus nihil de suo in
8 hisce redemptionibus impendit, † sicuti si ipse viueret non posset allegare ex hoc capite aliquam retentionem bonorum Pauli ità nec
9 Clementia donataria, ex qua retentio † exigit solutionem debitorum illius, cuius bona volunt retinere de propria substātia *gloss. in l. mulier, §. cum proponeretur vbi Bartol. num. 2. Alberic. num. 1., & alij quos refert, & sequitur Menoch. cons. 183. num. 44. & 51. lib. 2. Surd. decis. 92. num. 4. in fine Statil. Pacific. de Saluian. interd. Inspectione 3 cap. 4. num. 310. Card. Caual. decis. 130. numer. 1. & decis. 476. num. 2. Rot. decis. 463. num. 25. apud Modern. Perusin. de manut., & post Cenc. de Cens. decis. 450. num. 6., & decis. 536. num. 25.*

Nec dicatur quod vltra extinctionem sortis principalis dd. Censuū Iacobus soluit quoque fructus in summa scut. 169. pro quibus saltim non possit denegari retentio, quia tam decursi in vita d. Pauli ad scutā 85. 87. ascendeñ, quam omnes alij post obitum vsque ad dictam summam, scut. 169. fuerunt soluti ex eodem pretio Casalis Fiaccalis, vt supra per Iacobum distracti, & tamen isti post mortem maturati erant soluendi ex redditibus bonorum, non autem ex proprietate, ideo pro il-
10 lis non potest † prærendi retentio, vt in specie dixit *Rota coram Eminentissimo D. Cardinali Ottobono decis. 28. num. 29. & decis. 146. numer. 9.* Cum alijs ibi allegatis, qua responsione sublatum quoque remanet fundamentum pro simili retentione bonorum factum in solutione legatorum in quātitate scut. 107. à Paulo relictorum necnon sc. 84. solutorum, Incasato & aliorum, scut. 165. Archiconfraternitati Sancti Saluatoris ad Sancta Sanctorum, dum omnes prædicti creditores fuerunt satisfacti pretio d. Casalis non vero de proprijs pecunijs ipsius Iacobi.

De scutis autem 400. contentis in septima partita à Paulo, vt dicebatur debitis pro reliquatu administrationis effectuum Pauli Saccoccij, & ad quorum solutionem prior condemnatus, nec videbatur habenda ratio, quia ex tenore obligationis Pauli ad dictam admissionem deputati relato in Summario

mario fideicommiſſariorum *num.* . patet il-
11 lum † aſſumpſiſſe onus reddendi rationem, & reſtituēn pecunias ad eius manus prouenieñ, Vnde donec liquido non conſtiterit, quod ipſe receperit, non tenebatur ad aliquam rationem reddēn, & multo minus ad debitum in dicta ſumma non iuſtificata *Bartol. in l. 1. ſub num. 9. verſic. iſtud vero indicium, & ibi Alexand. num. 22. ff. de edend. & conſ. 239. lib. 1. Rot. deciſ. 380. num. 4 par. 4. tom. 2. recent., & in Caſenaten. redditionis rationis 5. Iunij 1651., §. quod partitam & 23. Ianuarij 1654., §. nona enim coram bon. mem. Peutingerio, & in Albanen. redditionis rationis 12. Iunij 1656., §. nec refert coram R. P. D. m. Celſo* nō refragante decreto condemnationis relato *in Summ. Clementia num.* 21., quia emanauit citatis Tiberio & Iacobo, quorum indefenſio, & factum non debet fideicommiſſarijs præiudicare quouſque non fuerit plenè probatum Paulum tantumdem recepiſſe, & debeat reſtituere iuxtà ſuam obligationem limitate conceptam.

Sicuti nec attendenda eſt partita, ſcut. 278., quæ oſtenduntur à Iacobo ſoluta Mercatori fundacali Cæpentano, & alijs aſs. creditori-
12 bus Pauli, quę minuerent illius † hæreditatē, & illud minus diceretur eſſe in ea quantum eſt æs alienum, *l. obſignatum §. bona, ff. de verb. ſignificat. l. ſicuti, §. ſi is, ff. de euict. Gionagnon. cōſ. 73 num. 14. lib. 1.*, quoniam adhoc, vt pro his com-
13 petat detractio, † vel retentio tot bonotum fideicommiſſo ſuppoſitorum debet iuſtificari creditum in ſumma prætenſum ex cumulatis *per Fuſar. queſt. 141. num. 2. Rot. deciſ. 516. nu. 2. part. 2. recent.*, quod factum non fuit nec ſtatur aſſertioni hæredis grauati *Gabriel. conſ. 18. num. 9. in fine lib. 1. Rot. deciſ. 88. num. 20. & 21. part. 7. recent.*

Ad partitas fundatas in adminiſtratione bonorum Panthæ de Citera Pauli fideicommittētis Vxoris, & Iacobi hæredis grauati matris dempta rata hæreditati Tiberij debita, & in pretio bubalarum vendit. ad eundem pro quarta parte dumtaxat, (ſpectabat enim pretium dd. bubalarum pro medietate, & non vltra, altera vero medietas ſpectabat ad Ertiliam ſororem nuptam Antonio del Drago)
14 reſponſum fuit nullum in † adminiſtratione poſſe fieri fundamentum donec non conſtet ad manus illius aliquid peruenisſe, & ante-
15 quam de illis non fuerit reddita ratio, † in-qua non minus poteſt illius hæreditas remanere creditrix, quam debitrix *Auchar. conſ. 225 num. 1. ad finem verſ. præterea propter incertam Alexand. conſ. 192. num. 2. lib. 7. Rot. coram Buratt. deciſ. 123. num. 6. & deciſ. 433. num. 2. deciſ. 595. nu. 2.*
16 *& deciſ. 800. num. 4.*, & interim eius † creditum non poteſt in aliqua ſumma firmari, & liquidari, ſed eſt penitus incertum *Buratt. in præcitatis deciſ. 443. numer. 2.*, ſicque pro eo penitus
17 eliditur retentionis exceptio † requirens creditum in ſubſtantia, & quantitate liquidum & clarum, ex allegatis in alia deciſione ex venditione autem Bubalarum cum obligatione emptoris acceptata à Paulo de ſoluēn pretiū eidem Panthæ non valet inferri fuiſſe dicto Paulo exburſatum pretium, vt pro illo tanquam ære alieno teneatur eius hæreditas erga Clementiam donatariam Iacobi filij, & hæredis Panthæ ex ſupra citatis.

In partita dotis D. Ceciliæ filiæ Pauli fideicommittentis Conſtuuræ in ſcut. 2000., & pro qua illi aſſignauit rubra 55. Catalium Treſuſæ, & Treſuſellæ ad rationem, ſcut. 35 pro quolibet rubro cum pacto infra certum tempus illa redimendi, & ſic pro quarta parte d. Caſalis ſpectañ ad Equitem Fuluium ſcilicet ſcut. 500., nec vis fieri poteſt ad effectum, de quo agitur, dum in integro dicto Catali vniuerſalem hęredem inſtituit eandem Ceciliam in Teſtamento in omnibus, & per omnia ab
18 eius filijs acceptato quod ſufficit † vt interim fideicommiſſarij ſint in poſſeſſionem immittendi hac turbidiſſima exceptione non obſtante, vt firmat deciſio, §. finali.

In partitis aliarum quartarum partium, vt dicebatur pariter debitarum Equiti Fuluio in Caſali fiaccalis, & in pedicis delle Morene per filios Pauli, vt ſupra venditis in totum aſcendeñ in ſumma ſcut. 4199., ſcilicet ſcut. 3612. 50. quoad Caſale, & 531. 50. quoad pedicas, eo minus fieri poteſt fundamentum ex quo calculatis, ſcut. 125., quæ venditores erogarūt ex pretio earundem pedicarum pro ſolutione fructuum Cenſuum per ipſoſmet debitorum, nec non pecuniis, quæ ex alio pretio Catalis fiaccalis aſcendeñ ad ſcuta 14450. remanſerunt penes eoſdem, ac aliis partitis non iuſtificatis remanet creditum in totum ſcut. 1490., quod vnica tantum ex tot alienationibus bonorum fideicommittētis per eoſdem factis longè excedit.

Quoad partitam tangentē creditum dotale ipſius Clementiæ in ſumma ſcut. 1000. conſiſteñ in centu impoſito per Tiberium, & Panthaum della Citera cum fideiuſſione Pauli eidem ceſſo ab illis de Scottis contra hæreditatem d. Pauli vna cum fructibus aſcendeñ ad ſcuta 2400. nec etiam Domini putarunt poſſe pro illis retentionem competere, quia vltra quod in actis nō apparebat iuſtificata impoſitio centus, ſed dumtaxat cenſio prædicta, & ipſa tanquam donataria Iacobi hæredis dd. della Citera tenetur releuare indemnem hæreditatem Pauli, ex quo non eſt locus retentioni, in omnem caſum reſpectu ſortis prohi-
19 bita eſt † emptori illius redemptio *Gratian. diſcept. 14. num. 2. Rot. deciſ. 27. n. 3. poſt Cenc. de Cenſ.*,
20 & fundus † ſuper quo eſt impoſitus remanet huiuſmodi onere affectus, & cū illo ad quoſcunque poſſeſſores tranſit *Clementina 1. de cenſ. l. reſcripto, §. ſciendum, ff. de mun. & honor. Cravett. conſ. 217. num. 4. Rot. deciſ. 517. num. 1. & 2. poſt eun-*
21 *dem Cenc. de Cenſ.* fructus † vero decurſi in vita Iacobi Viri, vti prouenientes ex re dotali ad ipſum ob onera matrimonialia ſpectabāt *cap. ſalubriter de V ſur. l. pro honoribus C. de I ur. Dot. Gratian. diſceptat. 44. num. 2., & cap. 726. nu. 1. Civiac. contren. 30. num. ., & in his terminis Rot. deciſ. 105. numer. 14. part. 4. tom. 2. recent.*, & de illis ſatisfactus cenſetur ex fructibus hæreditarijs de quibus erant ſoluendi ex ſuperius allegatis.

itized by Google

gatis,& de aliis demum decurſis poſt obitum Iacobi fuit ſatisfacta ex fructibus fundi cenſiti annuos cenſus longè excedentibus.

Repetita exceptione melioramentorum per Iacobum factorum in domo hæreditaria Pauli ad Vallem poſita multo minùs poteſt
22 impediri immiſſio,cum Teſtes† ad illam iuſtificandam examinati nõ aperiant ſtatum antiquum domus, ſine quo certum eſt quod illa firmari non poſſunt, prout neceſſe eſt pro illis repeteñ *Alexand.in l.pretia verum* 63. *num.*6. *ff.ad Trebell.Buratt.deciſ.*834.*numer.*15. *Rot.deciſ.* 88. *num.final.part.*7.*recent.*, *& in Romana Saluiani* 16.*Ianuarij* 1645.,*§.quia primoTeſtes coram Reuerendiſſimo Terracinen. cum alijs ibi,& in deciſione allegatis, §. aliud vero creditum*, quæ dempta dicta quarta parte Equitis Fuluij,vt ſupra fuit confirmata,cum ex prefatis creditis aliqua nõ ſubſiſtant, alia ſint ſoluta, vel turbida iuxta reſponſiones ſingulis datas, & in conſequens non apta ad immiſſionem impedieñ vtraque parte informante.

R. P. D. EMERIX.

Piſaureñ Maioratus.

Lunæ 21.*Maij* 1663.

ARGVMENTVM.

In diſpoſitionibus teſtamentarijs totum fac, & cauſa efficiens, eſt ipſa Teſtatoris voluntas, cum illa tantum attendatur, & totum operetur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris voluntas in teſtamentis primum locum obtinet.*
2 *Teſtatore ad primogenituram vocante maiorem natu prærogatiua ætatis debet attendi, etiamſi faciendus ſit tranſitus de linea ad lineam & n.*3.
4 *Dictio* Item *appoſita in principio periodi eſt repetitiua precedentium qualitatum.*
6 *Teſtatoris mens ante omnia debet attendi, & n.*5.
7 *Anterior in poſſeſſione in illa venit manutenendus.*
8 *Citatio Hæredis quando non ſit neceſſaria ad poſſeſſionem capiendam.*
9 *Clauſula* omni meliori modo *mandato adiecta operatur, vt illud poſſit diuidi, & poſſeſſio ſuſtineri ex titulo diuerſo ab expreſſo,eo modo quo valere & ſubſtineri poteſt.*

DECISIO LXVI.

CVM ad maioratum à Comite Petro Antonio Santinello in vltimo eius teſtamento tam ſuper Caſtro Metulæ, quam ſuper nonnullis alijs ipſius bonis allodialibus inſtitutum ſub his verbis. *Item laſcio, e voglio che ſempre in perpetuo,& in infinito durante la caſa, e mia generatione, e prole il Caſtello della Metola è dominio d'eſſo ſia del maggior figliuolo d'età, e quello ne ſia Conte è Padrone, e così s'oſſerui ſucceſſiuamente nella mia generatione maſcolina deſcendente dalli Maſchi che ſempre quello di più tempo habbia da ſuccedere in detto dominio, e ne ſia vero Gouernatore padrone, e Signore in vita ſua, &c. Item laſcio, e voglio che quello ſarà Conte, e padrone del Caſtello, habbi in vita ſua tutte le terre ch'hà lauorato, e lauorarà il lauoratore che ſtà dentro la Metola; Item che habbia il podere detto, Sabbatino con il molino di Valpedroſa,&c.*

Poſt obitum Comitis Alexandri vltimi maioris natu,& poſſeſſoris d.Caſtri,& bonorũ cum ſe vocatos contenderent Marchio Franciſcus Maria eius filius & Comes Hippolytus hodie ætate maior de familia,& deſcendentia Teſtatoris, proindeque deſuper introducta fuiſſet cauſa in Rot.poſt binas reſolutiones ſuper attentatis, & illorum purgatione ſub die 2.Martij proximi præteriti propoſitum fuit dubium ſuper manutentione, & illius reſolutione tunc dilata ordinatum, vt videretur de bono Iure, ſuper quo renouata hodie diſputatione reſponſum fuit, quoad bona allodialia conſtare de bono Iure Com. Hippolyti etiam ad effectum manutentionis.

Ratio reſolutionis quoad bonum Ius fundatur in ſupra relata diſpoſitione Teſtatoris, qui tam Caſtrum quam bona prædicta reliquit ei, qui inter ſuos deſcendentes pro tempore erit maior natu. Vnde cum in confeſſo ſit Com.Hippolytum hodie eſſe talem, ſequitur quod bona prędicta eidẽ debẽtur iux-
1 ta voluntatem Teſtatoris,† quæ tanquam lex omnibus modis ſeruanda, eſt & vti Regina primum locum in teſtamentis obtinet *l. in conditionibus,ff.de cond.,& demonſtrat.l.cum queſtio in fine C. de legibus, §.diſponat Auth. de nuptijs latè Mantic.de coniect. vlt. volunt.lib.*3. *tit.*3., *& in his terminis Alexand.conſ.*4.*per tot.lib.*4.

Non obſtat quod Comes Hippolytus non ſit de linea Comitis Alexandri defuncti, quia cum teſtator vocauerit maiorẽ natu ſeu ætate nulla habita ratione vel expreſſa, aut con-
2 ſiderata qualitate primogeniti ſeu,† primogenituræ attenditur ſola prærogatiua ætatis, quamuis ſit faciendus tranſitus de linea ad lineam, prout originaliter conſuluit *Alex. in prealleg. conſ.*4.*per tot.lib.*4. *Surd. conſil.*455. *num.*14.*Menoch.conſ.*442.*num.*4. *& ſeqq.lib.*5.*Peregrin.conſ.*34.*lib.*3.*num.*17.*Mangil.de imput.queſt.* 77.*num.*169.*Anton Amat.reſolut.*1.*num.*12.27. & 28.*Mart.de ſucceſſ.legal.part.*3.*queſt.*8.*num.*1. *vſque ad* 12., *& pleniſſimè Theſaur.Iun. quæſtione ſo-renſ.*35.*num.*13.17.36.,*& ſeqq.*

Quod autem Teſtator vocauerit maiorem natu, nulla habita ratione, aut conſiderata qualitate primogeniti, vel primogenituræ colligitur manifeſtè ex verbis teſtamenti ſupra relatis ibi, *E così s'oſſerui ſucceſſiuamente che ſempre quello di più tempo habbia da ſuccedere in detto dominio, e ne ſia vero Gouernatore Padrone, e Signore in vita*: hæc enim ad litteram demonſtrant quod Teſtator voluerit ſuccedere illũ, qui eſſet maior natu pro tempore, & quidem in vita ſua tantum, & cõſequenter, quod non conſiderauerit lineam,& deſcendentiam ma-
3 ioris † natu ſemel admiſſi, ſed reſpexerit ad ſolam prærogatiuam ætatis illius, qui futuris

tempo-

temporibus euenientè caſu ſucceſſionis reperiebatur maior ætate, vt ponderat in puncto *Gratian diſcept.695.n.6.Honded.conſ.70.n.16.verſ. præſertim quia Pontifex & numer.* 19. & 40. *in fine lib.2.Maluas conſ.32.n.32.& ſeq vſque ad fin.Surd. conſ.403.nu.57.& ſeqq.& nu 70.& conſ.455.n.13 & 14.Alexand.& alij in locis ſupra allegatis.*

Non obſtat, quod in legato bonorum allodialium non legitur adiecta, vel repetita qualitas maioris ætatis, ſed ſolum in eo conſiderata fuerit qualitas poſſeſſoris Caſtri, ita vt ſenſus ſit, quod ille habeat bona, qui eſt Dominus ſeu poſſeſſor Caſtri, ac proinde cum hodie Caſtrum retineatur à Marchione Franciſco Maria ex recenti inueſtitura facta Comiti Alexandro eius patri ipſe quoque bona conſequi debeat.

Quia quicquid ſit de d. inueſtitura, quę habet ſuas difficultates, de quibus erit particulariter videndũ reſponſum fuit d. bona fuiſſe relicta cum eadem qualitate maioris ætatis
4 non ſolum quia id ſuadet dictio † *item* appoſita in principio periodi per quam fit repetitio omnium præcedentium qualitatum *Surd.d.conſ.455.nu.12.& per tot. Rot.dec.188.n.4 & 5.par.6.recent.*

5 Verum etiã veriſimilis mens teſtatoris ſecundum quam intelligenda eſt perſona Domini, ſeu poſſeſſoris Caſtri non autem ſecundum id, quod poſtea præter vel contra illius mentem contigit ne alioquin cogamur fateri teſtatorem etiam voluiſſe, quod bona in caſu deuolutionis Caſtri ſimul cum eo ad Cameram Ducalem, vel Apoſtolicam deuoluerentur, quod eſt abſurdum, & planè alienum ab illius voluntate, & neutiquam admittendum.

Et propterea dum Comes Hyppolitus iuxta mentem Teſtatoris debet eſſe Dominus Caſtri, illi vtique, & non Marchioni debetur etiam legatum bonorum cum, vt ſupra dictũ
6 eſt mens teſtatoris ante † omnia attendi debeat *d. l.in conditionibus ff.de cond. & demonſtrat. & l.cum quæſtio in fine C. de leg. Mantic.de coniect. vltim.volunt.lib.3.nu.3.per totam.*

Firmato autem bono iure ſequitur quoq; Comiti Hippolyto dandum eſſe mandatum de manutenendo, quia illius poſſeſſio de qua *in ſum.præterita poſitionis nu.* 1. eſt anterior poſ-
7 ſeſſione Marchionis de qua *in d.ſumm.num.*2. ac proinde manutenẽ *Poſth.obſeruat* 71. *nu.* 2. & *ſeq.* vbi in infinitos cumulat &c.

Nec facit, quod poſſeſſio Comitis Hippolyti fuerit capta ſine citatione hæredis, & ſine mandato ſpeciali, quia citatio hæredis non
8 erat neceſſaria, dum † bona de quibus agitur ſunt relicta titulo particulari legati, & nulla competebat detractio, ſed poterat poſſeſſio capi propria auctoritate *Rot. in Amerina Caſtri Guardiæ coram R.Royas dec.443.& 455.*

9 Mandatum vero eſt generaliſſimum & habet adiectam † clauſulam *omni meliori modo*, quę operatur vt mandatum poſſit diuidi, & poſſeſſio ſuſtineri etiam ex titulo diuerſo ab expreſſo eo modo quo magis valere, & ſuſtineri poteſt. *Rota penes Poſth. de manutentione deciſ.* 247. *numer.* 8. & 9.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Spalatẽ Matrimonij.

Lunæ 21. *Maij* 1663.

ARGVMENTVM.

Examen Teſtium contrarium publicis atteſtationibus licet ſoleat denegari ob præſumptã ſubornationem Teſtium tamen hoc fallit in cauſa validitatis Matrimonij quorum probationes ſemper cõceduntur quoties ceſſat ſuſpicio falſitatis.

SVMMARIVM.

1 *Probatio profutura admitti debet.*
2 *Teſtium examen poſt rem iudicatam non poteſt admitti.*
3 *Teſtiũ examen admittitur in cauſa Matrimonij poſt rem Iudicatam, quod amplia, vt n.*4.5.6. & 7.
4 *Matrimonij validitas poteſt quandocumque probari.*
5 *Teſtium examen non denegatur poſt rem iudicatam vbi obtenta fuit commiſſio reſtitutionis in integrum.*
8 *Matrimonium debet procedere ex libera coniugum voluntate.*
9 *Metus in Matrimonio excluditur ex aſſiſtentia ſuperioris Eccleſiæ.*
10 *Matrimoniũ ex quibus ratificatum dicatur & n.*11.
12 *Articuli de directo contrarij Teſtium depoſitionibus admittuntur præſertim in cauſa Matrimonij & n.* 13.14.& 15.
16 *Examen Teſtiũ publicis atteſtationibus non denegatur quãdo examinantur præclaræ perſonæ & n.*17
18 *Examen Teſtium publicè atteſtantiũ cõtrarium admittitur quando tendit ad corroborandas ſcripturas; quod amplia vt num.* 19.
20 *Articuli aliqui dum ſunt probabiles per Teſtes, cæteri etiam de directo contrarij ſunt admittendi.*
21 *Articuli de directo contrarij Teſtium examini admittuntur vbi exhibetur fumus veritatis ex depoſitionibus Teſtium ad perpetuam, & num.* 22.
23 *Cauſa Matrimonij validitatis dicitur profana.*
24 *Fumus non requiritur in cauſa Matrimonij.*
25 *Remiſſoria in dubio eſt concedenda præſertim quando tendit ad validitatem Matrimonij.*

DECISIO LXVII.

SVPER inualiditate Matrimonij à Comite Mario Sinouich cũ Comitiſſa Adriana Arneſia de anno 1640. contracti duplex fauore Comitis fuerat prolata ſententia, altera ſcilicet in partibus, altera vero in hoc Sacro Tribunali ex non adhibita appellatione in iudicatum ſucceſſiue prolapſa; Commiſſa verò mihi cauſa in gradu reſtitutionis in integrum dubitaui vtrum remiſſoria foret Comitiſſæ decernenda, & in affirmatiuam hodie Domini ſententiam inclinarunt innixi diſpoſi-
1 tioni Iuris demandantis † admiſſionem probationis, quoties eadem prodeſſe valeat ad

Digitized by Google

causæ victoriam de qua *in l.1.& 2.ff.de probat. l.ad probationem* 21.*vbi gloss.notat.in verbo non cõuenit C.eod.tit.Bald.in cap.cum contingat.*16.*num.*1 *post med.de offic.delegat.*in terminis matrimonij probat *text.in c.feries* 26. *vbi gloss.notat.* cæteriqs cõmuniter|dę testibus *Speculat.eod.tit.qu.*8.*n.*10 *Rot.coram Verall.dec.*53.*nu.* 1. *par.*3. *Mantic. dec.* 812.*num.*1.*Buratt.dec.*656.*num.*2.*& dec.*122.*n.*1. *part.* 8. *recent. & in Tullen.matrimonij* 26. *Iunij* 1648.§.1.*coram R. Terracinen.*

Et licet post rem iudicatam finem litibus
2 imponentem examen † testium admitti non consueuerit, *vt tradit Iason in l.Patre furioso* 8. *num.* 22. *ff. de his qui sunt sui vel alieni Iuris Rot. coram Verall.dec.*51 *par.*3. non tamen admitti-
3 tur prædicta conclusio † in causa matrimonij cuius validitas potest quandocumque probari, ne contra diuinum institutum cum ani-
4 marum detrimento separatio † subsequatur, vt disponitur *in cap.lator.*7.*vbi gloss.notat in verbo non obstante sententia de restitucat.gloss.in cap. feries* 26.*ad finem ibique Abb.num.*5.*vers.quartus intelle-ctus de testibus,* vel quoties vt in casu proposito
5 commissio restitutionis in integrum obtenta foret † *vt dixit Rot.coram Canal.decis.*170.*num.*2 *Gregor.dec.*262.*num.*3.*Millin.dec.*302.*nu.*1.*& 2. & in Calaguritana Beneficij de Cornago* 15. *Ianuarij* 1646.§.*vltimo coram me cum aliis per adden. ad decis. Buratt.*357.*num.*7.

6 Dum maxime sententia Rotalis † per contradictas edita fuit, ac Comite dumtaxat informante, in cuius odium debet admitti probatio, dum examen Testium à Nuntio Venetiarũ admissum ipse impedire curauit me-
7 diante † appellatione ad hoc Sacrum Tribunal *ad text.in l.ratione* 7. *ibique Castren. num.*3. *ff. de pact. Bart. in l. in pecuniis* 10.*num.*5 *ff.eod.num. idem Castren.in l.admonendi* 31.*num.*9.*ff.de Iureiurand.*

Probationis autem releuantia ex articulorum inspectione apertè dignoscitur continẽtium nimirũ Comitem Marcum plures per menses à Hieronymo Arnesio Imperialium militum Præfectó propria in domo ac mensa maxima cum vrbanitate receptum Adrianæ primo d. Hieronymi filiæ sub futuri promissione matrimonij Florem Virginitatis detraxisse, eamque in coniugem successiue expetisse à patre tamen ignaro criminis denegatam, errore vero detecto Comes vt cæteri innuunt articuli ad Hieronymi instantiam carceribus de ordine bellici consilij mancipatus, nullam sibi pœnam irrogari posse constanter asseruit, dum matrimonium cum Virgine deflorata iuxta promissa contrahere non renuebat; quo peraudito Consilium in libertatem pristinam Comite restituto Ecclesiastico foro causam remisit, vbi Comes proprij Iuris effectus à Decano Capituli de mãdato Episcopi interrogatus super futuro matrimonio spõte ineundo ingenue aperuit suam voluntatẽ continuo extitisse desponsandi Adrianam, vt propriam obligationẽ expleret, pro cuius executione matrimonium in facie Ecclesiæ coram Parocho sponte contraxit.

8 Ex quo sane † genere probationis liberum ac spontaneum coniugis vtriusque præseferente consensum bene consurgit matrimonij validitas ad formam Concilij Tridentini *Sanchez.de matrim.disput.*25.*n.* 1.*& 2.Rot. coram Buratt.dec.*713.*num.*1.*cum seqq. & in Tullen.Matrimonij* 15.*Ianuarij* 1653.*ad finem* 1.§. *coram. R. P. D.meo Albergato* ac consequenter excluditur quod Comes ex metu mortis sibi à bellico Consilio ad Hieronymi instantiam irrogitæ idẽmet inierit matrimonium, pro cuius
9 propterea † exclusione metus nedum assistentia superioris Ecclesiastici antea recẽsita concurrit *Cephal.cons.*91. *num.*49. *Menoch. de recuperend.*1.*nu.* 266.*Rot.decis.*516.*nu.*19.*& 20. par.*5. *recent. & post.*2.*volumen consil.Farin.dec.*198.*n.*9. *& in Tullen. matrimonij* 15. *Ianuarij* 1653. §. *& hinc non applicatur ad med. coram R.P.D.meo Albergato.* Sed etiam articulatur Hieronymi ante initũ matrimonium decessus, ad cuius instantiam mortis metus contenditur ex aduer-
10 so illatus, tum ratihabitio † matrimonij à Comite post sex menses perhabita, cohabitatio per annum cum vxore pacifica ac susceptio prolis, quas circumstantias pro validitate matrimonij ponderat *Rot.in prædicta Tullen. matrimonii coram R.P.D.meo Albergato* ac deniq; eiusdem & Comitis ad fratrem vxoris tunc
11 militum Mediolani † Præfectum accessus, à quo hilari fronte exceptus militari fuit quoque munere decoratus.

12 Nec vrget † quod pleriq; ex articulis duobus testibus ex parte Comitis examinatis aperte aduersentur, siquidem probatio probationem contrariam non excludit *Oldrad. cons.* 311.*num.*2.*& 3.Castrens.cons.*194.*num.*2.*post med. lib* 1.*Alexand.cons.*108.*num.* 1.*lib.*7.*Dec.cons.*162 *num.* 2.*post med. vers. præterea aduertendum est Rot. dec.* 229.*num.*4.*part.*2,*dec.*70.*num.*8.*part.*6.*recent.*
13 præsertim in † causa matrimonij cuius veritas ex probationibus eluceſcere valet, præcedẽs li-
14 cet probatio † contraria publicata foret *cap. feries ibique post gloss.notat. Abb. num.*5. *de testib. cap.cum in tua* 44.*vbi pariter gloss.*1.*ad fin. eod.tit. Rot.in Tullen.matrimonii* 26.*Iunii* 1648.§.1.*coram*
15 *R. Terracinen.* in decisione † namque negotij principalis dignoscitur quæ nam debeat probatio præferri *vt notat Ioannes Andr.in cap.feries num.*5.*de Testibus, & alias seruauit Rot.dec.*24.*nu.* 13.*coram Eminentissimo D.Cardinali Ottobono, & in Cesanaten.pecuniaria* 4. *Iulii* 1659.§. *Hæc autẽ probatio coram R. P. D.meo meo Benilaqua, & in Perusina fideicommissi* 20.*Aprilis præteriti* §. *neque vrget coram me.*

16 Quinimo † falsitatis suspicio, cuius virtute solet post publicatas attestationes examen denegari, visa fuit in casu proposito ex clara te-
17 stium nobilitate † arceri *ad text.in l.*3. *ff.de testib.Bald.in l.quoties* §.*sed si non in corpore num.*2. *ad fin.ff. de hæred.instit.Riminal.Iun. cons.* 52. *cum seqq.Aymon cons.*65.*n.*12.*Rot.in Melenitana Commenda* 19.*Iunii* 1654.§.*neque vrgere coram me.*

Nec remissoriæ petitæ poterit obesse, quod ex scripturis articulata materia valeat comprobari, dum cuim Testium examen

pro

18 pro maiori † ſcripturarum corroboratione exhibetur remiſſoria denegari non debet *Rot. coram Merlin.deciſ.579.nu.5.* in cauſa potiſſime
19 matrimonij cuius probatio † tũ per teſtes tũ etiam per ſcripturas admittitur in *cap.ſeries & cap.cum in tua de Teſtibus & reſponſũ fuit in Tullen.matrimonii 26.Iunii 1658.§.non obſtat ante finẽ coram R. Terracinen.*

Præterea dum aliquorũ articulorum probatio ex teſtibus dumtaxat valet innoteſcere
20 cæterorum † quoque proinde reſpectu debet remiſſoria decerni *Felin.in cap.1. num.4. in fine, & 5.de appell.Rot.coram Buratt.dec.654.n.4 Merlin.deciſ.87. num. 13. & in Toletana Decimarum de capilla 12. Iunii 1654. §. & licet coram me*
21 dum maximè † fumus veritatis exhibetur elicitus ex atteſtatione nobilis mulieris teſtes contrarios de falſitate redarguentis necnon recenſentis facti ſeriem, dum ipſa tanquam operatrix interfuit tũ ex depoſitione alterius Teſtis informati *Rot.dec.315.n.3.4.part.5.recent. coram Gregor.dec.163. nu.1. & in Ceſenaten. pecuniaria 4.Iulii 1659.coram R.P.D.meo Beuilaqua*, qui tamen fumus in cauſa prophana, qualis
23 hæc eſſe † cenſetur *Mantic.dec.312. nu.1.* nul-
24 latenus † exquiritur *Rot.coram Gregor.dec.174 num.2. & in recent.dec.715.num.1.part.3. & coram Eminentiſſimo D.meo Card. Ottobono dec.119.n.3.*
25 In quam Domini ſentẽtiam eo facilius inclinarunt †, quod in dubio debet aſſumi reſolutio cõceſſioni remiſſoriæ fauorabilis *Gratian.diſcept.forens 199. num.2. Rot. coram Buratt. dec.28.num.3.ibique Adden.ſub litt. B. & dec.82. num.2. coram Eminentiſſ.D.Card. Ottobono, & in Peruſina fideicommiſſi 19.Februarii prateriti coram*
26 *me* nec non etiam pro matrimonij validitate vt expreſſe diſponitur *in cap.vltim.de ſent. & reindicat Imol.in cap.ſeries num.4.poſt med.verſ.ſecus de teſtibus* cum aliis recenſitis *in dec.26.nu.4. & 5.par.1.diuerſ.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA

Prænestina Fideicommiſſi.

Mercurii 23. Maii 1663.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione poſiti an vocentur ad patris ac patrui portiones Fideicommiſſi agnitio ex quo inducatur Fideicommiſſum cõditionale quando tranſmittatur ad fideicõmiſſarios.

SVMMARIVM.

1 *Filii in conditione poſiti ad portionem patris, & patrui vocati cenſentur*
2 *Portio vnius reciprocè ſubſtituti cum portione alterius deficientis conſolidatur.*
3 *Filii vnius ſubſtituti conſequuntur iure proprio id totum, quod remanere debebat apud patrem non ſecus ac ſi ipſi eſſent ſubſtituti*
4 *Filii quod fuerint vocati ſufficit illos poſitos fuiſſe in conditione ad excluſionem ſubſtituti.*
5 Decius conſ. 80. num. 3. *declaratur.*
6 *Portiones ſubſtitutorum decedentium conſolidantur in vltimo ſuperſtite.*
7 *Fideicommiſſi agnitio ex ſola petitione inducitur.*
8 *Bona fideicommiſſo ſubiecta deuenta ad ſubſtituturn cum onere reſtituendi reciprocè ſubſtitutis non dicuntur hereditaria illius ad quem deuenerunt, ſed fideicommiſſaria.*
9 *Fidei commiſſum conditionale non tranſmittitur, ſi grauatus conditione pendente & fideicommiſſo non agnito decedat.*

Secus in puro, vel purificato per euentum conditionis, in quo non refert an conſtet de agnitione, ſed tranſmittitur ad fideicommiſſarios ex propria perſona venientes & nu.10.

DECISIO LXVIII.

PRETENDENS Hieronymus Sabbus eſſe locũ purificationi fideicommiſſi ad eius fauorem à Rutilio inter Aurelium Alexandrum, & Torquatum filios ordinati, obtinuit poſt primam ſententiam ab A.C. reportatam committi cauſam in Rota, quę ſub die 5.Iunij anni præteriti in portionibus Alexandri & Torquati de ea conſtare reſpondit. In diſputatione autem hodie ſuper eiſdem reaſſumpta diſputatione informantes pro reis, & bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum poſſeſſoribus amplius non impugnabant purificationẽ in parte Torquati patris d. Hieronymi, ſed potiſſimum inſiſtebant in portione Alexandri patrui; Domini autem in eadem ſententiam permanſerũt moti ex ſolido fundamento in deciſione deducto, quod per ſubſtitutionem Torquati Alexãdro ſine filijs decedenti, & iam ſequutum caſum obitus iuxta Teſtatoris cogitatum, portio d. Alexandri prædefuncti in vim huiuſmodi ſubſtitutionis delata ad Torquatum ſuperſtitem, & cum propria conſolidata vnicum effectum fuit patrimonium ad commodum Hieronymi filij in conditione poſiti ex coniecturis in
1 deciſione recenſitis ad vtramque patris & patrui portionem vocati, vt probant *Gabriel cõſ. 115 ſub num.3.verſ.qua opinio eſt veriſſima lib.1. Gionagnon.conſ.81.lib.1.num.6.Rot. coram Gregor. dec.337.num.3. & ſeqq.*

Non obſtant verba illa teſtamenti, e *morendo Torquato ſenza figli muora ad eſſo Aleſsãdro &c.* ex quibus denuo obijciebatur Teſtatorem habuiſſe reſpectum ad ſuperuluentiam Alexandri ipſi Torquato fratri, & ad iſtius ſolum fauorem non autem Hieronymi filij d. Alexandrum grauaſſe & ob id impoſſibile dicebatur, quod illius filij vti poſiti in conditione poſſint aſpirare ad portionem Alexandri, ſi tempore quo ipſi patri ſuccedebant viuere debebat Alexander, & contrarius caſus euenit, & † in conſequens illius portio non potuit effici Torquati nec cum ſua conſolidari
2 ad vtilitatem Hieronymi *ex Dec.conſ.80. nu.3. Peregrin.conſ.30.num.4.lib.2.* quia licet Teſtator præuidendo euentum mortis Alexandri ante Torquatum, & è contra inſtituit inter eos reciprocum fideicommiſſum, inde tamen non
3 impedit † quin filij Torquati conſequi non poſ-

poſſint iure proprio id totum quod remanere debebat penes patrem, non ſecus ac ſi ipſi, non ille eſſent ſubſtituti *l.1.§.pro 2.C.de Caduc. tollend. Gabriel d.conſ.115.n.3.cum ſeq.& num.11. & 13. Peregrin.de fideicommiſſ. art.27. nu. 25. Faſar.de ſubſtit quæſt.444.n.11.verſ.adducitur pro hac ſententia* opus enim eſt quod pro illorum vocatione euenerit conditio ſub qua poſiti fue-
4 re in conditione ſed † ſatis eſt fuiſſe poſitos in illa ad excluſionem ſubſtituti, *vt notat Peregrin.vbi proxime verſ.nec quicquam Fuſar.cõſ. 144 ſub num.13 verſ.reſpondetur*.

Quibus non non aduerſatur *Dec.conſ.80.n.3* iterum in obiecto adductus nã præſenti themati non applicari fuit in alia deciſione reſ-
5 ponſum ſub §. nec dicatur † loquitur enim in terminis obitus vnius hæredis ſuperexiſtẽtibus duobus alijs cohęredibus vnde filius defuncti ſolum portionem illius cõſequi debet, non verò ſuperuiuentium: diuerſum tamen eſt vbi vt hic † deceſſerunt omnes, & in
6 vltimo conſolidatæ ſunt integrę portiones vt non obſcurè admittit *idem Decius ſub n.4.verſ. reſpondeo, & verſ.3.conſiderandum*.

Nec viſum fuit releuare obiectum, quod Torquatus nõ agnouerit portionem Alexandri ſibi iure fideicommiſſi debitam ſine qua agnitione Hieronymus filius illam prętendere nequit; nam omiſſo quod probatio reſultat ex libello, quòd de anno 1626.vti vocatus ad fideicommiſſum porrexit in curia Capitolina, in quo narratis ſubſtitutionibus in teſtamento per Rutilium condito factis petijt in vim ſtatuti executionẽ illius, & quamuis lata fuerit ſententia reum conuentum abſoluens, & perpetuum ſilentium Torquato im-
7 ponens. Attamen ex ſola † petitione inducta fuit agnitio *l.ſi Auia 6.C.de Iur.delib. DD. in l. gerit ff.de acq.hæred. Tiraquell.tract.le mort. Saiſſ. le Viſ. par.7.declar.2. Menoch. conſ.77.nu.21.* non obſtante quod titulo quoque hæreditario ac donationis Alexandri antecedenter obtinuerit portionem controuerſam, quia cum
8 eſſet † fideicommiſſo ſubiecta, & deuenta ad Alexandrum cum onere reſtituendi fratribus reciproce ſubſtituris non dicebantur hæreditaria Alexandri ſed fideicommiſſaria *l. vnum ex familia §.1.ff.de leg.2. Surd.dec.93.nu.19.& 20. Rot.dec.375.num.3.par.1.recent.* obiectum elidi-
tur quia agnitionis difficultas oriri poſſet in fideicõmiſſo cõditionali, quod non tranſmit-
9 titur † ſi grauatus conditione pendente, & illo non agnito decedat, ſecus † in puro, vel puri-
10 ficato per euentum conditionis prout eſt controuerſum, hoc enim caſu nihil refert, an conſtet de agnitione, cũ ſine ea tranſmittatur ad fideicommiſſarios ex propria perſona venientes *l.à teſtatore 118.ff.de condit.& demonſtrat l.poſtulante 44.ff. ad Trebell l.ſi in perſonã 21.& ibi gloſſ.C.de fideicommiſſ. Bartol.in l.cum filio col.final. verſ.quæro ff. de leg. 1. Soccin. Iun. conſ.129.num.7.& 15. lib.1. Rolland. de communi opinione conſ.46.nu.4. lib.3. Faſar.de ſubſtit.quæſt. 487.num.1.cum ſeqq. Rot.coram bo.me. Merlin.dec. 901.num.13.* & inquiens hanc concluſionem facilius recipi in fideicommiſſo aſcendentis.

Ex quibus, & aliis in deciſ. deductis Domini ſteterunt in deciſis quo ad portionem Torquati, & Alexandri reijciendo ad aliam particularem diſputationem deducta per Hieronymum circa portionem Aurelij alterius cohæredis, de cuius purificatione ad eius fauorem non conſtare fuit in dicta deciſione firmatum vtraque &c.

R. P. D. TAIA

Barbaſtreñ Decimarum.

Lunæ 28. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria data releuantia articulorum non denegatur ad probandũ Ius decimandi, quando eſt probatum in quibus cauſis remiſſoria concedatur ſine fumo præſertim quando cõcurrit Iuris aſſiſtentia.

SVMMARIVM.

1 *Decimandi cauſa ad effectum remiſſoriæ dicitur prophana.*
2 *Remiſſoria quando materia articulata eſt releuans datur ſine fumo.*
3 *Remiſſoria conceditur in cauſa reſtitutionis in integrum quando articuli ſunt releuantes, & num.4. 5. & 6.*
7 *Probatio probationem non excludit.*
8 *Probatio quæ nam ſit præferenda diſcutitur in diſputatione duby.*
9 *Probatio non eſt retardanda ob præſumptã Calumniam & num.10.*
11 *Immemorabilis quãdo redditur improbabilis ob antiquitatẽ temporis admittitur ad illam probandã, quando pro ea aſſiſtit Iuris præſumptio, & poteſt probari aliquod tempus, & num.12.& 13.*

DECISIO LXIX.

FVIT concluſum pro remiſſoria quia fumus in cauſa Decimarum, quæ ad iſtum
1 effectum dicitur prophana, & in prophanis in qualibet inſtantia remiſſoria conceditur e-
2 tiam ſine fumo † dummodo ſit releuans ad litteram *Rot.coram Ludouiſ.dec.174. ab initio cum allegatis & nu.7.* & in cauſa reſtitutionis in in-
3 tegrum ſolet etiam concedi, licet non adeo facile *Rot.coram Ludouiſ.dec.276.num.2.& 7.*

Eoque facilius quia ab altera parte nullus fuit datus terminus ad docẽdum de cauſis reſti-
4 tutionis prefixus iuxta † formam commiſſionis *ad cap.9.de probat.ibi cum infra trium menſiũ ſpatium in noſtris litteris comprehẽſum teſtes huiuſmodi producere non curauerit & ibi gloſſ.trium mẽſium Rot.dec.381.num.6.tom.2.par.4.recent.* lata,
5 & data † præcipue ſententia reuocatoria aliarum, & re iudicata ſuperueniente per contradictas præuia vnica deciſione altera tantum parte informante. Articulos vero eſſe releuantes nulla ferè dubitatio fuit, quia portionarij petentes remiſſoriã prætendunt has decimas ſpectaſſe olim ad ſuam Eccleſiam particularẽ erectã poſtea in collegiatam cum Parochia-

libus

libus oneribus, & honoribus, & à tempore erectionis in Collegiatam vsq; ad tempus litis easdem semper percepisse, & decanos Oscen quando Decanatus translatus fuit in Collegiatam Barbastren erectam in Cathedralem illas percepisse, quia obtinebant in titulum dictam Parochialem Barbastren post erectionem vtriusque Ecclesiæ in Collegiatam, & Cathedralem respectiuè, vt ex narratis in decisione huius causæ *Barbastren. Decimarum* 11. *Decembris proximè elapsi, & prius in dec.* 21. & 264 & 265. *part.* 7. Articulata autem si vera fuerint visum est iustum † Decimas pertinere ad titulum dictæ Ecclesiæ, & consequenter ad Portionarios, non autem ad titulum Decanatus stante clara assistentia pro Priore, & Portionarijs *vt in dicta dec.* 265. *nu.* 21.

7 Nec obstare visi sunt Testes examinati pro Decano, † quia probatio probationem non excludit *d. cap.* 9. & *opportune concludit Rot. coram Cassad. decis.* 624. & *coram Mantic. dec.* 374. *nu.* 2. & *dec.* 70. *num.* 7. *vers. non obstat contraria probatio par.* 6. & *coram Eminentiss. D. Card. Ottobono decis.* 24. *nu.* 11. declarãte in discussione principalis
8 dubij † DD. decreturos quæ nam probatio veniat præferenda, adeout nec propter præ-
9 sumptam † calumniam facile quis repellatur à probando *d. dec.* 624. *in fine coram Cassador.* & & *dicta dec.* 24 *num.* 4. *coram Card. Ottobon.* quin
10 etiam calumnia † non probatur constante releuantia, vt sæpe *decisum est à Rot. post* 2. *vol. conf. Farinacc. dec.* 305. *sub nu.* 1. & *coram D. Card. Ottobono dec.* 31. *in fine*.

11 Multo minus obstare visum est, quod propositi articuli de tempore ante erectionem anno 1544. antiquissimè & 80. annos antè litem motam, & 40. post eam ad Rotam deductam, vt in dicta decisione 265. sint improbabiles per testes, qui viderint.

12 Quia cum † assistẽtia iuris, vt supra concurrente pro Priore & Portionarijs visũ est posse sufficere leuiores probationes, præsertim ad prætentam interpretationem litterarum Apostolicarum super præfatis erectionibus, &
13 satis esse posse quod aliquod † tempus & aliquis modus probetur sicuti etiam quod aliquis articulus, & vnius articuli intercisi pars possit per Testes probari.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA

Anconitana Pecuniaria.

Lunæ 28. *Maij* 1663.

ARGVMENTVM:

Obligatio fideiussoris quando incipiat. Stipulatio post ius quæsitum alijs an valeat retrotrahi. Ius tertij quomodo præseruetur. Maritus quando debeat citari. Reseruatio quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Qui prior est tempore potior est iure.*
2 *Obligatio fideiussoris à die accessionis ad obligationem incipit, nec valet retrotrahi in præiudicium tertij.*
3 *Per Bonæ fidei recognitionem efficitur quis principalis debitor.*
4 *Clausula*: Sciens se non teneri, *solet apponi, quando quis fideiubet, & certior fit de contentis in contractu cui accedit.*
5 *Recognitio debiti ex recognitione bonæ fidei consurgens est antecedentis obligationis declaratiua.*
6 *Accessio est inductiua nouæ, & principalis obligationis, quæ incipit à die stipulationis.*
7 *Stipulatio post ius quæsitum alijs, non valet præiudicium inferre, nec retrotrahi.*
8 *Creditoris tertij ius, semper præseruatum censetur per fictionem, vt est retrotractio diei contractus.*
9 *Declaratio tempore non suspecto emanata est apta præiudicare tertio.*
10 *Instrumenti verba quando sunt clara, non est recurrendum ad coniecturas.*
11 *Auctoris factum præiudicat etiam successoribus.*
12 *Maritus debet citari quando agitur de principali interesse vxoris.*
13 *Obligatione vti relatiua ad graduatoriam stante, creditores æquè tenentur promittere restitutionem, quibuscumque prioribus, & anterioribus creditoribus.*
14 *Reseruatio præseruat iura, quæ antea competebant.*

DECISIO LXX.

HIACYNTVS de Alexãdris causam habens à Comitissa Senili filia Ludouici, ad cuius fauorem sub die 9. Augusti 1584. Camillus Gabriellius imposuit Censum scut. 700. sub fideiussione Bernardi Blasij, & Nicolai fratrum de Zazzeris, & Mariæ matris conuenit illos de Scalamontibus ad restitutionem pecuniarum, quas in vim Sententiæ graduatoriæ inter ipsos, & alios creditores eorundem de Zazzeris latæ receperunt cum solita cautione de illas restituendo prioribus, & anterioribus, sed contrarias Sentẽtias reos conuentos absoluentes reportauit, à quarum vltima Rotali commissa mihi causa appellationis, cum hodie dubitarem, an esset confirmanda, vel infirmanda Domini excepta rata pecuniarum prouenien. ex portione bonorũ ad Blasium alterum ex dd. fratribus de Zazzeris spectan. quoad reliquas aliorum fratrũ reforman. censuerunt esse, quia in illis dictus Ludouicus Senilis dicti Hiacynthi mediatus
1 author erat creditor † anterior, ideo potior est ipse in iure consequendi dictas pecunias ex effectibus debitorum decoctorum retractas aduersus Scalamontes, & alios posteriores, *l. qui potior, & l. si fundum, C. qui potior. in pignor. habeatur, l. creditori, & l. potior. ff. eodem.*

Non facit, quod Scalamontes in Sententia graduatoria fuerint in secundo loco graduati tanquam creditores Census scutor. 1250. per Camillum Gabriellium impositi sub die 16. Iulij dicti anni 1584. cum quibus proinde nõ valet concurrere Hiacyntus cautam, vt supra habens à dict. Comitissa Senili creditrice posteriori, & in quarto loco graduata, qui tres

ed by Google

tres de Zazzeris, super quibus bonis factus fuit Concursus Creditorum, non interfuerunt stipulationi Instrumenti Census empti à Scalamontibus, nec tunc se obligarunt, sed mediante Bernardo, vno ex ipsis procuratore constituto sub die 24. Augusti subsequentis simpliciter fideiusserunt fauore Gabrielis impositoris, illumque indemnem conseruare promiserũt, ex quo educi nequit anterioritas crediti fratrum de Scalamontibus, vt ex dd. fideiussorum bonis subhasta positis, & pecunijs inde retractis prælationem habere de-
2 beant, nam obligatio † oriens ex fideiussione incipit ab eo tempore, non autem à die 16. Iulij antecedentis, qua fuit impositus Census nec ad illam retrotrahi valet in præiudicium authorum Alexandri creditorum occasione alterius Census medio tempore acquisiti, hoc est sub dicta die 9. Augusti, à quo fuit ius quæsitum, & contracta obligatio, & hypotheca in bonis dd. de Zazzeris, in solidum obligatorum. *Aretin. in l. hæres quandocunque, nu. 2. ff. de acquir. hæred. Mantic. de tacit. lib. 11. titu. 22. num. 17. Surd. de alimen. tit. 6. quæst. 8. num. 69. Costa de vtroque retract. cap. 8. numer. 11. Rota coram san. mem. Gregor. decis. 227. num. 4. apud Duran. decis. 461. num. 3. bon. mem. Merlin. decis. 543. nu. 9. & 13. Modern. Foroliuien. de pignor. lib. 4. quæst. 40. numer. 2.*

Nec dicatur, quod fratres de Zazzeris sub
3 die 24. Augusti, recognouerunt † bonam fidem erga Camillum Gabriellium, per quam recognitionem effecti sunt principales debitores Census perinde, ac si ab initio illũ imposuissent. *Rota post Modern. Perusin. de Cens. decis. 534. num. 1. & decis. 556. nu. 3. in Romana Census 26. Iunij 1658. §. quia de impositione, coram me,* quia compertum fuit in facto, non subsistere, quando omnes dd. fratres de Zazzeris recognouerint bonam fidem erga dictum Camillum, declarando ipsorum intuitu fuisse impositum Censum, omneque commodum, & incommodum ad se spectare, promittendo soluere fructus, & impositorem indemnem relcuare, ex Instrumentis enim relatis in hodierno Summario dicti Hiacynthi de Alexãdris, *num. 5. & 6.* ad litteram patet solum Blasium alterum ex eisdem fratribus, vna cum Nicolao de Peregrinis, & Ferrante Melazio, recognouisse bonam fidem, ad fauorem Camilli pro Censu sub die 16. Iulij impositi: Reliqui verò dicti Blasij fratres, ministerio Bernardi Procuratoris accesserunt tanquam fideiussores, cum promissione illum sine dãno releuandi, ex causa dict. impositionis Cẽsus, vt constat ex verbis Instrumenti, & si-
4 gnanter, ex clausula illa; † *sciens se non teneri,* quæ solet apponi quando quis fideiubet, & certior fit de contentis in contractu, cui accedit, vt aduertit *Nering. de fideiuss. cap. 19. nu. 13 Bertazzol. clauſ. 39. gloss. 3. nu. 1.* quamuis respectu creditoris, & census emptoris sint omnes rei debendi. *Rota coram bon. mem. Merlin. decis. 543. num. 7.*

Et hoc posito penitus eliditur illatio in-
de cisionibus contrarijs facta, quod stante re-
5 cognitione † bonæ fidei, & accollatione cẽsus, recognitio debiti inde consurgens sit antecedẽtis obligationis declaratiua, quia quicquid sit respectu Blasij recognoscentis bonã fidem, & sic censum, vsque ab initio sui cõtemplatione creatum fuisse declarantis, & ob id portionem bonorum, vel pecuniarum, illis de Scalamontibus in dicto Concursu sub dicta cautione consignatarum non subiacere restitutioni, nec posse ab Alexandro vindicari, in quo Domini non erant concordes, sanè id nullo modo affirmari posse dicebant, quoad ratas aliorum Fratrum, qui per viam fideiussionis, non autem recognitionis bonæ fidei contractui Census accesserunt respectu
6 quorũ † accessio est inductiua nouæ, & principalis obligationis, incipiens ab illa die sti-
7 pulationis, quæ post Ius, quæsitum alijs non valet præiudicium inferre, nec retrotrahi. *Castrens. in l. hæres palam, §. si quid post, ff. de testam. & cons. 338. num. 9. & cons. 357. num. 5. lib. 1. Surd. cons. 192. num. 31. Magon. decis. Lucen. 61. num. 14. Mart. decis. 19. num. 18. Ciryac. controu. 210. nu. 34.* Quibus non aduersantur authoritates in Decisionibus allegatis, quia procedunt in præiudicium eorum, qui contraxerunt, non autem tertij creditoris, qui per fictionem, vt est retrotractio æquitas non patitur, vt damnifi-
8 cetur. Immò † illius ius semper centetur exceptum, vt notat *Bartol. in l. si indebitum, §. si patroni, & in l. bonorum, ff. rem ratam haberi, & leges aliena, in princ. ff. de pignor. act. Corn. cons. 159. num. final. lib. 2. Dec. cons. 247. num. 5. 6. & vlt. & alij quos cumulat Decian. respons. 11. nu. 85. cum seq. lib. 1.*

Prout non vrget ad arguendum primum Censum ab illis de Scalamontibus emptum fuisse impositum de mandato Fratrum de Zazzaris, quod Camillus Gabriellius impositor esset illorum Cognatus, & plures alios imposuerat sub nomine proprio, & reuera
9 spectabant ad illos, quodque † declaratio emanauerit tempore non suspecto, ideo apta sit præiudicare alijs creditoribus, qui medio tempore cum dd. de Zizzeris contraxerunt, & pariter in Decisionibus adductis, quia cum
10 verba † Instrumenti supra ponderata importantia simplicem fideiussionem sint clara, nõ est recurrendum ad has coniecturas in dubio, & ad obscura solum necessarias, *l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de legat. 3. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat. l. præcipimus, in fine, C. de appell. Soccin. Iun. cons. 117. nu. 22. lib. 1.*

11 Nec subsistit, quod ab Authoribus Alexãdri fuerit acceptatum Instrumentum recognitionis bonæ fidei, & ab omnibus creditoribus approbata Sententia Graduatoria, præuia subscriptione, vnde præiudicium sibi intulerunt, nè successores valeant illi contrauenire, & pro pecuniarum restitutione agere, ad *text. in l. si duobus 19. ff. de exequt. Gratian. decis. Mareb. 52. num. 5.* quia Instrumentũ fuit ab altera parte in Iudicio excussionis exhibitũ, non autem ab Authore Alexandri. Sententia verò nullibi apparet subscripta à tunc collitigantibus, immo nec in ea citata Comitis-

ſu Senili, ſed viro graduato in quarto loco,&
12 tamen cum Cenſus eſſet illi † in Dotem aſ-
ſignatus, & ſic agebitur de principali intereſ-
ſe Vxoris debuit citari. *Iaſon. in l. cum ſolum, §. morte, num. 23. ff. de non. oper. nunciat. Felin. in cap. cum M. Ferrarienſis 9. numer. 53. de conſtitut. Rota in Meleuitana Pecuniaria 19. Nouembr. 1049. §. non ſuffragatur, coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in Romana Retractus 17. Martij 1653. §. & quod magis, coram R.P.D. meo Celſo.*

Neque etiam ſubſiſtere viſum fuit, quod obligatio Creditorum in concurſu reſtituendi pecunias facta fuerit fauore Emptoris Domorum de Zazzeris, caſu quo inſurgerent alij Creditores pariter graduati, qui illum moleſtare tentarent; Cumque dictus caſus adhuc non acciderit, ex quo emptor non agit, alijque Creditores non compareant graduati repelluntur à petita reſtitutione pecuniarum, tunc ipſis conſentientibus receptarum, quia præterquod obligatio † eſt relati-
13 ua ad ſententiam graduatoriã, & iuxta illiùs tenorem, ſecundum quam omnes creditores tenentur æquè promittere reſtitutionem quibuſcumque prioribus, & anterioribus creditoribus. *Scacc. in reſponſ. poſt tractat. de ſenten. & reiudic. nu. 6. fol. 654.* quo fit vt non impediatur, quin & ipſi graduati valeant iura ſua melius deducere, ceſſat omnis difficultas, ex ipſius ſententiæ inſpectione, in qua fuerunt reſeruata iura omnibus creditoribus, etiam graduatis, ibi: *reſeruato Iure dd. Creditoribus, necnon alijs*: huiuſmodi enim reſeruatio præ-
14 ſeruat † iura, quæ antea competebant, & experiri poſſint, hac exceptione non obſtante, *l. item, ff. de teſtament. tutel. l. ſi debitor, §. 1. ff. quib. mod. pignus, vel hypot. ſoluot. Surd. deciſ. 163. n. 17 Mantic. deciſ. 270. num 15. Gregor. XV. deciſ. 35. nu. 17.*

Et ita fuit reſolutum Sententiam vt ſuprà reformandam vtraque parte informante, &c.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO,

Poſtea S. R. Eccleſ. Cardinali.

Lucen. Iuriſdictionis.

Luna 28. Maij 1663.

ARGVMENTVM.

Actus vnus Epiſcopo reſeruatus, arguit cæteros actus ab Abbate exercendos eſſe. Scripturæ ex particulari archiuio extractæ, quando probent. Ius indicendi proceſſiones ad quẽ ſpectet, & an Abbas, qui vti habens iuriſdictionem ordinariã veniens ſub nomine ordinarij valeat in ſuo territorio huiuſmodi munia exercere.

SVMMARIVM.

1 *Concordia Apoſtolica auctoritate confirmata, ligat quoque ſucceſſores.*

2 *Eccleſia Parochialis ſubijcitur Epiſcopo, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, ex decreto* Concilij Trident. ſeſſ. 25. cap. 11. de Reg. *Sed declara, vt num. 3.*

4 *Iuriſdictionis ordinariæ appellatione, venit etiam iuriſdictio voluntaria.*

5 *Reſeruatio vnius actus facta Epiſcopo, arguit iuriſdictionem in alijs actibus ad fauorem Abbatis.*

6 *Abbati cenſetur præſeruatum, id quod expreſsè non fuit Epiſcopo attributum.*

7 *Scripturæ ex particulari archiuio extractæ, non probant. Declara tamen, vt num. 8.*

9 *Enunciatiuæ non admittuntur, quando dubitatur de veritate enunciati.*

10 *Iuriſdictionis exercitium ſeparationem territorij denotat.*

11 *Ius indicendi proceſſiones ſpectat ad Epiſcopum.*

12 *Abbas habens iuriſdictionem ordinariam venit ſub nomine Ordinarij.*

13 *Iuriſdictionis cumulatio operatur, quod vtroque exercitium illius competat.*

14 *Abbatibus vſus Pontificalium in aliena Eccleſia licet exempta, & quãuis fuerint inuitati, prohibetur.*

15 *Rota Sacra Rituum Congregationis Decreta, ſolet reuerenter ſuſcipere.*

DECISIO LXXI.

QVATVOR Articuli fuerũt in hac Cauſa reſoluti ad fauorem Abbatis Sancti Vincentij de Monfort Ordinis Sancti Benedicti ſub die 26. Iunij 1662. coram me; Hodiè vero repropoſita Cauſa, placuit reformare Deciſionem, illam confirmando quoad primum, & quartum tantùm, quo vero ad ſecundum, & tertium, Domini receſſerunt à deciſis.

Quod enim attinet ad primum articulum concernentem priuatiuam Iuriſdictionem Abbatis in Eccleſia Monaſterij Sancti Vincentij, reſolutio fundata in concordia anni 1604. ibi: Namque Epiſcopus Lucenſis, & Abbas contrahentes primo loco conuenerũt quod Iuriſdictio Ordinaria oppidi de Monfort adminiſtraretur cumulatiuè inter ipſos in omnibus Eccleſijs dicti oppidi, quo verò ad Eccleſias vnitas Monaſterio, *Abbas habeat priuatiuam*; & Epiſcopus *ſolummodo viſitationem perſonalem*, & poſtea loquendo de Monaſterio Sancti Vincentij voluerunt, quod remaneat liberum, & *exemptum à viſitatione in totum*. Vndè manifeſtè colligitur ipſos contrahentes voluiſſe quidem eximere à Iuriſdictione Epiſcopi Eccleſias vnitas, ſed multo fortius Monaſterium cum Eccleſia Abbatiali, non ſolum ex maioritate rationis, cum illa reſpectu vnitarum ſit caput, ſed etiam quia vlterius liberarunt Monaſterium etiam à Viſitatione, in qua potiſſimè conſiſtit Iuriſdictio Epiſcopi in Eccleſijs exemptis, vt aduertit
1 Deciſio, §. Idque colligitur, quæ † concordia cum ſit auctoritate Apoſtolica confirmata, ligat quoque ſucceſſores, *cap. veniens 8. ibique gloſſ. in verb. confirmatam, vbi communiter Canoniſta de tranſact. Rota deciſ. 159. num. 5. par. 1. & deciſ. 256. nu. 7. par. 8. recent.*

Parum .um

2 Parum obstante, quod Ecclesia Sancti Vincentij tamquam Parochialis, & Curata sit subiecta Episcopo, vti Sedis Apostolicæ delegato, ex Decreto *Sacr. Concil. Tridentin. sess. 25.*
3 *cap. 11. de Reg.* nam dispositio Concilij † locũ non habet in proposito casu, quo vigore cõcordię Iurisdictio plenaria in Ecclesia proprij Monasterij residet penes Abbatem, vt in simili contra Episcopum Lucensem, aliàs respondit *Rota coram Cardinal. Mantic. decis. 362. per tot.*

Quæ quidem concordia non restringitur ad solam Iurisdictionem contentiosam, vt contendunt informantes pro Episcopo, sed indistinctè complectitur etiam voluntariam, vt desumitur tàm ex secundo Capitulo lo-
4 quente de Iurisdictione ordinaria, cuius † appellatione venit quoque voluntaria iurisdictio, vt firmauit *Rota corã Buratt. decis. 504. nu. 8.* quam etiam ex subsequentibus Capitulis, in quibus reseruatur Abbati facultas visitandi in Ecclesia Abbatiali, decernendi Censuras pro rebus deperditis, approbandi Vicarios Regulares, nec non tribuitur eidem priuatiua iurisdictio in Ecclesijs vnitis, excepta visitatione
5 personali reseruata Episcopo, quæ † reseruatio solius visitationis firmat in omnibus alijs actibus iurisdictionem ad fauorem Abbatis, juxta theoricam *Bartol. in l. quæsitum, §. denique de fund. instruct.* iuncta præsertim obseruantia comprobata per Testes, & scripturas relatas in Summario Abbatis *num. 7.*

Idque faciliùs attento Concilio Ouetensi, celebrato de anno 829. ex quo patet plenariã Iurisdictionem ante transactionem spectasse ad Abbates prædecessores, quod etiam adminiculatur ex donatione Alphonsi Regis Hispaniarum, confirmata ab Innocentio Tertio, quapropter intrat cõclusio in Decisione firmata, quod concordia debet strictè interpre-
6 tari ad fauorem Abbatis † cui censetur præseruatum totum id, quod expressè ibidem nõ fuit Episcopo attributum. *Rota coram Buratto, decis. 321. num. 5.* cum alijs allegatis in decisione, *§. quod fortiùs, in fine.*

Non obstant quædam notæ plurium authorum super dicto Concilio Ouetẽs. ab Episcopo exhibitæ, in quibus nulla fit mentio de Abbate Sancti Vincentij, nec de aliqua concessione eidem facta, vel eius Monasterio. Nàm vltra quod altera pars prætendit illas non esse integras; Attamen ex eis non probatur negatiua præsertim cõcurrentibus scri-
7 pturis authenticis in contrarium, quæ † licèt fuerint extractæ ex particulari Archiuio Monasterij, & Regulariter non probant. Ni-
8 hilominus cum appareant antiquæ, & † legales, sintque subscriptæ manu Regis, ac plurium Episcoporum, extractio verò facta fuerit ex dicto Archiuio diligentèr custodito, vtpotè tribus clauibus clauso, præuio Iudicis Decreto, & parte nihil opponente benè probant, siuè Archiuium sit publicum, siuè priuatum. *Rota decis. 192. nu. 17. & decis. 256. nu. 9. & seqq. part. 7. recen.* cum alijs plenè deductis in *Calagurritana Decimarum de Oson. 7. Junij 1655 coram R. P. D. meo Celso, §. nec quicquam facit.*

Nec releuant enunciatiuæ, quod Monaste-
9 rium sit de Diœcesi Lucẽ. Quia cum † illæ regularitèr non admittantur, vbi præcipuè dubitatur de veritate enunciati, iuxtà doctr. *But. in cap. illud, num. 3. vers. nota 4. de præsumpt. Rota decis. 165. nu. 1. & 2. par. 4. diuer.* nullo modo hic suffragantur propter exercitium Iuris-
10 dictionis superius firmatum, quod † potiùs denotat separationem territorij. *Card. Seraph. decis. 1278. num. 4. decis. 203. num. 13. part. 7. recent. & in Montis Cassinen. Iurisdict. 27. Martij 1651. coram bon. mem. Bichio.*

Quo verò ad quartum Articulum, An Abbas possit indicere processiones generales in dicto oppido, vel potiùs hoc spectet priuatiuè ad Episcopum, Domini in hoc paritèr cõfirmarunt resolutionem. Quia licèt ratione
11 Ordinariæ Iurisdictionis † Ius indicendi processiones spectet ad Episcopum. Adhuc ta-
12 men non prohibetur Abbas, qui † dum habet Ordinariam Iurisdictionem, ipse quoque venit sub nomine Ordinarij, *gloss. in cap. ordinarijs, verb. locorum, de offic. ordin. in 6. Rota decis. 798. num. 3. par. 4. diuers.* & plures congerit *Modern. Tamburr. de Iur. Abbat. disput. 1. quæst. 4. nu. 3. lib. 1.*

Nec facit, quod Abbas Sancti Vincentij in Ecclesijs oppidi de Monfort habeat Iurisdictionem cumulatiuam cum Episcopo, non
13 autem priuatiuam, nam cumulatio † nihil adimit de Iurisdictione, sed tantum operatur, quod vtrique competat exercitium illius. *Dec. conf. 3. num. 3. Surd. conf. 56. num. 20. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsump. 18. num. 36. in fine, cum seqq.*

In alijs duobus Articulis, scilicet secundo: An Abbas possit exercere Pontificalia extra Ecclesiam sui Conuentus, & ab illa exire cũ Mitra, & Baculo in Processionibus publicis, quæ solent fieri per vias dicti oppidi, & suorum terminorum, vel potiùs hoc spectet priuatiuè ad Episcopum; & tertio, An Abbas possit exercere Pontificalia in Ecclesijs aliorum Conuentuum, qui non sint sui ordinis, licèt habeat licentiam eorum superioris absque licentia Episcopi, & dictus Abbas possit cõcedere tales licentias alijs Episcopis, & Abbatibus, vel potius hoc spectet priuatiuè ad Episcopum, Domini recesserunt à Decisis, attento Decreto Sacr. Congregationis Rituũ emanato 27. Septembris 1659. vbi in §. 10.
14 apertè prohibetur Abbatibus † vsus Pontificalium in aliena Ecclesia licèt exempta, quãuis ad ipsam fuerint mutati, quod loquitur non solùm de Abbatibus exemptis, sed etiam de habentibus territorium separatum, & Iura Episcopalia, vt patet in fine eiusdem Decreti, ibi: *Cumque nonnulli ex dictis Abbatibus, & Prælatis proprium habere possint territorium, iuraq; Episcopalia, nullis subdantur Episcopis, qui eos coercere, si excesserint, valeant eo casu à Sedis Apostolicæ Nuncijs, &c. ad huiusmodi decretorum obseruationem prædicti omninò cogantur.* Hæc enim verba

ba ſunt ſatis clara, nullamque recipiunt in-
15 terpretationem, & Rota † huiuſmodi decreta ſemper ſolet reuerenter ſuſcipere.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Amerina Fideicommiſſi.

Luna 4. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Copia ſimplex Teſtamenti non probat ſine originali, maximè quando adeſt ſchedula aliena manu deſcripta, & ab ipſo Teſtatore ſubſcripta; de illa ſcilicet fit mentio in copia, ſed nullibi original apparet.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura ſimplex copia ſine originali non probat.*

2 *Scriptura, cui non conueniunt qualitates in illa recenſita, demonſtrat eſſe diuerſam.*

3 *Schedula Teſtamenti carens ſubſcriptione Teſtatoris, arguit pluralitatem.*

4 *Scriptura quæ caret ſubſcriptione volita per Teſtatorem, etiam ſi eſſet originalis, non ſubſtinetur, & num. 5.*

9 *Fallit quando fuit producta, & legata in ea contẽta perſoluta; niſi deficiat identitas ſcripturæ, & perfectio voluntatis Teſtatoris, vt num. 7. & 8.*

9 *Hæres approbans Teſtamentum non vitè factum, nõ poteſt nocere tertio, non habenti cauſam ab illo.*

10 *Recognitio Scripturæ ſine partis citatione, non valet.*

DECISIO LXXII.

NON CONSTARE de valido Teſtamẽto Matthæi Buccarini reſponderunt ilerum Domini, Scriptura enim exhibita eſt
1 ſimplex copia, ſeu † exemplum, quod non probat non producto originali, *l. exemplo, C. de probat. Auth. ſi quis in aliquo, vbi Dec. nu. 2. Iaſon. & communiter ſcribentes, Cod. de edend. Decian. loquens de teſtamento, conſ. 18. nu. 2. lib. 2. Rota in recent. par. 9. deciſ. 128. ſub num. 1. & ſeqq.*

Eo minus, quia in corpore Scripturæ legitur ſchedulam Teſtamenti à Matthæo confecti, ſcriptam eſſe manu Valdouiſij, & ab ipſo Matthæo ſubſcriptam, vnde eſto quod probaretur Matthæum condidiſſe teſtamentum,
2 nihilominus cum † Scripturæ huiuſmodi nõ conueniant qualitates prædictæ, quod fuerit ſcripta manu Valdouiſij, & ab ipſo Teſtatore ſubſcripta excluditur, quod illa ſit Teſtamentum Matthæi. *Ruin. conſ. 21. num. 6. lib. 4. Rota in Romana Fideicommiſſi de Caietanis 7. Februarij 1620. coram bon. mem. Card. Fabritio Veroſpio, & in Peruſina Teſtamẽti 28. Iunij 1658. coram Reuerendiſſ. D. Cerro Decano.*

Dum enim percipi non poteſt, à quo prætenſa Schedula Teſtamenti, ſcripta, vel ſub-
3 ſcripta fuerit, immo † careat ſubſcriptione ipſius Teſtatoris, ceſſat regula, quod pluralitas non præſumatur. *Pariſ. conſ. 19. nu. 48 lib. 3. Ruin. conſ. 31. lib. 4. nu. 6. Altograd. conſ. 96. à nn. 22 lib. 2.* & pluribus relatis comprobat *Ciriac. cõtrou. 444. num. 28.*

Hinc fruſtra contendit Dominus Mutius Marerius purificatum fideicommiſſum ad fa-
4 uorem Renati Patris, nam † ceſſante ſubſcriptione volita per Teſtatorem, etiam ſi ſcriptura illa eſſet ſchedula originalis nullo modo poſſet ſuſtineri. *Rota coram Pen. deciſ. 216.*
5 *nu. 15. in recent. deciſ. 430. nu. 8. & 9.* quod † procedit etiam inter liberos, vt vltra adductos in alia deciſione huius Cauſæ, §. *non obſtat, edita 5. Iunij, ſuperioris anni fuit dictum in Romana Hareditatis 1. Aprilis 1658. coram R. P. D. meo Albergato.*

6 Obiectum verò deductum ex illius productione, & ſolutione Legatorum contentorũ in illa facta à Flauio Matthæi filio, & hærede,
7 non releuat † cum deficiat identitas ſcripturæ, & perfectio voluntatis Teſtatoris, qui ſa-
8 nè defectus nõ poteſt ex actibus poſtiuis hæredis ſuppleri, iuxtà notata per *Dec. conſ. 488. num. 18. Rota in Romana Primogenituræ 25. Iunij 1655. coram bon. mem. Bichio;* minuſue poteſt talis approbatio, nocere tertio non habẽti cauſam à dicto Flauio, per regulam, *text. in l. 1. & 2. C. res inter alios acta, l. ſæpe, ff. de re iud. Rota deciſ. 161. num. 17. par. 8. recent. & in Tiburtina Caſtri Sancti Angeli 18. Iunij 1640. corã Reuerendiſs. D. meo Melino.*

10 Non obſtat recognitio facta de anno 1620. quia emanauit ſine citatione partis, ac ſpreta proteſtatione, & laborat pluribus defectibus deductis in præterita deciſione, in qua propterea ſtandum eſſe, fuit reſolutum Domino Ludouico Cremona ſolum informante, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Piſana Diſtributionum.

Luna 4. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Gratia obtenta à Pontifice, non narratis Clauſulis neceſſarijs, eſt ſubreptitia, & idem eſt nõ narrare, quã narrata non iuſtificare; & ſufficit ad inducen. ſubreptionem, non ſolum tacere aliquid, quod ſi Papa ſciuiſſet, Gratiam non conceſſiſſet; ſed etiam, quod illam non ita de facili conceſſiſſet.

SVMMARIVM.

1 *Subreptio operatur, vt breue non ſit æſtimandũ, nec executioni demandandum.*

2 *Gratia non ſuffragatur ſi omnia in Breue narrata, non iuſtificantur, & num. 9. & 13.*

3 *Canonicus diſpenſatus ad retinendum Cappellaniã, poteſt etiam illius diſtributiones ſuperlucrari.*

4 *Sacra Congregatio Concilij contrarium tenet.*

5 *Ad inducen. ſubreptionem, ſufficit quod Papa non ità de facili conceſſiſſet gratiã, ſi omnia ei narrata eſſent, & num. 6.*

7 *Subreptio non cauſatur tacendo id, quod in iure conſiſtit.*

8 Pon-

8 *Pontifex potest concedere Gratiam, etiam in alterius præiudicium.*
10 *Subreptio resultat ex non facta litis mentione, & num.* 12.
11 *Commissio cum citatione ad dicend. contra, in Rota, est loco libelli, & dicitur Causa introducta.*
14 *Valor est Gratiæ pars, quæ habet vim conditionis, & exigit iustificationem, & num.* 15.

DECISIO LXXIII.

OCTAVIVS de Michelangelis à Sede Apostolica, prouisus de Canonicatu in Ecclesia Pisana vacante, obtinuit etiam retentionem Capellaniæ, quam ibi prius possidebat, cupientique illius distributiones quotidianas lucrari impetrauit Breue, & ad dictum effectum petebat illius executionem, quam Rota denegandam esse censuit ex capite subreptionis, quæ † operatur, vt non sit habendum in consideratione, nec absque nota iniustitiæ executioni demandandum, *capit. super litteris, & ibi Felin. nu.* 8. *de rescript. Innoc. in cap. vltimo, vt lit. pend. Ciarlin. controu.* 38. *num.* 3. & 5. *Rota decis.* 418. *nu.* 1. *par.* 1. *decis.* 83. *num.* 24. *par.* 7. *recent. & in Beneuentana Parochialis* 29. *Nouemb.* 1649. §. *iniustè vero, coram Reuerendiss. D. meo Decano*, & defectu † iustificationis narratorum in eo ad quæ tenetur, alias gratia non suffragatur, *cap.* 1. *ibique Io. Andr. & alij, de contest. lit. in* 6. *Felin. in cap. ad àures vers. tertia conclusio, de rescript. Marescott. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. & 2. *Bota coram Buratt. decis.* 175. *nu.* 1.

Quantum attinet ad subreptionem, ex duplici capite videbatur patens, & † primo, quia prætendens dictus Octauius posse distributiones superlucrari eo ipso, quod in vim prouisionis Apostolicæ, vltra Canonicatum retinebat etiam Capellaniam, quasi esset ad hoc dispensatus, delata controuersia in hoc suborta ad Sacram Congregationem Eminentissimorum Cardinalium † Sacri Concilij Tridentini Interpetrũ, sub die 30. Aprilis 1661. vtraq; parte super eorum Iuribus audita cẽsuit Dominum Octauiũ illas percipere minimè posse, & tamen nulla facta huiusmodi resolutionis mentione de mẽse Augusti sequentis Breue de quo agitur † obtinuit, quod à vitio subreptionis saluari non potest, nam certum est, quod si illa Pontifici narrata fuisset, vel illud omninò denegasset, vel non ità de facili concessisset, quod † vtrumq; sufficit ad inducẽ. subreptionem, *cap. ad audientiam, & cap. postulasti* 27. *& cap. si proponente* 42. *de rescript. cap. dudũ* 54. *il* 2. *vers. insuper, de elect. Peregr. cons.* 78. *nu.* 12. *lib.* 2. *Aymon. cons.* 68. *num.* 5. *Lotter. de re benefic. lib.* 3. *quæst.* 11. *num.* 56. *Rota decis.* 24. *num.* 4. *par.* 5. *recent. & in Romana Pretij Officiorum* 27. *Nouemb.* 1658. §. *de obreptione, coram me.*

Nec hoc primum subreptionis caput euitari potest ex responsione data, quod declaratio Sac. Congregationis, non induxit nouum impedimentum, sed remouendo dubium, an distributiones deberentur, ità † respondit, ex quo inferebatur fuisse tacitum, id quod in iure consistit, quod non caulat subreptionem. *Giouagn. cons.* 16. *nu.* 65. *lib.* 2. *Lotter. de re benefic. lib.* 2. *qu.* 54. *nu.* 25. *Cassad. decis.* 4. *nu.* 6. *de prebend.*

8 quod licet esset in † libera potestate Pontificis gratiam concedere etiam in alterius præiudicium, nefasque sit illud in controuersiam re-
9 uocare. Attamen id totum erat illi narrandum, vt apparere posset de eius voluntate in concessione, vt bene ad rem aduertit *Crauett. in præcit. cons.* 68. *sub nu.* 8. *vers. quod sine dubio, & seqq. & cons.* 103. *nu.* 17. *Honded cons.* 27. *num.* 51. *cum seqq. lib.* 1.

10 Altera minus euitabilis subreptio, resultat ex non facta mentione litis in hoc Sacro Tribunali, multo ante impetrationem Breuis, introductæ in vim Commissionis lactationis lactationum, cum citatione partis ad dicend.
11 contra, & in actis † reproducta, quæ in Rota est loco libelli, *vt coram Achill. de Grass. decis.* 1. *nu.* 6. *de Iudic. Eminentiss. Otthobon. decis.* 116. *nu.* 1. *& in Romana Beneficiatus S. Petri* 15. *Iunij* 1657.
12 *coram me*, quæ pariter † narrari debuit, quia poterat Pontificem retrahere à Breuis concessione, & non expressa, remansit subreptitium, *cap. olim, de iudic. l. si quis, C. de precib. Imper. offerend. Rota coram Cardinali Caual. decis.* 92. *nu.* 2. *in recent. decis.* 370. *num.* 4. *part.* 5. *& apud Reuerendiss. Tarraconen. decis.* 258. *num.* 10. *& 336. num.* 5. *inter eius impress.*

13 Ex defectu autem non iustificationis narratorum pariter vitium fuit, Breue non esse exequeñ. nam inter plura alia expressa, & si-
14 gnanter residentiam † personalem diuersimode in litteris prouisionis Canonicatus cum retentione Capellaniæ ab alia facta in impe-
15 tratione Breuis de † valore in ducatis 40. per non excessum expresso nulla affertur probatio, quæ tamen vti pars eiusdem gratiæ habet vim conditionis, & exigit iustificationem. *Felin. in cap. ad aures, col.* 6. *concluf.* 7. *in fine, de rescript. Marescott. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 62. *& alys relatis dictum fuit in Meliten. Parochialis* 28. *Iunij* 1649. §. *penultimo, coram bon. mem. Bichio, & in Papien. Beneficiorum* 23. *Februarij* 1654. *in fine coram me.*

Et ità fuit concluſum, Breue non esse exequend. vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Viterbien Transactionis.

Lunæ 4. *Iunij* 1663.

ARGVMENTVM.

In Transactione an committatur vsura, & ista an cadat in contractu locationis. Ad rescindendum transactionis contractum quid veniat necessariò probandum, & an conuentio de annua præstatione super rebus donatis sit vsuraria.

SVMMARIVM.

1 *Transactio est contractus innominatus.*
2 *Verba relata à transactionis conciliatore probant præludia contractus.*
Amplia, vt num. 3.

4 *Vsura*

4 *Vſura non committitur in tranſactione.*
5 *Conuentio innominata propriè non dicitur vſura, quia non eſt lucrum, ſed quædam recompenſatio debita hinc inde.*
6 *Renunciatio facta magni lucri, & negotij magnam requirit compenſationem.*
7 *Compenſatio debet reduci ad ſuam iuſtitiam conſideratis promiſcuè mercibus, & pecuniis per modum tabernæ, & negotij.*
8 *Locatio ſit etiam de re æſtimata.*
9 *Vſura non cadit in contractu locationis.*
Præſertim quando locationi nullum mutuum eſt admixtum, & num.10.
11 *Læſione ſtante competit remedium reſciſſionis.*
12 *Læſio enormiſſima, & longè vltrà dimidiam in tranſactione reſcindenda neceſſariò debet probari.*
13 *Contractus iniuſtus non debet vocari vſurarius.*
14 *Conuentio ſuper bonis donatis de annua præſtatione eſt licita, ſicuti ſuper legato quod eſt donatio, & num.15.*
16 *Mercator poteſt apud ſe retinere pecuniam, vt de fructibus pupilli, & minores viuere poſſint, & num.17.*
18 *Societas inita ſortis, ſeù capitalis, ſalui, & certi moderati lucri Romæ, & paſſim per totam Italiam approbatur.*
Ampliat, vt num.19.
20 *Euentus ſunt omninò incerti, & ratione incertitudinis poteſt aliquid certum donatum iuſtè peti, & num.21.*
22 *Contractum eſſe fœneratitium aſſerenti incumbit onus probandi.*
Immò quod ſit verum, vel palliatum nu.23.
24 *Indebitè ſolutum eſt concludenter probandum.*

DECISIO LXXIV.

DOMINICVS, & Tullius Patrui exiſtimatis communibus bonis ex mercibus nominibuſq; creditorum in ſcutis 7500. tertiam partem dictorum bonorum ad pecuniã numeratam reuactam aſſignarunt Thomæ, & Gregorio Nepotibus in ſcutis 2500. partim ſoluendam cum Cæcilia in Monaſterio, vel matrimonio collocaretur, & reliquum cum dicti filij peruenient ad annum 25. & interim promiſerunt pro fructibus recompenſatiuis ſoluere annua ſcut. 150. & ex altera parte dd. Nepotes aſſignarunt Patruis reliquas duas partes Iura, actiones, credita, & capitalia quoquomodo ſpectantia, & promiſerunt inuicem ſtare concordiæ, & tranſactioni, & diuiſioni, vt in Inſtrum. 6. Iulij. 1627.

Solutis poſtea ſcutis noningentis pro dote Monaſtica Cæciliæ Patrui decreuerunt dare ſcuta 10. mil. computatis ſupradictis ſcutis 2500. Thomæ, & Gregorio pro omni, & toto eo quod quauis de cauſa, & occaſione petere, & prætendere poſſent ad hoc vt poſſent computatis iam 1000. ſolutis dimidium in termino vnius anni, & alterum dimidium in termino alterius anni ad effectum ſtabiliendi ſeù negotiandi, & interim ſoluere fructus recompenſatiuos ad rationem quinque pro cẽtenario, Gregorio verò ſoluere ſcuta 5000. poſtquam compleuiſſet 25. annum ad effectum reinueſtiendi, & negotiandi prout ipſi videretur, quibus ſtantibus dicti Nepotes ceſſerũt patruis præſentibus omnia Iura ex quocunque capite, & ſuper bonis hæreditarijs q. Pauli eorum Patris, ac Iuribus, negocijs, ac quibuſcunque bonis ipſorum patruorum creditiſque, & exactionibus quibuſcunque contra quaſcunque perſonas &c. renunciaruntq; & inſuper cõuenerunt, vt morientibus Thoma, & Gregorio abſque filijs legitimis, & naturalibus dicta ſcuta 10000. rediret ad ipſos Dominicum, & Tullium eorumque filios, & ſucceſſores liberè per concordiam, & tranſactionem, & compoſitionem, vt in Inſtrumento 2. Nouembris 1634. Defuncto autem Gregorio ſine filijs, & deindè Thoma relicto Paulo filio, & denique Paulo relicta Tarquinia matre, & hærede petijt hæc ſcuta 4000. pro reſiduo dd. ſcut. 10000. promiſſa cum fructibus, & cum exciperet altera pars fructus eſſe illicitos, & non ſoluendos, ſolutoſque compenſandos in ſortem, & exuperantes reſtituendos varijs ſententijs ſecutis de huiuſmodi fructibus approbatis vti debitis, & reprobatis vti indebitis nouiſſima ſententia eoſdem vti licitos, & debitos approbauit, & hanc Domini confirmandam eſſe cenſuerunt.

Et quidem communi DD. fundamento, quia ſi fructus petuntur præcipuè titulo tran-
1 ſactionis, † quæ contractus innominatus eſt arg. *leg. ſiue apud certa 28. Cod. de pact. & l.7. in princ. ff. eod. & ibi Bartol. ſub num.1.* & pro omni & toto eo quod poſſet competere præcipuè ſtantibus verbis patruorum, *Diauoli queſti denari, perche altrimente poſſono pretendere il terzo di tutta la robba, purche ſi quietino*, quæ cum
2 referantur † à teſte conciliatore tranſactionis probãt præludia contractus ad trad. *per Farinacc. de teſtibus qu.60. num.432.* præſertim con-
3 currentibus † præſumptionibus pro eius debito, & magna eiuſdem veriſimilitudine
4 *num.438.* In tranſactione † verò Vſura non committitur ad *Rot. deciſ.490. num.3. verſ. Tum quia ſumus in tranſactione par.2. & deciſ.516. in fin. par.3. recent.* Et inſuper hic agitur de præſtatione annuorum fructuum promiſſa à patruis relatiuè ad renunciationem ampliſſimam faciendam à Nepotibus, vndè reſultat ex hoc
5 innominata † conuentio, quaſi vendo, vel trado, vt des, vel patior vt des, aut alia conformitas vnius ad alterum, quæ propriè non dicitur vſura, quia non eſt lucrum, ſed eſt quædam recompenſatio debita hinc inde &c. ad declarationem *Bald. ad l.1. C. de ſummæ Trinit. num.33. Mantic. de tacit. tit.18. num.vltim. lib.8. Rot. d. deciſ 490. num.4. & deciſ.540. num.11. par.2. recent. & dec.160. num.6. & 7. tom.2. par.4.*

Et ſpecialis etiam ratio præter ſupradictã generalem tranſactionis concurrebat in hoc
6 caſu, quod fuit ceſſum, & † renunciatum negotio, & apothecæ magni lucri, & magnæ æſtimationis in Ciuitate Viterbij, vt ex teſtibus; adeoque magnam compenſationem re-
7 quirebat, † quæ reduci debuit ad ſuam iuſtitiam, computata pecunia infructifera cum

rebus

tebus fructiferis, & consideratis promiscuè mercibus, & pecuniis per modum Tabernæ, & negotij *ad l. cum Tabernam 34. ff. de pignor. Rot. d. decis. 516. num. 6. & decis. 490. d. num. 4. & d. decis. 540. num. 11.* sicuti consueuit in praxi obseruari in contractu locationis, quo Taberna exempli gratia Aromataria, & huiusmodi,
8 etiam † æstimata locatur, vt apud *P. Dianam moral. resol. vltim. tract. 8. de contract. par. 1. cum allegatis* non obstante *P. Megala apud illum, & Card. de Lugo de Iustitia disput. 29. num. 85. Pater Zibell. de vsur. cap. 3. num. 9. lib. 3.* Cum agant de locatione Tabernæ, ac medicamentorum, vti loci, & rerum consumptibilium, non autem vti negotij, & vt vulgò dicitur, *Auuiamento*, vt in decisionibus supra alleg. Et in
9 contractu † locationis non cadit vsura etiamsi pensio non sit iusta, immò excessiua, præser-
10 tim quando locationi † nullum mutuum est admixtum, ad tradita à *Leotard. de vsur. qu. 8. num. 25. Rot. coram Millin. decis. 380. num. 6. & coram Merlin. decis. 161. num. 1. & seqq.*

Adeòque supradictis fundamentis non obstat, si fortè demonstretur quod fuerit soluta maior merces, aut præstatio pro aliquo corpore singulatim sumpto, quia vel maior summa indebita in vna parte est debita in altera, & vna pars alteram iustificat, cum totum negotium promiscuè accipiendum sit, & auuiamentum, vt supra, & iam non amplius de vsura esset quæstio, sed inualida, & iniusta
11 conuentione, in qua remedium † rescissio-
12 nis ex læsione competeret, quæ † tamen in transactione enormissima, & longè vltrà dimidiam necessariò probanda est *Rot. dec. 102. num. 2. & decis. 733. num. 1. & seqq. par. 1. diuers. & decis. 192. sub num. 12. & 13 par. 8. & dec. 470. n. 9. par. 9.* Animaduertendo, ne contractus qui
13 solùm sunt iniusti vsurarios † vocemus, terminosque istos nulla adhibita distinctione confundamus, vt inquit *Marescott. var. resolut. 32. ab initio lib. 2. Leotard. vsur. quæst. 7. num. 6. & 34.*

Præterea responsum est, quod etiam dato quod à Patruis dicta summa scut. 10000. fuisset donata eo ipso quod facta fuit ne possent Nepotes dictam summam donatam exigere, benè potuit conueniri annua præstatio licita,
14 & nullitenùs † vsuraria, sicuti in legato con-
15 ueniri potest † quod donatio est, *Instit. de legat. in princ. ad celebre Surd. cons. 23. præcipuè n. 7. vers. quarto facit, & de aliment. priuileg. 29. num. 6. tit. 8. Lup. de vsur. comment. 1. num. 73. Cenc. de cens. quæst. 34. num. 4. & num. 28. Leotard. de vsur. qu. 18. num. 23.* & in puncto donationis, & huiusmodi annuæ præstationis *Rota post secundum lib. cons. Farin. decis. 321. num. 2. & 3.*

Et benè ratiocinando visum est nos versari *in cap. penult. de donat. inter vir. & vxor.* &, pa-
16 truos vti † mercatores retinuisse apud se promissam pecuniam, vt de parte honesti lucri Nepotes viuere possent *ad d. cap. penult. cum ibi notat. præcipuè à Barbos. nu. 7. Bartol. in l. Diui Seuerus, ff. ad l. falcid. num. 2. Rot. decis. 304. num. 2.*
17 *& dec. 556. n. 1. par. 2. rec.* Præcipuè † cum Nepotes aut pupilli, aut minores essent *Benacin. de restit. & contract. disput. 3. qu. 3. punct. 11. nu. 3.*

Id quod redigendum videtur ad societatem contractuum nempè societatis initæ sortis, seù capitalis salui, & certi moderati
18 lucri † approbatam absque vlla difficultate Romæ, & passim per totam Italiam in vsu præcipuè ad *d. cap. penult. Scacc. de commerc. & camb. §. 3. gloss. 3. num. 36. Marescott. var. resol. 132. num. 21. lib. 2.* præclarè *Bonaccin. de restit. & contract. d. punct. 11. num. 2. cum aliis apud Leotard. de vsur. quæst. 31. nu. 13. & seqq Dian. resol. 30. tract. 8. de contract. par. 1. Card. de Lug. de iustit. disput. 30.*
19 *num. 40.* quæ omnia † procedunt etiamsi dicti contractus celebrentur tacitè, & intentione implicita *d. cap. penult. Marescott. d. resol. 132. d. num. 21. & post Nauarr. Valen. Reginald. & alios Bonacin. d. punct. 11. d. num. 2. vers. Addo cum Nauarr. Dian. d. resolut. 30. Cardin. de Lugo disput. 30. num. 47.*

Non obstantibus in huiusmodi contractibus diuersis euentibus', & aduersorum quoque euentuum probationibus. Quia cum hi
20 omninò † incerti sint *ad l. si ea pactione 14. & ibi gloss. vltim. & l. si ea lege 17. C. de vsur.* ratio-
21 ne incertitudinis † potest aliquid certum donatum iustè peti, vt ibi notat *Bald. Natt. consil. 548. num. 16. & 17. Surd. cons. 162. num. 34. ad fin. & cons. 309. n. 4. vers. Addo ego Caball. cons. 86. sub num. 28. lib. 2. Rota coram Ludouis. decis. 126. num. 6.*

Et irruit generalis præsumptio, quæ stat pro iustitia, & validitate contractus exclusiua fœnoris, ideoq; Patruis incumbit onus pro-
22 bandi, † contractum fœneratitium, & nullo
23 titulo posse defendi, immò † ampliùs quod sit verum mutuum, vel palliatum ad doctrinam *Abbat. ad rubric. de vsur. num. 2.* & celebre votum Pœnitentiariæ Basilicæ S. Petri *post decis. 160. num. 6. & ipsam decisionem num. 4 tom. 2 par. 4. recent.* maximè, quod Patrui se fundant
14 quod fructus fuerint † indebiti, & indebitè soluti, quod concludentèr probati *Rota coram Burat. dec. 10. num. 2. & seqq. cum allegatis.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Postea S. R. E. Card.

Romana Attentatorum.

Lunæ 4. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Attentata quæ veniunt purganda debent esse clara, & sufficit illa excludere per viam continuationis.

SVMMARIVM.

1 *Attentatum non dicitur quando non adest contemptus Iudicis.*
2 *Iudex immittendo vnum priuat alium sua possessione.*
3 *Possidens non tenetur desistere possessionem ad beneficium collitigantis.*
4 *Qui continuat non attentat.*

5 Conti-

5 *Continuatio poſſeſſionis facta in vim mandati ad relaxati ante litem non dicitur attentata.*
6 *Exactio facta in vim mandati ad continuationem poſſeſſionis non dicitur attentata.*
7 *Attentata quando ſunt turbida non purgantur.*
8 *Poſſeſſio quæſita in vim mandati habentis clauſulã* ſine præiudicio habentis meliora, & potiora iura, *quando reſoluta dicatur ex ſuperuenientia alterius habentis melius ius, & nn.9.*
10 *Poſſeſſio poteſt eſſe penes duos diuerſis titulis.*
11 *Retentio ceſſat extincto credito.*
12 *Attentata non admittunt exceptiones altioris indaginis.*

DECISIO LXXV.

NON conſtare de attentatis DD. dixerunt ea ſiquidem commiſſa minimè
1 cenſentur † niſi Iudicis concurrat contemptus *Pariſ.conſ.41.num.38.lib.1.Lancellot.in præfat.in verbo contemptum num.2. & in cap.15. de attent.pend.compromiſſo nu.3.par.2. Franch.in cap. bone col.4. verſ.6. de appell.*

In præſenti autem caſu contemptum deficere clarè liquet, ex eo quod fratres de Blanchis immiſſionem obtinuerunt in poſſeſſione Domorum, de quibus agitur authoritate
2 Iudicis quemcunque † alium ſua poſſeſſione priuantis *Angel.in l.qui vniuerſas §. Item cũ Prætor ff.de acquir.poſſ.& l. clam poſſidere §. ad nundinas num.2.in fine Rot.deciſ.525.num.3.par.2.recen.*

Neque attentaſſe cenſentur eo quia inſtituto deinde Iudicio pro conſeruatione præfatæ poſſeſſionis, in qua diù ſteterunt, Iudex eiuſdem manutentionem decreuit, & adita Signatura pro parte Eccleſiæ cauta fuerit ab eodem cõmiſſa huic Tribunali cum facultate manutenendi quem de Iure, cuius ſanè reſcripti virtute exaduerſo prætenditur non licuiſſe Blanchis poſtea vllos actus poſſeſſorios exercere, ſed ab illis omninò abſtinere de-
3 buiſſe, † nam nullo Iure cautum reperitur, quod poſſidentes teneantur eorum poſſeſſionem deſerere ad beneficium collitigantis, qui ex facto Iudicis ritè, & rectè procedentis à
4 ſua poſſeſſione cecidit † ex vulgata regula, quod qui continuat non attentat *gloſſ. in cap. non ſolum de appell.in 6.Clem.2.in verbo innouari, vt lit.pend.Mantic.dec.168.num.4.in recent.dec.39 num.7.par.3.recent.Gregor.deciſ.557.num.1. Poſth. de manut.obſerv.1.num.67.& 70. Rot.poſt eum deciſ.159.num.2.Seraphin. deciſ.422.num.4. Merlin. deciſ.334.num.2.Duran.dec.19.num.5.*

5 Aduerterunt ſiquidem Domini, † quod Blanchi non continuarunt in eorum poſſeſſione virtute mandati de manutenendo, cuius executio per interpoſitionem appellationis remanſerat ſuſpenſa, ſed vigore antecedentis mandati de immittẽdo longè ante executionem demandati, ideò cum de tempore tributæ mantentionis iam in poſſeſſione exiſterent continuando in ea eo modo quo ante faciebant, ſubſequentes actus per eoſdem ita exerciti tanquam habentes dependentiam à primis attentatorum vitio nullatenùs cenſeri debent obnoxij *cap.ex litteris de reſcript.Gemin. conſ.35.lib.2. Lancell.de attent.par.2.cap.4.limit.1. nu.85.& 86.* vbi refert aliàs fuiſſe reſponſum
6 pro attentatorum excluſione, † quamuis pars poſt appellationem ad fructuum exactionem proceſſiſſet virtute mandati de manutenendo & ſub fundamento, quod talis actus eſſet cõtinuus *Merlin.dec.10.nu.6.*

Hinc non aduerſantur Iura in contrarium
7 adducta, ea etenim admitterentur, † quoties verſaremur circa poſſeſſionem turbidam, ſecus autem quando prout hic poſſeſſio eſt clara ritè, & rectè auctoritate Iudicis tributa, vt aduertit *Lancellott.cap.4.limit.1.num.82.Canaler. deciſ.615. in fine.*

Non vrget, quod immiſſio conceſſa legatur cum clauſula, *dummodò poſſeſſio ſit vacans, & ſine præiudicio habentium meliora, & potiora iura*, proindèq; cum poſſeſſio eſſet penès Claudium, & ſucceſſiuè Eccleſiam Burgundenſem
8 ceſſionariam † poſt huius comparationem pro reſoluta habeatur *Peregrin. de fideicommiſſ. art.47.num.29. Rot.deciſ.25.numer.1. par.1.diuerſ. Duran.deciſ.84. nu.10.& ſeqq.par.6.recent.Buratt. deciſ.511.num.2.ibique Adden.num.6.Otthobon.deciſ.116.num.15. Rot.deciſ.513.num.13.par.1.recen.*
9 quia † cum Claudius domum poſſideret non Iure dominij, ſed crediti ex quarto dotali ſibi competenti, hæc creditoris poſſeſſio impedire nequit, quin Blanchi alteram Iure hæreditario acquiſiuerint; benè etenim inter ſe com-
10 patiuntur, † quod vnus poſſideat tanquam hæres, alter verò vti creditor, qui tali caſu ad commodum hæredis ſui debitoris poſſidere dicitur *l.ſerui nomine de vſucap gloſ.in l. ſciendum §.poſſeſſor ff.qui ſatisdar.cog. Bartol.in l.celſus n.15. de vſucap. Bero conſ. 210.n.19.lib.3. Natt.conſ.535. num.5. Cephal.conſ.63.num.6. Menoch. de recup.poſſeſſ.remed.14.num.37. Rot.in Senogallien. Succeſſionis 29. Ianuarij 1552. coram Eminentiſſ. Cardinali Corrado, Surd.conſ.481.num.7.& 8.*

Vndè cum hodiè appareat Claudij creditũ
11 ſolutione fuiſſe extinctum † ius quodlibet retentione exinde proueniens extinctũ quoque remanſit *Otthobon.deciſ.201. num.18. in recent.deciſ.153.num.34.& 35 deciſ.324.nu.31.par.9 Canal.deciſ.539.num.2.in fine cum ſeqq. Rota penes Mangil.de ſubbaſt.deciſ.54.num.8.*

Minus Eccleſiæ competere valet retentio ex altero credito Abrahami, quia cum non
12 cadat ſub hodierna diſputatione, † necnon tanquam requirens altiorem indaginem ad petitorium videtur reijciendũ *Duran.dec.269. num.fin. Rot.dec.117.n.3.par.6.rec.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Meleuitana Spolij:

Veneris 6. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Milites Hieroſolymitani profeſſi non poſſunt condere teſtamentum, nec eorũ Bona acquiruntur hæredibus ſanguinis, ſed ipſorum Re-

ligioni; Neque exceptuantur Dapiferi, Conclauistæ, & alij priuilegiati, quia Indultum Greg. XV. est reuocatum ab Vrbano VIII.

SVMMARIVM.

1 *Miles Hierosolymitanus professus efficitur intestabilis.*
Et eius bona non heredibus sanguinis, sed Religioni acquiruntur, vt num. 2.
3 *Fallit in Conclauista, & alijs debet tamen constare de acceptatione priuilegii aliàs non valet, vt num. 4.*
5 *Non acceptatio Priuilegij, ex quibus desumatur.*
6 *Testes licet singulares plenè probant voluntatem acceptandi indultum.*
7 *Bona Equitum professorum deferuntur in thesauro Religionis ex Const. Clem. VIII. & Pij V.*
8 *Dapiferi exceptuantur à Bulla Greg. XV. secus vt num. 9. 10. & 11.*
12 *Confirmationis natura non est alterare statum rei confirmatæ, sed ei robur addere, remanentibus omnibus in eisdem statu, & terminis. Secus vt num. 13. & 14.*

DECISIO LXXVI.

FVIT resolutum Annæ Mariæ non esse dandam immissionem in bonis dicti q.
1 Ludouici Casciani eius Patrui † quia cum ipse solemnem professionem emiserit in Sacra Religione Hierosolymitana effectus fuit in-
2 testabilis, eiusque † bona iuxtà stabilimenta, & Constitutiones Apostolicas, & Iuris dispositiones eidem Religioni acquisita non autẽ hæredibus sanguinis fuerunt delata, vt in terminis de his fratribus S. Ioannis Hierosolymitani respondit *Rota decis. 436. par. 3. diuers. coram san. mem. Greg. decis. 87. num. 3. ibique Adden. num. 15. decis. 109. num. 1. coram Burat. dec. 2. n. 15 coram Durin. dec. 308. num. 2. in Bononien. bonorum* 17. *Decembris* 1623. §. *professio enim coram b. me. Pirouano, & in Recanaten. bonorum* 29. *Apr.* 1641. *coram R. P. D. meo Cerro.*

Non obstat, quod ex indulto à Gregorio XV. Dapiferis, Conclauistis, & in specie Sancti Ioannis militiæ adscriptis concessa aperta dicatur nedum ex testamento, sed etiam ab intestato via succedendi Equiti Casciano,
3 qui huiusmodi † munere fungebatur in seruitijs bo: mem: Cardinalis Peretti, ex traditis *per Sperell. decis. 21. sub num. 41. vers. itaut. Rot. decis. 177. num. 1. & 2. par. 2. recent.*

Quia non constat, quod ille huiusmodi
4 priuilegium acceptauerit, eoque vti † voluerit ac proinde actrici suffragari non potest *Lap. alleg. 89. num. 6. Gonzal. ad Reg. 8. gloss. 16. num. 11. Achill. dec. 1. de priuil. Rot. coram. Seraph. dec. 1251. num. 14. & decis. 456. num. 6. par. 4. tom. 2. recentior.*
5 Cùm enim † eius nomen esset in Cathalogo erroneè descriptum corrigi non curauit, nec priuilegium expediuit quinimò sæpe, ac sæpius declarauit bona sua ad Religionem spectare, & ad eam velle deuenire, in qua voluntate durasse præsumitur, & in vltimo mortis articulo idem asseruit, & instante Olimpia recensito quoque Notario, vt ad fauorem Annæ Mariæ, & aliorum Neporum testamentum conderet, recusauit condere, vt deponunt testes relati in Summario
6 Religionis *num. 2. & 5.* † quibus licet singularibus ad effectum tamen de quo agitur, probandi scilicet voluntatem acceptandi Indultum, & eo vtendi plena fides est adhibenda *Aymon. cons. 73. num. 33. Rot. decis. 765. numer. 7. & 8. par. 2. recent. coram Burat. decis. 616. num. 16. cum alijs adductis in Romana bonorum, seù Vsus fructus* 19. *Ianuarij* 1652. §. *ex dispositione coram R. P. D. meo Zarate, & prius in Cesenaten. hæreditatis* 10. *Nouembris* 1651. §. *quia præter quod circa med. coram me.*

7 Sed omnis cessare visa est difficultas † ex indultis Clementis VII. & Pij IV. quorum vigore Equitum in hac Religione professorum bona qnæcunque eidem, seù eius
8 thesauro deferuntur, † & licet illa per Breue Gregorij XV. fauore Dapiferorum expeditæ
9 dici possunt reuocata † cum tamen omnia priuilegia Religioni prædictæ antecedentèr concessa fuerint postmodum innouata in Bulla fel. record. Vrbani VIII. in ordine 15. innouata etiam censentur Clementina, & Piana Indulta, & Gregorianum sublatum vigore clausularum amplissimarum cum derogatorijs derogatoriarum, & quorum teno-
10 res &c. quæ in Vrbano insertæ operantur, vt gratis intermediæ in præiudicium eiusdem Religionis concessæ etiam fauore certæ personæ dicantur reuocatæ *Rota decis. 166. nu. 12.*
11 *& seqq. par. 5. recent.* † perinde ac si earum tenor esset in Bulla reuocatoria ad litteram expressus *iuxtà conf. Butr. 2. in hoc Sacro Tribunali receptum*, vt testatur *Cassad. decis. 10. num. 2. & decis. 18. num. 3. super regul. Put. decis. 415. n. 45. & 46. lib. 2. cum alijs relatis in Montis alti Primiceriatus* 16. *Iunij* 1643. §. *tamen coram R. P. D. meo Verospio.*

11 Nec vrget replicatio, † quod statum rei cõfirmatæ non alteret, sed omnibus in eodem statu manentibus illi tantùm tribuat robur, *Rot. decis. 569. num. 2. par. 2. diuers. decis. 175. nu. 8.*
13 *par. 5. recent.* † quia quicquid sit in terminis simplicis confirmationis obiectum certè nõ applicatur casui nostro, in quo priuilegia Re-
14 ligionis † nedum fuerunt per san. mem. Vrbanũ VIII. confirmata, sed amplissimis clausulis innouata, quamobrem, si quæ antea fuerant à prædecessore Pontifice abrogata ab isto censentur in pristinum restituta *Garz. de benef. par. 2. cap. 5. nu. 45. & seqq.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ Decano.

Toletana prætensi Iurispatronatus.

Veneris 8. *Iunij* 1663.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus ex quibus probetur, & ad probandam immemorabilem quid requiratur,

An

An præſentatio vnica inducat præſumptionem Iuriſpatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus probatur per inſtrumentum publicum fundationis, & dotationis, vel immemorabili cum præſentationibus effectum ſortitis & 50. annorum ſpatio continuatis.*

2 *Teſtes non deponentes de viſu per 40. annos ante motam litem, nec concludentes vocem, & famam & quod nunquam contrarium viderint, vel audiuerint immemorabilem non probant.*

3 *Ad Iuspatronatus probandum non ſufficit vnica præſentatio.*

4 *Immemorabilis ex actibus contrarijs deſtruitur.*

5 *Collationes Apoſtolicæ non mutant ſtatum beneficij,*

6 *Collationes Apoſtolicæ præſumptionem libertatis beneficii inducunt, donec de contrario ſeruitutis ſtatu doceatur.*

7 *Vnio, ſeu annexio patronatus oppido à Barone eſt probanda, vt poſſit dici cum caſtro translatus. & num. 8.*

9 *Ex Enunciatiua ad ſupplicationem partis emanata non probatur Iuſpatronatus in præiudicium tertij.*

10 *Verba narratiua Pontificis recipiunt interpretationem, ſi ita eſt.*

11 *Adminiſtrator Eccleſiæ, eidem præiudicium inferre non poteſt.*

DECISIO LXXVII.

A PHILIPPO glor. me. huius nominis Secundo Rege Hiſpaniarum emerat anno 1566. nonnulla opida Commendę de Zorita Ordinis Calatrauæ ex Indulto Apoſtolico Princeps Rodericus Gomez de Silua, à quo deindè titulo ſucceſſionis in D. Ducem Partianæ peruenerunt, qui cum Patronatum Parochialis Eccleſiæ oppidi de Alualate ad ſe ſpectare contenderet, eius libertatem defendente Eminentiſs. D. Cardinale Archiepiſcopo Toletano, propoſui Dubium, An conſtet de Iurepatronatus, quod negatiuè reſolutum fuit. Cum enim agatur de Domino temporali plenā in dicto Oppido Iuriſdictionem exercente, non poteſt obtinere niſi probetur Patronatus † ad formam *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* nempe per Inſtrumentum publicum fundationis, & dotationis, vel mediante Immemorabili cum præſentationibus effectum ſortitis, & 50. annorum ſpatio continuatis, vt tradunt *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 18. num. 63. & ſeqq. Spad. conſ. 17. num. 1. & conſ. 18. in princ. lib. 2. plenè Add. ad ſaine: Gregor. deciſ. 222. num. 10. & 11. Rota deciſ. 199. nu. 1. & ſeqq. part. 2. diuerſ. deciſ. 302. num. 6. & 7. part. 7. recent. coram Mantic. deciſ. 234. per tot coram Merlin. deciſ. 349. num. 1. & 2., & latè in Terracinen. Iuriſpatronatus 29. Maij 1656., & 26. Maij 1659. coram R. P. D. meo Benilaqua vtrobique in princ.*

Hæc autem probationis ſpecies in præſenti ex depoſitionibus teſtium † deduci non poteſt, cum non deponant de viſu per 40. annos ante motam litem, nec concludunt publicam vocem, & famam, quodque nunquam contrarium viderint, vel audiuerint, prout inter cætera ad probandam Immemorabilem requiritur, *iuxta gloſ. in cap. 1. verb. Immemorabilem de præſcript. in 6. Lotter. de re benefic. lib. 2. qu. 38. numer. 47. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 6. per tot Gratian. diſcept. 681. nu. 38. Add. ad ſa. me. Gregor. deciſ 196. num. 1. & ſeqq. Rota coram Seraphin. deciſ. 1450. num. 2. coram Buratt. dec. 673. num. 1. deciſ. 502. num. 6. part. 4. recent. & in dicta Terracinen. 26. Maij 1659. §. Huiuſmodi* non ſolùm autem deficiunt præſentationes ſpatio annorum 50. continuatæ, nam vnica tantùm exhibetur ſub die 9. Decembris 1570. in perſona Thomæ Anguiz, quæ durauit annos 26. tantùm, & tamen † vbi verſamur in perſonis ſuſpectis debent eſſe plures *Garz. de benefic. part. 5. cap. 9. num. 97. Rota part. 4. diuerſ. deciſ. 557. ſub num. 1. verſ. hic autem coram Buratt. dec. 178. numer. 17. & in Sorana Iuriſpatronatus 28. Aprilis 1603. coram bo. me. Hieronymo Pamphilio.*

Sed ſucceſſiuè Parochialis abſque conſenſu aſſerti Patroni bis reſignata fuit, & tanquam libera à Pontifice collata reiectis Patronis, qui ſe illis oppoſuerunt, hinc enim prorſus deſtruitur Immemorabilis, † ad quā iuſtificandam requiritur, quod nihil vſum fuerit, vel auditum in contrarium, & ex actibus contrarijs deſtruitur, *Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 100. num. 10. Gratian. diſcept. 918. ſub nu. 39. verſ. imò illa Rota deciſ. 53. num. 2. & 3. part. 2. deciſ. 399. num. 15. part. 3. rec. Marſicen. Iuriſdictionis 18. Febr. 1647. §. Tandem coram bo. me. Bichio, & in Beneuentana Iuriſdictionis 31. Ianuarij 1656. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. Attamen † quia*, Quamuis enim collationes Apoſtolicæ non mutent ſtatum, præſumptionem † tamen libertatis inducunt, donec de contrario ſtatu ſeruitutis appareat, *Dec. conſ. 126. in princ. Rota coram Caualer. deciſ. 126. num. 12. Vicen. Beneficijs 6. Februarij 1637. coram bo. me. Pironano §. Conſtat enim, & in Faucntina Parochialis die 4. Menſis currentis coram R. P. D. meo Nimot.*

Non obſtat, quod auctoritate Apoſtolica Rex prædictus à menſa Magiſtrali diſmembrauerit oppida, & Iuriſdictiones vnacum Eccleſijs Parochialibus, & facta translatione oppidi de Alualate in Authorem D. Ducis cenſeri debeat translatum Iuſpatronatus Caſtro annexum: Quia ex poſſeſſione per Regem adepta, nec non ex venditione facta Principi Roderico potiùs contrarium deducitur, dum reſpectu Eccleſiarum, quarum patronatus Caſtris erat annexus, fuit etiam in ſpecie capta illius poſſeſſio, & reſpectiuè facta venditio, in alijs verò, & in ſpecie oppidi de Alualate, nulla Patronatus mentio habita fuit *Summario reſponſionis D. Archiepiſcopi num. 1. 2. & 3.* Et tamen talis vnio, † ſeu annexio patronatus Oppido probanda eſſet à D. Duce ad effectum, vt cum Caſtro poſſet dici translatus, *cap. ex literis de Iurepatr. Rota dec. 164. num. 3. coram Mantic. Amerina Beneficij S. Silueſtri*

27. *Iunij* 1641. *coram bo. me. Dunozetto cum aliis in Tientina Parochialis* 28. *Iunii* 1655. *coram Reuerendiss. D. meo Decano* §. *quia praterquod*. Constitutio 16. Iulij Papæ Secundi, in qua concessit facultatem Præceptori dicti Ordinis de de Calatraua nominandi, & præsentandi ad omnes Ecclesias existentes in locis dictæ Militiæ non suffragatur D. Duci; Tum quia emanauit ad fauorem Magistri Administra-
8 toris, & Præceptoris Religionis, Vnde à † Possessore Castri allegari nequit nisi plenè, & concludenter probetur annexio, vt supra, & factum fuerat in *decis.* 199. *part.* 2. *recent.* Tum quia continet simplicem enunciatiuam assertionis Regis Catholici, quod præsētatio Presbyterorum in Ecclesijs existentibus in Patrimonio Militię ad nutum amouibilium fiebat à Magistro, aut Præceptoribus. Ex qua enū-
9 ciatiua † ad supplicationem Partis emissa non probatur Iuspatronatus in præiudicium tertij *Rota decis.* 178. *num.* 13. *coram Buratt. decis.* 552. §. 12. *part.* 4. *recent. tom.* 3. *in Beneuentana Iurisdictionis* 28. *Aprilis* 1662. *coram R. P. D. meo Tata* §. 10 *His præsuppositis*, vbi quod † verba narratiua Pontificis recipiunt interpretationem, *si ita est in Romana Castri Orciani* 15. *Maij eiusdem anni coram me* §. *Bulla autem*.

Prout non resistit dicta Institutio Thomæ de Anguix ad præsentationē Principis Roderici facta, præcedente narratiua, quod ad eundem Iuspatronatus spectabat, nō solum quia est vnica, quæ in personis suspectis patronatum non probat, vt dixi, sed etiam quia non
11 potuit Administrator † qui Ecclesiæ Toletanæ præerat in locum Archiepiscopi tunc Romæ in Castro S. Angeli sub custodia retēti, Ecclesiæ præiudicium inferre *Add. ad Buratt. decis.* 453. *littera A. Rota coram Verall. decis.* 129. *num.* 4. *part.* 2. *decis.* 421. *in fin. part.* 2. *recent.* & *in dicta Beneuentana* §. *Confessimus*.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Mantuana bonorum.

Veneris 8. *Iunij* 1663.

ARGVMENTVM.

Hæredum legitime descēdentium appellatione veniunt etiam fœminæ qualitatem hereditariam habentes, & tamen in feudo Ecclesiastico nō succedunt, & sicuti ista ab huiusmodi successione repelluntur, ita & ab illis causam habentes.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ succedunt in bonis concessis cum clausula* vtriusque sexus.
2 *Fœmina cēsentur exclusæ ab illis bonis sine* clausula vtriusque sexus *concessis*.
3 *Fœmina concurrunt cū masculis in bonis cum clausula vtriusque sexus concessis*.
4 *Fœminæ ordine successiuo & non insimul cum masculis veniunt*.
5 *Hæredum appellatione legitimè descendentium veniunt fœminæ qualitatem hereditariam habentes*.
6 *Fœminæ non succedunt in feudo Ecclesiæ*.
7 *Inuestiturarum tenor, etiamsi natura feudi repugnaret est attendendus*.
8 *Feudum concedentium mens ex antiqua obseruantia desumitur*.
9 *Obseruantia est dubiarum rerum interpres*.
10 *In Feudi successione nihil ita est perpetuum quod contraria obseruantia mutari non possit*.
11 *Obseruantia non indiget præscriptione, sed sufficit quod aliquando sic fuerit obseruatum*.
12 *Rota Romana sententias executioni non mandat quin prius de earum validitate, & iustitia deliberet*.

Secus num. 13.

14 *Inuestitura feudi Ecclesiastici sine beneplacito Apostolico facta alterari non potest*.
15 *Inuestitura posterior expresè refertur ad antecedentes, & iuxta illas regulari debet*.
16 *In Feudi Ecclesiastici successione mulier qualitatem descendentis non habet*.
17 *Ecclesiæ procurator illi præiudicare non potest, & eius confessio potest reuocari, sicut confessio principalis*.
18 *Clausula* ad habendum *non immutat nec ampliat naturam contractus, sed ei famulatur, & secundum illam intelligi debet*.
19 *Ad feudi successionem non admittitur ille cuius auctor ab ipso repellitur* & num. 20.

DECISIO. LXXVIII.

DOMINI censuerunt deuoluta esse ad mensam Episcopalem Mantuanam bona olim concessa in feudum honorificū DD. de Mundinis cum clausula pro se, & hæredibus suis ex eis legitimè descendentibus ideoque non posse in illis succedere Marchionissam Annam Mariam Mundinam de Hipolitis sororem Caroli vltimi inuestiti.

Fundamentum resolutionis constituerunt in discretiua Locutione repetita in qualibet inuestitura, vbi quædam bona tanquam de feudo antiquo leguntur concessa pro se, & eorum hæredibus vtriusque sexus ex eis legitimè descēdentibus alia vero quæ sunt illa de quibus est quæstio leguntur concessa tātummodo pro se & hęredibus suis ex eis legitimè descenden. *Summario Episcopi num.* 1. & *quatuor segg.*, ex qua quidem discretiua vnico contextu facta &c in omnibus inuestituris præterquā in vltima anni 1648. semper repetita inferebant Domini quod sicuti ex mente concedē-
1 tis † fœminæ succedunt in bonis concessis cū clausula *vniusque sexus Corbul. de cauſ. priuat ob lin. finit. num.* 53. *Pulgin. de Iur. Emphit. tit de succeſſ.*
2 *quæſt.* 9. *num.* 29. *Riminald. conſ.* 473. *nu.* 9. Ita † ex mente eiusdem cententur exclusæ ab aliis sine dicta clausula concessi, *text. in l. vni.* §. *ſine autem ad deficientis C. de caduc. tollend. probat in his terminis Soccin. ſen. conſ.* 9. *num.* 7. *lib.* 3. *Iaſon. conſ.* 108. *nu.* 1. *lib.* 1. *Soccin. Iun. conſ.* 33. *nu.* 28. *lib.* 3. *Decian. conſ.* 47. *num.* 18. *lib.* 2. *Molin. de primog. Hiſp. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 55.

Nec

Nec placuit reſpõſio, quod talis diſcretiuus modus loquendi operetur dumtaxat quod in
3 bonis conceſſis cum†clauſula vtriuſque ſexus fœminæ concurrunt cum Maſculis in aliis vero demum ſuccedant in defectum maſculorum ad tradita per *Dec. conſ.207. incipien. ad clariorem num.1.& ſeqq.* quoniam verior & re-
4 ceptior viſa eſt ſententia, quod etiam † ordine ſucceſſiuo, & non inſimul cum maſculis fœminæ veniant, licet inueſtitura dicat pro ſe & hæredibus *vtriuſque ſexus*, quam reprobato Decio poſt *Alexand. conſ.9. vol.2.* per tot & Florian.de Santo Petro loquentem in terminis feudi Eccleſiæ Mantuanæ refert & ſequitur *Burſatt.conſ.163. num.9.10. & 11. Rolland.d. conſ.84.num.14.cum ſeqq.lib.4. & alii per eos ibi.d. adducti*.

Et hinc ceſſare credebant Domini obiectũ ab informañ. pro Marchioniſſa excitatum, quod dempta etiam dicta clauſula vtriuſque
5 ſexus adhuc tamen appellatione † hæredum legitimè deſcendentiũ veniant fœminæ qualitatẽ hęreditariam habentes iuxta text.*in Auth. de hared.ab inteſtato cap.1.& 2. & tradit.per Fulgoſ. conſ.85. incipien ex facto num. 2. Fulgin. dicto tract,tit.de ſucceſs num.15.Corbul. loco ſupra alleg. num.37.*

Quia quicquid ſit de hac quæſtione in qua
6 in materia † Succeſſionis Feudi Eccleſiaſtici contrarium videtur elici ex text.*in cap. 1. §. quin etiam tit. Epiſcopum, vel Abbatem*, & in terminis feudi Epiſcopatus Mantuan notat *Becc.conſ.101.num.33. & ſeqq.* & generaliter in Feudis Eccleſiaſticis *Peregrin.conſ.22. num.3.& per tot lib.1. Ronit conſ.79. num.24.cum ſeqq. Roſſental de feud.cap.7. concluſ.31. num.4.5. & 6.& ſeqq.Mantic.de tacit.lib.23.tit.44.nu.13.17.& 22. Rot.coram Mohedan.deciſ.5.in fine de feud.& coram Buratt.dec.206.n.2.& 3.*

Reſponſum fuit quod in hoc caſu non eſt neceſſe ingredi hanc quæſtionem, quia hic appellatione hæredum legitime deſcenden. non veniunt fœminæ ex mente concedentium
7 ponderato præcipue inueſtiturarum † tenore, qui ſemper attendi debet etiamſi natura feudi repugnaret *cap.1.in fine,& ibi Bald. de duobus fratribus à Capitone inueſtit.Honded.conſil.70.n.11 lib.2.old alnaſ.conſil.22. numer.30. Buratt.conſil.85. num.4. & 5. lib.1. Rot.coram Merlin.deciſion.86. num.12.*

8 Talem autem mentem † concedentium vlterius quoque deſumebant Domini, ex antiqua obſeruantia Epiſcopatus Mantuæ comprobata tum ex pluribus ſententijs compulſatis vigore litterarum, & datis *Summ. Epiſcopi num.8.* in quibus per curſum ferè centum annorum declaratum fuit, quod in feudis conceſſis cum ſimili clauſula pro ſe, & hæredibus ex eis legitime deſcendentium non veniũt fœminæ etiam deficientibus maſculis, Tum ex decem licentijs vt ſupra compulſatis per Epiſcopos pro tempore datis eorum feudatarijs. quod bona feudalia occaſione dotium obligare poſſunt, cum conditione tamen, quod quatenus fœminæ illa conſequerentur infra tempus in licentijs præfixum, ea perſonis capaci-

bus vendere tenerentur ſub pœna caducitatis *eod.Summ. n.9.*

9 Obſeruantia † enim dubiarum rerum interpres plurimum valet in qualibet materia, ad elicien̄ mentem contrahentium, & ſignan-
10 ter in materia, †& ſucceſſione feudi in qua nihil ita perpetuum, quod contraria conſuetudine, ſeù obſeruantia mutari non poſſit, vt aliis adductis latè probat *Mantic. de tacit.lib.23. tit.15.num.28.& ſeqq.Becc.d.conſ.101. numer.47. verſ.denique cum ſeqq., vbi etiam numer.50. addit.*
11 obſeruantiam†huiuſmodi non indigere præſcriptione, ſed ſufficere quod aliquando ità fuerit obſeruatum, & idem cenſuit *Rot.deciſ. 6.num.8.& 9.part.4.tom.2.& deciſ.14.num.5.p.7. recent.*

Nec facit quod dictæ ſententiæ, vti inter alios latæ Marchioniſſæ prejudicare non poſſint, quoniam obiectum procederet ſi modo ageretur de illarum ekequutione quo caſu
12 hoc Sacrum † Tribunal eas exequi non ſolet niſi guſtata earum validitate, & iuſtitia *Rot.*
13 *dec.111.num.2.part.9.recent.* ſecus verò † quando prout hic allegantur ad oſtendendam cõſuetudinem, ſeu obſeruantiam tunc enim in diſtinctè illas probat, ſiue inter collitigantes, ſiue inter alios latæ fuerint *ad text. in l.de quibus, & ibi gloſſ. in verbo inueterata cum duabus ſeqq.ff.de leg.*

Minus obſtat, quod in inueſtitura de anno 1648. renouata Carolo vltimo defuncto omnia bona, tam illa de quibus agitur, quam alia feudi antiquĩ leguntur conceſſa cum clauſula *vtriuſque ſexus*.

Primo quia Procommiſſarius qui illam
14 inueſtituram † fecit antecedentem ſine beneplacito Apoſtolico alterare, vel immutare nõ poterat *Rot.coram Duran.dec. 250. num.22.& in recent. deciſ.241.num.12.part.4.tom.2. & dec.176. numer.42.cum ſeqq. & deciſ.367.numer.22. & 23. part. 5.& deciſ. 243. numer. 14. part. 7. & alias paſſim.*

15 Secundo quia dicta Inueſtitura †.expreſsè refertur ad antecedentes & ideo iuxta illas regulari debet *Rota dec.211. num.5.& 6.cum ſeqq. part.6.& dec.427.n.29.part.9. recent.*

Tertio denique, quia in hac renouata Carolo, & hæredibus ex eo legitimè deſcendẽ comprehẽſa eſt Marchioniſſa eius ſoror, qua-
16 litatem † deſcendentis non habens *Conar.var. reſolut.lib. 2.cap.18. num.3.Clar.in §. Emphiteuſis quæſt. 37. numer.1. verſ. Aut vero eſt conceſſa* maximè dum dictio *hæredibus* poſita eſt abſque copula cum verbo *deſcendentibus*, vt in ſimili ponderauit *Rot. deciſ.663.num.17.par.1.recent. & in Sarzanen. feud.20. Decembris 1638. in princ. coram bo.me.Coccino.*

Demum non videtur quod vis fieri poſſit *in clauſula ad habendum* etiam adiecta in ſingulis inueſtituris, quia quicquid dixerit Pro-
17 curator mẽſæ Epiſcopalis, qui Eccleſiis præiudicare non potuit, & cuius confeſſio dato errore reuocari poteſt, ſicuti confeſſio principalis *l.de ætate §. qui iuſto, & §. final. ff. de interrog.& ex cap.final.de Confeſſ.Rot.coram Buratt. dec.466. nu.4.*

18 Responsum fuit quod ista clausula † stante præsertim dicta discretiua nõ immutat neque ampliat naturam contractus,sed ei famulatur, & secundum illam intelligi debet *Rot. coram bo.me. Coccin. dec.75. numer.10. & dec.60. numer. 12. & 13. part. 5. & decis. 74. num.8. cum seqq. & dec.211.num.12.part.6.& dec.427.nu.11. part.9.recent.*

Excluſa autẽ Marchioniſſa, remanet quoque excluſus eius filius, quia abſurdum el-
19 ſet † illos admitti,quorum repelluntur,auctores vt inquit *text. in cap. licet ex quadã de teſtibus,*
20 & in † materia ſucceſſionis feudalis in *cap. 1. verſ. hoc autem notandum* vbi, *Bald. Iſer. & Alueret.de his qui feud. dare poſſ. & in cap.1.verſ. Proles de Succeſſ. fratr. lib.2. & plenè Decc.d.conſ. 101,nu.35.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Romana Cambij.

Veneris 8. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Societatis contractu inito cum vno ex ſocijs ſuper eadem negotiatione,an etiam nomine alterius præſumatur initus Clauſulæ cæteratæ quid operentur. Probatio adminiculata præfertur non adminiculatæ.

SVMMARIVM.

1 *Societate conſiſtente contractus factus cum vno ex ſocijs ſuper eadem negotiatione etiam nomine alterius celebratus cenſetur.*
2 *Teſtes deponentes de publica voce,& fama aliquem probationis gradum conſtituunt.*
3 *Verba in numero plurali probata alterius concurſum requirunt.*
4 *Clauſula cæterata iuxtà naturam actus, de quo quis loquitur,debet extendi.*
5 *Clauſula cæterata iuxta loquentis cõſuetudinem debet extendi quando agitur de materia ferè conſimili.*
6 *Societas ex quo arguatur.*
7 *Teſtes adminiculis ſuffulti, & veriſimilia deponentes præferuntur alijs concludentem ſcientiam circa materiam non referentibus.*
8 *Teſtes numero plures paucioribus anteponuntur.*
9 *Solutio ad Sociale debitum non ad nouum cuius non dum ceſſit dies, debet omnino referri.*

DECISIO LXXIX.

CAMBIVM Ceſſum Antonio Franciſco Farſetto in ſumma ſcut. 543. Rotæ cenſuit coram me die 21.Iunij 1660. fore cõpenſandum cum ſumma conſimili, quam Lauretanus Cambij debitor ab ipſo repetere poterat,vti Proſpero Pauiæ eiudẽmet Farſetti Conſocio iterate antea ſolutam,cuius deciſionis vires exinde corruere ſucceſſiuè DD. reſponderunt, quod Societas inter Farſettum ac Pauiam ſuper R.C.A. depoſitaria videbatur dumtaxat contracta; non autem ſuper altera Secretariorum Apoſtolicorum, cuius virtute Lauretanus Farſetti debitor euaſerat, hodie vero repropoſito dubio ex pluribus cõiecturis per neceſſe inferentibus Societatem ſuper Depoſitaria, de qua agitur,fundamenta prioris deciſionis DD. comprobarunt.

Siquidem ex cauſa depoſitariæ R. C. A. vtriq; delatæ Farſetto videlicet ac Pauiæ Socialis ápoca inter eos contracta fuit, in qua præter generalis aperitionem negocij ſuper alijs quoq; Depoſitarijs Societas continetur,vt verba in quinto Capitulo recenſita videntur innuere ibi *Quinto che trattando il Signor Antonio Franceſco di prendere da N. Signore, o ſua R. Camera in appalto la Zecca dell'oro di Roma è di fare anche ſpedire altri Breui d'altre depoſitarie, ſi dichiara il detto Proſpero di fare le medeſime dichiarationi,* nec non aperte demonſtrat electio cõpiemẽtarij in executionem apocę ſocialis expleta ſub facultate expreſſa vt redditus ipſe poſſet exigere prouenientes ex quacunque depoſitaria tam collata, quam conferenda Farſetto, ſub *tali* quippe facultate,quemadmodum includebatur Depoſitaria Secretariorũ Apoſtolicorum per annum ante editionem apocæ Farſetto conceſſa,Ita per neceſſe Societas ſuper ea Cõtracta cẽſetur,vt tradit in ſpecie *Decian.conſ.97.num.40.lib.2.* aſſerens ex Inſtitori † nomine Sociali ſubſecuta contractam cẽſeri Societatem ſuper ea negociatione,cui fuit inſtitor Prępolitus eũq;ſequitur *Gratian.diſcept. Forenſ.cap.336. num. 19. & non obſcure dixit Rota coram Buratt.dec.85.nu.1.& 2.& deciſ.113.nu.18. cum ſeqq.*

2 His plurium depoſitiones Teſtium † accedunt, qui licet de publica voce & fama concludant præsũptionẽ tamen aliquã inducunt *Maſcard.de probat.concluſ.753.n.5.& 19.& pondenuit in Specie Rot.deciſ. 256. numer.10. cum ſeqq. part.6.recent.*, tum etiam Sociales actus complures ab eiſdẽmet & Farſetto,ac Pauia in alijs depoſitarijs exerciti necnon in negocijs à depoſitaria à R.C.A. omnino diſtinctis,tum denique quietantiæ in exactionibus ad depoſitariam de qua agitur,ſpectãtibus à Farſetto perhabitæ ſub ſub ſequenti verborum contextu *Noi Antonio Franceſco Farſetti &c. Depoſitarij dell' Illuſtriſſimi Signori Secretarij habbiamo riceuuto.*
3 quæ vt verba † in numero plurali prolatæ alterius cõcurſum exquirunt *l.vbi numerus 12. ff.de teſtib.l.ſi libertas,qua in vltima 17.§. vltim.ff. de manumiſſ. teſtament. Bald.conſ.123.num.1. lib.5. Rot.Iannen.dec.190.num.4. Rot.deciſ.267.num.13.*
4 *part.2.dec.204.num.2.part.5.recent.*ea potiſſime † clauſula cæterata perſpecta, quæ dum iuxtà naturam actus, de quo quis loquitur debet extendi *ex theoric. Bartol. in l. Gallus 29.§. idem credendum num. 3. ff. de liber. & poſth. Bald.conſ. 436.num.3.lib.1. Oldrad.conſ.139. numer.13. Cardinalis Mantic.de tacit. lib. 2. tit.10. numer.21.* ad conſocium perneceſſe debet illa referri, cui videtur in proprio caſu dumtaxat conuenire.

Hicque conſocius ex coniecturis ſuperius recenſitus valet in Pauia dumtaxat verificari

cum

cum maximè eidē faueat ſubſtitutionis modus omnino conſimilis ab ipſomet Farſetto adhibitus in exactionibus ſpectātibus ad alias depoſitarias ſub Societate incluſas aliquoties enim ſe ipſum & Pauiam litteraliter expreſſit ibi *Noi Antonio Farſetto e Proſpero Pauia Depoſitarij del Monte quatrino* ſæpè vero eundem vti conſocium ſub cæterata clauſula enunciauit ibi *Noi Antonio Franceſco Farſetti Amministratori del Monte Quatrino* Hinc vero ſequitur, quod ſicuti clautula prædictam debet hic ad Pauiam vlla abſque dubitatione referri: Ita ipſum quoque in altera parte includit, vt aduertit *Iaſon.cōmuniter receptus in l.Gallus §. idem credendum num.7.ff.de liber. & poſthum.* talem aſferens clauſulam † extendendam fore iuxta loquentis cōſuetudinē quoties preſertim agatur de materia fere cōſimili *Alexand.conſ.163.n.* 5 11. *lib.7. Corn. conſ. 225. in fine lib.3. Aymon conſ.407.num.2.Riminald.Iun.conſ.278. num.103: in fine Card. Mantic.de tacit. lib.2.tit.10. num.17. cum ſeqq. Rot. penes Pacific. de Saluian. deciſ. 137. num.2.*

6 Hanc propterea Societatem † ſuadet veriſimilitudo exinde petita quod Pauia victū dū taxat vna cum annuis ſcutis bis centum ex eiuſdem cauſa Societatis, conſequebatur cætera vero Lucra, & damna Farſetto iuxta tenotem apocæ cedere debuerant, cui proinde expediebat, vt depoſitariæ omnes ſub Societate cenſerentur incluſæ ad hoc, vt Pauia apocam ſuam in illis adhiberet.

Hinc non vrget duorum depoſitio teſtium ad depoſitariam R.C.A coarctantium Societatem; Ipſi enim concludentem cauſæ ſcientiam non referunt ex ſuperius deductis, deteguntur mendaces præſertim ex quietātijs nomine Sociali peractis in aliijs depoſitarijs atque negocijs à depoſitaria R.C.A. diſtinctis, 7 quibus alij † præterea Teſtes deponētes ſuper Societate debent præferri, tum quia adminiculis fulciuntur, ac veriſimilia deponunt *cap. Licet cauſam verſ. ex præmiſſis de probat. Gabriel de teſtibus concluſ.4.num.28. Rot. coram Buratt.deciſ. 631. num.16. Merlin.deciſ.70. num.13. & in Tudertina Societatis 21. Iunij 1628. §. & quamuis cō* 8 *Cardinali Panziroln.* vel quia numero † plures *de text. in cap. in noſtra 32. de teſtibus Riminald. Iun. conſ.237.num.72.vol.3.coram Buratt. dec. 43. num.2.*

Altera pariter vija fuit corruere obiectio ex Epiſtola Lauretani petita ſub hoc verborum periodo conſcripta *ſotto li 2. del medeſimo Meſe il Signor Proſpero Pauia mi ſcriſſe che li Secretary Apoſtolici gli hauenano conferita detta eſſigenza, che però douеſſi Io fargli la rimeſſa tanto del decorſo, quanto di quello che decorrerà, & in conformità di queſt' ordine mandai li meſi adietro ſcudi 600. ch'erano li medemi mandati li meſi addietro al Sig. Farſetti*: ſiquidem Pauia decurſorum reſpectu terminorum poterat Societatem dumtaxat repreſentare ad quem illi ſpectabāt; quo vero ad futuros perſonam, ab eadem Societate omnino diſtinctam, adeoque dum vtraque ſolutio peragi ipſi debuerat nulla ex Epiſtola huiuſmodi valet probatio deſumi.

Quod Lauretanus Pauiæ, vti nouo depoſitario perſoluerit; Quinimo dum tempore ſolutionis ſubſecutæ nullus ex cauſa nouæ depoſitariæ terminus efluxerat, ea *proinde ſo*- 9 lutio † ad ſociale debitum, pro quo poterat Lauretanus pulſari, debet omnino referri, non autem ad debitum nouum, cuius nondum ceſſerat dies ad *text. in l. cum ex pluribus 10. §. vltimo ibique notant Communiter DD. ff. de ſolut. Angel.conſ.137.in fine Menoch. conſ.121. num.48. Pariſ.conſ.122.num.8.lib.4.Gratian. diſcept forenſ. cap.124.num.26. Rot.coram Merlin.dec.107. nu.1. & in Piſaurien. pecuniaria 29. Aprilis 1661. in §. nec ex eo coram R.P.D. meo Priolo.*

Denique vrgere non valet Societatis diſſolutio nomine Farſetti ſubſecuta in vim facultatis in apoca ſociali ſibimet ipſi reſeruatæ: ſiquidem diſſolutio hæc Lauretano intimata non fuit ante ſolutionis actum, vt omnino exigebatur ex lunibus in præterita deciſione recenſitis Perſpecta potiſsime ipſius ab Vrbe abſentia.

Et ita vtraque parte bis informante deciſum.

R. P. D. TAIA

Tarentina Cenſus.

Veneris 8. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Cenſus impoſitus abſque pecunia numerata nō eſt nullus dummodo pecunia fuerit præſens, & partes illam habuerint pro numerata, quia Bulla Pij V. non requirit pecuniam numeratam, ſed numerabilem, ad quam numerationem probandā benè ſufficit dictio *preſentialiter, & incontanti*.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus impoſitus abſque pecunia numerata eſt nullus iuxta conſtitutionem Pij Quinti.*
2 *Dicto* præſentialiter, *& in cōtanti optimè probat numeratam pecuniam.*
3 *Teſtibus examinatis abſque citatione nulla fides eſt adhibenda.*
4 *Cenſus impoſitus propter indigentias communitatis, non parit actionem contra venditores, ſed contra ipſammet communitatem.*
5 *Fallit ſi non negocietur cum ipſamet communitate.*
6 *Creditori non contemplatione communitatis fœneri danti naturalis ratio videtur aſſiſtere.*
7 *Pragmatica non comprahendit contractum Iuratum.*
8 *Sententia abſque citatione nihil valet.*
9 *Rota non attendit ſententias aliorum Tribunalium, niſi cauſa cognita etiam ſi fuerint in iudicatum tranſacta.*

DECISIO LXXX.

VENDIDERVNT Leonardus, Petrus & Angelus 4. Auguſti 1615. annuum cēſum ſc. 100. ſuper certis bonis Antonio pretio ſcut. 1000. illumq; Antonius dedit in dotem Catharinæ filiæ ſuæ, quæ mortuo viro petijt

petijt coram A. C. mandatum de associando contra supradicta bona, & possessores bonorum obligatorum, & obtinuit, vnde commissa mihi causa à Signatura cum *clausula si quid exequendum* mandatum A. C. esse exequch responderunt, quia probata sunt omnia probanda, & validitas census vndiq; apparet.

Non obstare visum est, quod ab altera parte licet instante pro dilatione contra censum opponebatur scilicet fuisse contractum absq;
1 pecunia † numerata per extinctionē alterius census contra formam constitutionis Pij V. idque constare ex 10. testibus certificantibus de tractatu habito, & effectu secuto.

Nam in instrumento lurato ipsimet Leonardus, Petrus, & Angelus debitores fassi sunt recepisse, & habuisse ab Antonio præsentialiter, & incontanti coram Notario, & te-
2 stibus numeratos &c. † probatio verò numeratæ pecuniæ clarius demonstrati non potest *Cenc. de cens. quæst. 51. ab initio Rot. coram Buratt. dec. 518. num. 1. & 14. præcipue ex supradicto verbo* incontanti *Cenc. dicta qu. 51. n. 7. vers. vel dictiones incontanti Rot. coram Coccin. decis. 208. num. 3.*

3 Testibus autem contrarijs nulla adhibenda est fides, vt pote nulliter examinatis absque citatione Catharinæ *ad cap. 2. de testib. & gloss. in verb. postea d. cap. 2.*

Pariter nec alia exceptio refragari visa est, quod census fuerit venditus ad subleuādas in-
4 indigentias communitatis, & contra eandem voluendas esse actiones non contra particulares venditores *ex regul. Pragm. 12. de administr. vniuers. de qua abunde Rouit. ad pragmat. 5. d. tit. 12. num. 2. Marin. quotid. resolut. 77. lib. 1. & resolut. 59. lib. 2. ab initio Capiblanc. de Iure & offic. Baron. qu. 83. sub num 17. tom. 2.*

Quia multipliciter responsum est primo nullam probationem afferri, quod pro vniuersitate, & in illius vtilitatem fuerit constitutus census imò è contra demōstrat confessio iurata in instrumento vbi prędicti debitores census pro faciendis eorum commoditatibus, & vtilitatibus, & pro nonnullis eorum necessitatibus sponte &c. insolidum vendiderunt eidem Antonio annuum censum &c.

Secundo quamuis etiam probaretur, quod
5 in vtilitatem Vniuersitatis cesserit † census tamen quia Antonius noluit cum communitate negotiari ab eaque annuos emere introitus, sed voluit contrahere cum ciuibus particularibus, vt ex testibus in *Sum. Antoñ. nu. 4.* eosdem potest conuenire; in puncto *Marin. d. resolut. 77. num. 5. vbi testatur ita fuisse iudicatum; & dicta resolution. 59. num. 2. Capiblanc. d. quæst. 83 a num. 20. vers. si vero*, & creditori non contemplatione communitatis fœnori danti naturalis ratio videtur assistere, & *Ciuilis text. Lexm qui 13. C. si cert petat. vbi quotidianum casum notat. Bald.*

7 Tertio quia sumus in contractu iurato quē Pragmatica non comprehendit propter defectum potestatis in laicis disponendi super iuramento *Rot. dec. 338. nu. 3. vers. dici potest part. 3. recent. & coram Buratt. dec. 44. nu. 4. & in hac ipsa pragmatica, & simili censu Rot. in Brundusina cen-*
sus 1. Aprilis 1661. sub §. nec relevat quod in pragmatica Regni coram R. P. D. meo Priolo.

8 Adducta vero sententia† Gubernatoris localis ex defectu citationis inualida, & iniusta vt pote contra Ius, vt supra nihil mouit DD.
9 præsertim † quod Rota sententias aliorum tribunalium non attendit, aut exequatur, nisi cognita earum iustitia, & validitate etiamsi fuissent in iudicatum transactæ *Rot. decis. 111. num. 2. & 3. & dec. 453. nu. 5. par. 3.*

Et ita altera tantum &c.

R. P. D. EMERIX

Anconitana Censuum.

Mercurij 13. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Tutor datus temporaliter aduenient tempore desinit esse tutor. Depositum vt subsistineatur quid sit inspiciendum, & quando videatur taciteè probatum.

SVMMARIVM.

1 *Læsio est causa principalis restitutionis in integrum.*
2 *Sententia validitas ex reuolutione processus apparet*
3 *Tutor temporaliter, & sub conditione deputari potest*
4 *Tutor datus sub conditione & temporaliter aduenient tempore & conditione desinit esse tutor.*
5 *Tutor persona principaliter non rei datur.*
6 *Tutor pro tali se in aliquo actu gerens, censetur tutelam desertam reassumpsisse, quia qui vult consequens vult etiam & antecedens & num. 7.*
8 *Clausula &* generaliter dans *adiecta mandato operatur, vt Procuratori censeatur data facultas ea omnia explendi, quæ potuisset ipse met constitutus explere.*
9 *Dicto, vel facto declarantis standum in illis, quæ pendent ab animo.*
10 *Depositum vt subsistineatur sufficit quod fuerit parti intimatum, & ab ista nihil appositum*
11 *Depositum tacitè censetur approbatum, quando pars instetit super illius consignatione.*

DECISIO LXXXI.

DOMINI dixerunt non constare de causis restitutionis in integrum quia non
1 non fuit probata Læsio sine qua † non datur restitutio *l. quod si minor 24. ff. de minor Rot. decis. 132. nu. 1. par. 1. recent. & coram Buratt. decis. 323. num. 1.*

2 Validitas† enim sententiarum Rotalium non controuertitur, & resultat ex reuolutione processus, in quo apparet seruata fuisse omnia de iure, & stylo seruanda iuxta *vulgatam dec. Capuaquen. 260. par. 2.*

Iustitia vero desumitur ex legitima extinctione census probata ex pluribus adductis in decisionibus in prima instantia coram bo. m. Iusto, & successiuè in alijs coram DD. meis Verospio & Taya emanatis quarum fundamenta visa sunt subsistentia non obstantibus his, quæ pro parte fratrum de Leonijs rursus replicabantur.

Obie-

Obiecta siquidem nullitas disdictæ videbatur excludi, quia perspectis bene facti circumstantijs, à quibus desumenda est decisio causæ sine inspiciatur prima disdicta facta Alleo, siue altera facta Ferrantino apparet vtramque non solum bona fide, sed etiam legitimè, & prudenter processisse.

Cum enim sub die 19. Februarij 1591. ad instantiam Lauiniæ matris, & Tutricis fratrum de Leonijs deputatus † fuisset eorum 3 tutor, & Curator Franciscus Alleus non perpetuo & principaliter, sed temporaliter, & sub conditione donec nimirum Lauinia tutelam reassumeret *Sum. impressa nu. 5.* prout deputari poterat §. *ad certum instit. qui testamento Tutores dari possunt*, & §. *sed & si de Attilian. Tutor l. si quis sub conditione 11. ff. de testam. Tutel.* certum est, quod Triumphus volens extinguere censum non poterat in hoc statu alteri quam eidem Alleo disdictam intimare prout fecit sub die 10. Aprilis immediate sequentis *d. sum. nu. 4.*

4 Cumque deinde durante bimestri Lauinia sub die 27. eiusdem † mensis tutelam reassumpsisset *d. sum. nu. 7.* & propterea Alleus desiuisset esse Tutor *d. §. sed & si in fine instit. de Attiliano Tutore* non poterat amplius Triumphus extinctionem continuare cum Alleo, sed debebat, vel priorem disdictam prosequi cum Lauinia, vel cum Ferrantino ab ea Procuratore, & Actore cũ decreto Iudicis, & aliis solemnitatibus necessarijs constituto *sum. nu. 7.* vel saltim nouam eidem disdictã intimare prout fecit *sum. nu. 6.*

Nec subsistit, quod Lauinia reassumpserit tutelam ad certum effectum tantum, quia 5 *cum Tutor † non detur principaliter rei, sed personæ §. certa autem rei instit. qui testam. Tutores dari possunt, & l. certarum ff. de testam. Tutel.* necessario dicendum est, quod Lauinia ge- 6 rendo se pro Tutrice in aliquo actu tutelam **in totum censeatur reassumpsisse ex regula**, 7 quod † qui vult consequens vult etiam antecedens quã late exornat præses *Everard. in suis locis legalibus in loco à confessione consequentis nu. 3.*

Minus vrget quod Ferrantinus in primo mandati Procuræ constituitur tantum Procurator ad adeundam hæreditatem Hieronymi Episcopi Theatini, & patrui fratrum de Leonibus, quia mandatum in subsequentibus verbis ampliatur etiam ad lites, & alia negocia, & habet adiectam clausulam, & ge- 8 *neraliter dans*, quæ operatur vt Procuratori cẽseatur data facultas ea omnia explendi quæ potuisset ipsemet constituens, adeout rectè vigore talis mãdati potuerit deueniri ad retrouenditionem census, maximè dum ille erat hæreditarius Hieronymi *Rot. dec. 186. nu. 2. post Ceno. de cens. & ponderatum fuit coram R. P. D. meo Veroſpio sub die 30. Ianuarij 1654. §. Hinc perperã & sub die 27. Ianuarij 1659. §. hinc enim.*

Et quatenus etiam dubium foret an dicta clausula esset restringenda ad expressa, vel potius ampliandæ ad alia negocia in hoc recurrendum esset ad factum Lauiniæ constituentis, quæ dum semper deinceps suppoſuit disdictam, & depositum legitimè factum exhibendo disdictam, & depositum cum instantia pro consignatione *sum. nu. 11.* satis declarauit se Ferrantino huiusmodi facultatem in 9 mandato attribuisse in his † enim quæ dependent ab animo standum dicto, vel facto declarantis iuxta notata per *Menoch. de arbitr. cons. 86 nu. 6. & in puncto Rot. dec. 169. nu. 11. par. 9. recent.*

Altera vero nullitas desumpta ex non integritate depositi pariter visa fuit non afficere, quia omissis alijs, quæ pro illius integritate deducta fuerunt in *1. dec. R. P. D. mei Veroſpij §. neque vrgere cum seqq. & in 2. §. neque releuare, & coram R. P. D. meo Taia §. & primo.*

10 Domini existimarunt ad subsistineñ † depositum sufficere quod fuerit intimatum Parti *sum. nu. 10.* & quod non solum nihil vnquam exaduerso fuerit oppositum, verum etiam 11 per instantiam factam à Lauinia super illius consignatione *d. sum. num. 11.* illud tacitè censeatur approbatum *Crauett. cons. 106. n. 2. Surd. cons. 86. nu. 31. in fine, & seqq. Adden. ad Gregor. dec. 490. nu. 7. Rot. dec. 229. num. 16. par. 9. recent. & in dec. huius causa coram R. P. D. meo Taia §. finali.*

Ex quibus, & aliis adductis in præallegatis decisionibus resolutum fuit non constare de causis restitutionis in integrum vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE,

Poſtea S. R. E. Cardinali.
Romana Dotis.

Mercurij 13. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Bona in inuentario illa describi debent, quæ de tempore obitus à defuncto possidebantur, & in hærede suspicio prætermissæ descriptionis bonorum cessat palam & publicè possidente cui satis est allegare ereditum adhuc existere, quia hæres beneficiatus ad exactionem debitorum hæreditariorum non non tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio restricta ad verba* non alias aliter, nec alio modo *nullam aliam contrariam interpretationem recipit.*

2 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

3 *Hæreditas adita cum beneficio legis & inuentarij hæredis iura illæsa præseruat.*

4 *Hærede cum beneficio legis & inuentarij hæreditate adeunte fit quod persona hæredis ab ipsa hæreditate distinguatur.*

5 *Inuentarij beneficium cessat, si ibi non fuerint descripta omnia bona defuncti.*

6 *Bona ea debent in inuentario describi, quæ à testatore de tempore obitus possidentur, & reperiuntur in hereditate.*

7 *Venditio est referenda ad conditorem proximè emanciatum non ad hæredem.*

8 *Hæres beneficio legis & inuentarij non priuatur eo quia rationem non reddat de fructibus bonorum hæreditariorum.*

Suſ-

9 *Suspicio qualibet fraudis tollitur hærede palam, & publicè possidente.*
10 *Hæredi satis est allegare creditum adhuc existere.*
11 *Hæres beneficiatus debita hæreditaria exigere non tenetur.*

DECISIO LXXXII.

RESPONSVM fuit coră me die 20. Aprilis proximipręteriti mandatum alias ab A. C. decretum ad instantiam Isabellæ Nunez creditricis q. Io. Franciſci Baldinacci viri occasione suæ dotis fore exequeñ super cõtrouersa domo in Regione S. Eustachij pro summa scut. 4000. hodie vero disputato dubio, an esset standum vel recedendum à decisis in partem affirmatiuam Domini inclinarunt in nihilo refragante quod Isabella consenserit domus venditioni à Io. Franciſco peractæ ad fauorem D. Cardinalis Iustiniani nec non de euictione promiserit, cum tam consensus quam de euictione promissio apertis clarisque verbis restricta ac limitata cernatur ad summam dumtaxat scut. 5000. & non vltra cum clausula præseruatiua, *in reliquis non aliter aliter nec alio modo*; talia enim verba
1 sunt adeo præcisa, vt nullam aliam contrariã interpętrationem recipiant *Cephal. conſ. 118 num. 13. & 14. lib. 1. Rot. in recent. dec. 169. nu. 17 & dec. 11. nu. 4. part. 9. tom. 1. & dec. 333. num. 21. to. 2. eodem part. 9.*

Neque Marcus Antonius Isabellæ filius, & hæres nunc agens repelli valet, ex eo quod Franciſci Patris hæreditatem quoque † adierit ac proinde actiones confusæ remanserint
2 eidemque † obstet exceptio *l. vindicantis ff. de euict.* nam hæreditas adita † conuincitur cum
3 beneficio legis, & Inuentarij illius Iura illæsa præseruantis, itaut primæua actio sibi pro dote competens persecurare dicatur contra hæreditatem, ac si non adiuisset, cum tali
4 casu† hæredis persona sit distincta ab ipsa hereditate *l. vltima §. in Computatione C. de Iur. deliberand. Bald. in l. si vxor. nu. 2. C. de bon. auct. iud. possid. & in l. iuris C. ad l. Falcid. Roman. conſ. 26. ante finem, & conſ. 276. num. 2. Rolland. de Inuentario §. 10. est inutilitas n. 3. cum seq. par. 2. tom. 8. Mantic. de tacit. lib. 1. Phanucc. de inuent. par. 5. nu. 13. & 15 tom. 8. par. 2. Antonin. de Anat. var. resolut. lib. 2. resolut. 16. a nu. 3. vsque ad 7.*

5 Inuentarij † verò beneficium cessare minimè debet † ex eo quod ibi descripta non fuerint loca Montium prouenientia ex tata prętij eiusdem domus in summa scut. 3000. *ad l. final. §. cum igitur ibique gloss. in verbo omnibus, & §. sin vero postquam C. de iur. deliberand. Surd. dec. 222. num. 1.* loca enim Montium cum distracta noscantur in vita Io. Franciſci patris, opus minime erat illorum descriptione, cum
6 ea bona debeant † tantummodo describi quæ à testatore de tempore obitus possidentur, & in hæreditate reperiuntur DD. in *l. final. C. de Iur. delib. Honded. conſ. 35. num. 16. lib. 1. Surd. dec. 222. num. 8.*

Minus subsistit quod ab hærede vendita fuerit pars domus hæreditariæ; licet enim in
7 inuentario appositum fuerit appartamento in Domus vltra aliam partem venditam exinde tamen non depromitur venditionem factam fuisse ab hærede cum illius verba conuincant Io. Franciſcum patrem vendidisse ibi *quod quidem appartamentum remansit d. Fraciſco Baldinaccio vltra aliam partem eiusdem domus* vt dicitur *ab eodem Io. Baptiſta Denio venditam cum pacto redimendi*. Venditio quippe referenda est ad Franciſcum proxime enunciatum non autẽ ad hæredem *gloss. in l. 1. verbo dotis nomine ff. Iegat. præstan. Corn. conſ. 97. nu. 2. lib. 1. Ruin. conſ. 64. nu. 6. lib. 3. Gregor. decis. 35. nu. 3. & dec. 277. eodem num. Seraphin. dec. 689. nu. 1. Rot. in recent. dec. 442. num. 13. & 666. nu. 1. par. 1. diuers.*

8 Marcus Antonius nec priuari † debet dicto beneficio, eo quia de fructibus bonorum hæreditariorum rationem non reddat; hæreditas siquidem paterna adita apparet de anno 1640. de mense Octobris de quo tẽpore fructus iam erant recollecti. De mense vero Martij anni sequentis emanauit bonorũ traditio ad fauorem Isabellæ ad computum sui dotalis crediti, vnde excluditur illorum fructuum perceptio ex parte hæredis qui admisso citra veri præiudicium, quod nonnullos perceperit neque impediri posset exequutio mandati pro recensita summa, cum adhuc remaneat creditor in notabili quantitate occasione interusuriorum sibi debitorum tam pro sorte dotis quam lucri dotalis à die interpellationis sequutæ 26. Aprilis 1641. vsque ad obitum Isabellæ de anno 1653.

Non vrget, quod Marcus Antonius retineat Syluam descriptam, quia præter quod hoc in facto impugnatur cum eam palam, ac
9 publicè possideat, tollitur quęlibet mala fraudis suspicio *l. non existimo C. de administr. tutor. l. ita fidei C. de iur. Fisci l. cum ipse de contrab. empt. Bald. conſ. 347. lib. 4. Alex. conſ. 31. in fine lib. 7. Gregor. dec. 169. nu. 8.*

Denique non obstat, quod in inuentario legatur descriptum creditum scut. 1400. aduersus Comitem Franciſcum Mariam Can-
10 talmaggium, nam † hæredi satis est allegare
11 adhuc illud existere: exactio † liquidem nõ præsumitur neque hæres beneficiatus debita hæreditaria exigere tenetur *Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. final. de inuest. nu. 139. Aluar. Velasc. dec. 52. nu. 39. Rot. dec. 300. num. 9. par. 5. recent.*

Et ita vtraque &c.

R. D. D. BEVILAQVA
Tiburtina Castrorum.

Mercur. 13. *Iunij* 1663.

ARGVMENTVM.

Assignatio Castrorum facta pro hæredibus, & successoribus tanquã verbis generalibus concepta nullam admittit restrictionem in materia de sui natura transitoria ad quoscumque hæredes; vnde hæredi vti repræsentanti defuncti personam decernitur successio in vniuersum Ius, quod habebat defunctus tempore mortis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſuccedit in vniuerſum Ius, quod habebat defunctus tempore mortis, & num.21.*
2 *Dominium caſtri poteſt apud vnum, regimen & perceptio fructuum apud alium reſidere valet.*
3 *Aſſignatio ſubſequens loco alterius ſubrogata ceſſat extincta linea à teſtatore inſpecta.*
Adeout non poſſit dici hæreditaria poſt obitum aſſignatariorum & num.4.
5 *Aſſignatio facta pro hæredibus & ſucceſſoribus ad hæredes & ſucceſſores tranſit.*
6 *Stipulatio pro hæredibus & ſucceſſoribus intelligitur pro illis de ſanguine, non pro extraneis.*
7 *Verba generalia & clara non admittunt reſtrictionem in materia de ſui natura tranſitoria ad quoſcunque hæredes.*
8 *Contractus de ſui natura tranſit ad hæredes etiam extraneos.*
9 *Proteſtatio non recedendi à contentis in priori capitulatione, non comprehendit ea, de quibus facta fuit particularis mentio, ſed intelligi debet quoad non expreſſa.*
10 *Verba* hæredes, & ſucceſſores, *inſpecta natura feudorum intelliguntur pro hæredibus, & ſucceſſoribus ſanguinis.*
11 *Caſtra non præſumũtur feudalia, niſi plenè probetur.*
12 *Caſtra de iure præſumũtur allodialia, & quis poſſidere cenſetur vt dominus, non vt vaſſallus.*
13 *Pignus requirit creditum præcedens.*
14 *Pignus tollitur mediãte ſatisfactione crediti ex fructibus nõ per aliam ſimilem aſſignationem eiuſdem redditus.*
15 *Facultas redimendi rem aſſignatam ſibi ab aſſignãte reſeruata non alterat aſſignationem regiminis & reddituum caſtrorum liberè factam in adimplemẽtum ſuæ obligationis.*
16 *Donatio cenſetur facta de bonis donanti reſeruatis.*
17 *Donatio non comprehendit illa bona, quæ alijs aſſignata fuerunt.*
18 *Creditum remanet extinctum per confuſionem actionum.*
19 *Aſſignans Caſtrum cum pacto iuriſdictionem, & fructuum perceptionem redimendi non poteſt compelli ad pactum adimplendum, quando iſtud pendet à ſuo arbitrio, & mera voluntate.*
20 *Pactum à pacifcente non adimpletum expirat per mortem ipſius pacifcentis.*

DECISIO LXXXIII.

POST aggreſſam in hac cauſa diſputationem in petitorio iuxta reſcriptum Commiſſionis manu Sanctiſſimi Signatæ, duę emanarunt deciſiones in quarum prima ſub die 10. Martij anni præteriti edita dictum fuit nullas portiones Caſtrorum Cantalupi & Bordellæ de quibus agitur remanſiſſe in hæreditate bon. mem. Io. Baptiſtæ & Antonii de Vrſinis; in vltima vero ſub die 1. Decembris eiuſdem anni fuit declarata antecedens, & concluſum in hæreditate prædicta comprehendi regimen, & iuriſdictionem dd. Caſtrorum cũ iure percipiendi fructus, & redditus, quam declarationem hodie Domini quoque approbarunt, nam ſicuti illud vnum ſemper fuit in facto certum quod in ſecunda conuentione de anno 1559. inita aſſignatum fuit Franciſco & filiis, quales erant d. Antonius, & Io. Baptiſta, ac Ioannes Paulus de Vrſinis, regimen & gubernium cum exercitio Iuriſdictionis, & fructibus omnibus dd. Caſtrorum, vt patet ex verbis per extenſum in principio d. deciſionis
1 relatis, ita quoque clarum videtur, † aſſignatariis defunctis gubernium cum iure percipiendi fructus remanſit pro duabus partibus in hæreditate dd. Io. Baptiſtæ, & Antonij ad commodum, & vtilitatem moderni Ducis eorum hæredis *l. bonorum, §. in bonis, ff. de verb. ſignific. l. ſeruus in princ., ff. de leg. 3. Natt. conſ. 400. num. 3. cum alijs congeſtis in deciſione, §. final.*

Non officit quod dicta aſſignatio à Paulo Iordano facta fuerit præuia reſeruatione dominij, directi & ciuilis, & naturalis poſſeſſionis ad ſui, & ſucceſſorum fauorem, ex quo inferebatur Caſtra non fuiſſe in bonis Io. Baptiſtæ, & Antonij, nec in conſequens potuiſſe in eorum hæreditate remanere, etenim reſeruatio huiuſmodi in nihilo aduerſatur dictę aſſignationi, & ceſſioni iã factæ, quæ eſt quid
2 diuerſum ab illo, ſtatque ſimul quod † quis ſit Dominus Caſtri, & alius retineat regimen & redditus percipiat, vt præter in deciſione Congeſtos, §. nec refert confirmãt *Salon de Paz ad leg. Taur. 4. num. 59. 7 ſque ad 63. Capic. deciſ. 27. num. 36. Manſic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 14. n. 19 Ciriac. controu. 401. num. 50.*

3 Non obſtat quod extincta lineâ † maſculina Antonij & Io. Baptiſtæ, quam Paulus Iordanus reſpexit in aſſignatione annui redditus ſcut. 1000. facta anno 1558. ſubſequens aſſignatio anni 1559. regiminis Caſtrorum loco illius ſubrogata ceſſauerit ad text. *in l. ſeruus, §. 1. & ibi Bald. C. de pact. & in Authentica quas ruinas num. 3. C. de Sacroſ. Eccleſ. Caſtrenſ. conſil. 68.*
4 *num. 1. verſ. ſimiliter lib. 2.* adeout † poſt illorum obitum non poſſit dici hæreditaria, *Bartol. in l. libertis la prima ſub num. 3., ff. de aliment., & ibar. legat. Cephal. conſ. 156. num. 4. lib. 2. Socin. Iun. conſ. 12. num. 19. lib. 1. Rot. deciſ. 607. num. 5. part. 1. & deciſ. 183. num. 1. part. 5. recent.* quia licet concordiæ de dicto anno 1558. initæ huiuſmodi intellectus dari poteſt; inſpecto autem tenore alterius anno ſequenti emanatæ, auctoritate Apoſtolica confirmatæ penitus remouetur obiectum; in hac enim fuit ab illa receſſum
5 cum † aſſignatio facta fuerit data noua forma ſuccedendi, nempe pro hæredibus & ſucceſſoribus, & ſic maſculis, & fœminis, vt perpenſa vtraque concordia in ſpecie firmauit *Rot. coram Gipſio 10. Maij 1590. in recent. deciſ. 21. n. 4. & 5. part. 1. & 24. Nouembris 1610., §. quare, & §. non obſtare coram bon. mem. Lancellotto.*

Nec placuit interpretatio quod retẽto themate primæ conuentionis in cuius executionem deuentum fuit ad ſecundum cum proteſtatione ab illa non recedendi, † ſtipulatio
6 pro hæredibus, & ſucceſſoribus intelligatur pro illis de ſanguine, non vero pro extraneis,
7 nam cum verſemur ſin materia de ſui natura ad quoſcunque hæredes trãſitoria verba prædicta generalia, & clara non admittunt huiuſ-

modi

modi restrictionem *l. in annalibus C. de legat. Menoch. cons. 503. num. 3. Mandel. Alb. cons. 473. per tot. Peregrin. de fideicom. art. 32. num. 54. Achill. de Graff. decis. vnic. de donat. Buratt. decis. 894. num. 4.*, & in specie responsum fuit in mox citaris *decisionibus 21. num. 5. part. 1. & coram Lancellotto, §. cum autem in fine,* vbi quod id magis procedit dum
8 conuentio facta fuit per modum † contractus, qui de sui natura sunt transitorij ad hæredes extraneos *Buratt. decis. 589. num. 17.* protestatio † autem non recedendi à contentis in
9 priori capitulatione, sed illis inhærendo non comprehendit ea, de quibus fuit facta particularis mentio, sed verificari & intelligi debet quo ad non expressa *Oldrad. cons. 330. in fine Gabriel. cons. 151. nn. 19. & 20. lib. 2. Honded. cons. 86. numer. 47. lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 867. numer. 20. & 34. Rot. apud Reuerendissimum Vrgellen. dec. 399. in fine, & in puncto respond. in dicta desbo. me. Lancellotti, §. non obstat quod in secunda.*

10 Non releuat quod verba † *hæredes, & successores*, inspecta natura feudorum, de quibus agitur capiantur pro hæredibus, & successoribus sanguinis *Imol. in l. quod dicitur 130. num. 8 & 13. ff. de verb. obligat. Dec. cons. 395. num. 9. Socin. Iun. cons. 72. num. 26. & cons. 76. numer. 2. lib. 1. post Imol. cons. 1. num. 69. Peregrin. de fideicommiss. d. artic. 32. num. 51.*, nam vltra quod per solam assignationem Regiminis cum exercitio Iurisdictionis, & perceptione fructuum facta dd. assignatarijs firma remanente proprietate apud cedentem eliditur obiectio, non subsi-
11 stit suppositum, quod † Castra sint feudalia,
nisi plenè probetur, nam de Iure præsumun-
12 tur allodialia, † & quis possidere censetur, vt Dominus non vti Vassallus *cap. 1. §. 1. vers. sed defuncto si de feud. fuerit controuersia, inter Dom. & Agnat. cap. 1. iuncta gloss. de contract. inter mascul., & femin. Paris. cons. 20. num. 1. lib. 1. Surd. cons. 35. num. 24. Menoch. cons. 91. nn. 21. lib. 1. Gionagnon. cons. 25. numer. 18. & 19. lib. 2. Rot. coram Comitul. decis. 74. numer. 12.*, & *in recent. decis. 93. num. 29. & seqq. & num. 53. part. 5. Merlin. dec. 655. num. 1.*

Neque obstat quod iterum obijcitur assignationem Reginiinis & reddituum Castrorũ fuisse factam in pignus corporaliter quousque à Ioanne Paulo Iordano consignaretur Castrum Sancti Gregorij, vel aliud eiusdem redditus scut. 1000., quoniam nedum non iu-
13 stificatur pignus † requirens creditum præcedens, sed ex conuentionis tenore liquet fuisse dationem insolutum, ad hoc vt pro dicta annua præstatione dicti assignatarij fruerentur fructibus ex dd. Castris prouenientibus, donec sequuta consignatione Castri Sancti Gregorij, ipsi & eorum hæredes idem emoluumentum ex illo consequerentur, quod non
14 conuenit naturæ pignoris, cum pignus † tollatur mediante satisfactione crediti ex fructibus, non autem per aliam similem assignationem eiusdem redditus *cap. cum contra, ff. de pignor. l. debitor, ibique DD. ff. ad Trebell. Rolland. à Valle cons. 65. num. 15. cum duobus seqq. lib. 2.*, & in his terminis *Rot. coram Comitul. decis. 4. sub numer. 3. & seqq. & post modern. de pignor. & hypotec. decis. 151. numer. 1.*

Neque subsistit quod non facta traditione Castri Sancti Gregorij, nec cuiusuis alterius intra annum 1569. expirauerit assignatio Regiminis, & fructuum Castrorum; nam confutatur hic intellectus ex subsecuta declaratione facta in eadem assignatione, quod ipse D. Paulus Iordanus habeat dilationem hinc, & per totum annum 1569. ad dandum dicti Castru 1, & redditum scut. 1000. annuorum dd. Fra ciſco, & filijs, qui non teneantur dicta Castra, sibi vt supra assignata relaxare, nisi cum effectu facta & effectuata dicta cõsignatione Castri &c. ex hoc enim clarè deprehenditur dictum Paulum pro dicta annua præstatione purè, & simpliciter assignasse fructus, & prouentus dd. Castrorum, tametsi voluerit reseruare sibi facultatem illa redimendi vsque ad dictum tempus mediante assignatione Castri Sancti Gregorij, seu alterius eiusdẽ redditus, quæ facultas non alterat assignatio-
15 nem † Regiminis, & reddituum Castrorum liberè factam in adimplementum suę obligationis pro solutione annua scut. 1000. ad tex. *in l. interdum, ff. de verb. obligat. Seraphin. dec. 659. num. 1.*

Quibus nec minus resistit donatio dd. Castrorum post secundam conuentionẽ à Paulo Iordano factam ad fauorem Io. Pauli filij, Francisci, & Authoris D. Portiæ Collitigantis, quia dum in præcedenti assignatione Regiminis & fructuum eorundẽ Castrorum facta etiam I. Baptistæ, & Antonio fratribus d. Io. Pauli reseruauit sibi idem Paulus Iordanus dictam facultatem assignandi aliud Castrum & redditum vna cum dominio, vtique sub-
16 sequens donatio † facta censetur de omnibus in assignatione reseruatis eidem donanti *l. si Titio & Mœuio in princ., & ibi DD. & l. Dominus, §. finali, ff. de leg. 2. Surd. decis. 172. num. 7.*
17 non autem de gubernio † cum exercitio Iurisdictionis, & redditibus Castrorum, in quibus nullum præiudicium voluit assignatarijs inferre per d. donationem, vt expressè ostendunt verba illa *purche la presente donatione non pregiudichi alla concessione, e transattione altre volte fatta tra noi, e Francesco nostro zio. l. debitor, §. in venditione, ff. quibus mod. pign. vel hypot. soluatur gloss. in l. eleganter verbo defolut., ff. de pignorat. act. Card. Canal. decis. 62. numer. 6. & decis. 328. numer. 14.*

Nõ obstat denique, quod moderno D. Duci immediato hæredi Pauli Iordani debitoris nullum ius competat super administratione, & consecutione fructuum in hisce Castris, ex
18 quo per cònfusionem actionum † creditum eiusdem remansit extinctum, §. *sancimus Authẽtica de hæred., & Falcid. res, ff. de pignor. l. si sibi 17. §. pignus, ff. de pact.*, nam pro reponsione, & obiecti solutione Domini aduertebant, quod per dictam assignationem Regiminis & Iurisdictionis Castrorum cum facultate consequendi eorum fructus dictus Paulus satisfecit suæ obligationi erga Franciscum & filios præfatos & eatenus succedebat alia tradendi Castrum Sancti Gregorij, vel aliud,

quate-

quatenus ipſe intendebat redimere dictum Regimen cum Iuriſdictione, & fructuum perceptione, de quibus in præcedenti aſſigna-
19 tione ad quod tamen † compelli non poterat cum poſitum eſſet in ſuo arbitrio, & mera voluntate ad tradita *per Honded.conſ.61. numer.23.verſ.non ſolum lib.1.Rot.deciſ 203. num.6. recent.* Cumque Paulus viuens vſus non fue-
20 rit † dicta facultate, & per mortem ipſius expirauit perinde eſt ac ſi nulla data dilatione ad recuperandum fuiſſet ab initio ſimpliciter aſſignatum Caſtrorum Regimen cum omnimoda iuriſdictione, ac reddituum & emolumentorum conſecutione *l. ſæpe audiui 8., ff. de offic.Præſid.Cagnol.in l.2.num.283.verſ.ſed reſpectu & verſ.non eſt ergo, ff.de pact.inter emptor, & vendit. Panzirol.conſ.192.num.25. Mantic.de tacit.lib.4.tit. 29.num.11, & ſeqq. Rot.deciſ.721.numer.4.part.4.* atque ideo d. D. Duci ab illo cauſam habenti nihil in hac parte remanet implendum, ſed
21 vti † hæres Io. Baptiſtæ, & Antonij duorum ex aſſignatarijs frui poteſt eiſdem Regimine Iuriſdictione & fructibus Caſtrorum prout dicti aſſignatarij in vita habebant, & percipiebant *l.hæres in omne ius, ff. de acquir.hared. l.cum hæres, ff de acquir.poſſeſſ., §. nihil aliud, ff. de verb. ſignif.*

Fuit itaque ex his concluſum ſtandum eſſe in vltimo loco deciſis vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Romana Pecuniaria.

Mercurij 13. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Salarium Procuratori ſoluendum, etiamſi nulla præceſſerit conuentio, ſtatuitur, illiuſque ſatisfactio non præſumitur ex lapſu temporis & ex adminiſtratione bonorum, taxatio autem mercedis huiuſmodi à Iudice facienda eſt inſpectis qualitatibus in præſenti deciſione recenſitis.

SVMMARIVM.

1 *Mercedem Procuratori ſpeciali conuentione deſtituto concluſio denegans in Vrbe non admittitur. Neque in altera ciuitate, vbi Procurator alteri operas ſuas locare conſueuit & nu.2.*
3 *Conſtitutio ſanct.memor.Pauli V. tit.de Aduocat. & procurat. quomodo intelligenda & n.4. & 5.*
6 *Salarij Taxatio Iudicis arbitrio remittitur.*
7 *Salarium ex qualitate, perſonarum nobilitate, ac ex merito opere præſtita debet regulari.*
8 *Salarium Procuratoris pro vnica cauſa grani in ſcutis annuis centum taxatum fuit à Rota & alias in ſcutis 150. conſtituit & num.9.*
10 *Salarij ſatisfactio ex temporis lapſu, & adminiſtratione bonorum non præſumitur & nu.12.*
11 *Temporis curſus, niſi legitimo præſcriptionis ſtylo fulciatur, ſatisfactionis præſumptionem non inducit.*

DECISIO LXXXIV.

FRANCISCVS Martellinus plurium annorum curſu procuratoris necnon negotiorum geſtoris munere DD. de Anguillaria interuierat contra quorum hæredem Ioſeph vti creditor Patris Iudicium pro conſecutione mercedis paternæ hæreditati præſtandæ in Tribunali A.C. inſtituit, cui ſpecialis commiſſio Sanctiſſimi directa fuit, vt huius Sacri Tribunalis votum in cauſæ expeditione exquireret adeoq; per me hodie propoſito dubio ſalarium in menſtruis ſcutis quindecim fore præſtan DD. reſponderunt.

Siquidem Franciſcus ab anno 1627. ad annum vſque 1657. DD. de Anguillaria patrocinium præſtitit diuerſis in cauſis tum in hoc Tribunali tum etiam coram alijs Iudicibus inſtitutis, vt ex plurium concluditur dicto teſtium, quorum alter ſollicitatoris, alter vero ſcribæ munus exercuit. Adeoque ipſius nequit hæreditati ſalarium denegari nulla licet ſuper eius præſtatione conuentio præceſſerit,
1 quoniam concluſio † denegans procuratori deſtituto ſpeciali conuentione mercedem de qua *per Natt.conſ.176.num.7.* in Vrbe non admittitur, neque in altera Ciuitate, vbi pro-
2 curator † operas ſuas alteri locare conſueuit, vt declarat *Bartol.in l.1.§.Iudi ad fin., ff.de var., & extraord.cognit. Alexand.conſ.109.numer.1.lib.6. Corn.conſ.116.num.2.in fine, & num.3.lib.4. Socein.Sen.conſil.196.ad fin.lib.2. Gratian. diſcept. forenſ.cap.257.num.35.cum ſeqq. Rot.deciſ.238. nu.1. in fine, & num.2.par.1.recent coram bon.mem.Coccin.deciſ.256.num.2., & coram Canal.deciſ.400.n.1 cum ſeqq.*

3 Hinc vrgere non valet † ſan.me.Pauli V. reformatio tit.de Aduocat., & procur. his dūtaxat, ac ſollicitatoribus præcludens ſalarij cōſecutionem non conuenti prædicta; ſiquidem
4 conſtitutio debet intelligi, vt † procuratores pro ſalario nequeant iure locati agere, non autem vt imploratio officij Iudicis pro illius taxatione, necnon conſecutione cenſeatur denegata, vt declarant *Adden.ad deciſ. Buratti 174. num.18., & dixit Rot.deciſ.367. num.26. cum ſeqq. part.9.to.2.recent., & in Oueten.mercedis 11.Martij 1658., §.quo vero coram Reuerendiſſimo D.Epiſcopo Papienſi,* in quibus præterea deciſionibus
5 firmatur quod tunc cenſentur † Conſtitutionis requiſita concurrere quoties principalis conſuetum procuratorem conducendi, necnon alterum procuratoris locandi miniſterium ſuum adhibeatur.

Hoc autē ſalarium in menſtruis ſc.15. DD. decreuere tum DD. de Anguillaria nobilitate perpenſa, tum Martellini qualitate inter primarios cauſarum patronos adſcripti, tum etiam inſpectis laboribus aſſiduis in cauſis per eum adhibitis adeoque ingentibus, vt aliarum quoque perſonarum operam coactus fuerit adhibere, vt teſtes ſuperius recenſiti concludunt; necnon alter fatetur ex Comitibus in Epiſtola eidemmet Martellino conſcripta atque tranſmiſſa, ibi: *V.S. haueria il torto dolerſi di me, ch'Io non ſtimaſſi le ſue fatiche, e che non le*

conoscessi perche verria à dichiararmi per persona poco grata, & di manco giudicio, sò benissimo, ch'alle brighe di casa non bastariano due persone che non
6 *facessero altro, che li negotij nostri.* Taxatio † quippe salarii Iudicis arbitrio remittitur, quod tamen †debet tum ex qualitate, tum etiam per-
7 sonarum nobilitate, ac ex operę præstitæ merito regulari, vt tradit in specie *Bald. in l. 1. ad fin. C. mand. Menoch. cons. 228. numer. 49. & de arbitrar. Iud. lib. 2. cent. 6. cas. 512. num. 17. Rot. dec. 291. num. 2. part. 1. recent., & coram bon. mem. Coccin. decis. 256. nn. 3.* Ex qua ratione salarium sacrum hoc Tribunal diuersimode decernere consue-
8 uit, aliquando enim illud † pro vnica causa graui in scutis annuis centum taxauit, vt *in Oueten. Mercedis 11. Martij 1654., §. quo vero corã Reuerendissimo D. Episcopo Papiensi, & in decis. 291*
9 *num. 1. part. 1. recent.*, alias † vero in scutis 150. constituit, vt *coram Seraph. decis. 1322. num. 4. & decis. 367. num. 32. part. 9. recent.*, quibus in causis procuratores tam graues, & continuos labores non subierant, quales Martellinus ipse peregit, qui nedum procuratoris ministeriũ, sed negotiorum quoque gestoris, ac administratoris munus exercuit.

10 Nec præsumpta satisfactio † visa fuit vrgere elicita ex temporis lapsu, siue ex administratione honorum, vt aduertit *Surd. cons. 290.*
11 *num. 33.* Cursus † namque temporis, nisi legitimo præscriptionis stylo fulciatur satisfactionis præsumptionem non operatur, vt dixit *Rot. coram Seraphin. decis. 1322., & coram Ca-*
12 *nal. decis. 40. vtrobique num. 4.*, Altera vero † præsumptio taxationis salarij retardare non valet adhoc, vt illud saltim liquidum reddatur in Iudicio redditionis rationis, ad quod tamen negat Ioseph se posse compelli ex rationibus in propositione dubij examinandis.

Et ita DD. in prædicta summa salarium decreuere sub declaratione, vt ad expeditionem causæ nequeat deueniri nisi prius disputato dubio, an hæreditas Francisci rationem reddere teneatur.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Dotis.

Mercurij 13. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Maritus quidquid ex donatione propter nuptias lucratur sibi quoad vsumfructum, quoad proprietatem verò filijs eius matrimonij lucrum reseruare debet, & nõ potest dici quod voluerit hypothecare bona sibi ex lucro dotis obuenientia obligando generalitèt bona, & iura, nisi hoc fuerit dispositiuè.

SVMMARIVM.

1 *Pacta omnia actiuè, & passiuè transeunt in hæredes etiamsi de illis non fuerit facta mentio.*
2 *Conditio ante illius purificationem nihil ponit in esse.*
3 *Verba conditionalia,* caso che non vi sian figli, *apposita in fine orationis ad præcedentem dispositionem, & non magis ad vnam, quàm ad aliam partem referuntur.*
4 *Verba conditionalia duobus apposita vtrumque debent determinare.*
5 *Contrarietas semper est euitanda.*
6 *Maritus quicquid ex donatione propter nuptias, vel dote lucratur, vsufructũ sibi saluo filijs illius matrimonij proprietatem ex iuris dispositione reseruare debet.*
7 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 131. *disponit quod Pater teneatur reseruare, filijs lucrum dotis quoad proprietatem.*
8 *Mariti domicilium attenditur quando agitur de dote restituenda in ipsius Ciuitate, & capitula matrimonij in eodem fuerunt ratificata, etiamsi alibi fuerit celebratus contractus.*
9 *Derogatio limitata limitatum producit effectum.*
10 Authent. si tamen C. de secund. nuptijs, *quid disponat.*
11 *Dotalis lucri medietas siue dubio spectat ad filium, & de altera medietate patre non disponente ipsa quoque filio debetur.*
12 *Dispositio in præiudicium filij debet esse expressa.*
13 *Lucri dotalis dispositio expressa requiritur, ad hoc vt maritus æs alienum contrahens dicatur lucrum dotis in creditores alienasse maximè quando dos in pecunia, & non in corporibus consistit.*
14 *Maritus fauore creditorum bona, & iura hypothecando non dicitur disposuisse de bonis sibi ex lucro dotis obuenientibus.*

DECISIO LXXXV.

EX libris 300. mil. monetæ Turonen., quæ anno 1612. pro dote bonæmem. Ducissæ Renatæ à Lotharingia promissæ fuerunt bonæmem. Duci Mario Sfortiæ cum pacto reciprocæ donationis propter nuptias in libris 100. mil. exegit idem Dux lib. 150. mil. Cumque ipse postmodum magnum æs alienum contraxisset, Ducissa Renata pro illarum assecuratione egit anno 1634. & mandatum executiuum obtinuit, eaque successiuè defuncta Dux Ludouicus eius filius, & hæres restitutionem petijt totius summæ librarum 150. mil. & hic etiam tertiæ partis, quæ sub pacto donationis propter nuptias prætendebatur comprehensa, & in hoc Sacro Tribunali resolutum fuit restituen esse duas ex tribus partibus dotis exactæ, *vt in dec. 102. & 117. par. 8. rec.* & de reliquis particularitèr videretur.

Quo dubio reseruato semel coram bonæmem. Pirouano, & hodie coram me, iterùm proposito Domini dixerunt relaxandum esse mandatum pro restitutione etiam dictę tertię partis, quia clara est etiam obligatio Ducis Marij restituendi integram summam, vt in capitulis matrimonialibus, in quibus ad hunc effectum obligantur omnia bona Ducis, quorum fructus à Domina Ducissa percipiendi erant, *tanto tempo, e fino à tanto, che detta dote, e somma di 300. mila lire sia stata intieramente resa, e restituita à detta Damigella Summ. Ducis num. 1.*, quæ quidem promissio licet ad fauorem Ducissæ

ctiſſæ concepta fuerit ſuffragatur tamen quoque Duci Ludouico eius filio, & hæredi, quia
1 pacta omnia † actiuè, & paſſiuè tranſeunt in hæredes etiam illorum non facta mentione *l. vetteris Iuris 13. Cod. de contrab. & committ. ſtipul. Surd. conſ. 384. numer. 45. in fine, & ſeqq. Gratian. diſcept. 568. num. 5. Rot. decif. 496. num. 2. par. 4. rec. tom. 2. cum aliis in Tiburtina Caſtri S. Angeli 11. Martij 1650. coram Reuerendiſs. Papien. §. neque obſtare.*

Nec pro Creditoribus Ducis Marij vrget, quod ſtante pacto in Capitulis matrimonialibus inferto circa donationem propter nuptias tertia pars à dicto Duce lucrata fuerit, & ſic ſpectet ad eius creditores; Quoniam aduertebant DD. quod promiſſio donationis lib. 100. mil. non fuit purè, & ſimpliciter cõcepta, ſed ſub conditione ſcilicèt, *caſo che non vi ſiano figli di detto matrimonio*, qui cum ſuperfuerint, nempè Dux Ludouicus, donatio per illorum exiſtentiam euanuit, cum conditio
2 ante illius † purificationem nihil ponat in eſſe *l. cedere diem 23. ff. de verb. ſignif. Surd. conſ. 91. n. 11 Gratian. diſcept. 542. num. 45. Cyriac. controu. 424. num. 4. Rot. decif. 26. num. 12. par. 8. recent. cum alij in Romana fideicommiſſi 26. Ianuarij 1660. coram R. P. D. meo Priolo §. Demum ceſſat.*

Et reſponſio, quod conditio prædicta reſpiciat aliud pactum circa reſtitutionem lib. 200. mil. faciendam hæredibus Sponſæ in euentum quod ipſa marito prædecederet, nõ autem donationem prædictam, non ſubſiſtit; quandoquidem ex lectura eorundem Capitulorum contrarium conſtat, ibi enim conuentum fuit, *Come ſimilmente anuenendo, che detta Signora Damigella futura Sposa nuora prima di d. futuro Sposo, eſſo haverà, e piglierà ſopra la detta dote donatione di ſimil ſomma di 100. mila lire, e e l' altre 200. mila reſtanti ſaranno reſtituite all' heredi di d. Signora Damigella, caſo che non vi ſiano*
3 *figli*, quæ quidem † verba conditionalia, *caſo che non vi ſiano figli*, tanquam appoſita in fine orationis ad totam præcedentem diſpoſitionem referuntur non autem magis ad vnam, quam ad aliam partem *l. talis ſcriptura 30. §. final. ff. de leg. 1. Felin. in cap. cauſam num. 4. verſ. clauſula de reſcript. Spad. conſ. 225. num. 4. lib. 3. & poſt Roman. & Iaſon. Gratian. diſcept. 245. num. 27. Rot. decif. 105. num. 9. par. 1. & decif. 456. num. 17.*
4 *& 18. par. 4. tom. 2. rec.* & † tanquam appoſita duobus reſtitutioni ſcilicèt, & donationi in eadem oratione, & ſtructura verborũ, vtrumque debent æqualitèr determinare, *l. iam hoc iure 4. ff. de vulg. & pupill. Rot. decif. 407. numer. 8. par. 3. recent. Bononien. primogenitura 14. Februarij 1656. coram bo. mem. Bichio §. vnde nil refert, Romana fideicommiſſi de Alberinis 7. Febr. 1661. §. nec ſubſiſtit, & 6. Martij 1662. coram R. P. D. meo Priolo §. ideoque poſt medium.*

Cæterum quatenus etiam donatio ad fauorem Ducis Marij pura fuiſſet, & non conditionalis, adhuc idem reſultaret effectus, quia intelligi deberet quoad vſumfructum eius vitæ naturali tantùm durante, reſeruata filijs ex eo matrimonio natis proprietate. Tùm quia ob promiſſam ſæpius in eodem Inſtrumento integræ dotis reſtitutionem hoc modo enita-
5 tur contrarietas, † & immediata correctio, quæ inde reſultaret, vt fieri debet *l. nam ad ea 88. ff. de cond. & demonſtrat. Cravett. conſ. 70 nu. 5. Rota coram Caual. decif. 199. num. 5. & 13. & poſt Zacch. de oblig. Camer. decif. 270. nu. 18.* Tùm ex
6 diſpoſitione † Iuris communis iuxta quod quicquid Maritus ex donatione propter nuptias, vel dote lucratur, vſufructu ſibi ſaluo filijs illius matrimonij quoad proprietatem reſeruare debet *Auth. neque virum, quod ex dote eſt §. propterea igitur vnde ſumpta eſt Auth. vxore mortua C. de ſecund. nupt.* & tradunt *Bald. in l. generaliter 5. in prima lectura §. illud num. 1. in fine, C. eod. Pinell. in l. vlt. num. 12. & ſeqq. C. de bon. matern. Roman. conſ. 405. ſub numer. 5. verſ. primo quia videmus Natt. conſ. 391. num. 11. cum aliis per Surd. conſ. 164 ſub num. 21. verſ. tertio ceſſante, & ſeqq. lib. 2. Rot. decif. 653. num. 5. par. 2. recent.*

7 Tùm demum † ex Statuto Vrbis *cap. 131. lib. 1.* In quo idem diſponitur, quod teneatur Pater reſeruare filijs lucrum quoad proprietatem, cuius diſpoſitio euitari non poteſt ſub prætextu, quod dotis promiſſio, & pacta ſtipulata fuerint in Gallia, quoniam Capitula per ratificationem hic in Vrbe ſubſecutam perfecta fuerunt; agitur de dote in Vrbe reſti-
8 tuenda, & ad hunc † effectum attenditur ſtatutum domicilij viri quamuis contractus alibi fuerit celebratus in terminis *Surd. d. cõſ. 164. ſub nu. 12. verſ. tertio in fine*, & generaliter *Burſatt. conſ. 51. nu. 15. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 3. tit 8. num. 2. & 3. Gratian. diſcept. 609. numer. 24. Rot. decif. 272. num. 1. & 3. poſt Zacch. de oblig. Cameral. Romana Dotis 22. Iunii 1661. coram R. P. D. meo Verospio §. lucrum verò, & in hac cauſa d. dec. 102. num. 4. & 5. par. 8. recent.* Nec ex eo quod contrahentes renunciauerint ſtatutis, & conſuetudinibus ceſſat hoc fundamentum, quia renunciatio apparet reſtricta, & limitata reſpectu quantitatis, vt ſcilicèt quarta pars dotis, quæ ex ſtatuto lucrari debuiſſet ad tertiam in Inſtrumento contentam redigeretur, vt ibi, *e à queſto fine*, & ibi, *à ciò contrarie &c.* de-
9 rogatio † autem limitata limitatum producit effectum *l. in agris 16. ff. de acquir. rer. domin. Alex. conſ. 141. num. 1. poſt med. verſ. vnde ad propoſitum lib. 2. Gratian. diſcept. 548. num. 19.* & dictum fuit *in Romana Cenſus 27. Aprilis proximè prateriti coram me §. quæ quidem.*

Nec reſiſtit, quod dicta *Auth. Vxore mortua* lure nouiſſimo correcta fuerit per *Auth. ſi tamen Cod. de ſecund. nupt.* in qua diſponitur,
10 quod ſi † Coniux ſuperſtes à ſecundis nuptijs abſtineat præter vſumfructum, etiam portionem proprietatis pro numero liberorum
11 acquirat, quia nimirum † ex diſpoſitione *d. Auth.* medietas huius lucri ſine dubio ſpectat ad filium, altera verò medietas eſto etiã quod pater in vim *d. Auth.* potuiſſet de ea diſponere, quia tamen expreſsè non diſpoſuit, ipſa quoque filio debetur, cum in hoc correctus non fuerit *tex. in l. generaliter 5. C. de ſecund. nupt.*
12 & diſpoſitio † in præiudicium filij debet eſſe expreſſa, vt *in Auth. nunc autem Cod. eod. Faber in C. lib. 5. tit. 5. de ſecund. nupt. definit. 6. per tot. & alij*

relati per Modern. Auenionen. resolut. ciuil. par. 2. cap. 115. sub num. 13. & seqq. & frustrà prætenditur, quod cum Dux Marius æs alienum contraxerit hanc tertiam partem dicatur in creditores alienasse, nam cum dos † non in corporibus, sed in pecunia numerata consisteret ex obligationibus à Duce factis non resultat illa formalis, & expressa lucri dispositio, quæ ad hunc effectum requiritur, *per tex. in §. soluto circa med. verf. placuit enim Auth. de nupt.* & quod † maritus fauore Creditorum bona, & iura hypothecando nō dicatur disposuisse *Menoch. præsumpt. 20. num. 1. lib. 3. Pregrin. de fideicommiss. art. 39. nu. 8. & 9. Castill. controu. Iur. par. 4. cap. 61. num. 1. post med.* & in proximis terminis *Rota coram Merlin. decis. 39. num. 10. & in Cesenaten. bonor. 15. Maij 1651. coram me §. quia alienationes in fine.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE,

Postea S. R. Eccles. Cardinal.

Romana Census.

Veneris 15. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Census impositus ab hærede grauato super Domo Fideicommissaria resoluitur per illius obitum, cum Fideicommissum purificetur ad fauorem vocati, nec substinetur vigore *Auth. res quæ*, quando dos poterat aliunde, quam in re fideicommissaria constitui.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum per mortem instituti purificatur ad fauorem substituti.*
2 *Actio personalis extinguitur cum vita debitoris.*
3 *Iure dantis, & acceptantis resoluto, ius eo ipso resolutum censetur.*
4 *Vigore* Authent. res quæ, *potest hæres grauatus, bona fideicommissaria alienare.*
5 Authent. res quæ, *non habet locum, vbi non vrget necessitas.*
6 Authent. res quæ, *est inducta fauore dotium in subsidium, quando aliunde constitui nequeunt.*
7 *Necessitas ex quibus excludatur, & numer. 12. & 14.*
8 *Societates Officij solent esse inexigibiles.*
9 *Fallit quando de recenti sunt contractæ cum plurib. personarum obligationibus.*
10 *Soluendo quilibet, præsumitur soluendo.*
11 *Iactare suum, nemo præsumitur.*
14 *Hæres beneficiatus debet enunciare existentiam creditorum hæreditariorum.*
15 *Hæres beneficiatus non tenetur exigere credita hæreditaria, nec exegisse præsumitur, nisi ex aduerso probetur.*

DECISIO LXXXVI.

VIRTVTE Sententiæ coram bon. mem. Bichio duabus præcedentibus Decisionibus editæ decreta fuerat immissio ad fauorem R. P. D. Amadei, ac Felicis fratris ad cōtrouersa loca montium vti prouenientia ex pretio domus in fundum suppositæ censui scut. 500. in sorte impositi per Dominicum. Attauantem pro cuius sententiæ informatione in gradu appellationis 30. Ianuarij 1651. coram bo: mem: Dunozetto prodijt decisio, quæ hodie coram me confirmationis vires assumpsit subsistentibus solidissimis fundamētis, ac rationibus ibidē deductis, quibus DD. innixi fuere.

Domus siquidèm, cui loca montium extant subrogata nō spectabat liberè ad Dominicum Census impositorem, cum eam possideret titulo fideicommissi à Petro-Paulo instituti, † quod cum ob ipsius obitum fuerit purificatum ad fauorem Ioannis Francisci filii, quælibet † actio in vita debitoris compotens, cum ipso extincta remansit, † resoluto enim iure datoris, & acceptatoris ius eo ipso resolutum censetur *l. si ex duobus §. sed & Marcellus ff. de in diem adiect. l. lex vectigali ff. de pignor. Surd. decis. 102. num. 12. Cenc. de cens. qu. 19. num. 1. Rota penes eundem decis. 51. num. 4.*

Census autem sustineri minimè potest eo quod impositus fuerit ex causa persoluendæ integræ dotis Faustinæ Dominici filiæ † ad quem effectum liceat hæredi grauato bona fideicommissaria alienare, *ex priuilegio Auth. res quæ C. commun. de legat.*

Nam illi est dumtaxat locus, quoties necessitas vrgeat ob non existentiam bonorum, ex quibus dos constitui, & persolui valeat; iis etenim † existentibus nullo modo permittitur fideicommissi distractio † cum d. priuilegium à iure fuerit inductum fauore dotium in subsidium quando aliundè constitui nequeunt *Iason in d. Auth. num. 7. verf. 1u considera, vbi etiam Curt. Iun. n. 15. circa med. Paul. de Castr. cons. 356. num. 4. lib. 1. Alexand. cons. 56. nu. 3. verf. verum quia, & in fine lib. 1. Socin. cons. 75. num. 1. & 13. lib. 1. Dec. cons. 519. num. 3. cum seqq. Merlin. decis. 657. Rot. decis. 49. num. 7. & decis. 301. nu. 14. par. 6. recent.*

Talis quippè necessitas in proposito casu cessare videtur, eo quia apparet de tempore creati census ad Dominicum spectasse plures officii † societates paulò ante contractas, quæ cum potuerint filiæ in dotem assignari, vel alteri vendi nullo iure, nullaque æquitate permissa erat fideicōmissi diminutio in præiudicium vocatorum; in nihilo refragante responsione data in decisionibus coram bo: mem: Bichio, † quod societates Officij soleant esse inexigibiles, quia † cum de recenti essent contractæ sub plurium personarum obligationibus contraria intrat præsumptio pro exigibilitate, † tùm quia quilibet præsumitur soluendo *gloss. in cap. bona il primo in verbo per rerum naturam in fine de elect. l. si creditores ff. de priuil. creditor. Mascard. de probat. conclus. 209. num. 4.* † tùm etiam quia nemo præsumitur iactare suum *l. cum de indebito §. qui enim ff. de probat. gloss. in cap. quia verisimile super verbo concesserit de præsumpt. Affilit. decis. 13. num. 21. Neuizan. cons. 68. num. 9.*

Hinc enim depromitur manifestum Domini-

minici propoſitum ſubuertendi fideicom-
12 miſſum † dum videns Fauſtinam filiam nubilem quinimò biduo poſtquã eam Rauennæ ſponderat curauit pecunias, quas penes ſe aſſeruabat reinueſtiri in ſocietatibus officij
13 ad hoc, vt ſub mendicato prætextu, † quod eas tanquam inexigibiles renuant viri in dotem recipere poſſe pro illa dotanda, ſiue dote perſoluenda cenſum ſuper bonis fideicommiſſarijs imponere, retinendo ad ſui commodum ſocietates prædictas.

14 Nec ſubſiſtit, † quod credita exacta fuerint à Io. Franciſco, vel ſaltem exigi poſſint, & exinde fideicommiſſum reintegrare, nàm eidem ſat eſt allegare illorum exiſtentiam,
15 cum hæres † beneficiatus non teneatur exigere credita hæreditaria, neque exegiſſe præſumatur, niſi exaduerſo probetur, vt fuit dictum *13. Iunii proximè præteriti in Romana dotis coram me*, & magis intereſt Ioannis Franciſci agere pro cenſus inſubſiſtentia ad euitandam ſolutionem fructuum, quam ex pecuniis ex ſocietatibus extrahendis fideicõmiſſum reintegrare.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO

Romana Donationis ſuper alimentis.

Veneris 15. Iunii 1663.

ARGVMENTVM.

Alimenta debentur filio ex bonis fideicommiſſi auiti etiam viuente patre hærede grauato, & adeò debentur, vt concurrentibus alijs creditoribus præferantur ad inſtar dotiũ, immò fauorabiliora dotibus reputantur, cum ſint magis neceſſaria.

SVMMARIVM.

1 *Sententia licet ſuſpenſa per appellationem, tamen ad effectum alimentorum præſumptionem boni iuris ſufficientem inducit.*

2 *Præſumptio boni iuris oritur ex deciſionibus in cauſa factis.*

3 *Alimenta debentur filio ex bonis fideicommiſſi auiti viuente etiam patre hærede grauato.*

4 *Sententia eſt iniuſta quando eſt contra diſpoſitionẽ Iuris.*

5 *Auus ſicut viuens tenetur alere nepotes, ità eo mortuo ſunt ei alimenta præſtanda in cõcurſu creditorum patris.*

6 *Alimenta dotibus æquiparantur.*

7 *Alimenta tanquam magis neceſſaria ſunt fauorabiliora dotibus.*

8 *Præceptum ſuſtentationis filiorum adiectum donationi certi matrimonij contemplatione facta non poteſt aliter impleri, quam alendo filios ex eo matrimonio genitos.*

9 *Filius ratione alimentorum habet hypothecam anteriorem creditoribus patris.*

Sed declara, vt num. 10. & 11.

DECISIO LXXXVII.

CVM A.C. in ſententia, qua pronunciauit filios Gaſparis Iordani eſſe comprehenſos, & vocatos poſt mortem patris in donatione ſcut. 22. mil. facta per Guidum Iordanum d. Gaſpari eius filio contemplatione certi, & determinati matrimonij declarauerit fructus bonorum ſpectare ad creditores Gaſparis eius vita durante prætendebant ijdem creditores non deberi ex fructibus prædictis alimenta filijs d. Gaſparis, ſed DD. contrariã reſolutionem ſemel amplexam *in deciſ. edita ſub die 18. Iunij 1657. coram Reuerendiſs. D. meo Meltio Epiſcopo Papien.* dixerunt iterùm confirmandam.

Etenim omiſſa paupertate filiorum Gaſparis, de qua non dubitatur, præſumptio boni Iuris reſultat ex eadem ſententia lata ad
1 eorum fauorem, quæ licèt † ſuſpenſa remanſerit per appellationem; nihilominus in caſu & ad effectum alimentorum ſufficientẽ præſumptionem boni iuris inducit, vt dixit *Rota in Narnien. dotis 12. Februarij 1662. coram R. P. D. meo Bourlemont*, & pluribus comprobat *Adden. ad ſan. mem. Gregor. deciſ. 189. numer. 7. verſ. præſumptio boni iuris.*

Et vltra ſententiam A. C. concurrunt deciſiones Rotæ per quas ſucceſſiuè firmatum fuit præfatam donationem ſuffragari etiam
2 filijs, ex quibus † ſatis quoque præſumitur pro illorum bono Iure *Rota deciſ. 337. num. 10. par. 5. recent. & deciſ. 34. nu. 3. par. 7. & in Reatina Alimentorum, ſeu Caſtrorum 19. Iunij 1656. coram R. P. D. meo Albergato, & 4. Aprilis 1661. coram R. P. D. meo Celſo.*

Nec refert, quod dicta ſententia adiudicet vſumfructum creditoribus Gaſparis eius vita
3 durante ſimpliciter, quia † cum alimenta debeantur filio ex bonis fideicommiſſi auiti etiam viuente patre hærede grauato, vt de communi teſtatur *Peregrin. de fideicomm. art. 42. num. 86. Rota coram Seraphin. deciſ. 925. num. 2. & in Romana alimentorum poſt Fenzon. deciſ. 13. per tot. & in Firmana Cenſus 9. Decemb. 1654. verſ. tertio vrget coram Io. me. Peutingerio cum alijs per Fuſar. qu. 536. num. 1. & ſeqq. de ſubſtit.* & in ſpecie contra creditores occupantes bona aui dictum fuit *in Reatina alimentorum 9. Aprilis præteriti coram R. P. D. meo Albergato.*

4 Sententia in hac parte eſt notoriè † iniuſta cum ſit contra diſpoſitionem Iuris, vt ex *text. in l. 2. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. Felin. in cap. inter Monaſterium ſub num. 5. de re indic. Corn. conſ. 14. num. 5. lib. 4.* quemadmodum igitur ſi
5 Guidus † viueret teneretur alere iſtos Nepotes, ità etiam eo mortuo eidem veniunt alimenta præſtanda in cõcurſu creditorum patris, quibus ſicuti eſſent præferendæ fœminæ pro conſecutione dotis, ita debent maſculi
6 pro præſtatione † alimentorum, quæ dotibus
7 æquiparantur, quinimò † fauorabiliora ſunt, tanquam magis neceſſaria, vt benè deducitur, & comprobat *Grat. diſcept. forenſ. cap. 832. nu. 31. & ſeqq. Rot. deciſ. 125. num. 4. par. 4. tom. 2. rec. cum alijs per Adden. ad Burat. dec. 655. num. 13. & in d.*

Reatina alimentorum 9. Aprilis currentis coram R. P. D. meo Albergato.

Eoque magis, quia bona donata fuerunt contemplatione certi matrimonij, & pro cõmodioti illius ſuſtentatione, quæ † non poteſt aliter impleri, quam alendo filios ex eo genitos, *ad text. in l. dotem 16. ff. de Caſtrenſ. pecul. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 300. gloſ. 2. par. 2. num. 21. & ſeqq. Rot. deciſ. 280. numer. 19. par. 6. rec.*

9 Hinc non obſtat, quod filius ratione † alimentorum non habeat hypothecam anterio-
10 rem creditoribus Patris, nam † id admittebant DD. procedere in concurſu filij, & creditorum in bonis patris, in quibus terminis loquitur *Rot. in Rom. alimentorum 2. Iunii 1638. coram bon. mem. Buccabella, & in Narnien. bonorum 28. Martii 1659. coram Reuerendiſs. D. meo*
11 *Meltio*, non autem † quando agitur de concurſu Nepotis pro alimentis in bonis aui, vt ſupra oſtenſum fuit.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. ALBERGATO
Sac. Rotæ Decano.

Meleuitana Baiuliuatus.

Veneris 15. Iunii 1663.

ARGVMENTVM.

In conceſſione dignitatum Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani merita attenduntur, & iſta obtinens non habenti præfertur.

SVMMARIVM.

1 *Capacitas, & benemerentia in conceſſione dignitatum Religionis Sancti Ioannis Hieroſolymitani ex diſpoſitione* Statuti 5. de elect. *veniunt attendenda.*

2 *Reſidentia quinquennalis in commendis ex Statuto Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani* tit. de commendis cap. 14. & 26. *requiritur ad conſecutionem dignitatum eiuſdem Religionis.*

& Reſidentia in conuentu cum geſtatione habitus per quindennium, ex Statuto cap. 9. de elect. *& num. 3.*

4 *Partita ex libro publico extracta plenam probationem faciunt.*

5 *Eques Sancti Ioannis Hieroſolymitani abſens pro ſeruitio ſuæ Religionis reſidentiam conſequitur & num. 6.*

7 *Ordinatio Statutis generalibus Religionis Hieroſolymitana contraria, & à Pontifice non confirmata nullius eſt roboris.*

8 *Reſidentia ob conſecutionem dignitatum completa requiritur.*

9 *Ius quæſitum ad dignitatem habere dicitur, qui in præmium virtutis, & ſeruitij obtinet expectatiuam ad illam ab habente facultatem eam conferendi.*

10 *Merita, & qualitates habens præfertur non habenti.*

11 *Tempus infirmitatis pro ſeruitio actuali computatur.*

12 *Iudicio Ordinarij eſt deferendum donec de irrationabili doceatur.*

13 *Lingua non reddit immunes à reſidentia Equites Hieroſolymitanos.*

Nec minus Conſiliarij, & nu. 15.

14 *Gratia ſub conditione conceſſa, ea non impleta euaneſcit diſpoſitio.*

16 *Merita in conſecutione dignitatum Religionis Sancti Ioannis Hieroſolymitani præferuntur antianitati.*

DECISIO LXXXVIII.

AD dignitatem Baiuliuatus Venuſiæ, de quo agitur concurrunt Domini Equites Brancifortes, & Mazzingus, cumque à Magno Magiſtro, & Conſilio prælationem obtinuit, An & cui adiudicandum ſit Baiuliuatus, & Branciforti reſponſum fuit, quia in ipſo concurrunt capacitas, & benemerita, quæ in ſpecie requiruntur, & in conceſſione Dignitatum Religionis attendi debent ex diſ-
1 poſitione † *Statuti 5. de elect. Rota in Meleuitana Prioratus Campaneæ 18. Maij 1618. coram bo. mem. Seleucien.* quam ſequitur *Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 15. num. 48. & in Meleuitana Dignitatis 4. Aprilis 1642. coram bo. mem. Dunozetto*, §. *Equitem verò, & ſeqq.*

Habilitas Brancifortis deducebatur ex reſidentia quinquennali in Commendis, quas obtinuit, & ſignanter in Cicciano iuxtà for-
2 mam præſcriptam † in Statutis *tit. de Commend. cap. 14. & 26.* nec non ex reſidentia neceſſaria in Conuentu cum geſtatione habitus
3 per quindennium requiſitum ab alio † Statuto *cap. 9. de elect.* vt conſtat ex partitis ex libro
4 Religionis extractis, † quibus præſtandam eſſe plenam fidem, reſponſum fuit *in dec. 562. num. 2. par. 5. recent. tom. 2.* & licet non conſtet reſediſſe in Conuentu, niſi per annos 3. cum dimidio, cum tamen reliquo tempore interfuerit pro ſeruitio Religionis tanquam Dux
5 Triremium hoc computandum † eſt pro reſidentia *iuxtà ordinat. 5. de Triremibus*, in qua facultas conceditur Magno Magiſtro, & Cõſilio habilitandi Duces Triremium ad conſecutionem Dignitatum eodem modo, ac ſi præſentes fuiſſent in Conuentu, prout habilitatus fuit Brancifortes, ad cuius Statuti formam ſubſecuta eſt ordinatio Capitularis anni 1608. decernentes prædictos Duces pro præſentibus haberi Summ. Brancifortis *n. 12:*
6 vt de abſente ex cauſa † Militiæ, tradit *Menoch. conſ. 182. num. 9.* & in terminis noſtris *Rota deciſ. 243. num. 13. par. 6. recentior. & in Meleuitana Commendæ 8. Iunij 1646. coram bo. mem. Bichio, §. final.*

Nec reſiſtit, quod in vltima ordinatione anni 1631. Summ. Mazzinghi *num. 11.* decretum fuerit, quod Ducibus Triremium cenſeantur tantùm remiſſæ Carauanæ, non autem effecti Capaces Dignitatum non completa reſidentia decennali in Conuentu, & quinquennali in Commendis; Nam vltra quod Informantes pro Branciforte ſupponunt hanc ordinationem non eſſe in actis, nec auctoritate Apoſtolica fuiſſe confirma-
7 tam, vt opus eſt ſtante † quod contrariatur

Statutis

Statutis generalibus Religionis à Pontifice confirmatis, vt in his terminis dixit *Rota decis.136.sub num.4. vers.& propterea par.7. recent.* Dum in eadem ordinatione disponitur, quod licet seruitium in Triremibus non suppleat residentiam decennalem, & quinquennalem respectiuè, vt supra requisitam, possit tamen eadem residentia terminari, ibi, *quale però si potrà fornire tanto in Conuento, quanto fuori d'esso*. Hoc sufficit Branciforti, qui in Commenda Cicciani per viginti annos resedit, ex quibus deductis quinque pro quinquennali residentia necessarijs, supersunt alij quinque, qui pro residentia conuentuali computari poterunt, † dum longè ante vacationem Baiuliuatus, de quo agitur residentia prædicta fuerat completa, *Rota in Melenitana Dignitatis 16. Iunii 1642. coram bo.me. Dunozetto, §. non obstat quod non constet*.

Benemerentia eiusdem Branciforti ex pluribus deducebatur, & signantèr ex longa residentia decem annorum in Commenda de Cicciano, & aliorum quinque in aliis Commendis, ex melioramentis factis in ijsdem Commendis, & præcipuè in prima pro quantitate scutorum septem millium, & vltra ex eo quod recuperauit iurisdictionem ciuilem, & criminalem in dicta Terra Cicciani maximo cum labore, & propriis sumptibus, per biennium munus Ducis Triremiũ suis expensis exercuit, & in illo adeò strenuè se gessit, vt Turcarum, & Christiani nominis hostium Naues plures depredatæ fuerint, & hostes capti non sine magno eius vitæ discrimine, ex quibus strenuè gestis, & in præmium virtutis, & seruitij expectatiuam ad dignitates, & in specie ad hunc Baiuliuatum obtinuit à Magno Magistro, † cuius vigore ius quæsitum habere dicitur *Rota decis.609. num.9.& seqq.par.4.recent.tom.3.* ratione † quorum vtique præferri debet Mazzingho talia merita, & qualitates non habenti *Rota decis.293.num.12. vers. & ipse Eques, & decis.303. num. 2.in fine par.7.recent.& in d. Melenitana Dignitatis 4. Aprilis 1642. §. & quidem cum duobus seqq.*

Nec merita Brancifortis offuscantur ex eo quod munus Ducis Triremium per totum biennium non exercuerit, quia hoc euenit causa infirmitatis, quæ legitimam excusationem præstat præcipuè, quia Magnus Magister alium substituit, qui sumptibus eiusdem Brancifortis seruitium Religioni præstitit. Tempus † autem infirmitatis pro seruitio actuali computatur *Rot. decis.562.numer.4. par.4.recent.tom.2.* & dum idem Magnus Magister, & Consilium successiuè approbauit seruitium tanquam integrè præstitum, & Brancifortes habet prælationem ab illo, & à Consilio, † illis etiam in dubio deferendum esset donèc de irrationabili iudicio doceatur, vt in simili de Iudicio Ordinarij *Rot. dec.164. num.2.par.4.rec.tom.3. Maioricen. Parochialis 28. Iunij 1647.coram R.P.D. meo Celso §.itaut, & §. Altera verò, cum aliis in Firmana Iurispatronatus 9. Iunii 1656. coram me §.finali*.

Quibus æquari non possunt merita Mazzinghi, quia non compleuit ipse residentiam in Commenda necessariam, & seruitia præstita in munere Procuratoris linguæ Italiæ non suffragantur, ad effectum de quo agitur, quia † lingua non habet facultatem eximendi, vel reddendi Immunes Equites à dicta residentia, vt disponitur *in ordinat.29. de Commend. Rot.decis.303.num.23.& 25.par.7. recentior.* nec eximendi intentionem habuit, dum conditionem apposuit, quod gratia obtineretur à Magno Magistro, † qua non impleta statim euanuit dispositio, ac si facta non fuisset, *l.si ita fuerit 13.ff.de manumiss.testam. Rot.in recen. decis.86.num.39.par.6. Cæsenaten. hereditatis 24. Martii 1651. coram bo. me. Dunozetto in princip. & in Romana hereditatis 10. Decembris 1655. coram me sub §.primo*.

Munus † Consiliarij in Conuentu obtentum, & Auditoris computorum communis ærarij non eximunt à residentia, & demùm antianitas illi non suffragatur, tùm quia illam non obtinuit à Magno Magistro nec à Consilio, sed à lingua Italiæ, quæ vt dixi super residentia disponere non potest, tùm quia in assecutione dignitatum huius Religionis præferuntur † merita antianitati, vt disponitur in stabilimentis *Statut. 5. tit. de elect.* vt responsum fuit *in Meliten. Prioratus relat. per Lotther.de re benef.d.qu.15.num.48.lib.2. cum alijs in allegata Melenitana antianitatis 4. Aprilis §.nec in proposito*.

Quod denique Mazzinghus interuenerit expugnationi arcis S. Mariæ non probatur ex testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis, & semper prævalent merita Brancifortis, cui proindè responsum fuit adiudicañ esse Baiuliuatum, vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.
Romana Domorum.

Veneris 15.Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Declarantur aliquorum Summorum Pontificũ Constitutiones de soluendis per Iudæos Domorum illocatarum pensionibus; vnde si istæ odiosæ sint strictè esse intelligendas, non verò ampliandas resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Constitut. Sixt. V. & Clement.VIII. contra Hebreorum vniuersitatem actionem nullam dant locatoribus pro pensionibus domorum conductoribus destitutarum*.

2 *Constitutio Alexandri VII. de soluendis per hebreos pensionibus domorum illocatarum, quo casu loquatur*.

3 *Sanctio vti respiciens tempus futurum afficit eum contra quem emanauit quando publicè affixa, seu intimata personaliter fuit, & num.4*.

5 *Debitor non interpellatus, non constituitur in mora*.

6 *Locatorum damno adscribi debet dislocatio domorũ quando*

quando ipſi contrahere renuerunt cum inquilinis ſibi oblatis.

7 *Oblatio præuia citatione peracta intimationis vices adimplet.*

8 *Ex actu per Iudicem facto ad inſtãtiam partis colligitur eiuſdem partis ſcientia, & contumacia.*

9 *Dominus quando locari non potuit ex defectu reſtaurari in domo faciendi ad præſtationem penſionum vniuerſitas ad hoc alias obligata arctari non debet.*

10 *Defectus implementi operatur terminata litis exceptionem.*

11 *Domorum refectio, ad quam locator prætendebat ſe non poſſe compelli, expleta precedentem neceſſitatem oſtendit.*

12 *Locator ad domus reſtaurum ex iuris diſpoſitione compellitur.*

13 *Odia ſunt reſtringenda, non autem amplianda.*

DECISIO LXXXIX.

RESPONSVM fuerat coram me die 2. Martij præteriti onus reſtaurandi domos controuerſas infra regionem Hæbreorũ conſtitutas Franconijs locatoribus inhærere, non autem Vniuerſitati; Namque proinde ex non ſubſecuto præfato domorum reſtauro ad penſiones decurſas compelli non poſſe, ſuper quo penſionum articulo, hodie repropoſito dubio, in deciſis Domini perſtiterunt.

1 Siquidem Conſtitutio ſan. mem. Sixti V. necnon altera Clementis VIII. in potitionis pręteritæ ſummario recẽſitæ actionem nullã, contra Vniuerſitatem locatoribus deferunt pro penſionibus domorum conductoribus deſtitutarum, vt ipſarũ demonſtrat inſpectio.

Nec Franconijs poterit ſuffragari altera ſanctio Apoſtolica à Sanctiſſimo Domino Noſtro Alexandro VII. die 15. Nouembris

2 1653. ipſis inſtantibus edita in † qua Vniuerſitati onus præſtandi penſiones domorum adſcribitur in caſu, quo conductoribus illæ carerent.

3 Hoc enim diploma reſpiciens tempus dũtaxat futurum, iuxtà *text. in cap. 2. & cap. vltim. de conſtitut. l. leges ibique DD. Cod. de leg.* adhoc

4 vt afficere poſſet † Vniuerſitatem affixionem publicam, ſeu intimationem perſonalem exigebat, iuxtà diſpoſitionem *text. in cap. 1. de poſtulat. Prælat. gloſſ. in capit. cum ſingula, in verbo peruenit, de præbend. lib. 6. cap. hoc conſultiſſimo, vbi gloſſ. in verbo hactenus, de reb. Eccleſ. non alienand. eod. lib. 6. Abb. in cap. 2. num. 7. verſ. ſed diſceptatio eſt, ibique Felm. pariter nu. 7. in princ. & verſ. limita ſecundo, de conſtitut. Farinacc. conſ. 149. num. 7. & 8. lib. 2. Rota in Romana Officij 9. Maij* 1659. *§. nec obeſſe, & 14. Februarij* 1661. *§. præterea, corã me.*

5 Quinimo dislocatio quoque domorum Vniuerſitati debuerat intimari ad hoc, vt ea conſtituta poſſet in mora cenſeri, ad *text. in l. cedere diẽ 23. ff. de verb. ſignificat. Rota deciſ. 52. num. 3. part. 1. recent. & in Romana Cambiorum 8. Martij, & 2. Aprilis* 1659. *coram bon. me. Penting.*

Et licet intimatio ſub die 24. Aprilis anni 1659. ſubſecuta noſcatur, attamen Vniuerſitas pro penſionibus dumtaxat poterit arctari à tẽpore intimationis ad diem vſque 16. ſeu 21. Octobris eiuſdemmet anni decurſis non autem pro tempore poſtmodum elapſo compelli; Dum enim ſub die præfata 16. Octobris Francomi iudicialitèr interpellati Locationis Inſtrumentum cum Inquilinis ab Vniuerſitate oblatis contrahere renuerunt, domorum proinde ſubſecuta dislocatio ipſorum † debet damno adſcribi, non autem Vniuerſitatis, cuius mora nulla poſt oblationem valet ponderari *Calderin. conſ. 3. poſt med. verſ. cum ergo de locat. Roman. conſ. 224. nu. 5. verſ. ſecundum quia & Inquilinorũ oblatio die 21. eiuſdemet menſis Octobris coram Domino Viceſgerente*, iterum conuincitur repetita.

6

Hinc non vrget, quod Iudex interpellationem priori Inſtrumento locationis, pro die, & hora certis intimandis præceperit expleti, proinde, ac ſi intimatione non ſubſecuta, Franconijs culpa adſcribi non debeat.

7 Poſterior ſiquidem oblatio præuia citatione peracta intimationis vices adimplet, vt reſponſum fuit in *Romana Cambiorum 4. Decembris anni præteriti, §. huic vero, coram me*; Dum maxime Iudex ab eorũdemmet locatorũ inſtantiam mandauit in confectione Inſtrumẽti ſuperſederi, ex quo † ſane actu in ipſis nedum ſcientia colligitur, ſed contumacia quoque benè deſumitur.

8

Vniuerſitas præterea à præſtatione penſionum exinde euaſit immunis, quod Franconij in domibus reſtaurum conficere recuſarunt, licet Dominus Viceſgerens, non longè poſt oblationem Inquilinorum onus ipſis decreuiſſet huiuſmodi inhærere, quod etiam coram me Rota firmauit in Deciſione præterita, vbi ſancitur in ſpecie, quod dum ex

9 hac Cauſa domus † hæbreis locari non potuerunt ad pręſtationem proindè penſionum Vniuerſitas non debet arctari, iuxtà text. *in l. ſi quis Domũ 9. & l. ex conductio ff. locat. Canalcan. deciſ. 44. num. 50. par. 1. cum alijs ibidem deductis.*

10 Implementum † quippè defectus terminatæ litis operatur exceptionem *Iaſon. in §. Actionũ num. 131. Inſtit. de act. Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 88. nu. 2. Aymon. conſ. 127. nu. 14. Rot. dec. 227. num. 1. cum ſeqq. par. 4. rec.*

Nec viſa fuit vrgere atteſtatio Peritorum reaptationem ſub die 30. Iulij anni 1661. ab-

11 ſolutam referens extitiſſe. † Refectio quippè domorum poſt deciſionem coram me editã in plutibus neceſſarijs expleta, ad quæ negabant Franconij ſe poſſe compelli, præcedentẽ neceſſitatem oſtendit, ex regula text. *in l. aut facta 16. §. quantitas verſ. euentus ff. de pæn. Soccin. Sen. conſ. 46. num. 5. lib. 5. Ioann. Crat. conſ. 132. n. 6. Aymon. conſ. 6. num. 30. & conſ. 18. nu. 4. & conſ. 49. num. 9.* ac atteſtationi conſequenter prædictæ adimi fidem.

Quod ſanè onus ſub Pontificiæ Conſtitutionis prætextu nequeunt locatores euitare; Illa enim ad domus dislocatas cõducendum dumtaxat Vniuerſitatem adſtringit, non au-

12 rem à reſtauro locatores reddit immunes, pro quo valent ex Iuris diſpoſitione compelli *l. ex conductio 16. ff. locat. cum alijs in præterita*

deciſione

13 *Archiepiscopo retentis*. Cumque eadem † Constitutio odium redoleat strictam debet interpretationem assumere, ex regula text. *in cap. in pœnis, & in cap. odia de regul. Iur. lib. 6. Rota decis. 465. num. 6. par. 1. diuers. & in Leodien. Canonicatus 24. Ianuarij 1659. in fine coram me*.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA

Bononien. Pecuniaria.

Venetis 17. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Debitor non sequuta numeratione integræ debitæ quantitatis non liberatur. Creditor exceptione cedēdarum à consecutione sui crediti non docto de vera solutione non repellitur, & ista exceptio an obstet, licet cessio petatur contra eum, qui non est soluendo.

SVMMARIVM.

1 *Quietantia pro residuo supponit debitū antea fuisse solutum.*

2 *Debitor non liberatur in præiudicium pupillorum sine numeratione totius debitæ quantitatis.*

3 *Debitor confessione de recepto maioris summæ concurrentibus adminiculis, ex quibus apparent creditores fuisse integrè satisfactos sibi præiudicium non infert, sed talis confessio ad sui fauorem admittitur, vt à pupillis non possit amplius molestari.*

4 *Exceptio cedendarum intrat quando ex aliqua causa creditor non potest actiones cedere.*

5 *Creditor à consecutione sui crediti exceptione cedendarum non repellitur non docto de vera solutione.*

6 *Exceptio cedendarum obstat, quando cessio petatur, & fieri contingat contra eum, qui non est soluendo.*

7 *Dolus, & fraus in reddita semel ratione non præsumitur, nisi probetur per claras probationes, quæ præcedere debent.*

DECISIO XC.

IN hac causa coram me in gradu appellationis pendente emanarunt duæ decisiones, vna sub die 14. Februarij 1661. & altera 26. Maij anni præteriti, in quibus fuit firmatum confirmandam esse sententiam à Reuerendissimo Papiensi latam absoluentem fratres de Lentijs à solutione librarum 7350. & hodie id ipsum Domini responderunt ex eodem fundamento quietantiæ librarum 650. cum decreto Iudicis, & omnibus requisitis necessarijs ad ipsorum fauorem factæ per Antoniam matrem, & Tutricem Caroli. &

1 Peregrini de Gaddis cantantis pro † residuo, quod præsupponit totum debitū fuisse antea solutū, *Rald. & Salicet. in l. siquidem C. de transact. Natt. cons. 108. num. 6. Surd. cons. 52. nu. 35. Neviz. cons. 84. num. 11. Menoch. cons. 384. num. 13. Gratian. discept. forens. cap. 3. num. 2.*

Nec vis huius finalis quietantiæ infringi potest, ex eo, quod contineat confessionem de recepto maioris summæ à DD. de Lentijs debitæ, & non effectiuam pecuniarum numerationem totius quantitatis, sine qua debitores non consequuntur liberationem in

2 præiudicium pupillorum, iuxtà communem opinionem, quam probant cumulati in omnibus decisionibus, & alij plures, quos congerit *Franc. Vin. commun. opin. 146. num. 1.* quia conclusio procedit in nuda, & simplici confessione de recepto; At quando vlteriùs cohærent coniecturæ, & adminicula, ex quibus deprehenditur creditores fuisse integrè satisfactos, & tunc receditur à prædicta communi sententia, & succedit altera, admittens talem confessionem fauore debitoris, vt à pupillis non valeat amplius vexari, vt firmant auctoritates in dictis decisionibus pariter cumulatæ, quibus addi potest *Leoncill. decis. Ferrarien 63. num. 12.*

In proposito autem plura, & quidem vr-

3 gentia † adminicula comprobantia hanc Tutricis receptam, cum solemnitatibus ad fauorem ipsorum de Lentijs factam, fuerunt in decisionibus recensita, & singulariter examinata, ita vt non sit opus noua illorum discussione.

Cæterùm vt fuit in vltima decisione animaduersum, obstat quoque illis de Gaddis

4 exceptio † cedendarum, nam si Lentij condemnarentur ad soluendū dictas libras 7350. petitas, ijdem Gaddi tenerentur eis cedere actiones, & iura contra dictam Antoniam matrem, & Tutricem, quæ in prædicta finali quietantia librarum 650. fassa fuit integraliter fūisse solutum id, quod ab ipsis debebatur, & eos liberauit, cum promissione, quod non fuissent molestati, quas tamen cedere non valerent, ex eo quia anno 1645. terminata administratione tutelæ, & dispunctis rationibus de administratis, filij eam amplissimè quietarunt, & cuncta ab illa gesta vti rectè administrata approbarunt, cum obligatione eam non molestandi, sub his verbis, *Vsque in hodiernam diem rectè, iustè, & fidelitèr administrasse omnia bona, res, iura reperta in domo, & alibi spectantia, tàm ipsi Carolo, quàm Peregrino; Iustumque, & fidele computum vsque in præsentem diē tenuisse, & de omnibus gestis, & factis rationem reddidisse*. Hinc obstat exceptio † prædicta, quæ

4 intrat quando ex aliqua causa creditor non potest actiones cedere *l. Stichum 95. §. si debitor il secondo, ff. de solut. l. si Pupillus 46. ff. de admin. Tutor.* & vtrobique *Bart. Alciat. cons. 127. lib. 6. tom. 2. Afflict. dec. 182. num. 10. Cenc. de cens. qu. 74. sub num. 3. vers. sed si culpa, Burat. decis. 97. nu. 1.*

Non suffragatur responsio quod facta iurium, & actionum cessione, adhuc Lentij nihil possent consequi ab Antonia tanquàm tuta exceptione non numeratæ pecuniæ, non

5 factæ, dùm fecit quietantiam, † & sic Gaddi obiecta exceptione cedendarum non valent repelli à consecutione totius crediti, non docto de vera solutione *l. quamvis 8. §. si mulier il primo, & §. Marcellus, ff. ad Velleian. Rota*

coram

coram Buratto dicta decisione 97.num.2.quam refert Merlin.de pignor.lib.4.tit.2.quæst.72.num.20. Quia cum Tutrix præuia confessione consecutæ satisfactionis à Lentiis debitoribus,illos liberauit, & promisit ab alijs non vexari,non posset contraueniendo propriæ confessioni aliud asserere, & sic nullo modo dicitur tuta ad effectum de quo agitur, cum sufficiat, vt denegata modo numeratione pecuniarum, possit melius per Lentios doceri, vt in simi-
6 li quod exceptio cedendarum obstet, quamuis cessio petatur, & fieri contingat contra eum qui non est soluendo, probat, *Bart. in l. si stipulatus* 16.§. *si ex pluribus nu.4.ff. de fideiuss. Surd.cons.*170. *nu.*34.*&* 35.ea ratione,quia cessus effici poterit soluendo.

Quę demum obijciebantur de non reddita sufficienti ratione per Tutricem, & ab vno ex filijs fuisse quietatam, absente alio, præterquod non sunt præsentis indaginis, cessare videntur,quia pro redditione rationis, semel
7 redditæ, stat Iuris præsumptio, nisi † probetur error, & dolus per claras, & perspicuas probationes, quæ præcedere debent, *Soccin. Sen.cons.*190.*nn.*3.*lib.*3,*Rolan.cons.*49.*nu.*50. *lib.*1. *Grat.dec.Marchiæ* 180.*n.*14.*Rota in Romana computorum* 23.*Ianuary* 1640.§.*ex quibus*, *&* §. *non obstat, coram Reuerendissimo D.meo Decano*, & liberationi ab vno reportatæ alter acquieuit spatio tanti temporis, quod pariter sufficit ad effectum de quo agitur.

Et ita standum esse in decisis, fuit resolutũ vtraque parte informante, &c.

Decisiones ista duæ hic allegatæ, & in hac eadem causa emanatæ.Prima sub die 14.*February* 1661 *coram eodem R. P. D. Benilaqua impressa est supra in præcedenti part. XIII. decisio* 285. *Altera verò sub die* 26.*Maij eiusdem anni, quia eam impressam non inuenio, ponam infra in Miscellaneis iuxta seriem temporis, est quoque coram eodem Illustriss.Benilaqua qui hodie Almæ Vrbis Gubernator existit, qua prudentia enim, iustitia, & tranquillitate tantã molẽ officij subsstineat fama communis interrogetur, qua non mentitur.*

R. P. D. TAIA.

Cracouien. Decimarum.

Lunæ 18. *Iunij* 1663.

ARGVMENTVM.

Decimæ ad quid debeantur, & in istarum solutione quid veniat seruandum. Immemorabilis & quadragenaria aduersus legem cum titulo requiritur. Personis Ecclesiasticis contra Canones interdicitur quid statuere, sæcularibus verò personis contra legem principis nouam decernere licitum est, vnde Decimæ cum sint de iure Diuino non potest fieri quin soluantur.

SVMMARIVM.

1 *Librorum pro vsu Reipublicæ conscriptorum auctoritas magna esse debet.*

2 *Decima manipularis nomen declarat portionem Ecclesiæ debitam esse quartam partem ipsorum bonorum.*

3 *Decimarum prædialium, & personalium distinctio denotat earumdem realitatem Parocho adeo debitam, vt pro eis possit dari vindicatio.*
*Ita vt fructus ipsi alienari non possint, nisi cum onere decimarum & num.*4.

5 *Decima debentur pro Parochi substentatione.*

6 *In Decimarum exactione manipularium, aut pecuniariarum seruanda est consuetudo.*

7 *Consuetudo non adest si non adsit etiam patientia & consensus illius cuius interest.*

8 *Solutio Decimarum non potest fieri nisi per modum pretij varij iuxta bonorum augumentum, & detrementum.*

9 *Consuetudo quando est contra legem ostendi debet rationabilis, & præscripta.*

10 *Immemorabilis, & quadragenaria cum titulo requiritur aduersus legem.*
*Stante præsertim notabili diuersitate inter præscriptionem consuetudinis contra Ius positiuum Ciuile, & Canonicum & nu.*11.

12 *Personæ sæculares habent facultatem ab Imperatore condendi leges etiam contra legem Principis*

13 *Personis Ecclesiasticis non permittitur contra Canones quid statuere.*

14 *Legis sub excommunicationis pœna impositæ trasgressio periculum salutis inducit*
Deficientibus alijs requisitis obseruantiæ maioris partis populi & nu. 15.
Et scientia illius, qui potest ius condere & nu. 16.
Qua scientia debet esse specialis, & indubia & num. 17.

DECISIO XCI.

PROPOSITO dubio An Ecclesiæ Koslauien debeatur Decima in manipulis,pro Ecclesia informante responsum fuit. Quia in facto demonstratur eandem fuisse fundatã in decimis manipularibus anno 1381.Pontificia,& Regia auctoritate accedentibus varijs sententijs, & contestationibus speciali,
1 generalique vsu,de quo præcipue † in libris Retaxationum, quorum fides, & auctoritas magna esse debet; nam, & hi non infauorem Cleri sed pro vsu, & commodo Reipublicæ conscripti esse censentur *Andr. Lipsi. in Decad. qu.pub.Reg.quæst.*1.*n.*18.*cum alijs in sum.& in alia dec.*5.*Iunij* 1662.

2 Et ipsum nomen † *Decimæ* manipularis declarat portionem Ecclesiæ debitam esse quotam partem ipsorum fructuum: distinctio
3 vero † Decimarum prædialium, & personalium denotat earundem realitatem Parocho adeo debitarum, vt pro eis detur vindicatio *Can.modern.*23. *u.*16. *quæst.*1. *ibique gloss. sibi vindicent cum gloss.marginal.*& clarius dixit Dominus suas esse Decimas, & primitias *cap.tua* 26 *de decimis, & ibi Abb. num.* 7. Itaut fructus ipsi
4 alienati non possint nisi cum onere Decimarum *cap. Pastoralis* 28. *& cap. cum non sint* 33. *de decimis Monet. de decim.cap.*6.*nn.*20.Quin etiam iuxta Vaticinium Malachiæ prophetæ infer
5 omnem decimationem † in horreum meum

vt

vt ſit cibus in domo mea *can.1. 16. quæſt.7. & Canon.reuertimini* 65.16.*diſt.quæſt.1.*

Nec obſtat quod die 5. Iunij 1662. in hac eadem cauſa fuerit reſponſum non eſſe concedendam manutentionem in quaſi poſſeſſione exigendi Decimas manipulares, aut pecuniarias ſed eſſe ſeruandam conſuetudinē *ad Monet.de decim. cap.4. nu.11.verſ.aut.ſi eſt conſuetudo Rot.dec.528.nu.2.verſ.nec refragatur par.4 diuerſ.& generalius Monet.cap.5.ſub nu.87.*

Quia nulla conſuetudo oſtenditur, quæ fuerit recepta, & Teſtes alterius partis dicūt Parochum requiſiuiſſe ſemper decimas manipulares, & de iſtis contendiſſe ideoque ſi
7 non adeſt † patientia ſeu conſenſus illius, cuius intereſt neque adeſt cōſuetudo *Spad. conſ. 42. numer. 11. & 16. Caual. deciſ. 649. num.3.* & quando bona erant in augumento, tunc Arrēdatarium ſoluiſſe Florenos 300. pro hac decima, & aliquando 250. quandoque plus quādoque minus difformi ſolutione potius per modum pretij varij non per modum certæ pecunię prout in aliquibus vix alio modo
8 ſolui poteſt, & præcipue in oneribus inquit
9 *Rot.d.dec.528.d.nu.2.* quę tamen † conſuetudo quia contra legem eſt, rationabilis & præſcripta oſtendi debet *cap.vltimo de conſuetudine.*

Atque ita ad præſcriptionem ſi quę opponeretur deficerent omnia requiſita nempe bona fides, cum obſtent ſupradicta, & in alia deciſione, & deducta in ſummario continua poſſeſſio, cum difformes ſint ſolutiones patientia Parochi ſemper reclamantis, & tempus à lege definitum, & præcipue deficit omnis titulus obſtante nimirum expreſſa lege & conſtitutione ſynodali in his verbis, vt iuxta laudabilem patrię conſuetudinem Decimæ manipulares ſoluantur nec liceat alicui ius & conſuetudinem memoratam infringere &c. ſub excommunicationis pœna prohibendo ne quis ſolutionem Decimarum commutare præſumatur in pecuniariam penſionem quo
10 caſu hac lege ita reſiſtente requireretur immemorabilis aut quadrageuaria cum titulo *d.cap.2 limo de conſuetud.& ibi gloſſ vltim.cap. 1.de præſcript.in 6. Monet.de decim.cap.5.ſub n.112* ſtante præſertim † notabili diuerſitate inter præſcriptionem conſuetudinis contra ius poſitiuum ciuile & contra ius Canonicum, nā
11 ſęculares perſonę † habent poteſtatem, ab imperatore condendi leges etiam contra legem.
12 Principis *l.9.ff. de inſt. & Iur.* ſed de Iure Canonico non eſt permiſſum viris etiam Eccle-
13 ſiaſticis contra Canones ſtatuere *cap.9.de maiorit.& obed.Abb.ad d.cap.vltim. de conſuetud. ſub num.7.*

Ex quo excluditur quæcumque conſuetudo cōtra legem præcipuè ſynodalem ſub ex-
14 communicationis pœna, cuius † tranſgreſſio periculum ſalutis inducit *cap. vltimo de conſuetudine* deficientibus præterea aliis requiſitis præſertim obſeruantiæ maioris partis
15 populi ibidem *d.gloſſ.vltim.Rot.corā Caual. dec. 185.nu.8.* & ſcientia illius, qui poteſt Ius con-
16 dere *argumento cap.vltimi de conſuetud. gloſſ. vltim.can.7.diſtinct.cum aliis apud R.P.D.Fagnanum ad cap.cum dilectus de conſuetud.num.28. & ad cap. explicari de obſeruantia feriorum num. 43. & ad cap.verum de Cognat.ſpirituali.num.12.& ſeqq.* quę
17 ſcientia ſpecialis † & individua eſſe debet *d. Rot. in Romana concordia coram Caual.relat. à Fagnan.d.cap.verum nu. 18. veri nec ſatis eſt, & ſunt coram Caual.dec.77.nu.3.& dec.85.nu.2. & 3. & dec.91.num.6.& dec.111.nu.1.*

Et ita pro informante &c.

R. P. D. T A I A

Sauonen Pecuniaria.

Lunæ 28. Iunij 1663.

A R G V M E N T V M:

Exactio mutui quando ſit licita, & in mutuo, quando de ſpeciali intereſſe conueniri poſſit.

S V M M A R I V M.

1 *Exactio mutui eſt licita, quando mutuans tempore mutuationis probat habuiſſe occaſionem lucrandi. & quia mutuauit pecuniam, non potuiſſe negotiari*
2 *In mutuo poteſt aliquando conueniri ſpeciale intereſſe dummodo fraus, & dolus abſit.*
3 *Articulatio noua & noua productio ſuper articulis fieri poteſt, quando articulantur ſpecialia quæ non comprehenduntur ſub prioribus articulis.*
4 *Pactio ſolet eſſe illicita, & concurrentibus circumſtantijs licita reddi poteſt.*

DECISIO XCII.

MVTVAVIT Ioannes Thomas Meſſea quaſdam pecunias Nicolao Carentio, qui dum vixit ſoluit intereſſe, & poſt eius obitum Vxor illius, & Ioannes Thomas Carentius vti Tutores Io. Dominici, & fratrum filiorum Nicolai nunc agētibus dd. fratribus cōdictione indebiti intereſſe vt indebite ſolutum à patre, & matre & à fratre mandatoque dubio, an exactio eſſet licita in caſu, ante diſputationem dubij exhibuit Meſſea articulos
1 ad probādum † tempore mutuationis habuiſſe præ manibus occaſionem Lucri faciendi, & quia pecuniam mutuauit, non potuiſſe negotiari ad celebrata requiſita *Paul.de Caſtr. ad §.vltim.l.3.ff.de eo quod certo loc.nu.3.verſ.in gloſſ ſequenti, & Rot.corā Mobed.deciſ.3.de vſuris, alias dec.208. & recentius dec.64.nu.14 par.8.& deciſ. 307.num.10.& 11.par.9.* præſertim, quod † in
2 mutuo poteſt aliquando conueniri ſpeciale intereſſe ſi abfuit fraus, & dolus *Gratian.diſcept. 387. ab initio Scacc. de commerc. & camb. ampliat 8.quæſt.7.§.1.Card.de Lug.de inſt.& Iur. diſputat. 25.n.87.& ſeqq.Leotard.de vſur. quæſt.12.nu.8. & ſeqq.* & plus de conſuetudine lanuenſium laborauit Scacc. eorum Rotæ Auditor & pene patronus *d.ampliat 8. nu. 226. & ſeqq.* Item deduxit articulos de multis confeſſionibus debitorum, & de approbationibus inter ſeipſos

debi-

debitores super quibus proposito hodie dubio an sit concedenda remissoria vni concedendam responderunt, vti pertinentem, & forsitan opportunam.

Nam licet testes sint iam examinati Io Thomam Messeam solitum negotiari, & varias esse in loco occasiones negotiandi, attamen dum hodie articulantur specialia quæ non comprehendebantur de necessitate sub
3 prioribus articulis ſ noua articulatio & noua productio super illis fieri potest *arg. cap. veniés ad Apostolicam sedem 38. de testibus inquit Abbas ad cap. fraternitatis eod. n. 8. ad fin. Rot. dec. 299. n. 5. part. 8. & dec. 120. nu. 10. & dec. 252. nu. 6. par. 9.*

Non obstante quod anticipatè consentũ, & taxatum fuerit immo solutum interesse, pendente dilatione à Messea concessa Carentio ad restituendum mutuum ex quo fiat irreleuans articulatio.

Tum quia nihil liquido constitit, tum e-
4 tiam quia pactio sicuti solet esse † illicita ità concurrentibus circumstantijs potest esse licita, & iustificata *Rot. dec. 331. nu. 2. & 3. & decis. 372. n. 8. post consil. Farinac. lib. 2. Gratian. d. discep. 387. ab initio cum alijs apud Leotard. de vsur. d. qu. 72. nn. 5. & seqq.* nec visum fuit DD. prius disputare super veritate opinionis ad *Rot. decis. 252. nu. 3. vers. nec visum fuit par. 9. ante probationem facti.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana dotis.

Lunæ 18. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Est adeo infixum onus patri dotandi filiam, vt quamuis ita patre reclamãte contraxerit matrimonium, debet ei attenta personarum viri, & mulieris qualitate dos constitui, siue in pecunia siue in stabilibus, nec attenditur reclamatio patris cum libertas matrimonij nunquam sit coaretanda.

SVMMARIVM.

1 *Pater adstringitur dotem dare filiæ.*
2 *Onus dotandi filiam non potest à patre euitari sub pretextu quod filia in iuuenili ætate cum extero ipso reclamante matrimonium contraxerit.*
3 *Ius Ciuile matrimonium contra parentum voluntatem expletum irritat.*
4 *Ius Canonicum ad matrimonij validitatem coniugis vtriusque consensum requirit.*
5 *Consensus parentum in matrimonio contrahendo ad honestatem tantum exquiritur.*
6 *Libertas fauore matrimonij fuit inducta.*
7 *Filia à consecutione dotis non debet arceri quando cum viro eiusdem qualitatis matrimonium contraxit.*
8 *Dos taxatur iuxta vires, & familiæ consuetum, & viri, & mulieris dignitatem.*
9 *Filia, quæ reclamante patre matrimonium contraxit non debet in consecutione dotis melioris esse condi-*
tionis altera voluntatem suam desiderio parentum regulante.
10 *Constitutio Sixti V. Ciuium Romanarum dotes ad scuta 5500. reduxit.*
11 *Iudex attenta personarum qualitate dotem in maiori quantitate decernere potest sub clausula dummodo derogatio constitutionis Sixti V. à Pontifice impetretur.*
12 *Dos decreta* in constitut. Sixti V. inter nobiles Quirites congrua *reputatur.*
13 *Patri onus inhæret dotandi filiam quoque diuitem limita vt num. 14.*
15 *Dos in pecunia vel in stabilibus potest constitui.*
16 *Cautio pro conseruatione dotis à viro præstanda interdicitur à iure.*
17 *Matrimonio contra patris voluntatem expleto, & filiæ dotem constituentis cautio ex parte viri pro dotis conseruatione requiritur.*
18 *Filiæ dote dissipata iterum dos est constituenda.*

DECISIO XCIII.

DOMINA Anna Caffarella præuia dispensatione Apostolica super consanguinitate inter ipsam, ac D. Antonium Minutillum vertente matrimonium cum eo nulla sibi dote constituta, ac patre reluctante contraxit, super cuius consecutione dotis, causa mihi commissa, dubitaui an D. Petrus Pater Annæ pro præstatione Dotis, & in quà valeat quantitate compelli, & Domini pro nunc ad scuta 5000. ipsum arctañ fore censuerunt.

1 Siquidem Pater † adstringitur filiæ dotem attribuere *iuxta text. in l. qui liberos 19. ff. de rit. nuptiar. l. dotem. 6. ff. de Collat. bonorum l. vltim. §. neque enim C. de dot. promiss. Card. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 16. n. 4. & 5. Rot. corã Coccin. dec. 143. n. 9*
2 cuius onus D. Petrus euitare † non valet sub prætextu quod filia in iuuenili annorum 16. ætate cum extero viro matrimonium ipso reclamante contraxerit nulla sibi dote sancita, Iuris enim† Ciuilis dispositio matrimonium
3 contra parentum vota expletum irritum reddens ac nullum de qua *in l. Sponsus 7. ff. desponsal. & in l. 2. ff. de rit. nuptiar.* à Sacro Concil. Tridentino correcta fuit *sess. 24. cap. 1. de reformat. matrimon.* Tum ex dispositione quoque Iuris
4 Canonici coniugis vtriusq; assensum dumtaxat ad matrimonij validitatem exquirente, vt probat *text. in cap. sufficiat 27. quæst. 28. in cap. cum apud 23. vbi Abb. nu. 3. de sponsal. gloss. in cap. hoc sanctum 32. quæst. 2.* Parentum † consensum
5 asserẽs dumtaxat ad honestatem exquiri *gloss. in l. Paulus respondit 11. ad finem ff. de stat. homin. Barz. dec. 29. nu. 7. Rot. coram Canal. dec. 45. nu. 4.*
6 Cuius virtute † libertatis inductæ fauore matrimonij, ac neglecto parentum assensu D. Annaſ à dotis consecutione arceri non debet
7 dum cum nobili viro matrimonium legitime contraxit *iuxta gloss. in cap. hoc sanctum 32. quæst. 2. Rip. in l. 1. nn. 57. & 58. ff. solut. matrim. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. num. 61. 64. cum seqq. & n. 71. Conarr. de matrimon. par. 2. cap. 3. §. 3. nu. 7. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 16. num. 6. cum seqq. Gutier. de matrim. cap. 30. num. 13. vers. 1.*

con-

conclusio Sanchez. cod. tract. lib. 4. disputat. 26. n. 17. Fontanell. de pact. nuptial. clausula 5. glos. 1. n. 47. & 85. cum seq. Barz. decis. bonon. 29. nu. 7. & 8. Rot. coram Merlin. dec. 487. num. 5. cum seqq.

Hanc vero dotem DD. sine præiudicio Iurium partium in scutis 5000. decreuere donec status patrimonij paterni firmetur juxta
8 cuius vires ac familiæ consuetum, necnon viri dignitatem atq; mulieris debet dos ipsa taxari *l. quæro* 61. *& l. cum post diuortiũ* 7. §. *in domum vers. gener. ff. de Iur. dot. l. cognouimus* 10. §. *sed ne videamur C. de hæretic. & Manich. Ruin. cons.* 60. *nu.* 1. *lib.* 3 *Card. Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 21. *num.* 4. *&* 5. *Afflict. dec.* 160. *n.* 1. *Rot. dec.* 131. *n.* 11. *part.* 4. *diuers. & dec.* 41. *nu.* 9. *part.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 38. *n.* 1. *par.* 5. *recent.* non tamen rigorose, sed aliquo cũ moderamine de puella † quæ spreto parẽtum voto intempestiue nupsit melio-
9 ris conditionis euadat altera voluntatem suã à parentum desiderio regulante, vt aduertit *glos. marginal. in cap. hoc sanctum* 32. *quæst.* 2.

10 Neque vrgere vlla fuit san. mem. Sixti V. constitutio reducens † Romanarum Ciuium dotes ad scuta 5000. siquidem ea non impedit, quin Iudex † personarum qualitate inspe-
11 cta in quantitate maiori dotem decernat sub clausula dummodo derogatio Constitutionis à summo Pontifice impetretur nemini denegare consuet. vt testatur *Rot. dec.* 172. *num.* 19. *part.* 8. *& dec.* 17. *num.* 43. *part.* 9. *recent. & in Romana dotis de Lantellotis* 14. *Iunij* 1618. §. *ad hæc coram R. P. D. Zarate*, vbi quòd dos † à constitutione decreta inter nobiles Quirites cõgrua
12 reputetur, & in Romana dotis 28. Maij proximi præteriti §. quoniam coram me, & alias in his terminis responsum fuit *in Romana dotis* 26. *Iunij* 1637. *coram Buccabella*.

Aliqui tamen ex Dominis animaduertebãt in taxatione congruę dotis valorem quoque bonorum Annę inspicien fore licet enim Pa-
13 tri onus † inducat præstandi dotẽ filiæ quoque dicti limitari tamen solet in casu adduc-
14 ta conclusio † quòd filia 25. ætatis suæ minè non recedens Patris assensum non adhibeat in nuptijs cum viro licet digno contractis, vt tradit *Cuar. de matrim. par.* 2. *cap.* 3. §. 8. *nu.* 8. *Gutier. cod. tract. cap.* 80. *nu.* 13. *vers.* 2. *conclusio Fontanell. de pact. nuptial. clausula* 5. *glos.* 1. *n.* 87. *Sanchez. de matrimon. lib.* 4. *disput.* 26. *num.* 18.

Præstationem vero dotis prælictæ DD. de-
15 mandarunt, vel in stabilibus, vel † in pecunia iuxta *text. dispositionem in l. fine generaliter* 62. *ff. de Iur. dot.* dummodo tamẽ cautio super eiusdem conseruatione dotis in quantitate persoluenda viro præstetur licet enim † hæc cautio
16 interdicatur à Iure *in l.* 1. *& 2. C. de fideiuss. Fab. in suo Cod. lib.* 5. *tit.* 14. *diffinit.* 1. *Rot. dec.* 24. *nu.* 17. *par.* 7. *recent.* dum tamen de matrimonio præter Patris voluntatem expleto peragitur, &
17 quia facile † posset, sine aliqua culpa mulieris dotis dissipatio contingere, cuius virtute
18 Pater iterum dotem tenetur impartiri *Auth. quod locum C. de locat.* cautionem ideirco DD. in hoc casu exoptarunt sequendo opinionem *Fab. in suo Cod. lib.* 5. *tit.* 14. *diffinit.* 4.

Et ita vtraque &c.

Pars XIV.

R. P. D. LEONE VIROSPIO

Romana Dotis.

Lunæ 18. *Iunij* 1603.

ARGVMENTVM.

Est adeò infinuus patri onus dotandi filiam, vt etiam si ista patre inuito matrimonium contraxerit possit à patre dotem consequi, & nisi soluatur dos, interim debent solui interussuria perinde ac si promissio dotis ab ipso patre processisset.

SVMMARIVM.

1 *Paupertate concurrente vna cum bono iure alimenta debentur*
2 *Paupertas est homini connaturalis*
3 *Paupertas probatur ex quo mulier compellit proprium patrem pro dotis præstatione*
4 *Mulier excepta dote nihil præsumitur possidere.*
5 *Iuris boni præsumptio pro consequenda dote probatur ex onere infixo patri dotem præstandi filiæ Etiamsi filia inuito patre nuptias contraxerit nulla sibi dote constituta & nu.* 6.
7 *Dos debet à patre filiæ præstari etiam nulla precedente promissione*
8 *Alimenta censentur debita filiæ donec illi dos constituatur*
9 *Alimenta decernuntur ad rationem fructuum rei subiectæ vsufructui*
10 *Vxor nihil de proprio possidente, & dotem à patre consequi non valente vir censetur pro dote ministerium, & personam vxoris accepisse.*
11 *Dotis interussuria iuxta dispositionem statuti Vrbis libri cap.* 137. *taxantur ad rationem septem cum dimidio pro qualibet centenario.*
12 *Dos cum decernatur à iure fructus illius à die contracti matrimonij debet filiæ vel viro exhiberi perinde ac si ipsa dos promissa fuisset à patre*

DECISIO XCIV.

1 ALIMENTA DD. hodie D. Annę fuere decreta quia † paupertas simplà vna cum bono Iure concurrit, & copulatiue ad hunc effectum requiritur, vt tradit *Felin. in cap. si qui testium* 8. *nu.* 9. *vers. secundus casus de testibus. Cuar. practic. quæst. cap.* 6. *sub nu.* 6. *Gratian. discep. forens. cap.* 55. *nu.* 49. *Rot. coram Canal. dec.* 467. *& coram Burat. dec.* 161. *vtroliusque num.* 1. *& in Romana Alimentorum* 4. *Aprilis* 1661. §. *siquidem cor & R. P. D. meo Celso, & notat Adden. ad decis. Greg.* 139. *num.* 7.

2 Paupertas † siquidem homini connaturalis *iuxta text. in cap. sicut* 47. *distinct.* visa fuit exinde in proposito casu probari, quod eadem
3 Anna proprium † parentem pro dotis præstatione compellit, qua excepta nihil aliud mu-
4 lier præsumitur † possidere *Angel. cons.* 8. *in n.* 2. *post med. vers.* 1. *quia Socin. sen. cons.* 126. *n.* 2. *lib.* 1. *Thesaur. dec.* 43. *nu.* 5. *Franc. dec.* 489. *nu.* 28. *in fine Rot. in Romana Saluiani* 23. *Iunij* 1656. §. *hinc non vrget coram me, & in his terminis in dec.* 50. *nu.* 4. *par.* 9. *recent. Staiban. Iun. centur.* 2. *resolut.* 151. *n.* 4. *cum seqq.*

5 Boni vero Iuris præsumptio † ex onere patri infixo desumitur præstandi filiis dotem *l.* 6 *qui liberos ff. de rit. nupt.* licet ipso inuito † nuptias cum viro nobili nulla sibi dote constituta contraxerit *Sanchez de matrim. lib. 4. disp. 26 num.* 17. cum aliis recensitis authoritatibus in decis. hac eadem die coram me edita, vbi dos per modum prouisionis, & absque vllo partium præiudicio in scutis 5000. D. Annæ decernitur.

Hinc non vrget doctrina Innocentii *in cap. per vestras num. 3. de donat. inter vir, & vxor.* asserentis † virum teneri alimenta Vxori indotatæ exhibere, quem sequitur *Cordub. in l. si quis à liberis §. si quis ex his numer. 21. & 22. cum seqq.*, perinde ac si D. Antonius Annæ Maritus hoc alimentorum onere arctetur, dum nulla præcedente dotis promissione nuptias cum ea contraxit.

3 Dum enim debet † dos Filiæ à Patre præstari licet nulla præcedente promissione, ac ipso reluctante matrimonium contraxerit ali- 9 menta † eidemet proinde filiæ debita cēsētur, donec dos scut. 5000. pro nunc decreta per modum prouisionis ipsi præstetur ex doctrina *Angel. in l. quibus bonis num. 2. ff. de Cess. bonor.* 10 vbi quod in alimentis † decernendis ratio haberi debet fructuum rei sub lite vertentis, quod tradit quoque *Gratian disceptat. Forens. cap. 55. num. 53. Rot. dec. 470. nu. 6. part. 2. recent. & dec. 152. num. 10. coram Eminentiss. D. meo Cardinali Otthobono cum alijs per Adden. ad decis. Buratti 707. nu. 11.* Vir quippe indotatam assumens Vxorem, futuræ dotationi nullatenus censetur renunciasse, quotics dotem illa valeat exhibere, vt tradit *Surd. de Alimen. tit. 7. quæst. 19. num. 16. cum seqq. Rot. in Ferrarien. pecuniaria 27. Nouembris 1662. §. nec refert coram R. P. D. meo Bevilaqua,* quicquid dicēdū foret in casu quo Vxor nil possideus de proprio dotem à patre consequi nequiret, tunc enim censetur vir pro dote Ministerium ac personam Vxoris acceptasse, cui non valet proinde alimenta denegare, in quibus terminis loquuntur *Innoc. & Cordub. superius recensiti.*

Hæc vero alimenta loco fructuum dotalium debita DD. censuerunt à die Contracti matrimonij exinde fore præstāda quod vir ab eo tempore eiusdem onera sustinuit ad rationē 12 tamen scut. septem † cum dimidio in singula centenaria iuxta dispositionem, *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 137.* ab hoc Sac. Tribunali in his terminis admissam *dec. 448. nu. 4. par. 2. recent. & in Romana dotis 3. Martij 1662. in primo §. cū seqq. coram me.*

Nec vrget quod in patre mora ponderari valeat à die dumtaxat, quo sacrum hoc Tribunal ad votis præstationem ipsum arctauit, cum enim hæc dos † decernatur à Iure fructus illius à die Contracti matrimonij filiæ seu viro debet proinde exhiberi perinde ac si dotis promissio à patre processisset.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Comen. Pecuniarja.

Lunæ 20. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Rector Ecclesiæ debet reinuestire eius pecunias in locis tutis, & cum Ecclesiæ vtilitate aliàs tenetur de proprio: Census Impositus in bonis Cōmunitatis quas solemnitates requirat ad hoc, vt valeat, & nota quod quando census est nullus respectu Cōmunitatis est nullus respectu particularium eo obligatorum.

SVMMARIVM.

1 *Census impositio est species alienationis.*
2 *Census impositus super bonis communitatis quas solemnitates requirat ad hoc vt sit validus & numer. 3.*
4 *Census contra Communitatē est validus etiā non seruatis sollemnitatibus quādo fuit obtenta licentia à principe limita vt num. 5. & 6. declara vt numer. 7.*
8 *Census nullus quoad Communitatē, est nullus etiam quoad particulares obligatos.*
9 *Census non potest imponi super personis.*
10 *Census non potest imponi super bonis in genere non specificatis confinibus.*
11 *Alienatio rei Ecclesiæ non valet nisi clarè constet de eius vtilitate & nu. 15.*
12 *Vtilitas, vel detrimentum ex quibus arguantur & num. 13. 14.*
16 *Communitas non potest dare in soluetum pro fructibus census bona stabilia sine solemnitatibus, & numer. 17.*
18 *Creditor census cogi nequit inuitus pro suo credito recipere bona stabilia.*

DECISIO XCV.

SENTENTIA Rotalis condemnans hæredes Philippi Ruschæ ad restituēdum Io: Baptistæ Gelpio moderno Rectori Ecclesiæ S. Benedicti Comen. summam librarū 2400. prouenientium ex retractu Viridarij ad dictā Ecclesiam spectantis & per dictum Ruscam tunc Rectorem in vno Censu cum Communitate Turici inuestitarum vna cum fructibus fuit sub die 16. Iunij 1662. coram Eminentissimo D. Cardinali Celso Iudice appellationis omisso rigore Iuris, confirmata respectu sortis, quam resolutionem hodie coram me in illius locum subrogato Domini approbarunt.

Nam subsitit fundamentum in decis. Eminentissimi Cardinalis Celsi, & antecedenti R. P. D. mei Bourlemont deductum, quod Rusca Rector obligatus ad inuestiendū dictas pecunias, minus rectè se gessit in emptione Centuū cōtra Cōmunitatē prędictam impositorū super certis suis bonis, ſōt nō constat in 1 huiusmodi impositione speciem Alienationis præferente ad tradita per *Bald. in cap. ad audientiam lib. 2. num. 2. de rescript. Rot. coram Burrell.*

1 vatt. decis. 410. num. 3. fuisse à Iudice impositum decretũ, nec interuenisse consensum totius Vniuersitatis, vel maioris partis illius, aliasque solemnitates per Leonem Imperatorem præscriptas in *l. final. C. de vend. reb. Ciuit.* obseruandas in qualibet alienatione nedum Ciuitatis, sed Castrorum, & Villæ quæ ab aliis inferioribus reguntur vt tradunt *Ruin. in cons. 41. numer. 7. & cons. 67. num. 12. lib. 3. Rol. à Vall. cons. 90. num. 19. lib. 1. Capic. dec. 93. nu. 4. Gratian. discept. 933. nu. 14.*

Non releuat responsio alias, & modo quoque data, quod solẽnitatibus prædictis, etiam omissis adhuc substinetur impositio Census super bonis Communitatis ex † eo quia obtenta fuit licentia à Senatu Mediolanen. cui subest Vniuersitas Turici continens explicitam facultatem imponendi Censum, & bona ipsa liberè, vel cum pacto redimendi alienandi, † quia omisso quod requirebatur ex dispositione particularis statuti loci, † & cõsumpta remanebat ex aliis alienationibus antecedẽ. creationi huius census, sequutis *ad Text. in l. Boues §. hoc sermone ff. de verb. signif.* impetrata fuit, vt in hac parte satisfieret dictæ *l. final.* dispositioni auctoritatem superioris requirenti, † dum vltra eam alia solemnia erant necessaria ex forma tradita in dicta lege cum dicta licentia illis non derogante, quinimò nullam mentionem faciente adimpleri nec satisfieri potuit *l. si ita defensor. §. 1. ff. de Iurepat. Rot. coram Reuerendiss. Vrgellen. dec. 33. num. 15. cum sequen. & bene huic obiecto aliisque allegatis occurrit in dd. decisionibus Eminentissimi Cardinalis Celsi §. nec suffragatur, & R. P. D. mei Bourlemont §. nec euitantur adducta.*

Nec visum fuit fundamentum aliquod fieri posse in obligatione Particularium, qui in Instrumento impositionis Census, vt principales, & in solidum, accesserunt. † Quia cum fundatus fuerit super bonis Communitatis, & quoad ipsam sit nullus, substineri nequit, etiam respectu particularium, siue prætendatur quoad eos constitutum, dici posse super illorum personis, † quod reprobatum esse latissimè *probat. Cenc. de cens. quæst. 34. & signanter à n. 39. cum pluribus seqq.* siue etiã adducatur constitutum censeri super ipsorum bonis, dum generaliter tantũ fuerunt obligata, eique subiugata † nullis designatis, nec specificatis cõfinibus iuxta sententiam, quam vti veriorem, sequuta fuit *Rota apud eund. Cenc. dec. 365. num. 1. & per tot. & signanter nu. 3. & 9. eamque comprobat Idem Cenc. q. 40. num. 7. cum seqq.*

Substitit pariter aliud decisionum motiuũ positum in defectu vtilitatis, † quæ debet esse manifesta, & ità certa, vt de ea non possit dubium exoriri *ad Tex. in cap. fine exceptione 12. quæst. 2. c. si quis Presbyterorum de reb. Eccles. non alien. Corn. Cons. 143. num. lib. 2. Barbat. cons. 40. nu. lib. 1. Rolan. à Valle cons. 15. num. lib. 1. Rhedoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 20. num. 83. Rot. dec. 65. num. 17. par. 2. diuers. Seraph. decis. 508. numer. 12.* De ea enim non constat, quinimò euidenter apparet detrimentum Ecclesiæ resultans, † ex dicta impositione Census cum dicta Communitate tunc tẽporis calamitatibus ob bellum debitis grauata, & in malo statu reducta, quod ipsi Ruschæ Rectori benè † innotescebat ob expressionem factam in precibus Senatui Mediolani pro habenda dicta licẽtia † porrectis in ipso Instrumento Census, & aliis actibus repetitam, Indeque non substitit ex præcitatis & sufficit, quod † dubitari contingat de validitate ex hoc capite vtilitatis per Ruscam specificè promissæ, vt per notata *in l. cum hi §. eam, & §. cum Prætor. ff. de transact. tradit. Bald. in cons. 156. circa med. vers. præterea lib. 1. Rot. d. dec. 65, n. 19. par. 2. diuers.*

Neque habita fuit in aliqua considerationẽ † oblatio stabilium per Communitatem facta Rectori pro eius satisfactione, † quia præter quod eçdẽ requirerentur solemnitates in assignatione facienda, adhuc ad illam Ecclesia † inuita cogi nequit, cum sit creditrix in pecunia, & ideò non tenetur recipere bona ad *Text. in l. 2. §. mutui datio, & ibi Glos. ff. si cert. pet. Surd. dec. 30. num. 9. & cons. 392. num. 4. Rota dec. 422. num. 1. & 550. vbique num. 1. post modern. Peruf. in tract. de cens. & dec. 238. n. 1. part. 4. tom. 2. recent.*

Et ità fuit conclusum standum esse in decisis, vtraque, parte informante &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Fideicommissi, de Cesareis.

Veneris 22. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Legitimatio continens *clausulam sine præiudicio Iuris tertio quæsiti*, non censetur concessa in in præiudicium creditorum, quibus fuerat ius quæsitum, quia dicta clausula est iurium aliorum præseruatiua. Testator volens succedere in bonis legitimos & naturales, & de legitimo matrimonio natos, legitimatos excludere voluisse censetur. Donatarius vniuersalis ad æs alienum donantis tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio est species alienationis.*

2 *Creditoribus præiudium non infertur per legitimationem.*

Maxime quando in legitimatione continetur clausula sine præiudicio iuris tertio quæsiti *& numer. 3.*

4 Clausula sine præiudicio Iuris tertio quæsiti *operatur, vt legitimatio non censeatur concessa in præiudicium creditorum, quibus fuerat Ius quæsitum, & illorum iura præseruat.*

5 *Legitimatio substinetur quando creditoribus nõ præiudicat.*

6 *Legitimatio continens in se* clausulam sine præiudicio Iuris quæsiti *nihil in præiudicium creditorum legitimato tribuit.*

7 *Legitimorum appellatione, & ex legitimo matrimo-*

nio natorum non continentur legitimati per reſcriptum Principis.

7 *Teſtatoris voluntate ſemel excluſus ſemper excluſus cenſetur.*

8 *Teſtator quod legitimatos à ſucceſſione excludere voluerit deprehenditur ex vocatione non ſolum legitimorum, & naturalium, ſed addiderit de legitimo matrimonio natorum.*

10 *Vocatio proximiorum non prodeſt deſcendentibus ad ſuccedendum inhabilibus, ſed debet intelligi de proximioribus collateralibus vocatis in defectum deſcendentium.*

11 *Donatarius tenetur ad æs alienum donantis.*

12 *Donatarius vniuerſalis non tenetur vltra vires quando rationem reddidit de bonis donatis.*

13 *Donatarius particularis vltra vires donationis non tenetur.*

DECISIO XCVI.

SVBSITERE viſa ſunt Dominis fundamenta poſtremæ reſolutionis editæ ſub die 24. Ianuarij proximi præteriti, & diſputato hodie dubio dixerunt ſtandum eſſe in vltimo loco decilis: Ioannes enim aſſertus Pater Ruggerij cum de tempore legitimationis reperiretur non ſolum ingenti ære alieno grauatus, ſed etiam ob ſuſceptionem Bireti viridis, & vſum duplicis ſalui conductus publicè & palam pro decocto haberetur, mediante hac legitimatione, † quæ eſt ſpecies alienationis, vt præter relatos in principio tradunt cæteri addúcti *per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 408. nu.* 102. præiudicium creditoribus † inferre non potuit *Gratian. diſcept. 768. num. 8. & ſeqq.* cæteri*que relati in §. 1. in fine* maxime † quia in legitimatione continetur clauſula *ſine præiudicio Iuris tertio quæſiti*, † quæ operatur, vt in præiudicium Creditorum, quibus ius quæſitum fuerat legitimatio non cenſetur conceſſa, & eorũ iura intacta præſeruat *Rot. dec. 282. à numer. 7. vſque ad finem par. 2. & dec. 214. nu. 5. par. 9. recent. Bononien. Bonorũ de Graſſis 13. Iuny 1057. §. final coram Reuerendiſs. D. meo Decano cum alijs in §. præcipue.*

Quibus non reſtitit, quod non ſit legitimatio, quæ præiudicet Creditoribus, ſed voluntas † Teſtatoris fideicõmittẽtis quæ aſſiſtit legitimato, quoniam omiſſo, quod illa diſtinctio poſſet habere locum, quando legitimatio eſt ſimplex, ſed quando continet clauſulam *ſine præiudicio Iuris quæſiti* tunc non intrat quæſtio voluntatis fideicõmittentis, ſed voluntatis legitimantis, qui cum aliter legitimare noluiſſet, & naturalis non poſſet venire niſi in vim legitimationis continentis hanc perſeuerantiam, † nihil omnino tribuit legitimato in præiudicium creditorum *Rot. in terminis d. dec. 282. num. 9. part. 1. & dec. 667. num. 5. in fine ead. part. 1. dec. 241. num. 21. & 255. num. 21. & 22. par. 9. recent. & in Rauennaten. pecuniaria 13. Martij 1662. coram R. P. D. meo Priolo §. non obſtat. & concordat. Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. quæſt. 8. numer. 7. verſ. 3. requiſitum* reſponſum fuit ex facto quod Mattheus fidecommittens non vocauit in præſenti filios legitimos, & naturales ſimpliciter, ſed cum qualitate quod ſint nati de legitimo matrimonio, quorum † appellatione certum eſt non cõtineri legitimatos per reſcriptum Principis, nec legitimationem quicquam operari *Grat. conſ. 64. num. 47. lib. 1. Soccin. Iun. conſ. 65. num. 10. lib. 2. Menoch. conſ. 20. num. 27. Pacian. conſ. 36. num. 200. Spad. conſ. 364. num. 5. & 9. lib. 2. cum alijs per Molin. de primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 3. num. 31. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 408. num. 71. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 23. num. 45. Caſtill. Controu. Iur. tom. 5. cap. 82. numer. 46. verſ. & hallenus Rot. in recent. dec. 255. num. 19. part. 9.*

Nec ſubſiſtit obiectum pro parte Ruggerii repetitum quod cum qualitas de legitimo matrimonio in ſubſtitutionibus ad fauorem proximiorum factis adiecta non fuerit, poſſit ipſe ſalte ſub nomine proximiorum ad ſucceſſionem admitti, placuit enim Dominis reſponſio deciſionis §. moti quod cum ipſe ſe faciat de deſcendentibus Herculis mediante perſona Ioannis eius aſſ. patris excluſus remaneat à fideicõmiſſo ex volũtate fideicõmittẽtis ob defectum dictæ qualitatis, & proinde non poſſit, nec etiam tanquam proximior obtinere cum † ſemel excluſus ſemper excluſus eſſe debeat ex pluribus ibidem adductis, & tradit *Gionagnon. conſ. 2. num. 10. lib. 1.* & licet replicatum fuerit aliud eſſe, quod quis non ſit incluſus in fideicommiſſo, aliud quod ſit excluſus, & legitimatos in præſenti cenſeri dumtaxat non incluſos ob dictam clauſulam *de legitimo matrimonio*, non autem eſſe expreſsè excluſos, adeo vt tãquam proximiores non poſſint admitti. Attamen vltra quod ad excluſionem † legitimatorum illud ſufficere videtur, quod Teſtator vocauerit non ſolum legitimos & naturales, ſed addiderit de legitimo matrimonio, vt tradunt ſupra relati, & in ſpecie. *Adden. ad Alexandr. conſ. 5. litt. B. lib. 7. Ladereh. conſ. 24. numer. 55. Rot. dec. 394. numer. 18. part. 4. recent. tom. 2. & in Bononien. fideicommiſſi Bartholomæi de Bologninis 29. Feb. 1644. §. nec allegatos & §. nec etiam coram Reuerendiſſimo Carillo* † Vocatio proximiorum prodeſſe non poteſt deſcendentibus ad ſucceden. inhabilibus, ſed debet intelligi de proximioribus collateralibus tanquam facta in defectũ deſcen. *Gionagnon conſ. 75. num. 9. lib. 1. Bellon. Iun. conſ. 11. num. 52. verſ. denique non obſtat. Rot. dec. 214. nu. 14. part. 9. recent. cæterique adducti in §. 2. moti ſunt in fine.*

Tertium fundamentum quod Ruggerius tanquam Donatarius vniuerſalis Ioannis aſſ. eius patris teneatur eius æs alienum ſoluere viſum eſt ſubſiſtere, etiamſi reſeruauerit ſibi poteſtatem diſponẽdi de ſcutis 150. Quoniam de illis non diſpoſuit, ſed ab inteſtato mortuus eſt ſub pacto, quod ſumma, & quantitas de qua non diſponeret, cenſeretur in donatione comprehenſa, donatio euaſit vniuerſalis, vnde † donatarius tenetur ad æs alienum donantis *Celſ. Vgo conſ. 13. numer. 22. Cyriac. Controu. 14. num. 22. cum alijs in §. final.* & quamuis donatarius † vniuerſalis non teneatur vltra vires hoc tamen poteſt procedere,

quando

quando reddita fuit ratio de bonis donatis,
13 quicquid aliud ſit vbi agitur de Donatario † particulari, in quibus terminis loquũtur DD. pro Ruggerio allegati,

Et ita reſolutum fuit ſtandum eſſe in vltimo loco deciſis vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana pecuniaria.

Veneris 22. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Apoca ſi cõiecturis, & probationibus appareat adminiculata contra ſcribentem plenè probat, vnde in vim iſtius tutor tenetur pupillo ſoluere reliquatum in illa promiſſum, cum Pupillus à die factæ obligationis aduerſus illum actionem habeat.

SVMMARIVM.

1 *Apoca per teſtes habentes notam manum recognita aliſque fulcita adminiculis probat plenè creditum illorum ad quorum fauorem facta fuit & numer 2.*

3 *Apoca creditum probans poteſt executioni demandari.*

4 *Tutor finita tutela tenetur de inuentariatis, & adminiſtratis rationem reddere.*

5 *Tutor pupillo adſtrictus eſt ex iure reliquatum ſoluere in apoca promiſſum.*

6 *Quietantia, non conſtãte de alia ſolidatione, referri debet ad contentam in apoca.*

7 *Recognitio ſcripturæ cum aliis ſchedulis à tutore cõſcriptis, facta præbet adminiculum, & aliqualem probationem.*

8 *Apoca à tribus teſtibus non ſubſcripta ſuſpicionem inducit.*

Et ratio num. 9.

10 *Scripturæ veritas ſi ex coniecturis & certis probationibus iuſtificari poſſit ex quibus antidata ſuſpicio tollatur, non poteſt obyci creditori quin à die datæ ius ſuum deducat & nu. 11.*

12 *Actus ratihabitio ſuſpicionem fraudis tollit.*

13 *Scripturæ priuatæ fides augetur morte ſcribentis.*

14 *Pupillus habet hypothecam pro redditione rationis & reſtituendi reliquatum à die in apoca promiſſionis contentam.*

15 *Suſpicio commiſſæ fraudis ceſſat vera præexiſtenti cauſa & ob quam ſine fraude potuit confici apocha.*

16 *Suſpicio non intrat ſine occaſione ſimulandi.*

DECISIO XCVII.

CONSTARE de credito Martij Felicis, & Dominici de Cruce in ſumma ſcut. 4250 & pro illorum conſecutione poſſe agere contra Fuluiam hæredem Pauli Blaſii etiam ſeorſim vertere pro tribus ex quatuor partibus dicti credicti contra illos de Cremonis poſſeſſores bonorum d. Blaſij eorumdem de Cruce ex cauſa adminiſtratæ tutelæ in dicta quantitate debitoris, fuit ſententia rotali pronunciatum,

quam Domini in gradu appellationis ad me interiectæ confirmandam eſſe cenſuerunt, nã validitas non reuocatur in dubium: Iuſtitia vero viſa fuit ſatis patens ex latè firmatis in duabus deciſionibus ante illius prolationem de more emanatis *coram R. P. D. meo Bourlemont ſub diebus 10. Iunij 1661. & 3. Martij anni præteriti.*

Ipſi enim de Cruce pro iuſtificatione eorum crediti habent intentionem fundatam in apoca ſub die 1. Martij 1621. confecta, & à dicto Blaſio ſubſcripta, in qua præuia narratiua adminiſtratæ tutelæ, & ſolidationis cõputorum conſtituit ſe debitorem in dd. ſcutis 4250., quæ intra certum tempus ibi Conuẽtum, & interim fructus ad rationem quinque pro centenario ſub obligatione Camerali ſoluere promiſit, quæ quidem † apoca
1 ſufficiẽter recognita per Teſtes formiter examinatos habentes notam manũ aliiſque roborata adminiculis iuxta inueteratum Stylũ Curiæ, de quo Teſtatur *Veſtr. in praxi lib. 6. cap. 1 num. 8. verſ. nihilominus Salluſt. Tiber. pariter in ſua praxi lib. 1. capit. 34. num. 10. Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 710. num. 10. & 30. & cap. 895. nu. 35. Fontanell. de pactis nuptial. clauſula 6. gloſſ. 3. par. 7. num. 25. Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 80. num. 1. Rot. coram Seraphin. dec. 150. num. 1.* vbi de ob-
2 ſeruantia Rotæ, plenè † probat creditum illorum ad quorum fauorem facta fuit *l. publia ff. depoſiti §. ſi quis igitur Authent. de Inſtr. caut. & fid. Surd. conſ. 61. num. 30. Statil. Pacific. de Saluian. inſpect. prima. cap. 7. num. 45. Io. Baptiſta Antonell.*
3 *conſ. 96. num. 14.* & pro illo † poteſt executioni demandari: *l. plures 18. C. de fid. Inſtrum. l. cum de Indebito 25. §. final. ff. de probat. Gratian. diſcept. 183. nu. 10. Caſtill. dec. 109. nu. 3. lib. 2. Rot. dec. final. n. 2. & 3. part. 1. diuerſ.*

Hic autem inter plures coniecturas, & adminicula adducta, & per Dominos in antecedentibus diſputationibus, & demum conſiderata veritatem apocæ comprobantia præcipuum reſultat ex ſuſceptione adminiſtrationis Tutelæ Dominici per Blaſium Tutorem cum ſubſecuta confectione inuẽtarii bonorum hæreditariorum Martij Crucij illius
4 Patris, qua finita † quemadmodũ attẽta obligatione legali tenebatur de Inuentariatis & adminiſtratis rationem reddere *l. final. C. arbitr. tutel. l. Tutori C. de neg geſt. l. 2. ff. eod. l. Ita autem 5. §. geſſiſſe, & l. tres Tutores 55. verſ. non ſolum ff. de adminiſtr. & pericul. Tutor. Schiurf. conſ. 41. num. 10. Centur. 2. Rot. coram S. mem. Greg. dec. 30. num. 4. & in Albanen. redditionis rationis 17. Iunij 1656. §. Gaſpar. coram R. P. D. meo Celſo.* Ita veriſimile eſt quod diſpunctis rationibus ad illam partes deuenerint, & apocam præfatam inde fuiſſe confectam cum dicta promiſ-
5 ſione Blaſij ſoluendi reliquatum, vt ex eadẽ † Iuris diſpoſitione adſtrictus erat *l. cum ſeruus ff. de cond. & demonſtrat. l. Boues §. final. & ibi gloſſ. ff. de verb. ſignific. Cartar. deciſ. Gennen 50. nu. 1. & 2. Gregor. dec. 554. num. 2. Rot. in Romana ſen. Nepeſina Tutelæ 4. Iulij 1642. §. nam quoad ſcuta in fine coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Alterum non minus concludens adminiculum

culum oritur ex eo quia Blasius vigore dictæ apocæ iudicialiter à Dominico iuniore Conuẽtus ad solutionem fructuum decursorũ excipiendo de consecuta satisfactione nonnullas exhibuit quietantias ab illo sibi factas & in hodierno *summ.num.*6. illorum de Cruce relatas in quarum altera habetur expressa relatio ad solidationem computorum Turelæ inter ipsos factam cumque de nulla alia solidatione
6 constet, † illa de qua fit mentio in dicta quietantia necessario ad contentam in apoca referri debet *l. si cum dotem* 23.§.*si pater ff.solut. matrim. Rot.coram Cardinali Seraphin. dec.*522.*numer.*2.*vers.nec de alia, & inter diuers. dicta decis. final.num.*7.*part.*1.*& decis.*24.*num.*5.*part.*2.*recent. & in Romana extensionis Instrumenti* 4. *Decembris* 1648. §.*secundum adminiculum coram bo.me. Peutingerio.*

His accedit tertia insurgens ex exactissima diligentia in recognitione eiusdem: Apocæ adhibita, tam in examine dd. testium quam mediantibus peritis extraiudicialiaer à Rota adhibitis per comparationem illius cum alijs pluribus tchedulis à dicto Blasio conscriptis,
7 qui † recognoscendi modus licet fallax & in subsidium tolummodo admittendus præbet tamen adminiculum, & aliqualem probationem facit iunctis alijs *gloss.in l. admonendi ff. de Iur.Iur.& in l.bonæ fidei C.eod.Felin.in cap.* 2.*numer.* 2.*de fid.Instrum.Bertrand. cons.* 152. *num.*12. *lib.*6.*Vinian Commun. opin.*113. *numer.*1. *& seqq. Menoch.de Arbitrar.lib.*2.*centur.*2.*Cas.*114.*num.*6. *&* 7.*& observat.Rot.in Tuburtina Castrorum* 4.*Iulij* 1608. *coram Cardinali Marefmontio in recent. dec.*192.*sub nu.*1.*part.*3.*confirmata* 31.*Maij* 1659. *coram me* §.*eo magis.*

Nõ obstat q' od posita ex his veritate apocæ adhuc ex ea non non resultat eoidem de Cruce esse anteriores creditores, vt valeant pro consecutione crediti agere cõtra illos de Cremonis bonorum d. Blasij communis debitoris possessores, qui illa insolutum accipiendo à Fuluia ipsius Blasij hærede promiserunt pro dd.tribus ex quatuor partibus soluere debita anteriora quę detegerentur eiusdem
8 Blasij,quæ anterioritas non oritur ex apoca † à tribus testibus non subscripta iuxta terminos *l.Scripturas C.qui pot.in pign.hab.* propter iu-
9 spicionẽ † fraudis,quæ in apoca priuata committi potest per appositionem antidatæ, seu anterioris diei *ad d. cons.*100.*num.*58. *Canal. de-*
10 *cision.*492.*num.*2. quia dispositio † huius Legis non procedit, si aliunde ex coniecturis, vel certis probationibus iustificari potest veritas Scripturæ, ex quibus tollatur suspicio
11 antidatæ, tunc enim † obijci nequit creditori, quin à die datæ illius Ius suum deducat *l.Instrumenta* 5.*C.de probat. Bald. cons.*198.*nu.*5. *lib.*1.*Mantic de tacit.lib.*11. *tit.*24.*num.*4.*Rot.apud Card.Seraphin. dec.*879. *num.*2.*& dec.*1221.*nu.*1. *& post secundum vol.cons. Farin. decis.*28. *&* 120. *vbique nu.*1.*Buratt.dec.*905.*nu.*4. *& in recent.dec.* 24.*nu.*6.*part.*7. *& dec.*242. *num.*11. *&* 12.*par.*9. *Antonell.cons.*99.*sub n.*28.*&* 29.

Coniecturæ autem in proposito, quibus Domini potissimum moti sunt ad adhibendam fidem huic Scripturæ in præiudicium illorum de Cremonis hæ sunt præcipue quæ insurgant ex antecedenti administratione tutelæ cum onere reddendi rationem, & de tempore Confectæ apocę per grãdiorem Aetatem Dominici pupilli iam finitæ necnon ex recognitione debiti per Blasium Conuentum ad solutionem fructuum factã excipiendo de illorum cõsecutione iuxta superius fir-
12 mata: geminatio enim & ratihabitio † actus tollit suspicionem fraudis *l. si Mater la seconda C.ad Vell. Rolland.cons.*16.*&* 17.*n.*11.*&* 12.*lib.*1. *Farinac.cons.*188.*n.*4.*lib.*2.

Altera vltra prædictas satis vrgens deducitur ex obitu nedum Pucciarelli pro teste ibi subscripti de anno 1624. Verum etiam ipsius Dominici de anno 1631. quorum character fuit recognitus, hinc fit vt verè apoca confecta censeatur sub die ibi annotata cum certũ
13 sit quod † mors Scribentis augeat fidem Scripturæ priuatæ *Cravett.cons.*158.*n.*7.*& cons.* 287.*sub nu.*7.*vers.*ead.*ratione Gratian.cap.*429.*nu.* 13.*&* 14.*Staiban.resol.*79.*n.*10. *Rot.d.dec.final.nu.* 13.*part.*1.*diuers. Canal.dec.*446.*n.*7.

Non obstat repetita exceptio simulationis apochæ cum supposito, quod fuerit confecta de anno 1641. quo fuit producta cum antidata anni 1621. ad excludendũ illos de Cremonis Blasij in magna pecuniarum summa tunc temporis creditores, Quia omisso quod id impossibile redditur attento obitu dd. Pucciarelli & Dominici, qui ibi sunt descripti multo prius, vt dictum est sequuto, & de dicto anno 1641. exhibita à Martio Felice, & Dominico iuniore in decimo & duodecimo anno respectiue constitutis, in quibus proinde non poterat considerari Fraudis, & simulationis suspicio, dum præcesserat administra-
14 tio tutelæ incepta vsq; de anno 1602, à qua † die orta fuit hypoteca ad fauorem pupilli pro redditione rationis,& restituendi reliquatum *l.pro officio* 20. *vbi Bartol. & Salicet. C. de administrat tutel. Decian. cons.*37. *num.*7. *lib.* 2. *Rot.in Romana pecuniaria* 23.*Iunij* 1636.§.1.*vers.pro reliquis coram Cardinali Panzirolo in Romana Saluiani* 15.*Iunij* 1643. *&* 15. *Ianuarij* 1644. *in principio coram R. P. D. meo Verospio, & in Tiburtina reddititionis rationis* 3. *Iunij* 1647. §. *quia cum coram Reuerendiss.Papien.*ex hac præexistenti causa,quæ vera erat,& ob illam verè & sine fraude potuit confici apoca, cessat quæuis suspi-
15 cio † commissæ fraudis *l. qui autem in princip. ff.de his quæ in fraud. Creditor. Rot.dec.*232.*num.*4. *&* 5.*post secundum volum cons.Farinac.* & in con-
16 sequens etiam occasio simulandi, † sine qua non intrat suspicio iuxta vulgatum *Consilium Bartol.*65. *num.*4. *&* 5. *lib.*1.*Amat decis. Marchiæ* 88.*num.*4.*Gregor.dec.* 157. *num.*21. *Canal. dec.*13. *num.*3.

Et ita post tertiam causæ propositionem informantibus in secunda etiam illis de Cremonis semper tamen intimatis fuit hodie concluſum pro confirmatione Sententię Rotalis.

R.P.D.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Pecuniaria.

Veneris 22. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Peritorum relationi deferendum potius eſt, quã teſtibus præſertim inter ſe contrarijs, & quando ab illorum relatione non fuerit appellatũ, & partes ad vlteriora procedi paſſæ fuerunt tacite relationem videntur approbaſſe. Inſtrumentum obligatione Camerali vallatum nõ retardatur per turbidas exceptiones.

SVMMARIVM.

1 *Periti relatio eſt attendenda quando de communi partium conſenſu fuit electus.*
2 *Periti relationi acquieſcens, & patiens ad vlteriora procedi non valet ampliùs illam impugnare.*
3 *Periti relatio tacite videtur approbata cum ab illa non fuerit appellatum & num.6.*
4 *Teſtes ſibi inuicem contrarij nullam merentur fidem.*
5 *Peritorum relationi potius, quam teſtibus eſt deferendum.* &c.
7 *Inueſtimentum pro rata ſoluta cenſetur remiſſum, quando de illo nihil fuit oppoſitum.*
8 *Renunciatio facta ſub conditione valida cenſetur impleta conditione.*
9 *Status Religioſus & renunciatio defumitur ex non petitione rei à renunciatario controuerſæ.*
10 *Exceptiones inſubſiſtentes non retardant executionem inſtrumenti obligationc Cameralis muniti.*

DECISIO XCVIII.

PLVRA opponebantur ab informantibus pro Vadis contra deciſionem editam 7. Aprilis 1666., * in qua firmatum fuit eſſe relaxandum mandatum pro credito ſcut. 719. 37. ad fauorem ſororum de Caſalibus, quibus tamen non obſtantibus Domini ſteterunt indeciſis.

Cum enim Peritus retulerit eos remanere debitores ex cauſa pretij domorum in ſumma prædicta ab eius relatione non eſſe recedẽdum, cum † ille de communi partium conſenſu fuerit electus 1 *Abb. in cap. propoſuiſti num. 4. de probat. Rot. deciſ. 531. & deciſ. 540. vtrobique num. 1 part. 1. rec., & in Romana diuiſionis 26. May 1656. coram bon. mem. Dunozetto, & 28. Martij 1659. coram R. P. D. meo Celſo.*

2 Eo magis cum à dicta relatione Vadi † nõ reclamauerint & contradixerint, imò paſſi fuerint ad vlteriora procedi *l. arbitrio vbi gloſſ. ff. qui ſatisd. cog. Rot. deciſ. 393. numer. 2. part. 4. rec.*, 3 nam ex non appellatione cenſetur illa à partibus tacitè approbata, vt in *Tiburtina redditionis rationis 9. Decembris 1641. coram bon. mem. Dunozetto, & in Albanen. redditionis rationis 23. Iunij 1662. coram R. P. D. meo Celſo.*

Nec huiuſmodi creditum redditur illiquidum eo quod Peritus non liquidauerit fructus bonorum ſubhaſtatorum ſecundum illorum communem valorem, ſed attento credito pro quo fuerunt ſubhaſtata, quia ſuper hoc quod bona excederent creditum in valore nulla datur probatio, niſi ex teſtibus, qui deponunt de eorum credulitate, & iudicio, ſuntque 4 ſibi inuicem contrarij ideoque † nullam merentur fidem; quinimò bona non fuiſſe maioris pretij conſtat ex relatione trium peritorum, quibus † magis deferendum eſt quã 5 teſtibus in ſpecie probat *Menoch. conſ. 358. n. 31. Honded. conſ. 31. num. 46. lib. 1. Rot. coram Seraphin. deciſ. 665. numer. 7. & coram ſanct. mem. Gregor. deciſ. 161. numer. 8. & deciſ. 318. numer. 2. part. 9. recent.*

Non obſtat exceptio compenſationis reſpectu domunculæ reddentis annua ſcuta 18. valoris ſcut. 400., quia Victoria & Conſortes non poſſident illam in proprietate, ſed tantum ſunt aſſignatarij poſſeſſionis in ſatisfactionẽ crediti, vt refert Peritus in ſua relatione *li Signori Vadi conſegnarono alle Turrinette ſcudi 18. annui di pigione d'vna Caſetta, della quale conſegna benche non appariſca Scrittura, le parti* 6 *però ſono coſi d'accordo*, ſtandum eſt † contra Vados, qui in illum conſenſerunt ab eiuſque relatione non appellarunt, vt dixit *Rot. coram Buratt. deciſ. 60. numer. 8. & 9., & deciſ. 260. n. 19. part. 9.*

Non obſtat etiam illa exceptio non implementi ob non factum inueſtimẽtum pro cuictione domorum in ſcutis 980. exactis ad cõputum pretij, quia cum fuerint liberè ſoluta, & ab anno 1611. non fuerit de inueſtimento 7 oppoſitum † cenſetur pro rata ſoluta remiſſum, vt dixit *Rot. deciſ. 211. num. 4. poſt Zacch. de oblig. Cameral.* cum aliis congeſtis *per eund. q. 17. num. 96. & 97.*

Prętenſio vero, quod ex dicta ſumma ſcut. 719. 37. ſubducenda ſint ſcuta centum ſoluta Virgilio Caſali, ceſſat ex calculo eiuſdem Periti, vnde apparet de illis habuiſſe rationẽ, eaque deduxiſſe ex pretio domorum, vt in Summario reſponſionis; quemadmodum etiam oſtenditur ex facto legitimario perſonarum, ex quatuor enim ſororibus, quæ vendiderunt nempe Ioanna, Eliſabeth, Agnes, & Magdalena de Turrinetis, Magdalena degens in Monaſterio Reatis, quæ morte præuenta non potuit habitum ſuſcipere ſub nomine Mariæ Thereſiæ inſtituit Ioannam, & Eliſabetham, vt ex Inſtrumento publico teſtimonij producto & mihi exhibito, deindè obiit Eliſabeth relicta hærede Ioanna, & Ioanna inſtituit Victoriam filiam huic Agnes ante factam profeſſionem bona renunciauit, 8 & licet renunciatio † facta ſit ſub cõditione, ſi profeſſionem emitteret, ipſam tamen profeſſam fuiſſe obedientiam Monachalem in eodẽ Monaſterio ſub nomine Mariæ Columbæ eius germanæ ſorori placita, & bene viſa, quæ non poſſunt referri, & intelligi niſi de Agnete dum Ioanna, & Eliſabeth prædeceſſerant in ſæculo & ideo perinde eſt, ac ſi de illa ſpecialiter dictum fuiſſet *Pariſ. conſ. 141. num. 6. lib. 4. Becc. conſ. 108. num. 25.*, & per conſequens Victoria potuit agere pro integro credito, prout

ita

ita ſemper egit ſpatio 40. annorum & vltra, 9 nec vnquam petijt Agnes, quæ† quidem Obſeruantia benè demonſtrat eam verè, & realiter fuiſſe monialem *l. minime 22. ff. de leg. Honded. conſ. 92. num. 27. Rot. deciſ. 465. num. 25. part. 9. recent.*, *& in Romana fideicommiſſi ſeu Saluiani 28. Aprilis 1651.*, §. *& tollitur difficultas coram R.P. D. Celſo*.

10 Cum igitur exceptiones† præfatæ non ſubſiſtant, vel ſaltim non probentur incontinenti non debent retardare executionem Inſtrumenti obligationis Camerali muniti *Rot. dec. 98. num. 2.*, *& deciſ. 202. num. 1. poſt Zacch. de oblig. Cameral. & in Ciuitatis Caſtelli gabellarum 4. Iunij 1657.*, §. *poſtremo coram me*, *& in Imolen. 9. Maij 1661.*, §. *& cum omnes coram R.P.D. meo Celſo*.

Et ita vtraque, &c.

Deciſio iſta emanata in hac eadem cauſa hic allegata ſub die 7. Aprilis 1660. coram eodem R.P. D. Priolo, erit infra cum non ſit adhuc impreſſa in Miſcellaneis iuxta ſeriem temporis.

R. P. D. BEVILAQVA.

Aſtoricen. Iuriſdictionis.

Luna 25. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Abbas in territorio ad ſui fauorem ſeparato eſt Ordinarius & Diœceſanus. Separatio locorum à quo fieri poſſit. Beneplacitum Apoſtolicum tacitum quando intret.

SVMMARIVM.

1 *Papa ſeparationem faciendi locorum ſolus facultatem habet.*

2 *Separatione territorij facta habitantes in territorio ſeparato non dicuntur amplius in Diœceſi, nec de diœceſi Epiſcopi.*

3 *Territorium ſeparatum ſit diœceſis illius ad cuius fauorem facta fuit ſeparatio.*

4 *Abbas in territorio ad ſui fauorē ſeparato eſt Diœceſanus & Ordinarius, vt erat Epiſcopus ante ſeparationem.*

5 *Separatio locorum, & incolarum exemptio dicitur effectuata mediante conceſſione Apoſtolica habente clauſulam* ſublata, *& decretum irritans.*

6 *Conceſſio Apoſtolica ad obſeruantiam obligat abſque vlla voluntate, & conſenſu aliorum à quibus auctoritas Papæ concedentis non dependet.*

7 *Abbas compromittendo iura ſuæ Eccleſiæ per priuilegium quæſita non poteſt illi, & ſucceſſoribus præiudicium inferre.*

8 *in Materia Eccleſiæ præiudiciali non ſtatur aſſertioni vnius quamuis Cardinalis.*

9 *ex Verbis* Relinquendo in totum beneplacitum ſuæ ſanctitatis *infertur beneplacitum non præceſſiſſe.*

10 *Beneplacitum tacitum non intrat deficiente obſeruantia clara, & certa.*

DECISIO XCIX.

ABSQVE aliqua hęſitatione fuit per DD. reſolutum inhærendum eſſe deciſioni ſub die 14. Iunij 1660. * coram me editæ pro confirmatione duarum ſententiarum rotalium, in quibus præuijs totidem deciſionibus declaratum fuit omnimodam Iuriſdictionem quaſi epiſcopalem, eiuſque exercitium, excepta ſacrorum ordinum collatione in oppido Villafranchæ, & locis ſubiectis priuatiue quoad Reuerendiſſimum Epiſcopum ſpectare ad Abbatem, qui exhibuit ampliſſimum priuilegium à fan. me. Clemente VII. conceſſum, in quo à Pontifice oppidum præfatum, & loca à Iuriſdictione Epiſcopi fuerunt ſeparata, & tam ipſa loca, quam Eccleſiæ, & homines ibi inhabitantes Abbati pro tempore fuerunt ſubiecti per quam locorum ſeparationem† à Papa facultatem ad id habēte factam ad *text. in cap. ſi Papa 10. de Priuileg. in 6. DD.*, *& præcipue Abb. in cap. cum contingat num. 13. de foro competenti Rot. coram Buratt. deciſ. 578. in Acernen. Vicariæ 1. Iulij 1652.*, §. *quod autē coram bon. mem. Bichio in Aprutina Iuriſdictionis 6. Martij 1662.* §. *quod autem coram me*, non di-2 cuntur† amplius in Diœceſis, neque de Diœceſi Epiſcopi Aſtoricēſ *Abb. in cap. nimis 30. n. 2. de Iur. iur. Rolland. à Valle conſ. 33. num. 27. lib. 3. Lotter de re benefic. lib. 2. quæſt. 11. num. 63. Rot. deciſ. 207. numer. 2. part. 2. diuerſ.*, ſed ſunt effe-3 cta propria † Diœceſis ipſius Abbatis *Panormitan. in cap. poſtulaſti numer. 45. de for. competenti Gratian. diſcept. 212. num. 33.*, quia Diœceſanus 4 eſt, † & ordinarius in locis præfatis, vt erat Epiſcopus ante ſeparationem *gloſſ. in Clementina 1. §. volumus de Conſtit. in 6. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 24. n. 127. & 132.*, & ob id in aliquo non ſubſunt Iuriſdictioni Epiſcopi, ſed dicti Abbatis *Rot. apud Modern. de Iur. Abbat. deciſ. 177. num. 3.*, cùm concordantibus adductis in omnibus cauſæ deciſionibus.

Cui locorum ſeparationi, & Incolarum exemptioni mediante huiuſmodi conceſſio-5 ne † Apoſtolica habente clauſulam *ſublata*, & Decretum irritans, & quæ ab ipſo tempo-6 re quo emanauit dicitur effectuata, & ad† obſeruantiam obligauit abſque vlla voluntate, & conſenſu aliorum à quibus authoritas Papæ concedentis non dependet, *Io. Monach. in cap. generali num. 7. & ibi Prob. num. 4. de Regular. Nauarr. conſ. 1. numer. 19. de Conſtit. Rot. in Papien. bonorum 16. Ianuarij 1598. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio impreſſ. poſt reſolut. 98. Mart. Anton. Maceraten. lib. 1. §. nec placuit Dominis, & apud bo. mem. Merlin. deciſ. 814. num. 4. & 5.*, nullo modo obſtat laudum à Cardinali Quincuio, & Marchione de Agitat Compromiſſarijs promulgatum reſtringens exemptionis priuilegium, 7 quandoquidem non potuit Abbas† tunc tēporis compromittendo iura Eccleſiæ per dictum priuilegium quæſita illi & ſucceſſoribus præiudicium aliquod inferre ad text. *in cap. veniens de tranſ. Franch. in cap 1. ſub num. 23. limit. 11. dereb. Eccleſ. non alienand. Rebuff. tit. de alienat. rerum Eccleſ. num. 30. Natt. conſ. 508. n. 20.*

Capa-

Caputaquen. decis. 165. *part.* 1. *Buratt. decis.* 560. *num.* 7.

Huiusmodi autem Beneplaciti Apostolici defectus non tollitur ex assertione d. Cardinalis sub his verbis facta, *& referendo ad dictum debitum effectum totum quod dictum est per suam Sanctitatem*, quia præterquod in hac materia † Ecclesiæ præiudiciali, non statur huic assertioni *l. qui testamentum, ff. de probat. Bocc. cons.* 113. *nu.* 24. *Riminald. Iun. cons.* 41. *num.* 22. *lib.* 1. *& cons.* 387. *numer.* 14., & aliis verbis ibi: *Relinquendo in totum beneplacitum suæ Sanctitatis* aperte defumitur † fuisse reseruatum, quod denotat non præcessisse *Rot. in dicta Acerinen. Vicaria* 1. *Iulij* 1652. *coram bon. mem. Bichio*, neque intrat tacitum deficiente obseruantia clara, † & certa non præsumpta copulatiuè cum cursu temporis exigita *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæst.* 24. *numer.* 192. *Rot. apud bon. mem. Coccin. dec.* 301. *coram Eminentissimo D. Cardinali Ottobono decis.* 220. *num.* 23. *& 24. & in recent. decis.* 202. *num.* 7. *par.* 7. *Adden. ad Buratt. decis.* 45. *numer.* 8., aliisque allegati in dd. decisionibus in quibus, & signanter in vltima respondetur aliis obiectis super actibus gestis ab Episcopo pro tempore, & depositionibus Testium, quæ proindè non visum fuit iterum refellere.

Et ita fuit conclusum standum esse in decisis, Abbate solum informante citato Moderno Episcopo per contradictas, &c.

Decisio ista hic allegata in præsenti causa facta, sub die 14. *Aprilis* 1660. *coram eodem R. P. D. m. Emilaqua, est in præcedenti part.* 13. *Recent. decis.* 235.

R. P. D. VICECOMITE
postea S. R. Eccles. Cardinali.

Eugubina Fideicommissi.

Luna 25. *Iunij* 1663.

ARGVMENTVM.

Possessio illa est manutenibilis, quę vitiosa non est, sed si appareat vitium hæredi non denegatur immissio.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana prohibet appellationem quoad effectum suspensiuum in iudicijs possessorijs inter laicos.*
2 *Haredi conceditur immissio ad bona per defunctum possessa.*
3 *Fideicommissarius tenetur hereditatem recipere de manu haredis.*
4 *Legitimus contradictor non est qui parem titulum non habet.*
5 *Possessio concessa cum fideicommissaria qualitate non censetur petita quem titulo fideicommissi.*
6 *Possessio vitiosa non est manutenibilis, & est haredi restituenda.*
7 *Clausula* sine *præiudicio* habentium meliora, & potiora iure, *haredis illæsa iura præseruat.*
8 *Possessio post comparitionem haredis à fideicommissarijs obtenta pro resoluta censetur, nec quoad haredem pro possessoribus habentur.*
9 *Fideicommissario docente de iure sibi proueniente ex claro fideicommisso venit manutenendus in possessione ex æquitate Canonica quamuis illam non apprehenderit de manu haredis.*
Sed declara, vt num. 10.
11 *Haredi ad exclusionem fideicommissarij sufficit quod sibi competere possint defensiones, & detractiones ex causa solutionis æris alieni, meliorationum &c.*
12 *Haredi non denegatur immissio, quando constat de vitiosa possessione alterius.*
13 *Reus partem actoris assumens tenetur probare negatiuam, super qua se fundat.*
14 *Obiectiones extra materiam non attenduntur.*
15 *Possessio ex capite excessuitatis concessa debet retractari.*

DECISIO C.

DEFVNCTO Francisco Maria Benamato sine filijs Guidus Antonius, & fratres pariter de Benamatis tanquam vocati ad fideicommissum per Marium institutum, immitti obtinuerunt à Prætore Canthiani in possessionem omnium bonorum, quæ dictus Franciscus Maria possidebat; interiecta vero appellatione ad A. C. ex parte Ioannis Baptistæ hæredis scripti ab eodem defuncto sententia huic prodijt fauorabilis immissionem ei pro indiuiso cum aduersarijs tribuens super bonis, quæ à Ioanne Baptista Seniore Francisci Mariæ Auo in communi possidebantur cum Mario fideicommittente, quo vero ad alia bona propria defuncti liberam decernẽ Immissionem; Deuoluta exinde Causa adhoc Sacrum Tribunal cum clausula *Consito, quod sit locus Aegidiana* dubium dedi, an esset eis locus, & in partem affirmatiuam Domini inclinarunt.

Sententia enim & validitatis, & Iustitiæ innititur fundamentis quibus concurrẽtibus
1 locum sibi vindicat Aegidiana † Constitutio appellationem prohibens, quoad effectum quin suspensiuum in Iudicijs possessorijs inter Laicos *Rot. decis.* 18. *num.* 1., *& decis.* 32. *numer.* 2. *part.* 1. *recent. Cardinal Ottobon. decis.* 155. *num.* 7. *&* 15.

Validitas non controuertitur: Iustitia autem clarè conuincitur ex testamento, in quo dictus Franciscus Maria hæredem sibi scripsit Io. Baptistam, quod cum nullo vitio laboret
2 paratam habet executionem, adeo † vt hæredi denegari nequeat immissio ad bona per defunctũ possessa *ad l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.*, *ibique Bartol. num.* 20. *& DD. Communiter Peregrin. de fideicommiss. art.* 48. *per tot. Menoch. de adipiscend. remed.* 4. *num.* 368. *Rot. decis.* 35. *num.* 20. *& seqq., & decis.* 167. *num.* 1. *part.* 1. *& decis.* 670. *in princip. part.* 2. *recent., & decis.* 67. *num.* 5. *par.* 6. *Gregor. decis.* 206. *num.* 1. *& decis.* 194. *eod. numero Durazan. decis.* 180. *num.* 1 *&* 8. *Rot. in Senogallien. Successionis* 29. *Ianuary* 1652. *in princ. coram Eminentissimo Corrado*,

Im-

Immissionem neque impedire valet recẽ-
situm fideicommissum minusque possessio
3 illius vigore apprehensa, quia † cum fideicõ-
missarius tenetur hæreditatem recipere de
manu hæredis, non licuit Aduersarijs nemine
citato possessionem occupare, etiamsi resti-
4 tutio ipso iure facta censeretur, † proindeque
legitimi contradictores minime reputantur,
l.1.ff.quorum legatorum Menoch.de adipiscẽd.remed.
4.num.638. Iason conf.165.num.21. Angel. de legi-
tim.contrad.quæst.10.art.14.nu.207. Dec. conf.467.
num.12. Buratt.decis.544.& 589.nu.2. Gregor. dec.
206.num.7. Rot.decis.115.num.3.part.1. recent., &
in Bononien. bonorum 30. Ianuarij 1646., §. nec ad
impedien., §. nam primo coram bon.mem. Dunozetto,
& in Bononien. Bonorum de Toffinis 31. May 1649.
§. finali coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Neque se tueri valent in eorum possessio-
ne, ex eo quod nedum eam fideicommissi ti-
tulo obtinuerint; Verum etiam tanquam
hæredes ab intestato succedentes Francisco
Mariæ, cum de eo tempore non constaret de
testamento ad fauorem Io. Baptistæ per eum
condito, nam in facto hoc non subsistit cum
contrarium conuincatur ex eorum iudiciali
instantia, ibi: *ad quæ fideicommissa ipsi sunt vocati*
5 ideo dum possessio eisdem concessa fuit cum
hac fideicõmissaria qualitate non potest cen-
seri petita, minusue concessa alio titulo, quam
fideicommissi ad quam se restringere volue-
runt *Rot. in Bononien. Bonorum de Graffiis coram*
Reuerendissimo D. meo Decano 26. Aprilis 1660.,
§. Demum & in eadem 9. Decembris 1661., §. mi-
nus coram me Rot.decis.325.num.1. vers.tertia pos-
sessio part.1.diuers.Ottobon.decis.106.num.16., &
seqq.

6 Hinc cum possessio † apertè detegatur vi-
tiosa, non est manutenibilis, sed hæredi ve-
nit restituenda *Ias.conf.165.num.21. Rot.dec.520*
num.18.part.1.diuers.Gregor.decis.206.num.7. Rot.
coram Ottobon.decis.116. n.10. & 11.

Eoque magis quia Iudex illam concessit
7 cũ clausula † *sine præiudicio habentium meliora, &*
potiora Iura, cuius virtute illæsa, ac præseruata
remanserunt Iura hæredis itaut post illius cõ-
paritionem quælibet possessio à fideicommis-
sarijs obtenta pro resoluta censeatur, cum ta-
8 li casu ipsi quoad hæredem pro possessoribus
minime habeantur *Peregrin.de fideicommiss. art.*
47.num.29. Rot.decis.325.num.1.part.1. diuers. Du-
ran.decis.84.num.10. Rot.dec.121. num.10. & seqq.
par.6.recent. Buratt.decis.511.num.2.ibique Adden.
num.6. Ottobon.decis.116.numer.15. Rot.decis.513.
num.3.part.1.recent.

9 Non refragatur quod cum † fideicom-
missarij incontinenti doceant de eorum iu-
re proueniente ex claro fideicommisso ad re-
mouendum circuitum, ac inanes litis expen-
sas veniant manutenendi in eorum possessio-
ne ex æquitate Canonica, quamuis illam non
apprehenderint de manu hæredis *l.dolo facit,*
ff. de dol.except. & cap.doli de reg.Iur.in 6. Paris.cõ-
sil.33.num.113. & 114. lib.3. Angel.de legitim. con-
trad.quæst.10.art.16.nu.325. & seqq.

Nam hoc procederet, quando præter bo-
10 num ius † copulatiue quoque concurreret
possessio absque vllo vitio apprehensa, nec-
non probatio quod hæredi nullæ competant
detractiones *Bartol.in l.final.C.de edict. Diui Ad-*
rian.tollend. Menoch.de adipiscend.remed.4.n.634.
& 638. Rot.decis.96.num.5.par.5.recent.decis.103.
par.1.diuers.num.1. Buratt.decis.589.numer.9. Rot.
decis.115.num.10., & seqq.part.1. recent. Ottobon.
11 *decis.176.num.20. & 21.*, cum hæredi † suffra-
getur ad exclusionẽ Administratorum quod
possint competere defensiones, & detractio-
nes ex causa solutionis æris alieni, meliora-
mentorum, vel ex alio capite *Seraphin. decis.*
271.num.5. Rot.dec.115. num.22.part.1., & penes
Merlin.de legitim.dec.117. sub nu.20.

Vnde cum in proposito casu ex recensitis
12 appareat de vitiosa † possessione & pro fidei-
commissariorum parte non probetur nil esse
detrahendum, denegari minimè debet hæredi
Immissio, qui cum habeat intentionem fun-
datam super testamento; fideicommissarij ve-
ro excipiendo deducant Immissionem hære-
di non competere, eo quia bona essent statim
restituenda, nilque sit detrahendum, isto casu
13 assumunt partem actorum, † proindeque
tenẽtur probare negatiuam, super quà se fun-
dant *l.1.vbi Bartol., ff. de except. idem Bartol. cons.*
94., & in l. alter, versic. nunc quero C. de probat.
Crauett. consil.1. col.final. vol.1. Gratian. cap.256.
numer.27.

14 Adductæ vero alienationes † factæ ab Au-
thoribus hæredis non sunt attendendæ, cum
non conueniant huic disputationi & tãquam
requirentes altiorem indaginem ad petitoriũ
sunt reijciendæ *Duran.dec.269. in fine Rot. decis.*
317.num.3.part.6.recent., & in Senogallien. Succes-
sionis 29. Ianuarij 1652., §. fideicommissi vero excep-
tio coram Eminentiss. Corrado.

Præterea possessio omnimodo auocanda
venit à dd. fideicommissarijs, & hæredi resti-
tuenda ex capite excessiuitatis, cum non so-
lum Immissionem obtinuerint ad bona fidei
commissaria, Verùm etiam propria Francis-
ci Mariæ, & præcipuè mobilia, & animalia,
15 ideoque † cum excessus versetur tam circa
Iudicis mandatum, quam executionem, hæc
tanquam indiuidua venit in totum retractã-
da *Grat.cap.960.num.44. Gregor.dec.485. num.14.*
Buratt.dec.91. num.5.

Et ita vtraque parte informante fuit reso-
lutum, &c.

R. P. D. BEVILAQVA:

Gerundẽ Exemptionis.

Luna 25. Iunij 1663.

ARGVMENTVM:

Bona Ecclesiasticorum non possunt vllo mod-
gabellis sæcularibus grauari, cum actus sit Iu-
risdictionis, qui solum ligat sibi subiectos
Immemorabilis ad hoc omnino reijcitur tã-
quam à Sacris Canonibus reprobata, cum
debeant Clerici in sua immunitate manute-
neri.

SVMMARIVM.

1 *Bona Eccleſiaſtica ſunt immunia ab oneribus per communitates & Dominos ſeculares imponi ſolitis.*
2 *Gabellarum impoſitio eſt actus iuriſdictionis, qui ſupportari debet à ſubditis imponentis.*
3 *Eccleſiaſtici non ſubſunt laicis, nec illorum ſtatutis ligantur.*
4 *Eccleſiaſticis onera non poſſunt imponi à Domino laico.*
5 *Gabella non imponuntur Eccleſiaſticis pro rebus, & bonis ad vſum proprium, in quibus ipſi ſunt immunes.*
Sed nec pro illis rebus, quæ traducuntur pro vſu ſuæ familiæ, & aliorum Eccleſiæ miniſtrorum & num. 6.
7 *Gabellas exigere ab Eccleſiaſticis tentantes excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini omnem contrariam conſuetudinem annullante.*
8 *Eccleſiaſticis permittitur fructus ex eorum prædiis etiam patrimonialibus ad libitum vendere, aliſque ſolutione gabella per ciuitatem impoſita.*
9 *Vendens & emens cum ſint correlatiui ordinatio vnum comprehendens alterum quoque amplectitur.*
10 *Onus quod non poteſt imponi clericis, nec poteſt imponi cum illis contrahentibus.*
11 *Clerici non ſunt ad onera adſtringendi, ſed in iure, & libertate ſibi competentibus relinquendi.*
12 *Immemorabilis induci non poteſt, vt clerici & eorum bona grauentur.*
13 *Immemorabilis pro clericis grauandis tanquam irrationabilis, & à Canonibus improbata reijcitur.*
14 *Clerici non poſſunt cogi ad gabellas ſoluendas.*
15 *Clerici iurare debent, quod bona à gabellis per ipſos immunia prætenſa, ſua ſint, ad obuiandum detrimento gabellas imponentis & num. 17.*
16 *Clerici aſſenſus & Beneplacitum Apoſtolicum neceſſarium pro ſolutione oneris facienda domino ſæculari.*

DECISIO CL.

PRAETENDEBANT Iurati Ciuitatis Gerundeſi Reuerendiſſimum Epiſcopum, Capitulum, Canonicos, & Clerum, licet exiſtentes in poſſeſſione, vel quaſi habendi pro vſu proprio Furnum, Macellum, & Piſcariam vendendi frumentum ex ipſorũ bonis etiam patrimonialibus recollectis aſſeruandi niuem, & inter Eccleſiaſticos diſtribuendi teneri in aſportatione bonorum ad Vrbem, illa in ingreſſu, & egreſſu Oſtiario, & Officiali denunciare, libellum ab illis recipere, & gabellam deſuper impoſitam ſoluere, ſuper quibus omnibus & aliis Cleri exẽptionibus introducta cauſa in hoc Sacro Tribunali, & proponente me hodie dubium datum, an competat exemptio, & quomodo affirmatiue fuit reſolutum iuxta modum inferius exprimen.

Quandoquidem hæc eſt certa, & ab omnibus Theologis, & Canoniſtis, & Iuriſconſultis approbata propoſitio, quod bona † Eccleſiaſtica, quæ non ſunt cum aliorum bonis 1 commixta, ſed apud Clericos ſeparabilia ab aliis exiſtunt & poſſidentur ſunt immunia, & libera ab oneribus & Gabellis per Communitates, & alios Dominos ſæculares impoſitis, vt habetur *in cap. non minus 4. & cap. aduerſus 7. de Immunit. Eccleſ. cap. 1. & cap. 3. eodem tit. in 6. cap. tributum, & cap. ſecundum 23. quæſt. 8.*, quod etiã agnoſcendo Imperatores de ea agũt *in l. ſancimus 20. C. de Sacroſ. Eccleſ. & in Authentica Item nulla Communitas, C. de Epiſcop. & Cleric. Burſatt. conſ. 42. num. 19. lib. 1. Rolland. à Valle conſ. 71. num. 7. lib. 4. Suarez in tract. de defenſ. fidei lib. 4. cap. 20. 21. & 25. modern. Carpen. contro. 103. num. 7.*, & ſæpius articulo diſcuſſo reſpondit *Rot. vt coram bon. mem. Merlin. dec. 902. num. 1.* inter eius impreſſ. *in Barchinonen. exemptionis coram Coccin. in recent. dec. 159. num. 1. part. 7. confirmata coram Eminentiſſimo Cardinali Corrado, vt in dec. 412. num. 1. & 36. cum ſeqq. part. 9. tom. 2. in Hydruntina Exemptionis 24. May 1658.*, §. *ſiquidem, & §. finali coram R. P. D. meo Celſo* ea ratio-2 ne, quia ſubire onera, † quæ imponuntur pro rebus vt ſunt gabellæ per magiſtratus & conſules laicos pertinet ad illos, qui ſunt eorundem omninò ſubiecti, cum ſit actus iuriſdictionis *l. libertus, §. ſolo & ibi Bartol., ff. ad municip. Rald. in l. omnes col. 2. verſ. ſpecialis autem, C. ſi ſine conſ. & in l. data opera, C. de his qui accuſar. non poſſunt Alex. conſ. 78. ſub num. 8. lib. 6.*, Cumque 3 Eccleſiaſtici † non ſubſint laicis, nec eorum Conſtitutionibus & Statutis ligentur, vt notant communiter DD. *in cap. Eccleſ. S. Mariæ, & præcipuè Abb. num. 25. de Conſtit. Surd. conſ. 301. num. 12. Honded. conſ. 3. num. 11. & 23. lib. 1. Marc. Anton. Maceraten. var. reſolut. lib. 1. reſolut. 88. à num. 20.*, non poſſunt eis † onera imponi, nec 4 collectari *ad text. in d. Authentica Item nulla Ciuitas C. de Epiſcop., & Cleric. Bartol. in l. reſcripto, §. final., ff. de mun. & honor. Abb. in cap. ſi diligenti num. 36. de præſcript. Marc. Anton. Maceraten. reſolut. 88. num. 2. cum ſeqq.*, & non ſolum † pro re-5 bus, & bonis ad vſum proprium, & pro eorum neceſſitatibus, & commoditatibus in quibus omnes ſunt immunes *Cardinalis in Clementina præſenti de cenſibus Bertachin. de Gabell. in 7. part. quæſt. 7. vol. 1. Ruin. conſ. 112. nu. 6. lib. 5. Rolland. à Valle dicta conſ. 71. num. 21. Bellett. diſquiſit. Clerical. part. 1. tit. de exempt. Cleric. & eorundem* 6 *bonorum, §. 6. nu. 6., & alij prædallegati*, ſed † nec etiam pro illis rebus, quæ emuntur, & traducuntur pro vſu ſuæ familiæ, & aliorum Eccleſiæ, ac Capituli Officialium, & miniſtrorum *Bellett. ibid. Rolland., eod. conſ. 71. num. 16. in fine Sanchez conſ. moral. lib. 2. cap. 4. nu. 44. Graſſ. de Effect. Clerical. effect. 1. numer. 150. verſ. quo vero ad ſuos*, Adcout huiuſmodi gabellas ab illis exi-7 gere † tentantes præbent cauſam, vt lædatur immunitas Eccleſiaſtica, & ob id incidant in ſententiam excommunicationis contentam in Bulla Cœnæ Domini annullante vlterius omnem contrariam conſuetudinem, vt *in §. 15. & 18., ſicuti aduertunt idem Sanchez conſ. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 4. conſ. 92. in princ., & latè reſponſum fuit in practicatis deciſionibus 902. num. 3. bon. mem. Merlin., & in recent. deciſ. 159. num. 2. part. 7. & 412. numer. 7. par. 9.*

Qua

3 Qua immunitate posita permissum † est Ecclesiasticis ipsorum bona frumentum, vinum aliosque fructus & redditus ex eorum prædiis etiam patrimonialibus prouenientes ad eorum libitum in mensura magna, & vt dicitur ad grossum, vel minutatim vendere, vel per alios vendi facere absque alia solutione gabellæ per Ciuitatem impositæ, & non attenta prohibitione venditionis sine licentia *Cin. & Bald. in l. 2. C. de Episcopis & Clericis consil. 12. in primo dubio Abb. conf. lib. 1. Rolland. in mox citato consil. 71. nu. 7. lib. 4. Barbos. de vniuers. Iur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 1. num. 34. Gutierez Canon. quæst. lib. 2. cap. 4. numer. 73. Mart. de Iurisd. part. 4. cap. 83. num. 1. Bellett. vbi proxime Marc. Anton. Ianuen. in praxi Cur. Archiep. Neapolitan. cap. 62. num. 7. & 8. Modern. Panormitan. resolut. moral. titul. de Immunit. Eccles. resolut. 52. versic. restat.*

Et hæc quoque procedunt vbi Gabella non esset imposita super frumento, vino, & aliis fructibus, nec venditori illorum, sed emptori, cogendo illum ad hanc solutionem, 9 nam cum vendens † & emens sint correlatiui, ordinatio vel Statutum vnum comprehẽdens, alterum quoque amplectitur *Gratian. discept. 190. numer. 1. & seqq.* sicque grauato emptore ad huiusmodi onus indirecte grauantur etiam Clerici, qui tanto minus arctantur ad vendendum bona, quantum est illud 10 onus gabellæ, vnde † onus quod non valet imponi Clericis, nec potest imponi contrahentibus cum illis, vt in specie dicunt *Bald. cons. 31. nu. 2. vers. nam una onus gabella lib. 1. Dec. cons. 48. sub numer. 4. vers. tercio principaliter Surd. cons. 291. numer. 80. Peregrin. de Iur. fisc. lib. 6. tit. 5. num. 25. in fine*, vbi, quod ita de facto practicatum vidit *Cyriac. controu. 141. numer. 62. Ladrech. cons. 103. num. 25. Mantell. cons. 8. numer. 16. & 17. Gratian. in dicta discept. 190. per tot., & signanter num. 5. 6. & 16. Castropal. punct. 9. num. 10. Modernus Panor. part. 1. resolut. 48. vers. At his non obstantibus, & part. 4. dicta resolut. 52. vers. 2. probatur & versic. dicendum Farrea decis. 112. numer. 36., & alij quos congerit Io. Baptista Spad. consil. 129. numer. 1. cum seqq. lib. 1. Rot. dict. decis. 412. numer. 20. cum seqq. part. 9.*

Nec dicatur, quod ad euitandas fraudes in locorum præiudicium Clerici immunitate gaudere vólentes in asportatione bonorum de loco ad locum per se, vel suos famulos facienda sint adstricti illa Officiali ad id deputato denunciare, & ab eo Libellum, vt vulgo dicitur *poliza de franquesa* accipere, quia laici per huiusmodi Ordinationes, quas velint ad Clericos extendi excedunt limites Iurisdictionis, ex quo onus illis imponitur, vnde fit, vt sub hoc prætextu non sint ad id adstrin- 11 gendi, nam (sat est † ad hunc effectum, vt quouis modo reddantur timidiores in exercitio Iuris & libertatis, sibi competentis, vt auctoritatibus cumulatis responsum fuit *in d. dec. 412. part. 9. tom. 2. recentiu. numer. 21. cum seqq.* non attenta quacunque consuetudine in cõ- 12 trarium, quæ posset allegari, quia † nullo temporis interuallo immemorabilis induci potest, vt Clerici eorumque bona grauentur, 13 sed tanquam † irrationabilis, & a Canonibus improbata reiicitur *cap. nouerit de sentent. excommunic. cap. quamquam, §. cum igitur de vsur. in 6. Calued. quæst. Canon. quæst. 4. num. 7. Castropal. tract. de reuerent. debit. Eccles. disput. vnic. punct. 12. Rot. in dict. decis. 9. num. 4. & seq. par. 7. recent.*

8 Respectu autem bonorũ inseparabilium, vt sunt venalia penès venditores existẽ, hoc est panis, carnes & alia pro vsu humano necessaria, idem firmatum fuit, si illis imponatur 14 gabella, ad † eam enim soluendam minime cogi possint nixta magis veram, & communem sententiam, quam sequitur *Navarr. in manuali cap. 16. num. 203. versic. fogatus Gratian. d. cap. 390. num. 16. Barbos. de Iur. Eccles. cap. 39. §. 5. num. 12., & de casu articulo responsum fuit in sapius citata decis. 159. numer. 8. part. 7. & 412. à dicto nu. 21. part. 9.*

Circa vero modum quo istæ exemptiones sint practicandæ ad obuiandum fraudi, & detrimento Ciuitatis, quod inferri posset in traductione bonorum de loco ad locum, & in ingressu & egressu Dominis visum fuit seruandum esse traditum cum omnibus dispositis in supradictis *dec. 159. numer. 15. vsque ad finem & 412. à num. 60. pariter vsque ad fin.*, quod si oriatur aliqua cõtrouersia inter Ciuitatem, & Clerum super bonis separabilibus, an sint propria, vel causa negotiationis empta, stan- 1 dum sit iuramento Clericorum, quod res quas defert suæ sint, & ad suum vsum inser- 15 uiant, vt hoc temperamentum admittunt *gloss. in Clement. præsenti verbo negotiandi de Cens. Geminian. dicto cap. quamquam num. 45. col. tit. in 6. Abb. in cap. ex parte n. 3. in primo post. de priuileg. Ferret. de Gabell. num. 172. & 209. Grass. de effect. Clericam effect. 3. nu. 258. Barbos. de Offic. & Potest. Episcop. alleg. 13. numer. 18. Sperell. decis. 12. num. 64.* Et quoad inseparabilia, vt gabellam soluentibus, id totum in fine anni pecuniæ compensatione emendetur, & reficiatur, præ- 16 uiis tantum † Clerici assensu, & beneplacito Apostolico sicuti in plurib⁹ locis id vsu receptum esse testatur *Azor. Instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 11. num. 5. priuileg.*, & quæstio si quæ 17 in hoc quoque nasci contingat † simili iuramento coram Iudice Ecclesiastico præstando dirimatur, vt tradit *Ferret. de gabell. n. 174.*

Et ita Episcopo Capitulo, & Clero tantum informantibus fuit modo, quo supra resolutum Exemptionem eis competere.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO, nunc S. R. Eccles. Cardinali.

Leodien Bonorum.

Lunæ 25. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Clausula reuersiua in pactis dotalibus apposita ad fauorem proximiorum sub conditione deficientiæ liberorum ex consuetudine Leodiensi intelligi debet de liberis vtrique parenti superstitibus siue per orationem indefinitã siue per alternatiuam, & separatam concepta sit.

SIM-

SVMMARIVM.

1 *Conditio ſi ſine filijs ceſſat illis extantibus.*
2 *Conditio deficientiæ liberorum iuxta conſuetudinem Leodienſem verificatur in liberis vtrique coniugi ſuperſtitibus.*
Amplia, vt num.7.
Alias non ſuper exiſtentibus vtrique non faciunt deficere conditionem, & habentur ſi nati non fuiſſent & num.3.
4 *Conditio relata ad tempus mortis alterius ex coniugibus facit quod ſufficiat liberos alteri ex illis ſuperuixiſſe.*
5 *Teſtes vti viri graues & Aduocati deponentes de praxi informati reputantur de conſuetudine.*
6 *Teſtibus illis creditur de conſuetudine deponentibus quibus ſeruandæ conſuetudinis onus incumbit.*
8 *Præſcriptio per lapſum magni temporis inducitur.*
9 *Præſcriptio debet eſſe legitima cum ſuis requiſitis ad probandam conſuetudinem Iuri communi contrariam.*
10 *Obſeruantia interpretatiua non indiget præſcriptione.*
11 *Conſuetudo ſolum locum habet ab inteſtato.*
12 *Donator non poteſt ſuper bonis donatis aliter diſponendo præiudicium inferre illi, cui ius præſtitum eſt.*

DECISIO CII.

CORAM bon. mem. Bichio reſolutum fuit 2. Maij 1653. * bona per Gaſparem donata Corrado filio occaſione matrimonij cum Alcide contrahendi ſpectare ad filios eiuſdem Alcidis ſuſceptos ex ſecundo matrimonio, non autem ad proximiores Donantis vocatos ſub conditione obitus alterius ex
1 coniugibus ſine filijs, ea ratione, quia † cum Conradus Donatarius obierit cum filio expirauit conditio, & pactum adiectum in donatione ad fauorem proximiorum iuxtà *Conſ. Oldr.* 21., quæ reſolutio fuit confirmata die 5. Iulij 1655. coram eodem, non obſtante, quod pro parte proximiorum fuiſſet allegata conſuetudo Ciuitatis Leodij, iuxta quam filij non faciunt deficere conditionem, niſi vtrique Parenti ſuperuiuant; Nam dictum fuit, Conſuetudinem præfatam habere locũ in pacto reuerſiuo ſub indeterminata conditione deficientiæ liberorum, ſecus verò vbi fuit concepta alternatiua prout in propoſito caſu verùm conceſſa remiſſoria expeditis litteris remiſſorialibus, & illarum vigore factis in partibus nouis probationibus ad effectum oſtendeñ conſuetudinem ſeruari in quibuſcumque pactis quouis modo conceptis, hodie in eius locum ſubrogatus dubitaut, An ſit ſtandum, vel recedeñ à decriis, & pro receſſu Domini reſponderunt.

Etenim attenta particulari conſuetudine Ciuitatis Leodij, vbi in pactis dotalibus apponitur clauſula reuerſiua fauore proximiorũ ſub conditione deficientiæ liberorum hæc
2 conditio † verificatur duntaxat in liberis vtri-
3 que coniugi ſuperſtitibus, alias † illis non ſuperextantibus vtrique prout hic, dum Alcides filia deceſſit ante matrem, habentur ac ſi non eſſent nati, & non faciunt deficere conditionem, vt ex tenore dictæ conſuetudinis relata in Summario Hermanni *num.*4. de qua teſtatur *Modern. Carol. Mean. obſeruat.*75. *part.*1. *num.*4. *illamque admiſit Rot. in hac cauſa dicta* decis. 5. *Iulij* 1655. §. *ſed quicquid ſit*.

Et licet in propoſitum pactum reuerſiuum contineat alternatiuam, ibi, *ſi contingeret ex his duabus perſonis nempe ſponſum, vel ſponſum mori nullis legitimis prolibus, &c.* & proinde attenta
4 conditione, † relata ad tempus mortis alterius ex coniugibus nõ requiratur copulatiuè, quod liberi ſuperuiuant Patri, & Matri ſed ſufficiat alteri ex illis ſuperuixiſſe *per Text. in l. filius familias* 118. §. *cum quis, ff. de leg.* 1.

Attamen hodie videtur remoueri obiectũ; Tum ex teſtium depoſitionibus *dicto Summario num.*6., Tum & ex atteſtationibus Scabinorũ collegialiter factis, & aliorum Iudicum Conſilij Ordinarij Principatus Leodienſ., qui omnes dicunt, clauſulam reuerſiuam in pactis dotalibus appoſitam ad fauorem proximiorum ſub conditione deficientiæ liberorum intelligi de liberis ſuperſtitibus vtrique Parenti ſiue concepta ſit per orationem indefinitam, & coniunctiuam, *ſi coniuges ſine liberis deceſſerint*, ſiue potiùs fuerit expreſſa per alternatiuam, & ſeparatam orationem nempè, *ſi vnus, aut alter coniugum deceſſerit ſine liberis*; Teſtes enim
5 cum ſint † viri graues, & Aduocati Curiæ Leodienſ, ac deponant ita vidiſſe practicari, & obſeruari à 30., & 40. annis hoc caſu videntur ſufficientes tanquam de dicta conſuetudine verſimiliter informati *Bart. in l. de quibus num.*23. *ff. de leg.* 1. *Decian. conſ.*51. *nu.*8. *lib.*2. *Rot. deciſ.*119. *num.*11. *par.*6. *recent.*

Et plurimum faciunt atteſtationes dd. Scabinorum, & Conſiliariorum, qui pariter deponunt audiuiſſe, & vidiſſe ab Anteceſſoribus hoc modo practicari, ipſoſque iudicaſſe ab
6 annis 20. & 30. illis † namque videtur deferendum, quibus præcipua cura ſeruandæ dictæ conſuetudinis incumbit, vt tradit dictus *Modern. obſeruat.*55. *num.*2, & *in ſpecie dixit Rota coram Card. Caual. deciſ.*497. *num.*6. *verſ. Accedebat præmiſſis Duran. deciſ.*127. *ſub num.*3., & *deciſ.*22. *num.*3. *circa med. part.*4. *recent.*

Et congruit ratio adducta per dd. Scabinos, & Conſiliarios, quod, ſcilicet, ſimilia pacta reuerſiua ad fauorem proximiorum non apponuntur ad præiudicandum filijs in ſua proprietate, vt vocant conſuetudinaria, quam acquirunt per mortem vtrius ex parentibus, quæ tamen proprietas dicitur ſolummodo in ſpe, quatenus, ſcilicèt, liberi vtrique Parenti ſuperuiuant, quia alias illis præmorientibus habentur, ac ſi nunquam extitiſſent tanquam flores ſine fructu, ſed ſolum apponuntur ad impediẽdum ius connubij, cuius vigore omnia bona coniugis defuncti abſque liberis vtrique ſuperuenientibus plenè, & liberè alteri
7 Coniugi ſuperſtiti acquiruntur, quæ † ratio eqùe bene procedit ſiue pactum ſit conceptũ ſub conditione, & clauſula copulatiua, & indefinita, ſiue potiùs alternatiua & diſiunctiua

ctiua, vt latè comprobat dictus *Modern. in dicta obseruat. 75. num. 2. vers. sed an hic articulus*.

Non obstant contrariæ attestationes Scabinorum de annis 1595. & 1646. datæ in Summario Guillelmi *numer. 3.* Illa enim de anno 1646. est simplex consultum particulare aliquorum, quod non debet attendi in concursu alterius attestationis Collegialiter factæ ad instantiam Iudicis remissorialis; Altera verò anni 1595. hodie non debet allegari, dum ex præfatis patet abinde citra semper aliter
8 fuisse iudicatum, cum† per lapsum tanti temporis fuerit inducta præscriptio *cap. fin. de consuetud.*

9 Sicut etiam non obstat, quod ad†probandã consuetudinem Iuri communi contrariam præscriptio debeat esse legitima cum suis requisitis.

Etenim hodie non agitur de inducenda de nouo consuetudine Iuri communi contraria, sed duntaxat de Iuris consuetudinarij præexi-
10 stentis † obseruantia interpretatiua, quæ non indiget præscriptione *Rota coram Crescen. decis. 1. de constit. cum allegatis in decis. 419. num. 6. par. 1. & decis. 287. in fin. & decis. 316. numer. 15. & seqq.*

Deniq; non releuat, quod Gaspar post donationem cõfecerit secundum testamentum disponendo de bonis donatis & proindè cessare
11 videatur consuetudo, † quæ solummodò habet locum ab intestato iuxtà decisionem *Card. Caudet. 577. numer. 5. vers. Ad consuetudinem*.

Siquidem in casu dictæ decisionis nõ aderat præcedens donatio irreuocabilis, prout hic, ad fauorem proximiorum, quibus cum
12 fuisset Ius quæsitum super bonis donatis non poterat amplius Gaspar aliter disponendo eisdem præiudicare, vt admittitur in decisione huius causæ super remissoria 28. Aprilis 1656. §. *penult. in fin.*

Et ita vtraque, &c.

Decisio hæc est inter impressas eiusdem Bichy decisio 555.

R. P. D. LEONE VEROSPIO
Bononien. Primogenituræ de Luparis.

Lunæ 25. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Primogenituræ duæ cum onere assumendi Insignia, & arma Testatoris cum prohibitione alia retinendi non possunt in vno Primogenito relidere vti incompatibiles, vnde stante impotentia hæredis, & incompatibilitate censetur factus locus substitutioni.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus duas inter se incompatibiles primogenituras retinere non potest.*

2 *Primogenitus declarans se dimittere velle alteram ex incompatibilibus primogenituris facit primogenituram purificatam ad fauorem substituti.*

3 *Incompatibilitas ex sui natura priuationem inducit.*

4 *Hæres contraueniendo præcepto Testatoris, seu illud explere nequiens, ne testatoris ordinatio eludatur, debet puniri.*

5 *Hæredis impotentia, seu contrauentio facit purificatam substitutionem ad fauorem alterius in casu linea extincta à testatore vocati.*

6 *Casus incompatibilitatis ad instar mortis reputatur.*

7 *Hæres insignia, & arma priuatiuè vnius assumens si alia accipiat præcepto posteriori contrauenisse censetur.*

8 *Hæredis existentia onus sibi iniunctum explere non valentis apertionem substitutionis impedire nequit.*

9 *in Dispositione conditionali factum nullum, & sola hæredis existentia ad exclusionem substituti inspicitur.*

Quod declara, vt num. 10.

11 *Spes sobolis per institutum procreanda expressè à Testatore vocata purificationem substitutionis videtur excludere.*

Declara tamen, vt num. 12. & 13.

Amplia, vt num. 14.

15 *Primogenitura incompatibilis debet substituto deferri, & si irreuocabiliter instituto censeatur delata post filios acceptos inspici debet.*

16 *Confessioni instituti in primogenitura de incompatibilitate eiusdem primogenitura facta plurimum defertur.*

DECISIO CIII.

MATTHEVS Luparus primogenitură in fauorem Eneæ Magnani ex Gentile Sorore Nepotis, nec non ex eo descendentiũ sub ea lege instituerat, vt propriæ familiæ nomine, ac stemmate dimisso vila absq; mixtura nomen, & arma ipsius Testatoris tenerentur assumere. Linea verò Gentilis extincta, eandemmet primogenituram Marco-Antonio Luparo, nec non descendentibus ab ipso deferri mandauit. Cum verò Marchio Eneas Iunior de Magnanis prædictæ Primogenituræ possessor alteram omninò incompatibilem cõsecutus fuerit à Laurentio Magnano, eo sub onere instituta, vt nequirent Primogeniti vtramque retinere, sed alteram à Matheo erectam tenerentur omninò dimittere; Ioannes proinde Luparus à Marco-Antonio proueniens, ipsoque præmortuo eiusdem filius coram Iudice de partibus iudicium immissionis instituit à cuius sententia delata mihi causa super vtriusque partis bono Iure dubium hodie propositi in Lupari fauorem à DD. resolutum.

Etenim dum vtraque Primogenitura vocatis onus attribuit gestandi insignia, & nomen Testatorum vlla absque alterius nomi-
2 nis commixtione, ac Stemmatis fœdem proindè vti inter se pugnantes, ac incompatibiles in Marchione nequeunt eodem tempore relidere, sed alteram ex ijs ipse compellitur relaxare, vt tradit *Molin. de primog. lib. 2. quæst. 14 num. 26. & 27. Thesaur. decis. 270. numer. 9. vers. & hoc*

Dic

hoc nisi expressim, & num.13. Gratian. discept.for. cap.645.num.17. Mieres de Maiorit.par 2. quæst.4. illation.8.num.100. Lar.tract.de vit.human.cap.13. numer.40. Noeping de vir.insign.& arm.cap.8.§.4. membr.1.num.379. ac seqq. Barry de success.lib.17. tit.17.nu.7.vers.n.si iussus .

Quinimò dum idemmet Marchio pulsatus à Luparo declarauit expresè se Iure , ac commodo primogenituræ per Laurentium institutæ, velle potiri, alteram verò dimittere , quoties ad id posset de Iure compelli ex
2 hac animi † declaratione Matthei primogenitura in fauorem Lupari aperta censetur, vt admittit *Molin. de primogenit.lib.2. ad d.cap.14. nu.26.vers.ideoque Thesaur.Iun. quæst.forens.lib.1. quæst.34.numer.3. vers. multique sunt , & num.21. cum seqq.Fusar.conf.175.nu.17. Altograd.conf.101 numer.14. cum seqq.lib.2.Larr.decis.Granaten.51. num.31.cum seqq.*

Hinc non vrget, quod à Matthei testamẽto pœna priuationis expressim contraueniẽti irrogata non fuerit; Præterquam † enim
3 onus præfatum assumẽdi nomen, & insignia perspecta incompatibilitate , priuationem ex
4 sui natura inducit quoties hæres † contrauenit præcepto Testatoris , seù illud vt in casu nostro nequeat explere , nè alias ordinatio hæc eluſoria omninò euadat , vt præter authoritates superiùs relatas, tradit *Christoph. de Paz.de tenut.cap.35.nu.11.& 12.cum seqq.& n.37. & 38.* Talis pœna priuationis in testamento Laurentij expressa irrogata conuincitur ibidem vocatis ordinantis dimissionem Primogenituræ à Mattheo *institutæ*, in cuius executionem ad actum dimissionis, seù declarationis Marchio procesſit .

Ex qua ratione altera corruit obiectio exinde petita, quod Lupari dũtaxat vocati noſcuntur in casu quo Gentilis linea extincta foret, non autem quoties hęres præcepto testatoris non paruerit, perinde ac si donec degat Marchio in humanis, pntificata nequeat ſubſtitutio censeri.

5 Cum enim impotentia, † seù contrauentio hæredis priuationem inducat eadem proindè ſubſtitutionem operatur ad fauorem alterius in casu lineæ extinctæ à Testatore vocati , vt innuunt auctoritates superiùs recensitæ , ac præsertim *Mieres de maiorit.par.2. qu.4. illat.8. num.40.& 44.Christoph.de Paz. de tenut.cap.14.à*
6 *num.14. vsque ad num.48.* vbi quod † casus hic incompatibilitatis debet mortis ad instar reputari, & tradit *Decian. conſ.4. num.5. & 6. &*
7 *num.13. cum seqq. vol.2.* Adeòque statim † ac Marchio Laurentij nomen, & arma priuatiuè assumpſit, Matthei præcepto contrauenisſe censetur , nec illius consequentèr existen-
8 tia, siuè ſin vim modi, siuè conditionis, onus iniunctum fuerit ſubſtitutionis apertionem valet impedire, vt tradit *Grat. conſ.5. num.77. & 78.lib.2.Pariſ.conſ.15.num.77.cum seqq.& conſil.19.num.50.& 51.cum seqq.lib.2. Molin.de primog.lib.2.cap.14.num.10.cum seqq. Peregrin.de fideicommiſſ.art.11.num.21. Thesaur Iun.qu.forenſ. lib.1.qu.34.num.22. Fusar.de ſubſtit.qu.412.nu.1. cum seqq. Rot. in Bononien. Domus 27. Nouembris 1658. in princ. vers. petita immiſſioni coram Reuerendiſs. D.meo Decano .*

9 Præterea licet in dispositione † conditionali factum nudum ex sola existentia hæredis ad exclusionem ſubſtituti inſpici consueuerit ad *text.in l.ſtatius florus 48. §.Cornelio ff. de Iur. fiſci l.qui hæred.44.in princ.& l.manius 14. ff. de condit.*
10 *& demonſtr.* Non admittitur † tamen addita conclusio , quoties testator de tempore delatæ hæreditatis alicuius implementum qualitatis exoptauerit in hærede , tunc enim deficiente in eo qualitate, ſucceſſio defertur ſubſtituto, vt notat *Cyriac.controu.Iur.478. nu.85. & controu.511.num.72.& 81.Rota in Bononien.fideicommiſſi de Barberijs 5. Decembris 1650.§.quoniam obiecta conclusio coràm Eminentiſs. D. Card. Corrado,& in Bonon.hæreditatis 20. Iunij 1659.§. nec applicantur coram R.P. D. meo Beuilaqua,& in Peruſina fideicommiſſi 13. Martij 1662..§. Præterquam coram me .*

11 Hinc paritèr obesſe non poterit † ſpes ſobolis per Marchionem procreandæ, quæ vti expresè à Testatore vocata ſubſtitutionis purificationem videtur excludere, iuxtà *text. in l.1.§. ſi quis proximior ff.vnde cognati,& in l.2.§. ſi verò apud hoſtes ff.ad Sen.Conſul.Tertull.Franc. deciſ.169.num.13. Rot.in Firmana fideicommiſſi 5. Martij præteriti in §.præterea coram Reu.P.D. meo Vicecomite* ; itaut interim Curator ſaltim uebeat bonis attribui *Decian.conſ.16.nu.95.vol.4. Cyriac.controu.iur.205.nu.85.cum seqq.*

12 Adducta liquidèm conclusio † locum dũtaxat in fideicommiſſis ſibi vendicare cõſue-
13 uit, non autem in primogenituris † admittitur, quę ex ſui natura, nec quid temporis momento vacare, ac in ſuſpenſo valent remanere, vt tradunt *Thesaur.Iun.qu.forenſ.lib.1.qu.34. num.24.in fine, & num.25.Molin.de primog. lib.3. cap.10.num.38. & seqq.Christoph.de Paz. de tenut. cap.34.num.22.Larr.deciſ.Granaten.51.num.52.* ac plenè discuſſo articulo respondit , *Rota in Tiburtina fideicommiſſi 27. Iunij 1640. §. fuit enim coram bo.mem. Card. Panzirolo, & in rec.dec.424. num.36.cum seqq.par.9.& in Bononien.fideicommiſſi de Barberijs 5. Decembris 1650. §. penultimo coràm Eminentiſs. D. meo Card.Corrado, & in Bononien. fideicommiſſi de Cattaneis 11. Decembris 1662. §. & hinc Domini ad finem coram R.P. D. meo Bour-*
14 *lemont,* præsertim quoties † voluntas Testatoris, vt in casu proposito ſuſpenſionis hæreditatis excluſiua concurrat, vt ponderat *Rota in Piſauren.Primogenituræ 16. Ianuarij 1651. §. ideò non ſufficit, coram Reuerendiſs. D. meo Decano ,* & in terminis fideicommiſſi quodque admittitur, *à dicta Firmana fideicommiſſi 5.Martij præteriti §.non obſtat cum seqq. coram R.P.D. meo Vicecomite .*

14 Adeòque donec naſcantur filij † debet Luparo primogenitura deferri, quibus ſucceſſiuè in lucem editis inſpiciendum erit , an cademmet primogenitura ipſi irreuocabilitèr delata censeatur, vt aliàs ſeruauit *Rot.dec.346. & 394.par.5.rec.*

In quam DD. sententiam eò faciliùs inclinarunt , quod quoties euenit vtriuſque pnrificatio primogenituræ in fauorem alterius ex

vocatis hæc de qua agitur vti cum altera incompatibilis expresse renunciata fuit, tali
15 quippè † obseruationi plurimum debet in propositio casu deferri, vt tradit *Surd.cons.403 nu.15. Cephal.cons.251.nu.89.& 90.lib.2. Gamma decis.346.numer.1. Mieres.de Maiorit.par.4.qu.20. num.314. Rot.decis.185.num.4.par.1. & dec.424. in fine par.9.recent.*

Ex vtriusque verò inspectione testamenti apertè conuincitur, quod præceptum assumendi nomen, ac arma, onus, non autem consilium simplex, vt contenditur exaduerso præsefert.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

Reatina Castrorum.

Mercurij 27. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Collitiganti suffragatur nullitas quoties eadem causa defensionis competit. Præiudicium omissæ citationis quando non possit allegari. Iudicium quando benè prosequutum censeatur.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas sententiæ respectu minorum reddit sententiam nullam etiam quoad non minores ob connexionem iurium.*
2 *Nullitas sententiæ non inducitur quando apparet minori nullas legitimas defensiones competisse.*
3 *Collitigans vt iuuari possit nullitate collitigantis necessaria est eadem causa defensionis.*
4 *Appellatio ab vno ex collitigantibus interposita iuuat alios quando causa defensionis non est distincta*
5 *Res iudicata potest valere respectu vnius personæ non respectu alterius.*
6 *Sententiæ capita tot censentur, quot sunt personæ.*
7 *Possessor semper venit citandus.*
8 *Possessione non probata non potest allegari præiudicium amissæ citationis.*
9 *Sententia, & mandatum si potest exequi super portione citati absque eo quod præiudicetur portioni non citati, valet processus respectu citati.*
10 *Rota non attendit nullitatem sententiarum si iustæ sint, nec validitatem, si iniustæ estendantur.*
11 *Nullitates non audiuntur à Senatu Neapolitano, nisi appareat aliqua causa circa ipsius meritu.*
12 *De nullitate antequam de iustitia, & negotio principali cognoscatur, cognosci debet, si nullitas proueniat ex defectibus insanabilibus Iurisdictionis citationis, & mandati, & num.13.*
14 *Iudicium legitimè prosequitur cum procuratore constituto cum promissione de rato.*
15 *Sententia lata à Iudicibus reuocatis est nulla.*
16 *Sententia nulla defectu mandati potest confirmari.*

DECISIO CIV.

PROPOSITO dubio, an sententia annullans sententiam sit confirmanda, uel infirmanda DD. infirmandam esse dixerunt, ex historia facti in hac ipsa *Reatina Castrorum ex-*

plicata 9. Iunii 1659. coram R.P.D. nunc Priolo: Quamuis enim tunc in dicta decisione sententia pro Tancrede dicta fuisset nulla pro Thoma sicuti etiam 14. *Aprilis* 1660. *coram eodem*, & postmodum pronunciatum non citatis Angelo, & Octauio antea admissis, & citatis ad causam pro omni eorum iure, & interesse à Tancrede, & tamen collitigantibus, quin etiam exclusis, & condemnatis in sententia sine citatione, & maximè sine curatore minorum, iuxta *dd. decisiones, & prima in §. defuit autem validitas, & secunda §. nullitas etiam.*

1 Et quamuis † nullitas respectu minorum reddat sententiam nullam etiam quoad non minores ob connexionem iurium *Rot. coram Eminentiss. Card. Otthob. decis.170.nu.24.* & nullitas respectu non citatorum operatur etiam quoad citatos *Rot.decis.429.nu.5.par.9.cum aliis d.prima decis.§.& frustra.*

Nihilominus quia pluribus decisionibus, ac duabus sententiis nullum Ius visum est cõpetere Angelo, & Octauio ad contreuersa Castra admisso etiam in Constitutione ipsorum Procuratoris deficiant necessariæ solemnitates, ne dictæ sententiæ tàm graui damno Tancredis Victoris, qui teneretur nouas impensas subire instituendo nouum Iudicium, reddantur inutiles, ideò placuit aliquibus ex Dominis obiectam nullitatem non esse attendendam, & consequenter sententiã latam super nullitate esse infirmandam, eo magis quia Procurator constitutus non videtur defuisse patrocinio cautæ, deducẽdo omnia, quæ deduci potuissent, si solemnitèr fuisset constitutus secundum communem limitationem, quando notoriè constat ex actis,
2 nullas † minori legitimas defensiones competisse *Rota coram Ludouis.decis.43.numer.9.cum ibi adnot.num.19.& decis.435.nu.6.& 7. cum aliis adnot. ad Buratt.decis.440.num.9. & Ridolphin.in praxi cap.2.num.85.par.2.*

Aliquibus verò ex iisdẽ DD. ex alia ratione visum est defectum citationis minorum non posse suffragari Thomæ collitiganti, quia minores venerunt ad causam nedum contra Tancredem, sed etiam contra Thomam pro obtinenda portione Patris, ius distinctum habentes præcipuè quod respectu dictorum minorum etiam Thomas est reus, & illi actores, & ad hoc vt possit † Collitigans iuuari
3 nullitate collitigantis necessaria est eadẽ causa defensionis.

Cum enim in casu nostro sit distincta, ideò defectus citationis Thomam iuuare non po-
4 test sicuti appellatio ab vno † ex collitigantibus interposita non iuuat alios, quando causæ defensionis essent distinctæ, secundùm *Guidopap. Lancellott. & Rot.decis.183.ad fin.par.2. recent. Adden. ad Buratt. decis.315.ad fin. & sunt*
5 *text.in l.1.& 2.C.si vnus plurium appell.* † nec est nouum, quod res iudicata valeat respectu alterius, inquit *Bald.ad Auth.si omnes C.si minor ab hared.se abstin.num.13.vers.nec est nouum*, & repetit *Felin.in cap.cum inter de senten.& reindic. & Ienim idcirco 43. in princ. ff.de iudic.* & collecta

distin-

distinctione quando causæ sunt separabiles, benè *Rot.decis.451.sub nu.7.par.2.recent. & dicta decis.601.sub num.11.tom.3.par.4.recent.& coram Coccin.decis.45.n.4.& 5.& coram Ludouis.dec.467 num.2.& 3. Adden.ad eundem decis.319. ad finem*, & est præclarum consilium super puncto *Roman.conſ.410.per tot.* Tot † enim censentur capita sententiæ quot sunt personæ, vt benè declarat *Giurb.* & confirmat *Rota coram Coccin. dec.45.ad fin.& coram Seraph.dec.337.nu.5.*

6

Non obstante forte possessione Angeli, & Octauij, † qui vti possessores citandi erant *Rota decis.549.num.2. par.4.rec.* quia primum ex facto nõ probatur quod possiderent, quod

7 8 est fundamentum prejudicij † omissæ citationis, & respondit *Rot.d.decis.594.num.3.* Deinde respondetur ex iure, cum agatur de sententia, & executione pro parte Tancredis, respectu portionis Thomæ legitimè † citati in

9 bonis per eum possessis, potuit vtique fieri exequutio absque eo quod prejudicium inferatur Angelo, & Octauio, *ad Rotam decis.456. num.6.par.4.rec. Adden.ad Ludouis. decis.319.n.7. vers.si tamen sententia.*

Et aliquis ex DD. obseruauit nullitatem sententiæ vna cum meritis causæ esse diffinitè-

10 dam, & sicuti Rota † non attendit nullitatem sententiarum si iustæ sint, ità nec validitatem si iniustæ demonstrantur, prout Sena-

11 tus † Neapolitanus nullitates non audit, nisi aliqua apparente causa circa ipsius merita, vt apud *Gramat. & postea Giurb.decis.70.numer.12.* & de aliis Senatibus refert *Ciriac contron.416. num.29.*

Et licet aliquis opponat de nullitate, &

12 prius instet de illa cognosci † antequam de iustitia, & negocio principali cognoscatur tunc parte opponente debet de illa cognosce-

13 re, vt apud *Ridolphin.in praxi cap.13. num.275.* & *276.par.1.* præsertim si nullitas † proueniat ex tribus defectibus Iurisdictionis citationis, & mandati insanabilibus, & in specie citationis *Ridolphin.d.cap.13.num.348.& cap.vlt.n.109 par.2.Capnce.maior.prax.cap.2.nu.66.par.1.Grammat.decis.19.num.15.Rota coram Cæsar.de Graff.de de sent.& reiudic.decis.11.num.2.& 3. alias* 104.

Attamen dicta nullitas in specie citationis clarè non demonstrabatur, & maximè quod

14 Angelus, & Octauius † extra districtum Vrbis Procuratorem constituerũt cum promissione de rato, & cum iuramento *ad Auth. Sacramenta C.si aduersus venditionem*, itaut potuerit Iudicium prosequi legitimè cum d. Procuratore constituto, in puncto post alios *Guidopap. Boer.& Franch.* concludit Senatus *Dolan. apud.Grivell.decis.39. Senat. Catalon.apud Fontanell.decis.176.num.15.Rot.Marchiæ apud Gratian. decis.73.num.9.* quasi quod etiam, quoad Angelum, & Octauium non adsit defectus totalis citationis, inquit *Rota coram Buratt.dec.849 num.4.* & specialiter fuisse confirmatam sen-

15 tentiam à Rota etiam latam † a Iudicibus reuocatis, ideoq; nullam refert *Ferret. conſ.396. nu.1.vers.non omittam, & est decis.116.lib.1.par.3 diuers* & amplius sententiam nullam defectu Iurisdictionis, refert *Vinian.decis.331.num.2.&*

defectu mandati *Rot.decis.152.* tom. *Sarmiento*, & referente *Vinian.d.dec. 331.num.2. vers.& sic*

16 & de sententia nulla † defectu mandati, & Iudicis post reuocationem, seù forte recusationem fuisse confirmatam, testatur *Rota decis.116.lib.1.par.3.diuers.* Vndè DD. concorditèr dubium resoluerunt nullitatem obiectã cessare stante bono Iure Tancredis ex duabus sententijs Rotalibus canonizato, & d. sententiam esse reuocandam, vt supra.

Et ità vna tantùm parte informante, altera tamen sæpiùs citata &c.

Fuit recessum ab hac dec. sub die 27. Iunij 1664. erit infra suo loco.

R. P. D. VICECOMITE,

Postea S. R. E. Cardinali.

Florentina Oratorij.

Mercurij 27. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Remissoria, vt concedatur sine fumo, quid requiratur. Aqualitas seruanda est in Iudicijs. De Aduocatorũ legalitate Rota non dubitat Confitenti, quando succurratur.

SVMMARIVM.

1 ***Remissoria in prophanis conceditur sine fumo concurrente materia articulata relenantia, & sufficit vnus articulus relenans, & num.2. & 4.***

2 ***Filius ex marito præsumitur genitus probato accessu ipsius ad vxorem.***

3 ***Remissoria non denegatur contrarium etiam probare intendenti.***

4 ***In Iudicijs seruanda est aqualitas.***

5 ***Didicatis testificatis regulariter non solent admitti noua probationes super eisdem, vel directo contrarijs.***

6 ***Rota de fide, & probitate patronorum causarum multum considit.***

7 ***Remissoria conceditur etiam contra propriam confessionem.***

8 ***Confitenti succurritur constito de errore confessionis.***

DECISIO CV.

PRO concessione remissorię DD. responderunt, ea etenim ex Tribunalis Stylo denegari minimè solet in prophanis quoties

1 materiæ articulatæ concurrat † relenantia, quamuis veritatis fumus deficiat *Rot.dec.554. num.1.par.9.tom.2.recent. Merlin.decis.881.num.1. & 2.Ostbobon.dec.24.num.1.& 2.& dec.36.nu.1.*

2 *Adden.ad Buratt.decis.123.* nec opus est † quod omnes sint relenantes, cum vnius relenantia in aliorum admissionem influat *Merl.dec.782 num.4.Gregor.dec.124.nu.3.Rot.in recent.dec.493. num.1.par.9.*

Relenantia verò in casu proposito est clara, nam cum in controuersia sit filiatio Hora-

tij ex Senatore Laurentio Puccio, ac Maria Bellafagiana, quæ prætenditur quod in cõcubinatus schemate fuerit retenta in Villa Oliueti, absque eo quod Michaeli Viro, minusue alteri personæ ad eam daretur accessus, ibique ex Laurentio Horatium conceperit. Articuli autèm ad contrarij probationem tendant, & signanter primus, & secundus cõtinentes materiam in diebus Resurrectionis D. N. consueuisse ad Luculenæ Villam accedere, vbi Michael coniux degebat, qui è conuerso sæpe ac de tempore conceptionis Horatij Mariam in Villa Oliueti commorãtem inuisere solebat, ibique cum ea liberam conuersationem, atq; tractatum habere sine vllo impedimento, eo quia liber ad illam dabatur accessus, clarè exindè conuincitur, quod non solùm materia articulata centeatur releuans, quinimò necessaria admissis si-
3 quidèm † hisce probationibus Horatius ex Michaele viro præsumitur genitus, iuxtà dispositionem *l. Miles §. Defuncto ff. ad l. Iuliam*.

Præter releuantiam fumus quoque concurrit, desumptus ex attestationibus testium examinatorum ad instantiam DD. de Puccis asserentium ex dd. Michaele, & Maria duos filios fuisse progenitos, nempè vnum masculum, alteram fœminam, ideò cessare videtur calumniæ suspicio concurrente præcipuè nimia verisimilitudine, quod Maria de tempore Paschali ad effugiendas Ecclesiasticas cen-
4 suras Michaelem coniugem adierit, †quæ sanè verisimilitudo valdè confert pro obtinenda remissoria, ad notata *in decis. 414. nu. 3. & 4. coram Gregor. Rota coram Pirouano, in Meleuit. Commende 27. Ian. 1635.*

De calumnia, nec redargui videntur ex eo quod post 30. annorum lapsum à die confecti examinis pro parte DD. de Puccis petatur remissoria ad impediendam causæ expeditionem, quia non processit ex negligentia D. Marchionis Capponij, quod ipse adductus probationes antea non fecerit, sed ex mera, ac probabili credulitate quod non essent necessariæ, cum vsque ad annum 1655. fuerit discussum super iuribus contrariarum probationum, de quo tempore coram bon. mem. Bichio pro irreleuantibus, & non concludentibus habitæ fuerunt; Verùm quia *Rot. coram Reuerendiss. D. meo Cerro Decano* ab hac opinione recessit merito Dominus Marchio nunc
5 petit remissoriam quę † denegari minimè debet etiamsi contrarium probare intendat, vt aliàs fuit responsum *coram Reuerendiss. Dom. Decano, in Romana Testamenti 2. Februarij 1662. Rot. decis. 663. num. 5. par. 1. recent. Adden. ad Burat. decis. 23. num. 14. Adden. ad Gregor. decis. 276. nu. 8. Rota in recent. decis. 99. num. 12. & 13. par. 4. tom. 2. recent. Duran. decis. 462. nu. 5. Otthob. dec. 98. n. 13.* Eoque magis, quia Dominis de Puccis remissoria fuit concessa ad seruandam †æqualitatem in Iudicijs D. Marchioni quoque concedi debet *Rota coram Gregor. decis. 581. vbi Add. num. 7. decis. 2. sub num. 4. par. 3. recent. in Iunten. pecuniaria 27. Iunii 1642. coram bo. mem. Dunoz.*
6 Neque deneganda videtur eo quia regulariter post † didicita testificata non soleant admitti nouæ probationes super eisdem, vel directo contrarijs in Vrbe; Siquidem non fit publicatio processus originalis, sed solum summarium depositionum absque testium nominibus, & cognominibus traditur cau-
8 sarum patronis † de quorum fide, & probitate cum Rota valdè confidat remouetur quilibet subornationis timor *Rota decis. 688. coram Straphin. dec. 499. coram Gregor. vbi Adden. num. 8. in recen. decis. 303. num. 13. par. 9. cor. Caual. decis. 289. num. 1. & 2.* vbi fuerunt admissi articuli super eisdem, *Rota coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Romana testamenti §. non obstat 6. Febr. 1662.*

Denique nullius est momenti, quod DD. Ascanius, & Robertus de Puccijs; nec non Octauia illorum hæres, à qua causam habet D. Marchio recognouerit Horatium in filiũ
9 Senatoris Laurentij, proindeque † contra propriam confessionem sit concedenda remissoria *Rot. decis. 54. nu. 10. par. 7. dec. 211. n. 20. & 24. par. 8. recent. Gregor. decis. 124. num. 3. & decis. 403. numer. 6. Burat. decis. 321.* quia cum D. Marchio intendat probare, quod confessio emanauerit ad preces eiusdem Horatij pro conseruatione sui nominis, non autem quod confitentes cum verè filium Senatoris Laurentij crediderint non debet huiusmodi probatio impediri, cum non tendat ad retractãdam propriam confessionem, sed ad illius declarationem, & qualificationem præterquã quod etiamsi D. Marchio veniret contra cõfessionem suorum authorum, nihilominus esset audiendus, quia cum illa non verteretur circà proprium factum confitentium, sed alienum super quo error de facili cadere po-
10 tuit † constito de illo aduersus confessionem venit D. Marchioni succurrendum *Licet fateatur ff. de confess. Dec conf. 408. nu. 5. Decian. conf. 55 num. 24. Menoch. conf. 147 num. 29. Gregor. dec. 522. nu. 14. Rot. in Bononien. pecuniaria 26. Iunij 1662. in fine coram me.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE,

Postea S. R. E. Cardinali.

Mediolanen. Legati.

Mercur. 27. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Legatum à defuncto relictum venit præstandum etiamsi ex fructibus certi prædij determinauerit illud soluendum, quibus cessantibus videtur cessare legatum; spectat autem ad hęredem concludentibus rationibus ostẽdere bona cuasisse infructifera, ad hoc vt legati solutionem euitare possit, & hoc non probato onus sibi iniunctum tenetur adimplere.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas ex actorum reuolutione apparet.*
2 *Iudex aliquem declarans debitorem cum ad debiti solutionem condemnare videtur.*
3 *Verba æquipollentia sufficiunt ad inducendam conformitatem, & quod conueniant in effectu, & substantia.*
4 *Actus in Iudicio debet expleri à persona legitima speciale mandatum habente.*
5 *Cautæ in mente residentes non possunt explicari ab illo, cui specialis facultas à principali tributa non est.*
6 *Actu, quo probato Iudex sententiam proferre non posset, improbato ad illam deuenire potest.*
7 *Procuratore de legitimo mandato non docente per cõtradictas procedi potest, quia principalis pro contumace habetur.*
8 *Testatore ex fructibus hæreditatis mandante solui legatum, illis cessantibus cessare debet legatum.*
9 *Testator cum legat certam summam ex fructibus determinati prædij præstandam, fructuum expressio censetur apposita taxatiuè, & limitatiue.*
Adeo vt ex solis fructibus, quatenus nascantur legatum veniat præstandum nec aliunde suppleri debet & nu.10.
Quod declara vt num.11.
12 *Legatarius fundatam intentionem habet in legato à defuncto relicto.*
13 *Hæreditas defuncti semper præsumitur soluendo, & hæredi neganti, incumbit onus probandi negatiuam & num.14.*
15 *Actor intentionis suæ fundamentum ostendere debet.*
16 *Ius sunm velle iactare nemo præsumitur.*
17 *Enunciatiua non probant, nec tertio præiudicant vbi principaliter disputatur de veritate enunciati.*
18 *Probatio debet esse concludens.*
19 *Probationes generales & præsumptiuæ non admittuntur.*
Maximè quando veritas aliter se habere potest, quam fuerit enunciatum & num. 20.
21 *Hæres non potest ab actionibus passiuis se eximere, easque in alium transferre.*
22 *Collusio inter patrem & filium legati præstationem impedire non potest.*
23 *Creditori non præiudicatur illo non citato.*

DECISIO CVI.

TRIBVS emanatis Sententijs ad fauorem Fabricæ Ecclesiæ Vidaggij Mediolanen. D.Theodorum Terzagum condemnantibus ad præstationem annui legati, de quo agitur, litterisque executorialibus relaxatis causa mihi fuit delata cum clausula constito de tribus vnde dubium dedi, An de illis constaret, per DD. affirmatiuè resolutum earum siquidem validitas † satis depromitur ex actorum reuolutione iuxta vulgatam, *decis. Capuaquen. 260. part. 2.*

Non refragatur quod sententia lata in tertia Instantia alteram latam in prima expresse non confirmet nã cum Iudex ex nullitatis necnon iniustitiæ capite deuenerit ad reuocationem sententiæ intermediæ absoluẽtis D. Terzagum à præstatione legati, ad quã prima sententia eundem condemnauerat per necessarium antecedens illam confirmare videtur exemplo Iudicis † declarantis aliquem esse debitorem, quod in necessarium consequens, cum ad debiti solutionem condemnare videatur *Aymon conf. 79. num. 4. Angel. conf. 257. vol. penul. in fine vers. superest autem videre Rot. dec. 313. num. 4. tom. 2. rec.* vbi quod ad inducendum † conformitatem, sufficiunt verba æquipollentia, nec opus est quod conueniant, in verborum formalitate, sed in effectu & substantia *Ruin. conf. 114. num. 10. lib. 5. Gabriel. de execut. rei iudicat. conclus. 1. num. 33. Rot. dec. 98. numer. 3. part. 1. recent. & decis. 453. numer. 6. & 7. part. 9. Burat. decis. 852. numer. 1. Thesaur. dec. 122. num. 1. & 238. numer. 2. vers. in sententijs enim.*

Minus nullitatis vitio obnoxia videtur tertia sententia eo quod R.P.D. Brunenghus illam tulerit postquam, vti suspectus fuerat remissus, quia † recusationis actus expletus minime apparet à persona legitima habẽte speciale mandatum, quoad hunc effectum requiritur ea ratione, quod † cautæ in mente residentes explicari nequeunt ab eo, cui specialis facultas à principali tributa non foret ideoque Iudex † recusationem prædictam spernendo rectè potuit ad sententiam deuenire *l. non solum §. final. ff. de procur. Niger. de exec. rei iudicat. cap. 756. num. 4. & seqq. Rebuff. de recusat. artic. 1. gloss. 1. nu. 2. Paris. conf. 31. nu. 101. lib. 1. Capuaquen. dec. 168. part. 1. Gregor. dec. 363. num. 2. Canal. dec. 348. Duran. dec. 178. numer. 1. Gratian. cap. 200. nu. 44. Rot. in recent. dec. 233. n. 2. part. 5.*

Nulla censeri, nequit quod per contradictas fuerit processum, nam cum procurator, qui post recusationem comparuit de legitimo mandato ad agendum, in termino sibi præfixo minime docuerit per cõtradictarũ † audientiam valide potuit procedi eo quia tali casu principalis pro contumace habetur *Vestrin prax. lib. 4. cap. 5. numer. 5. Salust. Tiber. lib. 3. cap. 3. numer. 2. Ridolphin. lib. 1. cap. 3. numer. 6. Capucc. in eius praxi part. 1. cap. 6. art. 7. nu. 126.*

Iustitia autem satis conuincitur ex testamento in quo continetur cõtrouersũ annuũ Legatũ per Io. Hieronymum relictum cuius hæreditatem à d. D. Theodoro aditam fuisse apertè constat ex iudiciali aditione data in summ. eiusdem *n. 4.*

Legati præstationem neque euitare valet dictus Hæres ex eo quod Testator illud † persolui mandauerit ex fructibus hæreditatis quibus cessantibus, vel diminutis legatum quoque cessare, vel minui debeat, nam licet inlure subsistat quod quoties defunctus † sub vna eademque oratione legat alicui certam summam ex fructibus determinati prædij per soluendam, tunc fructuum expressio apposita cẽsetur taxatiuè, & limitatiuè, adeout

ex solis

ex solis fructibus quatenus nascantur legatū
10 veniat † præstandum neque aliunde debeat
suppleri *l.nomen debitoris §. vni ex heredibus ff.de leg.3.Castren.conf.338.n.3.lib.1.Dec.conf.500.n.15 Cyriac.contro.336. nu.11.& seqq.Gratian. discept. 256.nu.23.Merlin.dec.55.nu.1.& 2.& decis.456. num.38.*

11 Tamen conclusio non admittitur nisi in casu quo Hæres † concludentibus probationibus ostendat bona non esse fructifera siue fructus diminutos ad allegatam *l.nomen debitoris §. vni ex heredibus de legat. 3. ibi quæsitum est an si probauerit Hares,* & notat *ibi gloss. in vers.*
12 *& probat dictus Hares*, quia cum † legatarius habeat intentionem fundatam super legato à defuncto relicto cuius hæreditas præ-
13 sumitur † soluendo *gloss.in cap bona il 1.in verbo per rerum naturam in fine de elect. l. si creditores ff. de priuileg. creditor Mascard. de probat. conclus. 205.nu.4.* Hæres, qui negat tot fructus ex bonis percipi, qui sufficiant ad legati satisfactionem tenetur negatiuam,in qua se fundat cōcludēter probare,tunc enim ipse suscipit partes actoris † qui suæ intentionis fundamentū
15 debet ostendere *l.1.vbi Bartol. de except. Corn. conf.233.col.3.vol.2.DD.in l.illa ff.de verb.obligat Innoc.in cap.super bis col.3.de accusat.Bartol. conf. 94.& in l.actor col.2.vers.nunc quaro C. de probat. Alexand.conf.23.col.1. vol.1.& conf. 34. colum.1. vol.2. Dec.conf.529.col.1. Cranett.conf.1.column.final.vers.1.& in terminis d.legati Rot. Bononien. per Bentincud. dec.64.nu.2. vers. dubitatum fuit Grat. cap.256.nu.27.Surd.de aliment.tit.4.quæst.26.n.9. & conferunt notata in dec.116.nu.3.post med. par.3 recent.*

In proposito enim casu nedum deest huiusmodi probatio, quinimo contraria præsumptio conuincitur, tum ex eo quod versamur circa bona quæ de eorum natura præsumuntur fructifera, tum etiam quia cum hæres prædictus nonnulla eorum Io: Baptistæ patri insolutum tradiderit sub prætextu quod ab ipso ingētem pecuniarum summam mutuo receperit pro eisdem bonis meliorandis clara & indubitata intrat præsumptio, quod fructus reddant, cum nemo præsumatur vel-
16 le suum † iactare *l. de indebito §. qui enim ff.[de probat.gloss.in cap. quia verisimile super verbo concesserit de præsump.Afflict.dec.13. nu.21. Nevizan. conf.68.nn.9. Rot. in Romana Census 15.Iuny proximipræteriti coram me.*

Hæc negatiua probata neque remanet ex enunciatiuis ab alijs hæredibus scriptis in repudiationibus hæreditatis d. Hieronymi, neque quod bona essent inculta, & deserta,ædificia ruinam minarentur, & hæreditas esset
17 damnosa,quia huiusmodi † enunciatiuæ non probant,neque valent tertio præiudicare præcipue vbi principaliter disputatur de veritate enunciati *Alexand.conf.21.num.4.lib.1.Pan.decis. 381.n.3.lib.1.Seraphin.dec.1278.nu.2. Burat.dec. 145. num.3.* Tales enim enunciatiuæ solent ab hæredibus emitti ad colorandas repudiationes seque excusandum, quod defunctum absque hærede decedere sinant.

18 Vltra quod cum requirantur † concludentes probationes *L.in illa & ibi Bartol.ff. de verb.*
19 *oblig.* non admittuntur † generales, & præsumptiuæ prout sunt ea quæ resultant ex enunciatiuis *Mascard.de probat.conclus.621.nu.21 vol.3.* cum † versemur circa factum cuius veritas aliter se habere potest, quam fuerit ab hæredibus enunciatum, idem *Mascard. loc. citat.num.24.*

Denique hæres nequit se eximere à solutione d.legati ope præfatę dationis insolutum, ad fauorem Ioannis Baptistæ patris peractæ pro assertis creditis, quia ea non obstante creditoribus competit actio contra eum, cū hæres non valeat ab actionibus positiuis ad
21 sui libitum † se eximere, easque in alium transferre *ad text.apert.in l. ratio Iuris 2.C.de hæred.vel act.vend.Gomez.var.resolut.to.2.cap.2.n.5. vers.actiones vero passiua Franch.decis.273. num.3. Mantic.de tacit.lib.4.tit.10.nu.20.& 21.*

Et eo magis, quia asserta credita non iustifi-
22 †cantur ex quo conuincitur † aperta collusio inter patrem, & filium † quæ impedire nequit legari præstationem nam cum credi-
23 ditores citati non fuerint nullum præiudiciū exinde valuit inferri *Surd.dec.102.nu.6.Gregor. dec.157.nn.8.Rot. coram R.P.D. nro Benilaqua in Ciuitatis Castelli Bonorum 17. Maij 1662. §. nec pro iustificatione* proindeque pro non facta habetur *Merlin.dec.13.per tot.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Romana fideicommissi seu Saluiani.

Mercurij 27. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Possessio ex locationibus, & pensionum perceptione iustificatur, quibus probatis alteri possessio venit deneganda, & si capta fuerit vti attentata & inualida reuocatur.

SVMMARIVM.

1 *Immissione semel concessa l.final. remedium competere non potest.*
2 *Immissio nulla & ineffica nullum operatur effectum.*
3 *Possessio plena probatur ex manutētione prioris possessoris, & ex locationibus ab isto factis & num.4.*
5 *Possessio contra quoscumque probatur ex perceptione pensionum.*
6 *Possessio legitimè à possessore detenta nō potest ab altero occupari.*
7 *Possessio attentata non subsistitur.*
8 *Super actu qui effectum non habuit nullum fieri potest fundamentum*
9 *Ius idem quod suffragatur principali prodest etiam ab eo causam habenti*
10 *Manutentio denegata, deputatus œconomus, & sequestrata possessio non valent ad inducendam validitatem possessoris captæ per posteriorem in præiudicium Ecclesiæ*
11 *Administrandi quasi possessio officialium nihil commune habet cum possessione Ecclesiæ.*
12 *Administrator ex facto suo præiudicium Ecclesiæ inferre non potest.*

DE-

DECISIO CVII.

IOANNI Baptiſtæ Lutio bis denegata fuit immiſſio in poſſeſſionẽ domus controuerſæ, eo quia Fuluia eius mater ſemel poſſeſſionem appræhenderat vigore mandati de immittendo in Curia Capitolina relaxati, & proinde ſemel immiſſione † conceſſa 1 *l. final.* remedium non amplius competere poterat cæterum hodie pluribus in facto nouiter deductis DD. receſſerunt à deciſis; immiſſio enim non fuit pure & ſimpliciter cõceſſa Fuluiæ, ſed cum clauſula dummodo poſſeſſio ſit vacans, & ſine præiudicio &c. vnde cum poſſeſſio tũc temporis eſſet plena, & Domus ab alio poſſideretur immiſſio fuit nulla, & 2 ineffica nec † vllum effectum operari potuit *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 47. nu. 29. & art. 48. nu. 18. verſ. iterum plenè Adden. ad Buratt. dec. 511. nu. 15. Rot coram Caual. dec. 446. nu. 4. & dec. 629. nu. 9. coram ſan. me. Gregor. deciſ. 332. nn. 4. vbi Adden. nu. 61. & in Romana fideicommiſſ. de Ceuis 16. Ianuarij 1662. coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Quod autem anno 1632. quo Fuluia dictũ mandatum Capitolinum executioni demandauit poſſeſſio † eſſet plena probatur ex eo, 3 quod vſque de anno 1620. Rector Cappellæ ſub inuocatione Sanctiſſimæ Annũciatæ, quę hæres inſtituta fuerat in teſtamẽto Statilij Pacifici non ſolum obtinuerat manutẽtionem, 4 vt *in deciſ. 630. coram Buratt.* ſed etiam † præfatam domum pluries locauerat, & diuerſas penſiones perceperat *Sum. Io. Baptiſta nn. 1. & ſeqq.* exquibus poſſeſſionem probari contra 5 quoſcunque tradit *Gloſſ. in l. qui vniuerſas 30. §. quod per Colonum ff. de acquir. poſſeſſ. Menoch. cõſ. 1242. num. 3. plures refert. Poſth. de manut. obſeruat. 23. nn. 31. Rot. apud Merlin. de pignor. dec. 124. n. 1. Romana cenſus ſeu Saluiani 26. May 1657. §. Primum enim & 27. Martij 1658. coram R. D. meo Decano in prin. & in terminis Rectoris huius Cappellæ dec. 730. coram Buratt. per tot.*

Nec poſſeſſio Cappellæ excluditur ex eo quod Dominicus Pacificus vti vocatus ad fideicõmiſſum Tiburtij in vim mandati in Curia Capitolina obtenti anno 1630. acceperit domus poſſeſſionem non ſolum quia capta fuit hæc poſſeſſio vigore mandati habentis in ventre eandem clauſulã dummodo poſſeſſio 6 ſit vacans &c. quæ † cum à Rectore detineretur non potuit à Dominico occupari, vt ſu- 7 pra, ſed etiam † quia eadem poſſeſſio declarata fuit attentata *in dec. edita 11. Decẽbris 1630. coram bo. me. Card. Hieronymo Veroſpio* coram quo Dominicus & Fuluia annuas præſtationes petebant ex cauſa alimentorum & permanſit in ſuo robore poſſeſſio Rectoris qui prius manutentionem obtinuerat *cor. Buratt. vt in dicta dec. 730.* Et ſic æconomus, qui non à Dominico, ſed eo inſtante pro ſuis alimentis ab hoc ſacro Tribunali deputatus fuit non quia dubitaretur de poſſeſſione Cappellæ, ſed ob diſcordiam inter primum, & ſecundum Cappellanum ſuper adminiſtratione, non potuit poſſidere nomine Dominici cum ex pluribus actibus geſtis tam coram Buratto, quam coram Card. Veroſpio conſtat Cappellanos poſſediſſe & locaſſe nomine Cappellæ, quinimo locatio domus ab ipſo Dominico facta non habuit effectum, ſed Paulus Orlandus conductor prænio ludicis ſecreto penſiones ſoluit exactori à ſacra viſita depu- 8 tato *Sum. Lutij n. 12. ſuper* † actu autem qui effectum non habuit, nullum fundamentum fieri poteſt & eſt perinde ac ſi non emanaſſet *Surd. conſ. 385. n. 24. Cephal conſ. 44. n. 10. & ſeq. lib. 3. Rot. dec. 406. n. 10. coram Merl. n. Peruſina bonorum 29. May. 1648. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado §. quia præmiſſi, & in Tiburtina Caſtrorum 16. Februarij 1650. coram R. P. D. meo Beuilaqua §. non obſtare.*

Non releuat pariter, quod Fuluia iterum petendo immiſſionem coram Iudice à ſacra viſita deputato de menſe Decembris 1632. illam petiiſſe & obtinuiſſe cenſeatur pro confirmatione primæ poſſeſſionis, tum quia poſt ſecundum decretum non conſtat quod Fuluia huiuſmodi domus poſſeſſionem iterum acceperit, quinimo apparet de contrario ex ipſo inſtrumento adeptę poſſeſſionis aliarum domorum exhibito, in quo iſta non legitur, & ex præcedenti inſtrumẽto ab ipſa, & ſorore celebrato cum Canonico Petruccio, in quo aſſeruerunt ſe ſperare ſententiam fauorabilem ſuper immiſſione & cum clauſula ex nunc prout ex tunc, quando ſecuta fuerit ſententia domum aſſignarunt Lucillo, tum etiam quia primum mandatum de immittẽdo & ſucceſſiua adeptio poſſeſſionis à ſola Fuluia fuerat obtenta, ſecundum autem iudiciuni immiſſionis ab vtraque, ſorore ſimul inſtitutum, & proſecutum fuit ad vtriuſque fauorem probata ſententia immiſſionis relaxatum, & expeditum mandatum, & aliarum domorum capta poſſeſſio, quemadmodum 9 enim Angela † petendo non poterat immiſſionem pro cõfirmatione poſſeſſionis quam non fuerat adepta, ita nec Fuluia quæ cum ipſa eodem iure egebat ne idem iudicium diuerſo iure cenſeatur contra diſpoſitionem *text. in l. cum qui ades 23. ff. de vſucapion. Ruin. conſ. 168. nu. 14. lib. 3. Surd. conſ. 150. n. 19. plures refert. Barboſ. axiom. 135. nn. 7. Rot. in recent. dec. 669. n. 3. par. 2. & in Anconitana pecuniaria 16. Decembris 1658. §. immò vterque coram R. P. D. meo Celſo.*

Nec demum refert, quod orta litæ inter 10 duos Cappellanos denegata † illis fuerit manutentio, deputatus œconomus, & ſequeſtrata poſſeſſio vt in Romana Cappellaniæ 13. Ianuarij 1631. coram bo. me. Dunozetto, quia denegata fuit Cappellanis inter ſe diſſidentibus in quaſi poſſeſſione adminiſtrandi, qui 11 nihil commune habet cum poſſeſſione Cappellæ, & in omnem euentum ex facto ipſo- 12 rum † Rectorum non potuit præiudicium inferri poſſeſſioni Capellæ quam ex ſupra relatis habebat *Honded. conſ. 55. nu. 25. lib. 1. Adden. ad ſan. me. Gregor. dec. 116. nu. 5. cum alijs per Rot. deciſ. 601. nn. 9. coram Buratt. & in recent. deciſ. 73 nu. 24. par. 8.*

Et ita vtraque &c. receſſum fuit à deciſis.

R.P.D.

R. P. D. BEVILAQVA

Tudertina Saluiani.

Mercurij 27. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Saluiani probatis extremis validè competit immissio; nocet præscriptio decennalis quando alienationis prædij hypothecati non fuit habita notitia ab agente in Saluiano.

SVMMARIVM.

1 *Extrema saluiani sunt creditum cum hypotheca, & possessio debitoris de tempore obligationis.*
2 *Instrumentum venditionis probat rei venditæ possessionem*
3 *Clausula constituti probat possessionem constituentis contra quoscunque ab illo causam habentes.*
4 *Possessio ex litis substentatione probatur*
5 *Actor exceptione præscriptionis repellitur à Iudicio Saluiani.*
6 *Actor vt ab exercitio hypothecæ repellatur decennali præscriptione debet habuisse scientiam rei hypothecatæ alienationis.*
7 *Præscriptio decennalis suffragatur quando vterque in eodem loco præsens est.*
8 *Præscriptiones tot requiruntur quot sunt annì à tempore quo cessatum fuit à solutione.*
9 *Actio de euictione quem tenet, eundem agentem tenet exceptio.*
10 *Dotis actio datur contra fundum dotalem constitutum.*
11 *Statutis est inhærendum.*

DECISIO CVIII.

MONIALES Ven. Monasteriorum Sancti Menni, Stephani, Io: Euangelistæ & alię litis consortes Ciuitatis Amerinę pro cõsecutione fructuum cẽsuum à Bruto Petringnano & ab alijs sub cuius fideiussione adipsarum fauorem diuersis temporibus imposi-torum Iudicium in Saluiano instituerunt cõtra Venerabile Monasterium SS. Annunciatæ Tuderti possessionem vnius prædij à dicto Bruto vsque de anno 1641. eis venditi, & sententiã immissionis reportarunt à qua cõmissa mihi causa appellationis quæsitum hodie fuit an constaret de requisitis in hoc Iudicio necessarijs, & Domini affirmatiue responderunt.

1 De credito † enim cum hypoteca quod est primum docetur per publica instrumenta in processu causę exhibita, ex quibus patet dictũ Brutum census imposuisse, & pro alijs fideiussisse cũctaque sua bona pro solutione fructuum hypotecasse, quæ faciunt probationẽ probatam, & manifestam *l. cum precibus C. de probat. Rot. coram Duran. dec. 401. nu. 1, bo. me. Merlin. dec. 21. nu. 2. & post Cenc. dec. 53. nu. 2.*

2 Quod autem prædium istud fuerit à dicto Bruto possessum † de tempore impositionis censuum, & fideiussionis vel postea, vt constare debet pro altero requisito iustificatum remanet ex instrumento venditionis factæ monialibus reis conuentis cum *clausula constituti* quę probat possessionem constituentis 3 contra quoscunque ab illo causam habentes *l. quod meo vbi Bartol. ff. de acquir. possess. l. mulier, & ibi quoque Bartol. ff. de reiuend. Natt. cons. 439. nu. 3. Pacific. de Saluian. interd. inspect. 1. cap. 6. n. 19. Rot. in precitata dec. Duran. 401. nu. 3. & in recent. dec. 59. num. 4. par. 6. & in Romana Saluiani 22. Iunij 1654. §. præterea autem coram me.*

4 Illudque modo possideri ab eisdem Monialibus † probatur ex lite quam vsque adhuc substinuerunt quæ ex dicto instrumento venditionis adminicalata abunde concludit vltimum extremum, vt passim *Rota admittit, vt dixit coram Card. Caual. dec. 420. nu. 5. Duran. in eadem dec. 401. nu. 5. & penes bo. me. Merlin. dec. 21. nu. 5. & dec. 498. nu. 3.*

Non obstant exceptiones oppositæ, & prima quod Moniales possederint prædium vltra decennium bona fide, & iusto titulo vnde actrices † exceptione præscriptionis repelluntur ab hoc Iudicio Saluiani iuxta *text. in l. 1. & 2. ibique scribentes C. si aduers. credit. Rolland. à Valle cons. 79. nu. 7. & 8. lib. 1. Gratian. discept. forens cap. 881. nu. 1.* tum quia nullibi constat Monialibus creditricibus innotuisse prædium eis hypotecatum fuisse à Bruto in Monast. SS. Annunciatæ alienatum, prout constare debet ad finem, vt hac decennali præ-
6 scriptione repellantur ab exercitio hypotecæ *Surd. dec. 236. nn. 16. cum alijs allegatis per Rot. corã bo. me. Merlin. d. dec. 811. num. 8. & 9. Thomat. decis. Marchiæ 44. num. 26. Io. Baptist. Antonell. cons. 63. num. 12.* tum etiam quia Moniales Sancti Stephani, & aliæ commorantur in monasterijs in Ciuitate Amerina fundatis, & alienatio facta fuit Tuderti, quo casu eo magis cessat scientia, nec sufficit obiecta perscriptio decẽ
7 annorum quę † tunc suffragatur quãdo vterque in eodem loco præsens est *l. final. §. sin autem C. de præscript. long. temp Statil. Pacific. de Saluian. inspect. 2. cap. 2. nu. 276. cum seqq. Rota d. decis. 811. n. 3. corã Merlin. Thomat. in eadẽ dec. 26. n. 27. & dec. 44. nu. 15.* tum denique quia in his annuis præstationibus, & fructibus tot requi-
8 runtur prescriptiones † quot sunt anni à tempore quo cessatum fuit à solutione *Butr. in cap pernenit n. 27. de Cẽs. Fulgos. cons. 164. n. 1. Gratian. discep. 883. nu. 14. & discept. 912. n. 49. Thomat. vbi supra nu. 28. Rot. dec. 35. nu. 17. & dec. 105. nu. 8. & 9. post Merlin. de pignor. & hypotec.*

9 Secunda exceptio crediti dotalis † q. Mirabilis Ferratinæ vxoris d. Bruti, & matris Latini communis filij & hæredis, qui cum patre prædium vendidit, & de illius euictione promisit, non impedit immissionem quia loco pecuniæ fuerunt assignata certa bona relata *in fum. nu. 8.* quę ex dispositione statuti veniunt in restitutione, ideo non competit Ius ab illa deducentibus alia actio super alijs bonis, sed debent ad illa agere cum sit Iuri communi conformis, quod idem † mandat
10 vbi fuit constitutus fundus dotalis *l. final. ff. de pact. dotal. DD. in l. si æstimatis §. 1. vbi Barbos. nu. 3. ff. solut. matrim. Rolland à Valle cons. 92. nu. 6. lib. 2. Gratian. discept. forens cap. 489. num. 1. & 2. Rot.*

decis.

decis. 120. *in fine par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Tertia exceptio de alia ſimili dote Hortenſiæ d. Bruti in ſecundis nuptijs vxoris minus releuat ex quo pro rata ſcut. 1500. iam fuit reſtituta hęredi in prædio quod in illius conſtitutione fuit traditum & poſſeſſionē quoqs adeptum fuiſſe patet ex datis *in fine. nu.* 6. Remanentem verò ſummam vſque ad ſcuta 2000. per prædeceſſum dictæ Hortenſiæ ſine filijs idem Brutus maritus fuit ſuperlucratus,
11 vt cauetur in ſtatuto, cui † abſque alia inueſtigatione in hærendum eſt *l.* 4. *§. totiqne ff. de damn. infect. Baldan l.* 1. *queſt.* 3. *& ibi Caſtrenſ. C. de inoff. teſtamento Pariſ. conſ.* 62 *n.* 16. *lib.* 4. *Rolland de Lucr. dot. quæſt.* 1. *per tot. Honded. conſ.* 3. *num.* 1. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 313. *num.* 101. *Rot. in Ferrarien. Pecuniaria* 22. *Martij* 1602. *§. ex qua dote, & 27. Nouembris eiuſdem anni §.* 1. *coram me.*

Vltima vero legati ſcut. 100. ab Orinthia matre Bruti olim d. prędii Domina relictorū filiæ in d. Monaſterio Sanctiſſimæ Annunciatæ profeſſæ, & in emptione d. prædij excomputatum ex eo non refragatur quia in ſententia A. C. Moniales Sancti Stephani, & aliæ litis conſortes fuerunt condemnatæ ad illud ante immiſſionem ſoluēdum &, in caſu recuſationis deponendum ipſęque ad id paratæ ſe offerunt quo circa concedenda eſt immiſſio prout fuit concluſum ipſis tamen informantibus aduerſarijs pluries citatis, & non comparentibus &c.

R. P. D. OTTALORA
Corduben. Bonorum.

Mercury 4. Iunij 1663.

ARGVMENTVM.

Prohibitio alienationis adiecta in cōtractu non extenditur ad hypothecam, & quando contrahentes alienationem prohibuerunt, de qua intellexiſſe præſumatur. Cenſus ſecundum ſa. mem. Pii V. conſtitutionem fundātur ſuper bonis ſtabilibus, & dominium remanet penes imponentes, coniecturæ & teſtes deponentes extra propoſitum non attendantur.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca venit alienationis appellatione.*
2 *Bona alienata dicuntur quando ſunt hypothecata.*
3 *Cenſus impoſitio alienationem inducit ſed declara vt num.* 4. *&* 5.
6 *Verba contractus proprie, & ſtrictè ſunt interpretanda non ſunt ampliandа*
7 *Alienationis prohibitio contractui adiecta non extenditur ad pignus, ſeu hypothecam*
8 *Contrahentes alienationem prohibendo cenſentur cogitare de ea, quæ accidit cum domini translatione, non de ſola hypotheca, aut pignore.*
9 *Fundus cenſitus per impoſitionem cenſus non alienatur, nec transfertur illius dominium in emptorem cenſus.*
10 *Per cenſus venditionem diſtrahitur ius exigēdi certam quantitatem fructuum ex illa re, & conſtituitur ius diſtinctum à dominio ipſius rei.*
11 *Venditor cadit à iure ſuo quando cenſus fuit impoſitus ſuper proprietate bonorum*
12 *Diſpoſitio hominis latam recipit interpretationem.*
13 *Cenſus iuxta Pij V. conſtitutionem fundantur ſuper ſtabilibus, & dominium remanet penes imponentes.*
14 Couarruuias lib. 3. variar. reſolut. cap. 7. n. 1. & alij *declarantur*
15 *Ratio quando non eſt eadem de vno ad aliud non infertur.*
16 *Coniecturæ non probantes refelluntur.*

DECISIO CIX.

PLACVIT Dominis deciſio coram me facta ſub die 7. Maij proximipræteriti pro retrouenditione competente Hieronymo Emmanuelis Hurtado in bonis de quibus agitur, licet bona redimenda pro cenſu hypothecauerit, illo ſtante pacto in inſtrumēto venditionis, vt non poſſit redimere bona vt alijs vendat ſaltim ſpatio duorum annorū, ſed vt ipſe retineat, & poſſideat.

1 Neque obſtat † alienationis appellatione hypothecam venire *iuxta gloſſ. in l. final. C. de reb. alien. non alienand. iunctis Molin. de Hiſpan. primogenit lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 7. ideoque dici poſſit le-
2 quuta vera † alienatio *Rot. dec.* 39. *nu.* 2. *& 5. poſt Merlin. tract. de pignor. Coual. dec.* 459. *n.* 2. & quādocunque ex partium conuentione præcedit pactum de non alienando ſola cenſus impo-
3 ſitio inducit alienationem † & facit eſſe locum pœnæ adiectæ in cōtrauentione pacti *Staiban. reſolut.* 23. *nu.* 19. 20. *&* 21. *Cenc. de cenſ. queſt.* 19. *nu.* 3. *Rot. coram Vbald. dec.* 219 *nu.* 2.

Hoc namque locum habet, quando ſumus in diſpoſitione in qua datur latiſſima interpretatio, ſecus † quando illa ſtrictè fieri debet *Pacific. de Saluian interd. inſpect.* 3. *cap.* 2. *nu.* 33 *&* 34. *Neguſan. de pignor. par.* 2. *membr.* 1. *n.* 71. *cum duobus ſeq. Merlin. eod. tract. lib.* 2. *tit.* 1. *queſt.* 42. *nu.* 73. *Molin. de Hiſpan. primog. lib.* 4. *cap.* 5. *nu.* 17.

6 In præſenti vero verſamur in † contractu, quo verba ſunt proprie & ſtrictè interpretāda, non autem amplianda *l. quicquid adſtringēde l. ſtipulatio iſta §. in ſtipulationibus ff. de verb. obligat.* & quod adiecta prohibitio alienationis
7 in contractu non extendatur † ad pignus, ſeu hypotecam firmant *Negusan. de pignor. part.* 2. *membr.* 3. *nu.* 74. *Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 28. *nu.* 51 *&* 52. *Merlin. de pignor. d. lib.* 2. *tit.* 1. *quæſt.* 42. *n.* 13. *ſeqq. & nu.* 77., rationem reddit ex coniecturata
8 mente contrahentium qui † dum prohibuerunt alienationem cenſentur de ea cogitaſſe, quæ accidit cum effectu, & dominij translatione non de ſola hypotheca aut pignoratione, per impoſitionē † namque cenſus non vēditur neque alienatur fundus cenſitus, aut
9 transfertur illius dominium in emptorem cenſus *Roderic. de annuis reddit. lib.* 1. *queſt.* 3. *nu.* 6. *Velaſquez de Auendan tract. de cenſ. Hiſpan. cap.* 17 *nu.* 9. *& ſeq. Cenc. de cenſ. quæſt.* 1. *nu.* 23. *pluribus adductis Rota dec.* 101. *nu.* 5. *poſt Cenc. de cenſ. & deciſ. hac cauſa emanata coram me* 7. *Maij proximipræteriti §. quia prohibita*, ſed tamen diſtrahitur ius
10 exigendi † certam quantitatem fructuum ex illa

illa re, & constituitur Ius distinctum, & separatum à dominio ipsius rei vt bene deducit *Aimon.cons.* 217.*nn.*4.*Conarr.lib.*3.*var. cap.*7. *nn.*6.*Gregor.dec.*281.*nn.*5.*& Adden.ibi nu.*6. *Gratian.dec.if.March.*20.*nn.*1.*& seqq.* vbi quod venditor census remanet Dominus, & possessor prædij censuati.

Deinde non afficere visum est cēsum fuisse impositum super proprietate bonorum, quo
11 casu † venditor cadit à Iure suo vt in terminis de cēsu im posito super re prohibita alienari *Petr.Foller.in pract. censual. fol.*167. *qui alios adducit, quam sententiam sequuta fuit Rot. dec.*48. *post Cenc.de cens.nn.*1. *cum seqq.* tum quia ea decisio emanauit in casu alienationis prohibitæ per Testatorem, vt desumitur ex præcedenti in ordine 22.*nu.* 23. *par.*1. *diuers.* non tamen in pœnam; itaque agebatur de dispositione ho-
12 minis recipiente latam interpretationem, vt rectè distinxit *Negusan.de pignor.*2. *par. memb.*3. *nu.*73. tum quia † omnes census iuxta formā
13 Bullæ Pij V. fundantur super stabilibus, & nihilominus dominium remanet penes imponentes, in quibus terminis loquuntur *Cēc. d.quæst.*1.*nn.*23.*Rota coram Card. Mellin.dec.*339. *nn.*2.*& dec.*521.*nn.*5.*post Cenc.de cens.& adductus Gratian.d.dec.March.*20.*nn.*8.*&* 9.

14 Minus faciunt *Conarr.* † *lib.*3.*var.resolut.c.*7. *nn.*1.*Afflict.de iure Protbom.in princ. legis num.* 25. *vers.* 7. *nota* ab informantibus pro Francisco Aluarez expressè tenentes in censu dominium directum in emptorem transferri, nam intelligendi sunt in eo, qui tradit rem alteri, vt sibi soluat aliquid annuum tunc enim transfertur omne Ius in Emptorem de quo nihil statuit Bulla, quæ tamen loquitur de constituendo censu super re à venditore retenta,
15 & de vno † ad aliud non infertur cum non sit eadem ratio, vt latius videre est *apud Gratian.d.dec.Marchia.*20.*nn.*7.

Præterea non vrgent, quæ adducuntur ad probandum impositionem census fuisse factam fraudulenter ex testibus, argumentis, & coniecturis, quas Domini reiciendas esse
16 censuerunt † quia non probant simulationē vt opus erat *Honded.cons.*46.*nnn.*27.*&* 28.*lib.*1. *Rota dec.*69.*nn.*2.*par.*2.*diuers.& 317.nn.*3. *post* 2. *vol. consil. Farinac.* Et ita vtraque &c.

☞ *Decisio hæc in præsenti causa emanata sub die* 7. *Maij præsentis anni* 1663.*cum non sit impressa erit infra in additione iuxta seriem temporis.*

R. P. D. LEONE VEROSPIO
Romana Legati.
Mercurij 4. *Iulij* 1663.

ARGVMENTVM.

Legatum factum de portione victus quam habuerat Legatarius Testatore viuente, quæ contineat, in hac decisione tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnicus contra inducentem plenè probat.*
2 *Legatum victus qua contineat, & nu.* 3.
4 *sub nomine partis, panis tamen ac vini portio continetur nisi ex consuetudine contrarium desumatur & num.*5.
6 *Sub nomine partis, quid contineatur de stylo Vrbis;* & *nu.*7.*&* 8
9 *Legatum ambiguum observantia declaratur.*
10 *Solutio subsequuta declarat qualitatem obligationis*

DECISIO CX.

POST quam legati prestationem Rota decreuerat sub sequenti verborum contextu Lucæ Antonio Iunctæ familiari suo à recolendæ mem. Cardinali Ludouisio attributi, videlicet lego *Luce Antonio Iuncte familiari meo &c. donec vixerit partē familiaribus meis dari solitam pro ipso & vno famulo.* Dubitaui in qua summa hęc legata portio debeat attribui in scutis decem menstruis à Dominis eadem sancita fuit.

Dum enim Dominus Card. præter portionem panis ac vini scut. quoque quinque mercedem Lucę Antonio singulis mensibus præstabat, prout ex testis depositione pro par-
1 te Principis examinati conuincitur † cui vti ab eodemmet D. Principe reproducto in ipsius præiudicium debet plena fides adhiberi *ad tradita per Bursatt.cons.*89.*n.*11.*lib.*1. *Honded. cons.*84.*n.*50.*&* 51. *lib.*2.*Rot.dec.*249.*nn.*2.*part.*1. *recent.& in Calaguritana Decimarū Sancti Ascensij* 3. *Iunij* 1661. §. *remanent in fine coram R. D.n. Decano cum alijs per adden. ad decis. Gregor.* 215.
2 eademmet panis ac vini portio vna cum mēstruis scutis quinq; sub nomine partis legata censentur *ad text. in l. cum alimenta* 22.*ff. de aliment.& cibar.legat.l.si cui* 14.*ibique gloss.notat ff.de ann.legat.Bartol.tract.de aliment.nn.*22.*Ber.cons.*48 *nu.*11.*lib.*2.*Natt.cons.*387.*nn.*9.*&* 10.*Rot.dec.*455 *nu.*1.*&* 2. *par.*4. *diuers.* dum maxime partem
3 expressit præstari consuetam *ad text. in l. mela* 14.*vers.sed si olim ff.de aliment.Natt.cons.*387. *nu.*11.*Rot.in add.decis.* 455.*nu.* 2.*vers.sed eandem portionem par.*4.*diuers.& coram Buratt. dec.*237.*nn.*1.
4 Hinc depositiones Testium vrgere nō valent sub † nomine partis panis, ac vini portionem dumtaxat concludentium contineri,
5 vel quia † ex Cardinalis consueto in proposito casu desumitur omnino contrarium, vel quia
6 familiaribus alicui † Cardinali, seu Principi actu inseruientibus in Vrbe dictum panis, ac vini portio præstari consueuit vna cum candelis nec non scutis menstruis tribus
7 ac obulis triginta pro obsonio, vel vice horum omnium menstrua merces scut. decem, vt testatur *Rota in Romana Salarij* 30. *Aprilis* 1655. §. 1. *coram R. P. D. Albergato* nec non complures domorum Præfecti de consueto aliorum Cardinalium attestantes apertè con-
8 cludunt † quod sane consuetum inter personas eiusdem qualitatis inspicienda fore esse censuit *Rot.coram Merlin.dec.*692.*nn.*7.*&* 8.

Aliqui præterea ex Dominis ne dum ita cum familiaribus bo. me. Cardinalis à Balneo animaduertebant extitisse seruatum, quibus legatum ille consimile reliquerat, verum

etiam

etiam hanc obseruantiam concurrere in Domino Principe Cardinalis hærede, qui dum legatum in scutis decem menstruis certo tẽ-
9 pore Lucæ Antonio persoluit defuncti voluntatem sibi innotescentem declarasse censetur, *iuxta text.in l.si quis plures ibique Iaf nu.1. & 4.ff.de leg.1.Bartol.in l.gerit 87.nu.17.post med. ff.de acquir.hered.Rot.coram Buratt.dec.237. nu.3.*
10 ex subsecuta enim solutione qualitas obligationis arguitur *Bald.in l.si certis annis nu.9. C.de pact.Soccin.sen.cons.145.nu.1.post med.vers. ex tali enim præstatione lib.1.Gabriel.cons.164.nu.7. lib.1.*
Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Calaguritana Decimarum de Ocon.

Lunæ 26. Nouembris 1663.

ARGVMENTVM.

Transactio inita super re clara, non subsistetur dum ea fieri debeat super re dubia.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ non sunt soluendæ à Monachis de acquisitis ex cultura cum propriis manibus.*
2 *Transactio non subsistetur in claris.*
3 *Cistercienses sunt immunes à Decimis in quæsitis post Concilium.*
4 *Transactio ex defectu mutuæ hinc inde dationis nõ subsistetur.*
5 *Transactio proueniens à rebus, & non à personis, dicitur realis.*
6 *Concordiæ verba dum sunt dubia declarantur, ex successiua obseruantia.*
7 *Transactionem subsistere, facit probabilis dubitatio.*
8 *Transactio subsistetur in portionibus pertinentibus ad arrendatarium, quando huiusmodi sunt exempti, & num.9.*

DECISIO CXI.

CVM in transactione vsq; de anno 1129. celebrata inter Monachos Cistercienses Sancti Prudentij, & Parochum, & Beneficiatos de Ocon, cõcordatum fuisset, quod Monachi de hæreditatibus ante Lateranense Cõcilium acquisitis, &c. solucrent tantummodo duos Caficios de pane, &c. de alijs vero quolibet titulo acquirẽdis ex integro Ecclesiæ de Ocon Decimas soluere deberent dubitatum fuit coram R.P.D. meo Celso, quæ bona ante Concilium à Monachis acquisita fuissent, & per Sententiam declaratum bona dell'Obiera del Tonde, & de Sancto Iusto esse talia, & super illis, & alijs in Decisione 27. Februarij 1658. recensitis non esse procedẽ. ad vlteriora, & coram Reu.P.D. meo Ninot, idem firmatum fuit per aliam Sententiam, quam hodiè DD. confirmandam esse existimarunt.

Nam validitas est patens, & iustitia Sentẽ-

tiæ comprobatur respectu acquisitionis ante Concilium ex publicis Instrumentis, ac Testium depositionibus super immemorabili, de quibus in dicta Decisione 27. Februarij. Respectu vero alterius difficultatis, an transactio comprehendat bona arrendari solita affirmatiua, satis etiam iustificari visa est ex deductis in decisione coram R.P.D. meo Ninot 6. Aprilis proximi præteriti, quandoquidem cum de bonis ante Lateranense Concilium acquisi-
1 tis, quæ propriis † manibus colebant Monachi, nullã tenerentur soluere Decimam, sed exemptionem clarissimam in corpore Iuris clausam haberent, in *cap. ex parte 10. cap. licet 11. & cap.ad audientiam 12.de Decim.* Non potest transactio ad ea bona referri, qũia tanquã
2 super re omnino clara, & quæ † nullam probabilem dubitationem recipiebat corrueret, & nullo modo sustineri posset, vt propter relatos in *decis. R. P. D. mei Ninot, §. prout eueniret tradunt. Cancer.var.resolut.lib.1. cap.13. num.36. & seqq. Mantic.cons.136. num.42. vers.cum igitur, & cons.137. num.23. Rota in Bononien. Nullitatis Concordiæ 12.Iunij 1645.coram Reuerendiss. D.meo Decano, §. at hic Romana fideicommissi de Stephanis 25.Iunij 1657.coram Reuerendiss.Papien.§.quod autem 30.Ianuarij 1662.coram R.P.D. meo Bourlemont, §.resultat etiam, & 4.May proximi præteriti, coram me, §.subsistere.*

Præterea si transactio bona arrendari solita non comprehenderet dum Monachi pro bonis post Concilium acquirendis integram decimam adsensum Parochi, ac Beneficiatorum soluere debebant huius trãsactionis occasione, nihil datũ, vel remissum fuisset Monachis, qui tamen è conuerso vltra obligationem soluendi pro bonis omnino exceptis certam quantitatem Decimæ renunciarunt omnibus priuilegijs etiam futuris, & sic etiã
3 priuilegio Sixti IV. qui postea † Cistercien sibus indulsit, quod pro bonis post dictum Concilium acquisitis, nec minus decimas soluere deberent, quoties illa propriis manibus, vel sumptibus colerent, vt meminit *Barbos.in cap.ex parte 10. num.3. de Decim. Rota in recent. decis.728. nu.1. par.3.* & proinde etiam ex hoc
4 defectu mutuæ † hinc inde dationis, vel remissionis transactio corrueret, *l.transactio nullo dato 38. C.de transact. Rota decis.271.num.21.par.6 recent. Romana Hæreditatis 30. Ianuarii 1654. §. minus, coram R. P. D. meo Beuilaqua, & in dicta Romana Fideicommissi de Stephanis, coram Reuerendissimo Papien. §.quod autem deficiant.*

5 Præmissis accedit, quod causa proxima, & immediata transactionis prouenit à rebus, & bonis, non autem à personis, vt deducitur ex verbis, vnde Ecclesia de *Ocon Decimas habere deberet*, & proinde videtur realis, & ad Colonos, & arrendatarios transitoria, iuxta distinctionem firmatam in *decis.Rcu.P. D. mei Ninot, §. tum etiam quia*, & concordant relati per *Cyriac.controu.297. numer.3. & seqq. Rota in Cesenaten.seu Sarsinaten.Laudemiorum 30. Aprilis 1646. §.quod priuilegia, coram Reuerendiss. Terracinen. & 19.Iunij 1656. coram me, §.& primo quidem, in fine, cum seqq.* Et si verba concordiæ

quo ad hoc essent aliqualiter dubia, & obscu-
6 ra, ex † longissima quatuor sæculorũ obser-
uãtia eiusdem realitas satis cõprobata rema-
neret, vt tradit *Menoch. cons.* 276. *num.* 10. *Surd.*
cons. 140. *num.* 43. *& seqq. Addens. ad sanct. memor.*
Gregor. decis. 184. *num.* 8. *Rota coram Eminentiss.*
Ottobon. decis. 257. *num.* 15. *Barchinonen. Alimen-*
torum 31. *Maii* 1665. *coram bon. mem. Dunozetto,*
§. que omnia, & in terminis, in Ferrarien. Decima-
rum 11. *Ianuarii* 1638. *coram me, §. hacque inter-*
pretatio.

Nec aduersatur, quod Parochus transigendo super aliis bonis arrendari solitis ius suum clarum remiserit, & transactio pariter sustineri nequeat, quia in transactione ius decimandi non comprehenditur, sed super quantitate decimarum tantum ad concordiam deuentum fuit circa quam bene fieri poterat transactio cum posset dari casus, quod reassumpta à Monachis cultura bonorum, Parochus à perceptione totius quantitatis repelle-
7 retur, quod vtique satis, cum † ad sustinendam transactionem probabilis dubitatio sufficiat *Menoch. cons.* 322. *nu.* 66. *Grat. qui alios re-*
fert discept. 361. *num.* 1. *& seqq. Rota in recent. de-*
cis. 626. *num.* 2. *par.* 3. *coram Merlin. decis.* 799. *nu-*
mer. 20. *Bononien. Prædij* 27. *Iunii* 1659. *§. nec Do-*
mini 21. *Iunii* 1660. *§. hic fuit licita, coram R. P. D.*
meo Priolo, & 6. Martii coram me, §. bona fides, &
seqq.

Prætextus autem quod Monachi non possint ab arrendatarijs decimas exigere, eo quia illas ex bonis proprijs perciperent, & tamen actio, & passio in eodem subiecto dari non potest, non subsistit; nam vltra quod, quando non agitur de parte dominicali spectante
8 ad Monachos, sed de portione † ad arrendatarios, & colonos pertinente in hac ius decimandi, benè potest exerceri, vt in proposito responsum fuit in *Placentina, seu Abulen. Deci-*
marum 15. *Maij* 1651. *coram R. P. D. meo Celso, §.*
vnde non applicatur, subsistere vita est Dominis responsio, quod ex huiusmodi transactione Monachi, non prætendunt acquisiuisse ius actiuũ decimandi formaliter, & proprie sumptum, sed † tantum proprie sibi ipsis retinere
9 portionem illam decimarum, quæ circumscripta concordia à Colonis, & Arrẽdatarijs, soluta fuisset, vt post *Rotam decis.* 23. *sub nu.* 2. *par.* 2. *diuers. deducitur in decis. R. P. D. mei Ninot,*
§. placuit Dominis.

Ex ita altera tantum, &c.

R. P. D. T A I A,

Romana Domus.

Mercurij 5. *Decembris* 1663.

A R G V M E N T V M.

In hac Decisione agitur de redditione rationis faciendæ, & iteranda per Tutorem.

S V M M A R I V M.

1 *Factum individuum dicitur rationis redditio.*
2 *Actio contra heredes datur pro rata, & num.* 3.
4 *Mater succedit filio.*
5 *Tutor tenetur de fraude, & dolo probato, nõ autem*
præsumpto quando fuit liberatus à redditione ra-
tionis, & num. 6.
Quod amplia, vt num. 9.
7 *Actio non datur contra voluntatem sui auctoris, &*
num. 8.
10 *Ratio prima censetur ex redditione rationis.*
11 *Ratio semel reddita amplius reddi non debet.*
12 *Redditio noua rationis facienda est, quando adest*
apertus dolus.
13 *Periti relatio ad hoc, vt sit reuidenda, sufficit quod*
excedat in obulo.
14 *Peritior est eligendus dum peritus non sequutus est*
relationem aliarum, & num. 15.
16 *Peritus quam summam sequi teneatur, & num.* 17.
18. *& 19.*
20 *Pretium quotuplex sit.*
21 *Peritorum stante diuersa relatione in decernendis*
alimentis, Iudicis taxationi standum est.
22 *Periti tertij relationi, etiam discordantis ab alijs*
quando standum est, & num. 25. 29. *& 30.*
Quod limita, vt num. 23. 24. 26. 27. *& 28.*
31 *Periti relatio excedentis suum officium, non est at-*
tendenda.
32 *Iudicis Officium est admitten. expensas factas à tu-*
toribus pro alimentis, & disciplinis pupille-
rum.
33 *Pupillo alimenta decernuntur ex officio Iudicis.*
34 *Calculatores non possunt respondere circa ea, quæ*
iure consistunt.
35 *Occultans scripturas præsumitur malum ius face-*
re, & num. 36.
37 *Libri præsumuntur restituti redditis rationibus.*
38 *Scriptura dicuntur informes, quando non fuerunt*
recognitæ.
39 *Alimenta non possunt dici excessiua, quando adest*
turbiditas.

DECISIO CXII.

ELISA suscepit tutelam Iulij, Eleonoræ & Annæ Angelæ filiorum suorum, & Anibalis mariti anno 1619. Deinde renubẽs Saluatori tutelam deposuit satisfaciendo, *l.* 2. *C. quand. mul. tutel.* & rationem reddidit suæ administrationis nouo Tutori deputato, cuasitque occasione Dotis creditrix sicut. 1708. pro quibus fuit conuentum, vt soluerentur fructus ad rationem sex pro quolibet centenario, & anno, vltra alia scuta 9688. reseruatis Iuribus super hæreditate, & parte Angelæ filiæ Infantis defunctæ 8. Iunij 1621. & nihilominus iterum tutelam recepit Iulij, Eleonoræ, & Annæ, 25. Iunij prædicti anni 1621. quam administrauit, vsque ad annum 1629. quando defuncto tunc temporis Saluatore renupsit Ioanni, qui Tutor, & Curator datus fuit priuignis idemque Ioannes rationẽ suæ administrationis Iulio, & Annæ prædictis, reddidit, & quietationem reportauit.

Diem functa Elisa anno 1646. instituto hęrede vniuersali Vgone filio anterioris Matrimonij cum Gregorio Vgo vigore mandati de immittendo possessionem bonorum hæreditariorum accepit, & apertis à Iulio eandem

dem Domum cohabitante manſionibus Eliſæ, ipſo præſente coram Notario, & Teſtibus factum fuit Inuentarium, nec folium vllum Vgo hæres reperit, quod apponeret; Poſtea Iulius ſolus egit contra illum ad reddeñ. vtriuſque ſupradicti temporis rationem tutelarem, & dum præcipuè controuertebatur de tutelaribus libris, & ſcripturis, an exiſterent apud Eliſam, ſeu Vgonem eius hæredem, aut apud Iulium, comparuit Religioſus, qui aſſeruit ſibi fuiſſe traditum quendam librum tutelarem cum aliis ſcripturis in duobus ſaculis exiſteñ. Dominæ Eliſæ à quadam perſona pro exoneratione ſuę conſcientiæ, & penes acta reliquit; Iudex interea ſine præiudicio Iurium partium, ad effectum habendi talem rationem, qualem de Iure pro ſua animi inſtructione expenſis, mandauit eligi Peritos, prout Iulius elegit, & Vgone non eligente, Iudex ſuppleuit ex officio, retulerunt ambo Periti, Eliſam ratione tutelæ debitricem ſcut. 281. ſed Peritus Iulii, moderatis expenſis alimentarijs pupillorum tanquam nimis ſūptuoſis conſtituit eandem debitricem in ſcut. 647. 54. Iudex in hac diſcordia relationum, tertium Peritum elegit, qui confirmauit primo debitum ſcut. 281. moderatiſque magis dd. alimonijs, fecit illam debitricem loco ſc. 647. 54. in ſcutis 839. 79.

Porrò Iudex relaxauit mandata pro ſcutis 282. & 825. 79. quod fuit executioni de mādatum in domo controuerſa, appellauit Barbara hæres Vgonis, & Signatura reſcripſit *ſine præiudicio*, quoad ſcuta 282. in reliquis, *ſi quid exequen.* Iulio interim fuit ſatisfactum de dd. ſcutis 282. per exactionem ab eo factam pro ſumma valde maiori à debitoribus hæreditarijs, & ob defectum tranſportationis actorum, obtinuit moderationē Inhibitionis, & proceſſum fuit ad ſubhaſtationem, & adiudicationē Domus, ſibi vti plus offerenti pro ſcutis 850. videlicet ſcut. 839. pro credito, & ſcut. 11. pro expenſis. Vnde aduerſus prætēſam rem iudicatam, commiſſa reſtitutione in integrum Iudex manutentionem in poſſeſſionem præfatæ Domus ſubhaſtatæ conceſſit Barbaræ, & alia die tulit Sententiam reſtitutionis in integrum, cum condemnatione Aduerſarij ad reſtitutionem ſcut. 281. & fructuum perceptorum.

Commiſſa mihi Cauſa, cum facultate manutenendi, quem de Iure propoſui dubium 18. Maij proximi præteriti, an, & cui ſit danda manutentio, ſed DD. mandarunt videri de bono Iure, etiam ad effectum manutentionis, quo hodie propoſito, reſponderunt, conſtare de bono Iure Barbarę, etiam ad effectum manutentionis.

Quia prior adminiſtratio Eliſę anni 1619. fuit pro Iulio, Anna, Eleonora, & Angela. Secūda vero anni 1621. defuncta Angela pro alijs tribus, & tamen Iulius egit in ſolidum ad reddendam rationem, quod non potuit, niſi quoad volumina rationum tradēda percunctandaſque, & examinandas rationes diſpungendas, atque excutiendas, in quibus fa-

1 ctum habet † adeoque indiuiduum, inquit, *text. §. ſi quis, lib. 6. ff. de ſtat. lib. Bald. ad l. 1. C. de cond. inſert. num. 17. verſ. item pone. Coſta de facti ſcientia, inſpect. 6. num. 8. & in reſponſ. ſequenti à nu. 52. Rota poſt Munoz, de ratiocin. deciſ. 7. nu. 6.*
2 *& deciſ. 35. num. 12.* non autem † potuit in ſolidum agere ad reliquatum adminiſtrationis, quatenus in danda pecunia conſtitit adeoque diuiduo *dicto §. ſi quis, cum aliis ſupracitatis*,
3 quin & ipſo Iure in portiones hęreditarias diuiſum, nec amplius diuidendum, *l. 6. C. famil. erciſcund.*

Maxime quod Iulius videtur agnouiſſe in bonis adminiſtratis Ius ſuarum ſororum, eo ipſo quod exegerat à Ioanne Tutore *poſtremo*, reliquum pro ſua portione, cum alio Ceſſionario Annæ poſtea Monachæ nomine Geltrudis, eo potiſſimum fundamento: *Per eſſer li beni amminiſtrati dalla Signora Liſa, ſottopoſti al fidecommiſſo fatto dalla Signora Erſilia, e che eſſi pupilli non intendono eſſere heredi del Signor' Annibale lor padre, ſe non con beneficio, &c.* vt 5. Iulij.

Præſertim quod fuit auctoritate iudiciali decitum bona Erſiliæ ad maſculos, & fœminas Annibalis filios ſpectare, quod & tāquam tranſitum in iudicatum, & executioni demādatum, cum poſſideant adhuc Iulius, & ſoręres bona Erſilię res ponitur in claris, & omnis tollitur diſputatio.

4 Accedit etiam, quod cum Eliſa fuerit hęres Angelæ filiæ in quarta parte, §. *ſi igitur de functus, verſ. ſi vero cum aſcendentibus, Authentica de hared. ab inteſt. Bald. in Authentica ceſſante, C. de legitim. hared.* adeoque creditrix in notabili ſumma filiorum ſuorum, non potuit abſque nota exceſſiuitatis in ſupradictis ſummis cōdemnari.

Sed manifeſtior fit exceſſus, ex quo Annibal maritus teſtamento mandauerat; *Che la Signora Liſa ſua diletta Conſorte, doppo la morte di eſſo teſtatore, ſia Donna, Madonna, Padrona vſufruttuaria, & amminiſtratrice di tutti li beni della ſua heredità, mentre ſeruarà vita vedouile, e che da' ſuoi heredi, nè da qualſiuoglia altra perſona, non li poſſa in alcun modo domandare, nè rimedere li conti, e che non ſia obligata à tener libro Tutelare, nè conto alcuno, benche ſi maritaſſe; e contrauenendo detti ſuoi haredi à queſta ſua volontà, e moleſtando detta Signora Liſa per qualſiuoglia capo, in tal caſo prima li ſuoi heredi di tutti li ſuoi mobili, oro, argento, gioie, ſtatue, carozze, e caualli, & altre ſuppellettili nella ſua heredità, e di tutti li miglioramenti fatti nelle ſue caſe, & in ſpecie di ſcudi 1950. ſpeſi nel Palazzo à Paſquino, come per conti, e quietanze prodotte per l'atti del Ceſi del 1615. nelle quali in tal caſo, vuole che ſucceda la detta Signora Liſa ſua moglie, inſtituendola in quelli ſua herede in ogni miglior*
5 *modo*, qui † cum videatur caſus, §. *Iulianus, l. 5. ff. de adminiſtr. tutor. ibi, Teſtator Tutoris Alexiſtas, hoc eſt à redditione rationis immunes eſſe voluerat, & l. ſi ſeruus 119. ff. de leg. 1. &* §. *ſi hares, l.*
6 *8. ff. de lib. legat.* Tutrix † tolum de fraude, & dolo tenebatur, & quidem de dolo euidenter probato, non autem præſumpto, *Menoch. præſumpt. 164. nu. 1. & 9. lib. 2. Munoz de Ratiocin.*

cap. 5. à num. 3. Rota decis. 331. confirmat decis. 364. par. 4. recent. & decis. 65. nu. 1. tom. 2. par. 4. recent. & nihil ex aduerso probatum est.

Et semper Iulio hæredi Annibalis obstat, quod nunquam super petita redditione rationis audiri potuisset, quin prius Legatum Elisæ factum in casum molestiarum solueret cũ
7 alias contra † sui Authoris voluntatem agere non posset adita hæreditate, nisi pœna, & Legato solutis, *Bartol. ad l. pater famil. ff. de hared. instituend. numer. 6. & 7. §. vltim. instit. de legat.*
8 Itaut Clara † Legatum petere potuisset, sicuti, & Vgo ipsius hæres, *dicto §. vltim. Alexand. conf. 52. num. 6. vers. quo autem, lib. 2. Dec. conf. 613. sub num. 1.*

Non obstante obligatione per Elisam facta de reddenda ratione, & Instrumento tutelari,
9 nam † declaranda, & limitanda erat in executionem testamenti Annibalis, vt suprà, & cũ protestationibus, & reseruationibus ab eadem factis, iuxtà *dictã decis. 364. par. 4. recent.* Maximè cum Elisa primam rationem reddiderit,
10 & secundam reddidisse † præsumatur ex posteriori ratione, & reliquatione Ioannis posterioris Tutoris, qui ab ea tutelam susceperat, & bona iuxtà Instrumentum inter Iuliũ, iam longè maiorem, & Ioannem 16. Nouẽbris 1637. vndè intrat vulgata regula, quod
11 ratio † semel reddita, iterum reddi nõ debet, inquit, *Rota decis. 188. num. 3. par. 8. & prius decis. 543. num. 3. tom. 2. part. 4. recent.* & apertus
12 dolus † requiritur, & probandus est pro noua redditione, *Menoch. de Arbitrar. cas. 209. numer. penult. & vlt. Rota dicta decis. 143. num. 1. & seqq.*

Et præcisè examinando excessum in quantitate aperte constare visus est, cum Iudex cõdemnauerit ad summam scut. 282. quæ à primis Peritis calculata fuerat in scut. 281. & ex-
13 cessus sufficit † in obulo, seu quadrante abũde apud *Postib. de subastat. inspect. 50. num. 9. Rota coram Ludouisio, decis. 198. cum ibi annotat. & decis. 67. num. 7. à vers. quarto addebantur, par. 9.*

In altera vero scut. 825. iniustè processisse visum est, cum non fuerit secutus relationem alicuius Periti, quam sequi debuisset,
14 non quidem † in minori summa, iuxtà *regul. cap. 1. de arbitr. in 6. §. si plures, l. diem 32. ff. de recept. Gratian. discept. 187. nu. 6. & 228. nu. 14.*
15 sed † mediam, vt inquit, benè post *Salicet. Alexand. conf. 64. num. 9. lib. 2. Ciriac. controu. 159.*
16 *num. 9. & 10. & 107. num. 7.* quando † enim summa profertur à Peritis super declaratione pretij alicuius rei non procedit vulgata regula, quod minima sit attendenda, in qua omnes sunt concordes, vt monet *Bald. ad diff. §. si plures, num. 1. vers. & intellige, & l. 1. Cod. de sentent. que sine certa quantitate, num. 2. vers. tamen ille, cum alijs apud Gabriel. conf. 168. num. 99. lib. 1. Valasc. prax. partit. cap. 9. sub nu. 12. & 13. Sanz. de diuis. bonor. cap. 4. num. 21. art. 1. Ciriac. dicta controuers. 159. num. 8. Gratian, dicta discept. 228. num. 15.* quæ quidem media summa quomodo sit inquirenda, DD. variè scripserunt, nam
17 coacernandas † esse omnes summas relatas à Peritis, & tertiam partem totius summæ estse iustam æstimationem voluerunt, *Salicet. & alij apud Ciriac. dicta controuers. 159. num. 16. Caball. resolut. criminal. cas. 119. num. 17. vers. ego dixi.*
18 Alij vero relinquendum esse † auctoritati Iudicis opinati sunt, qui possit arbitrio suo sequi votum eius extimationis, qui sibi fide dignior videatur, & meliorem rationem sui dicti reddiderit, *Valasc. dicto cap. 9. sub num. 15. cum allegatis apud Ciriac. dict. controuer. 159. nu. 11*
19 quæ posterior † Sententia minus communis videtur minusque fundata, maximè quando æxtimatores à partibus sunt electi.

Sed in casu præsenti exigebat ratio, quod media æstimatio eligeretur ex supradictis,
20 quia cum † pretium sit triplex, nempè summum, medium, & infimum, vt scripsit *Stract. de commerc. §. 1. qu. 7. par. 2. ampliat. 10. num. 59. & 101. Graff. de arbitr. confess. cap. 58. num. 2. lib. 2.* dum alter Peritus alimenta pupillaria æxtimauit maioris prætij, alter minoris, & tertius demum infimi, iustus, & verus valor e-
21 rat † medius, & præsertim, quod æstimatio erat Periti electi à parte contraria, non autem infimus tertij Periti electi à Iudice.
22 Et quamquam placuerit aliquibus, quod relationi tertij Periti, standum sit etiam ab alijs discordantis, vt apud *Ciriac. dicta controu. 159. nu. 2. Fenzon. ad Statut. Vrb. cap. 194. de forma seruanda in pignore, lib. 1. nu. 39. Postib. de subhastat. inspect. 47. nu. 79. Capu. prax. maior. cap. 3. nu. 65. par. 1. Rota in Eugubina Prety 11. Februarij 1650. coram Reuerendiss. D. meo Cerro nunc Decano, & decis. 294. nu. 2. par. 1. recent.*
23 Tamen opinio hæc limitanda videtur, vt non procedat cum Periti adhibentur pro cõmuni æxtimatione rei, tunc enim nec summo, nec infimo standum est, vt suprà, sed
24 tertio medio † perito, & mediæ extimationi, vt DD. suprà allegati sentiunt, aut sentire deberent.

Et rem à principijs repetendo videtur erratum, tàm in modo electionis tertij, quàm
25 in modo relationis ab † ipso factæ, nam *textus, §. principaliter, Litem si vnus 17. ff. de recept. arbitr.* ibi, tertiam certam eligere personam, cuius auctoritati pareatur, quãuis ambiguus sit, vt inquit, ibi, *gloss. & Bartol. num. 13.* exponendo per duplicem lecturam, *& Bald. in fine, & alij apud Riminald. Iun. conf. 335. nu. 23.* & dubium fit, an soli tertio, vel cum altero arbitro concordi parendum sit; attamen omnes cõueniunt, neque eligi a Iudice, neq; cogi par-
26 tes ad eligendum, sed † arbitros cogi eligere certum, & debere Prætorem eos cogere, vt in *text.* & notat, ibi *Bartol. num. 1. Bald. vers. & nota, Fenzon. ad Statut. 194. nu. 39.* adeoque post illorum discordiam, vel sequi, & omnes simul Iudicare, *§. vltimo, post dictum §. principaliter, & ibi gloss. omnes, dicta l. item si vnus*, vnde inquit, *Bartol. nu. 3.* modus rectus, & indubitatus est, quod ille tertius exprimat voluntа-
27 tem suam, & illi † Arbitri cogantur ferre sẽtentiam secundum eius voluntatem, & consilium, & clarius *Speculator de arbitr. §. sequitur, nu. 18.* ibi vocabit ad se Arbitros, qui si in vnum conueniant, planum est, si vero di-

ſcordent eius authoritati ſtabitur, non quod
28 ipſe pronunciet, ſed † eius dicto, ſeu conſilio eis in ſcriptis dato Arbitri ſtare cogentur, & ſecundum illud pronunciare, vt *nu.19.* & ita ſentiunt *Soccin.Seu.conſ.54.nu.2. verſatertius, & vltimus caſus, lib. 1. Garz.de expenſ. cap.24. in principio.*

Vnde manifeſtè tàm ex textu, quàm ex DD. colligitur, quod cum ſtetur tertio pe-
29 rito, vt ſuprà eligendo † ab arbitris id accidit ante Sentẽtiam à primis dictam, ſed poſt Sententiam à duobus dictam, vt in caſu no-
30 ſtro, non ſtatur tertio diſcordi, ſed † tunc tantum cum vnum approbat, *Gabriel. dicto conſ. 168.nu.106. præclare, Rota deciſ.554.num.3. par.2.recent. Gratian.diſcept.228.nu.12.poſt Card. Zabarell.ad cap.ſuſpicionis de offic. & poteſtat.Ind. delegat. numer.5. verſ. decimoquarto.* Et proſequendo exceſſum Peritorum viſus eſt ſutor vltra crepidam, & relatio non attendenda,
31 cum Periti exceſſerint † fines ſui officij in decernendis ijs, quæ pertinent ad Iudicis cognitionem, ad *Munoz, de ratiocin. cap.38. nu. 6. & Rota poſt dictum tractat. deciſ* 19. *num.* 10. *cum alijs ibi allegatis,* & officio Iudicis, qui de tute-
32 lis cognoſcit, congruit † reputationes Tutorum, non improbas admittere, vtpote ſi dicat impendiſſe in alimentis pupilli, vel diſciplinis, *text.eſt in l. 2. ff.vbi pupill.educ.l.vltim. ibi ne apud Iudicem, C.de aliment.pupill. præſtand.*
33 ſicut, & officio prætoris † congruit alimenta decernere, §. *modus, dicta l.2. & vltim. cum ſimilibus relat. à Menoch.de arbitr.Iudic.caſ.169.* & electi eſſent calculatores ſummarum Tutela-
34 rium non poterat, circa ea, quæ in iure conſiſtunt reſpondere, *Munoz dicto cap.168. num.6. vbi Rota dicta deciſ.19. num.10. & coram Eminẽtiſſ.Domeo Otthobon.deciſ.105. num.10.*

Illud autem, quod potiſſimum fundamẽtum fuit rationis decidendi, & mouit DD. erat, quod liber, & ſcripturæ tutelares non fuerint repertæ in manſionibus Eliſæ poſt ipſius mortem, iuxtà Inuentarium factum præſente Iulio, immo Teſtes conteſtantur libros, & ſcripturas acceptas, retentaſque à Iulio, vnde cum emerſerint per manus Reli-
35 gioſi illius Regularis † præſumendum ſit contra partem ipſius Iulij, iuxtà Caſſianum illud cui bono fuerit, &c. & ſpecialiter in huiuſmodi Scripturis, & Inſtrumentis, ad d. *l.2. ff.de iur.fiſc. §.ille autem, l.1.C.de latin.libert. Bartol.ad l.1. ff.de quæſt.num.5. verſ. item quod illa res, Surd. conſ. 512. num. 5. Rota deciſ.418. in fine, part.2. recent.* vbi licet hæc præſumptio
36 contra Iulium non poſſet † admitti poſſet tamen intrare in hoc ſenſu, quod aliquis cogitans parti rem gratam facere ſcripturas occultauerit, eoque commodum, quod Eliſa, & Iulius eandem domum, vtcunque inhabitabant, & quod magis eſt cum fuerit reddita
37 ratio, in † conſequentiam venit factam fuiſſe reddditionem librorum, §. *officio, l.1. ff.de tutel.& ration. diſtrab. Rota dicta deciſ.543. num.9.*

Et hiſce libris, & ſcripturis obſtant oppoſitiones, & proteſtationes factæ de ſcripturis, vti incertis, & non productis, nihil fieri, niſi ſeruatis ſeruand. & verific. verific. nec aliqua productio, & recognitio apparet parte citata,
38 & opponente, adeoque † non ſint in forma probanda, *Rota coram Verall. deciſ.99. par.2. late Scacc.de iudic.cap.11.ab initio, & à nu.896. à lib.2. Poſth.de manutent. obſeruat.97. & 98.*

Et cum lis tot articulis agitata redigatur ad æxtimationem dd.alimentorum, fuit ex DD. qui diceret, aut in facto exceſſum non probari, & Tutricem non putaſſe eſſe exceſſiua alimenta, aut ſaltim non videri de iure intra-
39 re dolum, vt ſuprà † immo nec ſcrupuloſam inquiſitionem remiſſam, *dicta l.ſi ſeruus.*

Denique qualecumq; Eliſæ debitum fuiſſet, cum ipſa eſſet creditrix d. reſidui dotis, & fructuum portionis Angelæ filiæ prædefũctæ, vna cum fructibus, necnon etiam Legati ab Annibale viro relicti, & omnia hodie declarantur Barbaræ Eliſæ mediate hæredi debuerat cum prædictis compenſari abſque eo, quod ad ſubhaſtationem procederetur.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. TAIA

Tarentina Cenſus.

Merc. 5. Decembris 1663.

ARGVMENTVM.

Cenſus ſubſtinetur etiã abſq; pecunia numerata dummodò pecunia ſit præſens, & partes illam habuerint pro numerata, nam Bullæ Pij V. non requirit pecuniam numeratam, ſed numerabilẽ: Miniſtri communitatis, qui imponunt cenſum nulla facta mẽtione, quod interuiat pro illius indigentijs non Obligant Communitatem, ſed ſemetipſos.

SVMMARIVM.

1 *Dictio* præſentialitèr, & incontanti *probat numeratam pecuniam.*
2 *Dicta teſtium non ſunt admittendi contra inſtrumẽtum Iuratum. Contrarium, vt num.4.*
3 *Teſtes examinati ſine citatione partis non probant.*
5 *Cenſus ſubſtinetur abſque pecunia numerata, dummodò ſit præſens & partes habuerint illam pro numerata, & num.23.*
6 *Bulla Pij V. quomodò ſit intelligenda circà Numerationem pecuniæ, & num.7.8.& 9.*
10 *Verbum* pecuniæ *complectitur non ſolum pecuniam numeratam.*
Sed etiam omnia corpora pecuniarum & num.11.
12 *Pecunia nomine veniunt etiam omnia Iura.*
13 *Pecunia numerata in Conſtitutione Pij V. videtur expreſſa pro qualitate pecuniæ, non autem pro forma numerationis, & numer.14.*
15 *Teſtibus deponentibus de ſuo Iudicio debent prævalere verba partium, & Inſtrumentum.*
16 *Cenſus impoſitus pro communitate non parit actionem contra Miniſtros, ſed contra eandem communitatem.*
17 *Propria confeſſione nihil eſt Clariùs, & n.18.*
19 *Confeſſus habetur pro iudicato.*
20 *Sindicus quando poteſt Marſupium Communitatis obligare.*

21 *Census tot sunt, quot sunt actus, & functiones, & num.22.*

24 *Dos transit in dominium viri, quæ parit actionem fauore filiorum non autem Vxoris, secus vt n.25.*

26 *Dos assignata iuxta regulam fundi dotalis, iuxta illam est restituenda.*

27 *Executio non vulneratur ex sententia absolutoria cum lata sit sine actis, secus nu.28.*

DECISIO CXIII.

IN decisis 8.Iunij proximi præteriti steterunt * ex rationibus, & fundamentis in decisione recensitis.

Nec obstare visa est prima,& petita exceptio,Censum fuisse constitutum pecunia non numerata contra Constitutionem fan. mem. Pij V., ex testificatione tam Testium Instrumentariorum, quam aliorum.

Nam contrarium constat ex Instrumento
1 iurato ibi † præsentialiter & in contanti corã me Notario & testibus numeratos.

Et specialiter quoad dicta Testium DD.
2 varie respondерunt Censuerunt aliqui † illas non esse admittendas contra Instrumentum iuratum vti contra rem certam probationem probatam, & manifestam *Rot. decis.98. num.1. & 2.part.9.*, & licet essent admittendi, vti † illegitimè examinati & sine legitima citatione partis *Rot.coram Mantic.dec.302.num.4.*

4 Putarunt alij esse admittendos† attendendosque ad *Rotam coram Mantic.decis.302.n.3. seu coram Pamphilio post Farinacc. cons.lib.2. decis.89. num.2.& post Couc.de Cens.decis.316.num.3. Cenc. quæst.51.numer.20.cum annot.ad Buratt. dec.518. numer.5.* Verum licet tres testes, ex his duo Instrumentarij asserant pecuniam non fuisse numeratam, neque iudicio suo illum præsentem argenteam potuisse conflare mille scut., vt in Summario memorialis pro noua audientia pro DD.Gratiano, & alijs de Blasius *num.3.* nihil tamen conuincitur, & concludi-
tur contra validitatem Census ex ratione pe-
cuniæ non numeratæ, quia si verè fuit præ-
sens in ipso actu Cõstitutionis Census coram
5 Notario & testibus, quamuis non fuisset numerata; nihilominus Census subsistinet, si partes habuerint illam pro numerata *Cenc. d. quæst.51.in fine iuxta Rotam coram Nauarr.post dictum tract.decis.436.num.5.& 6.,& post Duard.de cens.dec.414.num.5.& 6.,vbi super quantitate satis est assertio partium, idque frequenter accidit,& consentiunt interpretes Constitutionis Leonell. glos.7.vbi & Bullom. in hac parte non fuisse visu receptam Pater Molin.de contract.disput.390.num.2.vers.Tutum autem Pater Azor.Instit. moral. cap.8. quæst.vltim. lib.10.part.3.Pater Filincc.Moral.tract.35.par.12. cap.3. numer.314.*

6 Et verè perpensa clausula Bullæ ibi † nisi verè in pecunia numerata præsentibus testibus, ac Notario, & in actu celebrationis Instrumenti, non autem prius recepto integro,iustoque pretio, &c. ex Ortagraphica interpunctione videtur sententia supradicta Ortodoxa, quod actualis numeratio non re-
7 quiratur nam † cum clausula, vt patet sit imperfecta sine verbo, & constructione videtur perfici à Superiori verbo, in proximo Constitutionis *Creari, constituine nullo modo, &c.*,
8 vnde verbo & forma ibi, *præsentibus testibus ac Notario* referri potius debent ad verbũ principale *Creari constituine*, quam ad præcedentes
9 verba *in pecunia numerata*, † neque otiosè posita sunt,imò tuam vim habent cum excludant pecuniam non numeratam; ideſt non nume-
10 rabilem, vt *pecuniæ* † verbum, non solum numeratam pecuniam complectitur verum omnem omnino pecuniam, hoc est omnia
11 corpora, nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri nemo est, qui ambiget
12 *l.pecuniæ 178., ff.de verb.signific.*, † quin etiam veniunt omnia iura *l.pecuniæ 222., ff. eod. cum ibi notatis, & præcipue à Sancto Augustino Canon. 6.part. quæst.3. & gloss. vnic. Canon.2.14. quæst.3.*
13 Proindeque pecunia numerata in Constitutione videtur expressa pro qualitate pecuniæ non autem pro forma numerationis, & maximè cum pro hac explicari potuisset,nisi vere in pecunia quæ numeretur præsẽtibus,&c. comprehendendo non minus actum numerationis, quam pecuniæ qualitatem, quod *autem ratiocinatur Duard.in Comment.Constit.Cen-*
14 *suum*, §.2.*quæst.5. num.1.* si linea † interponatur inter verba *pecunia numerata*, & verba *præsentibus* testibus,& planè in communibus Codicibus interpuncta sunt, verba *pecunia numerata*, & verba *præsentibus* testibus.

Pecuniam autem potuisse ascẽdere ad scutas mille per Testes nullatenus probatur cum
15 de iudicio suo contestentur, † cui præualere debent verba partium & Instrumentum, vt supra.

Ad alteram exceptionem Census contracti pro subleuandis indigentijs Communita-
16 tis adeout † contra eandẽ dirigenda sit actio *ex regia pragmatica 12. de administrat Vniuersit* DD. respondерunt præualere instrumentariã, & iuratam reorum debitorum confessionem, vt supra ibi pro faciendis eorum commoditatibus, & vtilitatibus, & pro nonnullis eo-
17 rum necessitatibus, præsertim quod † hæc confessio est propria ipsorum & superat om-
18 nes probationes; † nimis enim indignum esse iudicatur, quod sua quisque voce dilucidè protestatus est, id in eumdem casum infirmare testimonioque proprio resistere *ad verba tex.l.generaliter 13.in fine C.de non numerat. pecun.*
19 & *cap.10. de probat.* † quin etiam confessus pro iudicato est, qui quodammodo sua sententia damnatur *l.1.ff.de confess.*

Et alius ex DD. examinata funditus exceptione, & admissa tota serie facti, scilicet quod Sindicus antiquus vellet de pecunia Communitatis extinguere censum ad eiusdẽ Communitatis cõmodum sibi Sindico proprio nomine impositum, & constitutum, ac ægre ferrent noui Sindici successores in administratione, quorum intererat nè Marsupium publicum exhaueiretur, Ducem loci sua auctoritate cõclusisse, vt creditor censualis priorem censum cum antiquo Sindico extingueret, aliumque contraheret cum nouis, & re-

spon-

ſpondebat hic Dominus ex his actibus, non ſequi nullitatem poſterioris cenſus, dummodo verè in pecunia numerata conſtitutus eſ-
20 ſet vt ſupra, †nam conſiderando plures actus diſtinctos & licitos, potuit antiquus Sindicus de Marſupio publico vndecumque etiam ab ipſo creditore Cenſuario mutuam accipere pecuniam ad extinguendum priorem cenſū, quæ pecunia potuit ſolui eidem Creditori in dictam cauſam extinctionis, poſtea per nouū actum potuit creditor cum ipſa pecunia primum mutuata, & quæ functionem ſuam receperat in extinctione cenſus cum illa eadem nouum emere cenſum ab aliis Sindicis, qui deinde illam per tertium, & vltimum actum antiquo Sindico redderent in ſolutionem debiti ab eo contracti pro Communitate, adeoque tot fuiſſe contractus, quot actus & omnes licitos ad *Rot. coram Roias dec. 476. numer. 2. verſ. & licet Cenc. de cenſ. quæſt. 48. num. 22. & ſeq. Rot. poſt dictum tract. deciſ. 3. num. 3.*, & *opportun. & diſtinguendo huiuſmodi facta licita & illicita Rot. dec. 641. numer. 9. verſ. Inſtrum. tom. 3. part. 4. Pater Molin. de contract. d. diſputat. 390. d. num. 2. verſ. illud admonuerim, & declarat egregie Eminentiſſimus Cardinalis de Lugo, de Iuſtit. & Iure diſput. 27. nu. 90. ad finem*.

22 Et congruunt bene huiuſmodi † contractui cenſus illæ cautelæ, de quibus *apud Cenc. dicta qu. 48. ad finem verſ. ſi quis autem, & verſ. vel vtatur cum allegatis*.

Ex quibus cum vera pecunia numerata ef-
23 ficienter fuerit (etſi † numerata actualiter non fuiſſet,) & verè pro commoditatibus, & vtilitatibus reorum debitorum, cum quibus Creditor ità contraxit, cenſus viſus eſt ſubſtineri, & ſtandum in deciſis præter alia alias adducta.

Tertia & vltima exceptio erat de incompetentia actionis Catharinæ ad hunc cenſum, cum ab Antonio patre fuerit datus exiſtima-
24 tus in dotem Gabrieli eius viro, † proindeque vti tranſactum in dominium Viri, actionem natam eſſe filijs & hæredibus Gabrielis, non autem Vxori.

Sed huic fundamento repugnabat Inſtrumentum dotis, in quo Antonius liberè ceſſit, & aſſignauit Gabrieli genero, & Catharinæ
25 filiæ † coniugibus cenſum; itaut dicta bona dotalia, tranſiuerint in dominium, & poſſeſſionē Gabrielis, & Catharinæ, quas dotes modo quo ſupra receptas promiſit Gabriel tenere, cuſtodire & conſeruare nomine, & pro parte Vxoris, & dd. Dotes reſtituere, & pecuniarum quantitates d. Antonio dotanti, eiuſque hæredibus modo & forma, &c., adeoque
26 potius † iuxta regulam fundi dotalis, cuius pariter Vxor, & Maritus Dominus eſt videtur aſſignatus hic cenſus, & ad formam fundi dotalis reſtituendus *l. in rebus 80. C. de Iur. Dot., §. & cum ſex verſ. dicet enim, Lvnic. C. de rei vxor act. & gloſſ. dotalibus d. l. in rebus*.

Et abundantius ab informantibus pro Catharina deducebatur filios & hæredes Teſtatoris Gabrielis contentas fuiſſe iudicio tam-
ado, quam agendo à matre pro dicto cenſu cedentes omni meliori modo, &c.

Dubium nouum emerſit de vulnerata, vel inuulnerata, vt dicitur exequutione, & via executiua ex ſentētia abſolutoria in partibus,
27 nimirum aliis ſentientibus † pro inuulnerata cum ſententia producatur ſine actis iuſtificata, nec poſſit admitti, etiamſi deducatur excipiendo, quod eſſet illā quodammodo exequi iuxta *Rota obſeruantiam deciſ. 145. num. 18. & 19. part. 9. Gratian. diſcept. 531. ſub num. 61. & 62. Rot. coram Buratt. dec. 76. num. 3. cum annot. ſub nu. 25. & rurſus deciſ. 94. num. 2.*, Aliis autem pro
28 vulnerata, quia † non agitur de executione ſententiæ, atque adeo ad ſupra allegata, & præcipue *dec. 143. num. 1. & ſeqq. part. 2. diuerſ. & dec. 296. numer. 4. part. 5. & dec. 156. numer. 9. part. 7. & dec. 72. num. 10. & 11. part. 9.*

Et ita vtraque, &c.

Deciſio iſta in hac eadem cauſa emanata ſub die 5. Iunij præſentis anni eſt ſupra in hoc volumine deciſio 50.

R. P. D. T A I A

Romana Dotis.

Lunæ 10. Decembris 1663.

A R G V M E N T V M.

Nouatio non inducitur ex contractu nullo, & ineffectuato, & ex ſecundo ad cauthelam inito.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatio facta ad cauthelam non vitiat præcedentem obligationem, & num. 2. & 3.*
4 *Ratio in ſolutum debet exprimi claris verbis.*
5 *Ratio in ſolutum nulla non nouat præcedentem obligationem.*
6 *Mulieris contractus indiget conſenſu duorum proximiorum, & Iudicis decreto.*
7 *Priuilegiatorum duorum, ille eſt maior, qui intendit damnum vitare, & nu. 8. 9. & 10. quod amplia vt num. 11.*
12 *Nouatio non inſurgit ex contractu inobſeruato.*
13 *Ratificatio requirit eaſdem ſolemnitates, quas requirebat contractus.*
14 *Ratificatio requirit ſpecialem notitiam actus ratificandi.*
15 *Ratificatio requirit ſpeciale mandatum.*
16 *Nouatio non inducitur aucta quantitate.*
17 *Creditor non tenetur recipere in ſolutum bona ſui debitoris, & nu. 18. & 19.*
20 *Compenſatio non datur cum debito alieno, & 9. 21. & 22.*

DECISIO CXIV.

DOMINVS Camillus Proaum paternus Domini Caroli, & q. Domini Lauri bona ſua perpetuo fideicōmiſſo ſubiecit pro deſcendentibus maſculis, fœminis excluſis, quas condecentèr dotari mandauit, itque ad euitandam ſubhaſtationem Caſalis fideicommit-

missarij de mandato San. mem. Vrb. VIII. subhastañ pro dotañ DD. Portia, Isabella suis ipsorum Dominorum Caroli, & Lauri germanis Sororibus acceperunt ad Cambium scut. 3. mill. ad effectum ex illis assignandi priùs dotem Dominæ Portiæ Monasticum habitum sumere volenti, & residuum Dominæ Isabellæ in computum suæ dotis futuræ, & reportandi ab illis cessionem Iurium ipsis competeñ contra bona fideicommissaria d. Domini Camilli pro dicta rata in fauorem Creditoris, ex quibus cum cessione Iurium fuerunt soluta Monasterio pro dote d. Dominæ Portiæ scut. 1650. & reliqua 1350. dictæ Dominæ Isabellæ, & pro ea Dominæ Septimiæ eius Matri, & Curatrici, quæ fuerunt in creditum eiusdem Isabellæ in Monte Pietatis depositа ad dispositionem d. Dominæ Septimiæ, & de eius mandato postea consignata prædictis Dominis Carolo, & Lauro cum obligatione Camerali, & iurata illa restitueñ Dominæ Isabellæ in actu matrimonij ab illa contrahendi, & pro maiori cauthela ei assignarunt omnes arbores Casalis Cami Asculani fideicommissarij, iuxtà Instrumentũ 17. Augusti 1641. Post obitum Domini Lauri, Domina Septimia illius Mater, & hæres testamentaria, & Dominus Carolus in computum, & diminutionem dotis futuræ ad abundantiorem cauthelam Dominæ Isabellæ Iura Iuribus, & cauthelas cauthelis addendo, & non aliàs insolutum, & sine solemnitatibus statutarijs dederunt rubr. 15. Casalis Prædij Asculani pro dd. scut. 1350. in tempus monachatus, vel matrimonij soluendis, iuxtà aliud Instrumentum 16. Octobris 1643. Postea D. Carolus nomine Dominorum Equitis Hiacinthi, & Ignatij suorum fratrum maritauit Dominam Isabellam Domino Nereo, cum dote scut. 6000. quæ Dominus Carolus promisit soluere de bonis fideicommissarijs dicti Domini Camilli, per aliud Instrumentũ 27. Ianuarij 1645. Domini Equites Hiacinthus, & Ignatius dictam promissionem dictæ dotis suo ipsorum nomine factam impugnarũt, & causam super reductione dictæ dotis contra dictam Dominam Isabellam in Rota introduxerunt, & causæ dictus Dominus Carolus adhęsit, quæ per transactionem cum qu. Equite Hiacintho finita fuit sine præiudicio Iuriũ Dominæ Isabellę competeñ pro adimpimento dotis contra Dominos Carolum, & Ignatium, & præcipuè contra dictum D. Carolum, quem Domina Isabella pro solutione conuenerat iàm anno 1651. secundum aliud Instrumentum 19. Maij 1653. mortuo Domino Nereo, Domina Isabella cum consensũ Dominæ Septimiæ suæ matris, secundas nuptias contraxit cum Domino Annibale, & pro dote ei assignauit dictum creditum dotale scut. 6000. dicto Domino Nereo primo viro iam promissorum ad aliud Instrumentum 5. Maij 1654. Acta hinc est lis inter dd. DD. coniuges, & Dominum Carolũ coram A. C. de restitutione dd. scut. 1350. eidem de voto suorum Locumtenentium, commissa appellatione remota, & Dominus Carolus fuit per sententiam diffinitiuam ad illorum restitutionẽ vna cum fructibus dotalibus conuentis condemnatus, & contra ipsum fuit relaxatum mandatum executiuũ reale, & personale, vndè causa restitutionis in integrum in Signatura gratiæ mihi commissa proposui dubium hoc ipsum, & DD. de causis restitutionis in integrum non constare dixerunt.

Quia existimarunt exceptiones à Domino Carolo appositas eumdem minimè tueri.

Prima enim exceptio obligationis restituendi dicta scuta 1350. extincta per dationem insolutum dictorum rubrorum 15. factam à DD. Carolo, & Septimia Dominæ Isabellæ
1 visa fuit irreleuans, † quia cum datio insolutum fuerit facta ad abundatiorem cauthelam eiusdem Dominæ Isabellæ, eique Iura Iuribus, & cauthelas cauthelis cumulatiuè addendo, & non aliàs, & sine præiudicio in specie itaut &c. proindè obligatio præcedens non fuit extincta, neque nouata *Cost. Conuent. clausula 82. ab initio & prax. conuent. nu. 15. à vers. tertium quod sic part. 1., & ad cap. 1. de Iudic. n. 199. vers. quia clausula ex abundanti Rot. dec. 738. nu. 2. part. 1. & dec. 30. num. 3. part. 2. diuers.*, & amplius *ad clausulas suprascriptas Grat. conf. 126. numer. 7. vers. nam ad ista lib. 1. Bursatt. conf. 101. num. 4. 23. & 24. Surd. conf. 385. num. 20.* quicquid enim sit
2 additur, † id excludit animum nouandi *Costa d. par. 1. numer. 18.*, vel est nouatio additiua, sine
3 † cumulatiua non extinctiua *ad l. vltimam, C. de nouat. & §. præterea Instit. quibus mod. tollitur oblig. Honded. conf. 40. num. 28. lib. 2. Costa d. part. 1. numer. 14 Rot. dec. 150. nou. 21. part. 5.*, & tandem
4 illa non fuit insolutum datio, quia illa non fit † nisi expressè dicatur *Rot. coram Duran. dec. 226. num. 23. cum allegatis*.

Et quatenus inde nouari potuisset prima obligatio Nihilominus non potuit, quia fuit
5 ipso Iure nulla datio insolutum quæ † præcedentem contractam non nouauit *Gabriel. conf. 36. numer. 66. lib. 1. Cephal. conf. 44. numer. 2. lib. 1. Costa de retract. cas. 27. num. 13. cap. 8. Merlin. de pignor. quæst. 4. num. 6. lib. 5. Surd. dec. 51. numer. 20.* nempe, quia fuit facta sine consensu duorum proximiorum, & Iudicis decreto, quæ solemnia † ex Statuto Vrbis 151. lib. 1. in d. datione
6 insolutum requirebantur, & illorum defectus reddit illam ipso Iure nullam, vt omnes contractus, ex quibus læsio, aut damnum mulieribus euenire possit, &c. *Pic. ad d. Statut. gloss. 7. ab initio, & Fenzon num. 39. & seqq. cum decisionibus vtrobique allegatis*.

Neque dicta datio insolutum substineri potest, ex eo quod fuerit facta inter matrem, &
7 filiam æque priuilegiatas, quia † nunc filia D. Isabellę agit de damno vitando lęsa pro pecunijs ab omni hypoteca, & periculo liberis accipiendo dicta rubra obligationibus, & hypotecis implicata, *vt consideranit Rot. corã Merlin. dec. 533. num. 11. à vers. nec ambigi*, † & ei magis expedit habere actionem ad summum ad
8 dotem consistentem in pecunia sibi debita, vt consuluit *Honded. conf. 41. num. 30. lib. 1. Fontanell.*

nell.de pact.nuptial.claus.5. gloss.8.par.13. num.27. Castill.contron.4.numer.9. lib.1. Rot.coram Duran. decis.41.n.2.& coram Fen.Lugdunen.edit dec.1050. in fine, & post Fenzon.dec.38.§.& quamuis, vers. & indubitatum.

Præfertur autem Dominę Isabellæ priuilegium tanquam lęsæ,& agentis de damno vitando, vt pro validitate d. contractus dicta
9 solemnia†requirerentur, & consuleudo cum alia muliere *Pic.ad d.Stat.gloss.7.num.82. & 83. cum Lamberteng.& Carpan.ibi alleg.* & generaliter inter minores, & alios priuilegiatos, si
10 sunt duo priuilegiati†pari priuilegio præfertur ille qui certat de damno vitando *cap.3. in fine de in integr.restit.& ibi gloss.vlt. §.vlt.d.verum 12.ff.de minor.& ita notat ibi Bartol.& alij Qdd.de restit.in integrum quæst.18. num.33. Rot.decis.283. in fine par.4.diuers.& coram Ludouis.dec.164.n.6. cum ibi adnotatis sub num.12.& decis.473.num.13. & 14.& coram Buratt.decis.430.num.11. cum ibi adnotatis sub num.27.& seqq.& decis.190.num.12 par.8.* præsertim vbi agitur de dote *l.1.ff.solut.*
11 *matrim. & ibi DD.* & in termini filiæ† cum matre contrahentis *Rota coram Canal.decis.442. num.7.* & cum patre *cor. Buratt.accis.120.n.29. & seqq. iuxta annot. num.40.*

Et quia Domina Septimia mater contraxit vna cum Domino Carolo filio,cuius iudicio consilioq; Domina Isabella filia grauari poterat, sicuti iuuari Domina Septimia ipsa mater,& maximè in eo quod insolidum vna cum Domino Carolo filio contrahebat solemnia statutaria pro contractus validitate magis requirebantur, & illis non adhibitis planè *contractus est nullus, vt supra.*

Et vlterius Domini censuerunt dictam exceptionem non obstare, quia Domini Carolus, & Septimia nunquam possessionem dd. rubr. Dominæ Isabellę realiter tradiderunt, ac etiam iudicialiter etiamsi inutiliter interpellati illorum possessionem eidem tradere recusarunt ab anno 1643.quo insolutum da-
12 ti fuerunt,& vsque in præsens † inobseruato contractu dationis insolutum non potest D. Carolus illo etiamsi validus fuisset,iuuari pro nouatione *Surd.d.cons.385.nu.21.vers.post quæ, & num.22.Ciriac.contron.327.n.20.& seqq.Amat. var.resolut.5.num.25.& seqq.Surd.d.decis.51.n.21. Rot.d.dec.183.n.21.& seqq.par.9.*

Neque visum fuit obstare, quod Procurator Dominæ Isabellæ petierit associationem ad possessionem dictorum rubrorum atque ita data insolutum habuerit rata, quia requirebatur mandatum speciale cum eisdem solemnibus statutarijs in dando insolutum requisitis, maxime in constitutione Procuratoris facta à muliere, & facienda non solum
13 ad lites,sed ad ratificationem,in qua†requirebantur eadem solemnia, quæ requiruntur in ratificatione *Rota coram Pen. Lugdun. edit.decis.643. num.3. vers.præterea, & num.4. & coram Buratt.decis.301.num.7.vers.nec obstat, & post Gelian.ad Statut.Perus.dec.54.nu.11.*

Et nihilominus hoc mandatum nō fuisset sufficiens, cum non constaret de scientia ex-
14 plicita ipsius Dominæ Isabellæ † quantum ad contenta, & nullitatem contentorum in Instrumentis, prout requirebatur *Rota coram Pen.d.dec.643.num.2.cum ibi allegatis, & annot.& cum alijs congestis coram Buratt.decis.48.numer.11. & ibi annot.num.16.* maximè ad effectum no-
15 uationis, † qua ipse requirit speciale mandatum, argum. *l.10. ff.de nouat. & ibi glos.1. Rota coram Seraph.decis.1419.num.4. & coram Buratt. decis.14.num.2.*

Eadem exceptio nouationis deducta ex alio Instrumento dotis scut.6000. à Domino Carolo promissa Domino Nereo primo viro Dominæ Isabellæ paritèr visa fuit irrelevans.

Aut enim in dicta dote scu.6000. comprehenditur dicta rata sc.1350. & inde obligatio
16 præcedens non fuit nouata, † quia quantitate aucta non inducitur nouatio *l.vltima*, ibi, *vel quantitatem augendam, & ibi anteriora stare, & posteriora incrementa eis accedere, Cod.de nouat. Soccin. Sen.cons.21. num.8.* ibi, *Ita nec per additionem lib.1. cum alijs apud Surd. d. consil.385. num.21.*

Aut non comprehenditur, prout verè cōprehensa non fuit, & in hac promissione soluendi in bonis non videtur cōprehendi summa, seù quantitas restituenda in pecunia numerata retracta de bonis fideicommissarijs ab ipso Domino Carolo alienatis, contra quæ Domina Isabella pro d.rata creditori Cambiario cessit iura sua, vnde pro dicta summa discordant præter formas, & cautæ promittēdi, & alia est restitutio promissa ex receptione tàm à Domino Carolo pro dote propterea destinata Dominæ Isabellæ in priori Instrumento; alia est dos promissa ex propria donatione Dominæ Isabellæ ab ipso Domino Carolo in posteriori Instrumento, & in hac dote, & donatione summa sc. 6000. non debet pro sc.1350. secus, ac pro 4650. diuersa iura censeri, atque adeò ex alia causa, & ex alia forma obligatio præcedens non fuit nouata.

Nec ex assignatione dicti crediti dotis sc. 6000. facta à Domina Isabella Domino Anbali secundo viro in dotem promissam, fuit recessum à dicta primęua obligatione, quia vel non resultat nouatio præcedentis obligationis, vel si resultat, vt prætendit Dominus Carolus,assignatio in hoc esset ipso iure nulla, quia Domina Isabella per illam amitteret ius consequendi dictam dotem pro dicta rata scut.1350. non solùm in pecunia numerata vt supra, sed etiam in ipsis bonis fideicommissarijs, de quibus tota summa 6000. promittebatur, quia prius iura sibi competentia pro d. rata 1350. ipsa Domina Isabella cesserat Gambiratio creditori contra bona fideicommissaria, & sine solemnitatibus Statutariis,nec expressè,nec tacitè tantòque sibi potuit nocere.

17 Neque tenetur † Domina Isabella recipere insolutum bona Domini Caroli debitoris, & ex *Auth. hoc nisi Cod. de fideiuss.* quia præter probanda non probata, *ex annot. ad d. Auth. &*
18 *Ludouis. decis.352. num.4.* fuit † promissa restitutio in pecunia numerata cum iuramento

& ex

& ex causa dotis *Rota decis.42.num.2.par.1.rec. & coram Duran.decis.1.num.22.& coram Ludouis. d.decis.352.num.5.cum annot.sub d.num.10.* præ-
19 sertim sine præstanda Creditori Cauthela † de euictione, quæ debitori prossibilis sit, ad verba *d. Auth.& Rot.coram Duran.d.decis.1.num.20. & seqq.* & multò minus compensare suum creditum dotale, cum credito quod Dominus Carolus prætendit à filijs dictæ Dominæ Isabellæ causa prætensæ donationis factæ sibi à Domino Nereo eorum patre, quia quisquis
20 velit † compensare, quod ab alio debetur nō
21 auditur *l. si cum milite 16. de compens.* † & planius compensatio non potest dari cum debito alieno *Rota coram Ludouis.decis.366.numer.2. cum annot.num.7.& decis.29.in fine par.9.* Sed & quia pendet Iudicium super prætenso credito inter dictum Dominum Carolum, & dd. fi-
22 lios Domini Nerei † propterea eo minus potest interim locus esse dictæ compensationi, vt inquit *Rota decis.532.numer.7.tom.3.par.4. recent.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE,
Postea S.R.Eccles.Cardinal.

Tirasonen Iurisdictionis.

Ven. 14. *Decemb.* 1663.

ARGVMENTVM.

In hac decisione tractatur quando Episcopus in suos Diœcesanos exercere possit omnimodā Iurisdictionem aduersus exemptionem prætensam, in cuius exclusione plurimi actus in decisione recensentur.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius exercet iurisdictionem in omnes subditos quamuis inuitos.*
2 *Episcopus potest residere in quacumque parte suæ Diœcesis.*
3 *Episcopus licet pluribus præsit Ecclesijs dicitur vnus Pastor.*
4 *Præses duarum Prouinciarum, in vna residendo exercere potest iurisdictionem in omnes.*
5 *Actus iurisdictionales quinam dicantur.*
6 *Dignitates Ecclesiarum conseruntur à Sede Apostolica.*
7 *Immemorabilis inducit præsumptionem melioris tit. de mundo.*
8 *Immemorabilis interrumpitur per solum rumorem in contrarium, etiamsi mille actus pro ea concurrant, & datur ratio, vt nu.9.*
10 *Testes ad immemorabilem probandam cuius ætatis esse debeant.*
11 *Testes examinati lite pendente, & parte non citata nihil probant.*
12 *Confessio emanata ex suppositio partis nihil probat.*
13 *Episcopi confessio voluntaria, & nullo iure cogente facta nihil probat. & datur ratio, vt nu.14.*
15 *Consensus Cap. Ecclesiæ Cathedralis interuenire debet in transactionem cum Ecclesia subdita.*
16 *Concordia inter duas Ecclesias est à Sede Apostolica confirmanda.*
17 *Confirmatio Apostolica per triginta annos non præsumitur, sed requiritur centenaria; quod fallit, vt num.10.*
19 *Vicarij generalis constitutio dependet à voluntate Episcopi.*
20 *Appellatio à Vicario ad Episcopum non datur, sed ad Metropolitanum.*
21 *Præscriptio non cadit in facultatiuis, quod amplia, vt nu.22. & 23.*
24 *Præscriptio quando cadat in facultatiuis, quod declara, vt nu.25.*
26 *Vicarius foraneus ob longinquitatem constitui potest.*
27 *Citare sufficit illum ad quem defensio generaliter spectat, & nu.28.*
29 *Actorum integra non trasportatio incuria Notarij non præiudicat.*
30 *Error Notarij parti non præiudicat.*
31 *Commissio noua in causa veteri non est necessaria.*
32 *Rota Auditorium respectu omnium dicitur vnum Tribunal.*
33 *Noua causæ commissio ex abundanti nullitèr impetratur, an afficiat sententiam, & nu.34.*

DECISIO CXV.

EPISCOPO Tirasonen decreta fuerat omnimoda Iurisdictio in Calataiuben. vbique exercenda per se ipsum, vel suos Vicarios foraneos virtute sententiæ coram R. P. D. meo Albergato alteram confirmantis R.P.D. mei Taiæ; Verùm ijdem minimè acquiescentes causam à Signatura mihi deferri curarunt, & Dubio hodie disputato **An** sententia Rotalis sit confirmanda, pro confirmatione DD. responderunt.

Iurisdictio siquidèm Episcopo in suos cōpetit Diœcesanos, cùm autem Calataiubenses esse tales respectu Ordinarij Tirasonen in-
1 ter partes non controuertatur † vtique ipse Iurisdictionem in eosdem, quamuis inuitos exercere valet *cap.de Xenodochijs, & cum Venerabilis de relig. dom. cap. cum Episcopus de offic.ordin. lib.6. cap.cum persona de priuil. ibique notant omnes eod.lib.cap.omnes Basilicæ 16.quæst.7.cap.conquerente de offic.ordin. Rem.conf.180.numer.4.vers. Habet enim Episcopus Federic.de Sen.conf.145.n.6 ante fin.vers.vnde si aliquis Marescott.var. resolut. cap.11.num.2.& 3.lib.1.Coccin.decis.471.num.1. Merlin.decis.152.nu.1.& 2. Duran.decis.126.n.1. Rota decis.243.sub num.1.& 2.& decis.241.nu.1. par 5.recent.& dec.328.n.2.par.2.diuers.*

Hanc verò Iurisdictionem vbiq; suæ Diœcesis Locorum exequi permittitur Episcopo
2 à cuius libertate † pendet Sedem in quacumque illius parte constituere, *ad text. expressum in cap. cum Episcopus de offic. ordin. & glos. communiter recepta in Clem. 1. in verbo Aut earum parte de for. compet.* In nihilo refragante, quod duæ prætendantur Diœceses simul vnitæ, quia omisso, quod desuper nulla iustificatio affertur, tali casu vna censetur, ac Iurisdictio pro tota, & indiuidua reputatur quoad Epis-
3 copum, qui † licet pluribus præsit Ecclesijs, vnus tamen Pastor dicitur, atque vnus Prælatus *cap.& temporis 16. qu.1. cap.1. vbi glos. in*

verbo

verbo veniendo ne Sede Vacante gloſ.in Clem.2. in verbo Eccleſias Rot.coram Caual.deciſ.418.num.3.

Et ita Epiſcopus Tiraſonæ reſidens in Calataiubentes Ius dicere valet exemplo Præſidis regimen duarum Prouinciarum habentis
4 qui in † vna reſidens, contentioſam poteſtatem in alterius Prouinciæ ſubditos quoque exequitur, eo quia reſpectu ipſius vna reputatur, licèt inter ſe ſeparatæ ſint, atque diſtinctæ *gloſ.in cap.vt litigantes in verbo ſtatuimus de offic.ordin.in 6.cap.præſenti in verbo finitur de offic. leg.cap.nouit.vbi Innoc.Oſtien.num.13. Io.Andr.n.5. Gamb. de offic. leg. extra Prouinciam Bart.in l.fin. C.de Metropolit. Beryt lib.11. Iaſ.in l. fin.num.9.de Iuriſd.omn.Iudic.num.9. Aretin.qui de communi teſtatur conſ.136.num.4. Rot.dec.§37. numer.9.par.4. tom.3.rec.*

Vna cum Iuris aſſiſtentia actuale Iuriſdictionis exercitium quoque concurrit, quam Epiſcopi, & Tiraſonę, & alibi Commorantes ab Immemorabili tempore in Calataiubenſes exercere conſueuerunt, prout apertè conuincitur ex Teſtibus in litis initio receptis, coram *bon.mem. Aſchill. de Graſſ. Summario Epiſcopi, ſiue Capituli, num.8.* & clarius demonſtratur ex quamplurimis actibus per Epiſcopos extra Calataiubeñ. Territorij limites reſideñ. exercitis ab anno 1291. & relatis in eodem *Summario à num. 10. vſque ad 35.* & ſignanter, cęteris omiſſis, ex Cauſę Commiſſione vigore appellationis interpoſitę à Decreto Otñ. cialis Calataiubij, Cauſę auocatione ab eodē Officiali ad Epiſcopum, relaxatione Mandati contra Iuratos, & Homines de Toralba, nec non alterius Mandati contra Vicarium, ac Clericos Sancti Petri de Franchis, præcepto in Clerum Calataiubeñ. vt Synodalibus Conſtitutionibus Tiraſonę edendis intereſſet, Interdicto Eccleſia Commenda de Villa Longa, Recurſu habito per eumdem Clerum Calataiubenſem ad Vicarium Epiſcopalem Tiraſonę Reſidentem, pro obtinenda aliqua prouiſione ſuper modo præcedendi in Sanctiſſimi Corporis Domini Noſtri Ieſu Chriſti Feſtiuitate ad obuiand. diſcordijs, & ſcandalis oriri conſuetis, à quo Vicario fuit Clero demandatum, vt ordo antiquus ſeruari ſolitus, ſeruaretur, Detentione Decani Calataiubij in Tiraſonę Carceribus ſententia eum condemnante, eiuſquè acceptatione, & executione,
5 qui quidem actus veræ, ac contentioſe Iuriſdictionis poſſeſſionem præſeferunt, quamuis vnicus, & minimus ſufficiens exiſtimetur ad illius conſeruationem, *Schrader.de feud. qu.10. ſect.20.nu.157. Adden.ad Gregor.deciſ.162.nn.11. Rota in Marſicen. Iuriſdictionis 18. Februarij, & 17. Iunii, coram bon. mem. Bichio in Beneuentana Iuriſdictionis, §.ceteri tamen, verſ.iſti enim 31. Ianuarii 1656. & 24. Ianuarii eiuſdem anni, §. quo vero, coram Reuerendiſſ.Cerro.*

Hinc enim omninò inſubſiſtens viſum fuit ſuppoſitum Cleri Calataiubeñ. nempè quod Eccleſiaſtica Iuriſdictio olim penès Calataiubēſem Archidiaconum vti Ordinariū reſideret, à cuius ſententijs ad Cæſarauguſtanum Metropolitanum, non autem ad Epiſcopum Tiraſonenſem appellationes admittebantur, & quod deindè Archidiaconatus Dignitate æquè principaliter extra Eccleſiæ Tiraſonenſ, Epiſcopus in Calataiubenſem Iuriſdictionem exercere minimè conſueuerit, niſi reſidendo intra Archidiaconatus limites.

Nàm quod olim Archidiacono Iuriſdictio competierit nullibi conſtat, neq; vllus actus Iuriſdictionalis, quamuis minimus per ipſum exercitus oſtenditur, minuſuè allegata vnio iuſtificatur ſ; E' contrario verò Epiſcopus edocet etiam de anno 1201. Archidiaconum in Ciuitate Tiraſonæ ſub Epiſcopali Iuriſdictione reſediſſe, ex quo à veritate omninò alienum detegitur, quod de eo tempore Archidiaconus tanquam Ordinarius reſideret Calataiubij, ac ab illius ſententijs appellaretur ad Cæſarauguſtanum Metropolitanum, cum Cæſarauguſta non appareat in Metropolim erecta, niſi de anno 1318. & ſic longè poſtquam Archidiaconi reſidentiam habere ſolebant Tiraſonæ; quinimò ſuppoſitum prædictum corruere viſum fuit ex Rotali ſententia edita de anno 1436. & iniudicatum tranſacta vbi pronunciatum extat Archidiacono Calataiubij nullam Iuriſdictionem competere in Calataiubeñ Summ. Capituli *num.6.*

His præmiſſis clara inſurgit præſumptio Archidiaconum nominari de Calataiubio, non ex eo, quod in Eccleſia Calataiubenſe fundationem aſſumpſerit; Sed quia introitus, ac reditus ad illum ſpectantes, ibi percipiuntur, †eoquè magis cum nō appareat vnquam Archidiaconatum tanquam Dignitatem à Sede Apoſtolica alicui fuiſſe collatum quod procul dubio contigiſſet vti de alijs dignitatibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis in quocumque menſe vacent.

Neque Calataiubenſes vllum fundamentum conſtituere poſſunt ſuper Immemorabi-
7 li, cuius virtute † inducitur præſumptio melioris tituli de mundo; Tùm quia ea excluditur ex recenſitis cōtrarijs actibus per Epiſcopos geſtis, quilibet enim actus contrarius
8 immemorabilem †interrumpit, etiam ſi mille peracti fuerint ad inducendam præſcriptionem;
9 † Imò ſolus rumor Immemorabilē euertere valet, cum ad illius probationem præ ceteris, requiratur, quod nil vnquam in contrarium viſum, aut auditum fuerit, iuxtà *text.in Lnemo, vbi gloſ. notat in verbo Temporalia in fin.ff.de reg. iur. Abb.in cap.vltimo num.29.de conſuet. Soccin.conſ.7.nu.11.lib.1. Otro.conſ.5.n.23 eod.lib.1. Rota in Pampilonen. Iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1643. §. Imò coram Eminentiſſimo Otthob.in Beneuentana Iuriſdictionis 13. Ian. 1653. coram Zarate Add ad Gregor.dec.298. num.13.deciſ.254.num.1.deciſ.124.num.13.par.4. & deciſ.432.par.4.recent.in Palentina Decimarum 14. Iunij §.quo verò 1656. & in Hiſpalen. Decimarum 26. Ianuarij 1659. coram Reuerendiſſimo D. Cerro Decano.*

10 Tùm etiam quia † teſtes nuper examinati de anno 1661. ac currenti non habent ſufficientem ætatem 54. annorum ante motam litem de iure requiſitam; Neceſsè ſiquidem eſt,

by Google

est, quod deponant de visu per quadraginta annos ante litis initium, & tamen illorum Senior annos 69. non excedit; Lis verò inchoata dignoscitur vsq; de anno 1550. *cap. 1. de præscript. in 6. Seraph. decis. 1102. & dec. 1450. in recent. dec. 73. num. 3. & dec. 254. nu. 1. par. 1. rec. decis. 148. num. 3. & 4. par. 2. in addicta Hispalen. Decimarum §. quoniam coram Reuerendiss. Cerro.*

Cæteri verò examinati de anno 1552. 1605 & 1620. nullum probationis gradum constituere videntur, eo quia lite pendente † non citata parte, & coram Iudice Laico recepti fuere ad executionem impediendam mandati de manutenendo ab hoc Sacro Tribunali decreti ad fauorem Episcopi *l. si quando §. sed cum oportet C. de test. l. nemo C. de decur. lib. 10. Alex. cons. 101. lib. 5. Oldrad. cons. 157. Rot. dec. 146. n. 24. par. 2. diuer. coram Buratt. decis. 551. num. 5. coram Zarate, in Bononien. fideicommissi de Vittoriis 5. May 1655. §. parui quoq; & in Firmana fideicommissi 27. May 1661. coram R. P. D. meo Albergato.*

Calataiubensibus minus suffragari valet confessio per Episcopum Yepes emissa de anno 1603. longè post introductam litem asserentem contentiosæ Iurisdictionis exercitiũ in Calataiubenses minimè Episcopo competere, nisi Residentiã teneat in Territorio Calataiubij; Nam cum de eo tempore iam fuisset tributa manutentio Episcopo super Iure exercendi Iurisdictionem vbique locorum suæ Diœcesis dicta Confessio detegitur erronea, ac fundata in partis aduersæ insubsistenti supposito, ibi, *Intendo, che la Giurisdittione litigiosa non douemo, ne potemo esercitarla, stando fuori dell' Archidiaconato*, † Ideoque apta non fuit, nec confitenti, nec eius successoribus nocere *l. non fatetur ff. de confess. Dec. cons. 408. n. 5 Decian. cons. 55. num. 29. Menoch. cons. 147. Gregor. dec. 522. num. 14.*

Præter quam quod † confessio Episcopi voluntaria, nulloque iure cogente emissa nil præiudicij Ecclesiæ, ac successoribus valet inferre *Bald. in l. 1. num. 301. de confess. Paris. cons. 47 num. 92. lib. 1. Honded. cons. 60. num. 72. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 467. num. 24. Caputaq. dec. 198 par. 1. & decis. 768. numer. 5. in fin. par. 2. recentior.*

Ratio † verò ea est ne Episcopis per viam indirectam rerum Ecclesiæ permittatur alienatio quæ directè fieri prohibetur, *Castr. cons. 74 num. 1. vers. tertio videtur &c. lib. 1. Paris. cons. 36. num. 11. lib. 4. Rot. decis. 516. nu. 2. par. 1. & dec. 597 nu. 2. par. 4. diuers. ac penes Garz. 12. par. cap. 3. n. 7. Ottbob. decis. 6. num. 13. Merlin. decis. 147. numer. 7. Coccin. decis. 106. n. 8. penes Posth. de manut. dec. 238. num. 25. cum alijs relatis in Fauentina Parochialis 14. Iunij proximi coram R. P. D. meo Nimot.*

Concordiæ, & transactiones inter ipsos, ac Calataiubij Clerum initæ nullius sunt ponderis; Nam vltra quod (excepta illa de anno 1622.) † non interuenit Capituli consensus prout de iure requirebatur *cap. nouit, cap. quanto, & cap. ea noscitur de his, quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit. & Rota in Barchinonen. Administrationis 17. Martij 1645. coram Reuerendiss. Terracinen.* † Apostolica confirmatione minimè apparent munitæ, quæ in eis quoque expressè reseruata conuincitur, neque impetrata præsumi potest ex triginta annorum curſu, cum † versemur circa Ecclesiæ præiudicialia; Ideoque resistat Vrbana Constitutio in ordine 149. præter quam illarum obseruantia non docetur, quinimò inobseruatæ præsumuntur ex earum copia, ac multiplicitate, † quæ quidem obseruantia concurrere deberet cum lapsu triginta annorum, in quibus tempus vita transigentis non comprehẽditur *Rot. dec. 27. num. 18. par. 9. tom. 1. rec.*

Episcopis autem licere Iurisdictionem in Calataiubenses exequi per se, vel Vicariũ foraneum indubitati est iuris, neque cogi potest ad deputandum Vicariũ Generalem † cuius Constitutio est in mero Episcopi arbitrio, *cap. cum Episc. de offic. ordin. in 6. Rebuff. in praxi tit. de vnion. benefic. num. 16. Rot. dec. 418. num. 10. & 11. coram Caual. Put. decis. 45. num. 1. lib. 2. Mohed. decis. 4. num. 1. de offic. Vicar. Rot. diuers. dec. 222 num. 5. par. 2. Seraph. dec. 74. in fin. Rot. dec. 537. n. 8. par. 4. tom. 3. rec.*

Inducta neque censetur in Episcopo obligatio deputandi Vicarium Generalem eo, quia olim illos deputare consueuerit, nam omisso, quod duæ primæ deputationes loquuntur de Vicario foraneo, prout etiam comprehenditur ex eo quod de anno 1378. Episcopus Tirasonen alteri Iudici commisit causam appellationis, alteram causam ad se ipsum auocauit; Hoc enim Episcopo non fuisset permissum, si Decretum à Vicario Generali emanasset, † à quo ad Episcopum appellari prohibetur *cap. 2. de consuetud. in 6. Sbroz. de offic. Vicar. qu. 23. num. 2. & seqq. Grat. cap. 655. num. 58. Caual. dec. 418. num. 4.* Aliæ verò subsequentes deputationes quicquid sit, An re vera sint de Vicarijs Generalibus, vel ad solam causarum Vniuersitatem, nullum Ius Calataiubensibus tribuere potuerunt, † cum in actibus facultatiuis cadere nequeat præscriptio, quæ liberam Episcopi facultatem restringat *l. 2. §. deinde Marcellus, & l. si eo fund. ff. de aqu. plu. arcen. glos. in l. qui luminibus ff. de seruit. Vrban. prad. Dec. cons. 8. num. 4. Rot. decis. 778. num. 5. par. 1. diuers. decis. 556. num. 4. par. 2. recent. & coram Achill. in hac causa decis. 306. par. 1.* adeòut † nec manutenibilis possessio admittatur, præsertim ad fauorem subditi contra Dominum non obstante quouis temporis lapsu etiam immemorabilis *in cap. cum Ecclesia Sutrina vbi Ripa nu. 43. & seqq. de caus. possess. & propr. Bald. in l. 1. num. 10. C. de seruit. & aqu.* vbi quod nulla præscriptio inducta præsumitur aduersus eum † qui per se, vel suos Antecessores per mille quoq; annos ad alterius Molendinum ire consueuit *Surd. post alios consil. 127. num. 82. in fin.*

Nec aduersatur, quod in actibus quoque facultatiuis cadat præscriptio, † dummodò prohibitio, seu contradictio concurrat cum subsequuta acquiescentia *Castr. in l. qui luminibus num. 2. vers. sed tamen ff. de seruit. Vrban. prad. Seraphin. decis. 1086. num. 1. Rot. dec. 530. num. 2. & 3. par. 2. rec.*

Nam oppositiones, & contradictiones relatæ

latæ in Summ. Calataiubensium à *num.23. ad* 25. emanarunt post litis introductionem, ac mandati Rotalis relaxationem, ad cuius executioni resistendum, iidum recursum habuerunt ad Tribunal Iustitiæ Aragonum, ab eoque firmam executionis impeditiuam obtinuere, præ cuius timore Episcopi acquiescere coacti fuere Summario Capituli *nu.37.* Ideoque ex tali acquiescentia nulla præscriptio aduersus Ecclesiam, & successores inducí potuit, quibus Prælatorum negligentia præiudicare minimè valeat ex deductis.

Denique non obest, quod Episcopus ex quadam æquitate eligere teneatur locum, qui minus incommodum Diœcesanis inferat, proindeque cum ab Archidiaconatu Calataiubii ad Ciuitatem Tirasonæ detur considerabilis distantia, ac præter itineris longitudinem transire quoque oporteat per loca minus difficilia, aspera, & montuosa, quin-
25 imò per aliarum Diœcesum Castra, † saltèm rogi debeat Episcopus ad constituendum ibi Vicarium Generalem *Nauarr.cons. 2.num.2. ad fin. post Franc.in cap.cum Episcopus de offic.ordin. in* 6. *Rota diuers.decis.297.num.1.& 8.par.2.*

Nam quidquid sit; An hæc sit causa sufficiens ad obligandum Episcopum, vt deputet Vicarium Generalem contrarium conuincitur ex testibus examinatis pro parte Capituli asserentibus à Territorio Calataiubij ad Ciuitatem Tirasonensem dari commodũ iter, ac continuatum per Loca Diœcesis absque necessitate transeundi per alias Diœceses, hocque commodè intra vnam Dietam posse expleri etiamsi in lectica permea-
26 re oporteat; † vndè censuerunt Domini satis consultum fore Calataiubensibus, ex Vicarij foranei deputatione.

Cętera obiecta pro Calataiubensium parte excitata ad impugandam sententiæ Iustitiam sublata remanent ex prędictis, alijsque rationibus per Dominos exaduerto scribentes deductis.

De validitate verò Domini non dubitarunt, quãuis citatio exequuta non fuerit contra singulos interesse habentes, sed dumtaxat in Clerum, ac nonnullos Ciues Calataiubij; Exinde etenim sententia nullitatis vitio obnoxia minime remansit, nàm quotiescumque plures habent interesse in causa, vnus autem primario, & principalitèr, alter verò secundario, & consequutiuè, prout nunc considerantur aliæ Vniuersitates de Calataiubio, cum dubitari nequeat, quin residentia Vicarij Generalis in Calataiubij loco principalitèr influeret in splendorem, & honorificentiam ipsiusmet loci, Cleri, ac Ciuium; Secundario vero respiceret aliorum subditorum quamdam commoditatem, cum ipsi tali casu non releuentur ab obligatione
27 adeundi Iudicẽ extrà proprias domos; † tunc pro sententiæ validitate suffragatur sola citatio in illum, ad quem principalitèr defensio spectare dicitur *gloss.communiter recepta in l.de vnoquoque in verbo quos causa ff. de re iudic. Alex. cons.80.num.3.lib.2. Vant.de nullit.& defect. citat. num.19. Conarr.pract.quæst.cap.13.num.6.& 7. Tiraquell.de nobil.cap.37.n.5. Peregr.de fideic.art.53. num.53. Rot.decis.430.num.7.& 8.par.9. recent. in Romana Cambii inter eius impress. decis.436.n.5. confirmata 8. Marty 1652. §. nec resistunt coram Reuerendiss. Cerro Add.ad decis.118. Litt.D. par.1. recent. Mastrill.decis.114.num.27. Rot decis.241.in*
28 *princ.par.2.recent.* in † terminis sententiæ condemnantis personam non vocatam, quæ licet non citatos afficere nequeat, substinetur tamen respectu vocatorum *Merlin. dec.345.in princ.* Altera nullitas desumpta ex non integra trãsportatione Actorum, quę in prima instantia coram R. P. D. meo Taia fuerant ge-
29 sta, tollitur † ex eo, quod hoc non processit ex culpa Agentium pro Episcopo siue Capitulo Tirasonense, sed ex mera incuria, & inaduertentia Notarij, cui integra transportatio fuerat expresè commissa, prout ipsemet fa-
30 tetur, † error enim Notarij parti obesse non debet, quæ iustam, ac probabilem credulitatem habere potuit de integra Actorum trãsportatione *l. si Librarius, & ibi Dec. ff. de reg. iur. glos. fin. in l. vltim. C. de fideiuss. Acchill. decis. 1. num.27. de fideiuss. Rota in puncto decis. 119. sub num.2. & 3. par.3. recent. Coccin. decis.373. nu.10.*

Prout corruere quoque videtur nullitas, quæ deducitur ex defectu iurisdictionis, & iub fundamento, quod noua causæ commissio in Rota non comprehendat omnes litis consortes in prima nominatos, & contra ques olim fuit directa petitio, ac introducta
31 lis; nam † respondetur, quod ea non erat necessaria ad tribuendam Tribunali Iurisdictionem, cum satis esset prima commissio ad litis prosecutionem, cuius virtus non censetur expirasse per mortem, siuè amotionem Auditoris; Cui causa reperiebatur commissa, cum successor absque alia facultate causas sui Prædecessoris reassumere va-
32 leat, † Rotæ etenim Auditorium dicitur respectu omnium vnum Tribunal, ac eadem omnium iurisdictio, vt aliàs respondit *Rota in Sarsinaten. feudi 3. Iulij 1641. coram bon. mem. Pirouano, Buratt. decis.818.num.2. Gregor. decis.369. num.3. cum alijs allegatis in Romana fideicommissi de Incoronatis 22. Maij 1643. coram*
33 *bon. mem. Dunozetto*; † Ideoque noua causæ commissio ex abundanti, quamuis nullitèr impetrata fuisset non operaretur sententiæ nullitatem *Apost.ad Rom.cons.497.num.6.& 7. in vers. non vitiat Rota decis.36.num.56.& seq.par.5. recent.* quæ tamen nullitas cessat attenta
34 illa clausula † in commissione adiecta, videlicèt cum omnibus facultatibus in alijs commissionibus in actis præsentatis contentis.

Et ità vtraque parte acerrimè Informante fuit resolutũ in secunda causæ propositione.

Digitized by Google

R. P. D. PRIOLO.

Leodien Professionis.

Veneris 14. Decembris 1663.

ARGVMENTVM.

Monialis non professa debet, renouitiare per superuenientiam nouæ regulæ alias professio est nulla, & annus nouitiatus debet incipere à die reformationis. & non ante, adeò vt si non sit integer possit semper professio inualidari vsq; ad quinquennium quo elapso non potest amplius dici de nullitate quia cẽsetur acquiescentia tanti tẽporis ratificata.

SVMMARIVM.

1 *Professio est nulla absque legitimo nouitiatu.*
2 *Monialis non professa debet renouitiare quando regula reformatur & fit asperior & nu.7. & 9. & 10. secus si sit professa vt nu. 8.*
3 *Nouitiatus ad quem effectum sit institutus.*
4 *Professus transiens ad aliam religionem debet iterum renouitiare, & quare vt nu.5. & 6.*
11 *Nouitius non potest cõpelli ad obseruationem regulæ quæ post eius ingressum fuit facta asperior & n.12 secus in professo quod tunc est dubium vt nu. 13.*
14 *Professio non potest dici nulla completo biennio fallit vt nu. 15.*
16 *Annus inchoare debet à die regulæ postea inductæ.*
17 *Nouitiatus non est integer non completo anno fallit vt nu.18 declara, vt nu.19.*
20 *Professus non potest contra votum iam præstitũ amplius venire etiam per superuenientiam nouæ regulæ secus in Nouitio vt num. 21.*
22 *Annus probationis est adeo necessarius, vt illi non possit Nouitius renuntiare.*
23 *Professio quomodo ratificetur & nu. 24. & 26.*
25 *Elapso quinquennio non potest amplius dici contra nullitatem professionis.*

DECISIO CXVI.

AGEBAT Maria Bernardina in Monasterio Sancti VValburgis annum probationis, & cum esset in limine professionis superuenerunt constitutiones, quibus Moniales ad arctiorem, & duriorem vitam vocabantur quapropter dilationem ad professionẽ faciendam obtinuit vt viuendi modũ nouiter inductum experiretur, cumque in illius probatione per annum nõ steterit sed Paulo post duos menses admissa fuerit ad habitum Monachalem iudicium introduxit super nullitate professionis quamtamẽ validam esse pronunciatum fuit ab ordinario & ita quoque resolutum in hoc sacro nostro Tribunali, vt in decisione edita sub die 23. Iunij superioris anni, sed causa bis proposita Domini à decisis recesserunt.

1 Nam professio visa fuit nulla † ex defectu legitimi Nouitiatus, licet enim Maria Belardina in Monasterio annũ probationis explc-
2 uerit, quia tamen re integra ante professionẽ superuenit diuersa forma viuendi inductiua asperioris vitæ renouitiare tenebatur per integrum annum quamuis primum compleue-
3 rit cum annus † probationis institutus sit ab Ecclesia, vt Nouitius experimentum faciat non solum de regula, votisque substantialibus castitatis, paupertatis, & obedientię, sed etiam de singulis austeritatibus, & forma viuendi religionis *iuxta text. in cap. ad Apostolicam 16. de regular. Lap. alleg. 46. nu. 2. & 3. Sanchez ad præcept. Decalog. to. 2. lib. 5. cap. 4. nu. 31. ad med. Lezzan. in summa Regular. to. 3. tit. de profess. regul. num. 10. Tamburin. de Iur. Abbat. tom. 3. disput. 6. quæst. 7. n. 10. P. Diana in praxi Regul. tom. 2. par. 4. tract. 9. de Nouit. quæst. 3. nu. 3.*

4 Quemadmodum etiam † transiens de vna Religione ad aliam debet iterũ annum pro-
5 bationis peragere, non † vt sciat votorum solemnium castitatis, paupertatis, & obedientiæ obligationem, cum hæc tria expertus fuerit in prima Religione, sed vt probet austeritates, ac diuersum modum viuendi v-
6 nius Religionis † ab alia *Nauarr. cons. 49. nu. 4. de regul. Azor instit. Moral. par. 1. lib. 12. c. 14. vers. 15. quæro Sanchez ad præcept. Decalog. d. cap. 4. n. 12 tom. 2. lib. 5. Barbos. de Iur. Ecclesiast. lib. 1. cap. 42. n. 84. & in Collect. Concil. Tridentin. sess. 25. cap. 15 de regul.*

Neque obstat conclusio in præterita deci-
7 sione firmata quod vbi † regula non immutatur in substantialibus, sed tantum in accidẽtalibus sufficiat annus ab ingressu Monasterij
8 cœptus, & completus† quicquid enim sit in Regulari professo qui tenetur seruare reformationem primitiuæ regulæ & antiqui rigoris in quibus terminis loquuntur adducti in-
9 contraria decisione secus procedit † in ingressio, & simplici Nouitio, qui cum ex alteratione. & immutatione Regulæ possit mutare propositum, & voluntatem profitendi recipi nõ debet inter professos nisi remaneat
10 in probatione † per alium integrum annum *vt concludit Archid. super decretali cap. gesta 74. distinct. & in terminis aduertit Pellizzar. tract. de nouit. monial. cap. 3. lect. 2. num. 48. & hanc sententiam pluries complexam fuisse Sacram Congreg. Eminentiss. Card. sacr. Concil. Tridentini inter petrum refert Bordon. resolut. regul. tom. 2. resolut. 99. nu. 48.*

11 Et nihilominus hic non agitur † de regula relaxata & collapsa, reformata secundum pristinum statum, sed de strictiori, & asperiori vita ducenda, quam sit illa quæ in limine fundationis Monasterij fuit Monialibus im-
12 posita † quo casu non posse Nouitium, aut non professum ad illam compelli, non videtur in dubium reuocandum, cum quæstio sit solum apud DD. vtrum professus possit
13 post professionem † astringi ad seruandam regulam reformatam, & ad pristinum statum reductam sicuti disputãt *Felin. & Decius in cap. ad nostram de appell. Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 6. cap. 2. nu. 31. & seqq.*

14 Nec tollitur iste defectus ex eo† quod Maria Bernardina habuerit plures dilationes ad profitendum, & professionẽ emiserit completo biennio, nam ipsa ter obtinuit prorogari annũ probationis 1. sub die 27. Ianuarij 1655. ad sex menses deinde sub die 27. mensis se-

quen-

quentis Iulii ad ſex hebdomadas expreſſa legitima cauſa, vt melius experiretur regulã Monaſterij, & antequam ſuperuenirent con-
15 ſtitutiones † atque ideo prorogationes huiuſmodi computari non poſſunt pro nouo probationis anno, qui à die nouæ conſtitutionis & regulæ immutatæ incipere debet, prout *notãt Speculd. de ſtat. Monach. lib. 4. par. 3. n. 43. fol. mihi 176. Oldrad. conſ. 96. ad med. Alexand. conſ. 54. nu. 18 & 19. lib. 4. Rot. in Meleuitana nullitatis profeſſionis 27. Ianuarij 1659. §. praterea coram R. meo Meltio Epiſcopo Papien.*

Tertio licet futuras conſtitutiones experiendi cauſa Nouitiatum prorogari ſimpliciter obtinuerit; attamen eius profeſſio recepta fuit ad duos tantum menſes poſt editas conſtitutiones cum illas ordinarius promulgauerit ſub die 28. menſis Octobris eiuſdem anni 1655. ipſa vero profeſſionem fecerit ſub die 1. Ianuarij ſequentis anni 1656. dum autem
16 annus nouæ † probationis inchoare debet à die regulæ poſtea de nouo inductæ conſequẽs
17 eſt vt non † elapſo anno à die ſupradictarum conſtitutionum Nouitiatus non fuerit integer.

18 Nec refert quod illa † conſenſerit in hanc futuram reformationem, & propterea teneatur ad eius obſeruantiam ſiue annum nouæ
19 probationis compleuerit, ſiue non, quoniam id procedit †, quando reformatur regula poſt-
20 quam ingreſſus religionem † profeſſionem fecit, vnde profeſſus contra votum, quod Domino præſtitit venire prohibetur *vt in his terminis loquuntur Felin. & Dec. in d. cap. ad noſtrã de appell. in 1. dec. relati*, ſecus autem quando
21 regula † contingit reformari antequam ingreſſus profeſſionem fecerit tunc enim ille non tenetur ſeruare reformationem niſi per aliũ annum in illius probatione permanſerit *iuxta diſtinctionem Hoſtienſ. in ſumma de vot. §. vtrũ n. 17. verſ. ſolutio, & in fine verſ. ſi autem profeſſionẽ non fecerat*. Cum enim ante profeſſionem in probatione poſiti, ſi regulã ſeruare noluerint redire poſſint ad priorem ſtatum, annus pro-
22 bationis eſt adeo neceſſarius vt illi renunciari non poſſit *Nauarr. conſ. 62. nu. 5. de regul. Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 4. queſt. 4. & 9. Garz. de Benef. par. 11. cap. 9. nu. 7. cum aliis per Barboſ. in Collect. Concil. Tridentin. d. ſeſſ. 25. d. cap. 15. nu. 33.*

Nec dicatur, quod iſta profeſſio licet nulla, tamen fuerit ratificata non ſolum per pa-
23 tientiam †, & geſtationem habitus Monachalis ſpatio trium annorum, ſed etiam per actus
24 ab eadem factos qui fieri non potuerunt, niſi à Monialibus profeſſis, quia nullitas profeſ-
25 ſionis ſolum poſt † quinquennium allegari non poteſt, quo tranſacto cenſetur per non reclamationem ratificata profeſſio *ex Concil. Tridentino ſeſſ. 25. de regular. cap. 19.* ſecus intra quinquennii *Sanchez. de matrim. lib. 7. diſput. 37 nu. 10. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 440. n. 25. Ciarlin. controu. forenſ. cap. 108. n. 65. Rot. in Vlixbonen. nullitatis profeſſionis* 10. *Decembris* 1646. §. *qua afferebantur coram bo. me. Arguelles*. Actus vero fa-
26 cti poſt profeſſionem † nullam inducunt ratificationem niſi fiant à ſciente nullitatem animo illam validandi, & ſeſe efficaciter obligandi, quod exaduerſo concludẽter probari deberet, *vt conſuluit Nauarr. conſ. 26. num. 18. & conſ. 28. in fine n. 7. de regul. Gratian. d. cap. 440. nu. 22. & 23. Suarez. de regul. tom. 2. tract. de vot. lib. 6. nu. 3. Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 4. verſ. 7. quaritur Cyriac. controu. forenſ. cap. 371. nu. 37. & in terminis Monialis dictum fuit in ſupracitata Vlixbonen. nullitatis profeſſionis §. nulla adeſt.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Vrgellen. Parochialis.

Veneris 14. *Decembris* 1663.

ARGVMENTVM.

Reſignans beneficium pro aliud obtinen. debet mentionem facere in ſupplica de reſignatione alias gratia eſt ſubreptitia nec iuuat bona fides, quia hæc regula æquiparatur contractibus fil. familias, qui vel cum dolo, vel bona fide contracti ſint nequeunt ſubſtineri; tanto magis quod dicta regula eſt inducta ad repellendas fraudes.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium à Iure regulatur.*
1 *Litteræ Apoſtolicæ Iuſtificatæ ſunt exequendæ.*
3 *Litterarum verificatio pendet ex reſeruatione.*
4 *Reſignans Beneficium pro obtinenda Parochiali debet in litteris Mentionem facere de reſignatione alias Beneficium reſignatum reſernatur Sedi Apoſtolicæ.*
5 *Reſignatio non ſubſtinetur ſub pretextu quod ſit facta bona fide & non doloſe.*
6 *Conſtitutio, ſiue regula habuit originem ex cauſa fraudis.*
7 *Reſeruatio inducitur abſque fraudis probatione, & nu. 12*
8 *Reſignatio vt dicatur fraudulenta ſat eſt quod habita fuerit intra tempus vacationis, & reſignationis.*
9 *Reſignatio Eccleſiæ proxima obtentioni alterius reſignationis tempore vacantis præſumitur facta cõtemplatione vacantis & nu. 17. & 18.*
10 Sen. Conſ. Maced. *editum fuit pro tollendis fraudibus in contractibus filiorum familias.*
11 *Reſignatio æquiparatur contractibus filiorum familias.*
13 *Edictum ſuper concurſu præcedere debet electioni per decem dies ante.*
14 *Edicti affixio quid operetur, & nu. 15. & 16.*
19 *Bellum non impedit litterarum tranſmiſſionem.*
20 *Litterarum cõmercium inducit ſcientiam vacationis Beneficij.*
21 *Valor probatur ex confeſſione Aduerſarij in ſua gratia.*
22 *Legitimus contradictor non dicitur qui habet titulũ inualidum ſecus vt nu. 23.*

DECISIO CXVII.

VACANTE Eccleſia Parochiali Sancti Martini in Oppido de Vr Ioãnes Baptiſta Badia Parochialem alteram Diuæ Ma-

riæ ab ipso possessam in Castro Segur, permutauit cum simplici beneficio à Iosepho de Horteu possesso, cum vero virtute electionis biduo post resignationem ab ordinario receptæ idemmet Badia vacantem Parochialem ab Apostolica Sede impetrauit, quacunque præcedentis permutationis mentione posthabita fuit de resignata proinde Parochiali à summo Pontifice vti eidem reseruata prouisus Ioseph de Felin. cui A. C. successiue decreuit immissionem; delata verò mihi causa proposui an sit locus arbitrio pro Apostolicarum litterarum executione retardan. resolutum hodie negatiue.

1 Siquidem † arbitrium à dispositione Iuris consueuit regulari, *vt notat Bartol. in extranaganti ad Regimen. verbo videbitur n. 5. & 10. Parisi. cons. 56. num. 5. lib. 1. & cons. 8. num. 21. lib. 4. iuxta* quam litteræ Apostolicæ quoties, vt in pro-
2 posito casu iustificatæ † noscantur debēt executioni demandari *ad text. in cap. si capitulo ibique gloss. notat verbo exequatur de conces. præbend. lib. 6. Menoc. de adipiscend. remed. 10. nu. 35. Rota decis. 172. num. 18. & 19. coram Eminentiss. D. meo Card. Ottobono, & in Leodien. Beneficij 25. Iunij 1657. §. Beneficium coram me.*

3 Huius vero reseruatio Parochialis †, ex qua pendet verificatio litterarum aperte desumitur *ex constitutione san. mem. Pauli V. relata per Garz. de benefic. part. 11. cap. 5. n. 64. nec non à Santiss. D. nostro innouata regula 3. Cancellariæ* vbi resignationes, seu permutationes præsertim Parochialium à Parochis peractæ post alterius vacationem Parochialis seu beneficij incompatibilis, nullius propemodum roboris
4 renunciantur, nec non † resignata beneficia reseruantur Sedi Apostolicæ quoties resignās fuerit de vacante Parochiali prouisus, & in expeditione litterarum mentionem resignationis exprimere neglexerit & alias in his terminis *ita Rot. cēsuit in Conchen. Parochialis 9. Februarij 1615. coram Vbald. inter impressas dec. 251 & coram Buratt. dec. 242. num. 4. & in Regien. Dipteretatus 13. Martij 1656. §. non obstat, & 26. Martij 1657. §. sed cessat difficultas coram R. P. D. meo Priolo.*

5 Nec ex eo poterit sub prætextu resignatio substineri, quod bona fide non autem dolose illa edita fuerit à resignante alterius vaca-
6 tionis ignaro licet enim constitutio † siue regula ex fraudis causa processerit à resignan-
7 tibus admitti consuetæ † nulla tamen admissæ fraudis probatio ad inducen. reseruationē
8 exigitur, sed satis esse † censetur vt intra tempus vacationis, & prouisionis resignatio ha-
9 bita fuerit †, vt Regulæ tenor ostendit ex euentu desumens fraudem quoties scilicet de vacante beneficio resignantem prouideri contingat, *vt dixit Rota coram Vbaldo in adducta decisione 451. & notat Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 57. nu. 83.*

10 Quod auctoritate quoq; Iuris roboratur in *lib. 14. ff.* vbi Imperator Senatus consultum edidit Macedonianum, vt fraudibus occurreret admitti consuetis in mutui contractibus mitis cum filijs familias, & tamen contractus
11 hi siue ex dolo, siue † bona fide præcesserint nequeunt substineri, alias si probatio fraudis in proposito casu foret necessaria incassum
12 constitutio emanasset † dum ipsius probatione perhabita exdispositione Iuris Canonici irrita, ac nulla redditur resignatio *vt aduertit gloss. in cap. suggestum verbo decipiat 7. quæst. 1. Bellam de permut. benef. par. 7. quæst. 3. nu. 6. Sebastian. Medic. de casibus fortuitis quæst. 10. n. 29. Rebuff. in prax. tit. de caus. resignat. irritant, & 1. dol. nu. 1. cum seqq. Paris. de resignat. benef. lib. 13. quæst. 3. num. 1. Rota coram Merlin. dec. 559. nu. 1. cum seq.*

Quæ tamen vacationis notitia ex facti circumstantijs benè desumitur in resignante, siquidem vacatio Parochialis Sancti Martini 15. Septembris anni 1659. contigerat, permutatio verò subsecuta contigit 16. Decembris eiusdem anni, nec non biduo ante per electionem ad Parochialem vacantem ab ordinario
13 resignanti concessam hinc † dum decem dierum edictum super cōcursu peragendo pro-
14 cedere debuerat † electioni *iuxta dispositionem S. Conc. Tridentini sess. 24. cap. 18. de reformat.* intra quod tēporis spatium oppositio resignantis exquirebatur vna cum proprij nominis &
15 patriæ descriptione † adhuc vt de moribus illius posset ordinarius exquirere, eoque ter-
16 mino elapso † subsequi debuerat examen *vt tradit Pax Iordan elucubrat. diuers. vol. 2. lib. 4. tit. 3. nu. 34. & 40.* sequitur per necessē eadem saltim suæ discriptionis die Parochialē permutasse, ac sub spe consequenter obtinendi va-
17 cationē † ex Beneficiorum incompatibilitate resultātem *ad text. in cap. de multa 28. de præbend. vt bene hæc omnia licet in casu fortiori ponderauit Rot. coram Vbaldo dec. 251.*

Hanc interea fraudem conuincit ipsiusmet resignantis confessio, quippe qui post receptā D. Mariæ Parochialem à summo Pontifice obtinuit robur validitatis collationi attribui,
18 quam exinde † reputabat inualidam, quod contra tenorem Regulæ ab ipso permutatio edita fuerit, vt ex gratia summi Pontificis expresse desumitur relata *in sum. Felin. nu. 50.*

Hinc testium depositiones nequeunt vrgere concludentium nimirum Castrum, Segur vbi degebat Badia ab altero de Vr per 30. fere mille passus abesse nec non etiam attestantiū inter vtriusque Oppidi incolas tunc temporis ex Belli causa commercium omne extitisse interdictum non enim ipsi impossibilē litterarum transmissionē de vno loco ad alterum
20 concludunt † qua mediante transmissione Ioannes de vacatione certioratus extitisse præsumitur ab Andrea fratre degente in Vrgellensi Ciuitate vbi peragi debuerat examen vt facti series recensita nec non ipsiusmet Ioannis successiua confessio præferre videtur.

21 Fructuum autem valor † in ducatis 24. auri de Camera à Iosepho expressus iustificationē legitimam assumit ex simili narratiua ab Aduersario in sua prouisione perhabita, vt alias *censuit Rota coram Buratt. dec. 481. nu. 9. & dec. 92. nu. 10. par. 6. recent. & in Auellina Canonicatus 27. Martij 1651. §. valor denique coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Dum

22 Dum itaque† titulus Horteu euidenti nullitatis vitio laborare dignoſcitur cõtradictoris proinde legitimi partes nequit ipſe obtinere pro immiſſione retardanda poſſeſſionẽ licet obtineat *Rota dec.711.nu.1. par.1. & 302. nu.18.cum ſeqq.par.4. tom.2. recent, & in Alerien. Canonicatus* 29. *Aprilis* 1650. §. *non obſtat coram R. P. D. meo Celſo cum alijs plene recenſitis in Gerunden. Parochialis* 3. *Decembris* 1660. §. *caterum coram R.P.D. meo Beuilaqua confirmata coram me die* 4. *Maij & 27. Iunij* 1661. §. *& licet cum ſeqq.*

23 quicquid dicẽdum foret in caſu quo de validitate tituli dubitari contingeret *Rot. in Dienen. Prioratus* 10. *Decembris* 1657. §. *vltimo & 31. Maij* 1658. *in principio coram me*.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P. D. ALBERGATO

Sac. Rotæ Decano.

Romana Fideicommiſſi, ſeu Saluiani.

Veneris 11. *Ianuarij* 1664.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ex quibus arguatur, quæ decreta ſub conditione *dummodo poſſeſſio ſit vacans* aliter apprehenſa, nullius eſt roboris: Confeſſio in precibus emiſſa concludenter contra confitentem probat. Adminiſtrator bonorum Eccleſiæ non poteſt ipſi ex ſuo facto præiudicare.

SVMMARIVM.

1 *Leg. finalis remedium competere non poteſt ſemel immiſſo.*
2 *Poſſeſſio decreta cum conditione dummodo ſit vacans, ſi ſit apprehenſa quando fuerit plena, remanet ineffícax.*
3 *Mandatum de manutenendo arguit poſſeſſionem.*
4 *Locationes diuerſis perſonis factæ, domorumque pẽſiones exactæ poſſeſſionem demonſtrant.*
5 *Actibus poſſeſſorijs adminiſtratorio nomine geſtis poſſeſſio principalis deprehenditur.*
6 *Ad Poſſeſſionem Cappellæ probandam requiritur quod miniſter inſiſtat animo poſſidendi, non autem ſimplicis cuſtodiæ.*
7 *Confeſſio in precibus emiſſa contra confitentem plenè probat.*
8 *Legatarius de manu heredis legatum accipere tenetur.*
9 *Poſſeſſio quando eſt plena, vlteriori poſſeſſionem apprehendenti nullum Ius acquiritur.*
10 *Adminiſtrator bonorum Eccleſiæ non poteſt ex ſuo facto illi præiudicium inferre.*

DECISIO CXVIII.

POSTREMAE reſolutionis * fundamenta, placuerunt Dominis quia, diſputato hodie dubio in vltimo loco deciſi ſtandum eſſe exiſtimarunt, quamuis enim Fuluię per decretum conceſſa fuerit immiſſio in poſſeſſionẽ domus de qua agitur, & proinde Ioanni Baptiſtæ eius filio obſtare videatur regula in primis deciſionibus approba-

1 ta, quod ſemel † immiſſo remedium l. fin. non amplius competere poſſit. Nihilominus cum immiſſio decreta fuerit ſub conditione, dummodo poſſeſſio ſit vacans, & tunc præiudicio &c., & ex datis pro parte Io. Baptiſtæ

2 conſtet poſſeſſionem † tunc temporis fuiſſe plenam, & Domum ab alio poſſeſſam immiſſio pro inde nulla remanſit, & inefficax, ac ſi nunquam fuiſſet conceſſa, vt in principio deciſionis, vt tradunt *Surd. deciſ.* 333. *ſub num.* 10. *pureſque relati per Modern. de manut. obſerv.* 50. *num.* 4. *& ſeq. Rot. apud ipſum dec.* 169. *n.* 5. *Auximana Prædij* 26. *May* 1659. *corã Eminentiſs. Celſo in princ. & §. & cum, & in Romana hereditatis* 4. *Iulij proximi prateriti corã Reuerendiſs. D. meo Decano §. præterea.*

Plena erat poſſeſſio, quia de Anno 1632., quo Fuluia decretum in foro Capitolino obtentũ executioni demãdauit Cappella Sãtiſſimę Annunciatę tamquam heres ex teſtamento Statilij Pacifici illam poſſidebat, & benè probatur ex eo, quod Bartholomęus Fuluius eiuſdem Cappellæ adminiſtrator, & rector nõ non ſolum in poſſeſſionẽ domus controuerſæ, vſque de Anno 1623. mandatũ de manu tenendo obtinuerat *coram Buratto, vt in deciſ.*

3 730. ex quo † poſſeſſionem iuſtificari tradunt *Modern. de manut obſeruat.* 29. *numer.* 10. *Rot. coram Mantic. dec.* 252. *num.* 2. *& in rec. dec.* 170. *nu-*

4 *mer.* 16. *par.* 9. ſed etiam ſucceſſiuè † eandem Domum pluries, & diuerſis perſonis locauerat, & conuentas penſiones exegerat ex relatis in §. quod autem, & concordat *Rota in Romana Dotis* 13. *Ianuarij* 1660. §. *neque deficit, & in Romana cenſus* 27. *Aprilis proximi prateriti*

5 *coram me* §. *quibus accedit* Ex huiuſmodi † enim Actibus poſſeſſorijs adminiſtratorio nomine geſtis benè probatur poſſeſſio Cappellæ pro qua Bartholomæus adminiſtrabat *l. fin. C. de acquir. poſſ. Surd. conſ.* 481. *num.* 9. *Grat. diſcept.* 365. *num.* 44. *Rot. coram Buratt. dec.* 292. *num* 4 *coram Eminentiſs. Card. Otthob. dec.* 59. *num.* 1. *& in Romana mannt.* 28. *Iun.* 1652. *coram bo.me. Danozettto* §. *non obſtat.*

Neque reſiſtit, quod dictus Bartholomæus anno 1624. deputatus fuerit œconomus, & adminiſtrator à Dominico cum certo ſalario ad quem titulum prętenditur referendos eſſe omnes actus ab ipſo geſtos, & excludit poſſeſ-

6 ſionem Cappellæ ad † quam probãdam requiritur, quod Miniſter inſiſtat animo poſſidendi non autem ſimplicis cuſtodiæ *Rot. dec.* 219. *nu.* 9. *coram eodem Card. Ottob.* In facto enim aduertendum eſt, quod Statilius Teſtator inſtituta ſibi hærede Capella bona hæreditaria, à quibuſdam Confraternitatibus adminiſtrari voluit, donec æs alienum ipſius extingueretur, quibus adminiſtrare recuſantibus per ſententiam à D. Card. Vrbis Vicario pronũciatum fuit Adminiſtrationem ad Rectorem eiuſdem Cappellæ pertinere, & cauſa in gradu appellationis in Rota introducta eidem Rectori decreta fuit manutentio coram Buratto

patto dicta decis.730. vnde non subsistit, quod Dominicus deputauerit in Administratorem Bartholomæum ex sententia Iudicis iam electum, & à Rota confirmatum eo quia ipse domum possideret, sed ille præstitit solummodo consensum pro iure, & interesse, quod illi competebat super hac domo sibi in testamento legata ad effectum, vt Administrator pro sua mercede summam conuentã singulis mensibus retinere posset, vt etiam constat ex memoriale à Dominico porrecto coram bo.me. Cardinali Hieronymo Verospio, in quo instabat pro consecutione alimentorum, super bonis, vt fatetur, ipse à Re-
7 ctore possessis, quæ † confessio in precibus emissa contra confitẽtem plenè probat possessionem *l. cũ precum.9.C.de liberal. cauſ. Mandel Abb. conſ.778.num.10. lib.3. cum ceteris apud Modern.de manut.obſerv. 19.num.46.Rot. dec.700. num.1.part.1.rec.& coram D. Card. Ottob. deciſ. 115.num.12.*

Ex quibusapparet, quod Cappella non desijt possidere domum quandoque Administrator eius nomine illam possidebat cum onere voluntatẽ Testatoris circa æs alienum adimplendi, & hac ratione possessio à Dominico apprehensa coram eod. Card. Verospio declarata fuit attentata, nec subsistineri poterat sub prętextu quod Dominico legata fuisset domus in Testamento Statilij, legatum enim non erat purum, sed sub conditione purificanda post lapsum temporis 45. annorum, vnde interim durante tempore purificationis conditionis, possessio retineri debuit
8 à Cappella, tãquam herede † de cuius manu tenetur Legatarius accipere legatũ *l.prima in princ. ff. quorum legat. Grat.discept.910.numer.14. Ciriac. contro. 247.num.1. Rot.dec.431.nu.8.part. 2.deciſ.35.num.7.part.5.rec.& in Meleuitana hereditatis 28. May 1649. coram Eminentiſs. D. meo Celſo §.finali.*

Hinc ex facto cessat, quod per obitum Dominici possessio tamquã vacans recte à Fulvia potuerit apprehendi non solum, quia vt dixi illius possessio fuit declarata vitiosa, & attentatis subiecta verum etiam, quia apprehensa fuit cum dicta conditione, dummodo
9 possessio sit vacans &c. atq; ideo cum esset † plena & nomine Cappellæ detenta, nulla Dominico fuit acquisita possessio, vt in principio dictum fuit; ex reſolutione autem *in Romana Cappellanie 13. Ian.1631. coram bo. me. Dunozetto* non excluditur possessio Cappellæ quia tunc de hac nulla in iudicio erat controuersia, sed agebatur, super dubio, An duo deberent esse Cappellani, & bona hereditaria ab vtroque administranda essent, eo quia Bossius qui pro Cappellano successerat eam sibi priuatiuè deberi contendebat, & Petraccius, ipse quoque coniunctim deberi asserebat, in quo cum DD. non conuenirent sequestrata possessione œconomum deputari iusserunt, & idem Bossius electus fuit vt apparet, ex memoriali tunc bo. me. Hieronymo Card. Verospio porrecto; lis autem super facto administrationis nil commune habet cum possessione Cappellæ, vt supra
10 probata, † cui in omnem euentum ex facto Rectoris præiudicari non potuit, vt in §. finali.

Quoad alias responsiones placuerunt DD. responsiones decisionis cum quibus transiuerunt in decisis persistendum Vtraque &c.

Idest sub die 11. Nouembr. 1662. coram eodem Reuerendiſſ. P. D. Albergato, eſt deciſio 509. in præcedenti part.13. Recent.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Perusina Successionis.

Lunæ 14. Ianuary 1664.

ARGVMENTVM.

Iura legitimam filijs à patre sine vllo onere præstari volunt, vnde si à testatore legitima filiorum prægrauetur, nullius roboris, & ineficax illius dispositio remanet. Fides maior instrumento, quam testium depositionibus adhibetur & alia de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filiorum nullo onere poteſt à patre prægranari.*
2 Soccin.Iun. doctrina in conſ.122.nu.9.lib.1. *examinatur,& num.4.*
3 *Filij iuxtà Soccini cautelam hæredes in legitima valent inſtitui.*
5 *Teſtatoris præceptum quando ſapit fraudem legis expreſsè reprobatur.*
6 *Filiorum legitima grauamen à patre impoſitum reprobatur, ne filij à commodo hæreditatis, & legitimæ eodem tempore excludantur.*
7 *Odia ſunt reſtringenda non autem extendenda*
8 *Relatio ad orationem aliquando remotam ſolet extendi.*
Limita vt num.9.
10 *Filius teſtamentum patris approbans onera in illo appoſita acceptaſſe cenſetur.*
11 *Onus quodcumque legitimæ filiorum à patre inſixum à lege reijcitur.*
12 *Inſtrumento potius quam teſtium depoſitionibus fides eſt adhibenda.*
13 *Filius non acceptans onus à patre legitimæ impoſitum Ius detrahendi legitimã ad ſuos hæredes transmittere poteſt.*

DECISIO CXIX.

LEGITIMAM Laurentij, ac Fratrum de Benedictis à vinculo Paterni fideicõmissi
1 iterum hodie DD. censuerunt immunem † Quia filiorum legitimam Pater nullo valet onere prægrauare ad *text. in l. quoniam in prioribus 32.C.de inoffic.teſtam. Ruin.conſ.56.numer.8. Pariſ.conſ.43.num.2.lib.3. Peregrin.conſ.67. num.1. 11.& 12.lib.1. Rot.dec.235.n.18.coram Eminentiſſ. D.meo Cardinali Ottoben.*

Nec

Nec visa fuit propositō casui cōgruere do-
2 ctrina † *Soccini Iunioris in cons. 22. num. 9. lib. 1.* Non enim pater disposuit vt filij legitimam renuntiātes fideicōmisso subijcere à commodo hereditatis censeantur excluſi, ac † in ipsa
3 legitima dumtaxat hæredes instituti iuxta *Soccin. cautelam, quam Becc. etiam tradit in cons. 686. num. 2. & 3. Curt. Iun. cons. 159. num. 5. & 6. Paris. cons. 91. num. 4. lib. 3. Gionagnon. cons. 1. num. 10. lib. 2. Rot. dec. 653. num. 13. part. 1. recent. & in Nonarien. hereditatis 1. Iulij 1661. in vltimo §. coram Reuerendiss. Domino meo Decano,* sed † iussit
4 dumtaxat vt sub caducitatis incursu à sua hereditate, infra duos menses fideicommisso propriam submitterent legitimam, maximū autem viget inter casum vtrumq; discrimen. Priori quippe casu residet in filiorum potestatem, vel legitimam vllo absque onere acceptare, vel integram assequi hæreditatem cum fideicommissi grauamine in legitima. In sequenti vero filij paternam spernentes voluntatem commodo hereditatis, atque
5 legitimæ priuantur omnino, quod † proinde præceptum vti sapiens fraudem legis reprobatur expressè *in l. Seius, & Augerius 27. ff. ad l. Falcid. vt tradunt Decian. in cons. 32. numer. 102. lib. 2. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæst. 7. num. 15. & 16. Bordellon. cons. 67. numer. 45. lib. 1. Cyriac. controuers. 148. num. 10. 11. & 54. Rot. decis. 206. num. 4. part. 1. & dec. 342. num. 15. cum seqq. part. 5. recent. Adden. ad Gregor. dec. 489. num. 27.* Dum maximè Laurentius prædecessit Athlantæ matri, cui ipse vna cum fratribus substitutus extiterat. Hinc
6 enim iuxta aliquorum *DD.* sententiam † debet eo facilius impositum à patre grauamen improbari, ne eodem tempore filius à cōmodo hereditatis æque ac legitimæ excludatur.

Hanc vero cautelam Soccini supplere non potuit *clausula omni meliori modo*, quam admittit in specie *Cephal. cons. 153. num. 92. Rot. decis. 342. num. 15. part. 5. recent.* si quidem illa primitus institutioni filiorum, successiuè vero renunciationi ab ijsdem peragendæ fuit adiecta, vt verborum contextus ostendit ibi *sottoponendoci la loro legitima in ogni miglior mo-*
7 *do*, Adeoque ad prohibitionem legitimæ non valet extendi *Bero cons. 118. num. 29. lib. 2. Rimin. Sen. cons. 438. num. 23. & 24. lib. 3. Rota adducta decis. 342. nu. 15. vers. nec ad effectum par. 5. recent.*

8 Et licet † relatio ad orationem quoque remotam aliquoties extendi consueuerit, Hæc tamen conclusio in proposito casu admitti non valet, quo clausula predicta poterat suū effectum operari in renunciatione statutaria, præsertim solemnitates exquirente ob minorem filiorum ætatem, ad quam proinde re-
9 nunciationem † vti clausulæ magis annexam debet relatio omnino restringi ad *text. in l. si idem 11. §. vltimo, ibique Gloss. notat in verbo eorum ff. de iurisdiction. omn. Iudic. Ruin cons. 64. nu. 9. & cons. 123. nu. 12. lib. 3. Rot. coram Gregor. dec. 33. n. 3. & 348. n. 4.*

10 Hinc non vrget, quod filij † præuia testamenti approbatione legitimam sub ea conditione fideicommisso subiecerint, quatenus pro paterna hereditate assequenda ad id pos-
11 sent ijdem à iure compelli. Dum enim † ministerio legis reijcitur omnino grauamen quodcumque à Patre infixum legitimæ, ea dimissio ad terminos iuris restricta nullum potuit præiudicium filijs inferre vt aduertit *Brun. cons. 17. num. 5. Surd. cons. 379. numer. 34. Rot. coram Seraphin. decision. 530. num. 5. Adden. ad decision. Gregor. 378. numer. 4. & in his terminis notat Rimin. Iun. cons. 510. numer. 76. lib. 5.*

Nec legitimę detractionem poterit impedire trina testium depositio attestantiū Laurentium ex ea ratione in mortis articulo remisse testari, quod Pater de omnibus bonis disposuerat in Athalantæ matris fauorem, ex quo arguunt informantes pro Beatrice, legitimā liberè, & vlla absq; conditione ab eo extitisse antea fideicommisso suppositam, Dum maxime secūdus testis alteram quoque causam refert à Laurentio expressam, ademptæ videlicet ipsi legitimæ in testamento Paterno.

12 Si quidem † spreta testium depositione fides debet adhiberi instrumento, in quo Laurentius iura legitimæ sibi expresse reseruauit ad *text. in l. census 10. ff. de probat Gloss. in cap. 3. loco 5. verbo testium eodem tit. Rot. dec. 91. num. 9. part. 1. recent. & in Romana, seu Veliterna Assictus 24. Aprilis 1662. in §. dum enim coram me.* Potissimum quia ex verborum contextu a Testibus recensito oneris acceptatio per ne-
13 cesse non deiumitur, qua † cessante Laurentius valuit ad suos heredes ius detrahendi legitimam transmittere *Cyriac. controuers. 148. numer. 29. Rot. decis. 342. numer. 4. part. 5. recent.* cum aliis Iuribus in præterita decisione recensitis.

Quinimo dum Laurentius bona quamplura ex proprio ære coempta in mortis articulo possidebat, eam bonorum deficientiā ipse expressisse censetur, vt se eximeret à vexationibus eorum, qui testamentum forsan expectabāt sub spe, virtute substitutionis, succedendi filio eiusdemmet Laurentij, in casu quo nullis superstitibus liberis is decessisset.

Et ita pro confirmatione decisionis editæ die 16. Maij 1659. *DD.* responderunt vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Meleuitana Pecuniaria.

Lunæ 14. Ianuarij 1664.

ARGVMENTVM.

Fideiussor sub aliqua conditione promittēs ista non purificata, promissio euanescit. Nautæ quando dicatur idem viaggium. Barattaria ex quibus resultet. Probationes delicti concludentes, & manifestæ esse debent.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor sub aliqua conditione promittens, promissio illius non intrat, non impleta conditione.*
2 *Dolus Barattariæ ex quibus resultet.*
3 *Verbum*: tornar in dietro, *quomodo intelligendum.*
4 *Nauta diuersio ad plures regiones dicitur vna, eademque nauigatio.*
5 *Nauta coactus aliquo casu, alias regiones attingere in stipulatione prohibitas, non dicitur conuentioni contrauenisse.*
6 *Fideiussor conditionalis soluens in casu non comprehenso in conditione, malè soluit.*
7 *Nauta excusari debet ab itineris prosecutione, si ventorum iter prosequi non potuit.*
8 *Testis vnicus plures patiens exceptiones, & aliis contrarium deponentibus se opponens nullum probationis gradum constituit.*
9 *Probationes delicti manifestæ esse debent, & necessario concludentes.*

DECISIO CXX.

ITERVM susceptа disputatione super obligatione Alexandri Infantini fideiussoris Angeli Borgh, pro summa scu. 1000. de Tarenis, per eumdem sub Nautico Fenore, ad Cambium receptorum à Ioanne Francisco Gaucio, & Angelo Cugnetta, DD. respondebant ad solutionē, non teneri ex eodem fūdamento à Decisione sub die 30. Aprilis anni præteriti edita deducto, quod non sit proba-
2 ta Barattaria † eidem Angelo obiecta, prout plenè, & legitimis probationibus debuit ad hoc, vt intret promissio fideiussoris, in tali casu stipulata, *Bertaz. conf. 71. num. 11. & conf. 81. num. 7. lib. 1. Baiard. ad Clar. quæst. 73. numer. 16. Farinacc. in prax. crimin. de var. & diuers. quæst. 111 art. 12. num. 264.*

2 Non releuat repetitum obiectum, quod eo ipso purificata apparet Barattaria, & casus solutionis, inde euenit, quod Angelus contra conuentionem redeundi ad Insulam Melitæ, vnde discessit completo itinere ad Classem Venetam, in Creta directo, non fuit reuersus, sed nauigans per Mare Adriaticum, & ad diuersa alia loca tendens, tandem appulit Venetijs, vbi relicta naui ad Ciuitatem Liburni secessit, ibique permansit, *Stracch. de assecurat. gloss. 14. num. 1. & per tot. & de naut. par. 3. num. 6. Rota Iannen. de Mercat. decis. 25. num. 7. Magon. decis. Florent. 1. num. 24. & 25.* nam ex verbis d. conuentionis, ibi: *Che detto Patron' Angelo nel ritorno di detto viaggio con detto Vascello, possa, & gli sia lecito passare, e toccare per quelle parti à lui ben viste, per caricare detto Vascello con Mercantie, purche esso Capitan' Angelo non possa tornare in dietro*; manifestè patet id solum fuisse Angelo prohibitum, vt post discessum ab Insula Cretæ, & à Classe Veneta, pro reditu Melitano, non posset retrogradi, & iterum dictam Insulam petere, iuxtà proprium significatum
3 verbi, † *tornare in dietro*, nō autem, quod post discessū animo, & intētione redeundi teneretur recto tramite, iter prosequi, adeout nō vaderet alia loca attingere, & per ea transire, cū hoc sit in dicta conuentione specialiter con-
4 cessum ad finem emendi merces, & nauem onerandi, & merito quidem, quia † huiusmodi diuersio, non mutat viaggium, sed semper dicitur vna, & eadem nauigatio sicuti bene explicat *Soccin. Sen. in cons. 33. sub numer. 8. & 9. lib. 1. relato in decis. sub §. his positis.*

Nec dicatur, quod Angelo nō licuit appellere Venetijs ab Insula Melitæ longè distantibus absque nota fallendi fidem, & committendi Barattariam, cum maximo Creditorum Cambij præiudicio, quia præter quod id non fuit in conuentione expressum, sed solum vetitus retrogressus, DD. amplexi sunt responsionem in dicta Decisione allatam, & deductam ex depositionibus Testium hinc inde examinatorū, ex quibus in dubio deprehēditur Angelum versus Corcyram, & Valonam iter direxisse, vt posset Nauem reaptare, & mercibus emendis onerare, prout emit à nōnullis Hæbreis, & Valonæ onerauit, volēsque iter prosequi maris tempestate, & ventorum violentia pulsus loco eundi ad vnum Portum Nauis quassata fuit transportata ad alia diuersa, & tandē Venetijs se recepit hinc
5 ex se patet † affirmari non posse, Angelum pacto, & conuentioni contrauenisse, & Barattariam commisisse, sed fortuitu id euenisse,
6 & propterea † malè fuit condemnatus Infantinus fideiussor ad solutionem debiti in casu, qui euenit, non comprehensi ad *text. in l. fin. ff. qui satisd. cogat. leg. 3. §. etiam si sine culpa, ff. de naut. Caupon. stabul. l. Cæsar. 15. & ibi glos. in verb. vitio, ff. de public. Bald. cons. 110. col. 1. vers. ad prædicta, & cons. 145. vers. item intelligo, lib. 3. Stracch. in tract. de naui, & nauigat. par. 2. num. 5. & 6. Cyriac. controuer. 384. num. 65. Buratt. decis. 5. sub num. 3.*
7 Quinimo venit † excusañ. si ventorum vis eum impulit nauigare per sinum Venetum, & præter eius voluntatem in pluribus locis diu retentus, & impeditus merces emere, & vendere non potuit, destinatum iter prosequi & Melitam redire, *dicta l. Cæsar, in fin. & l. vlt. §. si per necessitatem, ff. de pub. & vectigal. l. 2. §. quod diximus, §. si quis ea, & Mantic. decis. 297. num. 3. Duran. decis. 386. num. 4. & 5.*

Non vrget dictum vnius Testis, quatenus affirmat Angelum, non ex causa procellæ, nec aliqua necessitate ductus; sed sua sponta-
8 nea voluntate ad portus in sinu Veneto positos nauigasse, & ibi ad suum libitum permānsisse, & Venetijs demum appulisse, quia ex eo eliditur, quod est † vnicus patitur plures exceptiones personales, & alijs contrarium deponentibus se opponit, *Rota coram Penia, decis. 249. num. 3. & 4. Merlin. decis. 608. numer. 24. & 25.*

Non subsistit, quod per dimissionem Nauis Venetijs, & assidua commoratione in Ciuitate Liburni abinde citra satis colligatur animus committendi Barattariam, quia cum ambigi non possit, quin ex tot infortunijs in hoc itinere passis Angelus fuerit in magna egestate redactus, & cum pecunijs alienis nauis fuerit reaptata his de causis fuit coactus illius

illius regimen alteri committere, & à Patria ſe abſentare, ne à Creditoribus in Carceres detrüderetur, non autem, vt cõmitteret Barattariam, & habuerit intentionem Creditores Cambij fraudandi, hoc enim ſapit delictũ & pro illo agitur de condemnãdo tertiũ, quo
2 caſu probationes † manifeſtæ, & neceſſario concludentes debent offerri, quales non ſunt adductæ per dd. Creditores, quæ loquuntur in terminis actionis contra Nautã, vel Cauponẽ *in tractat. de naut. part. 1. qu. 52. Tob. conſ. 95. ſub num. 14. verſ. nam quando, Buratt. conſ. 125. nu. 191 Honded. conſ. 98. num. 16. lib. 1. Cyriac. diſſa contr. 384. in princ.*

Ex quibus benè ſublatis aliis tanquam leuibus, per Informantes pro Alexandro, fuit reſolutum ſtandum eſſe in deciſis, vtraque parte Informante, &c.

R. P. D. EMERIX.

Arimineñ. Pecuniaria.

Luna 14. Ianuarij 1664.

ARGVMENTVM.

Exceptiones illiquidæ, & altiorem indaginem requirentes, non ſufficiunt ad executionem obligationis Cameralis retardandam. Emptor de defectu conſignationis, non reclamãs præſumitur habuiſſe omnia in contractu vẽditionis ad ſui fauorem appoſita, & promiſſa.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis executionem paratam habet.*
2 *Exceptiones turbidæ, & illiquidæ executionem obligationis Cameralis retardare nequeunt.*
3 *Contractus ad certa reſtrictus, non eſt ad alia non expreſſa extendendus.*
4 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*
5 *Exceptio non amplians contractum, vt faciat ea cõprehendi, quæ non comprehenderentur exceptione non facta non attenditur.*
6 *Emptor ſpõte maiorem partem pretii ſoluens, & poſſeſſionem prædiorum accipiens, nec reclamans de defectu in illorũ conſignatione præſumitur habuiſſe omnia, quæ exiſtebant in prædijs venditis.*
7 *Solutio gabellæ ſecundum communem, & veriorem ſententiam ad emptorem ſpectant.*

DECISIO CXXI.

DEFVNCTO Petro Deto debitore Mõtis Pietatis Arimini in notabili pecuniarum quantitate Bernardina illius vxor, & Frãciſcus, ac alij eorum communes filij, ad effectum extinguendi huiuſmodi debitum ceſſerunt, Ludouico Tingolo, & alijs Petri fidejuſſoribus, omnia, & ſingula eius bona, iura, & actiones hæreditarias, reſeruatis ſibi, & Bernardinæ matri quibuſdam bonis emphiteoticis, ac nonnullis alijs bonis ſtabilibus partim propriis eiuſdem Bernardinæ, & partim in computũ ſuæ dotis, vigore cuius ceſſionis dd. Ludouicus, & Conſortes vendiderunt tria prædia tornaturarum 102. circitèr, pro pretio ſcutorum 3500. Angelino de Angelinis, qui accepta illorum poſſeſſione, & perſoluta maiore parte pretij recuſauit ſoluere reſiduum, ſub prætextu, non integræ conſignationis bonorum venditorum. Quãobrem orta lite eaq; ad Rotam delata, & partibus hinc inde inſtantibus pro mandato dedi dubium, an & ad cuius fauorem eſſet relaxanda. & Domini cenſuerunt relaxand. eſſe ad fauorem Ludouici, & litis conſortum pro ſcu. 300. reſidui pretij, pro quibus habent intentionem fundatam in Inſtrumento vẽditionis
1 vallato obligatione Camerali, quæ † paratam habet executionem etiam in hoc Sacro Tribunali, quando vt in præſenti Cauſa reperitur commiſſa per Signaturam, cum facultatibus A. C. vt fuit dictum in Romana Cambiorum 18. Aprilis 1642. coram bon. mem. Peutingerio.

Neque credebant Angelinum iuuari poſſe tribus exceptionibus, per ipſũ oppoſitis, quia vel illæ penitus tolluntur per reſponſiones datas ab informantibus, pro Ludouico, & Conſortibus, vel ſaltem ſunt turbidæ, & illiquidæ, ac requirentes altiorem indaginem, &
2 ſic minimè ſufficientes ad retardandam executionem obligationis Cameralis, vt in hac terminis paſſim reſpondere conſueuit Rota, vt videre eſt pluribus deciſionibus relatis per *Rudolphin. in prax. par. 1. cap. 8. num. 169.*

Prima ſiquidem exceptio deducta ex eo, quod non fuerint ſibi traditi duo agri, quos prætendit fuiſſe de membris, & pertinentijs Prædiorum venditorum non releuat, quia illi duo agri fuerunt excepti in ceſſione, & cõſignati Bernardinæ in computum ſuæ Dotis, Summario Ludouici, *num. 1.* & ideò nullo
3 modo dici poſſunt † comprehenſi in venditione, quæ eſt limitata ad bona, iura, & actiones ceſſas in, & ſupra dd. tantum tribus Prædijs, & non vltrà, dicto Summario *num. 2.*

Nec contrarium ſuadet exceptio Prædioli Meſſani, quod venditores declararunt nolle comprehendi ſub venditione vndè Angelinus infert voluiſſe includere dictos Agros,
4 iuxtà Theoricam, quod † exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, quam exornat Præſes Euerard. in loco ab exceptione ad
5 regulã, quia iſta † exceptio prædicti Meſſani ſolum probat incluſionẽ eorum, quæ comprehenſa fuerunt in ceſſione, non verò ampliat, nec dilatat venditionem, vt faciat ſub ea comprehendi, quæ non comprehenderentur exceptione non facta, vt declarat *Bartol. in l. generali, §. vxori, ff. de vſufructu legat. & plene Iaſ. in l. 1. C. de verb. ſignif.* & alij quos refert, & ſequitur Præſes Euerard. in dicto loco ab exceptione ad regulam, *num. 2.*

Minus ſuffragatur ſecunda deſumpta, ex defectu conſignationis animalium, maſſaritiarum, & aliorum mobilium, in Prædijs exiſtentium, quia cum Angelinus
6 † ſponte ſoluerit maiorem partem pretij, & acceperit poſſeſſionem Prædiorũ, nec conqueſtus fuerit de aliquo defectu, in conſignatione intrat præſumptio, quod habuerit etiam omnia,

quæ

quæ reperiebantur, seu existebant in Prædijs venditis, ex traditis per *Posth. de Manutent. obser. 73. nu. 77.*

Tertia denique exceptio restitutionis scut. 56. solutis pro Datio, seu Gabella, nullius pariter visa fuit considerationis, quia tàm vigore Capitulorum eiusdem Datij, quæ dantur Summ. responsionis Ludouici, *num.* 1. quam etiam de iure secundum veriorem, & magis
7 communem Sententiam solutio † Datij, seu Gabella spectat ad emptorem, vt notant DD. in *l. debet. 27. in fine, ff. de edilitio edicto Roman. singul. 588. Tiraquell. de retract. conuent. §. 6. gloss. 2. num. 1.* quos refert, & sequitur *Gratian. discept. 599. num. 32. & seqq.*

Quo verò ad fructus, quia illi non fuerunt expressè comprehensi in Instrumento, & fuit data dilatio ad soluendam partem pretij, Domini non fuerunt concordes.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. T A I A.

Fanen. Successionis.

Mercurij 23. Ianuarij 1664.

A R G V M E N T V M.

Examinator Statutũ Fanense, quod prefert Auo matrem in successione filij sine liberis defuncti. Statuta quomodo intelligenda. Mater non debet excludi à persona, de qua Statutũ mentionem non facit.

S V M M A R I V M.

1 *Filio sine liberis defuncto parentes si soli sunt succedunt salua gradus prærogatiua.*
2 *Mater à successione filij auum paternum excludit, cum pater supersit.*
3 *Mater in successione filij, vbi ex dispositione Statuti, vincitur à patruo, eo fortius vincetur ab auo.*
4 *Casus à statuto omissus, non potest haberi pro expresso.*
5 *Statutum Fanense* tit. de succeſſ. *ab intestato omnem interpretationem reijcit, & nu. 9. Et quid disponat, num. 8.*
6 *Statutum debet intelligi de interpretatione extrinseca, non de ea, quæ sit ex mente statuti.*
7 *Mater non est excludenda à persona, de qua statutum non loquitur.*
10 *Statutum matrem exheredans vti odiosum, & iniquum non attenditur.*

DECISIO CXXII.

DEFVNCTO Ioanne Andrea ventre Vxoris pregnante natus est postmodum Io: Andreas filius posthumus, qui cum ferè de ventre translatus fuerit ad tumulum, locũ dedit quæstioni inter Annam matre, & Franciscum Auum, iam tunc bona possidentẽ, & Alexandrum illius hæredem, quis eorum pupillo succederet, & cum fuerit per Sententiam Rotalem pronunciatum, matrem in successione esse præferendam, hanc esse hodie confirmandam responderunt.

Quia de validitate non dubitatur iustitia, verò constare visa est ex eo, quod agitur de
1 successione filij, qui † defuncto sinè liberis Parentes si soli sunt succedunt salua gradus prærogatiua, *Authen. defuncto, C. ad Senat. Conf.*
2 *Tertullian. & ibi gloss.* inquit mater † excludit Auum Paternum, cum Pater non supersit, *§. si igitur defunctus, vers. leg. autem plurimi, Auth. de hared. ab intestato.*

Informantes pro Auo Paterno contra Matrem duo opponebant. Primò ex † Statuto,
3 in quo Patruus, & filius Patrui, scilicet Patruelis defuncti matrem excludunt, vnde cũ omne ius, patentius sit in Causa, quam in causato si remotior genitus ab Auo, idest Patruus, & filius patrui matrẽ excludunt, multo magis Auus ipse, qui est proximior, & causa quod remotiores matrem excludant, immò si in successione defuncti concurreret Auus paternus, & patruus defuncti, ex dispositione Statuti præferretur Auus, si ergo Auus vinceret Patruum, & patruelem vincere debet, & matrem, quæ vincitur à patruo, per *reg. in l. vinco vincentem, Castrens. conf. 175. num. 3. vers. vnde ad partem, lib. 1. Dec. conf. 332. num. 3. in fin. Abb. conf. 73. num. 6. vers. non enim, lib. 1. Ludouic. Arman. conf. 32. num 6. Gab. conf. 14. num. 32. & conf. 15. num. 2. lib. 1. Brun. de stat. exclud. art. 12. qu. 15. sub num. 198. vers. & hanc opinionem, & qu. 16. sub nu. 216. vers. 2. casu Pelac. de statut. nu. 183. & 184. Rota Senen. apud Martium Medic. decis. 77. nu. 21. vers. 1. ad 2.*

Alterũ erat, quod licet in Statuto Fanen. successio aui paterni esset casus omissus, non tamen relinquendum esset dispositioni Iuris communis, quia hoc procedit, cum casus
4 omissus non † potest haberi pro expresso, ex aliqua præcipua coniectura, *Alb. conf. 75. nu. 7. vers. nec obstat, Gab. dicto conf. 14. num. 35. vers. ex*
5 *quibus liquet*, non obstante † quod statutum
6 tollat omnem interpretationem, quia † debet intelligi de extrinseca interpretatione, non de ea, quæ sit iuxtà, & ex mente Statuti, *Castrens. dicto conf. 175. nu. 4. vers. nec illud.*

His tamen non obstantibus contrarium placuit DD. extẽsionem non esse faciendam,
7 quia mater † non debet excludi à personis de quibus statutum non loquitur, *l. si verò 64. §. de viro, ff. solut. matrim. inquit, Ancharan. conf. 168. in fin.* & hæc matris inclusio, legitur in dicto statuto, vt loquitur *Rota decis. 329. nu. 12. par. 6. & decis. 183. num. 25. par. 8.* cum allegat, & obiecta superiora tolli visa sunt, ex verbis eiusdem statuti, dum in eo expressè prohibetur
8 quælibet † extensio, ibi: *Et in cæteris casibus in præfato statuto non expressis, neque specificatis seruetur ius commune, non obstante, quod in hoc statut. expressa sit ratio cuius vigore nolumus aliquam fieri extensionem ad casus non expressos*, ex quibus aperte colligitur intentionem statuentiũ fuisse vocare certas personas ad successionem intestati, & omnes alias non specificatas ex-
9 cludere, omnemq; † interpretationẽ introductam cessare etiam, quæ ex maioritate rationis, vel præsumpta, aut iuxtà legis volunta-

tẽ deduceretur, vt dictum fuit coram R.P.D. meo Albergato, 6. Aprilis 1663. §. præcipuè cum allegat, & in propriis terminis ſtatuti Fanen. de quo agitur, & ad ſupradicta verba ſtatutaria, *Neguſſant. reſponſ. & prax. diſput.* 306. *præſertim num.* 16. *Rota coram Eminentiſſ. D. meo Cardin. Celſo in Reatina Succeſſionis* 15. *Februarij* 1658. §. *ſuprà*.

Et aliquis ex Dominis ſubtilius obſeruauit non obſtare Doctores ſupra allegatos ad excluſionem matris in concurſu Aui paterni, quia ſtatuta illa ſuper quibus ſcribebant patiebantur aliquam exceptionem, ex forma, & verbis quibus concepta erant ita præciſa, ſicut ſtatutũ Fanenſe, quod mandat poſt ſpecificatos caſus expreſſe, in reliquis ſeruandũ ius commune, nec extenſionem fieri auferẽdo, & prohibendo omnem iuris peritorum interpretationem, & extenſionem, vt ſup.

Atque eò præcipuè placuerunt, quia ſi per iſtud ſtatutum excludatur mater à patruo in hæreditate filij ſibi iure naturæ debita cõtineret odium erga matrem irrationabile, & tale ſtatutum debet ſemper ſtrictè intelligi, & reſtringi, vt minus ius commune cedat, vt di-
10 citur, in iniquum, & odioſum velutiſi eſt matris exhæredatio, *Bald. ad l. illam, Cod. de collect. num.* 3. *verſ.* 3. *ratione, Socin. Iun. conſ.* 23. *num.* 11. *&* 14. *lib.* 1. *Galad. conſ.* 35. *nu.* 9. *Rota Senen. apud Martium Medic. deciſ.* 78. *præſertim num.* 5. & debet ſucceſſio matris extendi potius, quam reſtringi, adeout tacitus intellectus non admittatur contra matrem, inquit, *Bald. conſil.* 258. *num.* 2. *in fine lib. Marta de ſucceſſ. legal. art.* 6. *num.* 11. *quæſt.* 4. *par.* 2. *Rota Senen. dicta deciſ.* 73. *num.* 9. *&* 37. *cum plurib. allegatis, &c.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. VICECOMITE poſtea S. R. Eccleſ. Cardinali.

Romana Fideicommiſſi de Donis.

Lunæ 28. *Ianuary* 1664.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſo ſub conditione concepto adueniente conditione in bonis fideicommiſſarijs immiſſio vocato debetur. Subſtitutionis vulgaris virtus quid operetur. Dictio *eo caſu* quã interpretationem recipiat in materia ſucceſſionis veriſimilitudo mentis teſtatoris eſt attendenda. Teſtatoris affectio potius erga vnũ, quam alium ex quibus deprehendatur. Quæ coniecturæ ſufficiant pro admittendo nepote ad ſucceſſionem Aui & alia quæ deſumi poſſunt ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus ſub conditione, iſta adueniente fit locus ſubſtitutioni.*
2 *Subſtitutio compendioſa fideicommiſſariam, & vulgarem tacitam continet.*
3 *Subſtitutionis vulgaris virtus quid operetur.*
4 *Subſtitutus in hæredis locum ſubrogatus capit hereditatem primo nolente, vel non valente ipſam adire.*
5 *Teſtator quod voluerit ordinem ſuccedendi in deſcendentia à ſe ſubſtituti præſcribere ex quibus verbis arguatur.*
6 *Dictio* eo caſu, *quãdo eſt appoſita exagerativè non poteſt reſtringere diſpoſitionem teſtatoris ad caſum ſimultaneæ exiſtentiæ.*
Præſertim ſi non ſunt adiecta aliqua taxativa & num. 7.
8 *Dictio eo caſu eſt relativa ad caſum præcedenter expreſſum.*
9 *Linea à teſtatore prædilecta non debet ab extraneorum deſcendentia excludi & numer.* 24.
10 *Teſtatoris mens ſemper venit attendenda.*
11 *Nepos ad aui ſucceſſionem debet admitti quando conſtat de veriſimili mente illius, quamuis ex proprietate verborum in vocatione comprehenſus non appareret.*
12 *In Succeſſionis materia debet attendi veriſimilitudo mentis teſtatoris.*
13 *Filij in conditione poſiti* ex Statuto Vrbis cap. 142. lib. 1. *cenſentur diſpoſitiuè vocati & n.* 31.
14 *Teſtatoris ordinatio facta in vna ſubſtitutione repetita cenſetur in altera, vt ſubſtitutiones pari gradu progrediantur & num.* 15.
16 *Dictio* eodem modo *eſt repetitiua qualitatis ſuperius expreſſæ.*
Contrarium num. 17.
Et declara. vt numer. 18.
19 *Teſtator non repetens qualitatem in alio ſubſtituto eam conſulto omiſiſſe cenſetur propter maiorem erga ipſum affectionem & num.* 20.
21 *Dictio* eodem modo *ordinem ſuccedendi deſignat.*
22 *Qualitatis maſculinæ repetitio non inducitur quoties perſonarum & rationis diſparitas concurrit.*
23 *Præſumptio Iuris eſt quod quis propriam ſobolem aliena in amore, & benenolentia præferat.*
25 *Teſtatoris affectio erga vnum ſubſtitutum, potiùs quam alium, ex quo arguatur & nu.* 26.
27 Statutum Vrbis lib. 1. cap 144. *prohibet ne filius legitimatus in toto aſſe inſtitutus hæres, ſed in ſola medietate.*
28 *Teſtator iuxta Statuti diſpoſitionem de propriis bonis diſponens legi Statutariæ cõformare ſe voluiſſe cenſetur.*
29 *Teſtatoris diſpoſitio trahi debet ad quamcumque ſpeciem ſucceſſionis etiamſi verba repugnent, quando conſtat de veriſimili eiuſdem voluntate.*
30 *Alternatiua reſoluitur in coniunctiuam concurrente diſponentis voluntate tranſmittendi bona tam ad filios, quam ad nepotes hæredis inſtituti.*
32 *Teſtamenti pars vna interpretationem ab alia recipit.*
33 *Teſtator grauans nepotes eos etiam honoraſſe cenſetur.*
34 *Coniecturæ etiam leniores ſufficiunt ad admittendum nepotem ad aui ſucceſſionem.*
35 *Teſtator vocando nepotes ad portionem patrui facilius eos vocaſſe præſumitur ad portionem aui.*

DECISIO CXXIII.

PRO fideicommiſſi purificatione ad fauorem D. Mutij fuit coram me reſpon-

ſum

ſum ſub die 19. Februarij 1663. Verùm D. Albina non acquieſcente, eique conceſſa noua audientia, pluries dubium propoſui, An eſſet ſtandum, vel recedendum à deciſis, tandem in hodierna diſceptatione DD. deciſionem deſuper editam comprobarunt.

Alexander ſiquidem fideicommittens dimidiam ſuę hęreditatis portionem Mario fratri, ciuſque filijs maſculis tribuit, ea ſub lege, quod ipſis ſine filijs, & deſcendentibus obeuntibus, d. portio ad Octauium Teſtatoris filium legitimatum ſingulari affectione ab ipſo prædilectum, vt inferiùs aperte demonſtrabitur, eiuſque filios, & deſcendentes deuolueretur, ibi, *E ſimilmente morendo detto Mario mio fratello, e ſuoi figliuoli legitimi, e naturali nati, ò che naſceſſero ſenza hauer loro figli, e deſcendenti, ſoſtituiſco tanto in detto prelegato, quanto nella portione della mia robba da me laſciata come ſopra à detto Mario, ſuoi figli, e deſcendenti, Ottauio mio figlio, & hauendo lui in tal caſo figli legitimi, e naturali, quelli, e loro deſcendenti debbano ſuccedere in tutta d. portione, e beni di Mario, e ſuoi figli*; Cum † autem vltimo loco fuerit vita 1 functus Nicolaus Marij filius, nullo ſuperſtite filio, vtique propter d. conditionis euentum, D. Mutio ex Octauio originem trahenti ſucceſſionis via aperta remanſit *ad text. in l. Ille aut ille de leg. 3.*

Deſcendentes namque Octauij vocati cõ- 2 uincuntur per compendioſam ſub † qua nedùm fideicommiſſaria, verum etiam vulgaris tacita continetur *ex doctrina Bart. & DD. communiter in l. Centurio, ff. de vulgar.* Cuius vul- 3 garis † ſubſtitutionis virtus operatur, quod quamuis primo vocatus prędeceſſerit, admitti debeat ſecundus, qui non dicitur ſuccedere nominato in gradu caducato, ſed hæredi grauato, à quo ſatis eſt hæreditatem fuiſſe aditam, ad hoc, vt alijs ſucceſſiuè vocatis veniat reſtituenda; ſublato enim primo gradu ſubintrat alter, perinde ac ſi primus non extitiſſet, & ſic nolente, † aut non valente pri- 4 mo vocato hęreditatem adite, eam capit ſubſtitutus in illius locum ſubrogatus, *l. 1. §. pro ſecundo, C. de caduc. toll. & communiter tradunt DD. in l. quandiù, ff. de acquir. hared. Odd. conſ. 2. num. 12. Surd. conſil. 347. num. 15. in fine, & num. 16. Giriac. contr. 114. num. 24. Fuſar. de ſubſt. queſt. 469. nu. 15. lib. 1. Curt. iun. conſil. 18. numer. 4. Gabr. conſil. 115. num. 3. & ſeqq. lib. 1. Ceph. conſil. 620. numer. 15. & ſeqq. Rot. in recent. dec. 352. num. 6. & 7. & dec. 403. num. 11. deciſ. 424. num. 4. part. 2. dec. 579. numer. 1. vſque ad 10. part. 4. tom. 3. deciſ. 149. numer. 3. & 4. part. 7. & dec. 227. num. 3. & tribus ſeqq. p. 8.*

Neque ſubſiſtit, quod filij, & deſcendentes Octauij vocati cenſeantur copulatiuè cum ipſomet Octauio, adeòut de tempore purificatæ conditionis neceſſaria videatur eiuſdē exiſtentia ex verbis teſtamenti, ibi, *Soſtituiſco Ottauio mio figlio in quelli beni, che può ſuccedere, & hauendo lui in tal caſo figli, quelli, e loro deſcendenti debbano ſuccedere in tutta detta portione, e* 5 *beni di Mario, e ſuoi figli*; Nam † ex dd. verborum contextu, nil aliud Teſtator intellexit, quam ordinem ſuccedendi in Octauij deſcendentia præſcribere, necnõ prælationem Octauio tribuere, nempè quod ſi tempore adimpletæ cõditionis ipſe viueret ad ſucceſſionem admitti deberet, excluſis filijs: ſin minùs iſti ſuccederent, & ſucceſſiuè nepotes, *Rota deciſ. 97. numer. 5. & ſeqq. part. 4. recent. Fuſar. conſil. 42. num. 3.*

Et hanc interpretationem omninò recipe- 6 re debet d. dictio, † *eo caſu*, ea nanque non valet reſtringere diſpoſitionem ad caſum ſimul- 7 taneæ exiſtentiæ, cum appoſita fuerit exaggeratiuè, latè *Rota coram Caſſad. deciſ. 1. de teſtam.* dum † præſertim non ſunt adiunctæ aliquæ 8 taxatiuæ; † ideoque ad caſum obitus Marij, ciuſque filiorum maſculorum ſine filijs præcedenter expreſſum eſt relatiua, *Menoch. lib. 4. præſumpt. 36. num. 27. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 14. num. 10. verſ. ſed tamen, Laderch. conſil. 31. num. 14. Add. ad Rot. dec. 632. num. 110. & ſeqq. & num. 120. par. 4. tom. 3. coram Coccino in Viterbien. Caſtrorum 23. Maij 1635. & coram Bichio in Bononien. fideicommiſſi de Barzellinis 10. Februarij 1653. §. clauſula verò*; Alioquin enim daretur † abſurdum, 9 quod extranei potuiſſent excludere deſcendentiam Octauij à Teſtatore prædilectam, *l. Publius, §. finali, ff. de condit. & demonſtr. Soccin. iun. conſil. 106. num. 21. & num. 30.* vbi quod non importet temporis extremitatem, concurrente verisimili contraria mente diſponentis, quę 10 ſemper † venit adimplenda, *Ruin. conſil. 151. num. 1. lib. 1. Otthobon. deciſ. 177. nu. 22.*

Inueriſimile enim penitùs videtur, quod Teſtator deſiderans tàm enixè Octauij poſteritati conſulere, voluerit illius vocationem limitare ad caſum ſimultanei concurſus cùm Octauio; Inſpecto enim naturæ ordine, difficilitèr contingere potuiſſet Octauij exiſtentia de tempore conditionis purificandę in caſum obitus Marij filiorum, ac nepotum; Ideoque cum Teſtator tempus remotiſſimum reſpexe- 11 rit excluſiuum Octauij exiſtentiæ, † ex veriſimili illius mente venit D. Mutius Octauij nepos admittendus, etiam ſi ex proprietate verborum in vocatione. Comprehenſus minimè appareret, *ex not. per Bart. in l. Gallus, §. etiam ſi parente de lib. & poſtum. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 10. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 320. num. 15.* 12 *& num. 17. Merlin. deciſ. 206. num. 6.* † in hac ſiquidem materia, nimis eſt attendenda veriſimilitudo *l. in obſcuris de regul. iur. l. cum in teſtamento de reb. dub. Ang. conſ. 261. nu. 4. Crouett. conſ. 361. num. 26. & ſeqq. Curt. conſil. 289. num. 27. Cald. conſil. 327. aliàs 8. de donat. Soccin. conſil. 32. nu. 13. lib. 1. Roman. conſil. 408. nu. 3. & per tot.*

Admiſſa igitur pro conſtanti, & indubitata Mutij vocatione ad Marij portionem, indubitatè quoque exinde reſultat eiuſdem admiſſio ad alteram portionem Octauio obuentam. Ratio autem eſt patens, quia Teſtator diſpoſuit, quod Octauij portio peruenire deberet ad illius filios, & deſcendentes, eo modo quo Marij portio peruentura erat ad eiuſdem filios, & deſcendentes, ibi, *In euento, che detto Ottauio mio figlio moriſſe quandocunque ſenza figli legitimi, e naturali, ò deſcendenti da lui, ne' quali voglio, che vada detta heredità, e ſua portione*

doppo

doppo la sua morte nel medemo modo che a' figli di Mario. Vnde cum Marij nepotes fuerint in conditione positi, ibi, *Morendo Mario, e suoi figli senza hauer loro figliuoli.* Et † consequenter 23 *ex Statuto Vrb. cap. 142. lib. 1.* dispositiuè vocati dicantur ad Marij portionem; Ita † pariter vocati debent censeri nepotes Octauij ad illius portionem, qualis est D. Mutius, cui Martia Octauij filia vocata, censetur etiam grauata restituere hæreditatem, † quemadmodum 24 filij Marij grauati fuerunt restituere eorum filiis, vt substitutiones parificentur, & eodem modo succedant dicti nepotes, vt Testator desiderauit, *Rota coram Merlin. dec. 83. num. 18. & seqq. & decis. 40. num. 11. part. 5. recent. & in Romana fideicommissi de Drusolinis 12. Iunij 1654. coram Reuerendiss. D. meo Cerro.*

Ex recensito enim verborum tenore Testator æquiparare voluit vtramque sobolem quoad ordinem, & modum succedendi, & sic 25 respectu † huius ordinationis, dispositum in vna, repetitum quoque censetur in altera *Soccin. consil. 240. lib. 2. Alex. consil. 131. num. 6. & seqq. lib. 1. Calld. consil. 12. circa fin vers. bene facit de constit. Io. de Anan. consil. 17. num. 3. vers. 2. hoc probatur, Decian. consil. 45. num. 55. lib. 1. Roman. consil. 129. vbi Apost. in verb. parificatum alios refert. Alexand. consil. 17. vers. modo sic lib. 3. vbi Apost. in vers. æquiparatum*, & quod dicta clausula, *eodem modo*, apta sit repetere substitutionem, firmauit *Rota in d. Romana fideicommissi de Drusolinis §. indeque sicut.*

26 Neque ex dicta dictione, † *eodem modo*, repetita videtur in descendentia Octauij qualitas masculina à Testatore exoptata in descendentia Marij ex deductis *per Gratian. discept. 332.* 27 nam † omisso quod ipsemet Gratian. dixit contrariam opinionem posse alias placere, 28 *vt sub numer. 15. & 16.* d. dicto †, in proposito casu præstefert dumtaxat æquiparationē quoad ordinem succedendi vt dixi; non autem valet inducere repetitionem qualitatis prædictæ, quam † Testator in descendentia Octauij consultò omisit, ea ratione, quod † cum ipse maiori affectione prosequeretur Octauiū filium, quàm Marium fratrem, cupiebat quod portio Mario relicta, quam citiùs ob masculorum deficientiam cōsolidaretur cùm tota hæreditate ad fauorem Octauii, eiusque descendentiæ, *Spad. in terminis consil. 349. num. 8.* 29 *vers. illa verba eodem modo lib. 2.* † vbi quod designet ordinem succedendi *Ioseph Vela dissert. 49. num. 105. lib. 2. Bero consil. 115. num. 22. vers. postremo lib. 2. Otthobon. decis. 252. num. 13. Merlin. decis. 83. num. 20. & decis. 864. numer. 34. in recent. decis. 14. num. 4. in fin. part. 1. decis. 366. à numer. 20. vsque ad 26. part. 4. tom. 2. dec. 581. num. 11. & tribus seqq. part. 5. tom. 2. decis. 144. numer. 10. & 11. part. 7. Rota in adducta Romana fideicommissi de Drusolinis coram Reuerendiss. D. Cerro Decano.*

22 Qualitatis † enim masculinæ repetitio nunquam induci solet quoties concurrat, prout hic personarum, necnon rationis disparitas resultans ex clara Testatoris prædilectione erga Octauium, *Bart. in l. in rep. de leg. 3. Fusar. alios cumulans de subst. quæst. 403. num. 23. Rota dec. 354. num. 3. par. 2 cum alijs relatis in præterita dec. §. nàm maior.*

Octauij eiusque descendentiæ prædilectio 23 controuerti nequit, † cum ea satis deducatur, nedùm ex lutis præsumptione, quod quis propriam sobolem alienæ præponat in affectione, vt ait Imperator *in l. cum auus ff. de condit. & demonstr. in l. cum acutissimi, C. de fideic. l. generaliter, C. de instit. & subst. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 11. num. 3. Gratian. cap. 493. num. 15. Mascard. d. concl. 67. in verb. affectio, Soccin. iun. cons. 100. n. 21 Surd dec. 73. num. 6. decis. 205. num. 2. & 5. & decis. 273. num. 5.* Esset enim notabile absurdum, 24 quod † defecta linea masculina Marij, fœminæ extraneæ arcerent propriam descendentiā à successione Aui, *Curt. iun. consil. 154. nu. 155. Gabr. consil. 10. num 8. & 19. lib. 2. Rot. diuers. decis. 232. num. 2. vers. pro absurdo, & num. 5. part. 1. post Merlin. de pignor. decis. 142. num. 4. in fin. & dec. 267 nu. 6. in fin. & nu. 7. part. 9. recent.*

Verùm etiam ex quamplurimis coniecturis illam concludentibus, & præcipuè, cæteris omissis per scribentes latè deductis, quod Testator scuta mille in causam legitimæ iure institutionis relicta Lucretiæ matri, voluit post illius mortem restitui debere pro medietate Octauio, & in casu non acquiescentiæ matris huic grauamini, inesse legitimam fore detrahendam, dumtaxat ex portione Mario relicta, necnon quod è contrario Lucretiæ Octauii matri fecerit legatum similis summę scutorum mille, ac etiam 150. annuorum, cui expressa conditione, quod extincta legataria vita, acquirerentur Octauio, excluso tamen 25 Mario; inficiari † igitur nemo poterit, quin ex dicto grauamine Mario iniuncto, ac Octauii liberatione pinguiorique legato in ipsum collato, maior Testatoris affectio ergà ipsius personam, quàm Marii conuincatur, *l. Publicus, ff. de condit. & demonstr. auth hoc amplius, C. de fideic. Fusar. de subst. quæst. 468. num 8. Menoch. præsumpt. 16. num. 4. vers. 2. Cravett. consil. 147. nu. 2. & cons. 161. num. 5. Soccin. iun. consil. 71. numer. 15. lib. 1. Corn. consil. 161. vol. 2. & consil. 304. col. 3. circa med. lib. 1. Ancor. consil. 38. vol. 1.*

Comprobatur potissimum ex eo, quod expressè iniunxit Lucretiæ eius matri, Mario fratri, ac filiis, vt sinerent Octauium pacificè frui bonis per ipsum sibi relictis, eique molestias, ac vexationes ex huiusmodi causa minimè inferrent, priuando ipsos in casu cōtrauentionis portione relicta, eamque transmittendo ad filios Octauii, si de eo tempore existerent; Iis verò non existentibus, ad filios Margaritæ Testatoris filiæ, cum onere tamen illam restituendi filiis ex Octauio pro- 26 creandis sequitur † ergo exindè, quod cum Testator tanta, & accurata sollicitudine studuerit Octauij tranquillitati prospicere, affectio ergà illum magis præponderauit, quàm ergà Marium fratrem, qui præsumi nequit coæqualiter dilectus ex eo, quod eumdem hæredem instituerit in alia bonorum medie- 27 tate, quæ supererant deductis legatis, † cum in Vrbe vigeat *Stat. lib. 1. cap. 144.* prohibens alicui ne filium legitimatum instituat hæredem

Digitized by Google

dem in toto asse, sed in sola medietate; & sic
8 dum † dum Alexander præcisam medietatẽ à statuto præscriptam Octauio filio tribuit, aperta intrat præsumptio, quod hoc fecerit ad satisfaciendum legis statutarię dispositioni;
29 Ideoque † cum habeamus enixam Testatoris voluntatẽ, vt bona pertranseant ad Octauium, filios, & descendentes, trahenda est dispositio ad quamcumque successionis speciem, etiam si verba repugnarent, *ad textum in l.cum pater 77.§.filius matrem, ff.de leg.2. Cirisac. contr.205.numer.13. & seqq.*

Nullius est ponderis, quod descendentes Octauii positi fuerint sub conditione alternatiuè, imo, *morendo senza figli, ò descendenti,* & sic cum Octauius decesserit relicta Martia filia, & Mutii matre, ob illius aditionem, expirauit substitutio in fauorem descendentium alternatiuè vocatorum.

30 Nam hæc alternatiua † resoluitur in coniunctiuam, concurrente disponentis voluntate transmittendi bona tàm ad filios, quam ad nepotes Octauii hæredis instituti ex recensitis subsequentibus testamenti verbis, ibi, *Ne' quali voglio, che vada detta heredità nel medemo modo, che a' figli di Mario, l. si is qui ducenta, §. vtrum, versic. idem si pater, ff.de reb.dub. l.cum quidam, C.de verb.signif.* alioquin † enim sequeretur absurdum, quod ex descendentibus in conditione positis quidam essent vocati, quidam verò excluſi contra expressam mentem Testatoris, & dispositionem Statuti Vrbis *lib.1.cap.142.* quod non est admittenũ *l.heredes mei, §.cum ita, ff.ad Trebell. declarat Socc. sen. consil.56. sub num.1. lib.1. Altograd. consil.60.num.22. in fin. & 23. lib.1. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.3. t.5. sub num.5. & lib.4. tit.11. numer.28. Peregr. de fideicom. art.13. num.34. Fusar. de substit. quæst.453. num.28.*

Inspectis præcipuè subsequentibus Testamenti verbis in quibus copulatiuè nominauit filios, & descendentes, ibi, *E similmente, &c. sostituisco Ottauio, & hauendo lui figli, quelli, e loro*
32 *descendenti debbiano succedere.* Vna † enim testamenti pars declarationem recepit ab altera, *l.qui filiabus, vbi Iaſ. de legat.1. Bart. in l.Prætor, §.erit differentia, ff.vi bon.rapt. Honded. cons.12. num.15. & 16. lib.2. Dec. cons.425. numer.6. Ruin. consil.130. numer.4. vol.3. Rota in recent. decis.686. num.17. part 4. tom.3. & decis.13. numer.19. part.8. recent.*

Præterquamquod in casu criminis per filios, & descendentes perpatrandi eosdem grauauit restituere hæreditatem proximiori;
33 signum † igitur euidens est, quod sicuti Testator grauauit non solum filios, sed etiam nepotes, ita quoque eos honorasse censetur ex regula, quem non honoro, non grauo, *Rota in Camerin. bonorũ 3. Iunij 1654., §. atque hinc coram Bichio, & in Spoletana fideicommiss 18. Februarij 1656. coram R.P.D. meo Benilaqua, §. nec dicatur, & in Romana, seu Vrbenetana successionis 28. Ianuarij 1656. §. ponderabant etiam Domini, coram R.P.D. meo Albergato.*

34 Et cum agatur † de admittendo nepotem ad successionem proprii Aui non requirũtur coniecturæ necessariæ, & concludentes, sed etiam leuiores sufficiunt, *Mant. lib.11. tit.2. in fin. Grat. cap.352. num.23. & 26. Gregor. decis.315. num.5. & decis.339. num.3. Rota decis.111. num.7. part.1. recent.* præsertim quando vocatio actiua est certa, vt hic, *Rota decis.8. numer.8. part.8. recent.*

35 Omnis enim ratio suadet, † quod Testator vocando nepotes ad portionem patrui, facilius eos vocasse præsumatur ad portionem ascendentis, *Gozz. ad consil.10. versic.5. dico, Aym. consil.62. num.10. lib.1. Ruin. consil.160. nu.74. lib.2. Rimin. sen. consil.189. num.11, & seqq. lib.1. decis.355. num.6. & 7. part.4. tom.2. recent. Add. ad Burat. decis.385. versic.6. dec.130. num.5. dec.144. num.3. dec.236. num.2. part.1. recent. Rota in Canallicen. fideicommissi 23. Iunij 1656. §. Vrgentes, coram Eminentiss. Celso.*

Ex quibus cùm sublata remaneant cuncta obiecta exadueſſo deducta ita fuit decisum vtraque parte acerrimè informante.

R.P.D. LEONE VEROSPIO
Romana Pecuniaria.

Lunæ 28. Ianuarij 1664.

ARGVMENTVM.

Emens rem alienam scienter pretium venditori donare voluisse censetur, eodemque modo cessionarius conscius periculi, quod est in re sibi cessa, nulla sibi euictione stipulata in ipso perire voluisse reputatur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis paratam habet executionem.*
2 *Crediti insubsistentia efficit, vt hereditas debitoris à solutione reddatur immunis.*
3 *Hæres ad omne as alienum defuncti tenetur.*
4 *Emens scienter rem alienam censetur pretium venditori elargiri.*
5 *Cessionarius detecta nominis cessi insubsistentia aduersus cedentem indicium instituere valet.*
6 *Cessionarius primus perspecta decoctione cedentis creditum, illud alij cedens dolosè egit, & à consecutione preti repellitur.*
Quod declara, vt num.7.
8 *Cessionarius conscius periculi residentis in re sibi cessa nulla sibi euictione stipulata subijcere se velle periculo præsumitur.*
9 *Dictio & ob incompatibilitatem consequendi pretium à duobus in disiunctiuam immutari debet.*
10 *Dictionis & natura est, vt verum ex duobus verificetur.*

DECISIO CXXIV.

RELAXATIO mandati contra bona hæreditaria Cosciani decreta fuerat coram me sub die 27. Nouembris 1662, * cuius decisionis vires hodie subsistere DD. responderunt dum enim Bonifacius Creditum scut. 650. contra Franciscum Mariam Seuerinum sibi cessum à Victorio iure pariter cessionis

de

de anno 1643. tranſmittit in Coſcianum pro ſumma ſc.615. ad quorum computum ſc.15. dumtaxat ipſe recepit, ad ſolutionem proinde
1 reſidui † debet hæreditas Coſciani executiuè compelli in vim ſuæ promiſſionis Camerali obligatione vallatæ, vt notat *Angel.in l.4.§.condemnatum num.3.ff.de re iudic. Caſtren.in l.poſt rem iudicatam ad finem, ff.eod.tit. Galleſ.de oblig. Cam. qu.2. nu.11. & 22. Rot.in Imolen. Cenſus 9. Maij 1661. in primo §.coram Eminentiſſ. D.meo Card. Celſo.*

Nec vrget quod debitum Seuerini proueniret ex pretio domus à Victorio eidē diſtractæ perinde ac ſi dum illa nomine Creditorū Victorij ante obligationem Coſciani fuerat euicta, ac ſucceſſiuè alteri ex ijs de anno 1643 in concurſum aſſignata, creditum contra Seuerinum de tempore ceſſionis penitus ineffi-
2 cax exiſteret, nec † Coſciani conſequenter hæreditas valet pro pretij ſolutione pulſari, ad text. *in l.ſi plus 74. ad finem ff.de euict. l.ſi poſt perfectam 29. C.eod.tit.*

Cum enim Coſcianus in concurſu creditorum citatus extitiſſet, nec non graduatus in ſententia, ipſi qualitas nominis ceſſi vna cum euictione domus præſumitur innotuiſſe, illudque proinde comparaſſe cenſetur ſub pericu-
3 lo amiſſionis pretij, † quod à ſuis hæredibus debet conſequentèr præſtari, ad text. *in l.ſi fundum 27. C. de euict. l.quod ſi in venditione ff. de hæred.vel act.vend. notat gloſ.in l. non dubitatur C.de euict. Alex.conſ.69.nu.2.lib.2.Surd conſ.442. n.3.verſ.tertia ratio Rota coram Seraph.dec.78.n.8. & deciſ.435.num.10.& 13.& 457.num.2.cum ſeq.*
4 *par,9.recent.* vbi quando emens ſcienter † rem alienam cenſetur pretium venditori elargiri, dum maximè Bonifacius iura quoq; Coſciano ceſſerat contra Victorium ſibi in præcedenti Inſtrumento adſtipulato coram eodem met Victorio expreſsè reſeruata in caſu moleſtiæ, ſcù impedimenti ſuper credito ceſſo
5 inferendi, quorum † virtute iurium ipſe poterat poſt detectam inſubſiſtentiam nominis ceſſi, ludicium aduerſus Victorium inſtituere *Beroſ.conſ.46.nu.2.vol.1.Surd.conſ.145.n.20. verſ.5. cum alijs auctoritatibus in prætenta deciſione relatis.*

Nec obſtat, quod Bonifacius perſpecta præcedente decoctione Victorij doloſè ſe-
6 geſſerit, itaut † à pretij conſecutione debeat
7 proinde repelli, vt aduertit † *Alex. in conſ.94. num.3.poſt med.lib.3. Rouit.conſ.75.nu.15.* liquidem admitti poteſt præfata concluſio in caſu quo decoctionem Victorij Coſcianus ignoraſſet, ſecus verò dum eadem plenè innotuiſſe præſumitur ipſi, vti creditori graduato in ſententia; nec non etiam ex cauſa conſanguinitatis ab eo cum Victorio antea contractæ; Hoc ſanè caſu nullus valet Bonifacio dolus adſcribi, ſed ſibimet ipſi debet Coſcianus im-
8 putare pretij amiſſionem, dum † conſciùs periculi voluit ad emptionis actum nihilominus aduenire nulla ſibi euictione ſtipulata, vt præter auctoritates ſuperiùs deductas, probat *text.in cap.ſcienti 27.de reg.iur.lib.6.* vbi quando dolus non infertur ſcienti, ac volenti, *Bald. conſ.240.num.1.lib.2. Mangil.de euict. quæſt.106. nu.15. Olea de ceſſ.iur.tit.7.qu.3.nu.3. Rot.dec.469. num.16.cum ſeqq.par.9.rec.*

Hinc altera corruit obiectio exinde petita, quod Bonifacius tenetur contra Victorium, & Seuerinum realitatem crediti exhibere, dū contra vtrumque iurium ceſſionem copulatiuè peregit, quoniam perſpecta ſcientia qualitatū in Coſciano Bonifacius ab onere præfato euaſit immunis, quinimò ceſſio contra Victorium peracta præſumitur in caſu, quo actio contra Seuerinum euaneſceret, non ob-
9 obſtante dictione illa, † *Et*, quippè quæ ob incompatibilitatem eodem tempore conſequendi pretium ab vtraque debet in diſiunctiuam immutari, vt tradit *Alexan. in conſ.64. num.6.lib.7. Burſatt.conſ.81.num.20. & 21. lib.1. Mandoſ.in gloſ. facultat. §.& proprium in verbo,& pag.mihi 312. Barboſ.dict.110.num.28.* de cuius
10 natura † ſatis eſſe cenſetur, alterum ex duobus verificari, ad text. *in l.11, qui ducenta 14. §. ſi quis ita, ibique gloſſ. notat in verb.non dederis ff. de reb. dubijs Roman. conſ.104.nu.3.& 4. Menoch. de præſumpt.lib.4.præſumpt.81.num.66. Rot.coram Merlin.deciſ.390.num.19.& deciſ.165.num.25.coram Eminentiſſ. D meo Card.Otthob.*

Et ita vtraque &c.

Deciſio iſta in hac eadem cauſa ſub die 27. Nouembris 1662. emanata hic allegata, eſt in præcedenti Parte 13. Recent. 509.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Bonorum:

Lunæ 28. Ianuarij 1664.

ARGVMENTVM.

Bona à Patre poſſeſſa adminiſtratorio nomine pro filijs non dicuntur alicui oneri ſubiecta quin poſſint ab ipſo ad filios tranſmitti, etiamſi ipſe pater grauatus fuerit renunciationis onere, ſi voluerit primogenituræ commodo frui, quare & retinere bona materna valet, & gaudere primogenitura, dum ipſe bona pro filijs à ſe ipſo generandos poſſidet.

SVMMARIVM.

1 *Bona materna de ordine matris ad filios tranſmittenda poſſidentur à patre adminiſtratorio nomine pro filijs.*

2 *Primogenitura ordinata cum onere renunciandi fratribus natu minoribus hæreditatem paternam, & maternam non inducit præceptum renunciationis quando iſta hæreditates poſſidentur à Patre pro filijs.*

3 *Acquiſitio momentanea non eſt in conſideratione.*

4 *Renunciatio iuris quærendi valet etiam in præiudicium eorum, quorum fauore per acceptationem renuncians ius foret quæſitum.*

5 *Hæreditas quo ſenſu aliquando dicatur vinentis.*

6 *Verba, hæreditatem ſuam, debent reſtringi ad qualitates ipſis adiunctas.*

7 *Bonorum primus acquirens alios à successione excludit, & de illis tanquam de patrimonialibus in vocatorum præiudicium disponere potest.*

8 *Patre de feudo disponente ad favorem filij iure hereditario ad illum feudum transmittit.*

9 *Feudum pro parte acquisitum denotat illud non fuisse primogenituræ subiectum.*

10 *Bona iure hereditario à patre possessa, eodem iure ad filios transmitti debent.*

11 *Filij in successione feudorum patris locum ingrediuntur.*

12 *Feudi substantia est indivisa, sed potest illius fructus, & exercitium dividi.*

13 *Feuda in Lombardia sunt divisa, & filij in eis æqualiter succedunt.*

DECISIO CXXV.

ANTEQVAM deuenire potuerit Marchio Ludouicus ad executionem mandati de associando, sibi concessi in bonis nuncupatis *della Canonica*, tamquam subiectis Primogenituræ, in qua ipse successit ob rescriptum Signaturæ sine præiudicio dimissis bonis ad formam Primogenituræ disputatũ fuit dubium, quæ bona essent dimittenda, & responsum distinctè, *vt in decis. 20. Apr. proximè prateriti*, quæ cum respectu quatuor partitarum à filiis q. March. Claudij impugnaretur, reassumpta super illis disputatione placuit Dominis iuxtà modum infrà exprimendum in decisis persistere.

Bona enim Patris, quæ pro dote materna à Marchione Ludouico possidentur iure hæreditario non retinentur, sed cum de ordine Matris ob eius incapacitatem resultantem, ex forma primogenituræ, deuolui debeant ad
1 filios ab ipso generãdos†illa dicitur administratorio nomine possidere pro filijs *Bald. in l. si quis instituatur 23. in princ. ff. de hæred. instituen.*
2 *Cirine. contr. 205. num. 86.* & proinde † non continentur sub præcepto renunciandi fratribus suis natu minoribus hæreditatẽ suam paternam, & maternam, ac ius succedendi parentibus ab intestato, etiam ratione legitimæ iure naturæ debitę, vel alia quauis ratione, vel causa *Dec. conf. 425. num. 11. vers. tertio efficaciter, & seqq, Ruin. conf. 25. num. 28 lib. 1. Surd. conf. 112. num. 94. Rot. coram Reuerendiss. Tarraconen. Dec. conf. 439. num. 18.*

Nec resistit, quod Marchio Ludouicus nõ fuerit incapax acquirendi bona materna, eo quia præceptũ fundatoris primogenituræ nõ restitit principio acquisitionis, quinimò eam supponit, dum statim acquisita dimitti vult alijs fratribus natu minoribus, tùm quia mater non intellexit de simplici incapacitate acquirendi, sed retinendi, cum optaret eum frui, & gaudere bonis ab ea relictis, quatenùs
3 posset, & momentanea acquisitio non est inconsideratione *l. fin. C. de bonis, quæ liber. Burs. cons. 55. num. 21. Rol. conf. 15. num. 34. lib. 1. Cephal. conf. 460. nu. 39. Abb. conf. 73. in princ. lib. 2. Giurb. ad consuetud. Messan. cap. 5. gloss. 8. sub num. 6. Rota decis. 30. num. 5. par. 3. lib. 2. dec. 503. sub num. 4 post*
4 *med. par. 3. recent.* † Tùm quia potuit Marchio Ludouicus bona materna velle acquirere, & in quęrendis præiudicare fratribus natu minoribus *Giurb. vbi supra num. 5. Grat. discept. 852 num. 31. aliique relati per Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 23. num. 11. Rot. decis. 62. num. 7. coram Buratt. & in Bononien. datis 10. Decembris 1650. coram D. Card. Celso §. fin.*

Rursus quoad bona propria Marchionis Ludouici, visum est non esse renunciandum, & sic standum in decisis, ex adductis *in §. quoad bona*, parum enim refert, an in præcepto renunciandi contineatur illud verbum, sua, vel non, cum enim, non fuerit iniunctum onus renunciandi hæreditatem suam simpliciter, & absolutè; quo casu appellatione suæ hæreditatis cum verba aliter intelligi non possent
5 bona propria comprehenderentur, † & in hoc sensu quandoque dicitur hæreditas viuentis, vt in *l. quæsitum 93. §. si mihi seruus ff. de legat. 1.* sed super addita fuerunt verba, *paternam, & maternam*, per quæ præceptum renunciandi, intelligitur de hæreditate paterna, & materna, iam per acquisitionem effecta, sua non
6 verò de bonis propriis, quia verba † *hæreditatem suam*, qualificantur ab adiunctis paternam & maternam, & ad istas restringitur *Surd. consil. 34. num. 42. & seqq. Spada conf. 316. nu. 10. lib. 3 Grat. discept. 834. num. 9. Rot. decis. 21. sub numer. 5. vers. sed potius, tom. 7. par. 4. recent.* vbi ponderatur natura renunciationis, quæ strictè intelligi debet, & considerat *Surd. conf. 451. nu. 3. & seqq. lib. 3. Cancerian. resol. lib. 3. cap. 15. num. 271. & seqq. Rot. in Bononien. de Dulphis 13. Martij 1656. coram me §. vila tamen in fine.*

Viceuersa Marchionatum in Sabaudia pro duabus ex tribus partibus renunciandum esse in hoc reformando decisionem Domini existimarunt; licet enim prætenderent Informantes pro pupillis à Marchione Io. Maria titulo oneroso acquisitum fuisse, qui proindè tam-
7 quam † primus acquirens alios filios ab illius successione excludere potuit, & de illo non secus ac de patrimonialibus in præiudicium vocatorum disponere ex relatis per *Surd. consil. 305. num. 32. & seqq. & conf. 351. num. 24. lib. 3. Scrader. de feudis part. 8. cap. 6. numer. 15. Ronit. conf. 35. num. 7. lib. 1. conf. 39. num. 37. lib. 2. Rota in Romana Census, seu Saluiani 29. Maij 1656. coram R. P. D. meo Verospio in princ.* qua ratione in totum renunciandum esse contendebatur,
8 cum ob † dispositionem Patris ad favorem Ludouici iure hæreditario illud obtinere dicatur *Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 8. num. 10 vers. si respectu primi Franc. decis. 368. num. 4. & 5. in fine, Capic. Latr. consult. 79. nu. 70. par. 2.* & in simili, *Rota in Mantuana feudi 25. Martij 1657. coram R. P. D. meo Verospio §. nam enim.*

Nihilominus aduertebant Domini, quod inuestitura non fuit simpliciter concessa d. Marchioni Io. Mariæ Patri recipienti pro se, & filijs, quo casu procedunt præmissa de potestate primi acquirentis, sed simul cum ipso Ludouicus, & Claudius eius filij Marchionatum per viã dationis insolutum à Marchione Tallone requisiuerunt, & Serenissimus Sabaudiæ Dux præfatam dationem insolutũ appro-

approbando Patrem simul,& filios inuestiuit propriis eorum nominibus expressis, quo
9 casu feudum † cuilibet pro sua portione acquisitum fuit, & non potuit Pater dici primus acquirens, nisi quoad suam tertiam partem ad effectum præiudicandi filijs,& de feudo disponẽdi *Isern.in tit.de alien.feud.pater.n.21. verf.secus si nomina Bertazol.conf.ciuil.116.num.7. verf. altera est distinctio, & num.8. Dec. conf.389. num. 2.verf.quando enim filius Giurb. de succ.feud. pralud.5.num.44.Rosental.de feud.cap.9. concl.66. num.25.& seqq.& num.56. in gloss. Litt.G. & H. Clar.in §.feud.qu.41. verf.nam feudum nouum cum alijs per Rotam in Foroliuien. seu nullius Castrorum* 14. *Martij* 1657.*coram me §.tollitur difficultas,vbi in §.hinc titulus ponderatur*, quod non attenditur cuius ære feudum acquisitum fuerit, sed personæ propriis nominibus expresse in quas Dominus consensit,qua ratione potuit Pater de sua portione tantùm disponere, & illam iure hæreditario retinet Marchio Ludouicus
10 quam simul † cum portione Claudij dimittere debet, cui Pater præiudicare non potuit vt supra.

Quo verò ad feudum in Statu Mutinę medietatem renuncian. esse responsum fuit,cum enim non esset nouum in persona patris, sed antiquum Ioannis Mariæ Senioris non potuit Pater Ludouicum hęredem instituendo alterare naturam feudi,nec illud hæreditarium facere, & sic possidetur à Marchione Ludouico, non vti hærede, sed in vim inuestiturarum, vt *in §.primo, & seq.* in quibus tamen cum feudum fuerit concessum ad fauorem omnium descendentium à Io. Maria seniore, comprehenduntur etiam filij Mar-
11 chionis Claudij pro medietate † cum in successione feudorum filij locum Patris ingrediantur, ex relatis *per Bertazol. conf. ciuil.*105.
12 *num.*11. Quamuis tamen iurisdictio,& substantia feudi sit indiuidua,diuidi tamen potest illius fruitio, & exercitium,ac prouentus pro tempore alternatim illã administrando, *Socc. conf.*278.*num.* 21.*lib.*2.*Pariſ.conf.*10.*num.*19 *lib.*1 *Menoch.conf.*298.*num.*21. *lib.*3. qui loquitur de feudo in statu Mutinẽ *Schrader. de feud.par.*8. *cap.*2.*ſub n.*39.*verf.fallit tum etiam,& verf.quamuis feuda Giurb. ad consuetud.Messan.cap.*1. *glos.*2.
13 *par.*1.*ſub num.*82.*verf.* Quod † enim feuda dirimi præsertim in Lombardia vbi cum viuatur, quoad hoc iure Longobardorum feuda sunt diuidua, & filii in eis æqualiter succedunt, vt benè probat *Io. Baptiſta Spad.conf.*57. *num.*3.*lib.*1.

Et ita cum præmissa declaratione Domini steterunt in decisis vtraque &c.

R. P. D LEONE VEROSPIO Romana Cambiorum,

Luna 28. *Ianuarij* 1664.

ARGVMENTVM.

Cambij continuatio, quando censeatur prohibita, & quando non. Cambiorum iustitia ex quibus resultet. Recambium in cambio locali an sit licitum. In mercatoribus in dubio fraus non præsumitur. Fraudis suspicio in mercatore ex quibus remoueatur. Testiũ conciliatio ex quo inducatur. In cambijs quid inspici debeat. Lucrum in cambijs debet esse moderatum, & quid lucri nomine contineatur.

SVMMARIVM.

1 *Cambij localis species ex communi Doctorum sententia admittitur, & ex Constitut. ſan. mem. Pij Papæ V. num.* 2.

3 *Cambij continuatio quando censeatur interdicta, & quando ea non improbetur à iure, numer.*4. *&* 5.

6 *Ratio militãs in vno in altero quoque debet locum assumere.*

7 *Cambij platealis creatio instituta conuincitur longè ante inuentionem nundinalis in Italia sequutam de anno* 1527.

8 *Cambia lucrum plerumque reddere consueuerunt.*

9 *Cambiorum iustitia ex quibus consurgat.*

10 *in Cambio locali recambium est licitum, & per rescriptum ſa.me. Pij V. nu.*11.

12 *Qui indit Ed approbans preces, in quibus expositur facultas exercendi cambia per diuersas plateas cambium platealе videtur approbasse.*
*Et hoc procedit quoties creditori fuit data facultas cambiandi, & recambiandi de platea in plateam, num.*13.

14 *Cambiũ exercere per diuersas plateas possũt Mercatores Neapolitani stante edicto Proregis diuersas plateas pro cambijs exercendis præscribente.*
*Maximè concurrente mercatorum vsu, & attestatione, cuius virtute continuatio cambij in dubio debet legitima reputari nu.*15.

16 Iustinianus de continuat. Cambij disput.4. num.2. & Molphesius à Duardo relati in tract. de camb. par.2. quæst.9. num.2. *declarãtur.*

17 *In Mercatoribus in dubio non præsumitur fraudis internentus.*

18 *Mercatorum fides speciali candore regulariter enituit.*

19 *Rota consuenit correspondalis litteras admittere pro iustificatione cambij à mercatore cum semetipso contracti.*

20 *Fraudis suspicio in Mercatore circa cambia ex qui remoueatur.*

21 *Procuratoris contraria declaratio eadem referens solutiones, quas idem mercator censetur ex errore processisse ad exclusionem potissimè doli in mercatore num.* 22.

23 *Actus contrarius errori potius quam dolo adscribi debet.*

24 *Mercator ob modicum lucrum non præsumitur velle pregranare honorem, & animam detestabili vsurę crimine.*

25 *Renunciens beneficio non potest opponere exinde de illius defectu.*

26 Decisio in Anconitana Cambiorum 28. Iunij 1640. coram Peutingerio *declaratur.*

27 *Testibus benè informatis, & numero pluribus fides adhiberi debet, reiectis paucioribus contrarium asserentibus, & nn.*28. *&* 29.

30 *Teſtium conciliatio ex quo inducatur.*

31 *pro Teſtium conciliatione qualibet interpretatio debet ſumi ad excluſionem præſertim criminis in correſponſali.*
Amplia, vt num.32.

33 *Pragmatica intellectum dubium admittit.*

34 *Actus aliter geſtus à conditore pragmatica non irritatur.*

35 *Cambiorum ſolutiones ſubſtineri debent quamuis tenori pragmaticæ repugnent.*

36 *Ex correſponſalis facto mercatori præiudicium non infertur.*

37 *ex Culpa tranſgreſſoris non inducitur in tertij præiudicium nullitas actus.*

38 *Dimiſſio pecuniarum per creditores facta cambiorum decurſum impedire non valet dum ſapit nouum depoſiti contractum ad placitum creditorum reſtituendi.*

39 *Forma ad certum effectum ordinata regulariter poteſt ſuppleri ex modo æquipollenti, dummodò idem ſequatur effectus.*

40 *Formæ omiſſio nulli irrogans præiudicium nullitatẽ non inducit.*

41 *in Cambiis lucrum debet eſſe moderatum.*

42 *in Cambijs Proxenetarum iudicium, & communis valor inſpici debet.*

43 *Lucri nomine continetur, quod accedit ſorti damno quocunque, & onere deducto.*

44 *Appellatio ſicuti appellanti ſuffragatur ita, & eandem cauſam habenti.*

45 *Proteſtatio continens clauſulam derogatoriam non tollitur ex facto contrario.*

DECISIO CXXVI.

TRIBVS huius Sacri Tribunalis deciſionibus coram me approbata fuerat continuatio Cambiorum Platealium, in quarum vltima lucrum ex continuatione prædicta proueniens, ad limites Cambiorum Nundinalium ex æquitate iterum Domini reduxere: ſub ea tamen lege, vt D. Marchio Raymundus Cambiorum decurſum in pecunia libera Talenti deberet exhibere, vel valorem vinculi præſtare, locis Montium infixi. Hanc verò deciſionem ad diſputationis trutinam reuocatam, hodie Domini confirmarunt, in-
3 nixi communi Doctorum † ſententia, ſpeciem Cambij localis approbante, de qua per *Laurent. de Rodulph. in cap. conſuluit par. 2. queſt. 26. num. 8. de vſur. inter tract. vniuerſ. iur. tom. 7. fol. mihi 22. & fol. 37. par. 3. num. 1. Ioan. de Anan. in cap. vltimo à num. 46. vſque ad num. 52. cod. tit. Alex. conſ. 61. n. 13 lib. 2. Dec. conſ. 562. num. 1. cum ſeqq. Beat. Ioan. à Capiſtrano in tract. de vſur. 2. par. principali n. 146. Ant. de Roſel. cod. tit. nu. 69.* Tùm etiam Conſti-
2 tutione † ſa: mem: Pij V. la 118. §. 2. in fin. vbi exercitium vtriuſque Cambij, Nundinalis ſcilicet, ac Platealis indulgetur in ijs verbis *Pro primis Nundinis vbi illæ celebrantur, vbi verò non celebrantur pro primis terminis iuxta receptum locorum vſum exercere.* Poſt cuius Conſtitutionis promulgationem idẽ tradiderunt apertè Authores complures in præteritis deciſionibus recenſiti.

Hanc verò continuationem de Platea in Plateam diſpoſitio Iuris nequit infringere, ſeù Conſtitutio prædicta, pro primis dumtaxat terminis approbans localis cambij contractũ ibi, *Abuſu illo prorſus reiecto, Cambia pro ſecundis, ac deinceps Nundinis, ſine terminis exercendi.* Non enim Philippus Cambia pro pluribus terminis ab initio contraxit: ſed illa vigore ſpecialis facultatis cum ſemetipſo pro vnico termino geſta, ſuis correſponſalibus tranſmiſit, qui poſt Marchionis debitum ex ære proprio extinctum noua cambia ipſius nomine pro ſumma exburſata contraxere. Maximum namq; inter caſum vtrumque reſidet diſcrimen. Priori quippe Campſerius poſt primi quoque termini lapſum debitum ſuum ſub
3 vſuris cõtinuare compellitur; † Adeòque interdicta cenſetur continuatio, vt ponderauit *Roman. ante Conſtitutionem defunctus in conſ. 239. num. 60. Bertazzol. conſ. crim. 254. nu. 3. vol. 2. Bero. conſ. 213. num. 34. & 71. lib. 2.* vbi quod ad declarationem iuris antiqui Conſtitutio emanauit. In ſecundo verò caſu continuatio nouũ redolet cambium omninò reale, proueniens ex culpa debitoris, eligentis ſubire potius curſum vſurarum, † quàm intra præfixum tem-
4 pus debitum extinguere, proindeque ea non improbatur à iure, vt præter *Roman. ſuperius adductum tradit, Bero. conſ. 194. nu. 10. & 15. vol. 1. Tap. de Iur. Regn. Neap. lib. 4. tit. de Camb. rubr. 4. num. 41. & 42.* nec à Conſtitutione prohibetur quoties, vt hic, Campſori fuerit attributa
5 facultas † cambiandi, & recambiandi, donec integra debiti extinctio contingat, vt aduertit *Filiuc. oper. moral. tractat. 35. par. 2. de Cenſ. & Camb. cap. 11. nu. 482. verſ. in tertia conditione Ant. Maceraten. var. reſol. cap. 17. nu. 7. lib. 1. Duard. de Camb. §. 1. qu. 42. num. 20. cum ſeqq. Scort. in Bull. Pontif. epit. 107. theor. 289. Franc. Ant. Coſt. conſ. 35. num. 31. & 34. & conſ. 48. num. 13. Ioan. Bapt. Bott. conſ. 36. num. 10. & 15. Spad. conſ. 267. n. 19. & 20. lib. 2. Rota in Romana Pecuniaria 10. Iunij 1616. coram Card. Sacrato impreſſ. poſt d. conſ. Spadæ n. 28 & 29. & in Romana Cambiorum 4. Maij 1629. in §. neque obſtat coram Motmanno, & in Romana, ſeu Ianuen. Cambij 26. Iunij 1652. in §. Tum etiam quia coram bo. me. Bichio.*

Et licèt Authores præfati hoc axioma iuris cõſtituant in cambio Nundinali; Nihilominus quia cambium vtrumque Nundinale ſcilicèt pro primis Nundinis, locale verò pro primis terminis à Conſtitutione ſub vnica oratione indulgetur, & in continuatione localis, cambium omninò nouum contrahitur
6 non ſecus, ac in Nundinali: † ratiò proinde militans in vno, in altero quoque debet locũ aſſumere ad *Text. in l. illud 32. ibique gloſ. notat in princ. ff. ad l. Aquil. gloſ. in §. cum autem, verb. pari, inſtit. quib. mod. Ius patr. poteſt. ſolvat. Ceph conſil. 1. num. 33. Rot. deciſ. 91. num. 23. par. 6. recent. Add. ad deciſ. 181. num. 19. par. 9.* Dum maximè creatio cambij Platealis inſtituta conuincitur longè
7 ante mentionem Nundinalis in † Italia ſubſequutam de anno 1527. vt teſtatur *Turr. de Camb. diſp. 1. qu. 4. num. 39. & 40.*

Quod tamen debet intelligi quoties Campſores, vt in caſu propoſito, Cambia per Pla-

teas

tes ſibi inuicem correſpondentes exerceant, nec non pecuniarum prena publicè in illis ſanciantur. Siquidem valet damnũ in cambiis ex pretij taxatione contingere, non ſecus ac lucrum; † licet eadem lucrum reddere plerumque conſueuerint, vt tradit *Laurent. de Rodulph. in tract. de vſur. par. 3. num. 1.* vbi in ſpecie loquitur de cambio locali *Roman. conſil. 238. nu. 6. & 9. Io. Baptiſta Coſt. conſ. 48. n. 12. Cyriac. contr. § 20. nums. 21. Bott. conſ. 56. in fin. Rota deciſ. 404. num. 5. ad med. par. 2. & deciſ. 52. num. 26. par. 7. rec.* Adeoque iuſtitia cambiorum ex illa conſurgit, vt aduertit *Bald. in Rubr. num. 1. ad fin. C. de Conſtit. pec. Iaſ. in l. cunctos populos in prima lectura nu. 64. Cod. de Summ. Trinit. Petr. de Vbald. de duob. fratr. par. 5. n. 54. Lup. de vſur Comment. 3. §. 2. num. 32. Hier. de Luc. de Camb. §. vltim. nu. 22. Rebel. de oblig. Iuſt. lib. 11. tit. de Camb. qu. 12. nu. 6. Bertaz. conſ. crim. 254. nu. 5. & 6. vol. 2. Turr. de Camb. diſp. 1. qu. 26. nu. 36. & qu. 28. nu. 10. Rota deciſ. 45. ad fin. par. 4. tom. 2. rec.*

10 In Cambio præterea locali † cenſuit recambium eſſe licitum *Calder. in conſ. 11. num. 1. & 2. de vſur. Dec. conſ. 562. nu. 1. cum ſeqq.* Tum etiam

11 ſan. mem. † Pius V. in reſcripto ad preces Bononienſiũ edito, nec non relato per *Turr. de Camb. diſp. 3. qu. 1. in prologom. num. 23. à verſ. certo; Pius vſque ad verſ. quanto alle liti;* Quod ſanè reſcriptum ad Cambium etiam Platea-

12 le per neceſſe porrigitur; dum Summus Pontifex Bononienſium Ciuium † preces indiſtinctè approbauit, in quibus ſub certa forma expoſcitur facultas exercendi cambia diuerſas per Plateas ibidem recenſitas, *Graſſ. deciſ. aurear. par. 1. lib. 2. de Cenſ. & Camb. cap. 110. nu. 15. Turr. de Camb. diſp. 3. qu. 1. num. 7. & 9. & qu. 2. nu. 13. Rota penes cum deciſ. 33. in princ. & n. 4. vbi prope fin. adnotationis idemmet Turr.* hoc af-

13 ferit † procedere, quoties Creditori fuerit attributa facultas cambiandi, & recambiandi de Platea in Plateam: quæ ex inſtrumenti tenore apertè deſumuntur in propoſito caſu, vt latè fuit in præterita deciſione comprobatum. His denique Edictum Proregis Neapolis adſtipulatur, præſcribens pro cambiis exercẽdis diuerſas Plateas; ac Venetiarũ præſertim, & Vrbis, vt ex illius tenore conuincitur per *Tap. relat. in tract. de iur. Reg. Neapol. tit. de Camb. rubr. 4. fol. mihi 24.* Tum etiam Mercatorum

14 vſus ex complurium atteſtatione, nec non continuationum ſimilium exemplis comprobatus, cuius virtute continuatio hæc deberet in dubio legitima reputari per ea, quæ tradit *Oldrad. in conſ. 207. ad fin. Roman. conſ. 94. num. 1. & 7. Rot. dec. 316. n. 7. par. 4. diuerſ.*

Cui ſanè ſententiæ non repugnat auctoritas *Iuſtiniani de continuat. Camb. diſp. 4. num. 2.* nec non *Molphesij, à Duardo relati in tract. de Camb. par. 2. qu. 9. nu. 2.* In eo enim caſu de palliato

16 mutuo agebatur, in Ciuitate Barij, ac Licij, necnon alijs in locis Regni Neapolitani geſto ſub nomine cambij, ac ſimulatè tranſmiſſi ad Plateas, vbi ſpes nulla ſolutionis litterarum vigebat; Quinimò Camſores, vt idemmet Iuſtinianus videtur innuere, pretia à ſemetipſis de facili taxabant in eo genere Cambij, cuius lucrum, adæquans valorem ſcutorum triginta in ſingula centenaria, ad ſcuta duodecim Regium Conſilium reduxit, vt refert *Duard.* ſuperius adductus, à quo horũ Cambiorum iuſtitia admittitur expreſsè in quæſtione ſequenti.

Nec ſuſpicio fraudis viſa fuit vrgere, exinde petita, quod in hac ſpecie Cambij litteræ valeant ſub antidata confingi. Præterquam

17 enim in dubio † non præſumitur fraudis interuentus ad *Text. in l. merito 51. ff. pro ſocio l. dolum 6. God. de dol. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. nu. 14. cum ſeqq.* In Mercatoribus præ-

18 ſertim, † quorum fides ſpeciali candore regulariter enituit *Bald. conſ. 198. nu. 5. vol. 1. Rota deciſ. 533. nu. 17. cum ſeq. par. 5. & deciſ. 285. nu. 7. par. 5. rec.* & in his terminis *coram bo. me. Merlin. deciſ. 036. num. 5. & 6.* Itaut Sac. hoc Tri-

19 bunal † conſueuerit correſponſalis dumtaxat litteras admittere pro iuſtificatione Cambij, à Mercatore licet, cum ſemetipſo contracti, vt in *Romana pecuniaria 10. Iunii 1616. coram Cardinali Sacrato impreſſa poſt conſ. Spadæ 267. nu. 27. vol. 2. & deciſ. 274. nu. 5. par. 5. rec. & coram Merl. ad dicta dec. 036. nu. 1. & 2.* Illa excluditur omninò in caſu propoſito ex relatione Periti, de cambiorum realitate, nec non literarum atteſtantis; Tùm ex libris compluribus huic in Sacro Tribunali exhibitis, vbi Cambiorũ initia in menſe Auguſti, Septembris, Octob. atque Nouembris anni 1646. caractere Caroli Franciſci Arrigoni exarata noſcuntur, cuius quoq; manu ex duorum dicto Teſtium deſcripta probatur continuatio ad menſem vſque Octobris anni 1647. de quo tempore cum ipſe à Philippi ſeruitio receſſerit, alter Miniſter deſcriptionem cambiorum continuauit. Tùm ex intimationibus denique compluribus, in ijſdemmet menſibus contra Marchionem executis, quarum aliquæ editæ in menſe Auguſti recenſent ſolutionem ſcutorum 2170. Portiæ Pinellæ peractam, nec non alteram ſcutorum 7237. Carolo Ferrario, aliiſque Creditoribus aſſignatam, ſub declaratione expreſſa, quod eorum occaſione Philippus Cambia per Plateas cum ſemetipſo contraxerat; Aliæ verò animum incundi cambia pariter aperiunt. Quare ex hac

20 multiplici actuum frequentia, † cambiorum realitatem redolentium, quęcunque obiectæ falſitatis ſuſpicio remouetur *Caſtren. conſ. 120. num. 4. lib. 1. Aym. conſ. 65. ad fin. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 20. nu. 53. & 55. Rot. dec. 533. num. 10. & 17. par. 5. rec. & in Cracouien. Decimarum 27. Aprilis 1654. in §. Hac autem donatio coram me.*

Hinc non vrget, quod Procurator Philippi ſub die 19 Octobris 1646. ſolutiones omnes recenſendo, tunc vſque creditoribus attributas in ſumma ſcutorum 48435. 82. declarauerit pro iis velle cambia contrahere; cuius virtute præcedens cambiorum decurſus ſub antidatæ prætextu refellitur.

Dum enim occaſione ſolutionum recenſitarum à Procuratore Philippus præcedenter cambia vere contraxerat, vt inſpectio librorũ demon-

demonstrat; necnon conuincunt apertè Correſponſalium literæ, vna cum proteſtationibus contra Marchionem antea peractis, quarum aliquę expreſsè recenſent Cãbia in menſe Auguſti contracta ex cauſa ſummæ perſolutæ Pinellæ in ſcutis 2170. necnon Ferrario, aliiſque exburſatæ in ſcut. 7257. contraria proinde Procuratoris declaratio † has referens quoque ſolutiones, cenſetur ex errore proceſſiſſe, vt in ſpecie cenſuit *Rot. coram Merlino decis. 636. n. 6. cum ſeqq.* Ad excluſionem potiſſimè doli in Philippo, vt aduertit *Pariſ. in cõſ. 169. nu. 59. lib. 4.* vbi quod actus errori potius debet adſcribi, quam dolo, *Hond. conſ. 109. nu. 19. lib. 1. Rot. dec. 27. nu. 21. & 22. par. 9. rec. & in Cracovien. Decisarum 11. Aprilis 1654. in §. Hæc autem coram me.*

Hoc verò cò facilius debet admitti, quod ea proteſtatio ad maiorem cautelam conuincitur expleta; vt ſcilicet ex illa Marchio moram maiorem committeret: Tum quia ex modici temporis antidata parum lucri poterat Philippus retrahere, qui proinde vti vir ſpectatæ probitatis honorem ſuum, ac Animam cò minus præſumitur deteſtabili † hoc criminis genere voluiſſe prægrauare, vt notat *Houd. conſ. 109. n. 37. lib. 1. Menoch. de præſump. lib. 5. præſumpt. 3. nu. 19. & 20. Rot. coram Merlino decis. 650. nu. 3. cum ſeqq.*

Hinc intimationis defectus nequit à D. Marchione opponi, dum illa contra ipſum pluries conuincitur exercita: ſub die præſertim 30. Iulij 1646. in qua Philippus à creditoribus Monaldenſium requiſitus pro ſolutione ſecundæ Cedulæ, moleſtias eidem intimauit cum comminatione incũdi Cambia cum ſemetipſo per quaslibet Nundinas, atque Plateas: quàm proteſtationem pluribus vicibus ſucceſſiuè repetijt in menſe Auguſti, Septembris, Octobris, atque Nouembris, ſolutiones quoque referens Creditoribus peractas. Quinimo de ſequẽti menſe Februarij proteſtationem alteram edidit, ſolutiones omnes in ſcutis 121. mil. continentem. Quare ſe nequit D. Marchio ſub clipeo ignorantiæ ſolutionũ tueri; Dum maximè in qualibet expeditione mandati de conſignando contra Valentem, nedum ipſe citatus à Creditoribus extitiſſe conuincitur; Verum etiam à Philippo requiſitus ſub die 19. Octobris, & 13. Nouembris 1646. vt ſummã pro eo Creditoribus exburſatam vellet reſtituere, aperte in Iudicio declarauit ſe pro reſtitutione illius, vti traditæ indebitè non poſſe compelli.

Nulla præterea intimatio exigebatur in caſu propoſito, quo illi quandocunque requiſitæ D. Marchio expreſsè renunciauit *Rot. dec. 274. num. 2. par. 5. recent.* Siuè ex quo Cambia à Philippo vti Procuratore Marchionis fuere contracta: quicquid diceñ foret in Cambiis à Creditore initis ob moram debitoris in ſoluẽdo, vt tradit *Spad. in conſ. 267. num. 7. vol. 2. Rota dec. 379. n. 2. par. 2. rec. coram Merlino dec. 636. n. 10 & 11. & in Romana Cambij 1. Iulij 1658. coram R. D. Epiſcopo Papien.*

Nec obſtare videtur *deciſio* † *in Anconitana Cambiorum 28. Iunii 1646. coram Io. mem. Peruſtino*, onus intimationis firmans Mandatario, ſeu Procuratori quoque inhærere, quoties de incerto debito, ſeu cõditionali tractetur. Quicquid enim ſit de huius concluſionis veritate, illa non valet propoſito caſui congruere; Licet enim ſumma perſoluenda à Philippo, vti dependens à relatione tertij Periti omnino incerta exiſteret ab initio: dum tamen D. Marchio in ipſamet Periti relatione, necnon in mandatis de conſignando citatus dignoſcitur certus proinde ipſe euaſit debitæ ſummæ, nec onere conſequenter intimationis Philippus premebatur, vt eademmet admittit deciſio in contrarium adducta.

Hic verò Cambiorũ decurſus eo ſub prætextu denegari nõ poterit, quod Carolus Lamera, necnon Io. Guglielmus Serena correſponſales Philippi, Venetijs primus, Alter verò in Ciuitate Neapolis, Campſoriæ artis exercitio nunquam vacauerint; Siquidem Mercatores plures num. 20. atteſtantur multis ab hinc annis, Carolum negocio Cambiorum aſſiduè incubuiſſe, necnon remiſſas iuxtà artis Campſoriæ ſtylum, ac contingentiam caſuum executioni demandaſſe; Quibus ſanè Teſtibus vti bene informatis, ac numero pluribus inconcuſſa † debet fides adhiberi, duobus omnino reiectis aſſerentibus contrarium ad *Text. in cap. in noſtra 32. de Teſtib. Rimin. Iun. conſ. 237. nu. 73. vol. 3. Rota coram Baratto deciſ. 43. num. 3.*

Reſpectu verò Io. Guglielmi viginti aliorum Teſtium depoſitio idem concludit, ac Valẽtini præſertim Salutij Mercatoris in Vrbe, atteſtantis à 20. annorum curſu cæterorũ Campſorum ad inſtar illum pro ingẽti ſumma ſibi ſingulis hebdomadis traxiſſe remiſſas. Quorum tanc Teſtium dicta non elidũtur ex aliorum atteſtatione in contrarium exhibita, dum hi Campſorum artem in Ioanne Guilielmo admittunt expreſsè; licet publicæ rationis Bancariæ exercitium excludant in eo, nullatenus tamen requiſitę in propoſito caſu, quo ſatis eſſe cenſetur, † vt literas Cambiorum valeat correſpõſalis virtualiter diſſoluere, vt in tẽrminis Cambij vulgariter dicti cum recurſa tradit *Card. de Lugo de Iuſt. & Iur. lib. 2. tit. de Camb. ſect. 7. à num. 80. vſque ad nu. 93.* & in alio genere Cambij aduertit *Saluator. de contionat. camb. par. 1. nu. 25. Dian. reſol. moral. par. 1. tract. 8. de contract. & Camb. reſol. 3.* vbi quod miniſterium Correſponſalis à perſona Laicali quacunque poteſt exerceri, dummodo Cambij ſubſtantialia demandentur executioni.

Quælibet præterea occaſio dubitandi exinde viſa fuit remoueri, quod continuo vterq; Correſponſalis pro verò Camplore ſe exhibuit in publicis Telonijs, pro litterarum ſolutione in vtraque Ciuitate deſtinatis, vt ex *Sum. Marchionis conuincitur in nu. 19.* necnon ex iuribus nomine Valentis exhibitis.

Nullitas pariter Cambiorum ex eo nequit induci, quod formam decretorum Correſponſales in ſolutione litterarum explere neglexerint, diſponentium ſolutiones in vtraque

que

que Ciuitate debere peragi, publico mediante Telonio, ad id expreſsè præfixo. Talia quippe decreta ſolutiones tertijs perſonis peragendas duntaxat reſpiciunt, non autem vires ſuas porrigunt ad Cambia, à Mercatore cum ſemetipſo cõtracta, in quibus cum Correſponſales ſibimet ipſis remiſſas debeãt perſoluere: aſportatio proinde pecuniæ ad Bancum, ab ipſis illico reaſſumendæ foret inanis, vt ex plurium depoſitione Teſtium, de ſtylo vtriuſque Ciuitatis atteſtantium plenè deſumitur.

Et licet aliqui etiam in Cambijs cum ſemetipſo initis Regiam Pragmaticam referãt
29 obſeruari in Ciuitate Neapolis; Horum tamen Teſtium † dicta, vel fidem nullam merentur in concurſu cæterorum numero plurium negociatorum, contrarium aſſerentium ad *Text. in c. licet cauſam 19. ver. ex præmiſſis de prob.* Vel de ſtylo debent intelligi, ab aliquibus ibidem ſponte obſeruato: non autem vt
30 ſãctio illa in hoc genere Cambij ad id Mercatores compellat; iuxta † quem intellectum Teſtium conciliatio inducitur, pro qua inter-
31 pretatio † quælibet debet aſſumi; ad excluſionem præſertim criminis in Correſponſali ad *Text. in l. cum tu* 16 ibique *Butr. nu. 3. verſ. nota 3. Abb. n. 2. verſ. Item nota de Teſtib. Ruin. conſ. 130 nu. 6. lib. 4. Rota coram Buratto dec. 410. n. 3. & 663. num. 6.* Tum etiam ad hoc, vt valeat actus ſu-
32 ſtineri, pro quo † in Teſtium conflictu deberet quoque præiumi, dum Pragmatica in-
33 tellectum dubium † admittit per ea quæ tradit *Calder. in cap. Nauiganti nu. 10. & 11. de vſur. Anchar. in cap. in Ciuitate n. 7. eodem tit. Alex. conſ. 112. nu. 4. lib. 5. Rot. coram Puteo dec. 216. n. 1. lib. 1. in correct. Gregor. dec. 204. nu. 17. & coram bon. me. Coccino deciſ. 151. nu. 4.*

34 Actus † præterea aliter geſtus non irritatur à Conditore Pragmaticæ, inter improſſas per *Rouit. recenſita in tit. de litteris Cambii pragm. 18. fol. mihi 78.* Sed forma dumtaxat ibidem obſeruanda præſcribitur ſub pæna pecuniaria à contrauenientibus præſtanda; adeoque debẽt
35 ſolutiones † Cambiorum ſuſtineri, licet tenori Pragmaticæ, eædem repugnarent ex *theor Cini in l. non dubium 5. nu. 14. & 15. & n. 17. ad fin.* ibique *Bald. nu. 28. C. de legib. Abb. in cap. in nomine 2. nu. 6.* vbi etiam *Dec. nu. 21. Felin. nu. 1. de Teſtib. Burſat. conſ. 14. nu. 17. Rot. in Romana dotis 10. Iunii 1661. in §. Ceſſare pariter cor. R. P. D. Vicecomite*, Vbi quod Vrbana Conſtitutio, affixionem Edictorum præcipiens per 15. dies ante deliberationem bonorum ſtabilium, vti certam in caſu contrauentionis pœnam irrogans, nullitatem actus non cenſetur inducere; dum maximè de Philippi detrimento tractatur, non autem Correſponſalis, ex cuius fa-
36 cto eidẽmet Philippo † nequit præiudicium inferri, vt tradit *Bart. in l. Prætor ait 20. §. 1. n. 3. ff. de oper. nou. nunciat.* vbi quod ex culpa Tranſ-
37 greſſoris à Conſtitutione ſpecialiter mulctati, non inducitur in tertij præiudicium nullitas actus *Bald. in add. l. non dubium nu. 24. C. de legib. Aym. conſ. 93. nu. 3. Port. conſ. 15. nu. 14. cum ſeq. Burſat. conſ. 14. nu. 17. verſ. cum maximè.*

Hæc vero Cambia licuit Philippo contrahere ſtatim, ac ipſe Inſtrumentum quietantiæ vna cum ceſſione Iurium ad fauorem Marchionis à Creditoribus obtinuit, quia Marchio ex illa die commodum, necnon liberationẽ à præſtatione fructuum Cenſus reportauit, & licet creditores pecuniam à Philippo receptam in ipſius Banco illico relaxaue-
38 rint: ea † tamen dimiſſio Cambiorum decurſum impedire non valuit, dum præferebat nouum depoſiti contractum, ad placitum creditorum reſtituendi, vt præter authoritates recenſitas in præterita deciſione, dixit in ſpecie *Rot. in deciſ. 15. num. 24. cum ſeqq. par. 8. record.*

Hinc nequit vrgere tenor Chirographi ſan. mem. Vrbani VIII. imponentis Creditoribus onus præſtandi fideiuſſionem pro ſecuritate Marchionis in actu exactionis, vel deponendi pecuniam ſub onere Inueſtimenti in Sac. Monte Pietatis. Dum enim Philippo delata fuerat facultas ineundi Cãbia in caſu cuiuſcunque ſolutionis, & Marchio vtilitatem, ac liberationem à die quietantiæ realiter recepit: ab illa proinde die Cambiorum onus debet ipſe ſubire, licet Creditores pecunias in Banco Valentis, non autem in Monte Pietatis relaxauerint. Siquidem forma ad certum ef-
39 fectum ordinata regulariter † valet ex modo æquipollenti ſuppleri, dummodo idem ſubſequatur effectus, vt probat *Text. in l. vltima §. mandati vbi gloſſ. not. in verb. teneri ff. mandati Cagnol. in l. ſi quis maior n. 218. C. de Tranſ. Rot. coram Caſſadoro deciſ. 28. ſuper reg.* Quare dum non longe poſt depoſiti diem Inueſtimentum cõ-
40 uincitur ſubſecutum † illius omiſſio formæ, nullum Marchioni irrogans præiudicium, non induxit nullitatem, vt præter auctoritates ſuperius deductas dixit *Rota coram Seraph. dec. 589. nu. 9. & 11. & dec. 93. nu. 7. par. 7. rec.*

Hinc elucet horum cãbiorum Platealium iuſtitia; Quorum tamen lucrum cùm ſimul coaceruatũ, & in annos ſingulos diſtributum valorem ſcutorum decem, ac nouem in ſingula centenaria adæquet, Dominis viſum fuit exceſſiuum: ac illud proinde ad Cambiorum Nundinalium limites ex æquitate iterũ reduxere, inhærentes authoritati *Baldi in nu. 1 rubr. C. de conſtit. pecun.* vbi lucrum in Cambijs
41 aſſerit debere moderatum † exiſtere; Dummodo tamen D. Marchio Cambiorum decurſum in pecunia omnino libera Valenti perſoluat, tum reſpectu traditæ ſummæ; tum etiam perſoluendæ: vel valorem vinculi exhibeat locis Montium infixi. Alias enim nedum exceſſus lucrorum corrueret; verum etiam admodum modicam vtilitatem, ac longe minorem lucro ex Cambijs Nũdinalibus reſultante Andreas Angelus conſequeretur, dum in proprij crediti extinctionem ſcuta 507 20. ex pretio Caſtrorum D. Marchionis ipſe recepit, de mãdato Congregationis Baronum in locis Mõtium Cameralibus inueſtita pro ſecuritate Emptricis; quorum ſingula licet pro maiori ſumma ſcutorum 100. idemmet Andreas Angelus coemerit; ratione ta-

men

men vinculi ipſis annexi vix ſcutorum ſexaginta valorem attingũt iuxta Proxenetarum iudicium & communem valorem, in propo-
42 ſito caſu † inſpiciendum, vt probat *Text. in l. ſi fugitiuus vbi poſt gloſſ. not. communiter Doctores Cod. de condit. furt.* quem in his terminis perpẽdit *Rot. in Romana reſciſſionis Tranſactionis 29. Maii 1648. in §. illa verò poſt med. & 16. Iunii 1651. in §. 4. ad fin. coram Eminentiſſ. D. meo Card. Corrado.*

Nec vrget, quod Valenti contra Marchionem nulla competat actio pro huius vinculi valore, dum illud ab eo conuincitur acceptatum; necnon etiam quia à Summo Pontifice proceſſit, præcipiente, vt Creditores Marchionis pro ſecuritate D. Principiſſæ Caſtrorum Emptricis deberent in locis Montium pecuniam inueſtire, vel vice Inueſtimenti fideiuſſorem de reſtituẽdo pecunias in caſu euictionis exhibere.

Quemadmodum enim fauore Marchionis ex æquitate fuit ſancita reductio: ità quoque ex eodem iure æquitatis Valenti pecuniæ debent vllo abſq; onere exhiberi, ad hoc vt ipſe Nundinalium Cambiorũ lucrum aſſequi valeat, quod alias non contingeret, dum ſub lucri nomine id dũtaxat continetur, quod dam-
43 no quocunque, ſeu onere deducto ſorti accedit, vt notat *Calder. in cap. Nauiganti num. 31. de vſur. Anton. de Roſſell. num. 28. eodem tit.*

Neque ex pecuniarum exactione poterit in Valẽte deſumi approbatio reductionis Cambiorum; itaut ex iure æquitatis ipſe nunc nequeat vinculi valorem obtinere. Prior ſiquidem exactio ſcutorũ 22. mil. in cauſam Cambiorum Platealiũ dignoſcitur perhabita: nec ad alteram poterat illa referri, dum nulla tũc temporis fuerat ſancita reductio: Altera vero ſcutorum 12. mil. licet in vim mandati Cõgregationis Baronum proceſſerit, reducentis Cambia ad inſtar Nundinalium, nec valuit Valenti obeſſe; Vel quia ab huiuſmodi de-
44 creto D. Marchio † appellationem adhibuit quæ ſuffragatur quoque Valenti, itaut eiuſdẽ reformationem decreti poſſit in ſui fauorem ipſe obtinere ad *Text. in l. ampliorem 37. Cod. de appel. Rot. deciſ. 23. nu. 2. de re iudic. in nou. & coram Gregor. deciſ. 581. nu. 5.* vel quia pluries in Iudicio Andreas Angelus huiuſmodi decretum impugnauit, declarans apertè ſummam illius vigore exigendam in cauſam Cambiorum Platealium ſe velle referre: cuius virtute proteſtationis, clauſulis derogatorijs munitæ, nullum præiudicium ipſi ex vſu decreti cenſetur illatum, vt tradunt *Caſtren. in conſ. 45. n. 2 lib. 1. Bero conſ. 35. nu. 19. lib. 1. Natt. conſ. 531. n. 38.* vbi quod precedens proteſtatio cõtinens clau-
45 ſulam derogatoriam non † tollitur ex facto contrario *Ceph. conſ. 222. nu. 15. Surd. conſ. 413. nu. 45. Rimin. Iun. conſ. 5. nu. 32. & 33. Sanchez de matrim. diſp. 45. nu. 22. Rot. coram Merlino deciſ. 46. nu. 22. & 23. & deciſ. 204. nu. 2. par. 4. vet.* Poſtrema denique exactio ſinè Iurium partium præiudicio ab hoc Sac. Tribunali demandata, neutri ex ijs irrogauit detrimentum, vt aduertit *Pariſ. conſ. 69. nu. 10. lib. 1. Natt. in conſ. 653. num. 5. Rot. coram Seraph. deciſ. 144. nu. 6. & deciſ. 419. nu. 3 par. 1. rec. & in Spoletana ſubſtentationis 29. Iunii 1602. in §. Nec refert coram R. P. D. meo Priolo.*

Et ita in caſu, quo D. Marchio pecuniam liberam renuat exhibere Valenti, mandati relaxationem contra ipſum Domini demandarunt pro valore quoque vinculi locis Montium inhærentis iuxta Proxenetarum æſtimationem ſuperius recenſitam: ſub hac tamen declaratione, vt ſumma in ijſdemmet locis Montium inueſtita à die exactionis cedere debeat in Cambiorum extinctionem vtraque &c.

☞ *Deciſiones in hac cauſa ſub diebus 17. Februarii 1659. 28. Nouembris eiuſdem anni, & 14. Iunii 1660. coram eodem bo. me. Leone Veroſpio impreſſa ſunt in præcedenti part. 13. recent. & ſunt in ordine Deciſiones 30 121. & 214.*

Pariter in eodem parte adeſt altera Deciſio in præſenti cauſa coram eodem bo. me. Veroſpio, & eſt deciſio 539. quæ eſt finalis. Infra in ſequenti part. 6. derunt quoque aliæ in hac adeo ventilata & iam terminata cauſa, ideſt ſub diebus 11. Ianuarii 1669. coram R. P. D. Priolo & 17. Iunii 1669. & 28. eiuſdem 1670. coram R. P. D. Bourlemont. & 11. Martii 1671. coram R. P. D. Calatain.

R. P. D. BEVILAQVA

Romana annuæ præſtationis.

Veneris 1. Februarij 1664.

ARGVMENTVM.

In materia alimentorum præſtandorum quid veniat attendendum, & ad quam ſummam debeant taxari.

SVMMARIVM.

1 *Papa mandante ſubminiſtrari alimenta in commiſſione non intrat ſuper illorum præſtatione diſputatio*
2 *Alimenta attenta quantitate bonorum, & perſonarũ qualitate, aliſque circumſtantijs à iudice taxantur.*
3 *In alimentorum aſſignandorum materia attenditur, quantum in iſtis erogari volebat is, qui ea præſtari iuſſit.*
4 *Bonorum ſtante deficientia, alimenta, & ſumptus litis non poſſunt prætendi, ſecus quando apparet tanta eſſe bona, ex quibus alimenta poſſint deduci & nu. 5.*

DECISIO CXXVII.

ANNA Blardina, & Paulus Gentilius filius obtinuerunt à Sanctiſſimo auocari cauſam ab omnibus alijs Tribunalibus, & mihi committi cum clauſula ſubminiſtratis alimentis, & ſumptibus litis, pro quibus cum hodie inſtarent, nec intraret diſputatio † ſuper
1 præſtatione, cũ enim Papa per appoſitionem dictorũ verborum in commiſſione præciſe mandauerit, quod ſubminiſtrarentur, vt tradit *Marcheſ. de com. par. 1. de Commiſ. appellat. in cauſ. Alim. nu. 131. fol. 1163. Rot. in Romana Alimẽ-*

torum

serum 4. Iulij 1607. coram Scotto post eundem Marchef. vbi supra nu. 14. in principio, & apud fa. me. Gregor. XV. decis. 534. nu. 1. Bo. me. Cocein dec. 190. num. 1. sed circa quantitatem, ideo proposui dubiũ. Ad quam summã deberentur, & DD.
2 censuerunt esse præstanda ad rationem scut. 30. pro quolibet mense attenta quantitate bonorum, & quibus sunt soluenda quam ponderatis qualitate, & paupertate Annæ, & Pauli Aemilii, ac lite, quam sustinent, aliisque circumstantijs, quæ Iudicis arbitrio attendi solent ad effectum de quo agitur *l. 2. ff. vbi pupill. educ. deb. Angel. in l. si verò § qui pro rei ff. qui satisd. cogan. Alex. cons. 72. nu. 7. lib. 5. Menoc. de arbit. Iud. cas. 169. nu. 1. cum seqq. Gratian. discept. forens. Cap. 56. in fin. Rot. coram Pamfilio decis. 551. n. 1. & 2. Iuxta Venetam impres. & in rec. dec. 538. n. 2. part. 1. Buratt. dec. 107. nu. 3. & in Anconitana Alimentorum 14. Iunij 1645. §. pro vero ad quantitatem coram Eminentiss. Card. Celso.*

Et eo facilius taxationem in huiusmodi summam sunt arbitrati, quia idem Dux Franciscus Maria ex legato scut. 2500. relicto voluit quod Annæ soluerentur scuta 500. annua, & alia 200. Paulo Aemilio donec ad ætatem 20 annorum peruenisset, & ab inde citra scuta 2000. annuatim pro suis alimentis, plurimũ in hoc materia enim attenditur, quantum in alimentis erogari volebat, is qui ea præstari iussit, vt per tegulam *tradit. Ciriac. contr. 34. n. 4 & 13. Rot. decis. 538. nu. 3. in fin. par. 1. rec.*

4 Neque dicatur†, quod deducto ære alieno vix remaneat tantum in hæreditate, vt per eũdem possint præstari dicta annua scut. 2500 & alia quantitas, & ideo ob huiusmodi deficientiam, neque alimenta, minuique sumptus litis valeant prætendere *ad text. in l. non quemadmodum in fin. ff. de lib. agnos. Surd. de Alim. lit. 7 par. 15. nu. 29. Rot. decis. 470. num. 7. par. 2. rec.*
5 de tali patrimonij insufficientia non constat, nec deduci potest ex relatione periti Iudicialiter electi, quia plura Iudicio huius S. Tribunalis reliquit, vt responsum fuit in hac causa 4. Iulij præteriti coram me; Vnde huiusmodi exceptione non obstante visum fuit commodè solui posse alimenta, & sumptus litis in prædictã quantitate, prout ita fuit concluſum.

Vtraque parte &c.

R. P. D. EMERIX

Arimineñ. Successionis.

Veneris 1. Februarij 1664.

ARGVMENTVM.

Quatuor succedentiũ in pari gradu ab intestato portio est triens. Renunciatio per errorem facta aliisq; concurrentibus nullitatibus non sustinetur, quæ vti materia odiosa secundum suam causam limitari debet. Appellatione bonorum patris & matris an veniant bona fratrum. Testator quod agnationem non considerauerit, vnde arguatur.

SVMMARIVM.

1 *Mater, frater, & soror equaliter de iure admittuntur ad successionem ab intestato defuncti.*
2 *Portio quatuor aqualiter succedentium est triens, & vnicuique competit immissio, & interdictum quorum bonorum & nu. 3.*
4 *Renunciatio per errorem facta, & nulla ex defectu consensus, falsa causa, & decreto Iudicis non sustinetur num. 5.*
6 *Decretum Iudicis ex falsa causa interpositum corruit in in totum, etiam si causa in parte esset vera*
7 *Appellatione bonorum patris, & matris non veniunt bona fratrum licet à patre proueniant.*
8 *Renũciatio vti materia odiosa stricte venit interpretanda.*
9 *Renunciatio restringi semper, & limitari debet secundum suam causam.*
10 *Testator quod non habuerit in consideratione agnationis conseruationem ex quo deprehendatur.*

DECISIO CXXVIII.

DEFVNCTO nuper ab intestato Ioanne Baptista de Gridulfis, & delata ad Rotam controuersia super illius successione, orta inter matrem, & sorores dubitaui, an & pro qua summa esset danda immissio, & DD. respondetur, dandam esse immissionem pro vna quarta parte Portiæ matri, & pro alia quarta parte Iuniperæ illius sorori, quia cum Io: Baptista decesserit superstitibus matre, & fratre, ac duobus sororibus, qui
1 omnes† de iure æqualiter admittuntur ad successionem *iuxta text. in auth. defunct. §. sed si cum præsentibus C. ad Senat. Consult. Tertul.* vtique
2 portio † vnũscuiusque est quarta pars totius hæreditatis, & pro dicta rata etiã vnicui-
3 que competit † immissio ex interdicto quorum bonorum *l. 1. ff. & C. quorum bonorum.*

Neque putarunt Iuniperã à successione repelli posse sub prætextu amplissimæ renunciationis, quam in executione testamenti paterni fecit ad fauorem fratrum de omnibus bonis tam paternis quam materuis, & fraternis, ac omnibus alijs quibuscumque quia cum huiusmodi renunciatio facta appareat ex falsa causa à Iunipera tunc minore 20. annis, vt constat ex instrumẽto renunciationis, quod datur *in summ. Iunipera nu. 4. & in summ. Ludouici num. 3.* vtique remanlit nulla tam ex
4 defectu consensus, quam † error, & falsa causa excludunt *l. si per errorem ff. de Iurisdictione omn. Iudic. Card. Seraph. dec. 1190. n. 2. & 3. & Rot. dec. 765. nu. 2. par. 4. diuers. & cor. Merlin. dec. 540. & 683. vbique nu. 2.* quam & ob nullitatem
5 decreti Iudicis †, quod interpositum ex falsa Causa corruit in totum, & si causa in parte
6 esset † vera *l. magis puto §. manet ff. de reb. cor. l. & si C. de Prad. min. Cyriac. contr. 257. nu. 15. & seq. & post. dec. 630. num. 2. & 3. par. 2. & dec. 610. num. 4. par. 3. rec. & dicta decis. 540. nu. 2. in fin. & 3. coram Merlino.*

Error autem, & falsitas causæ deducebantur ex eo, quod suppositum fuit Iuniperæ Iudici, & consanguineis renunciationem

hanc

hanc esse necessariam, quia Pater eius in testamento assignata filiabus dote scut. 4000. pro qualibet præcepit illam fieri, & tamen ex tenore testamenti paterni quod datur *summario vtriusque nu.* 1. constat, præceptum esse restrictum, & limitatum ad sola bona Patris, & matris sub quorum† appellatione non ve-
7 niunt bona fratrum licet à Patre proueniant vt notant *Merlin.dec.61.nu.26.& Rot.in rec dec. 144.a nu.1.vsque ad 5.par.6.& dec.144.nu.16.& 17.par.8.& alij ibid.adducti.*

8 Nec vrget, quod Pater voluerit à filiabus fieri finem, seu quietantiam generalem ad fauorem filiorum iuxta illorum voluntatem, & satisfactionem, quia dicta verba non debent accipi in hoc sensu, quod filij possint exigere à filiabus renunciationem vltra bona paterna, & materna, sed solum, quod filiæ teneantur facere finem generalem de bonis Paternis, & maternis cum ea amplitudine clausularum, quæ filijs placeret, prout in terminis renunciationis aduertit *Mantich.de tacit lib.2.tit.11.nu.4.& seqq.& præsertim nu.*16. & in simili quod renunciatio semper restringi, &
9 limitari debeat secundum† suam causam obseruat *Surd.cons.431.nu.13.& seqq.Nott.cons.546 nu.10.& seqq.Rim.Iun.cons.434.nu.37.& Rot.cor. Merlin.d.dec.62.nu.9.*

Pretensio autem quod causa finalis renunciationis non fuit sola executio præcepti Paterni, sed etiam conseruandæ agnationis caret fundamento, tum quia ex inspectione totius instrumenti, tam in narratiua, quam in dispositiua apparet nulla fieri mentionem conseruandæ agnationis, sed solum haberi relationem ad testamentum, tum etiam quia dum contemplati fuere tantum fratres absque onere fideicommissi ad fauorem descendentium, & super addita stipulatio pro hæredibus, & successoribus quibuscumque satis deprehenditur, non fuisse habitam præ oculis conseruationem agnationis, ex traditis *per Card. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.6.tit.vlt.n.5 & 6.Rot.coram Gregor.XV.decis.464.nu.17.Auenionen.fideicommissi 30. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Verospio §. nec damnum quæ est decis. 401. num.30.& seqq par.9.rec.*

Et ita resolutum fuit vtraque &c;

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Faneñ. Cessionis.

Veneris 1. Februarij 1664.

ARGVMENTVM.

Cedens fundum vti exigibilem, & legitimum, & obligans se pro præstatione damnorum, si fiat inexigibilis ad illa tenetur, licet alias nõ teneretur. Virtutes aliquarum dictionum examinantur. Pactum fauore alicuius in instrumento adiectum, nõ debet deinde in eius odium retorqueri.

SVMMARIVM.

1 *Cedens fundum vti exigibilem, si deinde fiat inexigibilis valorem Census, vnà cum fructibus vice damnorum præstare tenetur.*
2 *Actio ex stipulatu oritur ex promissione fauore emptorum facta contra cedentem.*
3 *Damnorum promissio in instrumento census inserta illorum præstationem operatur, quamuis alias pro illis actio non competeret.*
4 *Dictio saltem, est ex sui natura plurium implicatiua.*
5 *Dictio, & fauore creditorum, pactum adauget.*
6 *Pactum fauore creditorum adiectum, non potest deinde in illorum odium retorqueri.*
7 *Verbum debeant, necessitatem ex sui natura infert facultatem defert, non autem onus creditoribus imponit, & num.8.& 9.*
10 *Superfluitates semper sunt euitandæ.*
11 *Præsumptio iurium ad vnum casum facta ad alium, non expressum, non est extendenda.*

DECISIO CXXIX.

PRO extinctione Societatis Officij, à Francisco Maria, in fauorem Dominici contractæ, Ioannes Iacobus pater, Censum Florenorũ quatuorcẽtum in sorte de anno 1631. Nicolao, & Iustinæ eiusdem met Dominici hæredibus ex testamẽto in solutum attribuit. Cum vero Hieronymus debitor census, sententias super exemptione à præstatione fructuum, ex eo fundamento reportauerit, quod prædium censuale foret ex fluminis alluuione peremptum, dubium proinde hodie proposui, vtrum cedens valeat pro damnorum restauratione compelli, à Dominis resolutum affirmatiuè.

1 Dum enim census euasit inexigibilis, ex fũdi peremptione ante diem cessionis secuta, vt ex plurium testium depositione conuincitur debet Ioannes, cui cessionarij litem denunciarunt, valorem census, vnà cum fructibus vice damnorum præstare, ad *text. in l. Titius* 44. *post med. ff.de act.empt. l.emptor.8 & l cum successores* 23. *C.de euict. Ruin.cons.*146. *numer.*1. *lib.*1. *Rota coram Seraph.decis.*785. *num.*3. Præsertim, quia præter exigibilitatem census, ac euictionem in Instrumento cessionis promissam, ille enunciauit fundum, quoq; censualẽ legitimũ existere, nec non pro fructuum præstatione
2 capacem. Ex† tali quippe promissione actio etiam ex stipulatu pro damnorum, consecutione fuit fauore emptorum exorta cõtra cedentem, vt aduertit *Gratian.discep.foren.cap.*793 *num.*12.& 13. *Mangil de euict quæst.*198. *num.*20. *Rota coram Seraph.decis.*785. *num.*7. *coram Gregor. decis.*241. *num.*4.& *decis.*666. *nu.*7. *cum seqq.par.*4. *tom.*3. *recen.*

3 Quibus accedit specialis damnorum promissio, ibidem inserta, quæ eorum præstationem operatur, licet alias pro illis actio nulla competeret, vt tradit *Surd.in cons.*442. *num.*10. *vers.secunda ratio. Cyriac.controuer.iur.*274. *num.*16 *Rota coram Seraph.decis.*787. *num.*1. & 10. & *decis.*48.

uiſ.43. num.2. & 3. & numer. 7. cum ſequ. part.3. recen.

Nec damnorum reſtitutionem poterit retardare regreſſus ad primęua iura, immediate à ceſſionarijs ſub ſequenti verborum contexu reſeruatus: *Et in caſu moleſtiarum, & euictionis dicti Nicolaus, & Iuſtina, poſſint, & debeant ſemper redire ad primæua iura dicta Societatis, & petere dicta ſcuta 281. ac obulos 18. & in omnibus caſibus prædictis, ſaltem ſemper remaneat ius antepræſens inſtrumentum, &c. & alias de ſuo proprio, & ad omnia damna.* Hæc enim præſeruatio creditorum fauore cenſetur adiecta, vt in illorũ ſcilicet poteſtate reſideret, vel ex primęuis iuribus agere, vel actionem contra cedentem
4 pro damnis dirigere, & demonſtrat † dictio illa *ſaltem*, ex ſui natura plurium implicatiua, *Rota coram Seraph.deciſ.787. nu.8. & coram Gregor.deciſ.434.num.7. Barboſ.diction.255.nu.3.& 4* nec non promiſſio damnorum aperte cõuincit regreſſum immediatè ad iura, ibi; *& ad omnia damna*. Ea † quippe dictio, *& fauore creditorum*, pactum adauget, ad *text.in l.ea tamen adiectio 44.vbi poſt gloſſ.notat. Bartol.num.2.ff.de leg. 3. Ruin.conſ.133.num.3.volu.1. Pariſ.conſ.7.n.29. cum ſeq.lib.3. Cephal.conſ.245. num.64. Surd. deciſ.272.num.24. Rota coram Merlin.deciſ.12.nu.9. & deciſ.685. nu.11.* in quorum † odium illud proinde nequit retorqueri, iuxtà *text.in l.quod fauore, C.de legib. Bartol.in l.quamuis 6.nu.2.& 3 ff.de pignor.act. Dec. conſ.12.num.3.*

7 Hinc obeſſe non valet verbum illud *debeant*, ex ſui natura inferens neceſſitatẽ, ad *text. in l.prætor, in princip.ff.de eden.gloſſ. in element. attendentes in verbo debeant, de ſtat. monac.* Dum
8 enim pactum † in vtilitate creditorum cenſetur adiectum, facultatem dumtaxat verbum prædictum defert, non autem onus iiſdem imponit, vt tradit *gloſſ.in l.creditores 3. in verbo debeant, ibique Salycet.num.4.C.de pignor. Addent. ad Alex.conſ.223.in fine, lib.2. Sanchez, de præcept. decalog.lib.6.cap.4.num.36. verſ.ſecundus.* Et ſi ad iura, dũtaxat primęua deberet regreſſus ceſ-
9 ſionarijs competere ea damnorum † promiſſio, omninò inanis euaderet, nec non vitio ſuperfluitatis foret obnoxia cõtra diſpoſitionem *text.in l.ſi quando 112. ff.de leg.1. Ruin.conſ. 133.num.3. vol.1. Card.Mant.de coniectur. vltim. voluntat.lib.3.tit.6.num.1. cum ſeqq. Gratian. diſcept. 639.num.31. Rota deciſ.266.num.4.par.2.& deciſ. 415.num.27.& 28.par.9. recen.*

10 Animaduertebant præterea aliqui ex Dominis, quod ea iurium præſeruatio, vti ad caſum moleſtiarum, ſeu euictionis reſtricta, nõ valet ad alterum fundi perempti, extendi *Dec. conſ.281.num.7.*

Et ità, altera tantum.

R. D. D. BEVILAQVA

Romana Vſusfructus.

Veneris 1. Februarij 1664.

ARGVMENTVM.

Conditio in teſtamento adiecta, & in codicillis non repetita conſultò omiſſa cenſetur, nec venit extendenda quando eſt materia odioſa, & contra publicam vtilitatem Tutela vxori adempta cenſetur vt poſſit pro ſuo arbitrio ad ſecundas conuolare nuptias, Teſtibus certam rationem reddentibus plurimum eſt deferendum.

SVMMARIVM.

1 In Auth.Hodie C. de appellat. *decem dies ad appellandum ſtatuuntur.*

2 *Sententiam in iudicatum tranſit ex defectu appellationis in tempore.*

3 *Laſio eſt fundamentum reſtitutionis in integrum.*

4 *Sententiæ validitas ex reuolutione proceſſus apparet.*

5 *Iuſtitia ſententiæ ex deciſionibus in cauſa factis deprehenditur.*

6 *Mulier à viro vſufructuaria relicta in caſu, quo ſupernineret filio ſine filys decedenti vſufructu debet frui quouſque viuit, nec ante obitum ab hærede proprietario turbari poteſt.*

7 *Viro vſumfructum vxori ſub conditione viduitatis relinquente, ſi iſta nubat, ſit locus ſubſtitutioni.*

8 *Conditio in teſtamento adiecta, ne repetita in codicillis, remiſſa cenſetur.*

9 *Mulier, cui relictus fuit vſusfructus in teſtamento ſub conditione ſi vitam viduilem ſeruauerit ſi grauamen non ſit repetitum in codicillis poteſt ad ſecundas nuptias conuolare, & retinere vſumfructum.*

10 *Conditio in teſtamento appoſita, nec in codicillis repetita ſubintelligi tacitè non poteſt.*

11 *Teſtatoris diſpoſitio codicillaris venit attendenda, ne mens illius fruſtratoria, & inanis reddatur.*

12 *Conditio contra publicam vtilitatem non debet extendi, ſed quantum fieri poteſt eſt reſtringenda.*

13 *Tutela, & cura vxori adempta cenſetur ad hoc vt pro eius arbitrio poſſit ſecundò nubere.*

14 *Mater relicta tutrix non poteſt ad ſecundas nuptias conuolare niſi præcedat renunciatio* Auth. Matri, & Authæ C. quando mulier tutel.oner. fung.poteſt.

15 *Teſtibus certam rationem reddentibus eſt deferendum.*

16 *Teſtes inſeruiunt ad mentem teſtatoris declarandam.*

17 *Vxori quando cenſeatur facilius tributa facultas ſecundò nubendi, & remiſſa pœna caducitatis ab vſufructu.*

DECISIO CXXX.

GABRIEL Pratus teſtando, & codicillando Vſufructuariam ſuorum bonorũ

by Google

vna cum Io. Francisco filio, hærede instituto reliquit Florinthiam de Angelis eius Vxorem, & pro vsufructus consequutione etiam dandam esse Immissionem super dictis bonis fuit sententia Rotali pronunciatum aduersus quam commissa, mihi causa appellationis pro parte Ioannis Furni, & Patrum B. Mariæ de Scala in proprietate institutorum, superuenit commissio executorialis ad cuius rescriptum dato dubio An constet de re iudicata, vèl de cautis restitutionis in integrum affirmatiuè, quoad primam partem, negatiuè verò quoad secundam fuit per DD. responsum.

Constat enim de re iudicata, quia præuia citatione personali cõtra Procuratores Ioannis, & dictorũ Patrũ executa, lata fuit sententia sub die 14. Ianuarii 1601. Appellatio autem apparet interpolita die 29. eiusdem mẽsis, & sic post decem dies ad appellandum 1 Statutos in *Auth. hodie C. de appell.* Vnde † ex 2 defectu appellationis in tempore sententia transitum fecit in iudicatum *cap. ad Consultationem de Sent. & re iudic. cap. cum sit Romana de appell. num. 6. Clemen. sicut eod. tit. Rot. coram bo. me. Merlin. dec. 510. & 745. vbique numer. 1.* & concurrentibus validitate, & iustitia cessat Læsio, 3 † quæ est fundamentum restitutionis in integrum *l. quod si minor. 25. §. 1. ff. de minor. cap. 1. vbi Abb. de restit. in integrum Rot. apud Reuerendissimum Vrgellen. dec. 94. n. 20.*

4 Validitas † non fuit in dubium reuocata, & resultat ex reuolutione, processus in quo apparet fuisse seruata omnia ad illum necessaria iuxta *decis. Caputaque 260. part. 2.* de iustitia † autem patet ex decisione antecedenter 5 de more emanata sub die 15. Iulij 1660. coram Eminentiss. Card. Celso, quæ in eo fundatur, quod Florinthiæ in Codicillis per Virum conditis relictus fuit vsusfructus, casu 6 quo superuiueret filio sine filijs decedenti, † & si casus iste accideret absque dubio frui eo debet, quo vsque viuit, nec ante obitum, per quem expirat §. *fin. Instit. de vsufruct. cap. fin. de pignor.* potest à Ioanne, & alijs turbari.

Nec dicatur, quod Florinthia, à commodo vsusfructus huius cecidisset eo quod contra 7 dispositionem Viri, † qui illum sub conditione Viduitatis reliquit ad secundas nuptias conuolauit, factusque fuit locus substituto *Bartol. in Auth. hoc locum num. 10. cum seq. C. de secundis nuptijs Honded. cons. 219. numer. 2. Fusar. cons. 50. num. 12.* Quia verum est, quod Marius in Testamento reliquit vsumfructũ 8 Vxori, donec vitam viduilem seruasset † ea tamen non legitur adiecta in Codicillis, nec 9 de iure censetur repetita, sed remissa, † adeo vt non obstantibus secundis nuptijs illum consequi possit. *Auth. hoc locum ibique glos. in figuratione Casus, & Barth. num. 1. C. de secund. nupt. Bald. l. in actionibus in 3. notabili ff. de ijs, qui notant. infam. & cons. 153. num. 3. lib. 5. Alex. cons. 46. num. 5. lib. 7. Natt. cons. 459. numer. 1. cum seqq. Surd. cons. 471. num. 37. & 38. Peregr. de fideic. art. 10. num. 38. Ciriac. contro. 43. nu. 62. & 63. Rot. in Bononien. vsusfructus 26. Nouembris 1655. §. me visa fuit coram me.*

Quod ex eo præcipuè recipiendum est in præsenti, quia Testator intendẽs Codicillum ordinare expressè professus fuit se moueri ad effectum addendi, & minuendi aliqua ex Testamento prius condito, vnde dicitur voluisse recedere à priori voluntate, & alia ordina- 10 re, & † consequenter deficiente expressa repetitione conditionis in Testamento appositæ, non potest subintelligi tacitè facta *Bart. in l. unica 6. ff. de condit. & demonstrat. l. in testamento 4a. prima ff. eodem Castill. quotid. cont. cap. 4. num. 119. vers. quod si secus Rot. coram Penia dec. 43. num. 6. iuxta veterem impressionem.*

De recessu autem, & mutatione, non videtur hæsitandum siquidem in testamento duo signãter ordinauit, vnum videlicet, quod viuente communi filio de tempore sui obitus ipsam Florinthiam in simul cum illo cõmorantẽ in statu viduili nec dum tutricem, & Curatricem, sed dominam modo, & vsufructuariã reliquit, & in casu transitus ad secunda Vota tutela, & cura priuauit, & id solum ex sua hæreditate consequi posse voluit, quod de iure deberetur. Alterum quod in euentum mortis meram vsufructuariam eam esse voluit, cum substitutione illorum, qui in testamento clauso erant vocati onusque tutelæ, & curæ cessauit, & alteri demandauit, ex quibus patet aliter, disposuisse in Codicillis ab eo, quod placuit ordinare in præcedẽti testamento. Qua propter sumenda est interpretatio pro exclusione repetitionis viduitatis, expræcitatis maxime ne aliàs hæc † se- 11 cunda dispositio sine tali conditione facta frustratoria & inanis reddatur, & nihil operetur, vt *ad tex. in l. seruo alieno §. pre multo l. si quis à filio ff. de leg. 1. Alex. cons. 66. numer. 6. lib. 6. & cons. 99. num. 7. lib. 7. Castill. in pract. cap. 4. nu. 125. Magon. dec. Florent. 84. num. 3. & decis. 146. num. 32.*

Non obstat quod testator in testamento adiecerit conditionem in duobus casibus, & temporibus, hoc est viuente filio Pupillo, & in casu obitus eiusdem dum ergo in Codicillo decedente dicto filio sine filijs simpliciter ei substituit matrem in vsufructu censetur adempta Conditio Viduitatis in dicto secundo casu testamenti, non autem in primo, quo matri reliquit vsumfructum vna cum dicto filio, & insimul habitaret, quia eo ipso quod in Codicillo ad vnam tantum dispositionem se remiserit, cum ademptione conditionis viduitatis non sunt amplius habendæ in consideratione antecedentes dispositiones & tempora ad effectum repetitionis conditionis odiosæ, & tristis, contra pu- 12 blicam vtilitatem, itaut † non sit extendenda, sed quantum fieri potest restringenda *l. cum ita 62. & seqq. ff. de condit. & demonstr. l. vnica C. si 2. nupt. Mulier Cyriac. dicta contro. 43. n. 36. Rot. in dec. Bononien. vsufructus coram me eod. §. Visa fuit in fine.*

Pro quorum comprobatione ponderabant 13 iterum Domini ademptionẽ † tutelæ, & curæ ad

ræ adhunc finem censeri factam vt vxor pro arbitrio posset ad secundas nuptias conuola-
14 re, cum alias † ei non liceret non præcedente renunciatione *Auth. matri, & Ante C. quando mulier tutel. oner. fung. potest l. 1. C. vbi pupill. educ. deb. l. lex. quæ tutores §. fin. C. de adm. tut. Surd. dec. 106. num. 16. & 18. Gutier de Tutel. quæst. 1. cap. 9. num. 26. Arias de Mesa var. resol. lib. 2. cap. 25. num. 2. & 8.* depositiones testium formiter examinatorum, & vno ore affirmantium, quod hæc fuit Testatoris intentio antea, & post conditos Codicillos diuersis temporibus
15 eis communicata, quibus † testibus certam rationem reddentibus credendum est *Innoc. in cap. cum causam num. 3. ante med. de testibus Bald. in*
16 *l. Sola num. 25. de testibus* † & inseruiunt ad declarandam Testatoris voluntatem *gloss. in l. Hæredes palam §. si quod post & ibi Bart. num. 4. ff. de testam. Honded. cons. 51. num. 76. lib. 2. Grat. discept. forens. cap. 650. numer. 14. cum seqq. aliique in terminis adducti in dec. 312. numer. 11. & 12. coram bo. me. Merlin.*

Ideò non subsistit intellectus, quod ademptio ratificari possit in secundo casu nempe secuta morte filij quia ex dictorũ testiũ dictis deprehenditur Testatorem contentum extitisse, vt quandocumque vellet post eius decessum, id sibi liceret, ideo trahi non debet ad tempus obitus filij, tamquam remotissi-
17 mum ob illius infantilem ætatem, & † de facili, tali tempore expectato cẽseri posset facultas ei tributa, & remissa pœna caducitatis *ad text. in l. hac stipulatio 14. §. final. ff. vt legat. nominat. caution. l. non cogendum 45. §. vltimo ff. de procurat.*

Et ita decisum, vtraque parte informante &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Fideicommissi de Maximis.

Veneris 8. Februarij 1664.

ARGVMENTVM.

Identitas Bonorum Fideicommissariorum ex quibus probetur. Fideicommissario pro bonis fideicommisso subiectis assequẽdis quodnam remedium competat. Dominium per hypothecam à vero domino non abdicatur. Legitima ex bonis patris filijs debetur, quæ quando ex alienationibus bonorum factis soluta præsumitur hac exceptione, nec etiam pro eius supplemento potest immissio retardari fideicommissario.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in bonis fideicommissarijs datur in vim*, l. final. Cod. de edict. Diu. Adrian. tollend. *probata identitate, & purificatione fideicommissi.*

Vel ex remedio vtilis Saluiani, num. 2.

3 *Saluianum competit fideicommissario ratione hypothecæ.*

4 *Bonorum fideicommissariorum identitas hinc resultat ex instrumentis diuisionum.*

5 *Instrumentum diuisionis contra diuidentes, & ab eis causam habentes, probat fideicommissum, & num. 6.*

7 *Fideicommissarius habet actionem contra alienantem, bona fideicommisso subiecta ad quæ ipse vocatus existit.*

8 *Resolutio indecisa, nullum adminiculum præbet.*

9 *Bona fides requiritur pro subsistentia alienationis fideicommissi.*

10 *Dominium per hypothecam à vero domino non abdicatur, nec transfertur in creditores.*

Amplia, vt num. 11.

12 *Bona vti libera possessa, non cadunt sub fideicommisso.*

13 *Immissio in bonis fideicommissarijs, ex quibus retardari non possit.*

14 *Credita fideicommisso subiecta fideicõmissario debentur.*

15 *Legitima ex bonis patris de iure filijs debetur.*

16 *Legitima arguitur soluta ex alienationibus factis bonorum patris.*

17 *Bona alienata præsumuntur absorbere portiones legitimæ, & trebellianicæ, nisi hæres granatus iustificet illas pro prætensis detractionibus non sufficere.*

18 *Omissio Inuentarij non nocet tertijs possessoribus, nisi ostendatur granatum alienasse tot bona, quæ detractiones consumpserunt.*

19 *Ad Legitimæ supplementum non licet retinere bona fideicommissaria, & vocatis immissionem impedire.*

20 *Trebellianicæ detractio non impedit immissionem fideicommissario, quando prohibita fuit ad hoc, vt bona conseruentur in familia.*

DECISIO CXXXI.

POST secundam Causæ propositionem Rota censuit DD. Fabritio, & aliis de Maximis, dandam esse immissionem in Casale Braui fideicommissario quond. Dominici de Maximis, pro vncijs septem cum dimi-
1 dia, eo quia probant † existentiam fideicommissi illiusque purificationem ad ipsorum fauorem, ac identitatem, quibus concurrentibus non potest denegari immissio in vim *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. & l. penult. §. cum autem, vbi gloss. Bartol. & alij ad Trebell. Gabr. cons. 44. num. 8. lib. 2. Honded. cons. 64. nu. 56. lib. 1.*
2 *Duran. decis. 24. & 432. vbique nu. 1.* vel † ex re-
3 medio vtilis Saluiani interdicti, quod † fideicommissario competit ratione hypothecæ, *Gabr. cons. 46. num. 20. & 28. lib. 1. & Peregr. de fideicomm. art. 48. num. 53. Seraph. decis. 823. num. 1. Canal. decis. 204.*

De existentia fideicommissi, & purificatione, non contingit amplius dubitari, nam vtraque comprobata fuit, ex rationibus deductis in quinq; decisionibus in causa emanatis,
4 & in hac disputatione supponẽdis; idẽtitas † verò Casalis super quò petitur immissio à reis cõuentis possessi, & à Dominico fideicõmittente tempore sui obitus admittitur absque controuersia, & probatur ex Instrumentis diuisionum inter primos filios Dominici, & alios ab illis descẽdẽtes factarũ, in quibus inter

alia bona hæreditaria hoc Casale enunciatur',
9 & diuiditur, & inde † insurgit concludens iu-
stificatio, tam contra ipsos diuidentes, *Decian. cons.79. num.9. lib.3. Rimnal. Iun. cons.23. nu.280. Peregr. de fideicomm. art.44. num.5. Rota decis.117.*
6 *num.5. par.4. recen. tom.2.* quàm, & † contra ha-
bentes causam ab illis, *Rain. cons.128. num.16. lib.2. Rota coram Card. Seraph. decis.553. num.3. Cocc. decis.120. nu.2. bon. mem. Merlin. decis.262. num.8. & in recen. decis.84. nu.9. part.5.*

Hanc autem immissionem haud visum fuit posse retardari ex eo, quod Rota coram *Robusterio in decis.118. par.1. & 230. par.2. diuers.* firmauerat fideicommissum Dominici expirasse, & sub hac credulitate, & bona fide fuit impositus Census, & deinde à conuentis reassumptum Casale ad instantiam Creditorum
7 distracti, & his † attentis fideicommissarij ab eis vindicare non valent, sed debent se vertere contra hæredes alienantis pro pretij cõsecutione, *l. fin. §. vltimo, ff. leg.2. Neuizan. cons. 32. sub num.4. Peregrin. de fideicomm. art.4. num.38. Magon. decis. Floren.102. num.12.* nam & si in-
prima ex dictis decisionibus sub die vltima Aprilis 1574. fuerit pro terminatione fideicommissi responsum, repropositа tamen Causa 6. Octobris, & denuo discusso articulo Rota de iuribus illius resolutionis dubitans, nihil voluit firmare, nec illam confirmare, & liquet ex ipsa decis.118. sub dicta die facta, in fine, ibi: *Verum Domini noluerunt capere resolutionẽ*, qua propter nullũ in priori fie-
8 ri potest fundamentum † dum reuocata in-
dubium tali resolutione deinde remansit indecisa, vt in his casibus Rota ipsa sæpè aduertit, & signanter coram *Penia decis.211. num.27. & in decis.246. in fine post Modern. Peruf. de manuten. & in recen. decis.405. num.54. part.5.* Ex hoc penitus eliditur credulitatis, & bonæ fidei obiectum, quia subhastatio, & deliberatio Casalis in ipsum facta fuit de anno 1650. coram bon. mem. Pirouano, & 1649. coram Reuerendiss. Domino meo Decano fuit conclusũ illud adesse, & quidem perpetuum, & reciprocum inter omnes Descendentes, vnde ex-
9 cluditur bona † fides, pro subsistentia alienationis de dicto tempore sequutæ, *l. bona fides, ff. verb. signif. can. si virgo 34. quæst.2. Posth. cons. 88. nu.7.*

Non vrget replicatio, quod Census, & alia debita pro quorum solutione fuit alienatum Casale fuerit impositus, & responsio contracta de anno 1624. & sic multo ante captam resolutionẽ super existentia, & purificatione fideicommissi à qua die cum desumendum sit ius Creditorum semper subsistat bona fides emptorum illos saluans à molestijs fideicommissariorum, quia fuit in factum animaduertum non fuisse subhastatum Casale pro Censu super illo impositо, sed pro aliis debitis in genere cõtractis; Censum vero fuisse impositum super Casale Sanctæ Broculæ per Valerium, sub fideiussione Alexandri hæredis grauati, quæ nõ importat illius alienationem in tertios ignorantes fideicommissũ in quibus terminis procedere possunt iura allegata, sed simplicem generalem hipothe-
10 cam, per † quam non abdicatur dominium à fideiubente, veroque domino, nec transfertur in creditores, *l. pignus, C de pignorat. actionc. Cephal. cons.159. num. . . Peregrin. de fideicomm. art.39. num.9. Mangil. de imputat. qu.310. num.56. Rota decis.248. num.20. & decis.484. num.17. cum seqq. par.9. recent. Merlin. decis.39. nu.10.* Et mul-
11 to minus † attenta prohibitione omnimodæ alienationis bonorum per testatorem facta nè exeant de familia, sed in illa perpetuo remaneant sub pœna nullitatis, ob quam Casale non comprehendebatur sub generali obligatione, vt tradunt DD. in *l. fil. famil. §. Diui, ff. leg.2.. Bald. in l.1. in princip. C. quæ res pignor. oblig. poss. & in l. voluntas, num.14. C. fideicomm. Rota coram fan. mem. Gregor. XV. decis.256. num 5. & ibi Addent. num.8. Card. Caual. decis.431. num.3. & 4. Coccin. decis.50. num.4. Buratt. decis.223. num.7. & post Cencium de Censib. decis.41. num.64. & decis.313. num.16.* & hoc secuto hæredi grauato obstat, & bene valent fideicommissarij retractare effectiuam alienationem post firmatum fideicommissum, ad ipsorum fauorem factũ præuia immissione aduersum bonorum possessores ex allegatis.

Nec pro dicta immissione impediend. visę sunt obstare detractiones, ex persona Alexandri prætensæ, nam incipiendo à portione bonorum prouenien. ex hæreditate Petri patris Dominici, qui illum hæredem fecit, & substituit tres nepotes, si sine filijs moreretur, in
12 certa florenorum quantitate, quæ † sit subiecta dispositioni dicti Petri, non cadit sub fideicommisso Dominici, *Laderch. cons.75. nu.9. Seraph. decis.963. nu.6. Rota diuers. decis.748. nu.3. par.1. & decis.151. num.2. par.7. recent.* non fuit habita in consideratione, ex quo Casale Braui, ad quem peruitur immissio non prouenit ex hæreditate Petri, sed Dominici, & postea obuenit Angelo filio in diuisionem bonorũ hæreditariorum patris, atque ideo hac excc-
13 ptione nõ potest † retardari ad tradit per *Rot. in decis.444. nu.5. par.4. recent. decis.67. nu.21. cum seq. par.6. Merlin. decis.787. num.1. & in Bonon. fideicommiss. de Barzellinis 10. Februarij 1683. coram bon. mem. Bichio.*

Neque altera deductio prætensa pro tertia parte dotis Iuliæ Vxoris Dominici, & Angeli matris, in summa scutorum mille auri, & aliorum 4017. similiter auri de Camera per eamdẽ, & alios hęredes solutorum hæredibus Iustiniani Cæsarini, ex causa residui prætij Ca
salium Prattice, & Sanctæ Broculæ à Domi-
14 nico acquisitorum, sequitur omnia † hæc credita esto citra veri præiudicium, quod deberentur, fuerunt cõsolidata in persona præfati Angeli, & subiecta fideicõmisso per ipsum instituto in omnibus suis bonis ad fauorem Alexandri, Fabritij, Tiberij, & aliorũ descendentium, in infinitum de vno in alium ad instar illius Dominici, & per obitum Alexandri sine filijs, ad commodum Petri, & aliorum de Maximis pariter purificatum, vt firmatum fuit *in decis.97. & 228. Eminentissimi Card. Ottob.*

Prout

15 Prout non putarunt Domini competere detractionem legitimę de Iure in bonis Patris filijs debitæ, *l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testamen. Gratian. discept. forens. cap. 637. numer. 19.* quia legitima debita Angelo in bonis Dominici excluditur, ex eodem capite comprehensionis illius in dicto fideicommisso legitima vero debita filijs in bonis Angeli, dum constat, ex datis in Summario ab altera parte non reuocabatur in dubium de alienationibus Domus, Vineæ, & partis Casalis Pescarelli, hæreditariorum Dominici, &
16 Angeli. Certum est, quod † summa remanet cõsumpta, *l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad trebel. Surd. decis. 170. num. 10. Gregor. decis. 580. num. 6. bon. mem. Merlin. decis. 39. nu. 3. & alij passim.*

17 Iuncta potissimum omissione inuentarij, quo casu intrat conclusio, quod bona alienata præsumantur absorbere portiones Legitimæ, & Trebellianicæ, nisi hæres grauatus, vel ab eo causam habens iustificet illa non sufficere pro prætensis detractionibus, *Natta cons. 199. num. 11. Rota coram Merlin. decis. 644. num. 2. & decis. 131. nu. 11. apud Merlin. de pignor. Addent. ad Gregor. decis. 266.* non obstante, quod
18 agatur contra tertios † possessores, quibus non officit omissio, nisi quoque ostendatur grauatum tot bona alienasse, quæ integras detractiones compsumpserunt, *Peregrin. de fideicomm. art. 39. num. 13. Rota in Romana Fideicõmissi de Candidis 10. Marty 1649. coram R. P. D. meo Verospio,* quandoquidem constat Alexandrũ in alienatione partis Casalis Pescarelli declarasse, velle illam in sua legitima imputare, quod facit vt censeatur de illa satisfactus, vel saltim remanet creditor supplementi pro
19 quo, non † licet retinere bona fideicommissa, & vocatis immissionem impedire, *Rotun. Iun. cons. 589. numer. 3. Marescott. variar. resolut. lib. 2. cap. 121. nu. 72. cum seq. Rota decis. 121. nu. 9. par. 8. recent. in Perusina Bonorum 30. Maij 1650. §. pro intelligentia, coram Reuerendiss. meo Decano, & penes Reuerendiss. Tarraconen. decis. 443. num. 8. & decis. 455. in fine.*

20 Insubsistens tãdem apparebat exceptio deductionis Trebellianicæ, quia aut nullatenus fieri posset, ex hoc Casali, stante indiuidua prohibitione alienationis ad hoc, vt in familia conseruaretur, ad *text. in auth. sed, & in ea, C. ad l. falcid. Rota coram Card. Caualer. decis. 540. num. 5. & 6. & Eminentiss. Otthob. decis. 28. nu. 36. & in decis. 155. nu. 2. par. 2. & decis. 5. num. 9. par. 6.* vel quatenus prætendi posset adhuc censetur Iulium, de illa disposuisse in dicto Fideicommisso ordinato super omnibus eius bonis, & iuribus prælegatis.

Et ita fuit resolutum dandam esse immissionem, vtraque, &c.

R. P. D. VICECOMITE,

Postea S. R. E. Cardinali.

Farfen Bonorum.

Luna 11. Februaij 1664.

ARGVMENTVM.

Statuti dispositio semper venit attendenda, & si quid contra ipsum ordinatum reperiatur, corruit, vndè cùm Statutum Farfense proximiori consanguineo vltimi inuestiti emphiteusim concedat, si Dominus directus alteri Inuestituram tribuat potest proximior contra quẽlibet inuestitum agere actione in rem scripta persequente rem apud quemcumque possessorem.

SVMMARIVM.

1 *Statuto disponente proximiorem vltimo inuestito ad emphiteusim admitti, hoc defuncto si dominus directus ipsum admittere recusauerit pro admisso tamen habetur, & num. 9.*

2 *Testator quando voluit eligi consanguineum in Cappellanum, si probata consanguinitate patronus illũ eligere noluerit pro electo habetur, ex testatoris dispositione.*

3 *Inuestitura demonstrat possessionem, quæ inuestito debetur.*

4 *Possessio nulla, & insubsistens detecta titulum sufficientem possidenti non tribuit.*

5 *Testamenti validi vigore in concursu alterius detecti inualidi agens contra hæredem possessorem immissionem obtinet.*

6 *Prouisi vnius Apostolici titulum coæqualem cum altero habentis si nullitas detegatur, non permittitur prouiso etiam possessori immissionem impedire.*

7 *Inuestitura est nulla quando concessa fuit contra expressam statuti legem.*

Ideo venit per iudicem reuocanda, & num. 8.

10 *Proximiori ad emphiteusim vocato actio reuocatoria competit aduersus inuestitum contra statuti dispotionem.*

11 *Actio in rem scripta, sequitur rem existentem apud quemcumque possessorem.*

12 *Renouatio emphiteusis quando petitur ex legis mãdato, dominus ad illam præcise tenetur, nec liberatur exhibendo interesse.*

13 L. quoties, C. de rei vindic. *quid disponat, & quando locum habeat, & num. 14.*

15 *Legum dispositiones ad vnguem sunt obseruandæ, & nunquam in ludibrium sunt habendæ.*

16 *Iudicium quando est institutum in secunda sicuti in prima instantia, tunc non est necesse reuocare sententiam præcedentem, & nu. 17.*

18 *Statutum Farfense non admittens sententias editas tempore feriarum, non vindicat sibi locum in sententys latis in Curia.*

19 *Statutum non excedit fines proprij territorij.*

20 *Causa quælibet etiam leuis, à caducitate excusat.*

DECISIO CXXII.

CONFIRMARVNT hodie Domini coram me sententiam R. P. D. mei Ninos alteram

alteram confirmantem Reuerendiſſimi Dñi mei Cerri Decani, in qua Manfredis tributa fuerat immiſſio ad controuerſa Bona Ratio vero ea fuit, quod cum extincta conuincatur linea Petri Pauli, ac Io. Baptiſtæ de Fuſchis, quibus eadem bona olim fuerant in Emphi-
1 teuſim conceſſa tenetur † Eminentiſſimus D. Cardinalis Abbas ex Statuti Farfenſis diſpoſitione dd. Manfredos tanquam proximiores inueſtire, adeò vt ipſo renuēte habeantur pro inueſtitis ex ſola iuris diſpoſitione *Rot. in Mutinen. Emphiteuſis 7. Maij 1632. coram Dunozetto, in Callien. bonorum, §. nullitas 8. Aprilis 1647. & 24. Ianuarij 1648. coram Reuerendiſſimo Meltio, in Eugubina Emphiteuſis 20. Aprilis 1654. corā Eminentiſſimo Celſo, & in eadem 6. Iunij 1659. coram R.P.D. meo Priolo*, exemplo Teſtatoris diſponentis eligi Cōſanguineum in Cappellanum,
2 quod † ſi probata conſanguinitatis qualitate renuat Patronus illum eligere habeatur pro electo ex ſola Teſtatoris diſpoſitione, *ad tex. in l. ſi vnum ex famil. §. 1. vbi DD. de leg. 2. Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 9. §. 1. num. 88. & 90. Garz de benef. part. 7. cap. 5. numer. 5. & 6. Seraph. deciſ. 1043. numer. 3.*

Ideoque venit immiſſio eiſdem concedenda, cum † inueſtitura nil aliud præſeferat, quā poſſeſſionem, quæ inueſtito debetur *Roſſetal. de feud. cap. 8. concluſ. 1. num. 3. Rot. dec. 220. n. 3. part. 4. diuerſ. deciſ. 415. num. 3. part. 2. ac deciſ. 241. num. 3. part. 5. recent. Canaler. deciſ. 116. numer. 1. in Bononien. Bonorum 13. Iulij proximi præcriti corā R.P.D. meo Emerix.*

Immiſſio autem negari nequit ex altera inueſtitura; quam Saluſtius vna cum poſſeſſionis aſſecutione à D. Abbate obtinuit, ea ſi
4 quidem cum † nulla & inſubſiſtens fuerit detecta non valet ipſi titulum ſufficientem tribuere, ex quo euadat legitimus contradictor cum tali caſu pro non titulo reputetur. *Bero conſ. 97. num. 70. Afflict. dec. 115. num. 6.* ſic
5 ſimile habetur ex duobus † teſtamentis quorum vnum ſi incontinenti nullum detegatur Agenti vigore alterius validi immiſſio non denegatur etiam, contrà hæredē poſſeſſorem *Roland. conſ. 48. num. 12. lib. 1. Afflict. dec. 374. n. 7. Rot. dec. 755. num. 5. part. 2. & dec. 151. numer. 53. cum alijs relatis in Bononien. Fideicommiſſi de Rubeis 31. Maij 1648. in §. vltimo, coram Eminentiſſimo Corrado.* Nec non de † duobus prouiſis Apoſtolicis habentibus titulum coæqualem; vbi enim vnius ex eis appareat nullitas, non permittitur prouiſo, quamuis poſſeſſori vlterius immiſſionem impedire, *Rota deciſ. 711. num. 1. par. 1. & 302. num. 18. cum ſequ. par. 4. tom. 2. recent. & in Alerien. Canonicatus 29. Aprilis 1650. §. non obſtat, coram Eminentiſſimo Celſo, cum alijs recenſitis, coram R.P.D. meo Beuilaqua, in Gerunden. Parochialis 3. Decembris 1660. §. Cæterum.*

7 Nullitas verò inueſtituræ eſt clara, dum conceſſa fuit contra expreſſam ſtatuti legem,
8 *l. non dubium, C. de leg. & cōſtit.* ideoque † venit, & per Iudicem reſcindenda, & reuocanda, *Alex. conſ. 15. num. 10. lib. 5. Gabr. concl. 1. num. 12. de iure emphit. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 10. num. 9. Dec. conſ. 395. num. 12. lib. 2. Grat. conſ. 54. colu. 1. 2. & fin. Iaſon conſ. 7. in fin. volu. 3.* vbi hanc quæſtionem, aſſerit eſſe communem.

Hinc corruere videtur, quod contra nouiter inueſtitum, non competat proximiori actio realis, ſed dumtaxat perſonalis cōtrà Dominum pro obtinenda inueſtitura, ſiuè conſequendo intereſſe, quia cum non verſemur circa inueſtituram prætenſam ex pacto de renouando, ſed ex ſtatuti diſpoſitione, cuius vir
9 tus operatur, quod † proximior in caſu renūciæ Domini habeatur prò inueſtito, *Rota in dicta Callien. 8. Aprilis 1647. §. quia non ſolum, coram Reuerendiſſ. Meltio*, competit iſto caſu actio
10 reuocatoria proximiori, qui † immiſſionem petere poteſt aduerſus inueſtitum, *Gozzad. conſ. 71. num. 3. Riminald. Iun. conſ. 44. nu. 49. & 50. lib. 4. Dec. conſ. 395. in fine, verſ. ſecus ſi alienatio, lib. 2. Calderin. de iur. emphit. lib. 1. qu. 7. num. 34. Grat. cap. 758. num. 6. Mareſcott. var. reſolut. lib. 1. cap. 30. num. 22. Soccin. Sen. conſ. 99. ſub nu. 7. lib. 1. Riminald. Iun. conſ. 94. num. 29. cum ſequ. lib. 1. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 10. nu. 9.* vbi teſtatur hanc eſſe veriorem, & communiorē, *Rota deciſ. 198. num. 5. par. 2. & deciſ. 791. in fine, par. 4. diuerſ. Seraph. deciſ. 610. num. 2. Rota apud Fenzon. ad Statutum Vrbis, deciſ. 66. §. neque obſtat, Mantic. deciſ. 10. num. 9. Duran. deciſ. 451. num. 5. & in citata deciſione Eugubina Emphiteuſis, coram Eminentiſſ. Celſo, & Priolo.*

Ceſſante ſiquidem pacto inter petentem renouationem inueſtiturę, ac dominium, nō poteſt competere actio merè perſonalis, ſed
11 in rem ſcripta, quæ † ſequitur rem exiſtentē apud quemcunque poſſeſſorem, *l. 3. §. 1. vbi gloſſ. in verbo eſt autem perſonalis, & ibi omnes, ff. ad exhibend.* Quoties enim † renouatio petitur ex legis mandato Dominus tenetur præciſe ad illam; nec liberatur exhibendo intereſſe, *Bart. nu. 37. & DD. in l. ſtipulationes non diuiduntur, §. Celſus ibique Iaſon, numer. 22. de verb. obligat.*

13 Ex hac ratione corruere quoque videtur diſpoſitio, *l. quoties, C. de rei vindic.* lancientis, quod ſi res fuerit duobus vendita præferendus ſit ille, cui poſſeſſio tradita fuit, licet ſit poſterior, nam vltra, quod ea loquitur de cōtractibus priuatorum, non autem principū, vt aduertit *vltima deciſio R.P.D. mei Ninot, in fine, Rota deciſ. 604. num. 18. par. 2. recent. Addent. ad*
14 *Gregor. deciſ. 567, num. 5.* nam habet † locum in caſu noſtro, dum inueſtitura Saluſtio conceſſa conuincitur nulla, *Ploc. in l. ſi quando, num. 78. C. vnde vi, Menoch. de arbitr. conſ. 38. num. 29. Ancharan. qu. 24. nu. 8. lib. 2. Farinacc. de contract. par. 5 num. 28. & 32. Riminald. Iun. conſ. 94. num. 29. & ſeqq. Soccin. Sen. conſ. 99. num. 7. vtrobique lib. 1.*

Alias enim notabile ſequeretur abſurdum, quod in Domini poteſtate eſſet legem ad ſui libitum eludere, & proximiorem ſuo iure priuare concedēdo alteri nouā inueſtituram, cum poſſeſſionis traditione, a quo abſurdo,
15 eſt valde cauendum, cum † leges non debeāt eſſe in ludibrium, *cap. 1. Ciuitas, de ſententia excommunic. in 6. l. ſi libertus, in princip. ff. de Iurepat*

l. hoc

libet modo, ff. de condit. & demonstrat. Bartol. in l. 1. num. 2. C. de Summa Trinit. & Fide Cathol. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 10. num. 7.

Minusue immissio videtur deneganda, eo quod Cõmissarius Farfen. post trinam interpellationem Manfredis factam ad conficiendum Instrumentum renouationis ob eorum contumaciam, mandauerit aliis locari, à quo decreto, cum non fuerit interposita appellatio, illud transiisse prætenditur in iudicatum. Nam quicquid sit in iure de subsistentia dicti decreti non apparet, eosdem fuisse personali-
16 ter citatos, prout † requirebatur ad inducẽdam illius notitiam, ex vulg. iur. & in omnes casus quilibet remouetur difficultas, quia in Tribunali Eminentissimi Domini Cardinalis Abbatis, pro parte DD. de Manfredis fuit instituum iudicium super prælatione, & admissione tamquam in prima instantia, ideo-
17 que non † fuit opus reuocare decretum in partibus latum, *Achill. decis. 14. nu. 1. Caual. decis. 31. num. 5. cum aliis in decis. 354. num. 12. par. 9. recent.*

Denique nullius est ponderis altera nullitas deducta ex eo, quod Sententia R. P. D. mei Ninot, edita fuerit die 31. Iulij, de quo tempore ex Statuto Farfen. erant indictæ feriæ,
18 illud † enim ordinem, & modum procedẽdi in Causis de partibus, non autem respicit illarum decisionem, & propterea non vindicat sibi locum in Sententijs latis in Curia, *Bartol. in l. 1. num. 15. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. Alex. cons. 164. num. 1. lit. 6. Rota in Romana Spoly. 9. Iuny 1606. coram Lancellot. penes Marchesf. de commiss. quæst. 2. fol. 203. vers. tunc quia tamquam ordinarium, Fenzon. ad Statut. Verb. in præfat. a num. 2. cum pluribus seqq. Rota decis. 22. num. 4. coram Royas, & decis. 334. num. 19. & 20.* in mihi lo refragante, quod etiam de eo tempore Rota seruet ferias, quia cum Causa reperiatur commissa R. P. D. meo Ninot, tamquam Prælato non vti Auditori, non tenebatur ferias seruare, cum tali casu sententia censeatur lata in Tribunali Eminentissimi Abbatis, habentis facultatem decidẽ. in Vrbe, ex priuilegio Apostolico, perinde ac si resideret in loco Farę, quæ clausula operatur tantummodo validitatem actus, non autem obligat
19 ad seruandum Statutum Farfen. quod † tãquam ordinatorium non excedit fines proprij Territorij, *Surd. cons. 204. num. 7. Ridolph. cons. 251. in fine.*

Cætera verò obiecta, quæ ex aduerso repetuntur satis abunde sublata remanent ex responsionibus adductis in antecedentibus tribus decisionibus in hac Causa editis corã Reuerendissimo Domino meo Decano, & R. P. D. Ninot, cum quibus Domini transierunt, vbi præcipuè videtur plenè satisfactum illi de prætensa caducitate incursa, ob nõ petitã inuestiturę renouationẽ, infra Annum, & diem à iure præfixum computandum tamen à die scientiæ mortis vltimi inuestiti, cum suis præcisis, ac individuis qualitatibus de emphiteutis reuersione ad Dominum directum ob lineam finitam, eoque magis, quia
20 quælibet Causa, etiam † leuis à caducitate excusat, vt firmant auctoritates ibi recensitæ.

Et ità Causa bis proposita, fuit decisum vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Romana Transactionis.

Luna 11. Februarij 1664.

ARGVMENTVM.

Transactio non potest restringi ad causam in proœmio expressam, quando de contraria transigentium voluntate constat. Transactio ex capite enormissimæ læsionis, & ex suspicione calumniæ corruit, quæ sicuti cessare videtur in spectatæ probitatis viris, ex hoc capite vires transactioni non adimuntur.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio concepta sub conditione negatiua si ista reducatur ad impossibile substitutio euanescit.*
2 *Transactio non est rescindenda, quando causa propter quam inita fuit aquè principaliter cum alia, quæ ipsam rescinderet, considerata est, & nu. 15.*
3 *Instrumentum posterius relatiuum ad primum non continens, id quod in isto enunciatur omissum ex errore censetur. & num. 4.*
5 *Trãsactio ad causam in proœmio expressam restringi non valet, quoties de contraria transigentium voluntate apparet.*
6 *Presbyteri Diui Philippi Nerij in Congregatione proprijs militant stipendijs.*
7 *Ratio in decernenda institia pretij debet haberi.*
8 *Ad Transactionis validitatem quælibet occasio dubitandi admittitur, nec attenditur institia, siue iniustitia litis.*
9 *Calumnia enidens transactioni vires adimit.*
10 *Calumniæ suspicio in spectata probitatis viris cessat.*
11 *Transactio ex fundamento enormis lesionis sustineri non valet.*
12 Rota in decis. 125. par. 5. recent. *declaratur, & num. 14.*
13 *Negotio principali corrente etiam accessorium euanescit.*
16 *Donatio maioris valoris in instrumento venditionis apposita ad modicum pretium restringi valet.*

Quod declara, vt num. 17.

DECISIO CXXXIII.

ÆGIDIVS Congregationi Presbyterorum à Diuo Philippo Nerio Institutæ addictus. Ludouicum famulum sibi scripsit hæredem, eiquè sine filiis obeunti, vel casu, quo Sacerdotali charactere nollet initiari Congregationem præfatam substituit, occasione vero litis inter eos suborte ad instantiam Ludouici, de anno 1640. fuit inita transactio, in qua ipse decem, ac nouem loca Montium, ex causa substitutionis prædictæ Congregationi attribuit. Tum aliis, de Causis, ac præsertim reliquo summæ, in qua

AEgi-

AEgidius pro alimentis plurium annorum curſu ſibi met ipſi exhibitis debitor Congregationis euaſerat; ſuper huius vero reſciſſione tranſactionis, hodie Ludouico inſtante per me propoſito dubio in negatiuam, Domini iuere Sententiam.

1 Licet enim de tempore initæ tranſactionis, Ludouicus iuſſet Sacerdotali militiæ adſcriptus, ac ordinata proinde fauore Congregationis ſubſtitutio euanuiſſet, ad *text. in l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſtit. Alex. conſ. 59. num. 6. ad fin. & num. 7. lib. 2. Pariſ. conſ. 72. numer. 6. lib. 3. Honded. conſ. 78. num. 28. lib. 1. Rota in Placentina Bonorum 4. Februarij 1656. in §. quoniam fideicommiſſa, coram R.P.D. meo Decano, & in Peruſina fideicommiſſi 27. Maij 1661. in 1. §. coram me*, non
2 autem tranſactio † pro euitando litis incurſu peracta poterit ſub falſitatis Cauſæ prætextu corruere, dum altera alimentorum cauſa, æquæ principaliter à tranſigentibus contemplata conuincitur ſubſiſtere, ad *text. in l. ſi non lex, 83. ff. de hæred. inſtit. Romana conſ. 497. ad fin. Gratian. diſcept. foren. cap. 971. nu. 6. & 7. Ancharan. deciſ. 18. num. 6. Rota coram Penia deciſ. 9. nu. 6. in recent. deciſ. 587. num. 7. par. 1. & deciſ. 10. nu. 46. coram Eminentiſſ. D. meo Otthobono, & in Bononien. Fideicommiſſi de Bonfiliis 5. Maij 1662. in §. hinc obeſſe, coram me*.

Hanc vero alimentorum controuerſiam principalem tranſigendi occaſionem præbuiſſe apocæ tenor oſtendit Ludouici caractere conſcripto; ibi enim loca Montium ipſe ſe Congregationi tradere aſtrinxit, dummodo ſubſtitutioni, ac Iuri cuicumque ſuper hereditate, nec non alimentorum credito illa renunciaret.

Hinc non obſtat, quod in proœmio in-
3 ſtrumenti Cauſa † ſubſtitutionis, dumtaxat fuerit enunciata, dum enim in executionem apocæ fuit ſubſecuta adſtipulatio Inſtrumenti, in quo Patres Congregationis Alimentorum, quoque creditum Ludouico expreſſe condonarunt eius tenor, ibi præſumitur repetitus, vt tradit *Alex. conſ. 156. nu. 8. lib. 6. conſ. 195. num. 3. Surd. conſ. 202. numer. 18. cum ſeqq. & deciſ. 70. num. 4. &* 5. *Rota deciſ. 250. nu. 16. &* 17.
4 *par. 6. recen.* ibi quod † in poſteriori inſtrumẽto omiſſum ex errore cenſetur eueniſſe, &
5 *deciſ. 154. num. 14. &* 15. *par. 9.* vbi quod † tranſactio ad Cauſam in proœmio expreſſam nequit arctari quoties contraria tranſigentium voluntas innoteſcat, & in *Romana fideicommiſſi 29. Nouembris præteriti, §. in nuptialibus, coram me*.

Neque ſubſiſtit, quod alimentorum creditum à Ludouico præcedenter extinctum euanuiſſet, ex ſolutione ſcutorum ſexcentum Congregationis Præpoſito attributa, ſiquidẽ pro alimentis curſu annorum quinquaginta quatuor, AEgidio à Congregatione exhibitis perhabita ratione ſcutorum ſexaginta in ſingulos annos debitor ipſe Congregationis euaſerat in ſumma ſcutorum 3240. in quorũ computum ſcuta 445. idemmet AEgidius dumtaxat numerauerat, ac alia pro inde ſcuta ſexcentum ſucceſſiuè per Ludouicum perſoluta in partem crediti præſumuntur à Cõgregatione recepta, dum maximè poſt ſolutionem Ludouicus loca Montium in apoca Congregationi aſſignauit, ſub conditione expreſſa, vt illa alimentorum credito renunciaret.

Quod ſanè creditũ occaſionem dubitandi nullam admittebat, dum in Diui Philippi Regula ab Apoſtolica Sede approbata expreſſe diſponitur, vt ſub Chriſti Domini Ve-
6 xillo Presbyteri † propriis in Congregatione Militent ſtipendijs cuius præterea probatio, ex propria AEgidij cõfeſſione deſumitur aſſerentis in Teſtamento, ſe debitum prouenientis ex Alimentis exhibitis famulo dumtaxat ſoluiſſe, non autem alterum ex propriis reſultans alimentis.

Hinc ex Trãſactione Cõgregationis potius quam Ludouici læſio reſultat, dum pro credito ſcutorum 2194. loca Montium decem, nouem dumtaxat ipſe recepit ſub onere eorundem locorum fructus exhibendi Ludouico, donec degat in humanis, ad rationem ſcutorum quinque in ſingula Loca, licet diſcrimen, quodcunque in illis contingeret, vel eorum cueniret reductio poſt modum Congregationis detrimento ſubſecuta, quæ ſummam conuentam præſtitit Ludouico, licet ferè per annos viginti, ex locis Montium minorẽ retraxerit; quinimo eadem onus quodcumque ex legatoris voluntate deinceps præſtandum, ac Miſſæ præſertim quotidianę ſpatio annorum quadraginta, vna cum Anniuerſario ab eodem met Teſtatore ordinatæ ſuis promiſit ſumptibus ſubire, quoties Ludouicus ante huius temporis lapſum contingeret excedere; quare ſanè conuentionũ gra-
7 uamen inferentiũ Congregationi † ratio indecernenda iuſtitia prętij debet haberi, vt diſponitur in *l. fundi partem, ff de contrahend. empt. Bald. conſ. 182. nu. 5. prope fin. lib. 1. Alciat. conſ. 44. num. 6. lib. 8. Bec. conſ. 45. nu. 32. Rota coram Merlino deciſ. 533. num. 15. & in Romana Locationis 20 Februarij 1660. in §. diminutione coram me.*

Inquam Domini Sententiam, eo facilius
8 inclinarunt, quod † ad validitatem trãſactionis quęlibet dubitandi occaſio admittitur, neque debet Iuſtitia, ſeu Iniuſtitia litis attendi, vt tradit *gloſſ. in l. 2. poſt princip. verſ. Notatur primo, & in verbo nulla ibique, Baldus num. 1. Salicet. num. 1. & 2. C. de tranſact. Bero conſ. 176. nu. 29 lib. 1. Card. Mantic. de tacit. lib. 26. titul. 1. num. 16. Oſaſc. deciſ. 57. num. 15. Rota deciſ. 263. nu. 2. par. 3 recent. Merlin. deciſ. 163. num. 4. &* 5. *cum ſeqq. & Bononien. Prædy 21. Iunii 1660. in §. hinc fuit, coram R.P.D. meo Priolo, & in Bononien. Fideicommiſſi de Bonfiliis 5. Maii 1662. in §. duarum, coram me*, ſed
9 dumtaxat † inſpicitur, an ex euidenti calumnia vires adimente tranſactioni lis fuerit inſtituta, vt aduertit *Bartol. in leg. ſub prætextu 19. nu. 4. C. de tranſact. Caſtr. in l. poſt rem iudicatã, 11. num. 1. &* 7. *vbique Angel. num. 1. &* 2. *ff. eodem tit. Bec. conſ. 109. num. 7. &* 8. *Rota coram Buratt. deciſ. 927. nu. 10. &* 11.

10 Quæ ſanè ſuſpicio calumniæ in his ſpectatæ probitatis Presbyteris à Diuo Philippo

præcle-

prælectis pro ſalute Animarum ponderari non debet, vt in caſu Terræ Centi, conſuluit *Rota in Bononien. Fideicommiſſi de Bonfiliis 24. Ianuarii 1663. §. quo vero, poſt medium, coram me.* Dum maximè Ludouicus apud eoſdem met Presbyteros complures mediatores adhibuit, ad hoc, vt illi loca Montium ab ipſo ſponte oblata non recuſarent.

Propterea in ſeparata periodo, ac independenter omnino à tranſactione loca prædicta, ex titulo piæ cauſæ, Ludouicus congregationi conceſſit iure donationis irrenocabilis, cuius virtute ſe poterit Congregatio tueri, licet
11 ex enormiſſimæ † læſionis fundamento nequiret ſubſtineri tranſactio, vt tradit *Alexand. conſ. 105. num. 3. lib. 6. Socin. Sen. conſ. 48. num. 8. lib. 4. Pariſ. conſ. 128. num. 28. cum ſeqq. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. lib. 24. tit. 8. nu. 25.*

Neque videntur vrgere authoritates in-
12 contrarium † adductæ, ac præſertim, *Rota in deciſ. 125. par. 5. recent.* Ille enim ſibi locum dũ taxat aſſumunt in caſu, quo correſpectiua. Donatio exiſtat iuri in tranſactione præmiſſo
13 ab eaque dependeat, tunc † corruente tranſactione, donatio quoque tamquam acceſſo-
14 ria euaneſcit, non † autem valent admitti quoties, vt in propoſito caſu donatio ex mera liberalitate, ac independenter à tranſactione præceſſerit in ſeparata periodo, tunc enim ſi trãſigentis voluntas innoteſcat donandi bona, quam vis deberet ipſa tranſactio corruere titulus correſpectiuitatis excluditur, vt ponderauit *Rota in deciſ. 34. num. 6. & 7. par. 6. recent.*
15 ac valida † proinde reputatur Donatio, vt probant auctoritates ſuperius adductæ, & admittit eadem met *deciſ. 125. par. 5. recen. in n. 29*
16 & 30. vbi quod licet † donatio maioris valoris in Inſtrumento venditionis appoſita conſueuerit ad modicum pretium reſtringi. Si
17 tamen † venditor, ſe illud plus emptori velle elargiri expreſſerit, ſiue in modica, ſiue in magna ſumma conſiſtet, tunc ille nequit agere contra emptorem, ex reme dio reſciſſionis competentis, ex *l. 2. C. de re ſcind. vendit.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Parmen. nullitatis Profeſſionis.

Lunæ 11. *Februarij* 1664.

ARGVMENTVM.

Miles Hieroſolymitanus vt validè profiteatur quid requiratur, Statutum Religionis Hieroſolymitanæ *tit. de recept. Fratrum cap.* 25. quid diſponat. Profeſſio inualida tacitè non cenſetur ratificata, quæ tacita ratificatio non inducitur quando profitens coram Ordinario de inualiditate ſuæ profeſſionis reclamauit.

SYMMARIVM.

1 *Profeſſio vt valida ſit requiritur quod profitens* 18. *annum attingat.*
2 *Statutum religionis Hieroſolymitanæ* tit. de recep-
ptione Fratrum, & in cap. 25. *diſponit fratres ad religionem huiuſmodi admiſſos, ſi nõ attingant* 18. *annum pro non admiſſis haberi.*
3 *Parochi liber bene baptizati probat ætatem.*
4 *Ætas annorum* 16. *non ſufficit ad validè profitendum.*
5 *Profeſſus inualidè ob defectum ætatis, ſi permaneat in religione videtur profeſſionem ratam habere ſaltem tacitè.*
6 *Profeſſio inualida tacitè non cenſetur ratificata.*
7 *Profeſſio irrita vt valida ſit, requiritur quod ſciens eam non valere adhuc approbet, & de inualida validam faciat.*
8 *Ætatis defectus profeſſionem expreſſam annullat, & irritat tacitam.*
9 *Actus geſti contra formam ſtatutorum Religionis Hieroſolymitanæ in admittendis ad profeſſionem nouitys non ſubſtinentur & num.* 11.
10 Statutum de recept. Fratrum cap. 25. *Religionis Hieroſolymitana quid diſponat.*
12 *Profeſſio à principio nulla poteſt per ratihabitionem conualidari quando non conſtat de contraria mente profitentis.*
Contrarium num. 13.
14 *Profeſſionis tacita ratificatio inducta non cenſetur ſtante reclamatione profitentis.*
15 *Conſenſus expreſſus facit ceſſare tacitum.*
16 *Meditum voluntarium, & verum, non caſtum, & præſumptum vult Deus.*

DECISIO CXXXIV.

COMMISSA per Sanctiſſimum Eminen. Card. Vicario cum Voto Rotæ Cauſa nullitatis Profeſſionis à Comite Ioanne S. Vitale in Sacra Religione Hieroſolymitana emiſſæ, & propoſito hodie dubio An de tali nullitate cõſtaret affirmatiuè fuit reſponſum
1 quoad hoc, † vt quis habitum huius Religionis ſuſcipere intendens validè profiteatur, requiritur inter cætera, quod attingat Annum 18. alias profeſſio non ſubſtinetur, & non obligat profitentem ad regulam, vt cauetur in cap. 13. Statutor. Religionis ſub tit. de recept. Fratrum, & in cap. 25. illud declarante & in hac parte approbante continentibus clauſulã
2 annullatiuam, quod † alias, admiſſi non habeãtur pro fratribus, vt ex diſpoſitione *Concilij Trid. ſeſſ. 25. cap. 25. de regula notant. Manar. cap. 13. 25. 34. in fine, & 46. lib. 3. Sanchez ad præcept. decal. lib. 3. cap. 40. num. 6. & 7. Gratian. diſcep. Forenſ. cap. 440. num. 15. Ciriac. contro. 371. nu. 1. Rot. coram Decano dec. 206. num. 1. & in Perugina hæreditatis 30. Aprilis anni proximi præteriti §. Maior erat coram R. P. D. meo Albergato.*

Comes autem Ioannes de tempore ſuſceptionis habitus non erat huiuſmodi requiſitæ ætatis ex quo ortus fuit ſub die 19. Iulij 1631. vt patet ex partita per Parochum extracta
3 ex libro, in quo baptizati deſcribuntur, quæ † abundè probat ad *text. in C. Imperator 8. & ibi gloſſ. ff. ſtat. homin. Gratian. diſcept forenſ. cap. 491. num. 18. cap. 707. num. 43. Rot. coram Burat. deciſ. 75. & 116. num. 1. Duran. deciſ. 18. num. 22. dec. 79. num. 5. & dec. 206. num. 2.* Profeſſio vero emiſſa fuit ſub die 27. Nouembris 1647. vnde facilè

tem

temporum coniunctione liquet, quod tunc temporis ne dum non attingeret 18. Annum
4 sed † per 4. mensem tantum excedebat 16. nō sufficientem ad validè profitendū in hac Religione iuxta illius Stabilimenta ...

Nec, dicatur quod licèt hæc professio fuerit ex prædictis nulla, tamen ex post per-
5 manendo † Ioannes in Religione per plures Annos illam ratam habuit, & dissensus inductus ex defectu ætatis potuit transire in consensum post completam, vt si non expressè, saltim tacite valida dicatur ad *tex. in cap.* 1. §. *si per annum, vbi Gemin. & Franch. in* 2. & 6. *notat. ibi Mascard. de probat. conclus.* 1237. *num.* 12. *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 83. *num.* 4.
6 *Rota dec.* 216. *num.* 16. *part.* 2. *diuer.* Nam † data Professionis inualiditate non censetur tacitè ratificata per quemcunque actū solis professis conuenientem & qui factus præsumitur in vim præcedentis professionis expressæ
7 quam professus credebat esse validam, quo † fit vt ad huiusmodi ratihabitionis effectum debeat constare, quod sciens eam non-valere adhuc approbet, & de inualida validam faciat, vt post *Cattan in quæst.* 189. *art.* 5. *tradit. Nauar. de reg. cons.* 5. *sub num.* 5. *vers. neque obstat, & cons.* 26. *numer.* 18. *& cons.* 28. *numer.* 7. *& cons.* 89. *num.* 5. *lib.* 3. *Less. de iustit. & iur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 7. *sit.* 63. *Grat. dicta discept. Forens. cap.* 440. *num.* 22. *&* 23. *Ciriac. citata controu.* 371. *num.* 23. *cum seqq. Rot. in Vlisbonen. nullitatis professionis* 16. *Ianuarij* 1642. *coram Illustrissimo Compostell., & coram Illustriss. Tarraconen. dec.* 491. *numer.* 16. *int. eius impress.*

Eo minus, quia in præsenti nullitas professionis, nedum prouenit ex defectu Nouitarus, & susceptionis habitus ante completam
8 ætatem, qui † cum expressam annullet eo facilius apta irritare tacitam, vt in terminis tradit *Suarez de Relig. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 8. *Nauar. dicto cons.* 26. *num.* 19. *lib.* 3. *Barbos. de iure Eccles. part.* 1. *cap.* 22. *num.* 168. *Rot. in Pampilonen. Canonicatus* 22. *Maij* 1628. *coram bon. mem. Dunozetto in dicta dec.* 491. *num.* 16. *vers. tum etiam coram Reuerendiss. Tarraconen. & in eadem* 27. *Ianuarij.* 1659. *coram Reuerendiss. Papien.* §. *finali*
9 cum alijs in vtraq; allegatis, sed ex † eo quod nondum expletis annis sexdecim fuerunt deputati Commissarij, & factæ probationes nobilitatis Ioannis etiam contra formam Sta-
10 tutorum † *& dicti cap.* 25. *de recep. fratrum*, vbi sub pena nullitatis huiusmodi deputationes,
11 & probationes fieri prohibentur, Vnde † spreta forma ibi tradita actus corruit *l. cum hi* §. *si prater. ff. de transact. Beccius cons.* 12. *num.* 18. *Surd. dec.* 268. *num.* 8.

Cæterum nec visum fuit de ratificatione quærendum, quia tunc, demum Votum &
12 professio † à principio nulla potest postea per ratihabitionem validari, quando non cō-
13 stat de contraria mente profitentis, secus † est, sicut in hac facti specie Ioannes coram ordinario loci prius, & de inde coram Receptore Religionis intra quinquennium à S. Conc. Trid. Statutum *in sess.* 25. *cap.* 9. *de regul.* reclamauerit pro testando se nolle regulæ ac religioni adstringi adducendo causas per quas professio ab initio irrita fuit quod per quēcumque actum non intendebat ratificare,
14 hoc † enim casu non intelligitur inducta tacita ratificatio, sed sumus in claris præsumptiones excludentibus, & huic veritati standum est *DD. in C.* 1. *quod metus causa Rebuff. cons.* 68. *sub num.* 11. *Decian. resp.* 18. *numer.* 1. *cum seqq. lib.* 3. *Grat. discept. Forens. dicto cap.* 440. *num.* 25. *Ciriac. in præterita controu.* 371. *numer.* 35. *&* 36.

Non officit quod reclamatio coram Superiore facta fuit, iam elapso quinquennio, & ideo extra tempus à Concilio præfixum,
15 quia † ex prima reclamatione, & protestatione coram loci Ordinario saltem excludi-
tur expressus consensus, qui facit cessare tacitum *Menoch. de præsump. lib.* 6. *præsump.* 83. *nu.* 10. *& in termin. dixit Rot. decis.* 94. *numer.* 4. *&* 5.
16 *part.* 9. *rec.* † militem enim voluntarium, & verum, non autem coactum & præsumptum vult Deus *cap. non est in quæst.* 1. *Decian. in nouissimo citato respons.* 18. *num.* 8. *lib.* 3.

Et ita vnica tantum parte &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.
Bononien. Fideicommissi.

Lunæ 11. *Februarij* 1664.

ARGVMENTVM.

Fideicommisso quando quis renunciasse dicatur; & quamuis sint à diuidente reseruata. Iura ad bona diuisa quando arguatur eorundem remissio. Heredum appellatione qui veniant. Aliquarum dictionum virtutes ponderantur. Testis vnicus an ad probandum actum dubium sufficiat. Arbitri inualidum electi an possint disiuncti ad editionem laudi deuenire.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius bona fideicommisso subiecta diuidens, censetur Iuri fideicommissi renunciasse.*
2 *Fideicommissi præseruatio restricta ad certas personas eiusdem remissionem inducit.*
Amplia, vt num. 3.
4 *Dictio* e non mai *adimit facultatem vtendi iuribus præseruatis à diuidente fideicommissum.*
5 *Fideicommissum ex sui natura non admittit extraneos.*
6 *Fideicommissarius ad participationem fideicommissi extraneum admittens fideicommisso renunciare voluisse videtur.*
Ita vt bona possint ab illo cum quo diuisum est fideicommissum transmitti ad heredes extraneos & numer. 7.
8 *Bona fideicommissaria diuisa ad instar allodialium rediguntur.*
9 *Iura diuidentis fideicommissum paria efficiuntur cū illo cum quo diuisum est.*
10 *Præsumptio remissionis fideicommissi intrat ad fauorem illius cum quo diuiditur fideicommissum.*
11 *Heredum nomine, & appellatione quicunque etiam extranei continentur & num.* 13.

13 *Dictio*

13 *Dictio* fortaſſe *dubietatem importat.*
14 *Reſeruatio fideicommiſſi expreſſe remiſſi inutilis & ineffícax reputatur.*
15 *Reſeruatio non extenditur ad ius remiſſum.*
16 *Dictio* vltra *eſt præſeruatiua diſpoſitionis præcedentis, nec illius valet immutare ſubſtantiam.*
17 *Capitulis non cenſetur renunciatum, quando ad eorum normam prodit inſtrumentum, & in eo recenſitus fuit illorum tenor.*
18 *Capitula ſi ab inſtrumento diſcordent potius ipſis, quam inſtrumento eſt inhærendum.*
19 *Interpretatio qualibet aſſumi debet, ne capitulis aduerſetur inſtrumentum, ſuper quibus illud confectum fuit.*
20 *Teſtis vnicus ad declarandum actum dubium eſt ſufficiens.*
21 *Teſtium multiplicitate defectus illorum inhabilitatis ſuppletur.*
22 *Arbitris in ſolidum electis alter illorum citra vitium nullitatis ad editionem laudi deuenire minimè poteſt ſine aliorum interuentu.*
Quotics alter malitioſè cum alijs conuenire diſtulerit & num. 23.

DECISIO CXXXV.

ITERVM hodie DD. cenſuerunt remiſſionem fideicommiſſi ex tenore Capitulorũ poſſe deſumi, in quorum executionem Inſtrumentum editum fuit dum enim, ibi Comes Ioannes bona fideicommiſſi in ſui
1 fauorem dumtaxat aperti ſcienter cum † Comite Franciſco, diuiſit, cenſetur Iura eiũſdemmet fideicommiſſi penitus abrogaſſe, vt tradit *Caſtr. in l. qui Romæ. §. duo fratres num.* 5. *ad fin. verſic. ſed ſi fideicommiſſum eſſet purum, ff. de verb. oblig. Aym. conſil.* 137. *num.* 2. *ante fin. verſic.* 3., *ex quo Gabr. de fid. concluſ.* 1. *num.* 28. *Alexand. conſil.* 160. *num.* 11. *lib.* 7. *Ronit. conſil* 139. *nu.* 9. *& 7. lib.* 1 *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 113. *numer.* 2. *cum ſeqq. Peregr. de fideicommiſſis art.* 52. *numer.* 19. *& 9.*

Nec viſa fuit vrgere præſeruatio fideicom-
2 miſſi ibidem inſerta, ſiquidem † illa vti reſtricta ad tertias dumtaxat perſonas, eo facilius fideicommiſſi remiſſionem induxit reſpectu Franciſci, ac ipſius hæredum *ad text. in l. cum Prætor* 12. *ff. de Iudicijs Crott. in l. qui Romæ, §. duo fratres num.* 95., *ff de verb. oblig. Gabr. de fid. concl.* 1. *num.* 40. *Pariſ. conſil.* 150. *nu.* 20. *lib.* 4. *Becc. conſil.* 34. *num.* 26. *Menoch. conſil.* 87. *numer.* 34. *cum ſeqq. & conſil.* 356. *num.* 11. *Surd. conſil.* 394. *nu.* 18.
3 cum † maximè hic verborum contextus immediate concurrat, *e non mai con il Signor Conte Franceſco, e ſuoi heredi, e ſucceſſori*, quorum virtute quælibet occaſio dubitandi excluditur, dum † dictio illa, *e non mai* facultatem in
4 perpetuum ademit Comiti Ioanni reſeruatis Iuribus vtendi contra eundemmet Franciſcũ, ac ſuos hæredes, vt aduertit *Soc. Iun. conſil.* 116. *num.* 72. *in fin. & numer.* 51. *lib.* 1. *Ronit. conſil.* 133. *num.* 13. *& 14. lib.* 1. *Peregrin. conſil.* 52. *nu.* 25. *lib.* 3. *Honded. conſil.* 53. *num.* 25. *lib.* 1. *Rot. in Romana reſidua Dotis* 11. *Decembris* 1658. *in §. gratis autem & 7. Junij* 1660. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Neque poterit eo ſub prætextu ad hæredes ſanguinis nomen illud hæredum aptari, quod
5 de ſubſtantia Agnatitij † fideicommiſſi ex ſui natura non admittentis extraneos, vt cenſuit *Grat. in conſil.* 29. *numer.* 19. *cum ſeqq. Cephal. conſil.* 371. *num.* 25. *ante finem Peregrin. conſil.* 93. *num.* 15. *lib.* 1.

Non enim agitur in propoſito caſu de diuiſione fideicommiſſi conditionalis, in quibus terminis. Authores ſuperius recenſiti videntur poſſe ſibi locum aſſumere, ſed de diuiſione fideicommiſſi tractatur in fauorẽ Comitis Ioannis de tempore tranſactionis aperti,
6 qui † dum Franciſcum tanquam extraneum ad illius participationem admiſit ex cauſa videlicet Iurium pro detractionibus eidem competentium, nec non ex quo in capitulis, alia bona libera quamplura inter ipſos diuidendo, dimiſerat, præſumitur in perpetuum renunciaſſe Iuri ex eodem fideicommiſſo ſi-
7 bi delato, itaut † bona potuerint à Franciſco tranſmitti ad hæredes extraneos, vt in caſu conſimili conſuluit *Dec. in conſil.* 79. *num.* 3. *& 4. & conſil.* 207. *numer.* 1. *cum ſeqq.* ex tali ſiquidem commixtione bonorum, ſeu admiſſione perſonæ ſub fideicommiſſo, nullatenus
8 inclusæ cenſentur bona fideicommiſſaria tal-
9 lodialium ad inſtar redacta, ſicuti † enim portionem bonorum liberorum Ioanni delatam ad hæredes extraneos valet ipſe tranſmittere, Ita etiam præſumitur ſanctum reſpectu portionis fideicommiſſariæ attributæ Franciſco *ad text. in l. illud vbi Gloſſ. notat. in principio, & in margine ad l. Aquil., §. cum autem ibique pariter gloſſ. in verb. pari Inſtit. quibus modis Ius Patr. poteſt. ſoluat. Cephal. conſil.* 1. *nu.* 33.

Alias Inæqualitas maxima in Frãciſci præjudicium conſurgeret dum ipſe dimittendo bona libera potuiſſet fideicommiſſi dum-
10 taxat vſufructu potiri, ad † cuius proindè executionẽ remiſſio fideicommiſſi de per neceſſe præſumitur, & aduertit *Decian. conſil.* 2. *n.* 86. *verſic. ſed non modo æqualitas lib.* 1. *Beroſ. conſil.* 70. *num.* 49. *lib.* 1. *Burſat. conſil.* 173. *à num.* 33. *vſque ad num.* 40. *lib.* 2.

Hinc perſpecta libertate bonorum, ſeu in-
11 differentia, ſub eo † hæredum nomine quicumque licet extranei continentur *ad text. in l. hæredis appellatione* 170. *ff. de verb. ſignif. Angel. conſil.* 306. *num.* 1. *Alex. conſil.* 10. *num.* 7. *& 8. lib.* 3. Dum præſertim diuidentes in ipſo tranſactionis Inſtrumento, nec non in altero Diuiſionis poſtmodum edito portiones bonorum pro ſe, ac quibuſcunque hæredibus receptorum,
12 quorum † nomen ad extraneos quoque porrigitur, vt tradunt *Curt. Iun. conſil.* 1. *num.* 1. *& 4. & conſil.* 4. *num.* 4. *Pariſ. conſil.* 72 *nu.* 42. *lib.* 3. *Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Vipparis* 15. *Ianuarij* 1644. *in §. Iterum DD corã ſeqq. corã bo. me. Bichio, & in Romana ſucceſſionis de Comittibus* 20. *Iunij* 1647. *in §. neque cenſuerunt ad fin. coram Reuerendiſſimo Terracinen.*

Huic vero remiſſioni fideicommiſſi obſtare non poterit altera Iurium præſeruatio ſub ſequenti verborum contextu in inſtrumento tranſactionis emiſſa, ibi *vltra prædicta quæ per tranſactionem, & diuiſionem quæ ſit rebus*

tibus salua sint Iura fortasse purificanda ad fauorem alterius dd. DD. transigentium altero decedente sine filijs capacibus fideicommisso, ea enim dignoscitur restricta ad alia fideicommissa purifi-
13 canda dictione † illa, *fortasse* potissime perspecta dubietatem præseferente ad text. *in l. Gallus §.forsitan, ff.de lib.& Posthum. Paris. consil. 28.num.18.lib.2.Menoch.consil.759.num.4.Rot.de-*
33 *cis.533.num.3. part.4. Rec.*, ideoque † inefficax reputatur pro huius inclusione fideicommissi ad fauorem Comitis Ioannis tunc temporis aperti, nec non expresse in capitulis remissi, vt aduertit *Paris.in consil.16.nu.29.& 30.*
15 *lib.1.*, vltra, † quod reseruatio non porrigitur ad Ius in eodem Instrumento remissum *Bec.consil.24.num.23.Cyriac.contr.283. numer.57. & 58.*

Neque Capitulorum immutationem po-
26 terit operari dictio illa † *vltra*, licet enim ea ex sui natura extendat dispositionem ad casus non expressos, non tamen valet præcedentis dispositionis substantiam immutare, quinimo illam expresse præseruat, vt præter authoritates in præterita decisione recensitas tradit *Surd.in consil.471.numer.1.cum seqq. & decis.285. num.9.Rot.in Auenionen.bonorum 9.Iunij 1656. in 1.§.ad fin.coram bon.mem. Dunozetto.*

17 A tenore † præterea Capitulorum non censetur in Instrumento transactionis recessum dum ad normam Capitulorum prodijt editio Instrumenti, eorum quoque ibidem tecensito tenore, vt aduertit *Alex.consil.122.n.2. & 3.lib.3.& consil.156.nu.8.lib.6.Surd.consil.202. num.7.cum seqq.& decis.21.numer.4. & 5.Add. ad*
18 *Gregor.decis.168.num.8.*, vbi † quod si Capitula ab Instrumento discordent ipsis potius inherendum est quam instrumento immediatè adstipulato, *Rot.decis.750. numer.16. cum seqq. part.6. recent. & decis.99.num.23. coram Eminen-*
19 *tissimo D.meo Cardinali Otthob.*, vbi † quod quælibet interpretatio debet assumi, ne Instrumentum Capitulis aduersetur cum alijs plene relatis *in Romana Casalis veteris 4.Iulij 1655. in §.sed his minime obstantibus coram R.P.D.meo Albergato.*

In quā DD. sentētiam facilius inclinarunt, quod alter ex testibus Instrumentarijs de Re-
20 missione fideicommissi deponit, qui † licet vnicus pro declaratione actus dubij bene deseruit ex Iuribus in præcedenti decisione relatis accedente præsertim aliorum attestatione deponentium de auditu ab ipsis transigentibus, nec non à Bartholomæo altero teste
21 Instrumentario, quorum † dicta nullatenus eliduntur exceptionibus contra ipsos deductis, dum ex eorum numero multiplici defectus inhabilitatis suppletur *ad text.in l.Testiū §.1.vers.alias numerus vbi gloss.notat.in dicto Verbo de Testibus Rot.coram Buratt.decis.143.num.13.& 604.num.5.*

Hinc vrgere nō poterit Laudum Albanei, atque Catanei pro Controuersijs decidendis à Contrahentibus in ipsa transactione electorum præterquam enim ex superius recensitis, illud Iniustitiæ vitio detegitur obnoxiū,
22 dum † electio plurium arbitrorum præcesserat duo ex ijs altero absente, non poterat citra vitium nullitatis ad laudi editionem procedere, vt probat *text.in l.si in tres 20.& l.seq., ff.de recept.arbitr.l.duo ex tribus 39., ff.de re Iudic.* quibus legum dispositio videtur dumtaxat innouata *in cap. vltimo de arbitr. lib.6.*, quoties
23 alter † malitiosè cum alijs distulerit conuenire.

Et ita vtraque parte pluries Informāte pro decisionis confirmatione editæ coram me die 5.Martij 1660. DD.Inclinarunt,&c.

R.P.D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Neapolitana beneficij, seu Iurispatronatus.

Luna 11.Februarij 1664.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus ex quibus arguatur, & vt quis in isto dicatur successor sufficit vt probet descēdentiam ab vltimo præsentante. Iurispatronatus turbiditas ex quibus deprehendatur. In beneficialibus multiplicatio titulorum euitari debet.

SVMMARIVM.

1 *Institutio solet concedi quando constat de præsentatione infrà legitima tempora, & habilitate præsentati.*
2 *Iuspatronatus desumitur ex præsentationibus gradatim factis ob mortem alterius præsentati.*
3 *Titulus fundationis, & dotationis bene præsumitur ex centenaria quasi possessione.*
4 *Probatio positiua dotationis, & fundationis non requiritur concurrente centenaria.*
5 *Præsentationes effectuatæ, enunciatiuæ antiquæ probationem iurispatronatus inducunt.*
6 *Successor vt quis dicatur in Iurepatronatus sufficit, vt probet descendentiam ab vltimo præsentante.*
7 *Conclusio quod prouisus tanquam de libero remoueri non possit stante vltimo statu pro libertate beneficij, sed probatio Iurispatronatus solum deseruiat pro futuris vacationibus procedit, quando deuentum fuit ad collationem beneficij ab Ordinario antequam patroni docerent de Iurepatronatus.*
Secus quando probatio circa patronatum facta fuit ante effectuationem collationis & num.9.
10 *Proprietas possessioni præfertur.*
11 *Status beneficij tanquam de libero deficiente bona fide Ordinarij Collatoris cessat.*
Amplia, vt num.12.
13 *Iurispatronatus controuersia, & turbiditas ex quibus deprehendatur.*
14 *Titulorum multiplicatio in beneficialibus euitari debet.*
15 *Iurispatronatus approbatio ex quibus resultet.*

DECISIO CXXXVI.

PEVERILLVS obtinuit anno 1643. Beneficium, de quo agitur ab Eminentissimo D. Archiepiscopo, & cum D. Iulio Brancaccia, & Antonius Monachus tanquam

Patroni

Patroni Turturellam præsentassent in gradu appellationis coram Reuerendissimo Terracinen. resolutum fuit die 1. Iulij 1648. constare de Iurepatronatus, & Turturellam esse instituen, & coram me reassumpta hodie disputatione responsum fuit standum esse in decisis. Quo enim ad institutionem, cum de Iurepatronatus, & istius pertinentia ad fauorem
1 dd. Iuliæ, & Antonij satis constet † de præsentatione infra legitima tempora, & habilitate præsentati institutio illi denegari non potest *cap. consultationibus 19. de Iurepatronatus*, & præter relatos *in dec. Rot. decis. 213. num. 1. decis. 230. num. 2. & 3. part. 9. recentior. Regien. Beneficij 27. Iunij 1653. coram R.P.D. meo Beuilaqua in princ. & in Florentina Iurispatronatus 5. Decembris 1659 coram me, §. Proindeque.*

2 De patronatu † constat ex continuatis præsentationibus ab anno 1513. vsque ad annum 1618. effectum sortitis, vt apparet ex eo, quod præsentationes gradatim factæ fuerunt ob mortem alterius præsentati iuxta Consilium *Oldrad. 229. Rot. in recent. decis. 172. num. 4. part. 3. Meleuitana Iurispatronatus 14. Iunij 1652. coram me §. demum, & in Reatina beneficij 13. Maij 1661. coram R.P.D. meo Beuilaqua*, de hac Quadragenaria, cum autem non versemur in familia-
3 potenti, nec de vsurpatione suspecta, excentenaria quasi possessione benè præsumitur titulus fundationis, & dotationis *Feder. de Senconsil. 234. numer. 3. versic. sic ad propositum Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 18. numer. 44. Rot. decis. 142. num. 2. & duob. seqq. coram Buratt. vbi Add. nu. 15 plures concurrunt decis. 218. num. 27. part. 6. recent.*
4 vbi quod † concurrente centenaria non requiritur probatio positiua dotationis & fundationis *coram Merl. decis. 850. num. 1. Asculana Iurispatronatus 1. Iulij 1650. coram Reuerendiss. Papien. §. Patronatum Aretina Plebania 16. Februarij 1654 coram Reuerendissimo meo Decano, §. præmissa, & & in Bonon. Iurispatronatus 1. Iulij eiusdem anni coram Eminentissimo Colso, §. Iuspatronatus vero.*

Et cum tot præsentationibus effectuatis cõcurrunt testes de existẽtia Iurispatronatus deponentes, Testamentum antiquissimum anni 1375. Ioan. de Ciuino, enunciatiuæ antiquæ aliaque adminicula comprobata *in decis. 552. coram Buratt.*, ex quibus † coadiuuari probationem patronatus respondit *Cruuett. cons. 322. Rot. d. decis. 172. part. 3. recent. num. 3. & seq. per tot. coram Eminentissimo Ottboben. decis. 234. num. 19. Bonon. Iurispatronatus 27. Iunij 1657. coram Reuerendissimo Papien., §. fin., & in Lucana Cappellania 28. Aprilis 1658. coram R.P.D. meo Beuilaqua, §. & propterea.*
5

Pertinentia ad præfatos Iuliam, & Antonium etiam hodie probari visa est ex Testibus datis in Summario 16. & 17. Turtorellę, deponentibus eos descendere à Iuditta, & Finitia, quæ per præsentationem anni 1613. constitutæ fuerant in quasi possessione præsentandi,
6 quod sufficit absque alia probatione descendentiæ à fundatore *gloss. in cap. licet 47. versic. generis de Testibus Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 11. num. 118. Add. ad sanctem. Gregor. dec. 146. num. 6. Rot. coram Canal. decis. 182. nu. 1. Pistorien. Beneficij 19. Aprilis 1631. coram Eminentissimo Cardinali Celso §. qua probatio Comen. Beneficij 12. Maij 1656 coram bon. mem. Dunozetto, §. probationes verò, & in Mediolanen. Iurispatronatus 23. Ianuarij 1661. coram Reuerendiss. D. meo Decano, §. fin.*

Nec obesse potest, quod Peuerillus prouisus † tanquam de libero remoueri non possit stante vltimo statu pro libertate Beneficij, sed probatio Iurispatronatas deseruire solum
7 possit pro futuris vacationibus. vt distinguit *Maresc. tom. var. resol. cap. 55. nu. 64. versic. simili quoque modo, & seq. lib. 1. Rot. in Firmana Beneficij 3. Aprilis 1656. coram R.P.D. meo Priolo, & in Fauentina Parochialis 4. Decembris 1662. coram R.P.D. meo Ninot. §. fin.*, tum quia hæc conclu-
8 sio † procedit quando ad collationem Beneficij deuentum fuit ab Ordinario, antequam
9 Patroni docerent de Iurepatronatus, † secus autem quando probatio circa Patronatum facta fuit ante effectuationem Collationis, vt in præsenti constat ex *d. decis. Buratt. 552.* Tunc
10 enim † vltimus status non attenditur, & proprietas possessioni præfertur *Abb. in cap. consult. 19. num. 9. versic. quod ergo intelligendum de Iurepatr. Dec. consil. 149. num. 2. versic. & retenta ista, Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 34. num. 18. Rot. decis. 167. sub nu. 9. versic. sed pro responsione & seq. par. 2 diu. cum alijs in Capuana Abbatiæ 5. Maij 1659. §. fin., & 16. Ianuary 1660. §. præterea coram R.P.D. meo Priolo.*

11 Tum etiam quia † status vltimus tanquam de libero nullo modo probatur, non solum quia deficit bona fides in Ordinario, cum præcedentes omnes collationes factæ fuissent ad præsentationem patronorum, & istorum acquiescentia ex relatis *per add. ad sa.me. Greg. decis. 414. num. 20. Rot. in Volaterrana Cappellaniæ 27. Iuny 1650. coram b.m. Dunozetto, §. in præsenti*
12 *autem*, sed † etiam quia deducitur in prouisione Riccij, quæ cum vti turbida, & à Patronis controuersa fuerit, & contradicta appareat ex eo quod à sententia lata super libertate Beneficii appellatio fuit interposita, & prosequuta quoque obtenta fuit resolutio rotalis super existentia Iurispatronatus *coram Buratt. d. decis. 552., vt considerat Rot. coram Eminentissimo D. Card. Otthob. decis. 234. num. 26.*

13 Turbiditas verò † resultat ex eo, quod Riccius ab Ordinario prouisus tanquam de libero aliam prouisionem à Sede Apostolica impetrauit sub narratiua, quod de validitate Collationis Ordinarii dubitabatur cum clausulis derogatoriis Iurispatronatus, ac reseruationis consensus medietatis patronorum postea subsequentis, qua stante prouisione status iste præsens redditur æquiuocus, cum dubium sit, an Riccius ex prima, vel secunda
14 prouisione possederit, quinimò † cum in Beneficialibus debeat multiplicatio titulorum euitari *Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 34. num. 65. Rot. coram Canal. decis. 226. num. 1. dec. 209. num. 7. part. 1. recens., & in Lucana Iurispatronatus 6. Iunij 1659. coram Eminentissimo D. Card. Celso, §. fin.*

Nec subuertitur hæc ratio ex eo, quod prouisio Apostolica post modum obtenta vltimũ

statum tanquam delibero non potuit altera re, nec Ordinario in d.quasi possessione constituto innouando possessionem prejudicare, quia ex subsequenti consensu patronorum redditus fuit dubius, status Beneficii, cum non appareat, an Riccius, vt dixi ex Collatione Ordinarii tanquam de libero, an verò ex prouisione Apostolica continente derogationes patronatus quinimò † ex reseruatione consensus medietatis patronorum,& derogatione alterius resultat potius approbatio Iurispatronatus *Burfatt.consil.324. nu.3.versic.Rursus lib.3.Rot.dec.178.nu.15.coram Buratt., & dec. 152.nu.3. post Modern. de Iurepatronatus cum alijs in decisione §. finali.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Squillacen. Testamenti.

Veneris 15. Februarij 1664.

ARGVMENTVM.

Testamentum secundum annullat primum, quando adhibitæ sunt eædem solemnitates, etiam si sit factum ad interrogationem alterius,& responsionem Testatoris per verbum *sic* dummodo appareat Testatorem disponere de suis bonis voluisse, & animus Testatoris plenè per duos testes probatur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum primum per vltimum iure conditum, & seruatis seruandis corruit.*
2 *Testamentum à Testatore non sanæ mentis compote, & morti proximo factum non sustinetur.*
3 *Testatoris phrenesis ab illam allegante debet probari.*
4 *Testibus optimam sui dicti rationem non reddentibus non creditur.*
5 *Notario de sana mente Testatoris deponente plurimum defertur.*
6 *Testes de sana mente Testatoris deponentes in concursu aliorum super dementia deponentium sunt præferendi.*
7 *Testatoris sanæ mentis testamentum factum ad alterius interrogationem respondendo cum verbo* sic, *valet.*
8 *Testatore mandante in scriptis redigi suum testamentum, si deinde post istius extensionem interrogetur an illa sit sua voluntas, & respondeat per verbũ* sic *interrogatio toleratur, & testamentum subsistit.*
9 *Validitas testamenti ad interrogationem, & per responsionem* sic *facti per Testatorem inducitur, ex quo ipse præcedenter testari volebat.*
10 *Testatoris animus per duos testes benè probatur.*
11 *Testibus religiosis maior fides solet adhiberi.*
12 *Testamentum stipulatum à Notario ad interrogationem alterius, & responsionem testatoris per verbum* sic *subuertitur, quando non appareat de voluntate præcedente testandi.*

Secus vt nu. 13.

14 *Suspicione cessante secundum testamentum primum etiam iure factum annullat.*
15 *Filius naturalis filiatione non probata non habet actionem ad petendum legata sibi à patre relicta.*
16 *Pater potest legata ratione & causa alimentorum iuxta statum & dignitatem filijs naturalibus relinquere.*

Amplia vt num.17.

18 *Hæredi testamentum acceptanti non licet amplius illud de nullitate redarguere.*

DECISIO CXXXVII.

HIACYNTVS Parisinus duo condidit testamenta ortaque controuersia inter Fabium hæredem, & legatarios super validitate secundi ordinarius Squillacẽ per sententiã diffinitiuam nullum esse declarauit, sed reuocatam per duas contrarias primam in Tribunali A. C. & alteram in Rota latas, nec adhuc acquiescens Fabius obtinuit in vim remissorialium examinati testes quorũ tamen depositionibus non obstãtibus Dñi pro cõfirmatione sententiæ Rotalis responderunt, quia illius validitati nihil opponebatur, iustitia verò manifesta redditur ex vulgata iuris re-
1 gula quod prius testamentum† reuocatur per vltimũ iure conditum seruatis, vt in præsenti omnibus necessarijs requisitis, & istud est attendendum §. *posteriore instit.quib.modo testam. infirment l. 1. ff.de instit.recept.testam.l.si quis priore ff. ad Trebell.*

Non obstat, quod de tempore conditi huius secundi testamenti Hiacyntus acerbitate
2 morbi vexatus non esset mentis compos,sed morti proximus per simplex verbum *sic* ad omnes interrogationes respondebat, quo casu testamentum viribus non subtilitit secundũ *Soccin.sen.in cons.229.num.5.vers. quibus præmissis lib.2.Mart.vot.39.nu.18.Rot.coram Mantich.decis. 60.nu.fin.& in rec.dec.581.nu.29.par.4.to.3.* quoniam dementia, & phrenesis ex graui infir-
3 mitate caulata à Fabio, qui † testamentum ex hoc capite impugnare, & annullare intendit, & ideo tenetur plenè, & concludenter probare præcise de illo tempore *Ruin.cons. 7. nu.5.lib.1.Grat.discept.forens cap.843.nu.12.& 36 Boer.dec.23.à num.89.Joseph.Ludouic.dec.Pernf.1. nu.3.Card.Caual.dec.366.nu.7.Burat.dec.256.n.5.* nullo modo visa fuit iustificata ex testibus vigore remissorialium examinatis & relatis in *Sum. Fabij num. 4.* siquidem Angelus Phisius deponit Hiacyntũ habuisse lucida interualla, & Michael Angelus Bresius statura pusillus asserit non potuisse videre Testatorem ob multitudinem gentis ibi adstantis,omnes vero alij de simplici auditu deponũt illum fuisse graui infirmitate oppressum, & non multo post stipulatum testamentum obijsse. Vn-
4 de nõ est† probata phrenesis super qua de auditu proprio, & visu debent testes deponere concludẽtissime, & causam eorum dicti reddere, alias non creditur *Boer.dec.23.n.41. Rot. diuers. dec.107. nu.4.& dec.134. nu.3. par.2.& in rec.dec.384.per tot. & signanter nu.7. par.1. Thomat.dec. Marchiæ 13.num.4.& 5.*
5 Et nihilominus de † sana mente Hiacynti nedum testatur Notarius qui fuit de testamẽ-

to coram ſeptem teſtibus rogatus per illa verba ſanus per gratiã Dei mentis, & *in ſua loquela & recordabili memoria Io. Andr. in cap. vlt. nu. 10 de ſucceſſ. ab inteſt. Boer. conſ. 102. nu. 12. Farinac. conſ. 54. nu. 18. lib. 1. Rot. dec. 638. n. 8. par. 1. diuerſ. & in Romana hereditatis de Graulis 5. Octobris 1622. coram Rembold. in Add. ad concluſionem 824. Maſcard.* Verum etiam Teſtes teſtamentarij formiter repetiti, vnanimiter affirmantes ſempor in recto ſenſu, & mente fuiſſe qui quidem teſtes abſque dubio ſunt præferendi, & attendendi in concurſu aliorum ſuper demẽtia deponentium *Corn. conſ. 85. lib. 2. Grat. in præcitata diſcept. 843. nu. 11. Rot. coram bo. me. Corcin. in dec. 484. n. 5. & in dicta dec. 384. n. 3. par. 1. recẽt.*

7 Hoc igitur poſito, quod Teſtator † eſſet mentis compos, ac articulate loqueretur benè ſubſiſtit teſtamentum à ſe factum etiam ad alterius interrogationem reſpondendo cum verbo *ſic* iuxtà ſententiam *gloſſ. in Liubennus in verbo quemadmodum C. de teſtam. Menoc. conſ. 45. nu. 1. & 50 vbi de recepta DD. opinione Clar. in §. teſtam. quæſt. 37. nu. 2. Grat. diſcept. forenſ. cap. 659. nu. 11. & d. cap. 843. num. 28. & 29. Farinac. in dicto conſ. 97. nu. 1. & 29. lib. 1. Rot. dec. 638. nu. 1. part. 1. diuerſ. & reiecto Socin. ſen. in præcitato conſ. 229. n. 5 lib. 2. reſpondet Rot. in dicta deciſ. 581. nu. 31. par. 4. tom. rec.* Et eò facilius recipitur hæc ſententia quando in propoſito caſu ante ſtipulationem teſtamenti Teſtator expoſuit ſuam voluntatem, & mandauit redigi in ſcriptis, & poſtea à Notario ſtipulatum fuit ſolemne teſtamentum precia interrogatione facta Teſtatori, ſi ita diſponere intendebat, & ille per verbum
8 *ſic* reſpondit, tunc † enim toleratur talis interrogatio habens præſiſtentem cauſam, quam quam prius Teſtator ex ſe fecerat, & pro libito diſpoſuerat *Clar. in d. §. teſtam. & d. quæſt. 37. verſ. 3. ſcias Nicol. Bellon. conſ. 37. n. 14. Soccin. Iun. in conſ. 183. in contrarium allegatus nu. 19. & 31.*
9 *verſ. oportet* vbi † quod pro validitate teſtamẽti tũc ſtipulanti ſufficit, quod aliquo modo vltra illam ſimplicem reſpõtionem appareat, quod defunctus volebat teſtare, & ad id deliberate veniebat *Surd. conſ. 414. nu. 53. in fin. & n. 54.* vbi quod in hoc omnes concordant *Theſaur. quæſt. 99. nu. 7. 13. & 16. Mart. vol. 89. num. 3. Citiac. controu. 549. nu. 72. cum ſeq. Farinac. d. conſ. 97. nu. 8. Rot. in Romana hereditatis de Bellauite 5. May 1600. coram Iuſto impreſ. in fin. dec. conſ. n. 29.*

De præcedenti autem animo Hiacynti Teſtandi, & de bonis ſuis vt fecit, diſponendi non viſum fuit dubitari poſſe, nam abunde liquet ex depoſitione Pauli Gammellæ, & P. Ioſephi Cappuccini tunc in Conuentu Ciuitatis Squillacen. Guardiani, qui diſpoſitionem de illius mandato ſcripſit, & in quo nulla cadit falſitatis, & ſuggeſtionis ſuſpicio hodie probata ex dictis duorum teſtium relatis *in ſum. illorum de Ferratiis nu. 2.* atteſtationibus iuratis Patris Angeli pariter Capuccini, & eiuſdem Guardiani ſocij nec non proprij Parochi, qui infirmo ſacramenta adminiſtrauit & ex debito ſui officij ſẽper adſtitit, qui omnes ex cauſis, & rationibus adductis optimè concludunt prædictam ordinationem diſpoſitionis antequam deuentum fuerit ad actum ſtipulationis, ita vt non poſſit negari taliş ani-
10 mus ad quem † probandum ſufficerent duo teſtes, vt in ſpecie ſcripſerũt *Alex. conſ. 4. n. 11. lib. 7. Soccin. Iun. conſt. 8. nu. 6. lib. 2. Surd. d. conſ. 414 nu. 57. quos refert. Farinac. in ſepè citato conſ. 37. num. 7. in fine* & maximè cum in præſenti tres
11 ſint Religioſi, & eximiæ Pietatis viri, & ob id maior fides eſt adhibenda *Gloſ. in cap Monachos 77. diſtinct. Cranet. conſ. 262. n. 1. Capic. dec. 12 nu. 18. & 19. Rot. deciſ. 630. nu. 2. par. 3. recent.*

12 Quibus † non aduerſantur authoritates in contrarium allegatæ, quatenus firmant non ſubſiſtere teſtamentum, ſtipulatum à Notario ad interrogationem alterius, & reſponſionem teſtamenti per verbum, *ſic*, quia procedunt, vbi non præceſſit voluntas diſponendi vel redacta fuit in ſcriptis à perſona ſuſpecta, & intereſſata, ad hereditatem aſpirans abiq; ſcientia & mandato teſtatoris, & de inde grauiter illi infirmo, & balbutienti lectum quicquid fuit à tali ſcriptum, vt explicat *gloſ. in §. inſtitutio nu. 9. & relicto Soccin. Iun. d. conſ. 183. nu. 32, l. 2. idem tenet Clar. in dec. Teſtam. quæſt. 37. verſ. ſed ſi quis iuſſu teſtatoris.* At vbi animus ad te-
13 ſtandum præordinatus fuit † ad ſcripturam redactus à perſona in qua ceſſat ſuſpicio, quod potuerit aliquid ſcribere quam Teſtator voluit, & in actu ſtipulationis factę miniſterio Notarii erat in ſenſu recto, vt dicunt teſtes, non differt, quod interrogatio facta fuerit ab Altero, & non à Notario, vt dicunt *Corn. conſ. 77. n. 4. lib. 2. Menoc. conſ. 45. n. 30. 31. vbi reſpondet contrarys Farinac. in percitato conſ. 9. n. 10. & 17.* vbi infortunijs terminis quãdo interrogatio facta fuit ab hærede & à legatario.

Ex qua diſtinctione inſurgit, etiam reſponſio ad id, quod iterum obijciebatur, quod hic agitur de reuocatione primi teſtamenti
14 ſolemniter cõditi quæ † fieri nequit mediante ſecundo teſtamento per moribundum cõdito ad alterius interrogationem, quia non procedit ceſſante ſuſpicione: hoc enim caſu nulla eſt conſtituenda differentia ſiue agatur de reuocatione iam conditi, ſiue non, vt diſtinguit *Menoc. in cit. conſ. 45. nu. 36.*

Neque ſublata ex his obiecta inualiditate teſtamenti ſententia redargui poteſt de iniuſtitia, ex eo quia condemnat heredes ad ſoluendum legata Antonio, & Catharinæ filijs naturalibus Hiacynti, de quorum filiatione
15 non docetur, & ſine qua nullam habent actionem ad illa petendum *l. Pater 5. C. de hered. inſtit. l. neque profeſſio 5. C. de teſtam.* quia præter quod de illa ſatis conſtat, ex duobus Parochis, & aliis tribus Teſtibus ab ipſomet Fabio in vim remiſſorialium examinatis de illa
16 bene deponentibus, & ideo ratione & cauſa alimentorum potuit legata relinquere ſecundum ſtatum, & dignitatem, ex latè cumulatis *per Grat in diſcept. 112. nu. 1. cum ſeq.* etiam
17 ſi non conſtaret nihil refert dum agitur de præiudicio Patris, qui potuit in ſuos recognoſcere, & legare ad dictam *l. 5. Pater C. de hared. inſtit. Grat. diſcep. 267. nu. 14. & 15. & cap. 563. nu. 57. & 58.*

Quę omnia magis admittenda videbantur in hac facti ſpecie, quia Fabius hæres acceptauit teſtamentum, & in vim illius poſſeſſionẽ bonorũ fuit adeptus, vnde non licet amplius de nullitate redarguere, & ibi diſpoſita impugnare *Cranet.conſ.*158 *in princip. Guid.Panzirol.conſ.*110.*nu.*12.

Ex quibus, & alijs latè firmatis in duabus deciſionibus coram R. P.D. meo Priolo ante probatam ſententiam de more emanatis ſub diebus 16. Martij & 7. Iunij 1662. fuit pro illius confirmatione conciuſum vtraque parte informante &c.

R. P. D. T A I A
Fanen. Cenſus.

Ven. 15. *Februarij* 1664.

A R G V M E N T V M.

Remiſſoria an ſpoliatori debeat concedi, & ad excuſandum ſpolium an poſſint ab iſto fieri nouæ iurium productiones. Conceſſio remiſſoriæ cum retardatione, vel ſine à Rotæ arbitrio pendet.

S V M M A R I V M.

1 *Remiſſoria concedi ſolet etiam ſpoliatori concurrente fumo, & ceſſante calumnia.*
2 *Ad ſpolium excuſandum etiam nouæ Iurium productiones fieri permittuntur.*
3 *Spolij limitatio ex quibus reſtricta appareat.*
4 *Sententia ad ſpolium iudiciale euitandum ex eiſdem actis iuſtificari debet.*
*Et ita paſſim practicatur, & in omnibus ſententijs poſt executionem & nu.*5.
6 *Remiſſoriã concedere cum retardatione, vel ſine ſpectat ad arbitrium Rotæ & nu.*7.

DECISIO CXXXVIII.

SALVIANO immiſſa fuit anno 1654. in poſſeſſionem fundi cenſiti Baptiſta pro fructibus cẽſualibus maturis ſcut. 360. cenſus empti pretio ſcut. 1000. & anno 1659. Succeſſores illius habuerunt ab A.C. mandatum executiuum pro alijs fructibus ſcut. 1032. cõtra Amianũ fideiuſſorem, cuius vigore proceſſerunt ad ſubhaſtationẽ prædij, ſed per appellationes, & duas ſententias Rotales mandatum reuocatum fuit cum omnibus conſecutis, & conceſſum Amiano mandatum reintegrationum ad poſſeſſionem prædij indebite ſubhaſtati vna cum damnis, & intereſſe &c.

Commiſſa nunc mihi cauſa appellationis, ac petita Remiſſoria ad probandos fructus eo tempore perceptos dubitatum eſt de more an ſit concedẽda remiſſoria cum retardatione, vel ſine arbitrio Rotæ reſponderunt pro ſucceſſoribus Baptiſtæ.

Nec fuit quæſtio de requiſitis vulgatis remiſſoriæ apud *Veſtr. in diſt. introduct.cap.vltimo lib.*6. *Scacc.de Iud,cap.*8. *à n.*725. *lib.*2. *& nouiſſime noſtrum Capuc.prax.maior cap.*3. *par.*2.

Sed quæſtio fuit de limitatione ſpolij, vt poſt *Veſtr. & Rot. tradit Scacc.d.cap.*8. *à num.*762 *& Capucc.d.cap.*3. *nu.*191. *& cor. Buratt.dec.*66. *& dec.*800. *vtrobique nu.*1. *cum ſimil.*

1 Et placuit DD. concedi, vt ſolet interdum concedi † ſpoliatori concurrente fumo, & ceſſante calumnia *Rot.coram Burat. d. deciſ.*66. *nu.*1. *cum alleg. & apud.Capucc.cap.*1. *nu.*228. *par.*2 & generalius ad excuſandum ſpolium poſſe
2 fieri de nouo Iurium productionem † inquit *Rot.dec.*353. *in fin.par.*2. *rec.poſt dec.* 356. *l.*3. *par.*3 *diu.* & opportune etiam poſt duas ſententias de ſpolio *Rot.coram Caſſador.de dilat.dec.*3. *nu.*1. *verſ. & ita nouiſſime.*

Funius viſus eſt per ſe ex materia fructuum illiquida, & ex iurata notula fructuũ iam data, quam pro ſufficienti magis quam pro inſubſiſtenti Rota reliquit, quo caſu cum procurator renunciatus fuerit, vt alijs probat-
3 tionibus, & contrarijs coniecturis animum ad concedendum remiſſoriam propenſiorem faceret, ex hoc maxime viſa eſt reſtricta limitatio, vt apud *Veſtr.d.cap.vltimo nu.*1. *verſ.quamobrem ſolet cautus Procurator & poſt alios Scacc. d. cap.* 8. *nu.*799.

Immo repetebant DD. ex deciſ. cauſæ nec nominatum quidem fuiſſe ſpolium, ſed fundatas fuiſſe in nullitate mandati ex cauſa illiquiditatis crediti probationibus inſufficientibus, & ipſa ſignatura ſatis approbauerat mandatum, dum cauſam commiſerat ſine præiudicio.

4 Nec obſiſtit exceptio irreleuantis remiſſoriæ, tum quia † ſententia ad euitandum ſpolium iudiciale debet iuſtificari ex eiſdem actis *Rot.coram Buratt.dec.*848 *nu.*6. vbi & ita paſſim
5 practicari, & in † omnibus ſententijs poſt executionem *ad annot. ad Buratt. dec.*251. *in fin.* & *coram Canal.dec.* 832. *in fin.* tum etiam ex alijs de facto

Dum enim mandatum innixum iuratæ notulæ fructuum valide ab A. C. conceſſum, & à Rota ex nouis contrarijs atteſtationibus fuit ex notula infirma decreta, nec debet proinde nègari probatio pro notulæ iuſtificatione, ſeu valoris fructuum ſingulis annis, & eo minus, quo minus de ſpolio agatur vt ſupra cætera de facto ipſo diluebantur.

Ceterum placuit DD. addere cum retardatione, vel ſine arbitrio Rotæ pro ſtimulo petentis, alteriuſque cautione, & cum
6 hoc ſpecialiter † arbitrium ſit *Rot.coram Verall. fere tota dec.*58. *par.*3. *& apud Scacc.de Indit.cap.*3 *ſub nu.*170. *d. lib.*2. & generalius in iſtis termi-
7 nis concedere † remiſſoriã pendet plurimum ab eius arbitrio, & conſiderat *Caſſador.d.dec.*3 *in fin. & concludit Rota dec.*41. *in fin. part.*7.

Et ita vtraque &c.

R.P.D.

R. P. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Mediolanen Parochialis.

Ven. 15. Febr. 1664.

ARGVMENTVM.

Præsumptio veritatis ex consensu Pontificis inducitur, quem, vt gratia subreptitia non reddatur sufficit saltèm implicitè intellexisse id quod petebatur. Verba in narratiua facta Pontifici expressa alias qualitates, & conditiones ibi non expressas recipere minimè valent. Consensus non continet præiudicium expresè ab ipso actu resultans.

SVMMARIVM.

1 *Factum proprium impugnare nemini licet, quando solemnitates requisita adhibita fuerunt, & num. 2.*
3 *Beneplacitum Apostolicum interuenisse præsumitur stante lapsu temporis, & obseruantia.*
4 *Consensus Papæ præsumptionem veritatis inducit.*
5 *Parochus vltra sua Parochiæ limites curam animarum exercere non potest iuxtà dispositionem* Sacri Conc. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 13.
6 *Parochis duobus promiscuè Sacramenta administrantibus limites Parochiæ sunt præscribendi.*
7 *in Parochiali Ecclesia duo capita esse non possunt, sed vnus Sponsus, & rector, cui cæteri suaesse debent.*
8 *Verba narrata Pontifici alias qualitates recipere non possunt in narratiua non expressas.*
9 *Verba Pontificis quando stant causatiuè quomodo intelligenda.*
10 *Consensus non comprehendit præiudicium expresse ab ipso actu resultans.*
11 *Gratia ne reddatur subreptitia sufficit Pontificem saltem implicitè intellexisse id quod sibi expositum fuit.*

DECISIO CXXXIX.

INTER Archipresbyterum Parochialis Ecclesiæ S. Thomæ in Terra Amara Mediolanen Diœcesis, & Masnagum prouisum de coadiutoria, quam anno 1629. clar. mem. Federicus Card. Borromeus instituit suppressa portione Parochialis, alias à S. Mem. Carolo Cardinali Borromeo præseruata, inita fuit transactio: Cumque Informante tantùm Curato moderno Coadiutore, die 15. Iunij proximèpræterti coram Eminentissimo D. Cardinali Celso resolutum fuit, & suppressionem, & concordiam non substineri: Auditis hodie, & Informantibus pro Archipresbytero, & Capitulo Domini recesserunt à decisis, non enim agitur de dismembratione bonorum Ecclesiæ, vt in die resolutionis suppositum fuit, sed de simplici suppressione portionis Parochialis, cum noua erectione Coadiutoriæ facta ab Ordinario, pro cuius confirmatione cum successiuè Curatus supplicauerit Sanctissimo, & secundùm Breue obtinuerit directum Ordinario, qui instante eodem Curato, & præuia debita iustificatione ad solemnem confirmationem deuenit, non potest
1 hodie Curatus † contrarium asserere, nec suppressionem, & nouam erectionem ipso petente confirmatam impugnare, *Rom. cons. 347 sub num. 9. vers. an instantia Rot. dec. 78 nu. 3. par. 5. recent. decis. 117. num. 7. coram Eminentiss. D. Card. Otthobono, & in Leodien. Successionis 4. Apr. 1661 coram me, & frustra etiam.*
2 Maximè †quia non defecit in præsenti casu solemnitas, & iusta causa; Cum enim post suppressionem spatio triginta annorum, & vltrà hoc beneficium tamquam Coadintoria prouisum fuerit, & vti tale à tribus Coadiutoribus successiuè possessum, Summ. Capituli *num. 2. 4. & 5.* Non autem vti portio Cu-
3 rata, stante lapsu tanti temporis † cum obseruantia subsecuta præsumitur beneplacitum Apostolicum interuenisse *Gabr. cons. 36. sub numer. 52. lib. 1. Marescott. var. resolut. cap. 13. num. 9. lib. 1. Add. ad Sa. mem. Greg. dec. 354. num. 18. Rota decis. 255. num. 1. & seqq. par. 8. recent. coram Eminentiss. D. Card. Otthob. decis. 240. num. 12. & in Romana Permutationis 20. Februarij 1647. coram bo mem. Bichio, §. non obstat nullitas*, & de sufficientia causæ dubitari non potest, cum enim Pontifici expositum fuerit ad sedandas discordias inter Archipresbyterum, & obtinentem portionem curatam titulum eiusdem portionis fuisse suppressum, & in eius loco nouum beneficium nuncupatum Coadiutoria fuisse erectum, & idem Pontifex eam approbauerit, & confirmari mandauit Summ. Capituli *num. 3.* non est vlterius quærendum de veritate causæ, & an alio modo discordiæ remoueri potuerint, cum non requiratur alia
4 probatio circa hoc, quia consensus † Papæ inducit præsumptionem veritatis *Add. ad Sa. me. Greg. dec. 113. sub nu. 11. vers. sed licet beneplacitum & dec. 143. nu. 5. verb. subintrat alia conclusio, Rot. coram Coccin. decis. 391. num. 3. verb. temen facit, & dec. 301. nu. 3. par. 1. rec.*

Nec proinde aduersatur, quod sine alia suppressione tolli potuerint discordiæ, & remoueri scandalum assignando Archipresbytero, & obtinenti portionem curatam, suos
5 limites, † vltra quod Curam animarum exercere non posset, iuxtà dispositionem *Sac. Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 13.* Quoniam
6 id procedit † quando essent plures Parochi, qui in eodē loco promiscuè Sacramenta administrarent, in quibus terminis procedit disp. Conc. vt declarat *Barb. de off. & pot. Paroch. cap. 1 n. 3.* Sed hic erant duo eiusdē Ecclesiæ Portionarij, quorū vnus erat Archipresbyter, inter se dissidētes super actuali exercitio curę Animarum, & Sacramentorum administratione, & eorum alter alteri cedere nolebat, & vterque socio præferri contendebat. Vnde altercationes huiusmodi, & cum detrimento Populi scandalum inde prouenies opportunius tolli non poterat, quam subordinando vnum alteri, & constituendo dependentiam vnius ab altero, quod conforme erat non solùm quarto Concilio Prouinciali Mediolā-

ni, verùm etiam dispositioni iuris, secundum
7 quam † non possunt esse duo eiusdem Parochialis Ecclesiæ Capita, sed vnus Sponsus, & Rector, cui cæteri inbesse debeant *Butr. in cap. cum non ignores 15. num. 4. vbi alij Canonistæ de præben. Oldrad. cons. 67. num. 1. Gonzal. ad regul. 8. glos. 6. nu. 47. Lotther. de re benef. lib. 1. qu. 20. n. 141. Grat. discept. 865. num. 25. Rot. decis. 238. num. 7. coram Ceccin.*

Non obstat, quod in Breui confirmatorio contineantur clausulæ; *licita tamen, & honesta &c. ac sine præiudicio alicuius*, nam stante expressa narratiua facta Pontifici, de suppressione portionis curatæ, ac erectione Coadiutoriæ;
8 præfata † verba non possunt recipere alias qualitates, & conditiones ibi non expressas, & in Instrumento concordiæ contentas *Barbos. claus. 51. num. 3. Rot. decis. 339. num. 5. par. 2. rec. & dec. 124. num. 2. & 3. post Cenc. de censib.* Quo
9 enim ad ea quæ Papa sciuit † verba prædicta non stant conditionaliter quatenus scilicèt licita sit, & honesta, sed causatiuè eo quia sunt talia, vt in similibus *Rota decis. 20. num. 4. part. 6. recent. & in Rauennaten. Pensionis 1. Decembris 1662. coram me, §. qua ratione*, sequentia verò, *sine præiudicio*, intelligi debent respectu tertij non autem quoad eos, qui suppressioni, & concordiæ consensum præstiterunt, quia
10 non comprehendit † præiudicium expressè ab ipso actu resultans *Gabr. cons. 151. nu. 29. & seq. lib. 1. Grat. discept. 867. nu. 19. cum cæteris apud Barbos. claus. 157. nu. 5. Rot. dec. 222. n. 6. par. 7. rec. & in Romana Vineæ 19. Februarij 1663. coram me §. nec aliqua.*

Nec demum resistit narratiua Pontifici Maximo facta assignatos fuisse Coadiutori redditus omnes, ad portionem suppressam spectantes; quorũ tamen aliqui Sacristæ fuerunt attributi. Quoniam narratiua qualificata fuit ex sequentibus verbis: sub certis conditionibus, & pactis, quæ cum detrahant de valore rerum applicatarum, non retraxissent Pontificem à concessione, præsertim quia saltèm in genere expositum fuit redditus, & prouentus non fuisse liberè, prout portionario suppresio competebat, assignatos, sufficit
11 autem † Pontificem ex narratis posse saltèm implicitè intelligere præiudicium ne gratia reddatur subreptitia *Suar. de Relig. tom. 1. tract. 5 lib. 4. cap. 61. num. 14. Rot. dec. 701. in princ. par. 4. & in Ferrarien. seu Romana Pecuniaria 14. Februarii 1656. §. eoque libentius coram bo. me. Dunoz. & in Toletana Archipresbyteratus 3. Ianuarij 1658. coram me, §. nec releuat in fine.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Barchinonen Canonicatus.

Veneris 15. Febr. 1664.

ARGVMENTVM.

Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 8. de reformat.* circa Canonicatus Pœnitentiarios quid disponat. Indultum Gregorij XV. de collatione Canonicatuum Pœnitentiariorum dispositio quomodo intelligenda. Obseruantia rerum dubiarum legitima interpres.

SVMMARIVM.

1 *Electio Pœnitentiarij ex dispositione* Sac. Concilij Tridentini sess. 24. cap. 8. de Reformat. *spectat ad Ordinarios, si vacationis casus in mense ipsis attributo euenerit.*

2 *Collatio prebendæ quando insimul ad Episcopum & Capitulum spectat; Si persona nominata ab Episcopo Capitulum non conferat, collatio aliter facta non attenditur, & habetur pro inualida, & num. 3.*

4 *Indultum fæl. mem. Gregorij XV. quid disponat, & quomodo intelligendum, & nu. 5.*

6 *Prouincia vna potest vni Domino subesse, & legibus moderari diuersis ab alia prouincia eidem Domino subiecta.*

7 *Testes illi præferuntur quorum depositiones adminiculantur ex alijs iuribus.*

8 *Obseruantia pro declarandis dubiis bene deseruit.*

9 *Qualitas à Statuto requisita debet in specie referri, ad effectum vt admitti possit illius dispositio.*

10 *Extensio precedentem comprehensionem excludit.*

11 *Prouisio vt subsistineatur vltimus status beneficii est attendendus.*

DECISIO CXL.

CANONICATVM Pœnitentiarium Petrus ab Ordinario impetrauit, vti in mense Septembris, eidem reseruato vacantẽ; Illum verò Capitulum præuio concursu Iosepho attribuit, delata verò mihi causa dubiũ super Canonicatus adiudicationem alteri ex ijs decernẽdam hodie proposui in Petri fauorem à Dominis resolutum; Siquidem
1 † electio Pœnitentiarij ex dispositione Sac. Conc. Trident. *in sess. 24. cap. 8. de reformat.* defertur dumtaxat Ordinarijs quoties vacatio in mense ipsis attributo contingat, vt tradit *Nauarr. in cons. vnico ad finem, vt Sed. vacant.* vbi ita à Sacra Congregatione refert fuisse decisum, *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 9. §. 2. num. 87. & 85. Garz. de benef. par. 1. cap. 4. nu. 240. & 144. Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 55. num. 2. & de Canon. & dignitat. cap. 24. num. 4. Rot. coram Mant. dec. 56. num. 1. cum seqq. & in Maioricen. Canonicatus 19. Aprilis 1593. coram Cord. Millino.*

2 Et licet † collatio præbendæ Canonicalis ad Episcopum, & Capitulum simultaneè pertineat, dum tamen à Capitulo, cui onus eam conferendi personæ nominatæ per Episcopũ inhærebat, vt præter auctoritates superius relatas, dixit *Rota coram Seraphin. decis. 1218. ante*
3 *num. primum* Petro fuit † denegata collatio, debet hic in ipsius odium reputari, & est perinde ac si verè illam reportasset, vt ad *Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 51. nu. 39. cum seqq. Rot. dec. 97. num. 3. par. 3. recent. & in Gerunden. beneficij 17. Iunii 1644. in §. non obstat, & in Burgen. Beneficii 28. Iunii 1651. in primo §. coram bo. me. Bichio, cum alijs recensitis in Vibinaten. Canonicatus 25. Iunii*

1655.

1655. post principium coram Reuerendiſs. D. meo Epiſcopo Papien.

4 Nec vrgere viſum fuit indultum † ſa. me. Gregorij XV. diſponens, vt Canonicatus Pœnitentiarij menſe quocunque in Cathedralibus, ac Collegiatis Eccleſijs vacare contigerint à locorum Ordinarijs, & Eccleſiarum præfatarum Capitulis præuio concurſu conferantur. Illud † enim proceſſiſſe conuincitur pro Eccleſijs in Hiſpaniarum Regnis cõſiſtentibus, nec ſuas valet proindè vires porrigere ad hunc Canonicatum in Cataloniæ
6 Prouincia conſtitutum, quæ † retinens dumtaxat nomen Principatus propriis legibus moderatur, nec ſub Hiſpaniarum Regni nomine continetur, licet Catholicæ Maieſtati ſubiaceat, vt pluribus relatis authoritatibus in terminis, huiuſmet Canonicatus fuit plenè reſponſum *in Barchinonen. Canonicatus 4. Decembris 1644. & 9. Iunii 1645. coram me, & ſucceſſiuè coram Reuerendiſs. Royas ſub die 15. Decembris 1645. & 26. Februarii, & 16. Aprilis præſentis anni.*

Et quamuis aliorum Hiſtoricorum monumenta in præteritis deciſionibus recenſita, nec non ab informantibus deducta Prouinciã Cathaloniæ Regali Stemmate referant inſi-
7 gnitam. Horum tamen † dicta debent in illorum concurſu poſthaberi, ac diuerſis adminiculis, quibus ipſi fulciri noſcuntur, *ad text. in cap. licet cauſam 19. verſ. ac præmiſſis de probat. Ruin. conſ. 67. num. 1. lib. 1. Gabr. de teſtib. concluſ. 4. num. 90. Rota deciſ. 77. num. 7. par. 9. recent. & in Romana Cambij 8. Iunij 1663. in §. hinc non vrget coram me*, his enim aſſiſtunt Regia diplomata, quamplura in quibus Catholica Maieſtas ſub nomine Principis Cataloniæ deſcribitur, nec non litteræ quoq; Apoſtolicæ tribuentes illi nomen Principatus.

Quinimmò prędictam Prouinciam ſub indulti tenore nõ contineri Canonici complures concludunt atteſtantes nunquam illud fuiſſe vſu receptum. Tùm prouiſiones etiam diuerſæ ſimilium Canonicatuum in Eccleſijs eiuſdem Principatus ab Apoſtolica Sede nullo præcedente concurſu peractæ, quarum aliquæ in deciſionibus editis coram me recenſentur aliæ verò noſcuntur poſtmodum ſubſecutæ in Eccleſia Viceñ de anno 1656. & in altera Dertuſcñ de anno 1658. vt ex Summ.
3 Petri conuincitur in *nu. 3.* Talis † quippè obſeruantia pro excluſiua interpretatione indulti benè deſeruit, *ad text. in l. ſi de interpretatione ff. de legibus Bart. in l. diuturna 32. verſ. item nota ff. eod. tit. Bald. conſ. 261. nu. 2. lib. 3. Menoch. conſ. 32. num. 44. cum ſeqq. Rot. deciſ. 175. nu. 10. coram Eminentiſs. D. meo Card. Otthobono, & in Carpenteraten. Iuriſdictionis 18. Maij 1663. in §. cum ex quo, coram me.*

Hunc quoq; intellectum ſuadet tenor indulti pro his Eccleſijs expreſsè petiti, ac conceſſi, in quibus fuerant magiſtrales præbendæ ſeù doctorales erectæ, vt ſcilicèt quemadmodum illa conſueuerant præcedente concurſu ex ſpeciali Apoſtolico Priuilegio conferri, ita quoque deberet obſeruari in collatione Canonicatus Pœnitentiarij in eiſdem Eccleſijs nouiter erecti, quare dum exiſtentia Præbendarum ſimilium Magiſtralium in Cataloniæ Principatu, nedum de tempore editi indulti, ſed nunc quoque ex plurium atteſtatione excluditur, eo facilius in proprio caſu locus eſſe nequit in dubio, vt tradit *Soccin. Sen. in conſ. 55*
9 *num. 1. lib. 1.* vbi quod, † qualitas à ſtatuto, vel Conſtitutione requiſita debet in ſpecie referri ad hoc, vt illius diſpoſitio valeat admitti, *Natt. conſ. 388. num. 1. Porl. conſ. 64. nu. 4. Rot. dec. 21 num. 1. par. 4. & dec. 217. nu. 7. par. 7. rec.*

Quamcunque prædictam occaſionem dubitandi videtur remouere huius extenſio indulti à Sanctiſſimo D. Noſtro ad petitionem Sereniſſimi Regis Hiſpaniarum conceſſi ad Cataloniæ Principatum abſque tamen vllo præiudicio iuris partibus, ea prouiſione quæſiti, ibi, *ſine præiudicio iuris alteri quæſiti extenſ-*
10 *dimus, & ampliamus,* † extenſio quippè præcedentem comprehenſionem excludit, *Decian. conſ. 26. num. 71. cum ſeqq. lib. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 397. num. 20. Rot. deciſ. 250. nu. 28. & 29. par. 7. rec. & in Oſcen. Canonicatus 1. Iulij 1658. in §. non obſtantibus coram R. D. meo Albergato.*

Animaduertebant denique Domini, quod dum in antecedenti vacatione ab Apoſtolica Sede Canonicatum, de quo agitur, vti non comprehenſum ſub indulto Ioannes Atxer, eiuſque adiudicationem ab hoc Sacro Tribunali ſucceſſiuè recepit præuijs tribus ſententijs conformibus in iudicatum ſucceſſiuè prolapſis cum acquieſcentia Capituli permittentis à Ioanne vſque ad ſui obitum Canonica-
11 tum pacificè poſſideri poſſet hic † vltimus ſtatus Petro pro ſubſtinenda prouiſione Epiſcopi ſuffragari, vt notat *Calderin. in conſ. 23. de præben. Alex. conſ. 74. nu. 16. lib. 4. Ferrett. conſ. 132. num. 10. Rot. coram Greg. dec. 77. num. 9. & 154. n. 3. par. 1. recent.* & in his terminis reſponſum fuit *in Oſcen. Canonicatus 1. Iulij 1658. in §. quod multo magis coram R. P. D. meo Albergato.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE,

Poſtea S. R. Eccleſ. Cardinal.

Piſtorien Iuriſpatronatus.

Veneris 15. Februarij 1664.

ARGVMENTVM.

Præſentatus à cõpatronis debet inſtitui in concurſu patroni alterius ſe ipſum præſentantis. Nemini licet ſibi ipſi conferre beneficium, & alia de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Rota in vocum paritate inſtituere poteſt ad beneficium, & eſt locus gratificationi.*

2 *Compatronus ſe ipſum præſentare non poteſt, cum præſentatio huiuſmodi ſaperet ambitionem, & præſentatus à præſentante non poſſet diſtingui, & num. 3.*

4 *Bene-*

Digitized by Google

4 *Beneficium sibi ipsi conferre nemini licet.*
5 *Patronus beneficii potest Ordinario supplicare, vt eum tanquam pauperem in beneficio instituat.*
6 *Ordinarius non prohibetur admittere ad beneficium patronum sibi supplicantem, quando solus ipse cõcurrit.*
Secus vt nu.7.
8 *Præsentato à compatronis debetur institutio in concursu alterius patroni se ipsum præsentantis.*
9 *Ordinarius potest supplicanti patrono institutionem in beneficio denegare.*
10 *Præsentatus à medietate patronorum consequendo gratificationem ab Ordinario censetur ac si solus fuisset præsentatus.*

DECISIO CXLI.

ORTA controuersia inter Vincentium q. Hieronymi de Bossijs, nec non Franciscum del Nero de Micheluccis super institutione perpetui beneficij siti in Cathedrali Ecclesia Pistoriẽ sub inuocatione S. Ioannis Baptistæ olim erecti ex dispositione Marci Iacobi Montenuti, illam Vincentio Domini attribuere, ipse siquidèm præsentationem obtinuit tàm à Capitulo dictæ Ecclesiæ tertiæ vocum parte habente, quàm à Francisco Andrea, & Bartholomæo de Micheluccis, quibus tanquam hæredibus, & descendentibus ex Andreæ filijs nominatis in eadem fundationis dispositione, controuerti non potest, competere duas in duodecim vocibus, quæ iunctæ cum aliis spectantibus ad Capitulum
1 constituunt dimidiam partem, † vnde cum Rota subintret in locum Ordinarij, *ex Clem. Auditor de rescript.* valet illũ instituere quamuis ad alterum spectet alia dimidia, cum tali casu ob vocum paritatem sit gratificationi locus *Io. Andr. in cap. cum autem vbi Card. & Abb. de Iurepatr. Lambert. tit. eod. par. 3. qu. 4. art. 11. & qu. 5. art. 1. num. 2. Cæsar. de Graff. dec. 1. num. 9. de Iurepat. Barbos. de off. & potest. Episc. par. 3. alleg. 72 num. 15. in fin. Marc. Ant. var. resol. lib. 1. resol. 104. num. 2.*

Neque præferendus videtur Franciscus vti
2 Compatronus, quando † cuique interdictum
3 est se ipsum præsentare, cum aliàs huiusmodi præsentatio saperet ambitionem, & præsentatus distingui minimè posset à Præsentante *cap. per nostras de Iurep. cap. cum in iure de elect. cap. fin. de institut. Peregrin. decis. 106. numer. 1. Buratt. decis. 316. numer. 2. & decis. 58. post Vivian. de Iurepatr. num. 19. Merlin. dec. 733. num. 3. Add. ad Buratt. dec. 712. in fin. cum alijs recensit. in decis. 29. num. 20. par. 7. & dec. 365. par. 9. recentior.*
4 Nemini † enim licet sibi ipsi beneficium cõferre *Goffr. in summa de Iurep. num. 17. Hostiens. in §. in quibus nu. 11. vers. illud committendum non est Rot. dec. 185. nu. 1. par. 2. diu.*

Minusuè ipse venit ad Ordinarij gratificationem admittendus, quod quamuis nemini
5 liceat se ipsum præsentare valebat † tamen Patronus illi supplicare, vt eum tanquam pauperem instituat *ex doctr. Abb. in cap. per nostras de Iurep. Grat. cap. 430. num. 5. Add. ad Buratt. dec. 316. num. 19. & ad dec. 34. num. 7. prim. vol. consil. Farin. Lambert. de Iurep. par. 2. lib. 2. par. 7. art. 3. Tondut. Seleger. resol. benef. par. 2. & 4. nu. 3. Rota in Cæsaraugustana Beneficij de Linares 26. Iunij 1646 in §. quia imò coram bo. me. Bichio.*

Nam conclusio procedit quando solum Patronus concurrit, qui per modum, & viam
6 deprecationis se ipsũ præsentet, † tali quippè casu Ordinarius non prohibetur illi gratificari, & ad beneficij institutionem admittere, cũ nullius præiudicium ibi consideretur, secus autem est quando plures concurrunt Patro-
7 ni, quia † tunc Ordinarij gratificatio quoad vnum ex illis præiudicium alijs infert, vt declarat *Lambert. de Iurepatr. art. 4. qu. 8. in princip. par. 1. lib. 2. num. 7. vers. ad vnum tamen est aduertendum Sanch. conf. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 74. nu. 6. in fin. Corrad. in prax. benef. lib. 4. cap. 2. nu. 74. Abb. in cap. per nostras & ibi Barbos. nu. 5. Campanil. diuers. Iur. can. rubr. 11. cap. 3. nu. 40. Canalcan. decis. Finizan. la 28. par. 3. num. 247.* nam † concur-
7 rentibus Patrono supplicante, nec non præsentato ab alijs compatronis, præferendus est præsentatus, quia illi de necessitate debetur institutio *cap. quoniam de Iurep. can Monasterium 16. qu. 7. can. cum Bertoldus 18. vbi Abb. nu. 12. de re iudic. Rot. dec. 15. num. 1. par. 5. rec.* Supplicanti
9 verò ex quadam æquitate, † quinimò potest Ordinarius illi denegare *Ciarlin. contr. foren. 69 nu. 17. & 19. Rot. dec. 430. num. 40. par. 9. rec. penes Vivian. dec. 151. num. 24. in fin. & coram Pania decis. 1380. nu. 7. & dec. 457. num. 5. cum seqq.* & sic
10 præsentatus † à medietate consequendo gratificationem ab Ordinario censetur perinde ac si solus fuisset Præsentatus *Clem. plures §. fin. vbi Vitalin. de Iurepat. Lambert. tract. eodem lib. 2. par. 2. qu. 3. art. 6. & 7. nu. 1. vers. nisi dicamus Add. ad Buratt. dec. 651. nu. 11. & 12.*

Reliqua verò, quæ deducuntur sublata remanent ab Informantibus pro Vincentio.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Firmana Bonorum.

Lunæ 18. Februarij 1664.

ARGVMENTVM.

Sententiæ iniustitia præbet causam restitutionis in integrum, etiamsi ista ex nouiter deductis detegatur, & nunquam rei iudicatæ vires assumit licet appellatio intra biennium prosecuta non fuerit. Bona permutata quando in casu euictionis fuerunt obligata, licet à tertio possideantur, permutanti ad illa regressus tribuitur. Permutans euictione contingente quam valeat actionem experiri. Possessio eodem tempore apud duos residere non valet.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione intra biennium non prosecuta intrat res iudicata.*
2 *Sententiæ iniustitia rem iudicatam excludit.*
3 *Sententiæ iniustitia præbet causam restitutionis in integrum.*
Amplia vt num. 4.

5 *Res permutata quando fuit euicta, permutanti regressus ad propria bona conceditur.*

6 *Actio à iure permutanti tributa non potest contra tertium possessorem exerceri.*

7 *Bona permutata quando in casu euictionis fuerunt obligata, regressus ad illa, licet possideantur à tertijs, tribuitur.*

8 *Euictione contingente permutans, vel agere potest rei vindicatione, vel pro consecutione interesse.*

9 *Prouisio specialis hominis non tollit facultatem à iure communi delatam.*

Quidquid dicendum si ex priuilegio illa competeret & num.10.

Alias pactum ad vnius fauorem adiectum in eiusdem odium posset retorqueri & nu.11.

12 *Iura superfluitatis vitium interdicunt.*

13 *Litis vigore fideicommissi instituta intimatio est omnino necessaria.*

14 *Scientia solemnis intimationis vices adimplet.*

15 *Bonorum confiscatione non probata, & executioni non demandata incorporatio illorum ad fauorem fisci desumi non valet.*

Amplia vt num.16.

17 *Possessio penes duos eodem tempore residere non potest.*

DECISIO XLII.

BERNARDINVS Pellicanus in compensationẽ prædij sibi traditi à Francisco Orlando tria eidẽ prædia in Territorio Ciuitatis Nouę constituta assignauit, super quorũ medietate, cum Francisca Bernardini Soror immissionem ex Iure fideicommissi Paterni obtinuisset Cæsar proindè, vti procurator fiscalis Iura cesserat super bonis Frãcisci Fratris in pœnam vltimi suplicij, vna cum bonorum confiscatione damnati, Iudicium instituit coram A.C. pro recuperatione dimidiæ partis prædij, eidemmet Bernardino permutationis Iure attributi; Ibique succumbente Causam bon.mem. Ortembergo obtinuit committi, in cuius locum ego suffectus dubium hodie proposui, vtrum rei iudicatæ locus, vel potius restitutioni in integrum existat, & respectu primæ partis negatiuè, affirmatiuè verò quoad alteram Domini responderunt.

1 Quoniam † res iudicata ex appellatione intra biennium non prosecuta proueniens iuxta *text.in auth.hodie C.de appell.,& in cap.cum*
2 *sit Romana eodem tit.*, † excluditur in casu proposito ex euidenti iniustitia sententiæ *ad text. in l.4.§.condemnatum vbi communiter DD.de re iudic.Felin.in cap.super litteris n.15. de rescript.Grat. consil.72.nu.1.& 2.lib.2.Surd.consil.324. in princ.*
3 *Rot.coram Seraph.decis.1123.nu.6.*, quæ ob † læsionem parti inferentem legitimam quoque causam præbet restitutionis in integrum, vt tradit *Socc.iun. in consil.128.nu.158. lib.1.*, vbi
4 conclusionem† procedere asserit in casu, quo ex nouiter deductis detegatur Iniustitia sententiæ *Cephal.consil.180.nu.12. & 13. lib.2. Rot. coram Buratt.decis.92.nu.5. & 452.nu.6. ibique Add.nu.9.& decis.169.nu.1.part.9. rec.*

Hæc autem Iniustitia desumitur ex denegato Cæsari regressu ad dimidiam prædii partem eidem absolutè debitum ex dispositione *text.in l.1.ibique DD.communiter C. de rerum,per-*
5 *mutatione*, † vbi euicta re permutata ad bona propria regressus permutanti indulgetur, *Bell.consil.83.nu.3.cum seqq.& num.8., & 9. Boer. dec.112.nu.13.cum seq.Surd.decis.173.nu.7.& 13. Cyriac.contr.233.nu.14. Rot.in Bonon. reintegrationis 14. Februarij 1659. in §.quoque enim coram me*, dum ille præsertim à contrahentibus fuerat expressè reseruatus in casu existimationis ibi, per pactum expressum inter eos, quod bona permutata, vt supra sibi ad inuicem remaneant obligata, & teneantur defensioni alterius rei permutatione, vt supra concessæ.

6 Hinc non vrget, quod actio † à Iure permutanti tributa *in l.1. C. de rerum permut.* nequeat contra tertium possessorem exerceri iuxta *text.in l.cum quibus 4.C.eodem tit. Socc.Sen. consil.68.nu.11.lib.4.*, vbi rationem ponderat, quod actio hæc condictionis ob causam vti personalis non insequitur fundum; Cũ enim
7 bona † permutata specialiter in casu euictionis fuerint obligata, regressus ad illa, licet possideantur à tertijs interdictus nullo modo cẽsetur, vt probat idemmet *text.in l.cum præsentibus vers.sed si secundum fidem C.de rerum permut. Alex.in l.1.§.si heres nu.1.ff.ad Trebell. Boer.dec. 112.nu.13.& 15.post med. Surd. decis.173. nu.28. & 29. Franc.decis.34.n.1.versic.sed quia in Instrumento & nu.2. Mangil.de euict.quæst.140. nu.12.& 13. Rot.decis.373.nu.6.part.9.recent.*

Huic verò regressui altera conuentio obstare non poterit, disponens, vt in casu euictionis damna deberent vna cum interesse præstari, illa siquidem cumulatiue censentur adiecta, vt scilicet quoties euictio contingeret in permutantis electione resideret vindicationem siue regressum ad bona propria experiri, vel agere pro consequutione interesse
8 iuxta dispositionem Iuris † eidem actionem vtrãque deferentis *in l.1. C.de rerum permuta-*
9 *tione,& in l.1. permut.29. C.de euict.* † Hominis quippè prouisio specialis non tollit facultatẽ
10 à Iure communi delatam quicquid † dicendum foret, si ex priuilegio illa competeret *Alex.consil.118.nu.24.& 25.vol.5.*, vbi eam ra-
11 tionem deducit, quod †alias pactum ad vnius fauorem adiectum, in eiusdem posset odium retorqueri *Dec.cons.99.n.4.vers.comproban. Aym. consil.442.nu.7. Becc.consil.83.n.12. Rot.coram Duran.decis.33.nu.29.& decis.404.nu.5.par.3.recent.*, & si permutanti pro damnis dumtaxat actio competeret in casum ea permutatorum bonorum obligatio apposita foret in casu euictionis contra dispositionem Iuris † super-
12 fluitatis vitium interdicentis *in l.si quando 112 ff. de legat.1., & in his terminis responsum fuit in Fanen. cessionis prima huius mensis February coram me in §. nec damnorum cum seq.*

Neque se poterit Magdalena eo sub prætextu tueri, quod contra Authores suos nul-
13 la † Intimatio litis à Francisca vigore fideicommissi institutæ præcesserit ad hunc effectum omnino necessaria iuxta *text.in l.emptor, §. & si permutationis 29. C. de euict.*, dum enim

cita-

citatio contra ipsos conuincitur executa in Iudicio Immissionis, pro cuius retardatione suas quoque defensiones adhibuerunt nullo proinde Cæsar intimationis onere premebatur *ad text. in l. Herennius 63. ff. de evict. notat. glos. in l. si dictum 56. §. si præsente in vero posse, ff. eodem tit. Natt. consil. 208. nu. 2. Rot. coram Cassad. decis. 26.*
14 *regul.*, vbi quod † scientia solemnis intimationis vices adimplet, *& decis. 390. nu. 3. par. 5. recent.*

Denique non obstat, quod in cessione per Cæsarem habita Procurator Fiscalis de Ordine Ducis Ciuitatis Nouæ bona sibimet ipsi incorporata exceperit, perinde ac si dum bona Franciscæ nomine euicta pertinebãt ad fiscum Cæsari nequeat Prædij actio regressus
15 competere, nec enim † incorporatio desumi non valet, ex bonorum confiscatione in sententia edita contra Franciscam inserta; dum confiscatio non probatur executioni demandata mediante bonorum apprehensione, nec illa fuere inter Ducis bona descripta *ad text. in l. si quando 3. C. de bon. vacant. lib. 10., vbi post glos.* in vero rationalis notat *Bart. nu. 2. Bald. ad numerum primum Sorc. in n. cons. 126. num. 2. lib. 2. Honded. consil. 42. nu. 39. lib. 1. Farin. in fragm. par. 1 in verbo bona nu. 116. Rot. coram Seraph. decis. 965. nu. 5. & 998. num. 6. & 13. cum seq. & in recent. dec. 627. nu. 9. cum seqq. & 635. nu. 4. & 5. part. 4. to. 3.*
16 cum † maximè eadem met bona post sententiam à Cæsare Francisci fratre probẽtur possessa, non † enim potest possessio penes duos
17 eodem met tempore residere *Rot. dec. 205. nu. 3. part. 3. recent.*

Et ita altera tantum, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Calaritana Capellæ.

Lunæ 18. Februarij 1664.

ARGVMENTVM.

Mandata loco executorialium per Rotam executioni demandantur non solum in prophanis, sed etiam in beneficialibus ad compellendum debitorem, vt statim satisfaciat, hæres citatus in Iudicio non comparens ob illius contumaciam in propria persona & bonis conueniri potest.

SVMMARIVM.

1 *Rota de stylo post lapsum decennij gustato iterum de iustitia sententiæ mandata debitæ executioni demandat prænia etiam concessione duplicati.*
2 *Mandata loco executorialium per Rotam executioni demandantur etiam in beneficialibus ad compellendum debitorem condemnatum, vt statim satisfaciat.*
3 *Hæres docere de bonorum hæreditariorum inuentario, & de illis rationem reddere tenetur.*
4 *Hæres ob contumaciam in propria persona, & bonis conueniri potest.*
5 *Deliberatio præsupponit possessionem.*

DECISIO CXLIII.

SALVATORI, & aliis de Gasolis fuit primo loco concessa manutentio in possessione controuersiæ Cappellæ, & postea per sententiam diffinitiuam, alterius de partibus reuocatoriam, declaratum Iuspatronatus ad ipsos spectare, & in vim illius, ob non interpositam appellationem in iudicatum transactæ, fuerunt cõcessæ executoriales, & demùm tàm pro refectione expensarum, damnorum, & interesse per Saluatorem passorum occasione recursuum ad Iudices laicos per Sattam, quàm pro reuocatione attentatorum fuerunt relaxata mandata executiue; Verum, quia, impedita vsque adhuc illorum executione, Gasoli nõ potuerunt debitam satisfactionem consequi, nec bona, eis indebitè, & attentatè vigore sententiæ Iudicis de partibus subhastata, recuperare, Ideò citatis personaliter Sattæ hæredibus, & bonorum deliberatariis, petebant noua mandata, vel illorum duplicata, nempè executiuum contrà bona hæreditaria Sattæ vna cum exequatur contra hæredes; nec non de manutenendo aduersus dictos deliberatarios, & Domini concedenda esse responderunt.

Nàm, constito iàm de validitate, & iustitia sententiæ super pertinentia Iuspatronatus, ac mãdatorum ex quinque decisionibus coram bon. mem. Bichio emanatis, Prima videlicet sub die prima Iulij 1644. in articulo manutentionis, Altera sub die 19. Februarij 1644. super pertinentia Iuspatronatus, Tertia 14. Decembris 1648. condemnante Sattam ad refectionem expensarum, damnorum, & interesse, non attenta exceptione compensationis melioramentõrum, per eumdem deducta; Quarta sub die 25. Iunij 1649. occasione recursuum ad Iudices laicos, & vltima sub die 28. Aprilis 1651. pro reuocatione, & purgatione attentatorum, commissorum ob nouum Iudicium, in partibus motum, spretæ pendentia litis in Rota, & ex illarum lectura pateat omnia fuisse abundè discussa, & comprobata Iustitia sententiæ, & mandatorum
1 relaxatorum; † Rota de stilo post lapsum decennij, gustato iterum de illa; mandata debitæ executioni demandat, prænia etiam concessione duplicati, vt dixit *in decis. 222. num. 5. post Zacch. de obligat. Camer. & in Iannen. separationis Thori 4. Aprilis 1660. coram me*, loco †exe-
2 cutorialium non solum in prophanis, sed etiã in beneficialibus ad effectum compellẽdi debitorem condemnatum, vt illico satisfaciat *Cassad. dec. 6. num. 11. de cauf. poss. & propriet. Rotæ dec. 2. sub num. 53. de rescript. in nouis fan. mem. Gregor. XV. dec. 43. numer. 15. & post Moastr. Perusin. de manuten. decis. 31. num. 3. cum seq. dec. 471. num. 1. cum alijs per eumdem adductis in obseruatione 101. num. 8.*

In quibus quidem mandatis iustè etiam visum fuit, apponendum esse exequatur contrà personas, & bona propria hæredum Sattæ, nàm cum fuerint citati, nec vnquàm comparuerint docendo de Inuentario bonorum

hære-

hæreditariorum, & reddendo de illis rationẽ,
3 ad † quam omninò tenentur *Speculat. de Instrum.edit. §.vltimo*, vbi *Bald. in fine, Gratian.discept.forens.cap.981.numer.27.&* 28. vtique † ob
4 hanc contumaciam in proprijs personis, & bonis conueniri possunt, iuxta doctrinam *Baldi.in l.finali, §.& si præfatam num.3.C.de Iur. deliber.Phanuc.de Inuent par.5.nu.130. Rota coram bon.mem.Merlin.decis.721.num.1.& 2.& in recent. dec.39.numer.1.cum seq. part.6. & in Beneuentana Dotis* 25. *Iunij* 1660., §. *prout Iustitia coram me.*

Sicuti etiam visum fuit non posse denegari mandatum de manutenendo in bonis subhastatis, & deliberatis vigore mandati Iudicis de partibus pro pretio Cappellæ, ac prætensis melioramentis relaxati postquam fuerat causa in Rota introducta, & emanauerint supradictæ resolutiones pro reuocatione attentatorum ex hoc capite commissorum dum † de
5 possessione constat ex ipsa deliberatione, illã in necessariam cõsequentiam præsupponente *l.decem* 136. *ff.de verb. obligat. Rota dec.456. nu.4. part.2.recent.* & Possessores non habuerunt se pro spoliatis, *Seraph.dec.1176.num.6.Coccin.decis.380.n.3.& in Aquilana Beneficij* 21. *Maij* 1660 *coram me*, §. *final.* & in alijs relatis per *Modern. Perusin.de manut.observat.* 0.d *nu.*82.

Et ita per Contradictas, &c.

R. P. D. EMERIX.

Camerinen pecuniaria.

Lunæ 18. *February* 1652.

ARGVMENTVM.

Compensatio vt excludatur satis est, quod creditum vnius illiquidum, & turbidum sit. Coniecturæ nimis vagæ, & generales nullum probationis gradum constituunt.

SVMMARIVM.

1 *Testes instrumentarij optimam sui dicti rationem reddentes concurrentibus pluribus adminiculis plenè probant.*
2 *Testis in pari gradu affinitatis aduersario coniũctus idoneus reputatur.*
3 *ad Compensationem excludendam sufficit quod creditum vnius turbidum reddatur, & nu.*5.
4 *Coniectura nimis vaga, & generalis non probat.*
6 *Cambia quando non debentur, tunc si soluantur fructus, illi ipso iure cedunt in sortem principalem.*

DECISIO CXLIV.

TRES emanarunt in hac Causa Decisiones coram Eminentiss. D. meo Cardin. Celso, in quarum prima sub die 26. Aprilis 1660. dictum fuit intrare compensationem pro sorte Cambij scutorum mille, in secunda verò, & tertia sub die 30. Maij 1661. & Martij 1662. responsum fuit, fructus non deberi, nisi à mense Augusti 1654. & tamen pro illis non intrare compensationem; verum quia huiusmodi resolutionibus partes respectiue non acquiescebant, Rota voluit eas iterum audire super omnibus, & hodie Causa à me in locum Domini dicti Eminentissimi Cardinalis subrogato, repropolita censuit respectu antidatæ, & fructuum persistẽ. esse in vltimo loco decisis. Respectu verò Cambij scutorum mille reformand. esse primam decisionem, & compensationem restringen. ad scuta 346. 842.

Ratio resolutionis fuit, quia respectu antidatæ, & fructuum visa sunt adhuc subsistere fundamenta decisionis, illa siquidẽ benè probatur ex depositionibus trium testium, quorum primus deponit de facto proprio, & duo alij sunt Instrumentarij, seu Apocæ subscripti, & omnes reddunt optimam rationem sui dicti, & † ideò plenè probant, concurren-
1 tibus partim pluribus adminiculis ponderatis in decisionibus, & sunt *text.in cap.in omni de testibus, & in l.vbi numerus.ff.eodem*, & in his terminis notant DD. ibidem adducti.

Non obstat, quod primus testis, vt consanguineus Vagini, quia omisso, quod recipit adminiculum veritatis à dictis aliorum, testium, & coniecturis præfatis, nihilominus cũ
2 sit coniunctus in pari gradu affinitatis Thesco Aduersario pro idoneo reputetur, vt præter authoritates allegatas in decision. bus respondit *Rota coram Buratto decis.453.num.5. & in Perusina Bonorum* 14. *Iunij* 1647. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano*, § *deducta verò, & in Colonien. Legitimationis* 15. *Martij* 1658. §. *neque obiectio, coram R.P.D. meo Verospio* & tenuerunt plures cumulati *per Farinac.de testib.quæst.*54. *nu.*45.

Non obstat etiam, quod duo alij testes solum deponant se subscripsisse d. apocham de anno 1654. & proinde non excludant, quin verè, & realiter alia confecta fuerit de anno 1642. prout, tunc confici potuit ablq; corundem subscriptione, siquidem omnem dubietatem tollit depositio primi testis, qui testatur non solum de subscriptione Testium facta de anno 1654. verum etiam fatetur eodẽ tempore, & non prius confectam fuisse ipsammet apocham à Picciono Notario, & per Vaginum subscriptam hodierno *Summ. Matthia nu.*1.

Cui dispositioni valde conferunt, tum verba finalia apochæ ibi, *& in fede si è fatta la presente roborata da noi, e da gli infrascritti testimonij questo dì, & anno retroscritti*, ex quibus patet contrahentes voluisse vnico contextu vna cũ testibus apocham subscribere, non autem ex interuallo.

Tum etiam Archiuiatio facta solum de anno 1655., & annotatio præteusorum fructuum descripta ab ipsomet Thesco, tam in libris, quàm à tergo apochæ post Archiuiationem iuxta reculationẽ Thesei declarandi apocham pro vera, & reali, & successiua declaratione cum Cauthela, dummodò non constet de contrario; ex quibus omnibus simul iunctis, ac alijs ponderatis in præfatis decisionibus coram Eminẽtissimo D. meo Cardinali Celso, existimarunt Domini sufficiẽter

pro-

probari antidatam, & tamen ad effectum excludendi compensationem cum credito Vagini, vndequaque claro, & liquido tam in substantia ex contractu venditionis nunquam controuersæ, quam in quantitate ex relatione tertij periti á partibus approbati satis esset,
3 quod creditum Thesei redderetur turbidum iuxta textum *in l. finali, & ibi Glossa, & DD. C. de compensationibus, & tradita per Rotam decis. 524. num. 5. part. 2. recentiorum, & coram Buratt. dec. 717. numer. 2. & dec. 155. num. 35. cum seqq. vbi plures cumulantur part. 9.*

Et hinc minus releuant cæteræ exceptiones ex aduerso replicatæ contra personas, & dicta testium, ac coniecturę in contrarium ponderatæ pro realitate Apochæ, quia exceptiones contra personas, & dicta Testium tolluntur tum ex præmissis, tum ex deductis in supradictis decisionibus Eminētiss. Reuerendiss. mei Cardinalis Celsi.

Coniecturæ verò non concludunt realitatē
4 apochæ, quia illa, †quæ deducitur ex eo, quod scuta mille soluta fuerint de anno 1642., & annotata in libris Thesei, est nimis vaga, & generalis Vaginus enim numquam negauit, nec adhuc hodie negat dictā solutionem, sed tantum sustinet, ex ea non posse inferri ad cōfectionem Apochæ Cambij, quia scuta mille leguntur soluta ad effectum creandi Censum, non autem Cambium, & quidem cum eisdē pactis conditionibus adiectis in Instrumento alterius Census, qui extinguebatur hodierno sūmario Vagini *nu.* 6. ac proinde dum creandus erat Census non cambium, & solutio est vnica, illa non potest deseruire ad coniecturandam confectionem Apochæ Cambij de dicto tēpore, sed potius retorquetur, & innuit contrarium.

Altera verò coniectura desumpta ex cōfessione Vagini emissa in eius extrema infirmitate parui similiter est momenti, quia Vaginus nihil confessus est, circa confessionem Apochæ, sed solum dixit, se in hac causa potius sensu, quam à ratione ductum fuisse, ad quod dicendum moueri potuit, vel ex sententia paulò ante ab A. C. contra ipsum lata, vel ex credulitate, quod ob antecedentē promissionem creandi Censum, teneretur ad fructus, vel propter illius non effectuationem, ad damna, & interesse pro eadem rata, vel etiā ex persuasionibus, & impulsu adstantium, & ideo dum contra dictas coniecturas militant superius ponderatæ & corroboratę depositiobus trium Testium, istis non est inhærendum
5 præsertim dum † ad effectum, de quo agitur sufficit creditum Thesei reddi turbidum iuxta *text. in l. fin. C. de compensat. & authoritates superius allegatas.*

Posita autem antidata necessario sequitur reformandam esse primam decisionem respectu sortis scut. mille, quia Vaginus non potest dici debitor fructuū Cābij ab anno 1642. vsque ad annum 1654. & ideò non potuit Theseus illos in suo libro ad debitum Vagini referre in eius crediti diminutionem, quinimo, si ipsemet Vaginus soluisset, aut dictæ descriptioni ad ipsius debitum consensisset, adhuc Theseus teneretur omnia sorti imputare *L. si non sortem in priore, & ibi Bartol. & communiter Scribent. ff de condit. in debit. Ciriac. controu. 540. num. 55. & seq. Surd. dec. 328. num. 14. & 17. Rota dec. 69. num. 1. & dec. 231. num. 22. & seqq. part. 9. rec.* & alias passim ac per consequens, cum facta dicta imputatione creditum Thesei reducatur ad scuta 346., vt apparet ex partitis & calculo *summario numer. 6. & 7.* pro illis dumtaxat intrat compensatio.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO.

Nunc. S. R. Eccles. Cardinali.

Romana Domus de Vsazzijs.

Lunæ 18. *Februarij* 1664.

ARGVMENTVM.

Donatio causa mortis potest reuocari, etiamsi pactum de non reuocando fuerit adiectum. Donatio quando est onerosa, seu mixta indiuidua donatarij acceptatio requiritur, qui quamuis sit minor potest reuocationi huiusmodi consentire. Probatio additionis hæreditatis est concludenter probanda.

SVMMARIVM.

1 *De Fideicommissi purificatione, & bonorum identitate docenti sicut non denegatur immissio, ita nec illius hæredi & num. 2.*

3 *Donans causa mortis donationem reuocare, & de bonis prius donatis ad libitum disponere potest & num. 4.*

5 *Clausulæ in executiuis adiectæ non immutant naturam principalis dispositionis.*

6 *Donatio causa mortis non obstante pacto non reuocandi, reuocari potest.*

7 *Donatio facta absenti ante acceptationem non dicitur perfecta.*
Quod non procedit quando in donatione adest stipulatio Notarij pro absente & nu. 8.

9 *Donatio quando est onerosa, vel saltem mixta non sufficit stipulatio notarij pro absente, sed requiritur specialis donatarij acceptatio.*

10 *Donatarius minor absque solemnitatibus reuocationi donationis consentire potest.*

11 *Actio competit tantum in bonis debitoris.*

12 *Donatione reuocata intelligitur etiam reuocatus ordo soluendi legata in donatione comprehensa.*

13 *Probatio additionis hæreditatis ex actu æquiuoco deduci nequit.*

14 *Probatio additionis hæreditatis est certè & concludenter probanda.*

DECISIO CXLV.

FRANCISCVS, & Fabritius Fratres de Vsazzijs vocati ad fideicommissum Caroli Senioris post intentatum Iudicium in Rota contra illos de Scagnis possessores trium domorum dicto fideicommisso subiectarum,

quas

quas alienauerat Iacobus Iunior eorum Pater conuenerunt in quodam Inſtrumento diuiſionis inter ipſos initæ. *Che la lite delle Caſe di Borgo con li Scagni, e fuoi Creditori ſi profeguiſca communemente, e guadagnandoſi vada à beneficio commune.* At cum pendente Iudicio Fabrius deceſſerit de anno 1611. & eo defuncto Franciſcus frater ſuperſtes fuerit immiſſus in poſſeſſionem dd. Domorum iſte vigore pacti in dicto Inſtrumento appoſiti aſſignauit Vincentiæ Zocchię hæredi dicti Fabritij loco medietatis Domorum recuperatarum, integram domum magnam excepto hoſpitio ſubtus eam cum Manſione & cella vinaria, quia verò huiuſmodi aſſignationi ſe oppoſuit Peregrinus Vitalis vti Creditor Franciſci, ideo Vincentia contra ipſum litem inſtituit, quam proſequuta fuit contra Virginiam eiuſdem Peregrini hæredem, quæ medio tempore non nulla iura illorum de Scagnis acquiſiuit.

Defuncta Vincentia ſucceſſit Franciſcus Cherubinus illius hæres vniuerſalis ex Teſtamento, qui proſequendo Iudicium per Vincentiam inchoatum obtinuit prius reuideri deciſionem 20. Card. Caualer. vbi dictum fuerat illis de Scagnis ſuffragari exceptionem detractionis Trebellanicæ ſpectantis ad Iacobum iuniorem alienantem, & poſtquam ab ea ex facto recellum fuit vt ex deciſionibus coram me emanatis 13. Martij 1662. & 27. Iunij 1663. ſucceſſiuè Cherubinus citatis tàm illis de Scagnis, quam Virginia vitali, ac lo: Antonio Pagnino Domus poſſeſſore, petijt dubium an illi ſit dãda immiſſio ſuper domo controuerſa, & pro qua rata, & Domini reſponderunt dandam eſſe in portione Fabritij.

1 Purificatio † fideicommiſſi ad fauorem Fabritij & bonorũ idẽtitas non controuertitur, ideoq; ſicut Fabritio denegari non poſſet immiſſio ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*
2 ita † quoq; cõcedi debet Cherubino hæredi hęredis *Mevoch. de ad ipiſc. remed. 4. nu. 236. Rot. dec. 116. n. 1. part. 3. recent. & in Romana hæreditatis de Scarfellis 17. Nouembris 1645. in fin. coram bon. mem. Dunozetto.*

Non obſtat quod Fabritius de anno 1607. ampliſſimam fecerit donationem omnium bonorum ad fauorem Franciſci fratris quo fit, vt domus de qua agitur ſpectet ad Franciſcum donatarium, & cauſam habentes, ab illo, non autem ad Fabritium eiuſque hæredes, quia cum fuerit donatio cauſa mortis, vt patet ex Lectura Inſtrumenti ibi *Concedo*
3 *per titolo di donatione cauſa mortis* vtique † potuit Fabritius illam reuocare, prout fecit ſub die
4 27. Aprilis 1610. ac de † bonis prius donatis ad libitum diſponere *l. mortis 10. ff. de donat. cauſ. mort.*

Nil relenante pacto de illam non reuocãdo, cuius vigore huiuſmodi donatio effici ſolet irreuocabilis, nam dictũ pactum non fuit adiectum ſubſtantiæ donationis, quo caſu Doctores admittunt, donationem præſumi factam inter viuos licèt mẽtionem mortis contineat, ſed quidem legitur in parte exequutiua ibi *Promette detta donatione e ſingole coſe in eſſa contenute hauer rate, e grate, ne meno reuocarle ò farle reuocare*, tunc enim quia eſt re-
5 gulare quod clauſulæ † in exequutiuis adiectæ non immutãt naturam principalis diſpoſitionis, ſed eidem omnino famulantur om-
6 nes conueniunt, quod donatio † cauſa mortis non obſtante hoc pacto poſſit quandocũqũe reuocari vt diſtinguendo tradunt *Dec. conſ. 204. num. 5. Ruin. conſ. 51. nu. 14. lib. 1. Conar. in rubr. de Teſtam. part. 2. num. 13. verſ. 2. concluſio Clar. in §. Donatio cauſa mortis quæſt. 1. numer. 6. Gard. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 1. titul. 13. num. 7. Menoch. præſumpt. 10. numer. 3. Rot. deciſ. 586. num. 5. part. 5. recent. cum aliis relatis per Add. ad Burat. dec. 581. nun. 18. verſ. hac tamen concluſio.*

Præterea viſum fuit donationem non poſſe ſuffragari attento quod Fabritius illam expreſsè reuocauit ante Franciſci acceptationẽ,
7 prout Iure fieri poterat, cũ donatio † facta abſẽti ante acceptationẽ nõ dicatur perfecta per *Text. in l. abſenti ff. de donat. Rot. deciſ. 421. numer. 428. vtrobique numer. 1. part. 2. recent. & poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſion. 123. numer. 12. & ſeqq.*

8 Et licet † non procedat vbi in donatione adeſt ſtipulatio notarij pro abſente vt in Bononien. donationis 10. Maij 1662. §. Quia coram R. P. D. meo Bourlemont, hoc tamen habet locum in donatione merè lucratiua, ſecus autem in donatione prout hic continente onus ſoluendi Virginię Liuianæ ſcuta 200. nec non ſcuta 100. pro dote vnius aut
9 plurium puellarum Cumque ſit oneroſa, † vel ſaltem mixta non ſufficit ſtipulatio notarij pro abſente, ſed requiritur ſpecialis, & indiuidua donatarij acceptatio, vt diſtinguit *Rota coram Merlin. deciſ. 697. num. 7. in rec. deciſ. 27. num. 1. part. 7. in Bononien. donationis 25. Iunij 1661. §. nec releuat coram R. P. D. meo Beuilaqua Fauentina Societatis 26. Iunij 1647. §. nam ſcientia coram Eminentiſſ. D. Cardinali Celſo, & in Romana Domus 27. Febr. 1663. §. Tamen quia coram me.*

Eoque fortius cum reuocatio ſucceſſerit de conſenſu ipſiuſmet Franciſci donatarij, qui cum ageretur de Iure quęrendo potuit
10 licèt minor † abſque ſolemnitatibus reuocationi conſentire *vt in Romana prætenſa donationis 25. Iunij 1660. coram Reuerendiſſ. Papien. §. fin.*

Non obſtat quod Domus controuerſa antequam per Franciſcum fuerit aſſignata Vincentiæ Auctrici Cherubini, fuiſſet iam per eundem Franciſcum ceſſa Valeriano Scalzino pro rata ſcutorum 800. cui proinde non poterat Franciſcus per ſubſequẽtem ceſſionem præiudicare, quia cum non agatur de debito fideicommittentis, ſed de particulari obliga-
11 tione Franciſci vtique Scalzino † pro dictis ſcut. 800. non competebat actio niſi in portione eiuſdem Franciſci Debitoris, & ſic domus magna remanet ab huiusmodi onere exempta cum in diuiſione fuerit aſſignata Fabritio, *Fontanell. de paſt. nupt. clauſ. 4. part. 2. gloſſ. 9*

num. 50. *& seqq. Rota in Cinitatis Castelli Census* 21. *Aprilis* 1625. *coram bo. me. Pirouano* §. *Quia vers. Attamen pro diuisione.*

Vltra quod non videtur subsistere quod hæc domus comprehendatur in cessione facta Scalzino cum tres Domus distinctæ reperiantur fideicõmissariæ sitæ in Regione Burgi è conspectu carcerum, quarum altera in pluribus actibus fuit solita appellari Domus magna, aliæ verò duæ vel Domus simpliciter, vel cum diminutiuo domunculæ dum igitur cessio loquitur de duabus domibus, nec vllam facit mentionem de Domo magna, vtique ista remanet exclusa, & potuit deindè assignari Vincentię attento præsertim quod videtur prorsus inuerisimile quod si Franciscus cessisset domum magnam Scalzizino voluerit postea eandemmet domum, quam amplius non habebat tradere Vincentiæ pro portione Fabritij.

Summa verò per Franciscum Soluta Virginiæ Liscianæ pro adimplemento onerum in donatione comprehensorum non potest à Pagnino pretendi, quia solutio tanquam facta de anno 1612. & sic per duos annos post reuocatam donationem remanet prorsus vo-
12 luntaria, cum per dictam † reuocationem donationis, omnibusque & singulis in ea cõtentis fuerit quoque reuocatus ordo soluendi dictum legatum, vt in Romana scutorum 30. mil. 9. Aprilis 1661. coram R. P. D. meo Albergato.

Denique non obstat quod Fabritius fuerit hæres Iacobi Patris & propterea non docto de Inuentario, & non reddita ratione non posset impugnando factum defuncti alienationem domus reuocare Quia de huiusmodi aditione non constat, & ad istum effectum non sufficit Instrumentum compromissi relatum in Summario Pagnini *num.* 8. Nam licèt Franciscus & Fabritius fratres compromittant omnes eorumdem pretensiones & lites motas, & mouendas super hæreditatibus Iacobi, & Paulæ eorumdẽ Parentum, hoc tamen non concludit per necesse aditionem in bonis & hæreditate eiusdem Iacobi, cum lis potuerit concernere prætensiones contra hæ-
13 reditatem. Vnde ex † hoc actu æquiuoco de-
14 duci non valet probatio aditionis, quæ † requiritur certa, & concludens *Card. Cavalcr. dec.* 452. *num.* 1. *Buratt. dec.* 207. *num.* 3. *ibique Adden. & in Romana Societatis officij* 18. *Martij* 1658. *coram Reuerendiss. Papien.* §. *neque prædictis.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Gerunden. Sigillorum.

Luna 3. *Martij* 1664.

ARGVMENTVM.

Declaratoria non potest relaxari contra illum, qui mandato nullo parere recusauit, Mandatum nullum exequi minime potest.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum in parte excessiuum, est nullum in totum ratione indiuiduitatis.*
2 *Mandati nullitas excludit contumaciam illius contra quem fuit relaxatum.*
3 *Declaratoria non relaxatur contra non parentem mandato nullo.*
4 *Mandatum excessiuum, & nullum non est executioni demandandum.*

DECISIO CXLVI.

LITTERAE executoriales mãdati de manutenendo in quasi possessione retinendi sigilla Curiæ Vicariatus, et officialatus Ecclesiæ Gerundẽsis ad fauorem Reuerendissimi Capituli, & Canonicorum relaxatæ personaliter intimatæ fuerunt Reuerendissimo Domino Episcopo, quia vero excipit de excessu mandati dubitaui an sit ferenda sententia declaratoria interdicti & negatiue respõsum fuit.

Decisiones nanque in Causa editæ respiciunt tantum sigilla officialatus, & mãdatum de manu tenendo comprehendit etiam sigil-
1 la Vicariatus, vnde † fit vt tanquam in parte excessiuum sit nullum in totum ratione indiuiduitatis *Put. dec.* 315. *lib.* 1. *in Correct. Rot. dec.* 225. *num.* 1. *& seqq. part.* 2. *Din. Add. ad Buratt.*
2 *dec.* 168. *num.* 8. quæ † nullitas excludit contumaciam in Reuerendissimo Episcopo, & cõsequenter deneganda est petita declaratoria *Rot. decision.* 319. *numer.* 1. *& 2. part.* 5. *Rec. & alijs allegat. Post de manutent. obseru.* 104. *numer.* 23.

Nec obstat quod in Hispania Vicarius, & Officialis idẽ sunt, & vnus sumitur pro alio vt in *add. ad decis.* 2. *de off. Vicarij in non.* ac proin-
3 de † Curia Officialis, seu officialatus & dicta Curia Vicariatus eo quod Curia sumit denominationem à Vicario, & Officiali qui illam regit.

Quia huiusmodi sigilla diuersa esse dubitari non potest cum Reuerendissimus Episcopus eorum distinctè, et separate possessionem apprehendat, vt constat ex Instrumento adeptæ possessionis Episcopatus de quo in summario dato pro Reuerẽdissimo Capitulo 20. Aprilis 1663. *num.* 4.

Parum releuat, mandatum de manutenendo censeri restrictum ad sigilla officialatus, & referri ad decisiones, quæ editæ fuerunt, nam cum illud expresè loquatur de sigillis Vicariatus, relatio potius fiat demonstratiue quã taxatiue *Rot. dec.* 221. *nu.* 3. *p.* 2. *Din.*

Denique nihil refert quod Capitulum insteterit pro trãditione sigillorum Curiæ officialatus tantum, & declarauerit dumtaxat pe-
4 tere dicta sigilla, quia † cum mandatum fuerit excessiuum, & nullum, non est pro parte executioni demandandũ *Rot. in Perusina Societatis* 20. *Maij* 1624. *coram Vbalde cum alijs supra adductis.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D.

R. P. D. VICECOMITE,
Postea S. R. E. Cardinali.
Camerinen. Canonicatus.
Luna 3. Martij 1664.

ARGVMENTVM:

Appellatio impedit rem iudicatam, & appellãti à priuatoria possessionis sententia manutẽtio debetur. Gesta post appellationem attentatorum vitio laborant, *Concil. Trident. sess. 21. cap. 6. de reformat.* quid disponat, & quomodo intelligendum. Dispositio limitata, limitatũ producit effectum.

SVMMARIVM:

1 *Mandatum de manutenendo docenti de sua possessione conceditur, & num. 3.*
Amplia, vt num. 4.
2 *Possessionis priuatio, supponit præexistentem primæ possessionem.*
5 *Appellatio sententiæ executionem impedit.*
6 *Collatio appellatione pendente facta attentatorum vitio laborat, & nullum ius prouiso tribuit, & num. 7.*
8 *Appellanti à sententia priuatoria possessionis, manutentio debetur.*
9 Concil. Trident. sess. 21. cap. 6. de reform. *prohibet appellationem à sententia priuationis.*
Quod declara, vt num. 10.
11 *Sententia iniusta habetur ac si edita non fuisset.*
12 *Episcopus ex dispositione* Concil. Trident. cap. 6. *illiteratis debet dare coadiutorem, si scandalosè viuunt, debet eos monere, si in turpitudine permanserint eos priuare tenetur.*
13. *Beneficiatos antequam suspẽdatur debet prius moneri.*
14 *Dispositio limitata ad certum casum, ad casus non expressos, non debet extendi.*
Amplia, vt num. 15.

DECISIO CXLVII.

DISPVTATO hodie coram me dubio, an Herculi Masciatico sit dand. mandatum de manutenendo super possessione controuersi Canonicatus, DD. affirmatiue
1 respondérunt, docet † liquidem de sua possessione, ex Testium depositionibus affirman. decennij spatio possedisse, nec non ex litteris ordinationis eiusdem Herculis ad titulum dicti Canonicatus; quinimo ex Vicarij Camerinen. sententia, in qua eum priuauit Canoni-
2 catu priuatio † enim in necessarium antecedens supponit præexistentem priuati possessionem, *cap. cum contingat, nu. 65. de etat. & qualit. Rota decis. 541. num. 4. & decis. 304. num. 1. par. 2. recent. decis. 550. num. 6. par. 5. Merlin. decis. 755. numer. 1. Gregor. decis. 402. in princip. Rota in Farfen. Canonicatus 4. Iulii 1657. coram R. P. D. meo Beuilaqua, & in Alerien. Parochialis 8. Martii 1660. in princip. coram R. P. D. meo Verospio.*
3 Ideoque manutentio ei videtur concedẽda, quæ possidenti denegari minime solet, *cap. licet causam de probend. §. retinendæ instit. de Interdictis, Gregor. decis. 5. & decis. 549. num. 1. &*
4 eo præcipue, quia † ad Canonicatus Titulũ fuit ad Sacros Ordines promotus, *Rota in Balneoregien. Simonia 26. Maii 1625. §. non obstat sententia, coram Coccino, & in Meleuitana Parochialis 1650. §. tamen ex eo, & §. sequ. coram Bichio.*

Neque Hercules priuatus sua possessione remansit ex dicti Ordinarij sententia, & collatione de Canonicatu in persona Flaminij Rubini cum subsecuta possessionis aquisitio-
5 ne, quia cum † appellationem interposuerit aduersus sententiam priuatoriam, illius executio remansit suspẽsa, adcout tenebatur Or-
6 dinarius à collatione se † abstinere, propterea ab attentatorum vitio excusari, nequit, *Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 2. limit. 6. num. 36. cum seqq. & 44. Rota coram Gregor. decis. 515. nu. 1. & notat Beltramin. num. 4. & decis. 538. in Auenionen. Attentatorum, §. quia quidquid, coram Eminentiss.*
7 *Celso*, & consequenter cum † habeatur, ac si facta non foret, nullum ius prouiso tribuere valet, *l. fin. C. si per vim, vel alio modo Otthobon. decis. 48. num. 2. Gregor. decis. 46. num. 7. Merlin. decis. 231. num. 1. & 3. Pen. decis. 148. lib. 3.* sed ap-
8 pellans † manutentionem consequi debet per ea, quæ tradit *Lotter. de re benef. lib. 3. qu. 18. nn. 53. Scarc. de sentent. & reiudic. cap. 1. gloss. 4. qu. 3. num. 14.*
9 Non aduersatur dispositio *Sacr. Concil. Trid. in sess. 21. cap. 6. de reformat.* prohibentis, appel-
10 lationem à priuationis † sententia, quia ea intelligenda est de sententijs iustis, & validis,
11 quæ † censentur, ac si editæ non essent, *Lotter. de re Benef. lib. 3. qu. 27. nu. 76 Rota cor. Serapi. decis. 1346. nu. 1. & 6. & in Farfen, Canonicatus 4. Iulii 1657. §. non officit, coram R. P. D. meo Beuilaqua, & in Alerien. Parochialis 8. Maii 1660. §. neque poterit, coram R. P. D. meo Verospio.*

Nullitas autem, & iniustitia in proposito casu deducitur, nam post quam ordinauit anno 1656. die 23. Decembris, D. Herculem ad Titulum Canonicatus, tamquam scientia, ætate, vita, & moribus, idoneum repertum, nunc tamquam illiteratum, & scandalosum
12 priuauit, cum tamen † Episcopus, ex eodem *Concil. dicto cap. 6.* illitteratis debeat dare Coadiutorem, quando vero viuunt scandalosè debet eos monere, si autem in eius turpitudine perseueraucrint, tunc veniunt priuandi, vt apertis verbis, habetur in dicta *sess. 21. cap. 6 de reformat.* ibi: *Eos, qui turpiter, & scandalosè vixerint, postquam permoniti fuerint coerceant, castigent, & si voluerint incorrigibiles in sua nequitia perseuerare, eorum Beneficiis, iuxta Sacr. Constitutiones, & appellatione quacunque remota priuandi facultatem habent*, ibi; *Barbosa cap. 6. num. 9. Paris. de resignat. benefic. lib. 5. qu. 6. num. 101. Cap. ex crapula, & ebrietate, de vita, & honestate Cleric.*
13 vbi quod † debent suspendi, ergo debẽt prius moneri, *Tondut. quæst. benefic. qu. 2. cap. 5. §. 1. n. 25 Grat. cap. 991. nu. 6.*
14 Vnde cum Ordinarius habet facultatem priuandi restrictam, & limitatam ad casu detectæ incorrigibilitatis, non permittitur ei priuatio in alijs casibus nõ expressis per *Glos.*

communiter receptam, in cap. fin. de Iurepatronatus,
15 *Rice. dec. 25. n. 1. par. 3. n. 10.* maximè dum † fuit ordinatus ad Titulum dicti Canonicatus, *Tondutus dicta quæst. cap. 5. §. 1. nu. 23.*

Et ita informante solum Herculæ fuit Resolutum, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Præcedentiæ.

Lunæ 3. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Agitur de Præcedentia inter duas Congregationes, quarum vna ex vnione facta alteri, quæ vt prius à Sede Apostolica approbata, Congregationi collitiganti præcedit, vnde membrum capiti annexum iisdem priuilegiis, & muneribus quibus caput, gaudet, frui debere resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Præcedentia eadem gaudet membrum in vnione facta capiti, qua ipsum caput gaudebat.*
2 *Congregatio alteri vnita dicitur quodammodo dependens, illi cui vnita fuit.*
3 *Congregatio quamuis alteri vnita in suo statu antiquo, & honore remanet.*
4 *Præcedentia debetur illi congregationi, quæ prius approbata fuit.*
5 *Congregatio alteri vnita fit vnum corpus, eademque Iure, non autem diuerso regulari debet.*
6 *Præcedentia ordo est summoperè attendendus.*
7 *Præiudicium quale attendatur in vnione Congregationis alteri vnitæ facta, respectu alterius circa præcedentiam collitigantis.*
8 *Actus quomuis vnicus ad præcedentiæ manutentionem sufficiens reputatur.*

DECISIO CXLVIII.

SANCTISSIMVS D. N. Alexander VII. Congregationē Vallis Vmbrosæ, & Siluestrinorum nuncupatæ, omnia, & singula vtriusque illorum Monasteria, Grancias, Cōuentus, membra, & alia loca Regularia ad illas quomodolibet spectantia, & dependentia in vnam Congregationem Vallis Vmbrosæ, & Siluestrinæ, nuncupandam per suas litteras sub die 29. Martij 1662. datas perpetuo vniuit, & coniunxit. Cuius vnionis occasione, orta controuersia inter dd. Monachos Siluestrinos, & Cistercienses, quis eorum præcedere deberet in Processionibus, ad illam diffiniendam, proposito hodie dubio sub die 4. Iulij proximi præteriti, dum actum fuit de attentatis, dato an de cuius bono iure constaret, etiam ad effectum manutentionis ad fauorem Siluestrinorum, capta fuit resolutio, nam eo ipso, quod eorum Congregatio est vnita alteri Vallis Vmbrosæ sicuti, cum hac Cisterciensium Ordo, multo postea institutus, de Præcedentia non contendit, semperq; illam ei cessit, ita non potest controuertere Siluestrinis ratione huius vnionis vnum corpus effectis, & sub eodem Vexillo incedentibus, ne † alias contra Iuris regulas in materia Præcedentiæ potissimum seruandas membra à Capite separentur, *cap. 1. distin. 12. cap. cum non licet 12. de præscript. Felin. in capit. Pastoralis sub num. 10. de offic. Delegat. Macambr. de Anguil. cons. 54. num. 56. Gratian. discept. forens. cap. 111. num. 3. Barbosa de Canon. & dignitat. cap. 18. num. 44. Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 284. num. 4. & ibi Addent. littera B. & in recent. decis. 3. nu. 3. cum seqq. decis. 111. num. 3. & 4. par. 5. & in Ampurien. seu Ciuitaten. Præcedentia 28. Nouembris* 1659. *& 19. Aprilis* 1660. *coram Reuerendiss. Papiensi.*

Non obstat, quod Pontifex vniendo has Congregationes, non processit per viam extinctionis, & suppressionis tituli, & nominis Siluestrinorū, nec adeo subiecit Vallis Vmbrosæ, vt amiserit statum † suum, & quodammodo facta Sedes, & dependens ab illa cui fuit vnita, *cap. recolentes, vers. si enim relictis de stat. gloss. in cap. 1. verbo vniendo ne sede vacante, Garz de benefic. par. 12. cap. 2. num. 7. cum seqq. Gonzal. ad regul. 8. gloss. 5. §. 2. num. 27. & 33. Vivian. de Iurepatronat. lib. 14. cap. 5. num. 6. & 18.* sed ad inuicem, æque principaliter vnitæ, & coniunctæ fuerunt, vt desumitur ex illis verbis Bullæ vnionis, ibi: Congregationes Monachorum Vallis Vmbrosæ, & Siluestrinorū in vnam Congregationem, quæ Congregatio Vallis Vmbrosæ, & Siluestrina Ordinis S. Benedicti nuncupari, & coniunctis earum Congregationum prædictarum insignibus perpetuo coniungimus, & vnimus ex quo vniendi modo † quælibet Congregatio retinet suas proprias prærogatiuas, & præeminentias in suo statu antiquo, & honore remanet ad *text. in cap. decimas, in fine, & gloss. in capit. temporis 16. quæst. 11. Bald. in l. 2. in princip. C. comun. de legat. & in cons. 254. num. 4. lib. 4. Gonzal. dicta gloss. 5. & §. 3. num. 28. & 55. Garz. vbi supra num. 7. in fin. & num. 17. Mandos. cons. 27. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 28. num. 96. & 97. & lib. 2. quæst. 8. num. 87. Vivian. vbi supra numer. 7. & 27. Barbosa de offic. & potest. Episcopi allegat. 66. nu. 50* vnde inferebatur, quod si de præsenti, & ante vnionem Iura Siluestrinorum salua permanent, & in omnibus status antiquus conseruantur, non possunt prætendere Præcedentiam, sed † debetur Cisterciensibus, quorum Regula fuit primo fundata, & approbata, *cap. 1. cap. statuimus de maior. & obed. gloss. in cap. quorūdam, verb. prædicatores de elect. in 6. post Imol. cons. 167. num. 54. & 55. Gam. decis. 1. num. 1. Seraph. decis. 326. num. 3.* & in terminis similis Præcedentiæ inter eosdem Siluestrinos, & Oliuetanos, *Tob. Nonius cons. 71. a nu. 33.*

Quoniam responsum fuit ex dicta vnione quomodolibet facta in dubiè educi, quod Papa voluerit vtrumque Ordinem in vnam solam Congregationem, & corpus redigere, quæ ab vno tantum capite, scilicet Abbate generali alternatim ex professioribus dd. Cōgregationum insimul vnitarum eligendo regi, & gubernari, quo fit, vt siue accessorie, & subiectiuè, siuè potius æquè personaliter ema-

nauerit

5 manerit hæc duo † membra, non considerantur amplius diuisa, & distincta, sed vnũ corpus ad finem, vt eodem iure, non autem diuerso censeri, & regulari debeat, ad *tex. in cap. quia circa 22. de priuileg. & in cap. cum in tua decim. cap. cum non deceat, vbi Felin. da præscript. Federic. de Sen. in cons. 151. nu. 1. & sub nu. 3. vers. item constat, Gemin. cons. 32. num. 9. vers. probatur 1 Decian. respons. 32. num. 28. lib. 2. var. lib. 1. resolut. 69. num. 10. & 24. Rota in Toletana Iurisdictionis 9. Maij 1659. §. tum, & euidentes, coram me.*

Accedente præsertim, quod si alia daretur interpretatio, & permitteretur, quod inter has duas Congregationes vnum, & idem corpus nunc facientes incederent Monachi Cistercienses, maximum absurdum, & inconueniens sequeretur, quod tali confusione peruerteretur ordo, in præcedentijs introductis, & sum-
6 mopere † attendendus, *cap. vlt. 89. distinct. . . l. 1. & 2. Cod. vt dignit. ord. seruet. lib. 12. Menoch. cons. 226. num. 1. Ciriac. contron. 201. nu. 19. & contron. 202. num. 12. Rota decis. 858. num. 3. & 4. post Modern. Perus. de manuten. coram bon. mem. Merlin. decis. 637. num. 18. & in Oppiden. Processionum 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Verospio.*

Nec quidquam releuare vitium fuit, id quod dicebatur vnionem, regulariter præsumi fa-
7 ctã sine præiudicio tertij, quia † intelligitur de alio præiudicio, quam resultante ex qualitate, & natura ipsius vnionis, non verò de eo, quod venit in necessariam consequentiã, vt habetur in *extranag. 2. de concess. præben. Rebuff. in praxi, tit. de erect. in Collegiat. sub vers. & in hac erect. Oldr. cons. 330. in fine, Sarnen. super regula de iur. quæsit. non tollen. qu. 3. Seraph. decis. 1445. nu. 4. Merlin. decis. 198. Coccin. decis. 500. nu. 2.*

Constito igitur ex prædictis de bono iure Siluestrinorum. DD. censuerunt eisdem quoque esse dandum mandatum de manutenendo in possessionem præcedendi Cistercienses, prout illos de anno 1662. in solemni processione Rogationum, ad præscriptum vnionis Monachos Vallis Vmbrosæ præcessisse, vt deponunt Testes relati in Summario, qui actus
8 licet vnicus † sufficit pro manutentione, *per tex. & gloss. in cap. consultationibus de Iurepatronatus, Bartol. in l. 1. si hoc interdicto, ff. de itinere, actuque priuato. Abb. in cap. cum Ecclesia, num. 23. & ibi Rip. numer. 52. de cauf. poss. & prop. Menoch. cons. 226. num. 6. Gratian. discept. 310. num. 76. Rota decis. 229. num. 5. decis. 258. num. 1. post Modern. Perus. de manuten.*

Non officit, quod hæc possessio non suffragetur ad acquirendam manutentionem attenta protestatione facta à Monachis Cistercien sibus, contrà quos voluit acquiri, quia cũ ex supra firmatis Siluestrini necessario deberent incedere cũ Monachis Vallis Vmbrosæ, ex hoc sanè dicitur cõstare de bono iure, etiã ad effectũ, vt debeant in possessione manuteneri, ad tradit. per *Rot. in decis. 200. n. 1. & 6. penes eundem Posth. de manuten.* prout fuit conclusum, vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA
Anconitana Pecuniaria.

Mercur. 5. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Creditor anterior posteriori, semper est præferendus, nec retrotractio in præiudicium illius intrare potest, immo pecunias creditoribus posterioribus solutas, repetere valet.

SVMMARIVM.

1 *Creditor anterior debet posteriori præferri in consecutionem pecuniarum prouenientium, ex effectibus communium debitorum, quando in concursu consignata fuerunt, cum obligatione de restituendo prioribus, & potioribus, & num. 2.*
3 *Creditor posterior non potest excludere alium creditorem certum anteriorem, & num. 16.*
4 *Recognitio bonæ fidei efficit, vt recognoscens principalis debitor reputetur, non secus, ac si ipsemet ab initio contraxisset, & num. 5.*
6 *Creditum à die obligationis deduci debet.*
7 *Retrotractio non intrat in præiudicium alterius.*
8 *Procurator sufficienti mandato carens, non potest citra fines illius negotia perficere, & num. 9.*
10 *Mandatum verbis amplissimis conceptum excludit restrictionem ad negotium particulare.*
11 *Dictio* insuper, *apposita in mandato post narrata negotia particularia, indicat constituentes vltra expressa nouam potestatem velle subiungere.*
12 *Crediti anterioritas ex quibus excludi nequeat.*
13 *Fructus fundi dotalis, durante Matrimonio, ad virum spectant.*
14 *Creditor anterior pecunias posterioribus creditoribus solutas, repetere potest.*
15 *Verba sunt intelligenda secundum expressa in sententia, ad quam relationem habent.*

DECISIO CXLIX.

INHAERENDO Domini resolutioni in hac Causa captæ sub die 28. Maij anni præteriti, * iterum responderunt pro reformatione Sententiæ Rotalis absoluentis illos de Scalamontibus, à restitutione integræ summæ pecuniarum receptarum in vim Sententiæ Graduatoriæ, latè inter eos, & alios creditores fratrum de Zuperis, vti fideiussorum Camilli Gabrielli debitoris Census scutorũ 700. in sortem, sub die 9. Augusti 1584. impositi ad fauorẽ Ludouici Senilis patris Comitissæ Auctricis Hiacinti de Alexandris, nã stat firmum dictæ resolutionis fundamentum positum in anterioritate Census prædicti, qua attenta intrat Iuris regula, quod in consecutionem pecuniarum prouenientium ex effectibus communium debitorum, & quæ habentur pro extantibus, & non consumptis, & ipso, quod in concursu consignatæ fuerunt,
1 cum obligatione † de restituendo prioribus, & potioribus, *Franc. decis. 75. & decis. 200. nu. 4. Gratian. discept. forens. capit. 701. numero primo, Scappuc. de solut. interdict. lib. 2. quæst. 13. num. 2.*
2 debet ipsis † de Scalamontibus posterioribus

zed by Google

præferri, *l. qui balneum, ff. princip. ff. qui pot. in pig. l. si fundum, C. eod. tit. cum alijs cumulatis per Modern. Forolivien. de pign. & hypot. lib. 4. tit. 1. qu. 2. nu. 1.*

Non obſtat, quod Cenſus ipſis de Scalamontibus venditi in ſumma ſcutorum 1250. ſit anterior, dum fuit impoſitus per eundem Camillum, ſub die 10. Iulij 1584. & ideo per Iudicem in concurſu, fuit aſſignatus ſecũdus locus, cum quibus proinde non valet concurrere dictus Hiacintus de Alexandris creditor ſub dicta die 9. Auguſti ſubſequentis, & in ſententia in quarto loco graduatus, quia in hoc caſu, nec principaliter, nec fideiuſſorio nomine interfuerunt fratres de Zuperis, ſuper quorum bonis factus fuit cõcurſus, vnde
3 de Scalamõtes † non poſſunt prætendere prę-ſationem ad excludendum Hiacintum certũ eorum de Zuperis creditorem ſub die 9. Auguſti, ad *text. in l. aſſiduis 12. C. qui pot. in pign. §. fuerat inſtit. de act. §. bis conſequens, in authent. de æqualit. dot. collat. 7.*

Nec pro anterioritatis probatione, vis aliqua fieri poteſt in Inſtrumento
4 † recognitionis bonæ fidei, ſub die 24. Auguſti ſubſequẽtis ſtipulati, per quam fratres de Zupperis reputari debeant principales debitores, non ſecus, ac ſi ipſimet ab initio contraxiſſent, & Cenſum impoſuiſſent; *Cenc. de Cenſ. qu. 73. nu. 6 Rota poſt eundem deciſ. 534. nu. 1. & in recent. deciſ. 173. nu. 1. par. 7.* nam ſubſtitit reſpoſtio data in deciſ. quod ſolus Blaſius alter de dictis fratribus recognouit bonam fidem, & Cenſum in ſe accollauit fructuſque ſoluere promiſit ad fauorem Scalamontium, qui pecunias dederunt pro indemnitate Cammilli impoſitoris,
5 ex quo † in eius commodum, & vtilitatem verſæ ſunt, *Bartol. in l. in duobus, §. fin. nu. 15. & ibi Caſtren. de duobus reis, Gratian. diſcep. 701 num. 5. Rota coram bon. mem. Merlin. 577. num. 4.* Alij vero duo illius fratres, nempe Bernardus, ſuo, & Nicolai nomine, vti principales, & fideiuſſores per viã nouæ obligationis acceſſerunt, & imponentem indemnem releuare promiſerunt, vt cõſtat ex tenore Inſtrumentorum relatorum in Summario d. deciſ. dato, num. 5. & 6. ex quo fit, quod Scalamõtes à die 24. Auguſti tantum habent obligatos Bernardum, & Nicolaum de Zupperis,
6 vnde non niſi † ab eo tempore poſſunt deducere creditum, & pro illo ſatisfactionem obtinere ex illorum bonis ſecuta decoctione,
7 nulloque modo intrat † retrotractio ad diem 10. Iulij, in præiudicium Hiacinti habentis omnes tres fratres fideiuſſores in ſuo Cenſu ſub 9. Auguſti creato, & ſic per quindecim dies, antequã fideiuſſionẽ præſtiterint fauore Scalamontium, iuxta authoritates in *deciſ. allegatas, §. in hoc poſito, & faciunt, text. in dd. l. potior. & l. qui balneum, ff. qui pot. in pign. Roland. conſ. 46. nu. 37. verſ. 2. reſpondetur, lib. 2. Decian. reſponſ. 11. nu. 29. & 30. lib. 1. Gregor. deciſ. 227. nu. 2 repetita poſt Cenc. de cenſ. deciſ. 263. nu. 3. & 4.*

Nõ ſubſtitit, quod Bernardus, qui vti principalis, & procurator fratrum fideiuſſit in dicto Cenſu impoſito ad fauorem Senilis, ſuf-
8 ficienti mandato † carebat ea quo fuit à matre Tutrice, & alijs conſtitutus ad traficum omnium eorum mercium, & ſignanter dealbandi ceram exigendum, & omnia circa id
9 peragendum. Ideo citra fines † non potuit fideiubere in Cenſu, quia tenor mandati procuræ aliter cantat; fuit enim, & tributa facultas faciendi vltra præſcripta quamcumq; obligationem quibuſuis perſonis, quibuſcunq; de cauſis, & pro quibuſcunque ſummis, prout ipſi Procuratori videbitur, & placuerit ad obligandum, & hypothecandum ipſos, & bo-
10 na ex quibus verbis † excluditur reſtrictio ad negotium particulare, & extenditur generaliter ad omnia peragẽdum conſtitutum fuiſſe, *Rota in Romana Societatis Officij apud Marchef. de commiſſ. par. 2. nu. 2. & 3. fol. 591. & deciſ. 556. nu. 5 poſt Cenc. de cenſ.* attenta maxime dictione illa
11 *inſuper* † appoſita in mandato poſt narrata negotia particularia, quæ eſt notæ orationis principũ, & indicat conſtituentes vltra prius expreſſa voluiſſe aliam nouam poteſtatẽ ſubiungere, *l. ſeruus in prin. verſ. ſua inſuper, & ibi gloſſ. ff. de fundo inſtr. vel. ſtatutum, §. inſuper de reſcrip in 6. cap. inſuper de inſt. Gemin. conſ. 44. nu. 2. Giouag. conſ. 39. nu. 15. in fin. lib. 1. Rota deciſ. 21. nu. 35. par. 5 recent.* vltra quod hæc eſt exceptio de iure ipſorummet de Zupperis, qui cum iã non deduxerint, nec declarauerint ea vti velle, non poſſunt Scalamontes opponere ad
12 excludendum ex † hoc capite anterioritatẽ crediti dicti Hiacinti de Alexandris, *l. 2. ff. ſi ager. vectigal. l. 2. C. de iure emphit. l. loci corpus 4. §. competit, vbi Bartol. & alij, ff. de rei vendic. l. ſi quis emptionis 8. §. ſi verò nullum de præſcript. 30. annorum, Bartol. in l. 2. col. 1. verſ. quandoque, ff. de except. rei iudicat. Surd. conſ. 1. nu. 34.*

Non aſficit, quod Sententia graduatoria fuit acceptata per Cæſarem Bomplanum Virum Comitiſſæ Senilis, cui proinde ſicuti non licebat contrauenire, ita nec Alexandro, quia cum Centus eſſet in dotem illi aſſigna-
13 tus, & pro fundo dotali eſto quod † reſpectu fructuum ſpectantium ad Virum Matrimonio durante, *can. ſalubriter de vſur. l. in ſolam, §. vſuras, ff. ſolut. matrimon. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 244. nu. 2.* potuerit illis conſentire, & ſententiæ acquieſcere, certè quo ad proprietatẽ, & anterioritatem hypothecæ Cenſus, in cuius ſatisfactionem fuerunt conſignatæ pecuniæ, non potuit maritus illa non citata, præiudicium aliquod inferre, quin modo valeat
14 Hiacintus mediatus † hæres anterioritatem allegare, & pecunias poſterioribus creditoribus ſolutas, repetere, *l. ſeruus dotalis, & l. fin. ff. ſolut. matrim. Hondedei. conſ. 14. num. 54. lib. 1. Rota coram Buratto deciſ. 719. nu. 2.*

Minus denique releuat repetitum obiectũ deſumptum ex illis verbis obligationis creditorum, ibi: *caſu quo inſurgerent alij creditores*, ex quibus verbis inferebatur fuiſſe præſeruata iura alijs creditoribus non graduatis, qui adhuc non ſurrexerunt, non vero graduatis, & qui pecunias cum dicta obligatione de reſtituendo receperunt, quia eo ipſo, quod ſũt relatiua ad ſententiam graduatoriam, ibi: *in-*

xta

xta tenorem dd. sententiarũ, in quibus sunt præ-
15 seruata iura † quibuscunque creditoribus, tàm graduatis, quam non, secundum illam debent intelligi, *l. asse toto, ff. de hared. instituend. Surd.decis.212.nu.14. Rota decis.477. nu.3. par.3 Cenc.de cens.& respondet decis. . . §.fin.*

Quantum verò ad ratam pecuniarum, ex portione bonorum, & effectuum Blasij, circa quam nihil fuit in decisione firmatum. Hodie Domini confirmandam esse Sententiam Rotalem existimarsit, ex deductis in decisionibus Eminẽtissimi Domini Cardinalis Celsi sub diebus 16. Decembris 1584. hęcque recognitio tanquã declaratiua præcedentis impositionis Centus eius intuitu, & contemplatione per Gabrielem factæ, ac si cum eo esset impositus, ex allegatis ab ipsa die contractus competit Scalamontibus actio contra illius bona, nec cum eo potest concurrere Alexan-
16 der creditor † posterior, in hac rata concurrentibus præsertim pluribus coniecturis in eisdem decisionibus ponderatis, & quas denuo Domini approbarunt pro confirmatione dictę Sententiæ in hac parte.

Et ita fuit conclusum standum esse in decisis coram me tub die 28. Maij præteriti, & Sententiam Rotalem esse pro dicta, rata Blasij confirmandam, vtraque parte, &c.

Decisio quæ hic allegatur in decisione sub die 28. Maij præteriti anni 1663. coram eodem Reuerendiss. Benilaqua, est supra in hac eadem parte decis.70.

R. P. D. EMERIX

Ciuitatis Castellanæ tutelæ.

Lunæ 10. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Iuramentum in litem defertur quando concurrit dolus ex parte illius contra quem defertur, & difficultas probationis ex parte illius cui defertur prouenien. ex ipso dolo, vnde cessantibus istis non validè iuraturũ litem. Fructus hæreditatis ad quam summam taxẽtur. Super interesse incerto iurari in litem non potest.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio semper conceditur à Rota quando de aliqua iniustitia constat*
2 *Iuramentum in litem ob non confectionem libri tutelaris vt deferri valeat quid requiratur*
3 *Ignorantia & rusticitas tutoris excusat eundem non conficientem librum tutelarem adeo vt non possit in litem iurari*
4 *Hæreditas quando consistit in stabilibus potest ex eius fructibus, & expensis argui in quo tutor remaneat debitor*
5 *Fructus hæreditatis secundum Iuris dispositionem ad rationem quinque pro quolibet centenario, & anno taxantur.*
6 *Taxatio vltra dispositionem legis à Prætore facta sustineri non potest.*
7 *Expensæ quibus gravata annuatim reperitur hæreditas pupilli, veniunt ad fauorem tutoris in calculo imputandæ*
8 *Alimenta vna cum ætate Pupilli crescentis, crescunt*
9 *Decretum Iudicis excessiuum remanet invalidum.*
10 *Iuramentum in litem non potest deferri super interesse omnino incerto.*

DECISIO CL.

MARIA Narda tutelam egressa conuenit Bernardinum Chiricotium eius Vitricum, & Turore pro redditione rationis tutelæ coram Prætore Valerani, qui deferendo Mariæ Iuramentum in litem taxauit per decretum fructus damna, & interesse pecuniæ tutelaris in scutis 1526. à quo cum Bernardinus appellasset, & appellatio per tres conformes deserta pronunciata fuisset, obtinuit postremo à Signatura Iustitiæ committi mihi causã restitutionis in integrum, ad cuius rescripti formã dato dubio Domini respondерunt constare de causis restitutionis, moti præcipue ex iniustitia decreti, ob quam in
1 hoc S. Tribunali semper † concedi restitutio solet prout dictum fuit *coram Buratto decis.92. num.5. Caual.dec.164. nu.1. in rec.dec.205.& 241. vtrobique nu.1.par.8.*

2 Iniustitia autem decreti exinde eliciebatur quod Iuramentum in litem ob non confectionem libri tutelaris nunquam deferri solet, nisi duo copulatiue concurrant, dolus nempe ex parte illius, contra quem defertur, & difficultas probationis ex parte illius, cui defertur proueniens ex ipso dolo *l.actibus §.sed in omnibus cum seqq.ff.de in litem iurando ibique Bart.nu.2. Menoc.de arbitr. casu 208. nu.1.& 2. Spad.cons.257.nu.3.lib.2. Rot.in rec.dec. 44.nu.15.par.9.vbi plures cumulantur.*

In præsenti verò neutrũ concurrere visum fuit, dolum namque ex parte Bernardini sufficienter excludi DD. putabant in eius rusticitate, quæ † excusare solet ad hoc, vt con-
3 tra non conficientes librum tutelarem, non posset in litem iurari, vt aduertunt *Bartol. in l.si quando nu.251. C.vnde vi Soccin. sen. cons.39. nu.15. in fin.lib.1. Menoc. de arbitr.lib.2.cent.3.cas. 208.& seq. Rot.dec.44.n.23.par.9.rec.& in Romana redditionis rationis 16. Iunij 1651.§.iocalia vers quare par.1. coram R.P.D.meo Albergato.*

Difficultas autem probationis ex parte Mariæ excludebatur similiter põderato, quod redditio rationis huiusmodi, & absque libris
4 tutelaribus haberi potest, † cum enim hæreditas consistat in stabilibus, vtique potest ex eorum fructibus de supradictis dignosci, in quo Tutor remanet debitor prout aliàs ponderauit *Rot.& præsertim coram bo.me. Gregor.dec. 199.nu.5. ibique Add. nu.8. & in d.Romana redditionis rationis 16. Iunij 1651.§.non obstat quod liber tutelaris coram eodem R.P.D.meo Albergato.*

In quam sententiam eo facilius DD. inclinarunt, quia iniustitia decreti pariter refulgere visa fuit ab illius excessiuitate, nam siue inspiciatur relatio peritorum facta anno 1644. in qua habito respectu ad proprietatem omnium bonorum illorum valor in totum

con-

constituitur in scutis 1035. & fructus calculantur in annuis sc. 55. adeoq; secundum taxã legalem ad rationem quinque pro quolibet centenario, & anno iuxta opinionem *glos. in Auth. perpetua in verb. iuxta C. de Sacrosanct. Eccl. Rot. coram Cavaler. dec. 358. nu. 2. coram Buratt. dec. 765. nu 9.* siue attendatur relatio nuper factã ab alijs peritis, qui secundum præsentem bonorum valorẽ illum constituerunt in scutis 1453. & fructus calculantur in annuis scutis 204. & sic ad rationem septem, & vltra pro quolibet centenario, & anno, & per consequens vltra taxam legalem, vtroque modo excessiua detegitur summa taxata à Prætore.

6

Etenim demptis ex fructibus toto tempore ad ministrationis percepiis, vel ad rationem annuorum scutorum 104. annuis scutis 12. elargiri solitis pro eleemosina die festiuitatis S. Andreæ Apostoli, vt deponunt testes *sum. Bernardini num.* 8. nec non alimentis præstitis Mariæ, & eius sorori, quæ veniunt in calculo imputanda, *Escobar de ratiocin. cap. 22. nu. 4. Surd. de alim. tit. 6. quæst. 14, nu. 1. & seq.*

7

Illisque tamen imputatis ad rationem scut. 30. pro quolibet anno vsque ad ætatem decem annorum, & deinde ad rationem scutorum 40. vsque ad tempus Nuptiarum, quia alimenta vna cum ætate crescunt, *vt notant DD. in L. 2. de alim. Papill. præstandis Rot. in Tiburtina administrationis, seu redditionis 24. Nouembris 1642. §. quo vero ad secundã inspectionem coram bo. mem. Dunozetto*, vbi fuerunt taxata ad rationem scutorum quatuor pro quolibet mense, ex calculo resultabit, quod Bernardinus pro tempore toto administrationis, vel non remaneat debitor, vel saltem in modica quantitate, & per † consequens decretum deferens

8

9

iuramentum in litem Mariæ pro scutis 1526 vti excessiuum remanet nullum.

Nec obstat quod Prętor habuerit respectũ ad interesse lucri cessantis quia vltra quod ex præmissis excludi videbatur fuit responsũ,

10

quod super illo, vt pote omnino incerto nõ poterat in litem iurari *Farinac. in fragment. par. 2. verbo Juram. in litem nu. 1061. vers. 2. iurand. Seraphin. de priuile. Juram. priuil. 31. nu. 19. & seq.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX

Meleuitana Spolij.

Luna 10. *Martij* 1664.

ARGVMENTVM.

Religio S. Ioannis Hierosolymitani in præsenti casu excluſa remanet à spolio Militis, eo quia fruebatur indulto Pontificio Dapiferis concesso etiam si sint cuilibet religiosæ militiæ adscripti, transmittendi bona ad proprios hęredes, vnde proximiorem Dapifero ab intestato defuncto succedere debere resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Bona Dapiferorum ab intestato decedentium in vim priuilegiorum à Gregorio XV. indultorum deferuntur ad haredes proximiores*

2 *Restitutio in integrum conceditur quando de iniustitia sententiæ apparet*

3 *Acceptatio indulti per indultatarium non est necessaria quando agitur de priuilegio concesso à Principe per viam legis*

4 *Priuilegium non requirit factum positiuum priuilegiati, sed remouet obstaculum, & reducit personam ad primæuum statum Iuris communis & non est necesse, quod à priuilegiato acceptetur amplia vt num. 5.*

6 *Priuilegij notitia sufficit pro acceptatione dum agitur de priuilegio merè fauorabili, & gratioso.*

7 *Miles Hierosolymitanus facultatem testandi non habet absque Sedis Apostolicæ, vel Magni magistri licentia.*

8 *Priuilegium, de quo constat, sufficit adducere, quando de alio non docetur.*

9 *Constitutio Pontificis constitutionis alterius confirmatoria non tollit indulta particularia, quæ sunt extra materiam indultorum.*

10 *Regula de iure quæsito non tollendo locum habet vbi tollitur Ius quæsitum ex indulto particulari.*

11 *De Auctoritate Pontificis nefas est dubitare.*

12 *Testatoris dispositio imperfecta vim testamenti non habet.*

Etiamsi agatur fauore pię causę & num. 13.

14 *Testatore de bonis proprijs non disponente proximiores ab intestato vocantur tam ex dispositione iuris communis, iuxta quam sufficit quod non ademerit, vel alteri non reliquerit, quam etiam ex vi indulti Dapiferis concessi & num. 15.*

16 *Verba priuilegij clara tollunt omnem difficultatem.*

DECISIO CLI.

RESOLVTVM fuit constare de Causis restitutionis in integrum aduersus sententiam denegantem Annæ Mariæ Catarinæ immissionem in possessionẽ bonorum Equitis Ludouici eius patrui, quia cum hodie amplius non controuertatur, quin ipse tanquam Dapifer inseruiuerit bo. mem. Cardinali Peretto in Conclaui, in quo ad summum Apostolatum assumptus fuit fel. rec. Greg. XV. eius hæreditas non subiacebat spolio, sed in vim priuilegiorum ab eodem Greg. Dapiferis indultorum delata fuit ad Annam Mariã illius ab intestato hæredem proximiorem

1

Sperell. dec. 21. n. 41. vers. tamen sum. Pontifex par. 1 Rot. in rec. dec. 177. nu. 1. & 2. par. 2. & in Romana legat. pij 4. Febr. & 15. Maij 1628. cor. bo. me. Coccin. cui proinde sententia iniustè denegat immissionem, quod sufficit, vt restitutio sit cõcedenda

2

Rot. dec. 635. nu. 4. par. 2. & decis. 343. n. 1 par. 6. & decis. 50. nu. 2. par. 7. & decis. 169. num. 1. & 2. par. 9. rec.

Non obstat, quod non constet, Equitem Ludouicum acceptasse huiusmodi indultum & eo vti voluisse, quia † eius acceptatio non

3

est necessaria, tum quia versamur in priuilegio concesso à Principe per viam legis, & impressam inter alios eius cõstitutiones *iuxta distinct. Gloss. in probem. Clement. & in verb. de cætero ante med. & Bart. in l. omnes populi nu. 37. & seq. ff. de*

ff. de inst. & Iur. Menoc. de arbitr. cas. 185. nu. 13. & seq. Sanchez. de matr. lib. 3. dispu. 36. nu. 1. quam in his terminis amplexa fuit Rot. in prædallegata Romana legati pij coram Coccino.

4 Tum etiam quia illud † non requirit factum positiuum priuilegiati, sed simpliciter remouet obstaculum, & reducit personam ad primæuum statum Iuris comunis, vt in simili notant *Garz. de benef. par. 5. cap. 1. nu. 769. & 773. & Grat. discep. 854. n. 56. & in specie Lucidor. de illegit. cap. 7. nu. 8.*

5 Tum denique † quia indultum non fauet solis Dapiferis, sed etiam illorum proximioribus quos ipsis ab intestato decedentibus Pontifex desertis concedit, & indulget libere, & licite succedere posse, & nihilominus ad cautelam de acceptatione indulti satis apparet, non solum ex notitia, quam Equitem habuisse præsumitur ex qualitate indulti ab omnibus Pontificibus concedi soliti, & illius expeditione notabili expensa facta per Lucinũ omnium Dapiferorum Procuratorem, quæ
6 sola notitia sufficit pro acceptatione, dum agitur de priuilegio mere fauorabili & gratioso *iuxta text. in cap. 1. §. nec obstaret & ibi gloss. in verb. post tempus & scribentes de concess. præbend. in 6. & Rot. dec. 14. nu. 11. par. 2. diu. vbi plures cumulantur.*

Sed etiam ex depositionibus Testium *sum. Annæ mariæ num. 5.* deponentium, Equitem Ludouicũ sæpius sibi dixisse, se habere facultatem testandi à Greg. XV. & vlterius ex instrumento dotationis Annæ Mariæ, & in quo similiter asseruit se habere liberam, & plenariam facultatem erogandi scuta mille,
7 quod cum absque † indulto, vel magni Magistri, vel Sedis Apostolicæ facere non posset ex allegat. *per Duran. dec. 308. num. 8.* & de alio indulto non doceatur refereendum est ad id, de quo constat *l. 3. ff. de milit. testam. Felin. in cap. cum ex officio nu. 31. de præscript. Grat. discept. 854. nu. 2. Surd cons. 19. nu. 18. & plurib. seqq. & Rot. dec. 330. nu. 16. par. 9. rec.*

Nec subsistit quod hoc indultum, quatenus concernit Equites Hierosolymitanos reuocatum fuerit per Constitutionem Vrbani VIII. confirmatoriam constitutionum Clem. VII. & Pij IV. quia cum ipsemet Vrbanus concesserit simile priuilegium Dapiferis, & Constitutiones Clementis, & Pij restrictę sint ad priuilegia exemptiua Religionis ac à solutionibus decimarum censuum, Iurium Synodalium, & similium non potest dici, quod
9 Constitutio † Vrbani, quę est simpliciter illorũ confirmatoria, vt apparet ex eius lectura, & in terminis similis cõstitutionis ponderauit *Rot. dec. 569. n. 5. par. 2. rec.* tollat indulta particularia, quæ sunt extra huiusmodi materias, & de quibus in eadem Constitutione Vrbani nulla fit mentio contra expressam dispositionem Regulæ de Iur. quæsito non tollen, quæ
10 etiam locum † habet vbi tollitur Ius quæsituũ ex indulto particulari, vt in simili notat *Sarmen. ad Reg. de Iur. quæsit. non toll. quæst. 15. in fin. & alijs adductis Rot. dec. 711. nu. 1. & 2. par. 4. diu. & in terminis nostris Lotser de re Benef. lib. 2. qu. 39. n. 18. & Rot. d. dec. 569. nu. 2.* alioquin frustra Pontifices, & nominatim Vrbanus concessissent huiusmodi indulta cum derogatione priuilegiorum Religionis, quod non est dicendum.

Minus facit, quod Eques Ludouicus fere omnia sua bona aquisiuerit ex redditibus suæ Commendæ, & aliquoties dixerit, se non habere alium hæredem, quam Religionem, nec velle quidquã relinquere suis proximioribus, prout deponunt testes hodierno tum. Religionis *nu. 1. & 2.*

Quia nihil refert vnde bona fuerint acquisita, siue ex redditibus Commendæ, siue ex industria, vel aliunde, dum indultum loquitur nominatim de omnibus licite tamen ac-
11 quisitis, & † de authoritate Pontificis nefas esset dubitare.

Testes vero quatenus conantur deponere, Equitem Ludouicum habuisse intentionem relinquendi omnia sua bona Religioni, nihil concludunt de voluntate, seu dispositione perfecta, sed tamen de quadam propensione versus Religionem, seu proposito ad disponẽ-
12 dum, quæ † nullo modo habent vim testamenti, vt litteraliter dicit *text. in §. plane institutionũ de testam. ordinand. & in l. 24. ff. eod.* etiãli a-
13 gatur fauore † piæ causæ *Rot. dec. 108. n. 4. par. 7. rec. & in Romana hæreditatis 1. Aprilis 1658. coram R. P. D. meo Albergato.*

Quatenus autem deponunt eundem dixisse, *che non voleua lasciar niente à suoi*, & similia, nullatenus obstant † quia eo non dispo-
14 nente proximiores ab intestato vocantur, tam ex dispositione Iuris communis secundum quam sufficit, quod non ademerit, vel alteri non reliquerit *iuxt. text. in l. conficiuntur vers. quoniã creditur ff. de Codicill. & doctrinã Bald. Nouell. in l. cum filio fam. nu. 4. de legat. 1. quem seq. Curt. Iun. cons. 4. nu. 4. vers. eand. opinionẽ lib. 1. Cranett. cons. 70. nu. 13. lib. 1. & alij, quos cumulat Menoc. cons. 110. nu. 50. & seqq.* quia etiam ex verbis expressis indulti, ibi ijsque ab intestato decedentibus legitimi eorum hæredes quicunque succedere libere, & licite valeant,
16 quæ omnem tollunt difficultatem, ex adductis *per Sperell. d. dec. 21. sub nu. 41. & Rot. d. decis. 177. par. 2. rec.*

Et ita causa bis proposita resolutum fuit constare de causis restitutionis in integrum vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA

Palentina Iurisdictionis.

Veneris 14. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Quæ Beneficia Sedi Apostolicæ sint reseruata, & quando de huiusmodi reseruatione constat censuræ contra non concedentes beneficij reseruati possessionem quę de Iure non competebat nullatenus sustineri valent.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia Ecclesiastica in mensibus reseruatis vacan-*

tia Sedis Apostolicæ dispositioni reseruantur

2 *Immemorabilis non prodest aduersus regulas contrarium disponentes.*

3 *Censura tanquam iniuste non sustinentur sed statim sunt reuocandæ.*

DECISIO CLII.

VACANTE per obitum Io. Aluarez de mense Ianuarii 1656. Cappellania in Ecclesia Palentina Thesaurarius Ius conferendi prætendens illam contulit Io. Thomæ cui metu excommunicationis contra Cappellanos publicatæ tradita fuit dictæ Cappellaniæ possessio præuia tantum protestatione, & appellatione per prædictos interiecta cuius vigore commissa mihi causa proposui dubium An ius conferendi spectet ad Thesaurarium, & censuræ sustineantur; in omnibus negatiue resolutum.

Collatio enim Cappellaniæ controuersæ, non spectat ad Thesaurarium, quia cum ex fide obitus Io: relata in *fum nu.* 1. constet vacationem contigisse, vt præmissum est de mense Ianuarij sequitur illam esse reseruatã vigore Regulæ 8. hodie 9, Cancellariæ, in
1 qua omnia beneficia Ecclesiastica in d.ª mense, & alijs septem ibi expressis vacantia dispositioni Sedis Apostolicæ reseruantur, vt notat *Gonzalez super hac Regula gloss.* 11. *num.* 11. *Lother. de re benef. illius verba per extensum referts lib.* 2. *quæst.* 36. *nu.* 1. *& pluries dixit Rot. vt coram Coccin. decis.* 305. *n.* 1. *Duran. decis.* 406. *nu.* 5. *bo. me. Merlin. decis.* 391. *nu.* 1. *& in rec. decis.* 635. *sub n.* 5. *par.* 3. *& decis.* 369. *pariter nu.* 5. *par.* 9.

Nec ad prædictam collationem sustinendã suffragari potest, id quod asseritur in litteris desuper expeditis in dicta Ecclesia Palentina adesse consuetudinem immemorabilem, per quam Thesaurario licet conferre in quocunque mense, etiam reseruato succedat Cap-
2 pellaniarũ vacatio, quia omissa probationis discussione tanquam non necessaria, pro iustificata haberi non potest nec tribuit conferendi facultatem resistente eadem Regula 9. Cancellariæ iniuncto decreto irritanti, quæ habet clausulas derogatorias ampliſſimàs, & tollit ne dum consuetudines immemorabiles, sed etiam quæcunquæ priuilegia, & indulta continentia derogatoriarum derogatorias quibuscunque personis, collegijs, & superioribus collatoribus concessa, etiam in limine fundationis, quemadmodum tradit *Gonzalez. ad ipsam regul. gloss.* 35. *nu.* 21. *& 24. & pluries firmauit Rot. & signãter in Compsana Iurisp. patronatus* 23. *Ian.* 1603. *cor. Litta impres. per modern. Pisan. de Iurepatronatus in princ. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 29. *§. & fuit responsum apud san. mem. Greg. XV. decis.* 240. *nu.* 1. *& ibi Add. nu.* 20. *&* 21. *Duran. d. decis.* 406. *nu.* 10. *bo. mem. Merlin. mox citate decis.* 891. *nu.* 2. *& in rec. decis.* 247. *n.* 17. *par.* 4. *to.* 2. *& decis.* 200. *nu* 10. *par.* 9.

Hinc facilis visa fuit resolutio secundę partis concernentis validitatem censurarum cõtra Cappellanos fulminatarum, nam posita insubsistentia Collationis ad Thesaurarium non pertinentis, nullo modo potuerunt sub illis adstringi iidem Cappellani ad tradendã possessionem loco pro collationis effectuatione
3 Ideo tanquam iniuste non sustinentur, sed debent reuocari *ad tex. in cap sacro* 46. *& ibi gloss. & Abb nu.* 12. *de senten. excom. & in cap. cum contingat* 16 *nu.* 4. *&* 5. *de offic. & potest. Indic. deleg. Valenzuel. conf.* 184. *nu.* 69. *lib.* 2.

Et ita conclusum fuit vna parte informante altera pluries citata &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Postea S. R. Eccles. Cardinali.

Meleuitana Beneficij.

Veneris 10. *Martij* 1664.

ARGVMENTVM.

Testatoris concurrente voluntate Iuspatronatus cum alijs bonis ad fideicommissarium transit, & ex quo arguatur Iuspatronatus gẽtilitium instituere voluisse. Iuspatronatus Ecclesiasticum cadit sub regulis reseruationis mensium. Proprietas attenditur non quasi possessio.

SVMMARIVM.

1 *Institutio debetur docenti de vacatione pertinentia Iurispatronatus, & de præsentatione.*

2 *Testatoris voluntas est executioni demandanda.*

3 *Iuspatronatus etiam ad fideicommissarium vna cum aliis bonis deuoluitur quoties testatoris voluntas concurrit.*

4 *Testator fideicommisso subijciens fauore descendentium fundum pro celebratione missarum relictum arguitur iuspatronatus gentilitium instituere voluisse.*

5 *Hæres qualitati beneficii per defunctum adiectæ derogare non potest.*

6 *Reseruatio censetur inducta per explicitam voluntatem reseruantis.*

7 *Filius administrator, & executor paternæ dispositionis non valet præiudicium inferre vocatis ad Iuspatronatus.*

8 *Iuspatronatus Ecclesiasticum cadit sub regulis reseruationis mensium.*

9 *Quasi possessio vnius non attenditur quando de proprietate alterius docetur.*

DECISIO CLIII.

CONTENDENTIBVS Carolo Balaguer necnon Ioanne Montemagno super beneficio situato in Meleuitana Ecclesia Sanctę Agathæ. Primo siquidem vigore institutionis ab Ordinario obtentæ ad præsentationem factam à Marco Antonio Inguarics tanquã Patrono, altero verò virtute Apostolicæ prouisionis ad eius fauorem emanatæ de d. Beneficio vti vacante in mense reseruato DD. de bono Iure Caroli constare coram me, hodie responderũt, docuit etenim de vacatione pertinentia Iurispatronatus, præsentatione, ac
1 Idoneitate, † quibus concurrentibus merito

Epi-

Epiſcopus illi inſtitutionem attribuit, *Rota dec.87.num.1.par.1.dec.232.num.1.par.5.recen. & in Cæſarauguſtana Beneficij 12. Ianuarij 1643. cor. Bichio, in Aretina plebania 6. Febr. 1654. in principio coram Reuerendiſs. Cerro Decano.*

Pertinentia namque Iuriſpatronatus reſpectu Marci Antonij controuerti nequit, dum ipſe originem, & deſcendentiam trahit à Iacobo Inquenes, qui beneficium fundauit pro ſuis deſcendentibus, quod clarè conuincitur, ex eo quod ipſe in teſtamento legauerit Mario filio Terras nuncupatas, *la Gionai*, poſitas in Inſula Meleuitana, in contrata, *dello Zurico*, cum oneris iniunctione, vt ex earum fructibus celebrari curaret vnam miſſam ſingulis diebus in ſuffragium propriæ Animæ in prædicta Eccleſia S. Agatæ, & in Codicillis per eundem conditis nedum hæreditatem, ſed etiam bona ei particulariter legata perpetui fideicommiſſi vinculo ſubiecerit ad fauorem deſcendentium à Mario, quibus defectis voluerit deſcendentes in infinitum, ex Mario altero Teſtatoris filio, qui caſus cum euenerit onus celebrari faciendi miſſas, ſpectat ad Marcum Antonium ſuperſtitem, ad quem tranſire deberent, & terræ legatæ, ex quarum
2 fructibus onus venit explendum, † aliàs enim Teſtatoris voluntas executioni non demandaretur, ad tradita per *Fuſar.qu.678.nu.23.vſq. ad num.29.& qu.688. Ruin.conſ.151. num.1.lib.2. Peregrin.de fideic.art.13.nu.80.& 81. Rot.dec.579. num.1.par.1.diuer. Otthobon.dec.177.nu.21.*

Non aduerſatur, quod Iuſpatronatus remanere debeat penes hæredem directũ eiuſq. ſucceſſores, non autem tranſire valeat ad fi-
3 deicommiſſarium, † ad quem etiam deuoluitur, quoties concurrat voluntas Teſtatoris tranſmittendi Iuſpatronatus ad fideicommiſſarium, prout in propoſito caſu deſumpto, ex eo quod cum ſubiecerit fideicommiſſo fauore deſcendentium terras relictas
4 pro celebratione miſſarum † apertè conſurgit inſtituere quoque voluiſſe Iuſpatronatus Gentilitium *Rot.dec.72.num.22.verſ.nam vis non eſt, & num.17. par.7.recent. apud Vinian.de Iurep. dec.121.num.4.cum ſeqq. in Mediolanen. Iuriſpatronatus. Martij 1661. §. non obſtat coram Reuerendiſs. Cerro Decano*, & notat *Garz. de benef. par.5.cap.19. Lotther.de re benef.qu.11.num.37. lib.2.*

Nullius eſt ponderis, quod Iuriſpatronatus erectionem non ſumpſerit ex diſpoſitione Iacobi, ſed à Marco filio, & conſequenter ius fuerit quæſitum eiuſdem hæredibus, & ſucceſſoribus, quia præter quam quod nõ licuit Marco Patri voluntatem immutare, qui deſiderauit cõſtituere Iuſpatronatus Gen-
5 tilitium, hæres † enim non valet derogare qualitati beneficij per defunctum adiectæ facit *tex.in cap.querimoniam de Iurepatr. Conc. Trid. in ſeſſ.25.de reformat.cap.5. Fercit.conſ.134. Gutier.conſ.1.ſub n.19. Lambert de Iurep.lib.24.cap.3 num.6.& 7.* Marius nil aliud intellexit, quam adimplere paternum præceptum, cui ſe conformare voluit, ibi, *volens propterea prædictus Marius ſatisfacere voluntati, & diſpoſitioni dicti ſui Patris*, cuius tenor ad maiorem animi expreſſionem fuit exaratus, ibi, *cuius tenor talis eſt & quamuis nõ fuerit in fundatione per Marcum facta reſeruatum Iuſpatronatus deſcendentibus vocatis in teſtamento ex fideicommiſſo Iacobi*, nihilo-
6 minus reſeruatio † cenſetur inducta ipſo iure ob explicitam voluntatem Iacobi, à quo erectio ordinata dicitur, iuxtà *deciſ.1122. par.3. lib.2.diuerſ. Mobedan. deciſ.1. de iurepatr. Gonzal.*
7 *ſup.reg.8.gloſſ.5.num.58.& ſeq.* Marius † enim nequit vocatis præiudicare, cum in erectione ſe geſſerit non vti verus Dominus; ſed tanquam nudus Miniſter, & executor paternæ diſpoſitionis, vt ponderauit *Rota in Romana Iuriſpatronatus 19. Decembris 1659. coram Reuerendiſs. Cerro.*

Hinc ſuffragari nequit Montemagno prętenſa quaſi poſſeſſio Monialium in iure prętentandi, ex quo prætenditur Iuſpatronatus
8 etium eſſe Eccleſiaſticum, † & conſequenter cadere ſub regulis reſeruationis menſium
9 quia quaſi † poſſeſſio non attenditur, dum docetur de non iure monialium ex publico Inſtrumento probante, proprietatem ſpectare ad Marcum Antonium *Roceb.de Iurepatr.in verb.competens qu.19.nu.45. Rot.dec.374.nu.4.& 5 par.1.recent. Merlin.dec.450.num.4.poſt. Vinian.de Iurepatr.deciſ.18.num.7.& dec.41.nu.5. cor. Bubio in Collutina Beneficii 5. Iuly 1659.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. TAIA,

Leodien prætenſæ nullitatis Ordinis.

Veneris 14. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Metus vt dici poſſit adeſſe debet eſſe talis, vt cadat in conſtantem virum, & quando teſtes de metu deponentes circa effectum, de quo agitur non deponunt, nihil probant; vnde retinens Canonicatum Sacros ordines requirentem per tempus conſiderabile ceſſante metu cenſetur Ordinem ratificaſſe.

SVMMARIVM.

1 *Metus debet eſſe talis, qui cadat in conſtantem virum, & nu.5. & 6.*

2 *Metus non præſumitur, niſi ab allegante iuſtificetur.*

3 *Teſtes de metu deponentes, & circa metum reſpectu de quo agitur non deponentes nihil releuant. Amplia vt num.4.*

7 *Metus non præſumitur in illo, qui facilem potuit habere acceſſum ad aliquem poteſtate præditum, qui vim eum pati prohibuiſſet, & nu.8.*

9 *in Coactione abſoluta character non imprimitur. Secus in conditionali, & nu.10.*

Quidquid ſit an ordines ſuſcipiens per vim coactionem teneatur continere num.11.

12 *Canonicatum retinens requirentem ordinem ſacrum per aliquod tempus conſiderabile ceſſante metu cenſetur ordinem ratificare.*

DE-

DECISIO CLIV.

NON constare de metu illato à Iacobo Patre Dionisio filio in susceptione ordinis Subdiaconatus DD. responderunt.

Qua, vel ille cuius probationes deducuntur erat vanus, de quo non est curandum cũ
1 debeat † esse talis, qui cadat in constantem
2 virum, & non † præsumatur nisi ab allegante iustificetur *ad Rotam decis.40. & decis.142. num.21.par.6.* vel penitùs omninò excluditur ex ipsa serie facti; Nam cum alius Canonicus vellet in gratiam Dionisij tunc Clerici Canonicatum Ecclesiæ Huensis resignare, & ob hoc alloquutus fuisset Iacobum Patrem Dionisij recusauit Pater præstare consensum, allegans filium nondum complesse studia, vt probant Testes in Summario *num.1.* Re autẽ cognita à Dionisio introductæ ab eo fuerunt aliæ idoneæ personæ ad inducendum Patrem ad consensum, declarando velle in Statu Ecclesiastico permanere vsque ad mortem, Patremque deprecando ne talem dimitteret occasionem, & Pater precibus inductus consensit resignationi, & litterarũ Apostolicarum expeditioni, quibus mediantibus Dionisius Canonicus institutus cum vestibus Canonicalibus necessarijs in Ecclesia sua resedit, vt probant Testes in Summario *nu.2.* & rem ponunt extra controuersiam, cum plena libertas, & propensio ad Ecclesiasticũ Statum demonstretur.

Idque corroboratur ex Epistola Patris ad Amicum vnum ex testibus: *Mi scriuete che mio figliolo Pier Dionisio potrebbe risoluersi à lasciare il Canonicato, permettendoli di fare vn viaggio sino à Francoforte li hò fatto sapere, che quando egli haurà eletto vno Stato sia Ecclesiastico sia di matrimonio Io consentirò &c. e se è portato allo stato del matrimonio, che sia con deliberatione ferma di pigliar vn partito, che sia honoreuole à lui, & à suoi Parenti.* Attamen filius Sacro Subdiaconatus ordine voluit initiari, prout fuit initiatus in Patria Leodiensi, & ad Canonicatum redijt, ibique ordinem exercuit.

3 Testes † deponentes de metu non releuant quia nihil substinens deponunt circa metum, respectu susceptionis ordinis Sacri, vt inquit
4 *Rot. dec.343. num.15.* Immò † neque aliquid dicunt de persuasionibus, & minis in genere, quodque fuerint illatæ ab illo, qui solet exequi minas, iuxtà requisitum, de quo *in l. interpositas 13. C. de transact.* Et tamen ad hunc
5 effectum requiritur † metus cadens in constantem virum *d.dec.343.num.16.& 17.& dicta decis.40.num.3.& 4.Barbos.vot.72.numer.119.ad fin.* præclari enim sunt textus *in l.6.ff.quod met.*
6 *caus.* ibi metum † non vani hominis, sed qui merito, & in hominem constantem cadat, *& l.9.ff.eod.* ibi, & metum præsentem accipere debemus non suspicionem inferendi eius, *Barbos.d.vot.77.nu.137.*

Maximè quod dum Dionisius viuebat Hui in loco Canonicatus, & ordinatus est Leodij, ibique cum plena libertate, vbi residebant Principes Episcopi, & Supremi Magistratus, ad quos facilis erat accessus pro re-
7 mouendo metu, militat † præsumptio iuris in contrarium inquit *Rot.d.dec.343.numer.19. & 20.* & optimè *Vulpian.in l.vltim.ff.de eo quod*
8 *met.caus.* ibi non esse verisimile † compulsum in Vrbe inique eum qui potuerit ius publicũ inuocare, & adire aliquem potestate præditum, qui vtiquè vim eum pati prohibuisset.

Superaddebatur ex facto testes non proba-
9 re coactionem † absolutam, in qua caracter non imprimitur, sed tantummodò conditionalem, vt effugeret cruciatus &c. in qua-
10 caracter † imprimitur, *ex text.§.Item quæritur cap.3.de Baptism. Rota coram Cæs.de Graff.decis.1. & 2. de his quæ vi, & met.caus. seu decis.19.& 20 & sunt decis.560.& 561.par.1.diuers.& d.dec.40. num.7* relicta nunc quæstione, an suscipiens ordines per vim coactiuam, itaut consequentèr caracter secundum omnes sit impressus teneatur continere, de qua *Rot.d.dec.40. nu.8. Azzor.instit.moral.qu.8.cap.14.lib.13.par.1. Sanchez.de matrim.disp.29.nu.3.lib.7.Pont.de matrim. cap.29.lib.7.Diaz.moral.resolut.193.tract.4.de Sacrament.par.3.Barbos.d.vot.77.num.11.vers. difficultas*, certè cum Dionisius nedum tenuerit Canonicatum, qui requirit ordinem Sacrum sed cessante metu per tempus considerabile illud retinuerit, & facilè exercuerit, inficiari
11 non potest, † quin hoc casu adsit ratificatio *Rota dicta decis.40.sub num.9.& decis.325.num.5. vers.secundo quia, & d.decis.342. num. penult. & vltimo, & coram Pan.Lugdun.edit.decis.1252.n.5. & dec.1257.num.2.P.Sanchez.d.disp.29.numer.9. Barbos.d.vot.76.n.111.& nu.119.*

Atque ita altera &c.

REVERENDISS. P. D. ALBERGATO Sac. Rotæ Decano.

Romana Dotis.

Veneris 14. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis *cap.131.lib.1.* quid disponat, & in contractibus matrimonialibus an veniat attendendum Statutum domicilij viri, vel vxoris. Hypotheca generalis an sufficiat, vbi specialis necessaria est, & alia, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis paratam habet executionem.*
2 *Statutum Vrbis* lib.1.cap.131. *disponit, quod lucrum dotis coniugi superstiti acquiratur quoad vsumfructum, quoad proprietatem verò filiis ex illo matrimonio susceptis, & num.5.*
3 *Statutum domicilij viri attendi debet, non locus vbi contractus matrimonialis stipulatus fuit quando est quæstio de lucro dotis.*
4 *Renunciatio non est trahenda ad alia in contractu non comprehensa.*
6 *Coniux superstes, si ad secundas nuptias non transierit lucra dotalia in proprietate acquirit pro virili portione vna cum filijs.*
Declara tamen, vt nu.7.

1 *Coniux*

8 *Coniux superstes per heredis vniuersalis institutionem de bonis disposuisse non videtur, sed specialis dispositio requiritur.*

9 *Hypotheca generalis non sufficit, vbi specialis requiritur.*

10 *Testator habens facultatem disponendi per simplicem hypothecam disposuisse dici non potest.*

11 *Reseruatio filiorum fauore inducta locum habet in lucris in simplici donatione vnius coniugis alterius fauore prouenientibus, seù in donationibus reciprotis titulum oneroſum continentibus.*

Quod declara, vt nu.12. & 13.

14 *Iura non distinguentia distinguenda non sunt.*

DECISIO CLV.

PLACVIT Dominis resolutio capta die 13. Iunij proximè præteriti pro relaxatione mandati ad fauorem Domini Ducis Sforti æ pro restitutione tertiæ partis dotis b. me. Ducissæ Renatæ eius Matris in lib. 5. mil. monetæ Turonen, quia bo. mem. Dux Marius eius Pater ad restitutionem in forma Cameræ se obligauit, cum ipse præmortuus
1 fuerit, venit casus restitutionis, & vigore obligationis Cameralis ad relaxationem mandati deuenire potest *Zacch. de obl. Cam. qu. 2. nu. 114. & seqq. Rot. dec. 150. nu. 4. coram Eminentiss. D. Card. Ottbob. & in Rom. pecuniaria 24. Martij 1662 §. sin coram R. P. D. meo Verospio, & sepe in alijs.*

Nec in vim donationis propter nuptias potuit Dux Marius ad fauorem Creditorũ de dd. lib. 50. mil. disponere, quia Statutum Vrbis *cap. 131. lib. 1.* disponit, quod lucrum
2 dotis à Coniuge † superstite acquiratur quoad vsumfructũ tum cum obligatione reseruandi proprietatem filijs ex illo matrimonio susceptis *Rota dec. 207. nu. 9. post Zacch. de obl. Cam. coram Eminentiss. D. Card. Ottbob. decis. 278. nu. 5. & in Romana Successionis 24. Ianuary 1650. cor. Eminentiss. Card. Corrado §. nam lucrum dotale.* Quæ dispositio Statuti non cessat ex eo quod promissio dotis, & cætera in Tabulis Nuptialibus contenta in Gallia stipulata fuerit. Quoniam vt in decisione respõsum fuit post subsecutam ratificationem in Vrbe perfecta fuerunt, & cum agatur de restitutione dotis, ac
3 illius lucro Statutum domicilij † viri attendi debet non autem locus vbi contractus stipulatus fuit *Rain. conf. 59. nu. 6. lib. 3.* & pluribus probat *Giurb. de consuet. Messan. cap. 1. glos. 7. par. 1 num. 5. & seqq. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 14. num. 1. vers. vnde cum in restitutione Rot. apud Posth. de manut. dec. 647. nu. 7. dec. 260. & 272. vtrobique nu. 1. par. 9. recent. Romana dotis 22. Iunij 1661. §. lucrũ verò, & 3. Maij 1662. §. quo verò ad lucrum cor. R. P. D. meo Verospio.*

Nec resistit, quod Partes in Capitulis matrimonialibus huic Statuto renũciauerint in illis verbis, *& à questo fine per la validità di tutto il contenuto nelli presenti Capitoli hanno le sudette Parti derogato à tutti li Statuti, & vsanze à ciò contrarie.* Quoniam cum priùs expresso iuxtà formam Statuti prædicti contraxerit, ibi, *la qual dote, e somma sino alla concorrenza dell'interesse delle 300. lire, quale sarà conforme allo Sta-*

tuto di Roma. Ad euitandam immediatam correctionem, dicendum est renunciationes Statutorum non referri ad lucrum, sed solùm ordinando, quod filijs seruetur proprietas, & intelligi debet respectu quantitatis, in qua Statutum contrariatur pactis, cum illud deferat quartam partem tantùm contrahentes, autẽ lucrum ad 3. auxerunt, ratione cuius incompatibilitatis dicendum est, Partes solũ respectu quantitatis Statuto renunciare vo-
4 luisse, ea ratione quia † cum ad illa renunciatio, & derogatio Statuti optimè referatur ad vlteriorem correctionem aliorum trahi non debet *Rom. conf. 199. nu. 7. Rolan. à Valle conf. 47. sub num. 18. vers. vnde ex his lib. 3. Pars. conf. 110. num. 6. lib. 3. Grat. discept. 546. nu. 13. discept. 576. num. 11. Rot. decis. 475. num. 6. par. 1. dec. 853. nu. 8. par. 4. diu. & in recent. dec. 208. n. 25. par. 8.*

Sed quatenus etiam Statutum renunciatũ fuisset, quod ex prædictis non subsistit adhuc de iure communi lucrum dotis quoad proprietatem spectat ad filios ex Ducissa Renata
5 procreatas, † vno enim ex Parentibus defuncto omnia lucra nuptialia filijs debentur §. *propterea supradicta, & ex Auth. vxore mortua C. de secund. nuptijs Alex. conf. 162. num. 3. vers. quia aut Pater lib. 6. Fab. de Ann. conf. 74. n. 20 lib. 1. Surd. conf. 364. sub nu. 21. Rot. in recent. dec. 65*
6 *nu. 5. par. 2. cum aliis in §. caterum* † licet autem coniugi superstiti, si ad secundas nuptias non transiuerit in premium Viduitatis induxerit Imperator *in Auth. si tum C. de secund. nupt.* quod lucra nuptialia etiam in proprietate acquirãtur pro virili portione vna cum filiis per quã correcta fuit *disp. d. Auth. Vxore mortua.* Hoc
7 tunc † intelligitur quoties superstes de tali lucro nominatim, & specificè disponat aliàs enim circumscripta litterali dispositione incorrecta remanent iura antiqua lucrum filijs reseruantia, vt explicat *Scip. Gentil. de bon. mat. lib. 2. cap. 2. circa med. Faber. in Cod. lib. 5. tit. de secund. nuptijs defin. 7. per. tot. Peregr. de fideic. art. 40.*
8 *num. 53.* vbi † quod Coniux superstes per heredis vniuersalis institutionem non videtur de bonis disposuisse, sed specialis dispositio requiritur *Fusar. de subst. qu. 550. sub nu. 15. vers. probatur ista sententia, aliisque relatis per Modern. Tondut. resol. ciuil. par. 2. cap. 115. num. 13. vsque ad finem.*

Dici autem nequit per generalem hypothecam adfauorem Creditorum Ducem Ma-
9 rium de lucro disposuisse, quoniam † hypotheca generalis non sufficit vbi speciales, ac indiuidua alienatio requiritur, vt in præsenti per *Tex. in auth. non autem C. de secund. nupt.* ibi, *nisi expressim transponat in alios præsumitur ipsis cõseruare talia lucra, & clarius ex §. soluto auth. de nupt. vnde d. tex. sumitur, ibi, placuit enim Nobis per præsumptionẽ, quia Pater dũ non viuens alienauerit, aut expressim obligauerit aliquid harũ rerũ, aut meriẽs non expressim in aliũ eas transposuerit, voluerit magis seruare filiis tanquam ex causa illorũ sibimet acquisitas, & non ad extraneos deducere, & dabuntur hac filijs honorepræcipuo ex nostra lege, licet non fiant heredes, aut patris, aut matris, aut vtriusque, vel si quidam eorum fiant heredes alij*

verò repudient hoc enim nobis rectiùs quam prioribus placuit habere &c. & proinde † habens fa-
10 cultatem disponendi per simplicem hypothecam non dicitur disposuisse, ex relatis per *Castill.contron.iur.lib.4.cap.62.nu.7. & prater relatos in §.fin. Rot.dec.484.nums.15.& 16.par.9.rec. & in Perusina bonorum 31. Maij 1650. coram Reuerendiss. D. meo Decano §. quia ad effectum.*

11 Non obstat, quod reseruatio † fauore filiorum inducta locum habere possit in lucris in simplici donatione vnius coniugis alterius fauore prouenientibus, seù in donationibus reciprocis titulum oneroſum continentibus,
12 hoc enim † procedere potest in lucris illis, qui contra voluntatem parentum, à lege filiis reseruantur, vt ex *lege fœm. 3. & l. hac edictali 6. C.de secund.nupt.* in his terminis procedunt auctoritates à Creditoribus † adductæ
13 secus autem in lucris ex præsumpta parentũ voluntate reseruatis, vt *in l.generaliter 5.§.illud etiam C.de secund.nupt.* ibi, *humanis sensibus hui c legi credidimus inferre,& in §.soluto Auth.de nupt.* ibi, *non autem per præsumptionem*. Quæ quidem iura reseruantia huiusmodi lucra filiis non præcedente dispositione Parentum loquuntur de marito,& vxore de lucro dotis,& do-
14 nationis propter nuptias, † vnde cum non distinguant, an pactum lucrandi sit simpliciter conceptum, vel reciprocè, nec nos debemus distinguere *l.1.§.generaliter,ff.de leg.præstan. Rot.dec.588.sub nu.9.par.4.rec.*

Ex quibus placuit Dominis in decisis persistere causa bis proposita vtraque &c.

☞ *In hac eadem causa coram eodem Reuerendissimo Albergato, emanauit altera decisio die 13. Iunij 1663. quæ est in hac eadem Parte XIV. in ordine decis.85.*

R. P.D LEONE VEROSPIO Marsicen Iurisdictionis.

Veneris 14. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Litis scientia ex quo arguatur. Ecclesia Parochialis nõ venit sub nomine Collegij quamuis illius Presbyteri ad instar Capituli congregentur. Ecclesia quando præsumatur Collegiata. Sententia quando impugnari non possit.

SVMMARIVM.

1 *Archipresbyter sibi priuatiuè quoad Episcopum iurisdictionem competere contendens principalis causa defensio ipsi inhæret.*
2 *Actus contra legitimum contradictorem exerciti iuri secundarium obtinentibus nocent quamuis ipsorum citatio nulla præcesserit.*
3 *Diligentiam maiorem præsumitur in causa tuenda ille adhibere, de cuius præiudicio principaliter agitur quam alter modicum habens interesse.*
4 *Litis scientia ex quo arguatur.*
5 Rota coram Millino in decis.345. & coram Penia decis.1175. & 1195. *declarans quoties de subiectione Ecclesiæ tractatur ad Episcopum principaliter æque ac Capitulum spectat ipsius iura tueri quando procedat & n.6.*
7 *Ecclesia Parochialis Presbyteri non veniant sub nomine Capituli, seu Collegij, licet ad instar Collegij consueuerint congregari.*
8 *Ecclesia non præsumitur Collegiata, donec priuilegium Apostolicum exhibeatur.*
9 *Transactio cum Episcopo à Presbyteris inita beneplacito Apostolico destituta nullius est roboris.*
10 *Acta contra Archipresbyterum gesta eosdem Presbyteros afficiunt dum illorum ius cum scientia eorum fuit in iudicium deductum, ac prænia citatio contra ipsos fuit executa.*
11 *Presbyteri soluentes expensas ab Episcopo in lite factas censentur actis ab Archipresbytero gestis inhærere & sententias acceptasse, ita vt eas non possint amplius impugnare.*

DECISIO CLVI.

FAVORABILES sententias in iudicatum successiuè prolapsas Reuerẽdissimus Episcopus in hoc Sacro Auditorio obtinuerat super iure exercendi Iurisdictionem in oppido Saponariæ, quarum vigore cum Presbyteri eo sub prætextu conarentur effugere, quod in Iudicio ab Episcopo contra Archipresbyterum instituto ipli citati non fuerint; dubiũ idcircò proposui, An acta, & rei iudicatæ virtus ipsos afficiant, resolutum affirmatiuè.

1 Dum enim † Archipresbyter sibi priuatiuè quoad Episcopum iurisdictionem competere contendebat; principalis causæ defensio ipsi inhærebat, vt tradit *Innoc.in c.olim causam 12.num.1.& 2.de rest.spol.& in c.cum venerabilis 7.num.2.post med.de relig.domib. Abb. in c.cum*
2 *deputati 16.numer.12.& 5.de Iudic.* Ac † actus proindè ab Episcopo contrà Archipresbyterum legitimum contradictorem exerciti debent Presbyteris ius secundarium obtinentibus officere, ipsorum licèt citatio nulla præcessisset, vt aduertit *Dec.in consil.342. numer.7.*
3 vbi etiam rationem adducit quod † diligentiam maiorem in causa tuenda ille præsumitur adhibere, de cuius præiudicio principaliter agitur; quàm alter modicum obtinens interesse *Alex.in l.sæpè 63.nu.70.cum seqq., ff. de re iud.& in consil.36.num.7. cum seqq. & consil.156. nn.1.5.& 6.lib.2.Paris.consil.28.nu.16.& 17.lib.1 Signorol consil.257. num.4.* vbi colluſiuè, seù in contumaciam edita foret sententia *Ruin. consil.202.nn.15.lib.2.Rot.in Romana Cambij 9.Iunij 1649. in §.Non remoratur coram bon.me.Arguelles, & in Tirasonen.Iurisdictionis 14.Decembris præteriti in §.De validitate coram R. P.D.Vicecomite.*

Dum maximè Presbyteri, contrà quos de anno 1629. ad Episcopi instãtiam fuerat executa citatio Rotalis; binos in Vrbe Procuratores diuersis vicibus constituere, ad hoc, vt liti ab Episcopo institutæ resisterent, in quorum executionem mandatorum Procuratores ad complures actus iudiciales contrà Episcopum in hoc Sacro Tribunali deuenerunt.
4 Hinc † in Presbyteris concludens scientia litis arguitur ab Archipresbytero longissimi tẽm-

temporis cursu acriter patrocinatæ, quæ operatur, vt sententiæ editæ contra eumdemmet Archipresbyterum facilius Presbyteros afficiant, licèt ipsorum fuerit in illis neglecta citatio, vt notat *Alex.in d.l.sæpè nu.18. ff.de re iud. Paris.consil.28.num.17.lib.1.Natt. consil.457. n.2.Gozz.ad.consil.103.nu.11. vers.praterea,vt tertio Hond.consil.25.nu.28.versic.& etiam lib.1.cum aliis recensitis in decisione edita in causa coràm bon. me. Bichio sub die 10.Maij 1649.in §.nusquam,*vbi Presbyterorum cùm Archipresbytero ponderatur collusio.

5 Hinc non vrget, quod † quoties de subiectione Ecclesiæ tractatur ad Episcopũ principaliter æquè, ac Capitulum spectet ipsius iura tueri, vt alijs relatis authoritatibus respondit *Rota coram Millino in dec.545. & coràm*
6 *Pen.dec.1175.& 1195.*siquidem† adducta conclusio sibi locum assumit in Ecclesijs Cathedralibus, ac Collegiatis, vbi vnicum corpus constituunt Canonici cum Episcopo, cuius virtute annexionis, ac interesse coæqualis ad omnes pertinet principaliter defensio, vt adnertit *gloss.in c.educeri.21. in ver. debeant de reser.*
7 Nec† valet consequenter admitti in casu proposito, quo Presbyteri Parochialis Ecclesiæ Sancti Antonini sub nomine Capituli, seù Collegij nequeunt recenseri, licèt ad instar Collegij intimul consueuerint congregari, *ad text.in c.dilecta 14. ibique gloss. notat in ver.vnum corpus de exc.prel.Gonz.ad reg.8. gloss.19.n.14.cum*
8 *seqq.* † Ecclesia enim non præsumitur Collegiata, donec priuilegium Apostolicum expressè exhibeatur, vel saltem præsumptum elicitum ex actibus per necesse Collegium inferentibus. Vel ostendatur in erectione primæua Presbyteros plures in Ecclesia sub Capituli nomine fuisse destinatos, iuxtà theoricam *Innoc.in c.postulasti30.n.1.de iur.patron.Host. in c.nobis fuit nu.2. cod. tit.Lotter.de re benef. lib.1. quæst.14.nu.30.cum seqq.Rot.dec.143. à nu.6.vsque ad fin.& 216.nu.2.cum seqq.par.7. recent. cum alijs recensitis in Materanen. Archipresbyteratus 21.Ianuarij 1648.in §.quod autem Ecclesia cum seqq. coram Eminentissimo D.meo Card.Corrado.*

Nec sententiarum virtutem poterunt Presbyteri euitare sub prætextu, quod ipsi prosequi intendant Iudicium coràm bon. me. Buratto eorum nomine institutũ super viribus transactionis ab ipsis Presbyteris initæ cum Episcopo, vbi vtriquè Iurisdictio, Archipresbytero videlicet, ac Episcopo reseruatur. Hæc
9 enim † transactio beneplacito Apostolico destituta nullius roboris decernitur *in decisionibus editis coram bo.mem.Bichio die 18.February &*
10 *11.Decembris* 1647. Adeò quòd dùm † ius Presbyterorum cum eorum scientia fuit in Iudicium deductum,ac præuia citatione contrà ipsos executa de anno 1629. debent acta contrà Archipresbyterum gesta, eosdemmet Presbyteros afficere, *Alex.in d. l.sæpe num.6.,ff. de re Iud.Rot.decis.47.num.2. post Zacch. de oblig. Cam.* Cùm maximè ijdem litis expensas Episcopo soluerint in summa scutorum quatuorcentum, nec non se velle suæ subiacere iurisdictioni declarauerint ad normam sententia-
11 rum Rotalium. † Ex tali quippè solutione censentur Presbyteri actis ab Archipresbytero gestis voluisse inhærere,nec non sententias acceptasse; ità vt eas nequeant amplius impugnare, *ad text.in l.ad solutionem 5.C.de re iud. Io.de Imo.in consil.144. in princ. & num.1.Rom. consil.9. ante fin.Corn.consil.80. num.4.versic.similiter consetur lib.1.Soc.sen.consil.45. num.11. cum seqq.lib.1.Alex.consil.136. num.2.lib.2. Dec.consil. 22.num.1.Rot.decis.2.num.2.de renunc.in nou.*

Cætera vero obiecta Domini censuerunt extrà dubium existere, eaque *in decisione 248. part.2. recent.* fuisse reiecta, *necnon in alijs editis coram bon.mem.Bichio, ac Eminentiss.D.meo Card. Corrado.*

Et ità vtraquè,&c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Firmana Successionis.

Veneris 14. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Statutum Terræ Amandulæ, tit. de testam. & de Succes. ab intestato rub.20. lib.2. præfert masculos agnatos secundi gradus cognatis, fœminis, & illarum descendentibus vnde vbi Statuti casus adest, illi standum est. Statutum mentionem faciens de gradibus secũdum Ius Canonicum intelligendum est disposuisse

SVMMARIVM.

1 *Proximiores in aquali gradu existentes cum alijs admittuntur ad successionem pro medietate ex Iuris communis dispositione, & pro eius consecutione competit remedium* quorum bonorum, *&* *num.* 2.

3 *Agnati sunt cognati per virilem sexum descendentes.*

4 Statutum terræ Amandulæ tit.de testament. & de Succes. ab intestato rubr.20. lib.2. *quid disponat.*

5 *Statuti casus vbi adest, non cadit vlla dubitatio, & illi standum est.*

6 *Gradus in successionibus etiam in terris Ecclesiæ numerantur secundum Ius Ciuile, matrimonio excepto.*

7 *Statutum mandans computari gradus in Successionibus secundum Ius Canonicum, secundum hoc fieri debet computatio pro admissione, vel exclusione succedere prætendentium.*

8 *Ius Ciuile in graduum computatione est attendendum cessante expressione quod attendi debeat Ius Canonicum.*

9 *Statutum faciens mentionem de gradibus intelligi debet secundum Ius Canonicum.*

10 *Dispositio status principaliter & de per se limitationem, & restrictionem non patitur.*

11 *Rubrica habens orationem perfectam sufficit pro decisione causæ.*

Amplia vt num.12.

Digitized by

DECISIO CLVII.

DEFVNCTO ab intestato Raphaele Mainardo hærede Testamentario Ioannis Antonij fratris, Volumnius, & Camilla de Picuccijs petebant immissionem in bonis liberis illius per Cæsarem & Franciscum de Mainardis possessis, sed Rota, vt priùs etiam A. C. denegandam esse censuit, quia licèt attenta Iuris communis dispositione, † iidem
1 Picuccij vti proximiores Raphaelis, & inæquali gradu cum Mainardis existentes ad illius successionem pro medietate deberēt admitti *per text. in Auth. post fratres la 2. C. de legitim. hæred. l. 1. §. 2. & 3., ff. de gradu affinit. Soccin. Iun. consil. 77. num. 31. lib. 3. Port Imol. consil. 8. num. 30. Honded. consil. 4. num. 46. lib. 1.*, & pro eius
2 consequutione † competeret remedium *quorum bonorum, l. 1. ibique Bart., & alij, ff. quorum bonorum Rot. coram Cardinali Caual. decis. 386. num. 1. & sequen. bon. mem. Merlin. decis. 22. num. 2. & dec. 526. num. 2. & in recent. decis. 415. eod. num. 2. par. 5.* attamen cum sint Cognati, quia nati ex Maria Ioanna Sorore d. Raphaelis nupta Cornelio de Picuccijs, Cæsar autem, & Franciscus vti Nepotes ex Nūcio Mainardo fratre,
3 & sic † Agnati, *§. sunt autem Instit. de legit. agnat. successione l. non facile 4., & l. Iuris Ciuilis 10. vbique in §. cognationis, ff. de grad. affinit. Petr. Gregor. Tholos. Syntagm. Iur. par. 2. lib. 9. cap. 9. numer. 12.* non possunt cum dd. de Mainardis in consequutione hæreditatis Raphaelis Patrui con-
4 currere ob resistentiam † Statuti Terræ Amādulæ in cuius Territorio posita sunt bona *tit. de testamentis, & de success. ab intest. rubr. 20. lib. 2.* pr æferen maseulos agnatos secundi gradus cognatis, fœminis, & illarum descendentibus per hæc verba, *Et filij Masculi, & descendentes Masculi vsque ad secundum gradum in successione ab intestato proprie, vel improprie secundum Iuris dispositionem præferantur cognatis, & fœminis, & ipsarum descendentibus, ac si dicti Cognati, vel fœminæ, & ipsarum descendentes non extarent.*
5 Vbi enim adest † casus Statuti non cadit aliqua dubitatio, sed illi standum est *l. omnes populi 9. ff. de iust., & iur. l. illam 19. vers. de modo C. de collat. l. ancillæ, C. de furtis Grat. discept. for. cap. 157. num. 4. Mantic. decis. 256. num. 1.*

Non subsistit quod non intret dispositio Statuti loquentis de exclusione fœminarum propter agnatos in secundo gradu illis coniūctos, dum Cæsar, & Franciscus existunt in
6 tertio gradu de † Iure Ciuili computañ in successionibus etiam in Terris Ecclesiæ excepto matrimonio *c. ad Sedem 35. quæst. 1. Bart., & Bald. in l. si auie, C. de success edict. Surd. consil. 5. numer. 20. Honded. consil. 4. num. 3. lib. 1. Grat. disc. for. cap. 77. numer. 1. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 80. nu. 23.* Nàm huiusmodi intellectus recipitur, & datur Statuto simpliciter, & nulla facta distinctione graduum loquenti Aliter tamen dicendum est in proposito, in quo per aliud particulare Statutum inferius in lib. 5. & cap. 15. disponitur, quod vbi in aliquo Statuto fit mentio de gradu *ipse intelligatur secundum Ius*
7 *Canonicum*. Tunc enim absque hæsitatione non secundum ciuile, sed Canonicum fieri debet computatio graduum pro admissione, vel exclusione succedere prætendentium, quemadmodum tradunt *Bald. in l. fin. versic. sed si statutum C. de succes. edict., & in tract. de Stat. in verbo gradus num. 3. Dec. consil. 444. num. 4. Paris. consil. 23. num. 13., & consil. 66. vers. his tamen lib. 2. Honded. d. consil. 4. nu. 49.*, & alij congesti *per Modern. Lucan. in cons. 47. nu. 2. lib. 2.*

Non obstat quod in certis rubricis, & capitulis eiusdem Statuti fiat mentio Iuris Canonici, illudque seruari mandetur in quibus cum bene possit verificari Rubrica 1^a. de gradibus non debet extendi ad alia Capitula, & signanter ad vigesimum super successionibus
8 in quibus † cessante tali expressione attendendum est ius Ciuile in præfata graduum computatione *Ruin. cons. 192. num. 11. lib. 2. Mart. de succes. legal. part. 3. quæst. 9. art. 2. num. 9.* siquidem eliditur obiectum ex ipsiusmet Capituli lectura, vbi considerantur diuersi casus succedendi cum expressione in aliquibus, & præcipuè in consequutione legitimæ, computationem graduum esse regulandam secundum Ius ciuile, vndè illis exceptis, in reliquis standum est regulæ generaliter positæ in d. rubrica
9 15. lib. 5., quod † facta mentione graduum in aliquo Statuto intelligi debet iuxtà ius Canonicum *glos. in l. omnis diffinitio, ff. de regul. Iur. Iason. in l. ex quacumque num. 33. ff. de in ius vocando Alex. consil. 79. num. 5. lib. 7. Port. Imol. cons. 3. num. 31. Gabr. consil. 11. num. 33. lib. 1., & cons. 181. num. 28. lib. 2. Decian. respons. 80. numer. 10. & 17. lib. 3.*

Nec dicatur quod Statutum non tribuat indistinctè prælationem masculis agnatis in quacumquè bonorum successione ad exclusionem fœminarum, & cognatorum ab illis descendentium, sed in bonis illorum, à quibus fœminæ fuerunt dotatæ, itaùt non valeāt dote consequuta aliud prætendere. Cumquè in præsenti non tractetur de successione in bonis Patris Mariæ loānæ à quo dotem fuisse constitutam contenditur, sed liberis Raphaelis fratris, Picuccijs non obstet Statutum quin possint consequi dicta bona, circa quæ nihil in Statuto disponitur, quia omissa inspectione An à Patre, vel fratribus dotata fuerit Maria Ioanna ex verbis ipsius Statuti constat quod post enunciationem Patris, Matris, & aliarum personarum, per quas si constituta fuerit dos fœminæ hæc repellitur à succedendo indefinitè deciditur in successionibus ab intestato filios, & descendentes masculos ex eis, alioſque agnatos masculos vsque ad secundum gradum propriè, vel impropriè esse præferendos cognatis, & fœminis, ac ipsarum descendentibus, vt in dicto §. & si filij. Quæ
10 dispositio † stat æquè principaliter de per se non autem cumulatiuè, & dependenter ab alia concernente exclusionem fœminarum ex Causa dotis receptæ, ideò non debet ad eam restringi, & limitari *l. de pretio 8. ff. de public. l. item apud Labeonem 15. §. generaliter, ff. de iniur. l. si seruum 71. §. Prætor ait, ff. de acquir. hæred. l. si verò 64., §. de vtro, ff. solut. matrim.*

trim. Port. Imol. conſil. 55. numer. 20.

Idemque ſuadetur arguendo à rubrica, quæ dicat vtrumque caſum ſucceſſionis ab inteſtato, & excluſionis fœminarum propter dotem ibi de Teſtamentis, ſubſtitutionibus, & ſucceſſionibus ab inteſtato, & quod mulier dotata non ſuccedat; Patet igitur ex tali inſcriptione ſtatuentes conſideraſſe, & determinare voluiſſe diuerſos caſus, vnum ſucceſſionis Teſtamentariæ, vel ab inteſtato deferendæ cum prælatione agnatorum, Cognatis vt ſupra; Alterum, vt recepta dote mulier non
11 valeat ſuccedere. Et propterea † ex ſola rubrica habens orationem perfectam ſufficeret pro deciſione Cauſæ *gloſſ. in l. 1. C. de capit. ciuil. conf. exim. lib 11. DD. in l. 1. ff. ſi cert. petat. Hoſtienſ. in Rub.*, vt *Eccleſ. benef. Vin. Comm. oper. 745. numer. 2. Fenzon. in annot. ad cap. 151. ſtat. Vrbis*
12 *num. 8. & 9.* vbi quod † id multo magis affirmandum venit ſi nigrum generaliter loqueretur; & poſſet ita intelligi *Rot. coram Sa. me. Gregor. XV. deciſion. 5. num. 2. & in rec. deciſion. 31. part. 2. & coram Reuerendiſſimo Terracinen. deciſion. 359.*

Fuit itaque ex hoc excluſionis capite vt ſupra concluſum denegandam eſſe immiſſionem in bonis liberis Raphaelis modo petitis, & in Territorio Amandulæ poſitis, *abſque aliorum dubiorum excitatione diſcuſſione, tanquam ad dictum effectum non neceſſaria, vtraque Parte informante.*

R. P. D. PRIOLO.

Bononien. fideicommiſſi de Amorinis.

Lunæ 17. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Beneficium *Authent. res quæ C. Commun. de Legat.* quando intret. Detractiones in quibus bonis fieri debeant, & quando iſtæ præſumantur conſumptæ. Probatio contrarij ſpectat ad illud aſſerentem.

SVMMARIVM.

1 *Lis & inſtantia ipſa ab hærede incepta in actione reali tranſit in fideicommiſſarium.*
2 *Vitium litigioſi non cadit in actione perſonali ſecus eſt in actione reali & num. 3.*
4 *Sententia lata contra poſſeſſorem defunctum poteſt exequi contra eius hæredem & ſucceſſorem etiam ſingularem.*
5 *Beneficium* Authent. res quæ C. Commun. de Legat. *non intrat contra fideicommiſſum inſtitutum titulo vniuerſali.*
6 *Detractio fieri debet ſuper bonis pro detractione aſſignatis.*
7 *Detractiones præſumuntur conſumptæ ex alienatione facta de bonis fideicommiſſo ſubiectis.*
8 *Onus probandi contrarium illud aſſerenti incumbit.*
9 *Immiſſio in poſſeſſionem non retardatur per creditum illiquidum.*

DECISIO CLVIII.

PER obitum Alexandri Amorini purificato fideicommiſſo Matthei, ad fauorem Comitum Ioſephi Mariæ Vrſi, & Ioannis Andreæ Bolognini electorum ex agnationibus, & proſapijs nobilium familiarum Bononienſium iuxta ordinem in Teſtamento præſcriptum, Rota conceſſit eiſdem Immiſſionẽ in poſſeſſionem Bonorum ſuppoſitorum fideicommiſſo, ſub quo inter alia bona comprehenditur prædium nũcupatum la Ricciardina, quod Hieronymus Gandulphus poſſidebat. Cum autem ab Alexandro obtenta fuiſſet immiſſio ſuper iſto prædio contra Illuſtriſſimum Gandulphum præuia deciſione, & ſententia lata, vſque de anno 1650. per Reuerendiſſimum Dominum meum Meltium Epiſcopum Papien. Comites prædicti petebãt mandari illam exequi contra Andream Fornaſarium hæredem Gandulphi Vnde fuit dubitatum, an ſententia Rotalis ſuper immiſſione in dicto Prædio ſit exequenda, & affirmatiuè Domini reſponderunt.

Quia dum ſuper iſto prædio tamquam fideicommiſſo ſubiecto fuerat mota lis à dicto Alexandro hærede grauato, ſententia deſuper lata venit executioni demãdãda ad fauorẽ Comitum Vrſi, & Bolognini ſucceſſorum in
1 eodem fideicommiſſo cum lis, † & inſtantia ipſa ab hærede in actione Reali tranſeat in fideicommiſſarium *Molin. de Primogen. l. 4. cap. 8. num. 6. Peregrin. de fideicomm. art. 53. num. 18. Fuſar. de ſubſtitut. queſt. 620. num. 1. Rota coram Buratto dec. 337. num. 4. & 5. & dec. 177. nu. 3. part. 8. recent.*

Vnde quemadmodum Alexãdro competebat ius exequendi ſententiam contra Gandulphum, ita etiam competit iſtis fideicommiſſarijs contra Fornaſarium illius hęredem, in quem prædium pendente lite translatum
2 fuit. Quia licet † vitium litigioſi non cadat
3 in actione perſonali, ſecus eſt † in actione
4 reali, cuius † virtute, ſententia lata contra poſſeſſorem defunctum, poteſt executioni demandari contra eius hæredem, & ſucceſſorẽ, & ſingularem, *vt in l. finali C. de litigioſ. Rota coram Buratto dec. 88. num. 4. & 6. & in Peruſina Reintegrationis 22. Maij 1654. coram bo. me. Pentingerio.*

Non obſtat, quod ex dicto prædio ſit detrahenda dos Cicutę Vxoris Alexandri Senioris creditoris fideicommiſſi, & ex cauſa aliarum detractionum, de quibus in laudo lato, vſque de anno 1595. nam reſpectu doris illa detrahi non poteſt ex hoc prædio, licet ab ipſa pro
5 eadem dote optato, quia † beneficium *Auth. res quæ C. comm. de legat.* non intrat contra fideicommiſſum inſtitutum titulo vniuerſali *Bartol. ibidem num. 4. Caſtren. eodem n. Iaſ. num. 33. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 581. numer. 95. Caſtill. lib. 5. contro. part. 2. cap. 161. num. 39., Rota poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 130. ſub num. 4. & in recen. part. 9. dec. 438. num. 2.* Reſpectu verò detractionum, quæ fuerunt liquidate in dicto laudo nulla competit retentio, cum ex eodẽ

laudo appareat fuisse eidem Alexandro in solutum, & satisfactionem assignata tot bona,
6 vnde † detractiones fieri non debent super isto prædio, dum fuerunt factæ super bonis assignatis, *Rota coram bo. me. Gregorio, decis. 580. numer. 4. & in Bononien. fideicommissi 5. Decembris 1650. & 16. Iunij 1651. coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Celso, & in Bononien. fideicommissi de Cataneis 4. Maij 1663. coram R. P. D. meo Ninot.*

Parumque refert, quod in laudo, sit Alexandro reseruata facultas sibi satisfaciendi super alijs bonis, quatenus illa assignata non sufficiant, quia nullibi constat de tali insufficientia, & si quid deberetur esset compensandum, tam cum fructibus à die motæ litis per Gandulphum, & successores perceptis, quam cum mobilibus pretiosis, & creditis, & inuentario hæreditatis ab eodem Alexandro Seniore descriptis, quæ superant debita in-
7 libris 50. mil. cum ex assignatione, † & alienatione facta de bonis fideicommisso subiectis detractiones præsumantur consumptæ *Giouagn. l. 2. conf. 20. sub num. 15. versic. Caterum Rota decis. 226. num. 36. par. 5. & dec. 265. num. 9. coram Merlino cum alijs per adden. ad Sanc. memo.*
8 *Gregor. dec. 266. num.* 16. vel onus † probandi contrarium spectet ad alienantem, vel eius hæredem, *Rota dec. 432. num. 5. & duobus seqq. part. 4. recen. & dec. 88. num. 25. & 26. & dec. 163. num. 6. part. 7. prout ita etiam fuit resolutum in hac eadem causa contra Seghettum die 28. Maij 1648. coram Reuerendiss. Domino meo Papien.*

Imò sufficit Comitibus Vrso, & Bolognino hæredibus fideicommissarijs, quod assignatio, & alienatio prædicta facta ab hæredibus grauatis cum fructibus perceptis à die motæ litis illi quidum reddant prætensum
9 creditum detractionum, ad † hoc vt immissio in possessionem ipsius prædij, in vim dictę sententiæ petita sibi retardari non debeat, *Alciat. conf. 68. num. 14. lib. 9. Machar. de fideicommissis part. 3. quæst. 66. versic. & vlterius post med. Rota coram Canaler. dec. 573. numer. 3. & in recent decis. 47. num. 13. part. 5. & in Rauennaten. bonorum 1. Februarij 1647. coram Eminentiss. Domino meo Cardinali Corrado.*

Et ita sententiam Rotalem exequendam esse altera tantum parte informante decisum fuit.

R. P. D. CERRO DECANO,

Nunc. S. R. E. Cardinali.

Romana Legati.

Lunæ 17. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Appellatione partis an pecuniæ pro obsonijs veniant. Testator censetur voluisse hæredem grauare minus quam fieri potest. Solutio facta à matre absque mandato nullum præiudicium filio inferre potest.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione partis venit panis & vinum tantum non pecuniæ pro obsonijs & num. 2.*
3 *Oratio vnica plura continens æqualiter, ac pariformiter illa determinat.*
4 *Dictio & denotat æqualitatem, & efficit vt vnum sit de vno, quam de altero ex copulatis.*
5 *Testator hæredem minus grauare quam fieri potest voluisse censetur.*
6 Decisio 455. par. 4. diuers. *declaratur.*
7 *Solutionem facta à matre absque mandato nullum præiudicium filio inferre valent.*

DECISIO CLIX.

LEGATVM factum à bo. me. Cardinali Ludouisio his verbis *lego Lucæ Antonio Iuncta familiari meo vna vice scut. 2000, & donec vixerit partem familiaribus meis dari solitam pro ipso, & vno famulo* taxatū fuit in mēstrutis scutis 10. à R. P. D. meo Verospio præuia decisione edita sub die 4. Iulij 1663. hodie verò in gradu appellationis dubitaui, an constet de excessiua taxatione, & affirmatiuè resolutum fuit.

Nam Testator non reliquit Lucæ Antonio totum id, quod suis familiaribus solebat eo viuente præstari, sed solum se restrinxit ad
1 partem dari solitam, & quicquid sit, an partis appellatione veniat dumtàxat panis, & vinum, vt bene deponunt quinque Testes formiter examinati summario D. Principis *numer. 1.* † vel potius compræhendantur etiā pecuniæ pro obsonijs, vt prætendunt hæredes
2 Lucæ Antonij Attentis tamen circumstantiis in hac facti specie concurrentibus Censuerunt Domini legatum huiusmodi esse restringendum ad portionem Panis, & Vini, Siquidem in vna, eademque oratione Testator mandauit dari partem tam Lucæ Antonio, quā vni ipsius famulo non debeat præstari stipendium pecuniarum, sed pars dumtaxat in speciebus Panis, & Vini, idem quoque
3 dicendum est respectu Lucæ Antonij, cum † omnia in eadem oratione contenta debeant æqualiter, ac pariformiter determinari *Bart. in l. Prætor §. Eritque differentia num. 1. vers. nam cum omnia ff. de vi bonorum rapt. Surd. cons. 150. numer. 17. Rot. decision. 135. numer. 34. part. 8. rec.*

4 Maxime attenta copula † *Et ibi pro ipso, & vno famulo*, quæ denotat æqualiter, & efficit, vt idem sit de vno, quam de altero ex copulatis *l. si mihi, & Titio ff. de verb. signif. Felin. in cap. 2. num. 32. vers. Copula de rescript. Greg. dec. 308. nu. 3.*

Aduertendo insuper, quod Lucas Antonius participauit de Legato scut. 10. mil. quæ Testator reliquit, vt distribuerētur inter familiares, ac etiam consecutus fuit scut. 2000. sibi particulariter legata. Hinc enim, aut dici debet fuisse pinguius eidem Legatario prouisū ex vnica, & anticipata solutione, cum alias debuissent menstruatim iuxta solitum pecuniam recipere, aut saltem remanet valde dubium

bium; an verè Testator voluerit vltra dd. sent. 2000. aliam pecuniarum quantitatem
8 sub nomine partis relinquere; Ideoque † in dubio militat Iuris præsumptio, per quam cẽsetur Testatorem voluisse grauare hæredem minus quam fieri potest *l. huiusmodi §. cum Pater ff. de leg. 1. Honded. conf. 57. num. 37. & seqq. lib. 2. Rot. coram Burat. dec. 580. num. 10. & in Romana Legati sent. 10. mil. 1. Iulij 1644. §. Praterea eorum me.*

9 Hinc non aduersatur † *decisio 455. part. 4. dic.* minusque exemplum desumptum ex legato bo. me. Cardinalis à Balneo quia incasu dictæ decisionis legatum nõ erat restrictum, prout hic ad solam partem dari solitam, sed quidem fuerat factum à Cardinale de Deza suis familiaribus de victus portione quã habebant viuente Testatore. Verba verò legati Cardinalis à Balneo sunt nimis clara ibi *se le dia tutto quello, che in Casa mia haueuano seruendo; ò vero l' Equivalente* dicto summario D. Ducis *nu. 3.*

Solutiones autem factæ Lucæ Antonio in
7 mensturis scutis decem non suffragantur, † quia cum ex datis in Calce facti hęredum *numer. 2.* detegantur factæ non à Domino Principe hærede, sed à D. Ducissa Fiani eius matre absque mandato nullum ex eis præiudicium infertur eidem D. Principi dd. solutionum ignaro *l. soluendo 41. in fine ff. de neg. gest. Hond. conf. 66. num. 7. lib. 1. Rota decis. 26. numer. 3. part. 5. recent.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. OTTALORA.

Romana, seu Ianuen. Pecuniaria.

Lunæ 17. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 98. quid disponat Statutum fines proprij territorij non egreditur, & quando sumus in odiosis de casu ad casum facienda non est extensio. Nouatio ex quibus inducta censeatur, & alia de quibus latissime in summario.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis incompetentia in materia suspicionis fugæ à forensi allegari non potest & ita in Vrbe seruatur & num. 2.*
Declara tamen vt num. 3. & 4.
5 *Instrumentum debiti habet vim iudicialis confessionis.*
6 *Mandatum etiam sine iudicis auctoritate pro solutione expediri potest vigore Statuti Genuæ dummodo de instrumento debiti constet.*
7 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 98. *concedit mandata suspicionis fugæ quando debitores in Vrbe, aut eius districtu bona stabilia non possident.*
8 *Statutum habet solum locum intra limites sui territorij & num. 9.*
10 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 98. & Rota dec. 62. part. 4. tom. 2. Recent. *quomodo intelligi debeant.*
11 *Casus vnus in odiosis ad alium non extenditur.*
12 *Facultatum insufficientia ex concursu creditorum resultat.*
13 *Debitor si non habeat in bonis potest ve suspectus iurari tam ex dispositione Iuris communis, quam Statuti Genuæ.*
14 *Facultatum insufficientia debet probari post contractum à debitore initum supernenisse.*
15 *Mercatores hodie sunt soluendo, & magnis facultatibus abundant.*
16 *Facultatum insufficientia, & intricatio non probatur ex creditorum concursu, quando plures ex istis satisfacti fuerunt.*
17 *Nouatio non inducitur rebus in eodem statu permanentibus.*
18 *Exceptio non implementi opponi non valet ab illo qui illud impedinit.*
19 *Nouatio omnes actus præcedentes perimit.*

DECISIO CLX.

EMANAVIT sententia coram Eminentissimo Celso, quâ pronunciatum fuit mandatum suspicionis fugæ contra Hectorẽ Marsicum, & eius fideiussorem relaxatum non esse exequendum. Primo quia non poterat capi in Vrbe vbi non contraxerat, nec bona possidebat, Secundo quia de tempore obligationis erat idoneus, nec apparet fecisse deteriorem conditionem suam. Tertio, quia non videbatur, cõstare de credito super cuius cõfirmatione proposito à me dubio Domini confirmandum esse censuerunt, nam eius validitas non impugnatur, & iustitia plenè resultat ex decisione Eminentiss. Celsi in hac Causa facta die Lunæ 27. Iunij 1661., qua fuerunt discussa, & reiecta, quæ pro Bartholomeo adducebantur.

1 Nec obstat quod † in materia suspicionis fugæ forensis, non possit allegare Iudicis incompetentiam, *Mog. in Inemo carceretur, col. fin. C. de exact. tribut. lib. 10. Gait. obser. 44. numer. 10.*
2 *lib. 2.* & de magis † communi, ita seruari in Vrbe, testatur *Scannarol. de Visitat. Carcer. lib. 3.*
3 *§. 8. cap. 4. nu. 29.* quia hoc † intelligitur in eo loco, vbi quis potest carcerari tamquam suspectus, quando possidet immobilia, in loco suæ originis, *Scannarol dicto lib. 3. §. 8. capit. 2.*
4 *nu. 95.* nec post † cõtractum deteriorem fecit cõditionem suam, tradunt communiter scribentes in *l. sciendum 55. ff. qui satis dare cog. Rota coram Penia, decis. 1164. nu. 4.*

Minoris ponderis est, quod debitor, licet esset mercator forensis potuerit in Vrbe suspectus iurari, tum ex pacto in obligatione
5 adiecto, quod † instrumentum debiti habet
6 vim Iudicialis confessionis, † quo stante vigore statuti Genuæ potest etiam sine Iudicis auctoritate expediri mandatum pro solutione in terminis *Cesar decis. Genuæ 95. per tot.*
7 tum ex statuto Vrbis † *lib. 1. cap. 98.* permittente concedi mandata suspicionis fugæ contra debitores in Vrbe, aut districtu nulla bona stabilia possidentes, *vt dixit Rota decis. 62. part. 4. tom. 2. rec.*

Nam

8 Nam † statutum Genuæ habet locum solummodo in locis eidem statui subiectis, *Rot. coram Merlin. decis. 353. numer. 9. & seqq. Buratt. decision. 188.* vbi plena manu addit *numer. 14.* & tantum posset operari, quod Forensis conueniretur executiuè ser. ser. non verò quod valeat carcerari, vti suspectus in
9 locis per quæ facit transitum, tamquam Peregrinus, & Aduena † *statutum vero Vrbis, &*
10 *Rot. dicta decision. 92.* intelliguntur de illis, qui in Vrbe contraxerunt, vel vbi domicilium habent non autem de exteris transeuntibus. qui non possunt allegari suspecti dum possident immobilia in loco suę Originis, nec post contractum deteriorauerunt conditionem suam *Decius cons. 55. col. fin. vers. 8. & vltimo Natt. cons. 450. num. 15. cum aliis supra adductis*.

Non officit quod dicitur de Carceratione Hectoris, vti suspecti in propria Patria, nam non fuit in propria Patria, sed in Ciuitate Genuæ *summario Bartholomei num. 7.* neque fuit eodem tempore, sed de anno 1662. & sic ferè post biennium postquam secuta fuit relaxatio de consensu illius asserti creditoris, vt cõstat, ex summario Heredum Hectoris Marsini adducto in responsione facti in fine, ne-
11 que † casu quo potuisset sustineri dicta Carceratio infertur, quod facta in Vrbe iusta sit.

Parum releuat bona debitoris existentia in loco originis esse plurimis debitis intricata, neque pro satisfactione sufficere, post Hectoris mortem factum fuisse concursum Credi-
12 torum †, ex quibus resultat insufficien-
13 tia facultatum, itaut † debitor potuerit suspectus iurari tam ex dispositione Iuris Communis quam statuti Genuen. *iuxta glossam in l. sciendum ff. qui satis dare cog. Scannarol. deviset. carcer. lib. 3. §. 8. cap. 2. nu. 9. & 10.*

14 Hæc namque insufficientia, † & intricatio non probantur post contractum superueniisse, quod erat necessarium *Buratt. decision. 331. num. 6.*, vbi plures congerit, mercato-
15 res † enim hodie sunt soluendo, & magnis facultatibus abundant *Grat. discep. 391. num. 15. Rot. coram Eminentissimo Otthobon. decision. 269.*
16 *numer. 10.* neque † deducitur ex eo quod post mortem Hectoris Creditores insurrexerunt, quia plures fuerunt satisfacti, vt ex nouo summario *nu. 1. cum seqq.*

Quo verò ad insubsistentiam Crediti non releua, oppositio facta Hectori, quod non adimpleuerit mandatum emptionis mer-
17 ciumt', † qua non secuta, nec potest induci nouatio, aut à debitore allegari retentio *l. si debitores ff. de nouat. Gabr. eod. tit. concluſ. 1. num. 27. Rot. decision. 183. num. 21. & seqq. part. 9. rec.*, siquidem hoc prouenit culpa Bartho-
18 lomei, qui defectum in solutione residui & † exceptio non implementi opponi non potest ab eo, qui illud impediuit *Rota coram Duran. decision. 146. numer. 11. & 13. & Caual. decision. 603. num. 4.* stante itaque renouatione nihil interest debitum prouenisse ex li-
19 teris Cambij, cum illud fuerit extinctum, † & nouatio perimat omnes actus *Pacific. de Saluian. Interd. inspect. 5. cap. 1. num. 75. Grat. de March. 117. numer. 20. Surd. decis. 51. num. 16. coram Coccin. decision. 102. num. 1.* itaut non potuerit obtineri mandatum suspicionis fugæ vigore dicti Crediti nouati, & extincti, vt dictum fuit in *decisio. in hac Causa emanata coram Eminentiss. Card. Celso 27. Iunij 1661. §. imò ne dum*.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Pisaurẽ Pecuniaria.

Lunæ 17. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Obligatio fideiussoris vti materia odiosa strictè venit interpretanda, nec valet extendi de re ad rem, nec de tempore, ad tempus nec de persona ad personam, vnde si fideiussor promittat in quacunque temporis parte rationẽ reddere non videtur promittere se velle semper administrare.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio limitata limitatum producit effectum*
2 *Obligatio personalissima personam non excedit & num. 3.*
4 *Fideiussor pro vna administratione ad aliam nouam & independentem fideiussisse non censetur.*
5 *Fideiussoris obligatio non est extendẽda de re ad rem nec de tempore ad tempus, nec de persona ad personam.*
Et intelligitur rebus in eodem statu permanentibus & nu. 6.
7 *Verba* semper & omni *tempore reddit ionem rationis respiciunt ad fauorem successorum & nu. 8.*
9 *Fideiussor promittens in quacunque temporis parte rationem reddere non videtur promittere se quandocunque administraturum.*

DECISIO CLXI.

PRO bono regimine Montis, seu multiplici à Co: Petro Antonio Santinello ordinatis cuius gubernium reliquit secundo genitis suorum descendentium pro tempore anno 1632. à Co: Francisco tunc secundo genito deputatus fuit minister, & Administrator Alexander Bizzarrus, qui Bernardinum eius fratrem in fideiussorem dedit, cumque in solidatione computorum Alexander remaneret debitor scut. 5637. relaxatum fuit ad instantiam Marchionis Francisci Mariæ, nũc secundo geniti mandatum tam contra ipsum quam Bernardinum fideiussorem, quo appellante cum clausula *si quid exequendum* mihi cõmissa causa, proposui dubium, an mandatum sit exequendum & negatiuè responsum fuit, quoad fideiussorem, quia eius obligatio erat
1 limitata saltem tacitè, & virtualiter ad viram

Co:

Co: Franciſci, qui Alexandrum adminiſtrationi præpoſuit, & proinde non tenetur pro tempore, quo poſt mortem Co: Franciſci Alexander ab alijs ſecundo genitis in adminiſtratione confirmatus fuit *l. ſi cum Herneſ. 7. C. locati l. item queritur* 14. §. *qui impleto ff. eodem Gabr. conſ. 43. nu. 8. lib. 1. Menoch. conſ. 246. nu. 4. & ſeq. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 21. ſub num. 2. verſ. & hoc quidem Cyriac. contr. 249. nu. 9. Gratian. diſcept. 966. nu. 3. & 10. Noguerol. alleg. 21. nu. 22. 40. & per tot. Donat. Anton. de Marin. reſol. quotid. lib. 1. c. 136. per tot Rot. deciſ. 592. nu. 1. part. 5. rec. tom. 2. cum ceteris per Modern. in labirint. credit. part. 2. cap. 27. num. 73.*

Quod autem in præſenti fideiuſſio eſſet reſtricta ad vitam Co: Franciſci qui primus Alexandrum deputauit ex volũtate, & eius poteſtate deducebant Domini voluntas enim enim clara eſt, quia in ipſa deputatione vſus eſt verbis reſtrictiuis, & perſonalibus ibi *deputauit ad ipſius D. Gubernatoris nomine, & pro eo &c. & deinde ad omnia, & ſingula, quæ dictus Comes ratione ſui officij facere poſſet, ſi præſens, & perſonaliter intereſſet &c.* quę tanquam perſonaliſſima demonſtrat intentionem partium reſtrictam † ad perſonam Com: nec alios ſecundo genitos fuiſſe conſideratos *Bald. conſ. 304. in princ. & nu. 2. circa fin. lib. 4. Menoc. conſ. 590. n. 7 Grat. diſcept. 204. nu. 13. Rot. dec. 1. nu. 39. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Ottbob. & in ſimili in Romana, ſeu Vercellen. fideicommiſſi 6. Aprilis 1663. coram R. P. D. meo Vicecomite §. deinde ſiquidem.*

De poteſtate autem idem viſum eſt, quia gubernium montis durante ſua vita tantum ad Comitem Franciſcum pertinebat, & ſequuto eius obitu mandatum expirabat, & ad alios ſecundo genitos deuoluebatur, vnde dicendum eſt † feciſſe ſolum, quod facere poterat, & pro eo tempore ſolum adminiſtrationem conſtituiſſe, ſicque pro eo tantum fideiuſſorem intercedere voluiſſe *Surd. cõſ. 460 per tot. & ſignanter nu. 46. lib. 4. Dec. reſp. 72. ſub n. 23 verſ. 7. conſidero, & ſeq. lib. 2. Anchar. conſ. 116. in princ. verſ. ſed contrarium Rot. deciſ. 38. num. 67. & ſeq. par. 6. rec.* & conſequenter continuatio adminiſtrationis ex perſona ſucceſſorum prouenies non poteſt dici vera adminiſtratio, pro qua Bernardinus fide iuſſit ſed noua, & independens, pro † qua ipſe non tenetur eo, quia obligatio fideiuſſoris de ſui natura ſtrictè intelligenda extendi † non poteſt, nec de re ad rem, nec de tempore ad tempus, nec de perſona ad perſonam *l. Blanditius 12. C. de fideinſſ. Menoc. d. conſ. 246. nu. 10. Farin. conſ. 59. nu. 13. lib. 1. Rot. dec. 156. nu. 7. 10. & per tot. par. 5. rec.* & intelligitur, rebus in eodem ſtatu permanentibus *Rota coram Merlin. dec. 338. num. 9. & in Romana fideiuſſionis 24. Maij 1660. coram R. P. D. Veroſpio §. fin.*

Non obſtant verba obligationis adminiſtratoris, qui promiſit fideliter adminiſtrare ſemper, & omni tempore de adminiſtratis rationem reddere, & reſtituenda reſtituere d. Co: Franciſco, & ſuis in officio ſucceſſoribus alias ad omnia damna ad fauorem montis, & ſuorum, quoniam indè inferri non poteſt, quod Alexander vltra vitam Co: Cæſaris deputatus fuerit adminiſtrator nec pro alijs ſecundo genitis in gubernio montis ſucceſſoribus ea ratione, qua † verba prædicta *ſemper & omni tempore* non percutiunt, nec directa ſunt in tempus; quo duratura eſſet adminiſtratio, ſed redditionem rationis reſpiciunt, & reſtitutionem reliquatus, quæ ab ipſa adminiſtratione longe differunt, & poſt ipſam adimplenda ſunt, prout ſtipulatio facta pro monte, & ſucceſſoribus † non reſpicit, nec extendit deputationem Alexandri vltra vitã Co: Franciſci, ſed ſolam redditionem rationis ad fauorem ſucceſſorum comprehendit, vt benè in terminis declarat *Surd. conſ. 490. nu. 55. & ſeqq. qui nu. 61.* ſubiungit, quod promittens in quacumque temporis parte rationem reddere non proinde videtur promittere ſe quandocumque adminiſtraturum, quem ſequuntur *Modern. Fugnb. contr. 45. num. 5. & 6. & in ſimili bene declarat Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 6. tit 24. nu. 24. verſ. unde non ſufficit Rot. in Bonon. Pilarum 15. Januarij 1663. coram R. P. D meo Taia §. ſed contrarium.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Cenſuum.

Lunæ 17. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Cenſus quando eſt impoſitus ad æs alienum ſoluendum, ſi in iſto pecuniæ non erogentur ſubſtineri non poteſt. Verſio pecuniæ ad cẽſum acceptæ ex quibus reſultet, & alia quæ benè deſumi valent ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio poſſeſſori debetur, qui ſe pro ſpoliato non habuit.*

2 *Executor bona debitoris vẽdens fidem habere de pretio non poteſt*

3 *Bona minorum quando ſubhaſtantur debet præfigi de iure terminus ſaltem 20. dierum ad relexandum.*

4 *Pecuniæ verſio debet probari quando in conditionem, & pactum deducta fuit*
Præſertim quãdo ad impoſitionem cenſuum ex cauſa æris alieni ſoluendi deuentum fuit nu. 5.

6 *Verſio pecuniæ ex longi temporis lapſu facta non præſumitur ex pecuniis impoſitionis cenſus*
Ampliat vt nu. 7.

8 *Æs alienum minoris ſolutum fuiſſe ex pecuniis cẽſus non bene ex aſſertione ipſius deprehenditur*

9 *Cenſus impoſitus ad æs alienum ſoluendum ſi iſtud appareat poſtea ſolutum, ex illius pecuniis ſolutio facta cenſetur.*

10 *Solutione æris alieni ſecuta poſt impoſitionem cenſus ad hunc effectum factam verſio bene probatur*

11 *Partita pro ſcribente non probat*
Declara tamen vt nu. 12.

13 *Verſio pecuniæ etiam coniecturis probari poteſt.*

14 *Cenſus impoſitio in parte nulla corruit in totum.*

DE-

DECISIO CLXII.

AD fauorem assumptorum Abbatię Sanctorum Naboris, & Felicis anno 1632 impositi fuerunt à Vincentio Maresciotto Census de quibus agitur librarum 8950. ad effectum redimendi alium censum librarum 2000. & soluendi libras 5000. comiti Ghisleriо ex causa dotis Christinę eiusdem Vincentij sororis, pro quorum fructibus assumpti obtinuerūt subhastari, & ipsis deliberari prędium Vincentij nuncupatum del molino, cum molendino, & fornace, in cuius tamen possessionem Vincētius successiuè manutētionem ab A. C. reportauit, à qua per assumptos interiecta appellatione, & mihi cōmissa causa cum facultate manutenendi, quē de Iure. Dubio hodie proposito Domini cēsuerunt Vincentio dandum esse mandatum

1 de manutenendo, quia † stante nullitate, & iniustitia subhastationis, vt infra Vincentius sua possessione priuatus non fuit, & cum se pro spoliato non habuerit manutentio debetur *Rot. coram Buratt. dec. 393. nu. 15. Duran. decis. 200. per tot. Beneuent. manutent. 9. Iunij 1649. coram bo. me. Peutiger. §. nec obstat referenti concordantes, & in Perusina fideicōmiss. de Montesperellis 8. Feb. 1658. coram me §. fin.*

Nullitas ex duplici capite visa est resultare Primo quia valor prædij excedebat debitum Vincentij ex lib. 359. quæ in casu subhastationis nec solutæ, nec depositæ fuerunt, & tamen

2 executor prædium † pecunia vendere tenetur nec potest habere fidem de pretio *l. à diuo Pio 15. §. sed si emptor ff. de re iudic. Surd. cons. 168. nu. 24. & seq. lib. 2. Rot. dec. 23. nu. 1. coram sa. me. Greg. vbi adden. litt. D. coram Duran. dec. 25. nu. 10. & coram R. Tarraconen. dec. 17. par. 5. nu. 1. & 2.* quia

3 præfixus † non fuit terminus saltem 20. dierū ad releuandū pro vt de iure communi requiritur, quando bona minorum subhastantur *Rom. cons. 33. nu. 14. lib. 1. Surd. cons. 49. nu. 15. vers. item subhastationem & nu. 19. Roll. à Vall. cons. 33. nu. 15. lib. 1. Rot. dec. 406. nu. 5. par. 4. dec. 113. n. 14 par. 7. rec. & in addit. ad Post. de subhastatione decis. 170. nu. 10.*

Iniustitia vero deducebatur ex eo quod Vincētius de tempore impositionis esset minor iuxta dispositionem statutorum licentiā obtinuit à Dominis Antianis ac Vexillifero Iustitię a Dominis tribunis plebis populi Bononiæ deueniendi ad impositionem censuum quæ cum expressa conditione fuit concessa; dummodo omnes pecuniæ erogentur in extinctionem dicti æris alieni, nec aliter, nec alio modo. Vnde cum exceptis lib. 5000. solutis pro dote Christinæ, de quibus infra non cōster pretium in causas expressas fuisse erogatum impositio censuum remanet nulla;

4 Quia versio † probanda erat non solum ex quo in conditionem, & pactum deducta fuit *Gratian. disc. 45. nu. 2. Rot. coram Merlin. Andr. dec. 79. num. 6. & 7. decis. 178. nn. 18. & seqq. par. 7. rec Romana Pecuniaria 19. Iunij 1655. coram R. P. D. meo Priolo §. & ad hunc effectum* sed etiam quia

5 ad censuum impositionem ex causa necessaria soluendi scilicet æris alieni deuentum fuit iuxta distinctionem relatam *per Surd. cons. 181 num. 43. Gratian. decis. 47. num. 36. Adden. ad San mem. Gregor. decis. 311. num. 3. vers. imo nec etiam post. decis. 25. num. 1. post. Cenc. de cens. Merlin. decis. 21. vers. quoniam vltra quod & in Ranennatem releuationis indemnitatis 1. Iulij 1661. §. vlterius, & 6. Febr. 1662. coram R. D. meo Ninot. §. præterea.*

In proposito autem (exceptis libris 5000.) de versione nec constat, nam libræ bis mille solutæ, vt asseritur Co: Bonfiolo ad computum dotis Lucretię non constat, quod sint de illis ad censum acceptis stante enim temporis interuallo, & nulla expressione facta in actu solutionis potuit ex aliis pecunijs

6 fieri solutio, quod sufficit ad excludendam idemnitatem, & versionem concludēter probandam, vt aduertit *Rot. in Romana Census 15. Maij 1662. coram R. P. D. meo Bourlemont. §. necessitas enim*, qui nimo † concurrit, quod tempore impositionis nondum venerat dies solutionis d. dotis, & quod erogandæ erant pecuniæ in aliam causam certam, & determinatam per viam conditionis, vt præter relatos *Rot. decis. 124. num. 7. coram Eminentiss. Domino Card. Otthobono*, quo verò ad libras 1590. solutas, vt prætenditur Petronio de Nigris eadem responsio suffragatur quod similiter cēsus ad hunc effectum impositi non fuerunt, & vlterius de credito Petronij non constat,

8 vt requiritur, quia † æs alienum minoris ad effectum iustificandi versionem pecuniæ in hanc causam solutæ probari aliunde debet, quam ex assertione minoris aut Tutorum *Odd. cons. 403. nu. 22. in fin. Menoch. cons. 565. nu. 15. Rot. coram Merlin. decis. 444. nu. 9. & 10. decis. 575. nu. 5. Firmana Census §. respectu vero, & in dicta Romana Census §. quia nec coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Et quamuis, quoad libras 5000. pro dote Christinæ de illarum versione fatis constare visum fuerit, ex eo quod non solum in hanc causam nominatim, & expressè hæc quantitas ad censum accepta fuit, quæ expressio subministrat coniecturam, quod pecuniæ ad

9 effectum soluendi dotem receptæ, quæ postea soluta apparet, in hanc causam erogatæ fuerint vt post *Alex. Soccin. & alios aduertit Gratian. dec. 897. numer. 10. & duobus seqq. Rota decis. 1093. num. 1. coram Seraph. & in terminis in Romana Census 26. Iunii 1647. coram bo. me. Bichio §. versio autem*, sed etiam quia eadem die qua suprascripta quantitas soluta fuit Antonio Montecastello ad hunc effectum exbursata apparet Comiti Ghisleriо Christinæ marito,

10 vnde pōderata actuum vicinitate versio satis probata dicitur *Gratian. vbi supra n. 11. Surd. decis. 55. nnn. 6. & seqq. Rota d. decis. 1093. num. 2. coram san. mem. Gregor. decis. 31. num. 3. vbi adden. num. 11. post. Cenc. de cens. 19. sub num. 4. cum aliis in dicta Romana Census §. versio autem in fin.* & vlterius etiam quia in libro priuato à Tutore Vincentij conscripto huiusmodi

11 partitæ fuerunt adnotatæ, quæ † licet pro scribēte non probēt stante tamen primordio veritatis debiti, & receptionis pecuniæ in hanc

12 cau-

causam prebet adminiculum pro iustificanda
13 versione, quæ ſi etiam coniecturis probari poteſt *Bald.conſ.125.ſub num.2. verſ. item ſi eſſet lib.5. Menoc. conſ.175. num.12. Surd. conſ.181. num.47. Gratian. vbi ſupra num.14. Rot. apud Duran. deciſ.256.num.6. & Romana Cenſus vbi ſupra & 1. Iulii 1648. coram eodem bon. mem. Bichio §. verſio tandem.*

14 Nihilominus cum cenſus † ex defectu verſionis pro quantitate lib. 1950. ſint nulli ratione indiuiduitatis decreti DD. Antianorum, Vexilliferi, & Tribunorum, ac voluntatis contrahentium remanet in totum nulla cenſuum impoſitio, nec pro quantitate Vincentij ſoluta ſuſtineri poſſunt *l. ſi non ſortem 26. §. ſi cenſum ff. de condit. indeb. Ruin. conſ.160 num.27. lib.2. Ciriac. controu.257. num.15. & ſeqq. adden. ad ſan. mem. Gregor deciſ.496. num.12. cum aliis in Bonon. dotis 31. Maii 1658. §. ex falſitate, & in Romana locorum montium 28. Martii 1659. coram nec §. nec alienatio,* & pro executione danda eſt manutentio.

Prout parte vtraq; informante dandã eſſe, reſponſum fuit vt ſupra &c.

R. D. D. BEVILAQVA
Romana Cenſus.

Lunæ 17. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Ad contractus Mulierum, & Minorum validitatem, quid requiratur. Cenſus ad certum finem impoſitus in illo implicari debet. Mulier quando ex capite defectus ſolemnitatis ſtatutariæ contractum impugnare nequeat. Nemo lucrari debet cum alienа iactura.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Mulierum, & Minorum, vt valida ſit, ex Statut. Vrbis lib.1. cap.151. requirit præſentiam proximiorum, & cauſam in ſcriptis, exprimendam, & à Iudice cognoſcendam.*
2 *Curator in obligatione Mulierũ deputari debet quãdo non adſint proximiores.*
3 *Proximiores quod non potuerint in contractu Mulieris interuenire probari debet, vt in illorum deficientia, curator deputari poſſint adhoc, vt validus ſit contractus Mulieris, & Minoris.*
4 *Statuti diſpoſitio eſt omnino ſeruanda.*
5 *Contractus ſtipulatio debet differri, ſi propter aliquod impedimentum proximiores minoris adeſſe non poterunt.*
6 *Iuramentum minoris non attenditur, quia vi extortum præſumitur.*
7 *Cauſa mulieris, & minoris contrahentium debet eſſe, ſi non vtilis, non damnoſa.*
8 *Cenſus ad es proprium ſoluendũ impoſitus in illius extinctionem pecunia neceſſario ſunt vertenda.*
9 *Soluenti extra formam, & modum conuentum defectus imputari debet, qui iterum ad ſoluendum tenetur.*
10 *Statutum non habet locum quando mulier cum Eccleſia contrahit.*

Quod declara, vt num.11. & 12.

13 *Dominium retinens neceſſario dicitur dominus.*
14 *Mulier quando impugnare ſuam obligationem non poſſit ex defectu ſolemnitatum ſtatutariarum.*
15 *Obligatio ex parte nulla pro alia ſuſtineri non poteſt ratione indiuiduitatis decreti deſuper à Iudice interpoſiti.*

Sed declara, vt num.16.

17 *Lucrum facere nemini licet ex aliena iactura, & num.18.*

DECISIO CLXIII.

BON. mem. Cardinalis Cecchinus ſub die 16. Aprilis 1654. ſuper Caſale Boccone impoſuit annuum Cenſum ſcut. 310. quem precio ſcutor. 6000. vendidit Bernardo Mauro ad eius fauorem illinc ad quatuor dies, vti principalis, & inſolidum acceſſit Domina Clementia Mutina de Cecchinis eius fratria, quæ conuenta ad ſoluend. fructus, excepit de nullitate ſuæ obligationis, ſuper qua igitur audita Domini cenſerunt non ſuſtineri, niſi pro ſumma inferius † exprimenda moti, ex *cap.151. ſtatut. lib.1.* duò copulatiuè prò validitate contractus Minorum, & Mulierum requirentis, videlicet præſentiam duorum proximiorum, & cauſam in ſcriptis exprimẽdam, & à Iudice plenè cognoſcen. vt ibi cauetur, & notat *Fonzon. numer.13.* ac ſepiſſimæ fuit in hoc Sac. Tribunali deciſum, & ſignãter, *coram Burat. deciſ.410. ſub num.6. deciſ.783. num.3. & 924.nu.11. & in recen. deciſ.370.nu.11. cum ſeq. par.4. to.2. & in Romana domus 31. Maij 1655. in principio, coram me.*

Vtrumque enim defecit in caſu præſenti, quia ex oculari inſpectione Inſtrumenti patet illud fuiſſe ſtipulatum germano fratre Clementię ad intereſſendum citato, & cum interuentu Curatoris, loco alterius proximioris abſentis deputati, per quam tamen deputationẽ, non dicitur tranſactum ſtatuto, dum ipſa habebat alios proximiores, nempè DD. Petrum Caſſarellum, Franciſcum Gottifredum, & Equitem Bonauenturam de Aſte in alijs Contractibus, vt oſtenſum fuit adhibitos,
2 & in illorum † tamẽ defectu, vel recuſantibus, erat deputandus Curator, *Cou. conſ.241. num.7. lib.2. Gratian. diſcept.647. num.6. Rota deciſ.65.nu.2. poſt Marchef. de Commiſſ. par.1. fol.904. & in recent. deciſ.647.nu.1. par.2. deciſ.370.nu.12. par.4. tom.2. & apud Pacific. de Saluan. deciſ.122. num.3. in Romana Succeſſionis de Comitibus 23. Iunij 1642. §.2. quia, coram bon. mem. Dunozetto, Tomat. deciſ.23. nu.97.*

Non obſtat, quod Clementiæ eius obligationem ex hoc capite impugnanti, & medio iuramento tunc affirmanti non habuiſſe alios
3 proximiores modo † non ſufficiat eorundem exiſtentiam probare, niſi quoque doceatur, quod potuerint cõmode interuenire, *Caſtren. conſ.316.nu.7. lib.1. Gratian. deciſ.9.nu.7. deciſ.38 nu.2. Rota apud ſen. mem. Gregor. deciſ.459.num.4 & ibi adden. nu.2. deciſ.344.nu.4. par.3. & deciſ. 203.nu.16. par.4. to.3. recen.* quoniam id ſatis eſſe iuſtificatum videbatur, ex atteſtatione iurata ipſius met Petri, & ex actibus per diem antea, & poſtea geſtis, per alios dd. alios duos

Con-

Consanguineos præsentiam de illo tempore in Vrbe concludentibus, & ex iuribus insurgit iustificatio habilitatis, & potentiæ ad intereſſend. ſtipulationi inſtrumenti medio tẽpore, quod interceſſit inter duos Actus ſecutæ ad hoc, vt † non docto de inhabilitate, & 4 impedimento contractus, dicatur celebratus non ſeruata forma Statuti, *Bald.conſ.247.nu.2 lib.2. Rota deciſ.713.nu.3.par.2.deciſ.677.num.4. par.3. recen. & in dicta Romana Succeſſionis de Comitibus,§.quod potuerint,& ſeq. & in Romana Cãbij 18.Maij 1657.§.quod autem,coram R.P.D.meo Veroſpio*, in quibus quoque †, firmatur, quod ſi aliqua accidentalia impedimenta diu non 5 duratura ſuperueniſſent, ob quæ non poſſent intereſſe deberet differri ſtipulatio cõtractus, donec ceſſaret, & ſequũtur alij relati per *Modern. Fulginaten.diſcept.73.num.17.in fine.*

Aſſertio vero iurata Clementiæ, quod non aderant Conſanguinei ei non præiudicat, cõſtito de contrario, ne fiat fraus ſtatuto ſi per eius dicta, dumtaxat contractus validaretur, 6 nam ſtatutum † habet aſſertiones ſuſpectas præſumitur iuramentum vi, & metu extortum, vt inquiunt *Soccin.Sen.conſ.23.nu.13. lib.4 Soccin.Iun.conſ.3.nu.18.lib.2. Grat. deciſ.Marchia 234.nu.8.cum ſeq.Rota deciſ.36.nu.6.cum ſeq.apud Pic.ad ſtatutum Vrbis in præcitata deciſ.713. nu.5. par.2.deciſ.677. num.5. part.3. & in dicta Romana Cambij,§.licet,in fin.*

Defectus vero Cauſę, ſuper qua magis Domini inſiſtehant, inde deducitur, quod expoſitũ fuit Iudici, qui interpoſuit decretum Cardinalem, ad effectum ſatisfaciendi ſuis, & Clementiæ creditoribus, & ad euitandam maiores vſuras, & ad ſe liberandam à molestijs creditorum, & euitandam executionem, & ſubhaſtationem, accepiſſe ad Cenſum ſcu. 6000. & ipſa in executionẽ promiſſionis per eundem Cardinalem factæ in principali inſtrumento impoſitionis, accedebat intolidũ pro ſolutione fructuum, ſe obligabat, quæ Cauſa, & ſi in ſua ipecie vera reſpectu debitorum Cardinalis, ad quorum ſolutionẽ Clementia, nullo modo adſtringi poterat, tendebat in euidens ipſius præiudicium, qua propter ineffica x eſt ad ſuſtinendam dictam ob- 7 ligationẽ in ea fundatam, quia licet non requiratur, quod Cauſa ſit vtilis mulieri contrahenti, non tamen debet eſſe damnoſa, & læſiua, vt reſpondit *Rota in deciſ.56.num.10. & deciſ.272.num.3. apud Pacific.de ſalu. quas refert, Gratian.diſcep.952.num.12.& 28. in Romana Demen 21.Decemb.1645. §. qua autem, coram bo. me. Bichio in Romana Locorum Montiũ 19.Iunij 1651. §.falſitas autem, coram Reuerend. Papien. ac in Romana Pecuniaria 25.Iunij 1655.coram me,§.quamuis.*

Præcipue quia pecuniæ ex dicto Cenſu prouenientes pro rata ſcutorum 3212. vere ceſſerunt in extinctionem debitorum Cardinalis, pro ſorte, & fructibus, non autem Clementiæ, contra tenorem Inſtrumenti, & Iu- 8 ris diſpoſitionem, ſecũdum † quam Bernardus cenſus emptor, in hac neceſſariam cauſam ſolutionis debitorum, quibus eadẽ Clementia erat obligata, & pro qua fuit ab initio creatus cẽſus, ita facere tenebatur, vt pecuniæ verterentur, *Innocen.in cap.1.nu.2.vbi Cateri de depoſito, Gratian. diſcept.45. nu.34. Cenc.de cenſ. qu.15.ſub nu.37.verſ.& licet, & ſequitur Rota coram bon.mem.Merlin.deciſ.219.à nu.12.in Firmana Cenſus 3.Iunij 1658. §.& adhunc effectum, coràm R.P.D. Priolo*, & quanto facilius poterat Clementia à debitis liberari, & pecunias in eius beneficium, vt fuit Iudici expreſſum conuertere, dum mediantibus ordinibus, per ipſum ſubſcriptis, pecuniæ ſoluebantur, tanto ma- 9 gis huiuſmodi † defectus eſt ipſi imputãdus, ad *text.in l.ſi mulieri, ff. quod metus cauſa, gloſſ. in cap.quem in Eccleſiarum, in verb.pro inopia, de cõſtit.cum ſimilibus.*

Non ſubſiſtit, quod Cenſus non fuerit ſtipulatus nomine Cappellæ Sancti Hilarij, & ad illam ſpecter. Ideoque Clementia potuit accedere, non ſeruatis ſolemnitatibus re- 10 quiſitis à ſtatuto, quod † non habet locum, quando Mulier contrahit cum Eccleſia, *Paul.de Caſtro,conſ.432.col.2. verſ.3.principaliter, Rota coram Verall. deciſ.179. in fin. & deciſ. 194. 11 part. 3.* quia † præfata concluſio hanc recipit declarationem, vt procedat quando Mulier exercet opera pietatis erga Eccleſiam, quo 12 caſu non requiruntur ſolemnitates † ſecus ſi inter ſe tanquam priuatę perſonę contrahũt, vt diſtinguendo aduertit *Caſar. Manet. deciſ. 6. per totam, & reſpondit Rota in Romana Nullitatis Obligationis 13. Nouembris 1628. §. neque obſtat, coram bon. mem. Coccino*, obiectum tollitur ex lectura Inſtrumentorum impoſitionis Cenſus, & obligationis Clementiæ, in quibus nulla adeſt ſtipulatio pro Cappella, neque Cappellani interfuerunt, ſed ſtipulatio facta, legitur ad fauorem Bernardi Mauri, vti hæredis Hilarij de Mauris, ſtipulantis pro ſe ipſo, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, quibuſcumque in perpetuum, & quamuis pecuniæ proueniãt ex hæreditate Hilarij, Cappellæ fundatoris, vt poſt liberam cenſus impoſitionem fauore dicti Bernardi, ſubiungitur in Inſtrumento, ex eo tamen, non reſultat acquiſitio cenſus ipſi Cappellæ reſiſtentibus tum verbis ſtipulationis huiuſmodi, & Cedulæ Sac. Mõtis Pietatis, vbi pecuniæ cantant ad creditum dicti Bernardi, qui nomine proprio eas ſolui, mandauit Cardinali, tum, & ex verbis Capitulorum erectionis Dominium, & proprietatem pecuniarum, eidem Bernardo præſeruantibus, ibi: *Item, che il dominio de' denari inueſtiti in detti luoghi di monti, ò che pro tempore in qualſinoglia modo ſi troueranno inueſtiti, ſiano d'Ilario mentre viue, e doppo lui, ſiano di Bernardo ſuo 13 fratello*; ſi igitur † ipſe retinet dominium neceſſario, dicitur Dominus illarum, & non Cappella, *l.in re mandata, C.mandat. Bart. in l.ſi quis,§.& differentia, ff.de acquir.poſſeſſ. Rota coram Mantic.deciſ.63.nu.54.Buratt.deciſ.363.nu.1.*

Pro remanenti vero ſumma ſcut.2787. 50. quæ apparent erogata in extinctionẽ tot debitorum, in quibus erat obligata Clementia, hoc eſt ſcutorum 2000. pro ſorte principali, & fructibus Cambij contracti cum Barone Pa-.

Patriarca ſcut. 137. 50. ex cauſa fructuum cēſus debita DD. de Theodolis, de tempore impoſitionis cenſus alia ſcuta 100. ſimiliter pro fructibus cenſus, ſoluta loco pio Sanctæ Euſemiæ alia centum Felici Zacchiæ Rondaninę, nec non ſcut. 250. Domino Duci Lantes, ac ſcuta 700. Almę Domui-Lauretanæ, iuxtà notulam datam DD. extimarunt obligationem ſuſtineri, & ad ſolutionem fructuū pro dicta rata ſcutorum 2787. 50. Clementiā te-
14 neri, quia † quemadmodum eo tempore dicta debita erant clara, & incontrouertibilia, & non ſecuta ſatisfactione creditorum cum prædictis pecunijs, modo ipſa ad ſolutionem teneretur, ità nec ſuæ obligationi contraeuenire valet, ſub prætextu defectus ſolemnitatum in hoc caſu requiſitarum, *Lambertengh. de contract. gloſſ. 24. num. 21. Rota deciſ. 111. nu. 11. apud Pic. ad Statut. Vrbis, bon. mem. Merlin. dec. 758 num. 4. & in Romana Manuten. 5. Maij 1659. ſ. nō obſtat, coram Reuerendiſ. D. meo Decano.*

15 Non vrget, quod data nullitate obligationis pro vna parte, non poſſit pro alia ſubſtineri ratione indiuiduitatis decreti deſuper interpoſiti, *l. magis puto, §. aes alienum, ff. de reb. eor. Roland. à Valle conſ. 7. nu. 86. lib. 3. Gratian. diſcept.*
16 *forenſ. capit. 691. numer. 32.* quia † concluſio alioquin vera non viſa fuit caſui noſtro applicari poſſe, in quo fuit impoſitus cenſus à Cardinale, & dicta Clementia acceſſit adhūc præciſum finem, & effectum extinguendi debita, cum pecunijs traditis, quibus ſignanter ipſa premebatur, & in hoc non potuit Iudex decipi, dum fuit ſpecifice ei narratum, & realiter pecuniæ, pro dicta rata in dicta extinctione implicatæ fuerunt, & Clementia iam reportauit liberationem, ſicque bene ſubſi-
17 ſtit obligatio, alias ſequeretur, quod † cum iactura dantis pecunias ſuis ſatisfeciſſet creditoribus, *l. ſi pupillis 7. §. ſe obligauerit, ff. de rebus, l. ſi prædium 16. §. emptor, Cod. de præd. min. Angel. conſ. 106. in fin. Grat. cap. 576. numer. 32. cap. 750. num. 1. & cap. 879. num. 9. Gregor. deciſ. 31. nu. 9.*

In quam reſolutionem eo magis DD. deſcenderunt, quia negari non poteſt, quin in omnem caſum Clemētia teneretur de actione in rem verſo ad reſtitutionem pecuniarū,
18 quas † æquitas non patitur, vt lucretur cum cuidenti Bernardi, & ſuorum detrimento, *§. igitur, inſtit. de act. ex quaſi contractu, l. ſoluendo, ff. de inſtit. l. fin. C. eodem, l. eique, §. alioquin, C. quod cum eo, Gratian. diſcept. 632. num. 6. Rota in Romana Pecuniaria 24. Aprilis 1662. §. caterum, & 27. Iunij proximi præteriti, coram me, §. 1.*

Et ita modo quo ſupra fuit reſolutū vtique, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Aſculana Dotis.

Lunæ 24. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Vir lucratur tertiam partem Dotis Vxoris, vigore Statuti Aſculi, quod tunc amittit, ſi in aliam inſeuerit. Statutum Aſculi requirit in teſtamēto Vxoris conſenſum Viri, dūmodò non ſit factum eius fauore, quia tūc non ſufficit conſenſus, ſed requirit decretum Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Aſculi dat Viro tertiam partem Dotis Vxoris præmorientis.*
2 *Sæuitia viri in vxorem, facit amittere tertium dotale.*
3 *Sæuitia viri in vxore nō probatur per teſtes de auditu.*
4 *Dotis reſtitutio habet viam executiuam.*
5 *Dos relicta heredibus ab inteſtato à Teſtatore, non poteſt de eo diſponere illius hæres.*
Quod amplia, vt num. 6.
7 *Statutum Aſculi in teſtamento vxoris, requirit cōſenſum viri.*
Quod limita, vt num. 8.
Quod declara, vt num. 9. & 10.
11 *Vxor coacta à viro ad teſtandum, non valet illius diſpoſitio.*
12 *Metus, & dolus in Teſtamento ex quibus inducantur, & num. 13. 14. 15. & 16.*
17 *Teſtes de auditu adminiculati, bene probant in materia difficilis probationis.*
18 *Teſtibus de metu deponentibus, magis eſt credendū, quam Teſtibus deponentibus de libera voluntate Teſtatoris, quod fallit, vt num. 19.*
20 *Exceptio turbida non poteſt impedire obligationem Cameralem.*

DECISIO CLXIV.

POMPILIVS frater, ac hæres ab inteſtato Thereſiæ, Mandatum A. C. contra Antonium, eiuſdem met Thereſiæ virum, obtinuit pro reſtitutione Dotis in ſumma florenorum 4700. illi antea perſolutæ; ſuper cuius executione mandati, per me hodie propoſito dubio pro duabus Dotis, dumtaxat partibus illud exequendum fore, DD. reſpōderunt: Reliquum verò Antonio adiudica-
1 runt; Quia † prædecedente Vxore, pars tertia Dotis Viro defertur à Statuto, vt alias in terminis cenſuit *Rota in deciſ. 710. nu. 3. cum ſeq. par. 1. recen.* Cuius diſpoſitionem exindè Geltruda hæres Pompilij non poterit euitare,
2 quod Antonius † diuerſas ob ſæuitias in propriam Vxorem exercitas Dotali lucro priuatus euaſerit, iuxtà *Theoricā Imolæ in l. ſi cum dotem 22. §. ſi autem in ſæuiſſimo, nu. 74. ibique Alex. num. 10. ff. ſolut. matrimon. Roman. in eadem l. §. ſi maritus, nu. 8. Ruin. conſ. 131. nu. 4. lib. 4. Alex. conſ. 123. nu. 5. lib. 7. Roland. de lucr. dot. qu. 70. num. 1. Roer. deciſ. 244. nu. 12. Rota deciſ. 300. nu. 6. p. 6. rec.*
3 Hęc quippe † ſęuitia, iuſtificationem ex teſtibus nequit aſſumere, deponentibus de ſimplici auditu, *Pariſ. conſ. 54. nu. 17. lib. 4. Rota deciſ. 441. nu. 3. par. 1. recen. & in Romana ſeparationis Thori 25. Ianuarij 1661. §. in præſenti autem, coram Rever. P. D. meo Priolo,* & in his terminis notat *Alex. in conſ. 123. nu. 8. verſ. iſtud, lib. 7.*

Pro duabus verò partibus executionē, Domini decreuerunt, Mandato innixi, ſpeciali

conuentioni, in Instrumento nuptiarum in-
4 sertæ, vt scilicet in casu † restituendæ Dotis, deberet illa ab Antonio hęredibus ab intestato, Theresiæ consignari, cuius virtute pacti, Camerali obligatione muniti valuit Pompilius hereditario iure sororis, contra Antonium, executiuè peragere, vt addit *Castrens. in l. post rem iudicatã, ad finem, ff. de re indic. & in cons. 260. nu. 4. ad med. vers. & sic ex praditis, lib. 1. Calles. de obligat. cameral. par. 1. qu. 2. num. 11. & 12. Rota coram Duran. decis. 404. num. 4.*

5 Hinc non vrget Testamentum Theresiæ, Antonij Viri institutionem præseferens, siquidem perspecto præcedenti pacto, vt deberet dos suis met hæredibus ab intestato restitui, nequibat ipsa sinè filijs defuncta in præiudicium fratris de illa disponere, vt dixit in spe-
cie *Rota coram Millin. decis. 177. per totam, & præsertim nu. 5.* quod sanè pactum, legitimè Põ-
6 pilius in sui fauorem † apposuit, dum ex ære proprio sorori dotem constituit. ad *text. in l. ob res, nn. 1. ff. de pact. dotal. Soccin. Sen. cons 38. nu. 9 l. 1. Franch. decis. 196. nu. 2. & 6. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gloss. 10. par. 1. nu. 2. & 3. fol. mihi 312 Rota coram Millin. decis. 213. nu. 2.*

7 Asculanum prætereà statutum in Testamento Vxoris consensum Viri sub nullitatis incursu inquirit. Et licet ille in proposito ca-
8 su noscatur † adhibitus; nihilhominus vitio nullitatis Testamentum euasit obnoxium, quia vir in Testamento, ad sui commodum principaliter edito, assensum præstare prohibetur à iure, vt tradit *Angel. in §. Economus, authent. de alienat. & emphit. Roman. in l. 1. num. 20. C. vnde vir, & vxor, Iaf. in l. 1. §. fuit quæsitum in 2. lectura, num. 4. & 5. ff. ad Trebell. vbi de communi opinione, attestatur Abb. in cap. ficut nostris 27. num. 5. de iur. iur. Alex. cons. 106. vol. vlt. vers. vnde mihi, lib. 1. Tiraquell. in l. connub. gloss. 8. num. 114. vers. & hoc expressè Panziroll. cons. 187. nu. 20.* rationem verò adducit *Castren. in l. feminas 3. nu. 7. C. qui Testam. facer. poss.* quod scilicet consensus à statuto censetur requisitus, vt Vxoris im-
9 becillitati consulatur. † Adeoque huius vice consensus iudicis decretum debuerat adhiberi ex *Doctrin. gloss. in l. si furiosi 25. in verb. qua moderatione ibique Bald. num. 76. C. de nupt. Roman. in l. 1. n. 20. post med. C. vnde vir. Alexander in l. 1. §. quæsitum sub num. 8. ff. ad Trebell. ibique Iason. num. 7. versic. aduerte etiam & cons. 69. num. 2. vol. 1. Corn. cons. 242. numer. 3. vol. 4. Panziroll.*
10 *cons. 187. num. 22.* † quidquid dici posset in casu, quo in alterius fauorem dispositio principaliter edita foret, & Maritus in consequẽtiam dumtaxat aliquod lucrum ex testamento retraheret, in quibus terminis emanauit decisio *coram bon. mem. Coccino in Asculana Dotis impressa part. 1. Rec. dec. 710. n. 2.*

Anidmauertebant denique aliqui ex Do-
11 minis Theresiam mulierem maximę † simplicitatis, ac in decimo quinto ætatis anno constitutam præter sui voluntatem ad testamenti factionem processisse: ex Viri timore videlicet inductam, necnon suggestione, ac dolo fratris Alberti sui Confessarij. Ille quippe, nec non Anna soror ipsius minas, & verbera pluries intulerunt Theresiæ, vt ad testamenti editionem illam in fauorem ipso-
12 rum impellerent. † Quinimmo accessum Pompilio fratri, alijsque consanguineis ad Theresiam idemmet Vir denegauit, ne sui, ac sororis institutionem impedirent, quem actum pro testamenti inualiditate ponderauit *in specie Aym. in cons. 516. num. 6. vers. secundo in casu Afflict. decis. 69. numer. 7. Andreol controu.*
13 14. num. 10. ad finem. † Alter verò arctissimo amicitiæ vinculo Antonio annexus, in actu confessionis absolutionẽ pluries exindè Theresiæ denegauit impartiri, quod bona sua re-
nuebat eidemmet Antonio Viro elargiri, vt ex Testium dicto concluditur, qui licet de auditu ab eadem met Theresia deponãt, necnon ab altero pœnitente fratris Alberti; præsumptionem tamen aliquam veritatis inducunt in casu proposito, quo facti seriem post absolutionem sibi denegatam Theresia in Ecclesia enarrauit, *ex traditis per Riminald. iun. in*
14 *cons. 362. nu. 75. cum seqq.* † Dum maximè schedulam testamenti idemmet frater præsente Viro latino idiomate conscripsit, & nulla præcedente ipsius Lectura curauit, vt Theresia, cuius manum ipse trahebat se Crucis signo subscriberet, licet hoc eadem agere recusaret, vt ex duobus testibus Religiosis ibidem subscriptis conuincitur, attestantibus præterea, quod cum Theresia sub ignorantiæ, necnon impotentiæ prætextu schedulam testamenti notario renuisset consignare, ac verba proferre, denotantia suam ibidem vltimam voluntatem contineri, frater Albertus illam ad id peragendum induxit, eidem suggerens verba in actu schedulæ consignandæ consueta proferri, ex qua sane serie facti videtur me-
15 tus, ac doli probatio † consurgere quorum vterque vires adimit Testamento vt de metu *tradit Ruin. cons. 2. num. 10. lib. 2. Aym. cons. 516. nu. 6. Decian. cons. 65. nu. 2. cum seqq. lib. 2. Franch. dec. 180. Rot. decis. 293. nu. 1. cum seq. par. 8. rec. & in terminis doli notat Dec. cons. 489. num. 6. Ruin. cons. 73. nu. 4. lib. 2. Decian. cons. 65. n. 7. & 8. lib. 2. Surd. cons. 373. nn. 18. & 34. cum seqq. Rot. dec. 392. n. 6 & 7. par. 8. rec.* vel nequit saltem inficiari quin fides fratris Alberti fuerit diminuta, itaut dum hic modus testandi conscriptoris schedulæ integritati inhæret, testamentum debeat in in proposito casu corruere, vt in similibus *fere terminis Rot. respondit in Aesina bonorum 31. Martij 1659. in §. qua & facilius coram me.*

Hinc non obstat quod testes, verbera referentes de simplici dumtaxat auditu deponant
17 dum præter eorum † depositionem alię coniecturæ concurrunt, in huiusmodi materia difficilis probationis admitti consuetæ, vt tradit *Mandell. cons. 77. num. 29. Ruin. cons. 121. nu. 12 lib. 4. Honded. cons. 29. n. 21. lib. 1. Rot. coram Greg. dec. 326. nu. 2. & dec. 293. nu. 4. part. 8. rec.* Aliorum testium depositione in nihilo releuante: vel quiá plures patiuntur exceptiones, siuè
18 ex quo debet potius fides testibus de metu deponentibus adhiberi, quam alijs de libera voluntate attestãtibus, *vt not. Innoc. in cap. super hoc 4. num. 2. de renunciat. Alex. cons. 156. n. 3. lib. 5*

Pan-

Purpurat.conf.282.nu.14.Mastard.de probat.concl.1055.num.1.cum seq.Rot.coram Greg.dec.326.num.46.& dec.192.num.25. par.6.rec.

19 Et licet alij Domini in contrariam Sententiam inclinauerint, inhærentes potiſſimè teſtibus de ſpõtanea voluntate Thereſiæ deponentibus; nequit tamen inficiari, quin aliqua 20 Teſtamentũ ſuſpicione laboret, cuius † virtute nõ valet interim virtus obligationis Cameralis impediri, ex ſui natura reijcientis turbidas exceptiones, vt notat *Bald.in conſ.152.in fine,lib.2. Rota deciſ.65.nu.13.par.7. recent. & coram Gregor.deciſ.406.num.17.*

Et ità vtraque,&c.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO nunc S. R. Eccleſ. Cardinali.

Perufina Cenſus.

Lunæ 24. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Debito Principalis ſoluto obligatio fideiuſſoris vti acceſſoria euaneſcit. Ratificatio facta rebus in eodem Statu non permanentibus nullum producit effectum in præiudicium Iuris tertio quæſiti.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus impoſitionis validitas, & obligatio fideiuſſoris ex publico inſtrumento reſultat.*
2 *Debitore principali liberato ceſſat quoque obligatio fideiuſſoris.*
3 *Pacto in inſtrumento appoſito non adimpleto res ad primæua iura redit, & eſt ac ſi contractum non fuiſſet.*
4 *Cenſus per dationem in ſolutum quando extinguitur non poteſt amplius ſub quouis prætextu reuiuiſcere.*
Sed declara, vt nu.5. & 6.
7 *Obligatio fideiuſſoris extinguitur per ſimplicem cõtractus nouationem.*
Sed hoc non procedit quando nouus contractus continet expreſſum pactum reſolutiuum, & clauſulam præſeruatiuam priorum iurium, & nu.8.
9 *Ratificatio facta re non integra non ſuffragatur, nec vllum producit effectum in præiudicium iuris alteri quæſiti.*

DECISIO CLXV.

MARCELLVS de Alphanis, qui fideiuſſit pro Antideis in Inſtrumento cẽſus ſc.600. fuit ad inſtantiam illorum de Baptiſtis hęredum Octauij Dazettæ Creditoris conuentus in Tribunali A. C. pro fructuum ſolutione, & ſententiam abſolutoriam reportauit, & commiſſa mihi cauſa appellationis, dubitaui, an fructus Cenſus debeantur, & affirmatiuè reſponſum fuit.

Pro cauſa dubitandi non fuit controuerſa validitas † impoſitionis cenſus neque 1 obligatio fideiuſſionis Marcelli, cum de vtraque ſufficienter conſtet ex publico Inſtrumento relato in Summario Caroli *num.1.* ſed ſolùm fuit allegata eiuſdem cenſus retrouenditio ſequuta de anno 1657. mediante datione in ſolutum cuiuſdam domus valoris ſcutorum 900. & vnius Cenſus annui redditus ſcut. 48. vigore enim præfatæ aſſignationis prætenditur fuiſſe extinctos nedum Cenſum, de quo agitur, verùm etiam alios duos in ſorte principali ſc. 600. quæ pariter ab Antideis fuerunt impoſiti ad fauorem eiuſdem Octauij, & proinde dicitur Manellum amplius non teneri,† cum ſequuta cenſus extin- 2 ctione, & liberatione principalis debitoris ceſſet quoque obligatio acceſſoria fideiuſſionis, *l.Vranius ff.de fideiuſſ.Buratt.dec.934.nu.3.*

Cæterum attento tenore retrouenditionis cenſuerunt Domini Cenſum non fuiſſe extinctum, quia contrahẽ expreſsè conuenerunt, ibi, *quod in caſu, quo d. Octauius, eiuſque hæredes in fine cuiuslibet anni, & deinde aliorum quatuor menſium non conuenti fuerint fructus dicti Cenſus eidem Domino Octauio, & ſuis liceat, & poſſint toties quoties caſus euenerit redire ad ſua primæua Iura pro rata omnium prædictorum Cenſuum, quibus iuribus per prædictũ Inſtrumentũ non intelligatur factum aliquod præiudicium, immò in caſu præfato ex nunc pro tunc intelligatur receſſum, atque ac ſi factum non fuiſſet, & hoc ad omnem ſimplicem & extraiudicialem declarationem d. Domini Octauij* 3 *eiuſque &c.* & ideò cum intra † tempus conuentum non fuerint ſoluti fructus Cenſus, vt ſupra aſſignati vigore pacti reſolutiui prorſus euanuerit retrouenditio perinde, ac ſi nunquam facta fuiſſet *Bald.in l.ea lege num.13.verſ. ego dico C.de condit.ob cauſ.Peregr.conſ.77.num.7. lib.5.Rot.in Narnien.excarcerationis 6.Febr. 1662 coram R.P.D. meo Bourlemont §. nam Hypolita,* & in terminis cenſus tradit *Cenc.de cenſ.q.108 num.18.& ſeq.Rot.poſt eundem dec.495.num.5. & in recent.deciſ.291.ſub num.16. & deciſ.559.n.33. & ſeq.par.9.*

Nec applicantur auctoritates allegatæ pro 4 parte Marcelli ad effectum probandi, † quod vbi Cenſus extinguitur per dationem in ſolutum, non poſſit amplius ſub quouis præ- 5 textu reuiuiſcere, † omnes enim procedunt in caſu puræ, & ſimplicis retrouenditionis irreuocabiliter factæ per viam dationis in ſolutum, nam tunc in caſu euictionis, ſeù non adimplementi, non agitur ex veteri contractu Cenſus, iam reſoluto, ſed ſolùm competit actio eiuſdem, vel in factum vigore ſecũ- 6 dæ ſtipulationis, ſecus tamen, quando prout hic retrouenditio eſt conditionalis, & continet pactum redeundi ad primæua iura, quo caſu effectus extinctionis remanet in ſuſpenſo, & ab ipſa conditione dependet, vt benè diſtinguit *Cenc. vbi ſupra d. qu.108. in fine cum aliis allegatis per Surd.deciſ.266.num.4.& ſeqq.*

7 Nec obſtat, quod † per ſimplicem contractus nouationẽ extincta remaneat obligatio fideiuſſionis, nec reuiuiſcat ſine eius noua 8 conſenſu, † quia id non procedit quoties, vt hic nouus contractus, ex quo inducitur nouatio, expreſſum continet pactum reſolutiuũ, & clauſulam præſeruatiuam priorum iurium, *Dec.in l.pacta nouiſſima num.5. Cod.de pact. Bald.*

conf.77. num.2. verſ. in contrarium eſt verius lib.1. Grat.conſ.126.nu.8.lib.1.Maur.de fideiuſſ.ſect.10. cap.4.nu.46.

Neque releuat pactum in Inſtrumento retrouenditionis adiectũ,quod ſcilicèt Marcellus intelligatur à fideiuſſione liberatus ſtatim ſequuta ratificatione facieñ per Alexandrum fratrem Perſiani Antidei, quæ ratificatio ſuperuenit de anno 1660.tùm quia pactum huiuſmodi reſtringitur ad obligationes, & fideiuſſiones contentas in eodem Inſtrumento retrouenditionis, ibi, *ſtatim ſequuta ratificatione D.Marcellus intelligatur penitùs,& omninò liberatus, & exemptus ab huiuſmodi fideiuſſione, & quacunque alia ſua obligatione in præſenti Inſtrumento contenta*, & ſic non extenditur ad fideiuſſionem factam in Inſtrumento Cenſus, de qua hodie agitur, tum etiam quia ratificatio non ſuperuenit tempore habili, ſed poſt reſolutum contractum, mediante declaratione illorum de Baptiſtis iudicialitèr facta, quod nempè volebant habere regreſſum ad primęua iura, † ideoque tanquam facta re non amplius integra nullatenus ſuffragatur, neqs vllum operatur effectum in præiudicium iuris alteri queſiti *Bart.in l.Vxor 10. nu.2.& 4. ff.ad l.Iuliam de adult.Menoch.conſ.675.nu.5.& 6. Grat.diſcept.for.cap.57. nu.17.* cum plenè congeſtis *in Eugubina compromiſſi 6. Aprilis 1663. §.ſiquidem, & §.ex quo coram Rev. P. D. meo Veroſpio.*

Et ità vtraque &c.

R.P.D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Romana, ſeu Ferrarien. Donationis.

Lunæ 24. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à minore ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs, & Aegidianæ conſtitutionis non valet, quæ conſtitutio per totum Eccleſiaſticum ſtatum ſummis Pontificibus id iubentibus eſt omnino ſeruanda. Miles an ſubiaceat ſolemnitatibus ſtatutarijs quando non eſt in expeditione. Donationis ratificatio ſine nullitatis ſcientia induci minimè poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* VOLO *infiniti temporis verbo iniunctum præparationem actus in futurum faciendi, qui nihil operatur, importat.*
2 *Donatio facta à minore ſine ſolemnitatibus ſtatuti, & Aegidiana conſtitutionis non ſubſtinet.*
3 *Conſtitutio Aegidiana per ſummorum Põtificum extenſionem in ſtatu Eccleſiaſtico in donationibus per minores faciendis eſt omnino ſeruanda*
4 *Statutum Ferrariæ requirit in donationibus minorum præſentiam Iudicis duodecim ſapientum, & Gabellariorum.*
5 *Miles non ſubiacet ſolemnitatibus*
Limitata tamen vt nu.6.
7 *Donatio vltra agentis intentionem operari non poteſt.*
8 *Ratificatio donationis per minorem facta inducitur ex taciturnitate donantis facti maioris quod declara vt num 9.& 10.*
11 *Ratificatio ſine ſcientia nullitatis non inducitur*

DECISIO CLXVI.

VIGORE donationis ſibi factæ à q. Comite Dauid Vidman ſcutorum 200. in ſingulos annos ſua vita durante obtinuerat Columnellus Theofanus manutentionem in quaſi poſſeſſione annuam hanc præſtationem exigendi, probata, vt prætendebatur bina eius quantitatis exactione, ſed cauſa appellationis interpoſita ab hæredibus dicti Comitis, mihi ſimpliciter commiſſa, propoſui dubiũ ſuper bono iure, & ad effectum manutentionis & de bono Iure Columnelli reſponſum fuit non conſtare, quatenus etiam aſſertam donationem deducit ex Epiſtola,ſeu Viglietto Ferrariæ conſcripto à Comite Vidman non poteſt ex eo aliquid concludens firmari, quia prænarratis multis negotia propria eidem Columnello concernentibus ſubiungit, *E ben vero, che deſidero far hora vn'obligatione, e darla à V.S. nelle mani, nella quale io voglio promettere, che per qualſiuoglia accidente, che mi aueniſſe di volerli dare in vita ſua ducati 200. e perche non ſi puol ſapere la vita, e la morte, obligarò ſubito li miei heredi &c.* quæ verba demonſtrant, quod Viglietum non continet perfectam donationem, ſed ſimplicem velleitatẽ propoſitam, & deſtinationem donandi, cum
1 verbum, † *Volo*, iniunctum verbo infiniti temporis diſpoſitionem non importet, ſed præparationem actus in futurum faciendi, qui nihil operatur, *Soccin. Iun. conſ.179.nn.57. & ſeqq.lib.1.Gratian.diſcept.550.num.14. Rot.deciſ.258.nu.6.& ſeqq.dec.346.nu.13.& ſeqq.par.9. recent. cum aliis in Rom. hereditatis 1. Apr.1658. coram me, §.Primus enim.*

Si verò ſe fundat in Apoca ſubſequenti ſcripta 18. Septembris 1645. in qua Comes illi donauit dicta annua ſcuta 200. nec pariter obtinere poteſt, quia cum eo tempore idem Comes natus 4. Iulij 1649. eſſet minor
2 donatio † tanquam facta ſine ſolemnitatibus Statuti Ferrarieñ, & Conſtitutionis Aegidianæ non ſubſtinetur, † quæ quidem Conſtitutio propter extenſionem Summorum Pontificum in toto Statu Eccleſiaſtico ſeruari debet *Rota coram Merlin.deciſ.260.nu.3.& 4.par.6. recent. in Romana, ſeu Peruſina Cenſus 12. Decembris 1644. cor. bo.me. Bichio poſt Zacch. de oblig. Camerali deciſ.162.num.3.* & in ſpecie † de Statuto Ferrariæ requirente donationem fieri Iudici duodecim Sapientum, & Gabellarijs, *Rimin.Iun.conſ.72.per tot.Ladercb.conſ.8.num.7.in fin.num.10.& 11.* quos ſequitur *Rot. deciſ.687. num.14.& 19.coram Merlino, & deciſ.187.nu.13. par.7.recent. & in ſimili cor. Eminentiſs. D. Card. Ottobono deciſ.205.num.1.& ſeqq. & in Tiburtina Donationis 31. Ian. 1659. & 16. Ian. 1660. coram me.*

Nec ad ſubſtinendam donationem ſuffragari

Digitized by Google

gari poteſt, quod Comes tunc eſſet Miles, &
5 donatio facta Militi, † qui ſolemnitatibus
non ſubiacet, huiuſmodi enim qualitas de-
eo tempore in Comite non probatur, & pro-
bata non releuaret, quia tunc negotiorum
cauſa Ferrariam peticrat, non autem ex cau-
ſa militiæ, vt eam ab hoſtibus tueretur, &
6 tamen † vt Miles circa ſolemnitates priuile-
giis gaudeat, oportet, quod ſit in expeditio-
ne in loco hoſtili videlicèt in Inuerſionis ſu-
biecto, aut in ipſo actu pugnandi, *Gabr. conſil.100.num.3.verſ.Imò ad hoc lib.2. Gaill. pract. obſer.18.lib.2.num.6.Vivian.deciſ.491.num.3. cum alijs in Romana Teſtamenti 22. Martii 1656. corã Reuerendiſs. D. meo Decano, §.verum quia.*

Perfecta donatio deduci paritèr nequit ex verbis illis Schedulæ, *e così colli ſcudi 200. che io gli prometto darli in vita, vorebbe V. S. &c.* Quia ad hunc finem ſcripta non fuerant, ſed ad ſolum effectum calculãdi introitus Theophani, vt cognoſceret, quod poſt donationẽ, quæ ſubſequi debebat ..... in tot prouentibus, ex quibus commodè poſſet viuere. Vndè cum transfundant præcedentem deſtinationem ad perfectum actum donationis,
7 cum † vltra intentionem Agentis operari non poſſit, *l. non omnis 19. ff. ſi certum petatur, Cravett.conſ.312.num.3.Gratian.diſcept.948.n.38 Rot.deciſ.93. num.14. par.8. recent. & in Romana Pecuniaria 21. Ianuarii 1663. coram Reuerendiſs. D. meo Decano.*

8 Et demum † non releuat, quod ex taciturnitate Comitis per quinquennium poſtquã maior effectus fuit inducta dicatur donatio-
9 nis ratificatio, *ex l. fin. C. ſi maior factus,* † tum quia hoc procedit quando minor agit pro repetitione rei donatæ, non autem quando eſt reus, & excipiendo deducit nullitatem donationis, *Rota in Toletana Salarij apud Spadã conſ.237.num.25.verſ.aliud tamen eſt lib.2.dec.272 num.18.& ſeqq.par.9.recent. & in Ravennaten. relevationis Indemnitatis 6. Februarii 1662. coram*
10 *R.P.D. meo Ninot §. quo autem ad tacita,* † tum quia non probatur, vt oportet, quod Comes haberet ſpecificam, & indiuiduam ſcientiam
11 nullitatis, † ſine qua ratificatio non inducitur *Rot.deciſ.190.num.31.par.6.recent.cum alijs allegatis in Rom. Locorum Montium 28. Martij 1659. §.fin. coram me.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

Bononien. fideicommiſſi de Cęſareis.

Lunæ 24. Martii 1664.

A R G V M E N T V M.

Teſtator vocans legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio natos cenſetur legitimatos excludere voluiſſe maximè concurrente in ſubſtitutionibus factis eadem qualitate ex legitimo matrimonio natorum, vndè legitimatus excluſus ab vna ſubſtitutione ex alia quoque excluſus cenſetur quando appareat de voluntate Teſtatoris, quæ ſi ſit dubia, vna ſubſtitutio aliam declarat; Vndè cum legitimatio in fraudem ſubſtitutorum, & creditorum facta ſit minimè ſubſtineri poteſt.

S V M M A R I V M.

1 *Legitimatus per reſcriptum non comprehenditur inter legitimos, & de legitimo matrimonio natos.*
2 *Legitimatus per reſcriptum admittitur ad fideicommiſſum, ad quod vocati ſunt legitimi, & naturales.*
3 *Filius excluſus vnde liberi non eſt excluſus vnde legitimi;*
4 *Excluſus ex teſtamento ab vno gradu, vel ab vna ſubſtitutione non eſt excluſus ab aliis,*
5 *Legitimatus eſt agnatus patri legitimanti.*
6 *Teſtator vocans legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio natos videtur ſe redegiſſe ad ſpeciem ex legitimo matrimonio natorum, & excluſiſſe legitimatos.*
7 *Dictiones*, alij, aliæ, *inferunt ſimilitudinem qualitatum ſupra expreſſarum.*
8 *Teſtator vocans legitimos, & naturales preſumitur vocare voluiſſe ex legitimo matrimonio natos.*
9 *Cauſa naturalis eſt attendenda, non accidentalis.*
10 *Filius legitimatus eſt filius fictè legitimus.*
11 *Legitimorum filiorum nomine non veniunt legitimati.*
12 *Teſtator deficiente linea maſculina ex legitimo matrimonio nata proximiores fœminarum ſubſtituẽs ex legitimo matrimonio natos non videtur voluiſſe ſuccedere ex alterutra linea filios legitimatos.*
13 *Dictio*, Sic, *iuncta cum copula precedente ſtat illatinè.*
14 *Teſtator quod voluerit in bonis ſuis ſuccedere filios ex legitimo matrimonio natos arguitur ex repetitione legitimorum, & naturalium, & ex legitimo matrimonio natorum in conditione poſitorum.*
15 *Legitimatus non excludit ſubſtitutum ſub conditione filiorum legitimorum, & naturalium, ſi teſtator in alia parte teſtamenti fecerit mentionem de natis ex legitimo matrimonio.*
Et hoc eſt intelligendum in vocatione proximiorum agnationis, & nu.16.
Amplia, vt nu.17.
18 *Teſtatore prohibente bonorum alienationem inſtitutis ſubſtitutis, & vocatis non poteſt hæres illius voluntati contravenire per legitimationem.*
19 *Legitimatio eſt ſpecies alienationis, & nu.24.*
Immò, & ſpecies donationis patris, & principis, num.25.
20 *Teſtator prohibens omne genus alienationis cenſetur etiam prohibuiſſe legitimationem.*
21 *Legitimatio eſt alienatio per actum inter viuos.*
22 *Voluntas teſtatoris eſt ſeruanda, nec per hæredem poteſt ſubuerti, cum pro lege habeatur.*
23 *Voluntati teſtatoris etiam Comes Palatinus contravenire non poteſt.*
26 *Donatio neque alienatio quicquam nocet agenti, quin etiam noceat eligenti.*
27 *Donatore alteri donante, & poſtea filium legitimante non revocatur donatio ante legitimationem facta.*
28 *Legitimatio fieri non poteſt non citatis abſentibus, & inſcijs ad fideicommiſſum venientibus.*

29 *Legitimans nullum cenſetur per legitimationem præiudiciũ inferre voluiſſe, dum non fuerunt narrata perſona, quibus ex legitimatione præiudicium inferebatur.*
Quæ potuerunt eſſe plurima ex teſtamento, & fideicommiſſo exprimenda, & nu.30.
Et ſaltem amplioribus æquiualentibus clauſulis cũ plenitudine poteſtatis, & nu.31.
32 *Reſcriptum non derogat alicui contractui, ex quo ſit ius quæſitum tertio.*
33 *Teſtator qualitatem natorum ex legitimo matrimonio exoptans cenſetur excludere velle legitimatos.*
Et ſic per excluſionem teſtatori odioſi reputantur, & num.34.
35 *in Proximiorum generali vocatione nunquam cenſetur venire odioſus excluſus, & reprobatus.*
36 *Excluſus ab vna ſubſtitutione non prohibetur venire ex alio quando apparet de voluntate.*
37 *Voluntas teſtatoris quando eſt dubia vna ſubſtitutio aliam declarat.*
38 *Excluſus ab vna ſubſtitutione cenſetur etiam excluſus ab alia in qua eadem res continetur.*
39 *Donatarius ad omne es alienum donatoris tenetur.*
40 *Donatio dicitur vniuerſalis donatario non diſponente de bonis reſeruatis, & nu.42.*
Ratio num.43.
41 *Donationis vſumfructum reſeruans ſibi donator cenſetur reſeruaſſe illum ſibi ad teſtandum.*
Limita, vt num.44.
45 *Hæreditas non ſoluendo hæredem non inuenit.*
46 *Legitimatio à decoctore, vel proximè decocturo facta non ſubſtinetur.*
47 *Statutum fori Mercatorum bonorum* rub.71. *præſumit omnes ſcripturas decoctorum, & per annum ante decoctionem factas fraudulenter fuiſſe compoſitas.*
Quod amplia, vt nu.48.
49 *Bona, vel mala fides vnius creditoris aliis præiudicare non poteſt.*
50 *de Iure poſſeſſoris non curatur, ſi non conſtat de iure petitoris.*
51 *Reo ſuffic it, vel quod perimat intentionem actoris, vel quod eam dubiam reddat faciendo animũ Iudicis titubare.*

DECISIO CLXVII.

SENTENTIAM Rotalem confirmandã, atque adeò nullum Ius competere Rugerio ex prætenſo fideicommiſſo DD. reſponderunt. Quia Matthæus ſubſtituit omnes, & quoſcumque filios, & deſcendentes Herculis filij Ioannis fratris, maſculos legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio natos, ſiue naſcituros, & poſtea fœminas legitimas, & naturales, & vt ſupra natas, & nullis extantibus filijs, vel deſcendentibus maſculis, vel fœminis Herculis legitimis, & naturalibus, & vt ſupra natis, vel extantibus, & poſtea deficientibus ſine liberis, vt ſupra, & ſic finita linea, tàm maſculina, quàm fœminina legitima, & naturali Herculis, ſubſtituit proximiores de agnatione ſua Teſtatoris, & de familia de Cæſareis maſculos legitimos, & naturales, ſi maſculi extabunt, aliàs ſubſtituit, & demũ prefatis omnibus hæredibus, vt ſupra inſtitutis, & ſubſtitutis, prohibuit omnem, & quamcumque bonorum ſuorum immobilium alienationem, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate &c.

Nec dubitabatur inter informantes, & partes ipſas Ruggerium filium naturalem
1 Ioannis legitimatum † per reſcriptum, non comprehendi inter deſcendentes legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, diſſonantibus verbis, vt nullo modo poſſit dici, inquit *Buccafer. reſponſ.22. num.36.* ſed contendebat Ruggerius comprehendi in ſubſtitutione proximiorum, de agnatione maſculorum largiùs legitimorum, & naturalium, non intuper ex legitimo matrimo-
2 nio natorum, quia quod legitimatus † per reſcriptum admittatur ad fideicommiſſum, ad quod vocati ſunt legitimi, & naturales, eſt receptiſſima ſententia tàm in Scholis, quàm in Foro, apud *Gionagnon. reſp.21. num.6. & 34. lib.1. Cirtac.controu.21.nu.82. & 83. & diſputata quæſt. Peregr. de fideicomm.art.23. num.39. & ſeqq.*
3 & ſicut ab inteſtato † filius excluſus; vnde liberi non eſt excluſus vnde legitimi, & admittitur, vt alius §. *ſed videndum l.1. ff. de ſucceſſ. edict. & ibi gloſ. ipſe ſibi Bart. conſ.* 1129. *n.3. lib.1.*
4 Sic ex teſtamento † excluſus ab vno gradu, vel ab vna ſubſtitutione non eſt excluſus ab alijs *Gionagnon. d. reſp.21. num.87. & verſ. tum, & quia, & reſponſ.26. num.4. d. lib.1. Rot dec.72. nu.4. verſ. Non obſtat par.1. diuerſ. & dec.235. num.8. par.6.*
5 & Ruggerium † filium Herculi Patri etiam agnatum eſſe *text. eſt l. filius* 12. *ff. de ſuis, & legit.* quem à contraria lectione *Alciat.* vindicauit *Rota deciſ.332. à num.2.* & iterùm *deciſ.402. à num.2. par.2. recent.*

Sed Dominis aliud in caſu præſenti viſum
6 eſt, quia teſtator, † vbi dixit filios, & deſcendentes Herculis maſculos legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio natos, dixiſſe videtur, *Et* pro *ideſt*, ex legitimo matrimonio natos non copulando fruſtrà, ex legitimo matrimonio natos legitimis, & naturalibus, & ſpeciem generi, ſed benè redigendo genus ad ſpeciem, & ſpeciem propriam, videlicèt legitimos, & naturales ad natos ex legitimo matrimonio inter genus legitimorũ, & naturalium, ac ſpeciem ex legitimo matrimonio natorum declaratiuè ad *Bart. ad §. verum l. ſi is, qui ducenta ff. de rebus dub. num.5. Barboſ. dict.* 110. *num.27. Rot. coram Buratt. deciſ.297. num.11. cum ibi not. in fine*, prout ex ipſo teſtamento, & particula relata, ſemel, & rurſus teſtator dixit fœminas legitimas, & naturales, & vt ſupra natas, & deſcendentes maſculos, vel fœminas Herculis legitimos, & naturales, & vt ſupra natos, ac tertio generalitèr liberos, vt ſupra. Sic intelligendo eos ex legitimo matrimonio natos, & multoties etiam per ſeriem teſtamenti vſus fuit Teſtator verbis legitimis, & naturalibus pro natis de legitimo matrimonio, vt in Inſtitutione, ibi: Inſtituit Alexandrum, Cæſarem, & Camillum filios legitimos, & naturales Ruggerij, & alios quoſcunque filios legitimos, & naturales,

turales, & ex legitimo matrimonio natos, & rursus in substitutione in defectum masculorum Ruggerij, ibi: Substituit filias fœminas præfati Ruggerij tam natas, quam nascituras ex legitimo matrimonio, & simul cum eis alias filias fœminas legitimas, & naturales dd. filiorum Ruggerij, maximè ponderando
7 vtrobique dictiones relatiuas † *Alios, & alias* pro repositione qualitatum, & similitudine §. si tamen alienam purpurâ in fine institutionũ, *de rerum diuisione, & ibi glos. Possessoribus cum similibus apud Barbos. dict. 26. in principio*, itaut
8 minus dubitabile videatur Testatorem, † quãdo dixit legitimos, & naturales in suo sensu intellexisse natos ex legitimo matrimonio, cũ in hac significatione Testator legitimos, & naturales acceperit, vt præter generalia specialiter scripserunt *Peregr. cons. 65. nu. 14. lib. 2., & cons. 69. ab initio lib. 3. Sanleger. resol. 124. n. 3.*

Et ad confirmationem supradictorum simpliciter, ac per se quoque filij ipsi legitimi intelliguntur non de filijs legitimatis, sed verè,
9 & naturaliter legitimi, quia † debet attẽdi causa naturalis, & propria, non Accidentalis. *Pret. vlt. volunt. interpr. 2. dub. 2. solut. 2 à num. 13.*
10 *lib. 1.*, & filius † legitimatus est filius legitimus per fictionem ad textus Authenticos cũ alijs allegatis *per Fusar. de substit. quæst. 408. num. 10.*, & est notabilis, l. 6. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, additur vniuersitas *Ingolstad. apud Gionagn. resp. 61. num. 14. lib. 1. Spada cons. 56. num. 42. lib. 1.*, qui allegat Rotam, & plures apud *Redenasc. cons. 6. à num. 18. Cirocc. discept. 32. numer. 9., & ad notat. ad Molin. de Primog. ad cap. 3. num. 42. versic. 2. quia lib. 3. Gaill. obseru. 140. nu. 19. lib. 2., vbi post Bald. ad cap. 1. de Constit. n. 61.* Legitima-
11 tio † est similis Alchimiæ, & secundum communem vbique loquendi vsum non intelligi legitimatos in filijs legitimis *Mantic. de Coniect. tit. 10. numer. 27. lib. 11. Castill. controu. 106. n. 36. & 30. lib. 5.*

Et eo minus, quo testator substituit pariter fœminas, ac masculos, & lineam fœmininam, ac masculinam, vel certè fœmininam potuit in conditione cum masculina, & finita linea, tam masculina, quam fœminina legitima, & naturali Herculis, substituit pro-
12 ximiores, quo casu † honestè sentire, non potuit de filijs legitimatis fœminarum etiam. Si legitimandis, pro communi, & æquali determinatione *Menoch. præsumpt. 78. num. 31., & seqq. lib. 4. post. Molin. de primogen. dicto cap. 3. n. 34. Castill. d. controu. 106. num. 38. & 39. Intrigl. de substit. quæst. 65. num. 47. & 48. centur. 3.* cum alijs adductis *ad Molin. dicto cap. 3. dicto nu. 34.*, vbi ampliat etiam si fœminæ extraneæ vocatæ sint ijsdem ferè allegatis.

Quin etiam, cum procul dubio testator ipse substituerit filios, & descendentes Herculis masculos legitimos, & naturales, & ex legitimo matrimonio natos, & eos, repetierit alia formula lineæ masculinæ legitimæ, & naturalis Herculis ibi. Et sic finita linea, tam masculina, quam fœminina legitima, & naturali Herculis, testator ipse dedisse videtur intelligi verba illa *legitimos, & naturales* in suo sensu intellexisse pro natis de legitimo
13 matrimonio, quia illa dictio, † sic, iuncta cum copula præcedente, stat iliatiuè, siue expositiuè, vt probatur apertè *in cap. 1. de restit. Spoliat. in 6.* cum alijs apud *Ruin. cons. 102. numer 11. lib. 2. Menoch. consil. 358. num. 30. Honded. cons. 45. nu. 40. lib. 2., Fusar. cons. 39. n. 41. Gionagn. respons. 75. nu. 64. lib. 1. Barbos. dict. 365. nu. 3. & seqq.*, cum alijs, & præcipuè *Rota decis. 128. nu. 4. part. 2. di-*
14 *uers.*, & accipiendo † proinde legitimos, & naturales pro natis ex legitimo matrimonio sese, ac legitimos, & naturales, satis declarauit, & maximè, vt supra explicatissimos intelligendo legitimos, & naturales. Et pro ideò est ex legitimo matrimonio natos, & insuper quia continuò posita in cõditione linea Herculis legitima, & naturalis pro nata, & ducta ex legitimo matrimonio posuit in dispositione Proximiores de agnatione masculos legitimos, & naturales, adeoque sic ex legitimo matrimonio natos, cum & ipse tamen
15 legitimatus non excludat substitutum subconditione filiorum legitimorum, & naturalium. Si Testator in alia parte Testamenti fecerit mentionem de natis ex legitimo matrimonio *Mantic. de coniect. lit. 10. nu. 14. vers. quin etiam legitimatus lib. 11. Molin. dicto cap. 3. sub dicto numer. 14.* cum alijs apud *Fusar. dict. quæst. 408. num. 148. & adductis Abb. Ruin cons. 15. numer. 11. vers. Piorum quæ dixit Alex. Caren. resol. 213. n. 20. in fin. Sanleger. resol. 124. nu. 2. à versic. Hoc autem.*
16 *in † Testamento*, & specialiter de hac repetitione intelligeda in vocatione proximiorum agnationis, & huiusmodi. *Peregr. dicto cons. 65. num. 13. à vers. In proposito Marant. cons. 135. nu. 17 à vers. his firmatis Caren resol. 212. nu. 13. vers. concurrit etiam, & d. resolut. 213. num. 20. vers. Allegari*, † maximè ex Identitate, Imò maioritate rationis, ne alias melioris conditionis sint agnati, vel vltimò substituti, *Caren. dicta resol. 212. dicto vers. Concurrit, & resol. 213. dicto nu. 20. vers. sed idem cum alleg.*
17

Et fuit etiam consideratum, quod amplius Testator † omnibus hæredibus, vt supra institutis, substitutis, & vocatis prohibuit omnem, & quamcumque bonorum suorum immobilium alienationem, tam inter viuos quam in vltima voluntate vt supra, Nec est in facultate hæredis grauati fideicommis-
19 so subuertere illud per legitimationem, † quę est species alienationis, vt bona deuoluerentur ad alium exclusum à Testatore, & non venient vocati ab ipso, vt post *Dec. cons. 283. n. 10. vers. tertio communis opinio inquit Paris. cons. 9*
20 *num. 48. lib. 2.* Maximè cum † Testator prohibuerit dd. suis hæredibus omne genus aliena-
21 nationis, & tam illam, † quæ censetur per actum inter viuos, vt est ista, quam, & illam quæ fieret per actum vltimæ voluntatis, &
23 voluntas † Testatoris seruanda est, nec potest per hæredem subuerti, cum pro lege habeatur, nec Comes † Palatinus potest illam subuertere, vt apud *Paris. dicto consil. 9. num. 49. & seqq. & cons. 12. nu. 150. & seqq. dicto lib. 2. Gratian. cons. 29. num. 48. lib. 2. præclarè Houd. cons. 59. nu. 28. & 29. lib. 2. Menoch. cons. 461. nu. 43. à vers.*

tertia

tertia est coniectura, & dicta præsumpt.79. num.38. Castill.dicta controu.106.nu.43. Fusar.d.quæst.408. nu.101. Sanleger.dicta quæst.124. versic. Tum etiam quia cum legitimatio cum pluribus allegatis.

Sed & simplicius vltrà fraudem,dolumque
24 Ioannis legitimantis ex hoc ipso, quod † legitimatio est species Alienationis *Dec. dicto conf.283.dicto nu.10.dicto vers. Parls.dicto consil.9. sub dicto nu.48.& dicto conf.12.dicto num.150. Anchar.conf.427.nu.2.in fine. Alex.conf.25.nu.1.vers. Adducit etiam lib.1. Menoch.dicto conf.461. nu.44. & dicta præsumpt.79. sub dicto nu.38.* Cum alijs,
25 & cum supra scriptis, imò, † & species doni, adeoque donationis Patris, & Principis §. *si verò isti, qui solummodo Auth. quib. mod. nat. effic. legitim.* cum alijs, apud insignem *Tiraquell. ad l.si vnquam, C.de reuoc.donat. ad verba donatione largitus n.278.,quem ita celebrauit Socc.Iun.cõs.95 nu.43.lib.3.* Nã siue rei vendicatione,siue etiã Hypothecaria, non sola personali actione pariter competentibus in legatis, & fideicõmissis, §.*sed olim,& seq.*, §.*sed non vsque sustit. de le-*
26 *gat.l.1.C.communia de legat. & fideic.* neque † donatio,neque alienatio quicquam nocet agenti, quin etiãm eligenti *l.3.C.de rei vindic.l.Diffractis 14.C. de pignor.*, cum similibus proin-
27 deque ipso quoque Ioanne † donante alij, & posteà legitimante filium, non reuocaretur donatio ante legitimationem facta *Tiraquell. ad dictã l.si vnquam ad verba susceperit liberos nu.64.*, *& de Iure Primogenitura quæst.31. nu.8. Merlin.de legitim.quæst.21. nu.39.tit.1. lib.2.* cum alijs apud eos.

Et quamuis non euenerit casus existentiæ aliorum substitutorum natorum ex legitimo matrimonio,quia tamen euenire poterat,præstat intellectum ad casum,qui euenit. *Peregr. conf.54.nu.16.lib.4. Rota coram Seraph. decis.854. num.3.*

28 Et citrà quæstionem potestatis Comitis Campeggi † legitimandi,ac legitimantis amplissimè citatis, vel non citatis absentibus, & inscijs, vt apud *Gionagn. resp.19. num.66. lib.2. Rota coram Comitulo decis.64.n.3.*, adhuc de vo-
29 luntate non constat, † quia ei non fuerunt narratæ personæ, quibus ex d.legitimatione præiudicium inferebatur *Gionagn.d. responsi.16. nu.8.cap.de illegitimis,§.4.à nu.2. Comment.3.*, &
30 potuerunt † esse plurimæ ex testamento, & fideicommisso exprimendæ *Grat.disc.496.n.5. & disc.673.num.5.& 6.cum alleg.,& præcipuè.Pe-*
31 *regr.de fideic.cap.6.nu.269.par.1.*,& saltem † amplioribus æquiualentibus clausulis cum plenitudine potestatis, *Sanleger.d.resolut.124.n.15. cum Alleg.*,& plures fuerunt supra scriptæ pœnæ ex contractibus, & obligationibus, quæ tacita voluntas dicitur apud Lupum,sed constat de contraria expressa in causa legitimationis citrà præiudicium cuiuscumque iuris quæsiti alicuius pœnæ, & cuiuscumque fideicommissi, & substitutionum, quo loco intelligi videtur non solum propter substitutos,sed etiam propter successores ab intestato, & propter donatarios, & creditores, & quoscumque contrahentes, id quod etiam videtur citrà clausulam supra scriptam, quia re-
32 scriptum non derogat alicui contractui, ex quo sit ius quæritum Tertio, vt in puncto legitimationis *Bald.conf.19.nu.3.vers.sed in contrarium lib.4. Molin. de primogenitura d.c.3. nu.14. & seqq.*, & Ioannes vltimus liber erat à fideicommisso,§.*pradium l.qui solidum 78. ff.de legat. 2.Peregr.de fideicommissis art.52.nu.2.* nisi alij forent substituti.

33 Et fortius quia testator † eam qualitatem natorum ex legitimo matrimonio adiectam, toties quoties legitimis, & naturalibus censetur apposuisse ad excludendum legitimatos, adeoque odiosos,vt clarissimè dicunt omnes apud *Marant.d.conf.135.num.5.& seqq. quod comprobant Redenasc. d. conf.6. num.13. à versic. idem prorsus Caren. dicto resol.213. numer.21.*, & verò
34 cum ex his probatum fuerit, quod isti † filij quamuis legitimati præsumantur odiosi testatori, inde sequitur, quod in Generali pro-
35 ximiorum, & similium vocatione, nunquam censetur quis intelligere de odiosis exclusis, & reprobatis, vt in specie inquit *Baldus,& inferunt Marant. dicto conf.135. num.19. & seqq. Redenasch.dicto conf.6.num.53.& seqq. Caren. dicto resol.913.num.21. à versic.igitur sub generali cum alijs.*

Quarè visus est Ruggerius, etiamsi naturalis, & legitimatus exclusus in vtroque ordine, tam proximiorum de agnatione,quã descendentium Herculis, & quia exclusus
36 ab † vna substitutione non prohibetur venire ex alia,quando apparet de voluntate,sed cum
37 voluntas est dubia, † vna substitutio aliam
38 declarat, & qui † ab vna substitutione exclusus est, putatur etiam exclusus ab alia, in qua eadem res continetur, inquit *Gabr.consil. 132. num.44.lib.1.*, *& Rota coram Buratt.dec.272 num.12.*, quæ abundant non apparente illa voluntate non prohibendi exclusum ab vna substitutione venire ex alia, imò apparente contraria similiter omnes substitutos natos fore ex legitimo matrimonio vt supra.

Placuit quoque alia exceptio creditorum Iure crediti sui, & cessionis Ioannis debitoris possidentium, quod Ioannes donauerit inter viuos Ruggerio filio legitimato omnia, & quæcumque bona præsentia, & futura, licet reseruando vsumfructum, & facultatem testandi pro scutis 150.,& casu quo de illis non disponeret, voluit etiam intelligi comprehensa in donatione omnium bonorum, vt
39 huiusmodi † donatarius teneatur ad omne æs alienum donatoris, quando nullus est hæres §.*Lucius Titius l.omnes debitores 17., ff. quæ in fraudem creditorum Peguer.decis.131. num.3.Boer. decis.204.numer.43.Guidop.decis.105.*, vbi, & forma sententiæ, *& Rota decis.101.num.19. & 20. part.9.*

40 Neque est visa sufficiens replicatio † ex reseruato vsufructu, & fructibus eius, quo minus vniuersalis donatio fit, quod quando de illis donatio non disponat, spectent ad legitimos hæredes,*Rota coram Buratt.decis.348.n.9. & 10. cum alleg.*

41 Quoniam non minùs † vsusfructus, quam scut.150. videntur reseruata duntaxat ad te-

stan-

ſtandum iuxtà *deciſ.378.num.7.& 8.part.1.*, & amplius in hac, vbi donator etiam diſtinguendo vſumfructum ſimpliciter, & ſcut.150.pro facultate teſtandi, vtitur tamen poſteà verbo teſtamento, & cuilibet alij diſpoſitioni communi vltimo verbo diſponendi caſu, quo de illis non diſpoſuerit &c. hoc eſt tam de vſufructu, quomodolibet, quam de ſcut.150. Teſtando cum relatione communi de illis, vel clara, vel obſcura, quoque & ambigua interpretanda contra reſeruantem *l.veteribus 39.ff.*
42 *de paſtis*, quibus ſtantibus † cum donator de illis non diſpoſuerit donatarius procul dubio remanſit vniuerſalis, etiam ex ipſa conuentione.

43 Et ex ratione, quia vel modica, † vel minima eſſet ſumma, ſine vſufructu reſeruata pro facultate teſtandi, atque adeò inutilis ad *Cagnol.ad legem vltimam C.de teſtam.n.441., verſ. nec etiam ſufficeret Clar., §.donatio quæſt.19.num.8 verſic.intellige Mantic.de tacit.tit.31.nu.1.& ſeqq. lib.13.Mart.Medices examine 21. ſub num.20., & num.29.verſ.intelligas, Rota deciſ.434.num.1.verſic., & eodem modo part.4. diuerſorum*, & ipſa ratio vſusfructus etiam ad facultatem teſtan-
44 di debet reſtringi † niſi ad alimenta ſit neceſſarius, aut modicum, vel minimum ſuperet. *Mantic.tit.12.num.16 dicto lib.13. Rota deciſ. 10.numer.7.par.5.*, & ex facto nihil de acquiſitionibus, ex hoc vſufructu docetur, vt DD. concluſerunt, atque vt planè nullus inuen-
45 tus eſt hæres, nec hæredem † inuenit hæreditas non ſoluendo argum, *l.3.ff.ad l.Falcid.*, & *ibi gloſſ.1. cum ſupra alleg.* ad donatarij obligationem, qui etiam alios deberet probare fructus pro alimentis expenſis neceſſarijs, & facultate teſtandi ſecundum *Trenta var. reſol.3. de donat.nu.18.verſic.in hoc caſu l.3.cum alleg. non obſtante Rota dicta deciſ.10.nu.8.conciliante Cirocco diſcep.50.num.35.ad finem*.

46 Cæterum quoad legitimationem † illegitimè, & inutiliter à decoctore, vel proximè decocturo factam DD.preter vnum nihil dixerunt, *vt alias deciſ. 24.Ianuarij*, & *22.Iunij 1663.coram R.P.D.Albergat.*, atque ita iudicato, & *in alia Bononien.pecuniaria 1.Aprilis 1661.*, §. *Rurſus coram eodem*, vbi confirmatur ius Statu-
47 tij † fori Mercatorum bonorum rubr.71.præſumentis omnes ſcripturas decoctorũ etiam per annum ante decoctionem factas fraudulenter etiam ſimulatè compoſitas fuiſſe, quod obſeruandum etiam extrà Mercatorum foru,
48 & non ſolum † inter Mercatores, ſed alios quoſcumque etiam ex alia cauſa, quam Mercaturæ obligatos poſt *Bero.& Gratian.Conſulen. decideratRota Bononien. diuerſorum deciſ.140. n.8.* non obſtante quod eo tempore aliqui credi-
49 tores, quia bona, † ſiue mala fides eorum alijs nocere non potuit; ſed prædium, de quo agitur legitimè acquiſiuerunt poſſeſſores ab abſumptis creditorum, quia etiam dum hodiè agitur de viribus legitimationis, & de Iure actoris non Reorum, neque curatur de Iure poſſeſſoris † ſi non conſtat de Iure petitoris *not.Bald., & alij in l.vltima, C.de rei vendicatione*; Rcoque † ſufficit alterum de duobus, vel quod perimat intentionem Actoris funditus, vel quod eam dubiam reddat ita, quod actoris probationem elidat faciẽdo animum Iudicis titubare, vt dicebat *Bald.conſil.79. numer.7. lib.2.*, & dicunt paſſim DD. & ſæpiſſimè fit.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 24. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Adminiſtrator præſumitur ſatisfactus de ſuo ſalario, donec rationem non reddiderit; immo etiam ſi illam reddiderit, & nullam per temporis interuallum fecerit de eo mentionem.

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtrator præſumitur ſibi ſatisfeciſſe, & nu.2. & 10.*
3 *Periti relatio reddit creditum illiquidum.*
4 *Solutio crediti clari non poteſt retardari per exceptionem turbidam, & nu.5.6.7. & 8.*
9 *Epiſtola contra ſcribentem plenè probat.*
11 *Adminiſtrator petens veniam nulla facta mentione de Salario præſumitur ſatisfactus fallit, vt nu. 12.& 13.*

DECISIO CLXVIII.

SALARIVM hæreditati Franciſci Martellini debitum à Dominis de Anguillaria fuerat in menſtruis ſcutis quindecim ſub ea lege decretum coram me die 13.Iunij Anni præteriti, & ante cauſæ expeditionem diſputatio aggreſſa vtrum redditio rationis petita à Dominis de Anguillaria pro adminiſtratione bonorum per eundemmet Martellinum pluribus Annis exercita valeat mandati relaxationem impedire ſuper quo hodiè per me propoſito dubio, vt omnia Dominorum prodiere ſuffragia.

Aliqui enim exiſtimabãt quod dum Martellinus redditus in Vrbe ad Comites Ioannem, & Auerſum de Anguillaria ſpectantes tempore ſui Crediti exegit, ſatisfactionem
1 cum ijs præſumitur ipſe conſequutus † donec ſaltem ex redditione rationis contrarium innoteſcat *iuxtà Theoricam Angeli communiter receptam in l. ſed ſi damnum, §.peculium, ff.de peculio Aym.conſ.192.num.5.Surd.conſ.290.n.33. Menoch.de præſumpt. lib.3. præſumpt.135. numer.12. Gratian.diſcept.129.num.21.Afflict.deciſ.12.nu.16. & 13. Rot.coram Penia deciſ.522.num.5. & in rec. deciſ.152.nu.8.& 477.num.18.& 19.part.9.* cum præſertim reddatur admodum inueriſimile,
2 quod Martellinus plurium Annorum † curſu munere Procuratoris voluerit, nec non negotiorum geſtoris ijſdemmet fratribus inſeruire vlla abſque tunc temporis conſecutione mercedis, quam de facili abſque miniſterio

alte-

alterius sibi metipsi poterat attribuere.

Hanc præterea satisfactionem visa fuit innuere Epistola in dimissione procuræ Comiti Auerso à Martellino trãsmissa ibi enim quacumque Salarij mentione posthabita eũdem exorauit, vt defectus in administratione bonorum patratos sibi condonaret. Tum etiam relatio periti à D. Duce Lateræ fratrum de Anguillaria filiorum Comitis Ioãnis olim Tutore in qua hæreditas Martellini debitrix potius quã Creditrix recensetur, Et licet fides modica, seù nulla huic debeat relationi ad-
3 hiberi attamen† omnibus benè perpensis nequit inficiari quin Creditum saltem reddatur illiquidũ donec ratio administrationis nomine Martellini absolutè reddatur, vt aduertit *Cancer. var. lib. 3. cap. 7 nu. 328. Rot. coram Duran. decis. 24. num. 12. & decis. 536. nu. 2. p. 3. rec,*

Alij verò exindè in contrariam iuere sententiam, quod de Credito Claro ac liquido ex
4 Mercedis causa contracto† peragitur cuius solutio nequit ex turbida ratione redditionis retardari, vt censuit *Rot. coram Seraph. decis. 1455.* per totam in ea namque Creditor æquè ac debitor valet administrator constitui, vt respõsum fuit *in Eugubina hereditatis 2. Iunij 1652. coram b.m. Bichio.*

Nec præsumpta Salarij solutio ex administratione bonorum elicita visa non fuit vrgere si quidem dicta conclusio in Credito
6 certo † ac liquido dumtaxat sibi locum assumit non autem quoties illud vt in Casu proposito de tempore administrationis receptæ
7 illiquidum erat, † & quinimò ad inducendam solutionem exquiri, vt tot pecuniæ in administratoris manus deuenerint ex quibus crediti potuerit extinctio contingere, vt aduertit *Grat. discept. 129. num. 41. Rot. coram Seraph. decis. 1455. n. 4. & 5. Merlin. dec. 413. n. 3. & 4. & in Esina dotis 1. Iulij 1658., §. & in omnem coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Quæ tamen probatio deficit in Casu proposito quinimò contrarium potiùs elucet ex Calculo in Summario Martellini recensito *num. 1.*, vbi redditus annui Dominorum de Anguillaria in Vrbe constituti in scut. 2388. noscuntur æquasse. Annuos fructus quos ipsi tenebantur Creditoribus exhibere ascendunt ad scuta 3033. Quare dum redditus pro dissolutione æris alieni insufficientes omninò
8 existebant nulla† Salarij ex ijs præsumitur inducta solutio, vt dixit *Rota coram Merlin. decis. 413. num. 2.*

Nec vrget quod Calculus hic à Martellino noscatur dum taxat conscriptus siquidem ille ex testium depositione robur assumit, ac fidem concludentium Martellinum, vt Dominorum de Anguillaria indigentijs occurreret proprium atque Vxoris æs assidue insumpsisse tum ex Epistolis ab altero ex his
9 fratribus Martellino conscriptis, †quæ contra ipsum plenum gradum probationis constituunt, vt notat *Abb. in cap. 2. nu. 8. de fid. Instrum. Menoch. de Arbitr. cas. 94. n. 9. Genua de script. priuata lib. 3. cap. 1. n. 193. cum seq. Rot. coram Put. dec. 12. nu. 2. lib. 2. & in Romana locationis 10. Iunij 1661.*, §. *præterea coram me, & in Romana hæreditatis 9. Aprilis 1663.*, §. *pleniori coram R. P. D. meo Ninot.* In earum quippè altera ille fatetur quod licet sibi, ac Comiti Ioanni fructus Summus Pontifex indulsisset, vt possent ex pecunijs pro multiplico destinatis annua scuta mille in proprios vsus conuertere exindè tamen dici non poterat propriè domui Consultum dum summa hæc cum aliis annexa redditibus vix poterat annua debita in Vrbe præstanda adæquare in altera verò sequentia verba recenlentur: *Confesso che se lei molte volte non remediaua alli debiti con il suo proprio si faceua non male ma malissimo.*

Præterea dum Martellinus quietantias non originales Dominis de Anguillaria transmisit vna cum Calculo soluti, ac exacti in quo præter Salarium in scutis sex mille circiter Creditor ipse recensetur, vt testes concludunt relati in Summario Martellini *nu. 7. & 8.*
10 ratio in eorum debet præiudicium, † pro reddita reputari donec quietantiarum integra restitutio, vel saltem Iudicialis illarum exhibitio contingat, vt respondit *Rot. in Camerinen. redditionis rationis 10. Iunij 1661. in §. in casu coram me.*

Nec vrget quod Martellinus in renũciatione procuræ omissa petitione Salarij veniã curauerit obtinere Præterquam enim ex negle-
11 cta† instãtia Salarij ad satisfactionẽ ipsius nequit inferri nisi tempus pro præscriptione requisitum effluxerit *Rot. coram Seraph. dec. 1322. & coram Caualer. decis. 409. vtrobique num. 40.* Exinde visa fuit obiectio corruere quod Salariũ tunc temporis dum in certa quantitate conuentũ non fuerat liquidatione indigebat† nec certam sibi summã proindè Martellinus in Calculo poterat adscribere Petitio verò veniæ ex vrbanitate conuincitur processisse non autem quod se Martellinus voluerit declarare culpabilem, vt Epistolæ tenor ipse demonstrat, ibi: *E perche io nel corso di 15. anni, che hò seruito la Casa di V. S. Illustrissima posso hauere commesso molti difetti se questi si possono emendare son pronto à farlo, altrimente ne domando à V. S. Illustrissima humilmente perdono.*

Non obstat quod præter redditus superius recẽsitos diuersas pecuniarum summas à Perito relatas Martellinus exegerit, siquidem
13 exactiones istæ legitima probatione destitutę noscuntur.

In hac verò suffragiorum varietate vnanimi consensu mihi Domini demandarunt, vt partem ad concordiam allicerem quæ cum executioni nequierit demandari pro resolutione dubij idcircò iterum Dominos consulere decreui.

Vtraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. T A I A.

Nicien. Canonicatus.

Lunæ 2. Martij 1664.

A R G V M E N T V M.

Quænam ætas ſit capax ad Canonicatum obtinendum. Aetatem habens quam requirit præbenda, an ſit à Canonicatu excludendus. Sacriſta in Eccleſia Cathedrali an ſit dignitas. In materia præcedentiæ quid veniat attendendum maioritas ordinis, vel prioritas temporis.

S V M M A R I V M.

1 *Aetas capax Canonicatus etiam Cathedralis Eccleſiæ eſt 21. annorum.*
Amplia præſertim quando Canonicatus non probatur Sacerdotalis, licet conſuetudo laudabilior reputetur vt plures, vel omnes ſint præsbyteri & numer. 2.
3 *Conſuetudo, vel animus illam inducendi probari debet, alias non præſumitur.*
4 *Canonicatus collatus pluries Sacerdoti non facit quod etiam non Sacerdoti conferri valeat.*
5 *Aetatem maiorem vel ordinem habens quam requirit Prabenda non eſt à Canonicatu excludendus.*
6 *Reſponſiones ſuper interrogatorijs data magis attenduntur, quam ſuper articulis, cum in iſtis poſſit eſſe ſuſpicio quod reſpondens voluerit inſeruire parti, quæ illum induxit.*
7 *Inclusio vnius eſt excluſio alterius & nu. 10.*
8 *Sacriſta in Eccleſia Cathedrali eſt dignitas, & requirit Sacerdotium.*
9 *Canonicus non Sacerdos onera, quæ per ſe ipſum non poteſt, per alium Sacerdotem implere valet.*
11 *Onus impoſitum, & imponi ſolitum Sacerdoti deuotat non Sacerdoti non poſſe committi.*
12 *Conſtitutio debet eſſe de caſu dubitabili.*
13 *In præcedentia an maioritas ordinis, vel prioritas temporis veniat attendenda, & nu. 14.*

D E C I S I O CLXIX.

IN Deciſis 12. Ian. 1663. coram Eminentiſſimo D. meo Cello DD. me ſubrogato fleterunt, Gratiam ſcilicet Petri non eſſe iuſtificatam ex eo ſolum quod non ſubſtiterit narrata inhabilitas Anibalis propter ætatem 21. annorum ad conſequen Canonicatum
1 Sacerdotalem. Nam † ſatis erat ad hunc Canonicatum, etiam ſi in Cathedrali Eccleſia, quod in tali ætate eſſet, vt intra tempus à Iure, & à Sancta Synodo ſtatutum initiari valeret ſacro ordine *ad Sac. Conc. Trident. §. Neminem cap. 12. de reform. ſeſſ. 24. Rot. coram Seraph. dec. 500. & alias vix alleg. Concil. dec. 1238.* vt ſuperfluum ſit Doctores cumulare.

2 Præſertim quia † Canonicatus hic controuerſus non probatur Sacerdotalis, ſeu Presbyteralis licet cõſuetudo laudabilior reputetur, vt plures vel omnes ſint Presbyteri *ad Concil. Trid. dicto cap. 12.* Quia Teſtes poſt examen ſuper articulis teſtificantur, *che li Canonicati della Chieſa Cathedrale di Nizza da 10. 20. 30. 40. è più Anni in qua ſono ſtati ſempre hauuti, e tenuti, e reputati communemente, ſi come ſi reputano Sacerdotali per hauerlo veduto Anni 40. è più oſſeruare,*
3 *ſino all'anno* 1660. ſed † neceſſario non conſequitur, quod non poſſit conferri non Sacerdoti, habenti ætatem requiſitam, & ideo probandum eſſet, quod id actum fuerit in vim conſuetudinis, aut animo illam inducendi, *vt inquit Rot, deciſ. 23. verſ. 6. & coram Merlin. de-*
4 *ciſion. 825. nu. 23. & 24.* vbi † non eſt bona conſequentia per ſe ipſos inſeruierunt, & celebrarunt, ergo de neceſſitate hoc requirebatur, etiam ſi ſemper collatum eſſet Sacerdoti ad *Gemin. & Lotter. de re benef. quæſt. 47. num. 28.*
5 *lib. 2.* nam † habens maiorem ætatem vel ordinem, quam requirit præbenda non debet excludi ſed magis venit admittendus, vt *inquit Barboſ. de Canon. cap. 13. ſub num. 9. & cap. 16. num. 4. & ad Sac. Conc. d. Cap. 12. num. 45. poſt Rot. coram Seraph. deciſ. 924. num. 1. & coram Merlin. dicta dec. 825. dicto nu. 23.*

Et viterius Teſtes ſuper interrogatoriis referẽtes aliquos Canonicos tempore prouiſionis non fuiſſe Presbyteros, ſed intra annum fuiſſe ordinatos interrogati de cauſa reſponderunt, vel ex deuotione, vel ad effectum ſatisfaciendi ſtatutis, vel euitandi pœnam eorũdem ſtatutorum ideoque excludunt neceſſitatem ordinis, atque ideo incapacitatem Ca-
6 nonici ſine ordine, & propterea quidquid † dixiſſet ſuper articulis magis attẽderetur hoc dictũ ſuper interrogatoriis, cum ſuper articulis ſit magis ſuſpectum, quod voluerit inſeruire parti, quæ illum induxit, *inquit Rot. dec. 774 ſub num. 3. part. 3. rec. & dec. 312. numer. 4. part. 1.*

Nec profuit quod Capitulũ ſe oppoſuerit cuidam Eligio, non Sacerdoti prouiſo Apoſtolico, & is diſpenſationem obtinuerit ſub narratiua, quod omnes obtinentes Canonicatus & præbendas in dicta Eccleſia in ſac. Presbyteratus ordine conſtituti fuerãt, & exiſtebant, vt ex Bulla, data Idibus Octobris 1617.

Quia ex Bulla ipſa reſpondetur, quod erat nonnullorum opinio non vero communis ſententia ibi. A non nullis aſſeritur Canonicatũ illum, & Præbendam, & Sacriſtam non Diaconales, ſed Sacerdotales exiſtere &c. Imò de ſpeciali illo Canonicatu enunciabatur, quod eſſet Sacerdotalis adeoque diuerſis cõ-
7 muniter alijs eſtimatis, & ſuper inclusione † illius ad excluſionem aliorum vulgata regu-
8 la, & cum † ſacriſta ſit dignitas in Cathedrali requirebat hoc Sacerdotium cui fiat diſtributio miſſæ Cantatæ per Turnum &c. *vt ex Decreto Sac. Congregationis annot. Barboſ. ad Sac. Concil. dicto cap. 127.* & hanc dignitatem eſſe Sacerdotalẽ non concedebant informantes pro Anibale.

Ita nec obſtare viſum eſt ſtatutum Capituli anno 1544. quod Canonici miſſas magnas iuxta tabulam, & terminum ſuum recitare

teneantur, ſicuti neque etiam Conſtitutio Synodalis anno 1612. ibi: Item omnes Canonici viciſſim per hebdomadas per ſe ipſos diebus ſaltem feſtis miſſam canent, non per ſubſtitutum, niſi legitimo impedimento detenti, ac propterea diebus omnibus dominicis aliiſque feſtis celebrent omninò adpræſcriptum Sac. Concil.

Quia ſtatutum intelligi dicebant de Sacerdotibus, & inſuper non continere pœnam priuationis ſed pecuniariam, & † ita inferebant
9 Canonicos nõ Sacerdotes poſſe per alium implere ex allegatis *in Romana S. Mariæ Maioris 13. Iunij* 1663. §. *non item coram Reuerendiſſimo D. meo Cerro Decano* Conſtitutionem vero referri expreſſim ad præſcriptũ Sac. Conc. Trid. quia, etiam adducebantur pro Anibale aliæ particularia Conſtitutionis ibi. Hebdomadarius conſtituatur ex Canonicis Sacerdotibus &c. & ibi: ſi ſuo officio defuerit trium dierum diſtributione careat vnde concludebant alios Canonicos eſſe qui non ſint Sacerdotes; poſi-
10 ta enim differentia, vt † vno differentium. Incluſo neceſſe eſt poni, & excludi alium ſicuti de mortis cauſa, & non mortis cauſa donationibus dicitur §. *mortis, & §. alia Inſtitutionum de Donat.*

Conſtitutio autem eo magis intelligi viſa eſt de Canonicis annexum habentibus ordinem Sacerdotalem non de aliis, quia in Eccleſia Nicien. varij ſunt ordines Canonicorum Sacerdotalium Diaconalium, & Subdiaconalium, vt colligitur ex alijs duobus Capitibus Conſtitutionis.

11 Primo † quod Hebdomadarius conſtituatur ex Canonicis Sacerdotibus. Vnde ſignificantur alij non Sacerdotes, vt ſupra & Clarius ibi per 8. dies ſuccedat alius eiuſdem ordinis &c. videlicet ex Canonicis Sacerdotibus alijs Canonicis non Sacerdotibus excluſis.

Alteri quod in Choro ſedeant ordinatim Canonici Presbyteri Diaconi, & Subdiaconi &c. intelligendo Presbyteros Diaconos, & Subdiaconos Canonicos ipſos quia nunquã Clerici inferiores etiam in iis ordinibus conſtitum contendunt ſuper præcedẽtia cum Ca-
12 nonicis, & quia † Conſtitutio debet eſſe de caſu dubitabili *l. Ancilla 12. C. de furt. & ibi gloſſ.* idcò quia iudubitabile erat quod de Clericis non loquebatur dicendum eſt, quod voluo-
13 rit prouidere Canonicis ipſis, inter quos, † poterat eſſe quæſtio quænam qualitas attendenda eſſet in præcedentia, An maioritas ordinis, ſeu temporis prioritas *Fer. de præced. quæſt. 10. à num. 9. Barboſ. de Canonic. cap. 18.*
14 *num. 9.* illam diximus, quos † ſedeant ratione maioritatis ordinis Presbyteri Diaconi, & Subdiaconi.

15 Atque ita &c. reſponderunt ſtandum inclexiſis, quæ iterum ponderata ſunt, cum reuidentur deciſio, non autem diſputetur ſuper admiſſione, vt prætendunt Anibalis informantes &c.

R. P. D. EMERIX

Romana Fideicommiſſi de Glorierijs.

Veneris 28. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Appellatione deſcendentium qui veniant. Qualitas omiſſa in ſecunda ſubſtitutione conſulto à teſtatore prætermiſſa cenſetur. Subſtitutio deſcendentium ex fœminis includunt tam maſculos, quam fœminas ex illis deſcendentes. Probato fideicommiſſo immiſſio in vim *leg. final. C. de edicto Diu. Adrian. tollendo* conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentium appellatione veniunt quoque fœminæ & num. 9.*
Præſertim ceſſante concurſu maſculorum & numer. 2.
3 *Deſcendentium appellatione veniunt tam fœminæ deſcendentes à fœminis, quam deſcendentes ex maſculis.*
4 *Subſtitutionem fœminarum ex quo ad filias primi gradus tantum reſtrictam non fuiſſe arguatur.*
5 *Qualitas in vno ſubſtituto requiſita, in altero ſi ſit omiſſa à teſtatore; conſultò prætermiſſa cenſetur.*
6 *Dictio* quomodolibet *adiecta deſcẽdentibus omnem deſcendentiæ modum comprehendit.*
7 *Dictio* quomodolibet *qualificat illas perſonas quibus adiecta reperitur.*
8 *Qualitas maſculina totalem faminarum excluſionem non inducit quando in alijs teſtamenti partibus fœmina vocata noſcuntur.*
10 *In ſubſtitutionibus fœminarum non eſt facienda repetitio maſculinæ qualitatis cum fiat digreſſus ad diuerſas perſonas & ſubſtitutiones.*
11 *Teſtator & maxime doctus qualitatem in vna teſtamenti parte exoptatam non repetens, in altera cenſetur ita diſponere voluiſſe.*
12 *Deſcendentes à fœminis non excludantur niſi in cõcurſu maſculorum quando teſtator reſpectum ad maſculinitatem, & prælationem in concurſu maſculorum habuit.*
13 *Subſtitutio Deſcendentium ex fœminis comprehendit deſcendentes ex illis tam maſculos, quam fœminas.*
14 *Loca pia non excludunt deſcendentes teſtatoris quãuis fœminas, & non agnatas.*
15 *Fideicommiſſi probanti purificationem immiſſio ex l. final. C. de edicto Diu. Adrian. tollendo conceditur.*

DECISIO CLXX.

CAESAR Gloriezius relictis nonnullis legatis, & inſtituto hærede particulari Alexandro eius filio deuenicns ad inſtitutionẽ hæredis vniuerſalis inſtituit, & ſubſtituit in hæc verba. *In omnibus alijs ſuis bonis, & iuribus ſua hereditatis inſtituit, & ore proprio nominauit Equitem Iulium, & Carolum de Glorierijs eius filios legitimos, & naturales præſentes, & acceptan-*

tes,

tes; & eas, earumque filias maſculas, nepotes, pronepotes, & alias quomodolibet ex eis deſcenden. in infinitum, & eos ad invicem ſubſtitute vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum.

Poſt hæc adiciens prohibitionem alienationis, ac deſignans ordinem prælationis proſequitur, & ait. *Ità quod bona ſubdita non poſſint vendi, cedi, obligari, hypothecari, nec aliàs quomodolibet diſtrahi, ſed ſemper, & in perpetuo remanant in filios maſculos, & legitimos dd. haredum, & moriẽte vno ex dd. haredibus ſiné filijs legitimis, & naturalibus, ſuccedant alij ſuperſtites filij maſculi, & non femine, ac etiam morientibus filijs filiorum cum filijs maſculis &c. quia voluit, quod remanerent perpetuo in Domo de Glorieriis, videlicet in maſculos legitimos, & naturales, & in defectum maſculorum, feminas, & in caſuum contrauentionis, quod proximior maſculus ſuccedat, & nullo volente, vel non exiſtente, ſuccedant femine.*

Ac tandem deficientibus omnibus maſculis apertè tranſiens ad ſubſtitutionem fœminarum, pergit inquiens, *Et quando deficerent legitimi de dicta Domo de Glorieriis tunc dictus Teſtator vult, quod filie femine non exiſtentibus, maſculis de Domo Glorieria, ſuccedant*: Nec ad ſubſtitutionem locorum piorũ progreſſus fuit, niſi ſub conditione deficiẽtiæ mulierum, ibi, *Et deficientibus mulieribus ſubſtituit Venerabilem Societatem, & Eccleſiam Sancte Marie Conſolationis pro medietate, & pro alia medietate Venerabilem Societatem Hoſpitalis Sanctiſſi. Trinitatis de Vrbe.*

Defuncto ſubinde Teſtatore, & filijs, & extincta nuper linea maſculina per obitũ Ioannis filij Iulij, Portia neptis Caroli, ex filia Fælice prætendens ſe vocatam ante loca Pia obtinuit ſubſcribi dubium. An ſit purificatum fideicommiſſum ad fauorem Portiæ, ità vt ſit danda immiſſio? quod fuit affirmatiuè reſolutum. Etenim de vocatione Portiæ ſatis conſtare videbatur, tam ex prima Teſtamenti parte, in qua Teſtator poſt inſtitutos, & ſubſtitutos filios nepotes, ac pronepotes vlterius progrediens addidit, & *alios quomodolibet ex eis deſcenden. in infinitum* quorum † deſcẽdentium appellatione veniunt etiam fœminæ *Aut. de hared. ab inteſt. §. 1. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 11. num. 1. Peregrin. art. 25. num. 8. Fuſar. de ſubſtit. queſt. 325. & 327. per tot. Rot. dec. 225. num. 1. part. 1. & deciſ. 50. num. 6. & deciſ. 17. num. 20. par. 8. rec. & coram Merlin. deciſ. 864. nu-*
2 *mer. 17.* † Præſertim ceſſante, prout hic, concurſu maſculorum *Surd. conſ. 308. ſub numer. 9. Rota in Terratinen. fideicommiſſi 30. Martij 1637. coram Ghiſilerio*, & pieniſſimè *in Spoletana bonorum 13. Aprilis 1646. §. quia contraria coram Eminentiſſ. Domino Card. Corrado.*

Quam etiam ex contextu ſecundæ, & tertiæ partis, in quibus in caſu alienationis nullo volente, vel non exiſtente maſculo teſtator vult quod ſuccedant fœminæ, & in caſum mortis, ſeu deficientiæ omnium maſculorum eaſdem iterum apertè, & nominatim antè loca pia ſubſtituit.

Et licèt Portia non ſit filia primi gradus immediatè deſcendẽs ex maſculo de Domo Glorieria, non ideò tamen minus comprehẽ-
3 ſa eſt in ſubſtitutione quia † deſcendentium appellatione veniunt tàm fœminæ deſcendentes à fœminis, quàm immediatè deſcendẽs ex maſculis *Surd. d. conſ. 308. num. 7. & ſub nu. 9. Pariſ. conſ. 88. num. 12. lib. 2. Decius conſ. 222. nu. 1. Natt. conſ. 64. ſub num. 8. Alex. conſ. 160. numer. 2. & ſub numer. 4. lib. 2.* cum aliis adductis per *Menoch. preſumpt. 91. num. 3. lib. 4. & Rota coram Card. Canal. dec. 125. nu. 3. & dec. 170. nu. 20. par. 9. rec.*

Et ſubſtitutio fœminarum non eſt reſtricta ad filias primi gradus, & immediatè deſcentes ex maſculis, ſed generalis, & indeterminata, ac collata in tempus remotiſſimum, poſt extinctos videlicet omnes, & quoſcum-
4 que deſcendẽs maſculos, † quo tempore verisimiliter non erant extituræ filiæ fœminæ primi gradus, vt aduertit *Imol. in l. Gallus §. inſtituens numer. 64. ff. de lib. & Poſtum. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 8. numer. 1. verſ. & hanc quidem ſententiam*, & alij quos referunt *Gozadin. conſ. 4. numer. 13. Surdus conſ. 336. num. 9. Peregrin. art. 22. numer. 50. & ſeqq. & Rot. deciſ. 21. nu. 2. & ſeqq. part. 5. & dec. 402. nu. 17. & 18. par. 9. rec.*

Nec obſtat quod Teſtator vocando filios filiorum adiecerit verbum *maſculos*, vndè inferebatur ab infrmantibus pro locis pijs, quod vocando deſcendentes intellexerit tantum de deſcendẽ maſculis, quia licet deſcendentes vocati ſint in eadem Teſtamenti parte, & oratione, tamen quia concurrit diuerſitas perſonarum, & graduum, & qualitas huiuſmodi non ſine miſterio appoſita fuit in medio, non autem in principio, vel in fine
5 ſubſtitutionis prædictæ, † illa non qualificat deſcendentes abſolutè vocatos *Gionagn. reſponſo 39. numer. 5. verſ. ſecundo igitur lib. 1. Riminald. Sen. conſ. 224. numer. 66. verſ. ſed vbi illa qualitas Fuſar. conſ. 66. num. 3. Spada conſ. 350. num. 4. lib. 2. Gabr. conſ. 97. num. 5. & ſeqq. Et latius numer. 28. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 11. titul. 14. num. 10. Rota deciſ. 514. num. 4. & 5. part. 5. & dec. 144. numer. 5. & 6. part. 7. rec. & coram Cardinali Oſtthobono deciſion. 252. numer. 7.* cum aliis adductis *in Hortana fideicommiſſi 22. Iunij 1661. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano §. Concluſio enim.*

6 Præſertim in hoc caſu attenta dictione † *Quomodolibet*, adiecta deſcendentibus, quæ omnem deſcendentiæ modum comprehẽdit, vt de hac dictione in ſimili notat *Marta de clauſulis part. 1. clauſ. 136. per tot.* † Et operatur, vt qualitas maſculinitatis, licet appoſita in eadem oratione non qualificat totam orationem, ſed tantum illas perſonas, & gradus, quibus nominatim legitur adiecta *Peregrin. conſ. 6. numer. 5. lib. 1. & Rot. coram Eminentiſſimo Card. Oſtthobono deciſ. 265. nu. 16. Et in Sarſinaten. feudi 22. Iunij §. neque viſum, & 18. Octobris 1645. §. primo, & ſeqq. coram bo. me. Dunozetto, & in Romana Caſalis mediet. 15. Maij 1662. §. preterea coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Idque eo facilius, quia ex aliis teſtamenti partibus apparet fœminas pluries fuiſſe vocatas;

tas hoc enim casu expressio qualitatis masculinæ in filiis filiorum non potest operari totalem exclusionem fœminarum in subsequentibus gradibus, sed solum operatur prælationem masculorum, quibus deficientibus fœ-
9 minę admitti debent ex vi verbi †, *descendentes*, illas ex propria significatione comprehendentis prout benè ad rem nostram declarant *Gasanat.cons.39.nu.90.lib.1.Peregrin.cons.58 nu.4.& seq.lib.5.Ruin.cons.120.nu.11.in fin.lib.1. & cons.140.sub nu.4.& 5.lib.2. Fusar. quæst.311. nu.34.& quæst.352.n.12.*cum aliis adductis per *Rot.in rec.decis.133.à nu.4.vsque ad 10.& per tot. par.9.rec.*

Minus obstat quod Portia non sit de Domo, & familia Gloriera, quia Testator hanc qualitatem solum apposuit in substitutionibus masculorum, non autem, vbi per illorum deficientiam purificata fuisset conditio ad fauorem fœminarum, quę in qualibet Testamenti parte fuerunt pluries vocatæ indefinite, & indeterminate absquè adiectione alicuius dictionis restrictiuæ, vt patet ex toto contextu testamenti supra relati, & signanter ex illis verbis, *Et in defectu masculorum fœminas*, item *nullo volente, vel non existente, succedant fœmina*, & iterum ibi, *filiæ fœminæ non existentibus masculis de Domo Glorieria succedant, & deficien. mulieribus substituit Venerabilem Societatem.*

10 Et propterea † in substitutionibus fœminarum non debet fieri repetitio huiusmodi qualitatis, neque illa facta censetur per Testatorem, tum quia vt supra dictum fuit, non sumus in ijsdem, sed in diuersis personis, ac in diuersis substitutionibus *Soccin.Sen.cons.63. nu.19.vers.considerandum lib.3.Panzirol.cons.169. sub nu.10.& 11.Peregrin.art.16.n.90.vers.his autem addo Fusar.de substit.quæst.450.nu.12. Gregor. decis.514.n.6.vers.præsertim.Card. Otthobon dicta decis.252.nu.6.& 7.* cum aliis cumulatis *in Bononien. fideicommissi de Cæsareis 16.Ianuarij 1662 coram R.P.D.Albergato §. neque admissioni.*

11 Tum etiam quia versamur † in Testamento Viri doctissimi, & clausularum peritissimi, qui si huiusmodi qualitatem etiam in fœminis requirere voluisset illam expressè repetisset prout fecerat in substitutionibus masculorum argumento *text.in l. vnica §. sin autem deficientis C.de caducis tollenda Card.Mantuh.d.lib.11.cap.14.nu.10.vbi plures congerit.*

Tum denique quia Testator non habuit absolutam voluntatem conseruandæ agnationis, sed solum quemdam respectum ad masculinitatem, & prælationem sexus in con-
12 cursu masculorum, & fœminarum †, per quem respectum descendeñ à fœminis non dicuntur excluſi nisi inconcursu masculorũ *Caphal.cons.600.n.35.vers.quibus infertur,& seqq. Spada d.cons.350.n.6.& 7.lib.2.Fusar.dicta quæst. 352.nu.12.& Peregrin.art.25.num.43.in fin. Molin.de Primog.lib.3.cap.5.nu.50.Giouagnon.cons.12 nu.5.lib.2.& Rot. in Spoletana bonorum 13.Aprilis 1646.§.1.coram Eminentiss.D.Card.Corrado.*

Et hinc non releuat absurdum, quod esset melioris conditionis fœmina cognata, quam masculus cognatus, quia non est verum, quod masculus ex fœmina non succedat, dũ
13 ex præmissis † firmatum fuit in defectum omnium masculorum debere admitti fœminas cum omnibus ipsarum descendentibus, tam masculis, quàm fœminis, vt præter allegatos tradit *Peregrin.cons.39.n.15.vers. proindè lib.6.*& dixit *Rota in Romana, seu Sabinen. fideicommissi 22.May 1656.§. huiusmodi intellectus cor. bo.me. Dunozetto.* Imo grauius esset absurdum, quod admitterentur loca Pia excluſis descen-
14 dentibus Testatoris licet fœminis, † & non agnatis contra *text.in l.cum Anus ff. de condit. & demonstr.& in l.cum Acutissimi C.de fideicom.*

15 Firmata autem † vocatione Portiæ sequitur quoque eidem dandam esse immissionem ex remedio *l.fin.C.de edicto Diui Adriani* quia identitas bonorum, & deficientia masculorum non controuertuntur, & substitutio fœminarum in secundo gradu ante loca Pia nõ potest in dubium reuocari.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO

Romana Census.

Veneris 28. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Ad validè extinguendum censum quid requiratur. De forma census est, quod liberum non sit creditori pretium repetere. Depositum ad extinctionem census factum, quando suffragetur, & quando non. Census semel legitimè extinctus amplius reuiuiscere nõ potest, & fructus pro eo soluti quin repeti valeant, nullus est qui dubitet.

SVMMARIVM.

1 *Census vt validè dicatur extinctus, quid requiratur*
2 *Interpellatio ad effectum constituendi in mora creditorem pretium census recipere recusantem intra duos menses à die discussa census fieri debet*
3 *Discussa quibuscumque verbis aptis ad inducendam voluntatem debitoris redimendi censum fieri potest.*
4 *De Census forma est, quod liberum non sit creditori pretium repetere*
5 *Fructus post census extinctionem exacti, vti vsuraij, & illiciti non sustinentur.*
6 *Depositum ad extinctionem census quando suffragetur, & quando non & num. 7.*
8 *Iudex mandans recipi pecunias repræsentat personam debitoris.*
9 *Depositum sortis fit vt debitor volens centum redimere abdicet à se dominium pecuniarum donec creditor legitime interpellatus ad recipiendum, & non compareat pecuntas ad sui libitum recipere valeat*
10 *Effectus dummodo habeatur nihil refert quod ea, qua requiruntur ad certum effectum ex æquipollentibus fiant*
11 *Depositum quando fuit semel legitimè factum non*

est

est necesse illud iterum fieri aut non releuat ad extinctionem census.
Contrarium nu.12.
13 *Fundi liberatio à vinculis, & hypothecis per congregationem Baronum recensitis procedit respectu emptoris, non debitoris, contra quem durat census.*
Declara tamen vt num.14.
15 *Census semel extinctus non reuiuiscit*
16 *Fructus pro censu extincto solati repeti possunt.*

DECISIO CLXXI.

IN vim Bullæ Congregationis Baronum vsque de anno 1639. Casale Turriculæ, & pretio depositato in Banco Bonanni ad effectum satisfaciendi creditoribus Euandri, & Balthassarris de Comitibus præstita ab ipsis cautione de eodem pretio restituendo prioribus, & potioribus fuit præ ceteris oblatum pretium census scut. 500. vna cum fructibus Magdalenæ Agazziæ quia disdicta facta sub die 26. Martij 1640. & recusante illa recipere fuit iterum interpellata ad recipiendum sub die 10. Ian. 1641. obtento decreto, quod nisi infra dies decem receperit fructus amplius non currerent, & pecuniæ eius periculo stare deberent, cõtendente R.P.D. Amadeo, habente causam ab Agazzaria, nec non Com: Marco Antonio de Marsiano hærede mediato Euandri, an iste census adhuc existat, siue potius fuerit extinctus, disputatum fuit, an esset relaxandum mandatũ pro fructibus, & quãuis resolutum fuerit affirmatiuè semel corã R.P.D. meo Taia sub die 28. Iunij 1658. atque iterum coram me sub die 14. Ian. proximi præteriti attenta facti serie melius expolita recedendo ab antea resolutis mandatum esse infirmandum dixerunt DD.

1 Nam hodie † ex prædicta gestorum serie apparet fuisse censum validè extinctum, cum processerit non solum disdicta census, sed etiam facta fuit interpellatio ad recipiendum sortem principalem cum fructibus illius ex pretio d. casalis, quæ quidem interpellatio licet facta non fuerit intra duos menses à die disdictæ, vt requiritur ad effectum constituẽdi in mora creditorem recusantem pretia census recipere, & illum retrouendere habet nihilominus vim nouæ disdictæ, quia cum
3 citrà modum faciendi † disdictam nulla sit decretata certa forma, illa fieri potest quibuscunque verbis aptis ad inducendam voluntatem debitoris redimendi censum, vt declarauit *Rot. dec. 276. nu. 1. & dec. 277. nu. 8. & 9. post Cenc. de cens. cum aliis apud eundem quæst. 103. num. 25. Scacc. respons. vnic. post tract. de sent. & re indic. n. 45. §. nec dicatur Aduersariũ vers. 2. respondeo, & fuit dictum in Anconitana Census 15. Martii 1660. coram R.P.D. meo Taia.*

Stante igitur interpellatione tenebatur Agazzaria creditum census sibi oblatum ex pretio Casalis, vt supra depositato recipere, non vero inaniter se opponere, cumque per ipsam steterit, quo minus statim receperit pecunias, census remansit extinctus, quia de forma census est quod liberum non sit creditori pretium repetere, vnde post d. interpellationem liberum erat Agazzariæ sortem principalem vna cum fructibus exigere, &
5 consequenter nullo iure possunt † subtineri fructus, qui postea fuerunt exacti, vt potè vsurarii, & illiciti *Couar. var. resol. lib. 3. cap. 1. nu. 1. ad fin. & in simili dixit Rot. dec. 182. nu. 4. & dec. 283. nu. 2. & 3. cum seqq. post Cenc. de cens. & in rec. par. 9. dec. 291. nu. 28. cum aliis relatis per eundem Cenc. quæst. 103. nu. 15. & latè sub nu. 24. §. Ego tamen.*

Non obstat, quod depositum fuit ante disdictam ad effectũ soluendi creditoribus factũ intra bimestre à die disdictę in faciem Agazzariæ creditricis, vt opus est ad hoc, vt per depositũ habeatur extinctus cẽsus ex adductis in d. priori coram me, nam id locum habet
6 quando Iudicium est † particulare inter ipsum creditorem, & debitorem census, tunc enim si depositum præcedit disdictam, vel subsequitur post lapsum bimestre, vel sit inter alios non est releuans, nec operatur extinctionem, sed vbi Iudicium est vniuersale ex
7 causa concursus depositum † suffragatur etiã quod sit in genere, & præcedat disdicta, & sufficit, quod postea creditori census facta fuit interpellatio ad recipiendam sortem, & fructus ex pecunijs depositatis. Tunc enim acquiritur Ius creditori perinde ac si depositum ad eius creditum factum fuisset, cum Iudex mandans pecunias recipi suppleat factũ
8 & repræsentet personam debitoris *l. si ob causam C. de euict. cum vulg. Scac. in d. respons. post tract de sent. & re indic. num. 33. & seqq.*

9 Fit enim sortis depositum † vt debitor volens censum redimere abdicet à se dominiũ pecuniarum vsque quo creditor legitimè interpellatus ad recipiendum, & non comparens pecunias ad sui libitum recipere valeat *Rot. dec. 238. n. 1. & dec. 296. n. 2. post Cenc. de cens.* dum ita quod ex interpellatione ad recipiendum Agazzaria pro concurrenti rata Census depositum ad sui libitũ recipere poterat negari nõ potest quin ex hoc depositio pro existente, & in genere facto census fuit extinctus sicut fuisset extinctus per depositum factum intra bimestre, & in faciem ipsius Agazzarię creditricis, cum ea quæ sunt requisita ad cer-
10 tum effectum, nihil referat, quod ex æquipollentibus fiant, dũmodo habeatur effectus *Alex. cons. 100. n. 8. & seq. lib. 4. Aldobrand. cons. 51. n. 13. Rot. diu. dec. 33. nu. 4. & 5. par. 2. & cor. Duran. dec. 286. nu. 8. & in Romana Census, seu depositi 8. Martii 1641. coram bo. me. Dunozetto.*

11 Et propterea dum † semel depositum extitit non fuit necesse illud iterum fieri quod, vt potè factũ authoritate, & mandato d. congregationis releuat ad extinctionem census, dummodo prout hic creditor fuit cõstitutus in mora recipiẽdi, quicquid secus dicendum
12 est vbi depositum † non fuit legitimè factum & creditor non legitimè interpellatus, in quibus terminis loquitur *Rot. in decis. 384. num. 11. vers. non obstat decretum post Cenc. de cens. & decis. 60. nu. 2. & seq. par. 1. rec. in præterita dec. huius causæ relat.*

13 Quamuis enim liberatio fundi à vinculis, & hypothecis recensitis per Cõgregationem Baronum procedat respectu emptoris, non autem respectu debitoris, contra quem durat census, & debentur fructus loco damnorum, & interesse ex adductis in alia decisione in fine; conclusio tamen obtinet in venditione fundi facta ignorante creditore, prout etiam aduertit *Rot.dec.29.nu.6.par.9. rec.* non autem
14 quando creditor † habuit notitiam de inexistentia fundi, tunc enim census resoluitur, & euanescit à die scientiæ, & nullo modo fructus debentur, vt firmat *Cenc.de cens. quæst.14. num.13.& 14. Rot.coram Duran. dec.449.nu.15. & in Romana Salutiarum 20.Martii 1651. coram R. P. D. Verospio.*

Nec refert, quod postea ab hæreditate debitoris fuerint soluti fructus, quia cum ex prædictis apparcat validè processum fuisse ad extinctionem d.census non potest ille per so-
15 lutionem fructum reuiuiscere † cum census semel extinctus non reuiuiscat *l. qui res §.area ff.de solut. Rot.dec.411.nu.4. post Cenc. de cens.* & fructus, qui pro illo soluuntur repeti possunt
16 *Rot.post Cenc.de cens.dec.228.nu.1. & decis. 336. eodem num.& dec.540.nu.2.cum aliis in d.dec.241. num. 1, par.9. rec.*

Et ita Vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA

Romana Fideicommissi de Pichis.

Veneris 28. *Martii* 1664.

ARGVMENTVM.

Onus hæredi impositũ, iste ad suos idẽ transmittit. Qualitas in vna substitutione apposita quãdo repetita non censeatur in alia. Dictiones *vt supra*, *&*, & dictio *dette* ponderantur. In Primogenitura vti materia stricta non debet fieri extensio de casu ad casum, nec de persona ad personam, sed ad casus, & personas expressas est restringenda.

SVMMARIVM.

1 *Hæres institutus cum onere restituendi filiis, idem onus ad hæredes transmittit*
2 *Dictiones* vt supra, & infra *sunt repetitiuæ modi succedendi superius, & inferius expressi non personarum, neque conditionum*
3 *Qualitas apposita in vna substitutione repetita non censetur in alia quando substitutio concepta fuit per orationem separatam.*
4 *Dictio*, vt supra *in substitutione apposita quando mutantur persona non repetit qualitates precedentes.*
5 *Dictio & continuat non repetit orationem quando agitur de personarum diuersitate*
6 *Primogenitura non desinit in vocato ad illam, sed continuatur in filiis*
7 *In primogenitura, vti materia stricta non fit extensio de casu ad casum nec de persona ad personam, sed restringitur ad casus, & personas expressas Amplia vt num.8.*
8 *Filii spurii agnationem nobilẽ conseruare non possunt.*
9 *Linearum pluralitas est comprehensiua superius vocati, & eius filios, & descendentes in infinitum includit*
10 *Homines omnes sunt in linea descendenti Adam.*
11 *Testator, non est verisimile quod considerauerit deficientiam eorum, quos non vocauit, esse voluit hæredes.*
12 *Dictio* dette *est restrictiua linearum antecedenter nominatarum & num. 14.*
13 *Linea defectus absolutè, & determinatè concepti inducit grauamen, & repetitionem fideicommissi.*
14 *Vocati ad fideicommissum quando non comparent proximiores sequentes admittuntur cum obligatione restituendi proximioribus si comparent, & petant.*

DECISIO CLXXII.

RESOLVTVM fuit coram Eminentissimo Celso die 28. Iunii 1662. constare de purificatione fideicõmissi instituti à Hieronymo de Pichis ad fauorem DD. de Taurellis, cuius resolutionis fundamenta DD. placuerunt reiectis nouiter deductis.

Nec obstat quod in defectu filiorũ Com: Antonij Titioni; substitutus sit Paulus his verbis *Voglio, che sia mio Erede vniuersale, vt supra & infra Paolo Pichi*, itaque † cum Com.
1 Titionus., & alij instituti essent cum onere restituendi filijs, & descendentibus, etiam Paulus, & Io. Thomas hæredes instituti censentur cum qualitate, & onere restituendi filijs per fideicommissum vt supra, & propterea clara sit vocatio filiorum Io.Thomæ *Dec. conf.64.nu.15.lib.3.Menoch.conf.73.nu.24. Fusar. conf.62.n.7.& 8.Surd.conf.200.nu.6.Phebdec.Lusitan.71.nu.8 tom.1.Rot.dec.49.nu.2.part.1.recent.*
2 Vel quia † huiusmodi dictiones repetunt modum succedendi vulgariter pupillariter, & per fideicommissum non autem personas, neque conditiones quales sunt, omnes substitutiones *Rot.in rec.dec.153.nu.10.in fine,& n.11 par.5.& coram Merlin.dec.83.nu.vers.quoniam fuit responsum, & dec.864.nu.43.* vel quia in substitutione Io.Thomæ, in qua Iosephus Mariæ contineri intendit, illæ dictiones non leguntur, nec in hac substitutione Pauli, nam cum
3 vtraque substitutio diuersa sit concepta per orationem separatam, qualitas apposita non potest intelligi repetita in alia *Fusar.quæst.450. nu.3.& 10.Paris.conf.38.n.25.& seq.lib.2.Menoc. conf.437.nu.23.Castill.dec.365.nu.4, Rot.in rec.dec. 206. sub nu. 4. par. 3.* & licet dictio *vt supra* sit apposita, in 1. substitutione Pauli, & substitutio Io. Thomæ sit continuata per Copulã
4 & non qualificat ambas substitutiones, quia cum mutantur personæ non repetit qualitates præcedentes *Barbos.dict.110.n.37. Rot.in recent.dec.151.n.23.& 24.par.5.& in Parmen. iurispatronatus 26.Aprilis 1613.coram san.me.Innocentio X.* sed re vera ex lectura patet, quod orationes omnino sunt separatæ, cum quælibet habeat suum verbum á quo regatur, & contineat sensum perfectum, & dispositionem
5 diuersam, quo casu † dictio, & non constituit vnicam orationem, sed solum continuat

nec

nec repellit, quando agitur de perſonis diuerſis deſtinatis *Caſtill. contr. Iur. lib.2.cap.4.n.134 Rot.in rec.dec.75.nu.7.part.4.*

Minus officit ex his dictionibus cenſeri repetitam qualitatem primogenituræ, eo quod teſtator voluit omnes vocatos ſuccedere ſecundũ gradus,& primogenituræ prærogatiuã,
6 vnde infertur † quod vocato Io. Thoma primogenitura non deſinat in eo, ſed continuetur in eius filijs ſine alia expreſſione *Molin. de Hiſp.primog.lib.1.cap.1.nu.17.in fin.& cap.4.n.13 & ſeqq. & num.21.& ſeq.lib.4.cap.11. nu.46.poſt princ. Rot.dec.407.nu.1.& ſeq.part.9.rec.confirmata in eadem Tibartina fideicommiſſi 14. Iun.1647. coram bo.me.Arguelles.*

Ordo enim primogenituræ conſideratus fuit à Teſtatore in filijs legitimis, & natura-
7 libus Marij, & in materia † ſtricta primogenituræ non fit extenſio de caſu ad caſum, neque de perſona ad perſonam, ſed reſtringitur ad caſus, & perſonas expreſſas *Burat.conſ.354 num. 6. Rauden.conſ.15.num.30.lib.2. Roman.bene explicans conſ.61.n.3.vſque ad 57.& conſ.62.*præ-
8 ſertim cum ratio particularis ſuadeat primogenituræ inſtitutam,quoad filios Marci Pichi, vt potè ex nobili familia teſtatoris,cum qualitatè filiorum legitimorum, & ex legitima coniuge natorum quæ non reperitur in filijs Io.Thomæ, quos Teſtator vocauerit tam-
9 quam procedentes à ſpurio, † qui agnationẽ nobilem conſeruare non poterant *Tiraquell. de nobilit.cap.15.nu.12.Peregr.de fid.art.22. nu 79. & 83.Houded.conſ.57.nu.47.lib.1.Fuſar.de ſubſtit quæſt.347.nu.5.*

Parum intereſt quod vocatio filiorum Io. Thomæ, vel non purificatio vocationis DD. de Tanrellis deducatur, ex quo Teſtator in ſubſtitutione facta Pauli Guglielmi de Andreatijs conſideraverit deficientiam linearum antecedentiũ *E venendo il caſo che mancaſſero le*
10 *dette linea*, quæ pluralitas † includit, & lineam Io. Thomæ ſupra vocati, & ſic eius filios, & deſcendentes in infinitum comprehendit *Alex. conſ.101.nu.33. lib.2. Vnde aut Bald. 334.n.10.lib.3.* quod ſi inciperemus ab Adam
11 omnes eſſemus in linea deſcendenti cuius dictum referunt, & ſequuntur *Add. ad Molin. de Hiſp.primog.lib.3.cap.4. nu.33.*

Nam Paulus,& Io.Thomas fuerunt ſolum perſonaliter vocati, & eorum filii à Teſtatore non vocantur itaque Teſtator conſiderare
12 non potuit † eorum deficientiam, quos non vocauit, nec hæredes eſſe voluit *l.non poteſt videri ff. de reg.iur.l.Titio vſusfructus ff.de condit, & demonſtr.in punct.Alciat conſ.44.nu.22.verſ.2. conſidero, & num.ſeqq.lib.9. Ancharan.conſ.74.nu.19* quod pluries procedit quia Teſtator antecedenter vocauerat Comitem Titionum, & eius filios,nec non Marcum Pichium, & ideò verba illa,& *venendo il caſo, che mancaſſero dette linee* plenè verificantur in lineis Com. Titionis, & Marci attenta dictione *dette*, quæ
13 eſt reſtrictiua ad prædictas lineas nominatas *Fuſar.conſ.1.num.5. Merlin.dec.669. nu.8.* quia cum lineæ Titioni, & Marci antecedenter
14 ad Andreatium eſſent vocatæ neceſſarium eſt, vt in illis dùm taxant verificentur cum in illis ſolis poſſint verificari *Gregor. deciſ. 90. num. 30.*

Neque ſubſiſtit filios Comitis Titionis eſſe poſitos in conditione non autem vocatos & multo minus grauatos, neque defectum, linearum poſſe in eorũ linea verificari, quia vocatio filiorum Titioni expreſſa eſt in teſtamento, ſicque non poſſet dubitari de compræhenſione illius lineæ, vt poſſit conſiderari eius defectus, qui vt pote abſolutè, & de-
15 terminatè conceptus † induxit grauamen, & repetitionem fideicõmiſſi *Decius conſ.480. num. 8. Peregr. de fideic. art. 29. num. 9. & ſeqq. Mantich. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 6. num. 7. Fuſar. de ſubſtit. queſt. 480. num. 92. Rot. deciſ. 505. num. 10. & ſeqq. par. 4.tom.3.rec.*

Demum nihil refert, quod non doceatur Sigiſmundum Malateſtam Patrem, & filium deceſſiſſe, quia vltra deficientiã lineæ ponderatam in dicta deciſione Eminentiſſimi Cardinalis Celſi §. nec de deficientia, quando
16 non comparent † proximiores ſequentes admittuntur cum obligatione reſtituendi proximioribus ſi compareant, & petant *Rot. in rec.dec. 262.nu.13. par.7.& in Fauentina bonorum 27.Iunij 1659.§.non obſtat. quod ſimul coram R.P. D.meo Decano.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA
Romana Cambij.

Veneris 28. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Ceſſionarius tàm quoad commoda, quàm ad incommoda dicitur in locum cedentis ſubrogatus, qui tamen iura cedentis perſonalia reportare non valet, quando induſtria certæ perſonæ eſt electa ad aliquod miniſterium, quod per aliud expleri non valeret. Clericis prohibita eſt mercatura. & quando per interpoſitas perſonas, illius exercitium permittatur.

SVMMARIVM.

1 *Cambij ceſſionarius, cum ſe ipſo cambiare non valet, quando nec expreſſa, nec tacita, debitoris cãbij voluntas concurrit.*
2 *Cambia quando ſuper debitorem non currant.*
3 *Ceſſionarius dicitur tam quoad commoda, quam ad onera in locum cedentis ſubrogatus.*
4 *Cedens Iura tantum ſibi competentia, in ceſſionarium transferre valet,& num.5.*
6 *Negotiatio interdicta eſt Clericis.*
7 *Exceptio quæ cedenti obſtat, ab eo cauſam habentẽ repellit.*
8 *Clericis per interpoſitas perſonas, permiſſa eſt negotiatio.*
Declara tamen, vt num.9.

DECISIO CLXXIII.

TRIBVS inoti fundamentis Domini censuerunt sub diebus 7. Iunii 1662. & 5. Martij anni præteriti, Mandatum à Io: Paulo Santono, in Tribunali A.C. obtentum cõtrà DD. de Biscis non esse exequeñ. quorum primum positum est in insubsistentia Causæ, & dispositione statuti Vrbis vltra solemnitates requisitas in obligationibus Minorum, & Mulierum. Alterum quod per obligationẽ bon. mem. Bernardini, de faciendo consentire Matrem, & Fratres, importantem solũmodo promissionem facti alieni, & adhibendi diligentias ijdem fratres in prestatione consensus se astrinxerunt, ad effectiuam solutionem Cambiorum. Tertium denique, quia Santono effecto creditori cambii, de quo agitur, non licuit cum se ipso cambiare, & hoc vltimum potissimè in hodierna disputatione Domini sunt amplexi, pro decisionum confirmatione.

Nam vera est conclusio in dd. Decisionibus firmata, quod cum in ipso Instrumento Cambij, Santonus fuerit tamquam mercator deputatus à contrahentibus ad girãdas pecunias super cambijs, postquam mediante cessione reportata à Larizza creditrice cambii, sub nomine tamen Vantij, cum bon. mem. Bernardino Biscia creati, non potuit cum se ipso cambiare, & vt prius faciebat pecunias
1 super cambijs girare, dum † nec expressa, neque tacita voluntas Bernardini debitoris cõcurrebat permittens ei dictam facultatem, vt probat *Surd.cons.4. nu.38. in fin.& plures firmauit Rota*, & signanter in resolutionibus relatis in *Rauennaten.seu Fauetina Cambij 16.Ianuarij 1653. coram bon.mem. Bichio, §.nihilominus, & sequenti*, vbi inter alias ea assignatur ratio,
2 quia † contingere potest, quod creditor non inueniat mercatorem, qui illi credere velit, quo casu super debitorem cambia, non currerent, & aduertit etiam *Rota Genua de Mercatura, in decis.12. sub num.3. vers.& pro maiori.*

Nec pro hac requisita facultate, per debitorem tribuen. suffragari potest Santono cessio cambii, vt supra à Vantio, & Larizza sibi facta, per † quam dicitur subrogatus in
3 locum cedentium, vt in illorum vices subintrauerit tam quoad commoda, quam onera, *l.emptor 5. vbi Bald.in 1.notabil.C.de hared. vela-sco vendit. Surd.cons.22.num.16. Gratian. discept. forens.cap.719. num.21. Peregr. decis.15. num.17.* nam subsistunt responsiones datæ in vtraque decisione, & quidem respectu cessionis factæ à Vantio; nudum nomen in cambio habentẽ.
4 Ille enim potuerit † cedere ius, si quod habebat, non autem facultatem cambiandi cum se ipso eo modo, quo ei concessa fuerat à
5 Bernardino debitore, qui † elegit illius personam, & industriam, in hoc ministerio non potuit ab isto, in alium transferri, ad *text.in l. inter artifices 31.ff.de solut. l.fin.in princip.ff.de excusat.tutor.l.vnica, §.si vero talis, C.de caduc.tollen. cap.fin.§.1.de offic.deleg. Mandos. in gloss.facultatiũ Regentis, §.aliam, verbo per te. Rota decis.33.nu.6. vers.quia non est, & ibi Adden. littera B. post Modern.Turr.de Cambijs.*

Minus in vim alterius cessionis Larizzæ cambij creditoris, licuit dicto Santono pecunias sub cambijs retinere, quia sicut id non permittebatur eidem Larizzæ cedenti Cleri-
6 co, cui † interdicta est negotiatio, & mercatura, *cap.ejciens, & cap. negotiatorem 88. distinct. cap.Clerici, & cap.Canonum 14. quæst.4. cap.fin.de vit.& honest.Cleric. Gratian.discept.forens.cap.826 num.6.cum alijs in dd. decis.allegatis*; ita nec San-
7 tono cessionario, in quem † cedens non potuit transferre facultatem, qua per se carebat, & exceptio, quæ illum repellit, obstat etiam huic *l.exceptione, de except. Bero cons.42. num.46. lib.2. Surd. cons.333. num.16. Gratian. discept. forens.cap.906.nu.9.& cap.955.nu.21.*

8 Replicatio vero quod etiã clericis sit permissum negotiationẽ exercere per interpositas personas, *Less. de inst.& iur. lib.2. cap.21. de emption.& vendit.* tollitur responsione allata in vltima decisione sub §. *neque huiusmodi, vers.& quamuis*, vt † tolerari possit in Clericis in extrema necessitate positis, & nullum exercitiũ
9 habentibus, ex quo substentari possint, salua ipsorum honestate, & in certis casibus relatis per *Modern.Spoletanum.privil. pauper. privil.284. Vinian.de Iure patron.lib.6. cap.1. num.200.* inter quos non est hic in controuersiam deductus, & ideo non applicantur.

Et ita ex fundamento prædicto conclusum fudum, standum esse in decisis, vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Leodien. Canonicatus Aquisgranen.

Veneris 28. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Actus omnes post inhibitionem gesti, etiam si prætendantur consecutiui dicuntur attentati, vnde de his constito sequestrum decernitur, ne attentans vitiosæ possessionis commodo perfrui valeat.

SVMMARIVM.

1 *Gesta post Inhibitionem à partibus, dicũtur attentata.*
2 *Per Inhibitionem ligantur manus eiusdem obtinentis, vt sine vitio attentatorum, nihil innouare possit.*
3 *Attentare non dicitur ille, qui continuat.*
4 *Continuatio non excusat ab attentatis, nisi quando quis continuat eo modo, quo prius possidebat. Secus si diuersimode vtitur possessione, & num.5.*
6 *Actus gesti post Inhibitionem licet prætendantur cõsecutiui remanent attentati.*
7 *Sequestrum apponitur constito de attentatis, ne attentans, commodo vitiosa possessionis gaudeat.*

DE-

DECISIO CLXXIV.

A CAPITVLO insignis Collegiatæ Aquisgranen. cui spectabat electio Canonici, in locum Ioannis à Golstein succeſſuri, deuentum fuit ad actum electionis, & diuiſis æqualiter Canonicorum ſuffragiis, Michael Vincentius ab Eimacten. & Decius, electi fuerunt, & vterque ad poſſeſſionem Capitularem, & Statutariam, ſaluo iure prælationis, iuxta conſuetudinem illarum partiũ admiſſus fuit. Cumque ſucceſſiue Decius litteras Apoſtolicas gratificationis in paritate vocum, & illarum executionem coram Vicario, ſine citatione Michaelis obtinuiſſet; hęc tanquam attentata coram Officiali in litteris deputato, reuocata fuerunt, & appellante Decio, Cauſa mihi commiſſa expeditæ fuerunt litteræ Inhibitoriales, quibus non attentis cũ Decius ad primam reſidentiam ipſo inſtante ſub die 4. Ianuarij mox elapſi, cum clauſulis præteruatiuis admiſſus fuerit, & in habitu reſidentiam cęperit, & continuauerit, propoſui dubium ſuper attentatis, de quibus Domini conſtare cenſuerunt, & apponendum eſſe ſequeſtrum. Admiſſio enim ad primam reſidentiam, & illius effectuatio emanauit, poſtquam in hoc Sacro Tribunali introducta fuerat Cauſa appellationis ab ipſo Decio interpoſita, & poſt relaxatam Inhibitionem, quæ
1 operatur, vt poſtea † geſta à partibus ſint attentata, *Dec. conſ. 103. num. 1. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 2. num. 52. & ſeqq. Rota coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono deciſ. 93. nu. 6. Leodien. Officij, ſeù Cappellaniæ Epiſcopalis 4. Maij 1654. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, in princ.*
2 Et per † eam ligantur manus eiuſdem obtinentis, adeo vt ſine vitio attentatorum quidquam deinde innouare non poſſit, *Rota coram Buratt. deciſ. 262. num. 2. Leodien. Bonorum, ſeù Attentatorum 29. Maij 1654. coram Reuerendiſ. D. meo Decano, Burgi Sancti Sepulchri Archidiaconatus 4 Iulii 1657. coram R. P. D. meo Priolo, in princip. & in Tridentina Altaris 29. Aprilis 1661. coram me.*

3 Neque applicatur vulgaris regula, qui continuat non attentat; Quia præcedens admiſſio ad poſſeſſionem Statutariam erat Inſtrumentalis, & cum clauſula: *ſine prælatione, & abſque alterius præiudicio, niſi in quantum de iure alteri ipſorum competeret*, atque ideo cum ſuper prælatione electorum, non adhuc iudicatum fuerit, Decius ad primam reſidentiam admitti non potuit, nec ad fructuum perce-
4 ptionem, quia † prætextus continuationis nõ excuſat ab attentatis, niſi quando quis continuat eo modo, quo prius poſſidebat, ſecus
5 autem ſi † diuerſimodè vtitur poſſeſſione, *Bero conſ. 118. num. 8. & 24. lib. 3. cum pluribus relatis per Modern. de manutent. obſeruat. 1. num. 83. Rota coram Caualer. deciſ. 615. numer. 3. verſ. vltra quod, coram Merlin. deciſ. 315. num. 2. Bonon. Attentatorum 1657. §. & ſemper, coram Eminentiſſ. Domino Card. Celſo, & in Nullius, ſeù Rauẽnaten. Bonorum 19. Iunii 1658. coram Reuerendiſſ. D. meo Papien. §. neque attentata.*

Prout ſub prætextu, quod admiſſio ad primam reſidentiam ſit actus conſequutiuus primæ poſſeſſionis, non euitantur attentata. Quia hoc poſſet procedere quoad attentata
6 ſimpliciter ob pendentiam litis; ſed † poſt inhibitionem actus geſti licet prętendãtur conſecutiui remanent attentati, *Lancellott. de attent. lit. penden. par. 2. cap. 4. limit. 5. num. 10. verſ. hæc autem, Rota coram Vbaldo deciſ. 211. num. 5. Bonon. Pecuniaria, ſeù Attentatorum 28. Aprilis 1645. coram bon. mem. Bichio. §. ſiquidem, cum aliis relatis in Romana Palatii 4. Maii 1648. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, §. fuit enim reſponſum.*

Ex prædictis autem conſtito de attentatis, dixerunt Domini apponendum eſſe ſequeſ-
7 trum, ne † attentans gaudeat commodo vitioſæ poſſeſſionis, *Lancellott. de attentat. dicto cap. 4. num. 718. Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 10. Aquilana Iuriſpatronatus 18. Iunii coram Reuerendiſſ. Papien. §. pendentia autem, & in Aſtoricen. Parochialis 26. Aprilis 1654. corã Reuerendiſſ. D. Zarate, §. & libentius.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. VICECOMITE,

Poſtea S. R. Eccleſ. Cardinali.

Bononien. Bonorum de Graſſijs.

Lunæ 31. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Ex quo deprehendatur Teſtatorem admitti voluiſſe ad ſui ſucceſſionem illegitimos. Qualitas in vlteriori ſubſtitutione non expreſſa conſulto per eundem teſtatorem omiſſa cenſetur. Dictionis, *vt ſupra*, virtus explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario concedenda eſt immiſſio in bonis onere fideicommiſſi granatis.*
2 *Qualitas in vlteriori ſubſtitutione non repetita cõſultò à teſtatore omiſſa cenſetur.*
3 *Ex illegitimorum vocatione arguitur Teſtatorem, non abhorruiſſe alios deſcendentes, tali macula infectos.*
4 *Dictio, vt ſuprà, in inſtitutione deſcendentium legitimorum appoſita eandem qualitatem requirere in aliis videtur.*
5 *Dictio, vt ſuprà, poteſt repetitionem circa modũ ſuccedendi operari.*
6 *Voluntas Teſtatoris admittendi illegitimos reſultat ex filiis naturalis vocatione.*
7 *Qualitas ex legitimo matrimonio non cenſetur repetita, quando Teſtator illegitimum ſubſtituerit.*
8 *Ratio diuerſa quando militat, repetitio qualitatis non inducitur.*
9 *Contradictor legitimus non eſt, qui parem titulum non habet.*

DECISIO CLXV.

FIDEICOMMISSA ab Antonio, & Petro de Graſſis inſtituta hodie Domini cenſuerunt in Caroli Auguſtini fauorem aperta.

Si

Siquidē Petrus vniuersalis hæres, sibi scripsit Antonium, & Franciscum fratres vtrinque coniunctos, eorumque descendentes masculos, ex legitimo tamen matrimonio procreatos, in quorum defectus Scipionem, ac Lactantium, aliosque fratres Patrueles substituit vna cum eorum descendentibus masculis ex legitimo tamen matrimonio progenitis; Deindè verò hæreditatem detulit Iulio Cæsari Antonij fratris filio naturali, post cuius lineę masculinæ extinctionem, admisit Augustinū, ac Cæsarem filios naturales Lactantij, necnō eorum filios, & descendentes masculos. Huic vero dispositioni, alteram omnino cōsimilem edidit Antonius Petri frater vocatione Iulij Cæsaris sui filij naturalis, dumtaxat omissa, vti de tempore testamenti pestemortui. Quare cum linea fratrum Patruelium, per obitum Lactantij defecerit, in cuius fauorem cesserat purificatio vtriusque fideicommissi, nequit inficiari, quin eademmet fideicommissa euaserint aperta fauore Caroli Augustini descendentis à Cæsare Augustini filio, cui † proinde decerni debet immissio in bonis onere fideicommissi grauatis, ex *remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. vt tradit Menoch. de adipisc. remed. nu. 199. Peregr. de fideic. art. 48. nu. 19. Rota decis. 1. nu. 18. & decis. 242. nu. 5 coram Eminentiss. D. Card. Ottobono.*

A consecutione vero fideicommissi Carolus Augustinus exinde arceri non poterit, quod Cæsar pater ipsius filius naturalis Augustini, dumtaxat extiterit, siquidem Testatores in linea solummodo fratrum vtrinque coniunctorum, nec non altera patrueliū qualitatem natiuitatis, ex legitimo matrimonio, exoptarunt ad hoc, vt in his posset agnatio asseruari, in alijs vero lineis hanc qualitatem
2 non expresserunt, adeoque † ea consulto cēsetur omissa, vt tradunt *Rub. Alex. conf. 71. num. 6. Ruin. conf. 140. nu. 6. lib. 2. Giouagn. conf. 21 num. 19. cum seqq. lib. 1. Fusar. de subst. quæst. 407. num. 26. Rota decis. 252. num. 6. & 12. coram Eminentiss. D. Card. Ottobono, & in Auenionen. Transactionis 22. Iulij 1657. §. nec valet, coram bon. mem Dunozetto, cum aliis relatis in Bononien. fideicomm. si de Cæsareis 16. Ianuarii 1662. in §. neque admissioni, coram R. P. D. meo Albergato.*

Dum maximè post extinctionem linearū, in quibus poterat agnatio conseruari ad successionem fideicommittentes apertè admiserunt Augustinum, & Cæsarem filios naturales Lactantij, ex tali quippe † illegitimorū
3 vocatione præsumitur eos non aborruisse alios descendentes simili macula infectos, ex *Theor. Ripa, in Lex facto, §. si quis rogatus, num. 17. ff. ad vrbell. Ruin. conf. 87. num. 15. lib. 2. Menoch. conf. 166. num. 22. & 23. Rota decis. 388. num. 11. par. 1 recent. & in Viterbien. Fideicommissi 18. Martii 1654. in §. hoc autem, coram R. P. D. meo Verospio.*

4 Nec vrgere visa fuit dictio, *vt supra*, in institutione descendētium ab Augustino apposita, cuius virtute informantes pro Scipione contendunt, in ijsdemmet descendentibus repetitam censeri qualitatem, ex legitimo matrimonio.

Dum enim dictionem præfatam in substitutione patruelium Testatores iteratè adhibuerunt, vt repeterent scilicet qualitatem legitimitatis, ac ordinem succedendi, ibi: ipsis, quandocunque decedentibus sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, vt supra eos inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicōmissum, vt supra eadēmet dictio in vocatione descendentium ab Augustino successiue, semel expressa subsequenti verborum periodo; ibi: *Substituit DD. Augustinum, & Cæsarem fratres, & filios naturales supradicti D. Lactantij, ac eorum descendentes in infinitum, vt supra,* potest
5 repetitionem † circa modum succedendi dūtaxat operari, vt scilicet descendentes in stirpes, nec non etiam vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum deberent succedere, nō autem repetitionem induxit qualitatis ex legitimo matrimonio, vt ponderauit *Rota in decis. 581. num. 11. & 12. cum seqq. par. 5. tom. 2. recent. cum aliis latè recensitis in Romana Fideicōmissi de Donis 19. Februarij 1663. & 28. Ianuarij proximi præteriti, coram me.*

6 Inspecta præsertim tacita fideicommittētium voluntate admittendi illegitimos resultante ex Augustini filij naturalis vocatione, vt præter authores superius relatos, *not. Bart. in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebell. Ruin. conf. 134. nu. 19. ad med. lib. 2. Alex. conf. 94. nu. 1. lib. 1. Fusar. de subst. qu. 437. num. 27.* nec non ex diuersitate rationis inter descendentes ex fratrum filijs, ac alios ab Augustino prouenientes, in ijs enim conseruatio agnationis vlla absque macula fuit à testatoribus exoptata, quæ ratio omnino cessabat in altera substitutione, de qua agitur initium sumente
7 ab illegitimo, in qua † proinde qualitas ex legitimo matrimonio non poterit censeri repetita, vt aduertit *Socin. Iun. conf. 77. num. 26.*
8 *lib. 3.* vbi quoties † inter vnam, & alteram substitutionem diuersa militat ratio, nunquā repetitio qualitatis inducitur, *Fusar. de subst. qu. 450. nu. 8. Rota in Auenionen. Transactionis 22. Iunij 1657. in §. nec valet, ad finem, coram bo. me. Dunozetto.*

Denique non obstat, quod iudicium immissionis nequeat Carolus Augustinus contra Scipionem, vti possidentem, ex eodem Iure Fideicommissi in proprio casu experiri, dū enim ipse originem traxit ab Octauiano filio naturali Scipionis, Senioris, in cuius Linea Testatores qualitatem, ex legitimo matrimonio exoptarunt, titulus ipsius detegitur vitio
9 nullitatis euidenter obnoxius, nec † legitimi contradictoris partes valet assumere, vt tradit *Roland. conf. 48. num. 12. & 13. lib. 1. Afflict. decis. 374. numer. 7. Rota coram Seraphino decis. 256. in princ. & 755. num. 5. part. 2. recent. & in Romana Testamenti 5. Maij 1660. in §. vlt. coram R. P. D. meo Verospio.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Melioramentorum.

Lunæ 31. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Mandati Procuræ defectus quando opponitur: inualidat totum iudiciũ, nec reualidatur per illius productionem, maximè si illud fuit factum à persona non legitima, nisi iudicium fuerit factum cum pupillo, quia illius fauore subsistetur, dũmodò Mandatũ Procuræ fuerit factum ab ipsomet pupillo, non autem quando est factum illius nomine ab alio.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum Procuræ quando opponitur est adeo necessarium, vt per illius defectum omnia gesta sint nulla, nec amplius reualidentur per illius productionem.*

2 *Mandatum præsumitur ex productione iurium, quod sufficit ad euitandam nullitatem processus.*

3 *Pupilla non potest constituere procuratorem, sine authoritate Tutoris.*

4 *Mandatum Procuræ præsumptum non valet, vbi non habet locum neque tacitum.*

5 *Clericus est inhabilis ad exercendam tutelam.*

6 *Mandatum Procuræ tacitum, non potest plus operari, quam expressum.*

7 *Sententia licet obtenta à Procuratore minus legitimo subsistetur ad fauorem pupilli.*

Quod declara, vt num.8.9.10.11.

12 *Iudex in discordia peritorum, non potest rem suo iudicio dirimere, sed debet eligere tertium peritum.*

DECISIO CLXXVI.

FVIT resolutum Sententiam A. C. super Melioramentis de quibus agitur omissa inspectione Iustitiæ esse infirmand. ex capite nullitatis ob defectum Mandati Procuræ cõtra personam compareñ. pro Olimpia oppo-
1 siti cum repetita † protestatione, quod nemo. &c. nisi docto, &c. ita quod, &c. quæ adeo causat nullitatem actorum, vt licet postea à Nero Procuratore mandatum præsentetur adhuc antea gesta non valident, *Vant. de nullitat. ex defect. mandat. num. 117. & seq. Marches. de comm. par. 3. fol. 373. num. 7. Rota diuers. part. 4. decis. 1. num. 1. & in recent. par. 2. decis. 346. num. 2. & coram Merlin. decis. 24. num. 3. cum alijs congestis, per Rotam de manuten. obseruat. 86. num. 2. & 3.*

2 Nec potest suffragari mandatum præsumptum ex impensa, & productione iurium, & si enim illud sufficiat ad euitandam nullitatem processus, *Rota coram Gregor. decis. 330. n. 5. coram Burati. decis. 593. num. 14. & coram Merlin.*
3 *decis. 68. nu. 4.* cum tamen Olimpia, † tamquã Pupilla non possit constituere Procuratorem sine authoritate Tutoris, *l. neque Tutores 11. C. de procur. l. qui habent, §. si pupilli, C. de tutel. cum alijs in Reatina Castrorum 14. Aprilis 1660. coram*
4 *me*, cessat quod † licet mandatum præsumptum, quod non potest habere locum, vbi non valet nec tacitum, *l. item, in fin. ff. de seruit. rustic. prad. Bartol. in l. si fideiussor, in princip. ff. de leg. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 43. numer. 17.*

Et ex eadem responsione tollitur præsumptio mandati de dicta, à mandato postea facto in personam eiusdem Comparentis, per Tutorem Testamentarium, cum ratificatio-
5 ne gestorum, quia cum ille † tamquam Clericus sit inhabilis ad tutelam, *Graff. de effect. Cleric. 16. num. 1. & seqq. Rota decis. 116. num. 16. par. 4. tom. 2. recent.* si non potuit Procuratorẽ
6 constituere expresse, nec potuit † tacite, quia plus non debet operari tacitum, quam expressum, iuxta tradita per *D D. in l. eum quid, ff. si cert. petat. & 3. ff. de leg. 1. cum aliis supra relatis.*

7 Nec releuat, quod Sententia licet obtenta à Procuratore minus legitimo subsistineatur ad fauorem Pupilli, nam id procedit in procuratore constituto ab eodem pupillo,
8 licet minus legitime propter defectum ætatis, quo casu, quia † pupillus in concernentibus eius fauorem, & vtilitatem habetur pro maiori, valet Sententia, etiam obtenta à
9 Procuratore minus legitimo, non † autem in procuratore constituto nomine pupilli, ab eo, qui illum constituere non poterat, tum quia Sententia non potest subsistineri, etiam si tendat in fauorem, & vtilitatẽ pupilli, vt distinguendo tradit *Gabr. cons. 25. num. 18. & seqq. lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 225. nu. 15. & 16.* stante præsertim oppositione mandati cum
10 dicta † clausula, *quod nemo nisi docto, &c. ita quod, &* c. quæ operatur nullitatem actorum in pupillo, & minori, sicuti in maiori, *iuxt. not. per Bald. in cap. 1. de rescript. Franc. in cap. ex. par. 2 de appellat. Gabr. dicto cons. 25. numer. 23. & sequ. lib. 2.*

11 Parumque refert, quod iste procurator fuisset aliquando, vti talis ex aduerso citatus, & approbatus, quia cum ex prædictis constet de defectu mandati, approbatio huiusmodi, tanquam erronea, non impedit, quin postmodum dari possit de tali defectu, *Vant. de nullit. ex defect. mandat. num. 121. vers. quantumcũque igitur, adden. ad Gregor. decis. 280. num. 11. cum aliis per adden. ad Burat. decis. 409. num. 14.*

In quã resolutionem eo magis inclinarunt DD. quia Iudex peritis discordantibus in ea valorem istorum Melioramentorum assumpsit partes tertij periti, quod facere non potuit, cum in concordia peritorum, non possit Iudex, rem suo iudicio dirimere, sed debeat tertium eligere, vt respondit *Rota coram Merlino decis. 678. per tot.*

Et ita vtraque, &c.

REVE-

REVERENDISSIMO CERRO DECANO,

Nunc. S. R. Eccles. Cardinali.

Leodien. Bonorum.

Lunæ 31. *Martij* 1664.

ARGVMENTVM.

Decedenti, sine descẽdentibus ab intestato quis succedat. Interdictum quorum bonorum cõpetit hæredibus venientibus ab intestato. Testes ad probandum testamentum nuncupatiuum factum sine scriptura, quomodo deponere debeant. Testis consanguineus, ad fauorem inducentis, non benè probat.

SVMMARIVM.

1 *Intestato decedente sine descendentibus ad eius successionem æqualiter admittuntur collaterales, iuxta gradus prærogatiuam sublata sexus differentia.*
2 *Hæredibus ab intestato venientibus debetur immissio ex interdicto quorum bonorum.*
3 *Testes tres de iure municipali Ciuitatis Leodii sufficiunt ad validitatem testamenti.*
4 *Testes ad probandum Testamentum nuncupatiuum, de quo scriptura facta non fuit, debent esse contestes, tam in formalitate verborum, quam in substantia, alias non probant.*
5 *Testes in Testamento, de iure communi debent esse rogati.*
6 *Testis vnus rogatus, alium etiam esse rogatum, non probat.*
7 *Testis consanguineus inducentis ad istius fauorem, non bene probat.*

DECISIO CLXXVII.

DEFVNCTO Nicolao Hodeige immissionem in omnibus eius bonis in partibus Lucas ex fratre prædefuncti Nepos tamquam hæres ex testamento; Pro parte verò Annæ Elisabettæ & Sanctæ germanarum Sororum eiusdem Nicolai prætendentium succedere ab intestato Introducta per appellationem causa in Rota dubitaui, An & cui sit danda immissio, & resolutum fuit dandam esse eisdem Sororibus pro tribus ex quatuor partibus.

1 Cum enim Nicolaus † decesserit ab intestato nullis relictis descendẽtibus ad eius successionem æqualiter admittuntur Collaterales, iuxta gradus prærogatiuam sublata sexus differentia, per *text. in Authent. cessante, C. de legitim. hæred.* eisque debetur immissio ex
2 interdicto quorum bonorum, vti hæredibus ab intestato venientibus, *l. 1. C. quorum bonorum, Menoch. de adipisc. possess. remed. 1. nu. 33. & seqq.*

Non obstat testamentum nuncupatiuum ad fauorem Lucæ delumptum ex depositionibus trium Testium relatis in *sum. num. 1. & duobus seqq.*

3 Quia licet † de iure municipali Ciuitatis Leodiensis tres testes sufficiant pro validitate testamenti vt in alia Leodien coram me 3. Iulij 1662. nihilominus in proposito visum fuit non constare de huiusmodi testamento, vltra
4 † quod enim testes prædicti non deponũt de toto tenore Testamenti, neque videntur contestes, tam ex formalitate verborum, quã in substantia, prout requiritur ad effectũ probandi Testamentum nuncupatiuum, de quo non fuit confecta scriptura, vt docet *Bald. in l. cum antiquitas 28. num. 50. vers. in contrarium videtur, C. de Testam. quam sequitur Rota decis. 533. num. 8. & 9. par. 4. tom. 3. decis. 588. num. 16. par. 5. tom. 2. recent. cum allegatis in Romana Hæreditatis 1. Aprilis 1653. coram R. P. D. meo Albergato, §. alii duo testes.*

Animaduertebant DD. Nicolaum non accessisse ad Domum . . . . . animo, ac voluntate testandi, sed occasione visitandi eundem . . . . . tunc ægrotum, & insuper verba superius recensita ad alium effectum fuisse per eum probata. Nicolaus immediatè replicauit quantum ad se iam fuisse suum hæredem videtur hoc modo potius voluisse inuitare ægrotum ad disponendum, & insimul colorare suam requisitionem, eidem per antea factam hoc addito, quod Nicolaus de tẽpore prolationis verborum, non reperiebatur cum testibus in loco congruo, sed in coquina, neque testes fuerunt specialiter vocati, neque rogati ad actum testandi, vt requi-
5 ritur non † solum de iure communi, *l. heredes palam, §. in testamentum, ff. qui testam. fac. poss. l. hac consultiss. C. de testamen. & authen. rogati, Cod. eodem tit.* sed etiam de iure cõmuni Leodien. *vt testatur Modernus Mens. in sua obseruat. 92. numero 1.*

6 Parum releuante, quod primus referat Testatorem sibi dixisse, & huiusmodi rei testis eris, tum quia ex rogitu vnius non infertur ad rogitum aliorum, tum etiam, quia
7 dictus Testis † tamquam Consanguineus præfati Lucæ ad eius fauorem, non benè probat *DD. in l. 2. C. de testamen. & in dicta Romana hæreditatis 1. Aprilis 1658. §. & quamuis, coram R. P. D. Albergato.*

Et ita per contradictas, &c.

R. P. D. OTTALORA

Imolen Bonorum.

Lunæ 31. *Martij* 1664.

ARGVMENTVM.

Ad hoc vt reintegratio concedi valeat, de quibus constare debeat. Periti iudicialiter electi relationi standum est. Læsio in quantum admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio conceditur quoties constet de tempore commissi spolij, de moderna spoliatorum possessione, & iniustitia spoliationis.*
2 *Possessio spoliati probatur tã ex deliberatione, & sub hastatione bonorũ, quã ex instrumẽto adeptionis & n. 3*

4 Pos-

4 *Poſſeſſio ſpoliatoris ex litis ſubſtentatione adminiculata inſtrumento apprehenſionis ipſius reſultat.*
5 *Periti relationi iudicialiter electi ſtandum eſt.*
6 *Læſio probatur bene per Peritum.*
7 *Læſio in ſubhaſtatione & deliberatione admittitur in ſexta parte.*
8 *Læſio in ſubhaſtatione ex Statuto Vrbis in quarta parte admittitur.*
9 *Læſio vltra dimidiam probari debet, & Ratio differentiæ num.10.& 11.*
12 *Iudex non habet tam abſolutam diſpoſitionem rei, quam habet ipſe Dominus.*

DECISIO CLXXVIII.

CVM de anno 1647. abeſſent ab Vrbe, & Statu Eccleſiæ Abbas Carolus, & Columnellus Dominicus de Vainis, Gabrieli, & alij de Flaminijs obtinuerunt ab A.C. per cõtradictas contra illos mandatum executiuum pro prætenſo Debito contracto ab eorum patre in Ciuitate Florentiæ plaſtrarum Florentinarum 1827. ſol. 13. quod fuit executum ſuper 60. Tornaturrę cum domo, & aliis ædificijs, bonaque alia etiam in Vrbe fuerunt ſubhaſtata, & dictis Creditoribus deliberata pro dicto Credito. Verùm cum Vaini coram A.C. ſuper Reintegratione ad poſſeſſionem dictorum bonorum egiſſent, & fauorabilem ſententiam reportaſſent, Interpoſita Appellatione à Flaminiis, cauſaque mihi commiſſa Dubitaui. An Vainis ſit danda Reintegratio, & DD. affirmatiuè Reſpouderunt; Probantur nãq; omnia extrema neceſſaria in hoc Iudicio nempè poſſeſſio illorum de Vainis de tempore commiſſi Spolij, moderna Flaminiorum, & iniuſtitia ſpoliationis, † quibus con-
2 currentibus concedi ſolet reintegratio *Poſth. de ſubhaſ. inſpect. 58. num. 66. Rot. coram Burat. deciſ. 863. & deciſ. 172. in principio part. 5. Rec. & coram Eminentiſſ. Ottobon. deciſ. 70.*

2 De primo † ſufficienter conſtare viſum eſt, tam ex ſubhaſtatione, & deliberatione bonorum *Mangil. de ſubhaſ. queſt. 153. num. 30. Rot. deciſ. 112. num. 5. par. 7. Rec. pluribus adductis Poſth.*
3 *de ſubhaſ. Inſpect. 58. num. 51.*, quam † ex Inſtrumento adeptionis *Rot. poſt Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 106. num. 3. verſic. caterum Poſth. vbi ſupra n. 53.*
4 Pro ſecũdo ſat † eſt ſubſtentatio litis adminiculata ex dicto inſtrumento apprehenſionis poſſeſſionis. *Veral. deciſ. 369. part. 2. & deciſ. 362. num. 3. Burat. deciſ. 37. num. 4.*

Iudicem demum iniuſtè proceſſiſſe probatur, ex eo quod bona fuerunt ſubhaſtata, & deliberata pro dicto Credito, cum eſſent longe maioris valoris, reddunt enim mille libras quot annis, vt deponit primus Teſtis *Summario num. 2.*, & valor aſcendit circiter ad ſcuta 3100., vt ex ſecundo Teſte, vbi ſupra. Accedit Teſtimonium tertij Periti Iudicialiter electi, aſſerentis, quod non computato valore Domus, & ædificiorum, bona illa præcisè de tempore ſubhaſtationis valebant ſcuta 51., & 77. pro qualibet tornatura, quamuis hodiè propter deteriorationem referat eſſe valoris ſcutorum 47. & ſol. 27., & nihilominus percipiuntur quinque pro centenario *Summario*
5 *num. 3.* cui † relationi, dum agitur de Tertio Perito Iudicialiter electo ſtandum eſt *Rot. coram Seraph. deciſ. 1494. num. 2. & in Romana Domus 12. Februarij 1663.*, §. *& ceſſat coram R.P.D.*
6 *meo Albergato*, & hanc † eſſe practicam veram, & indubitatam ad probandam læſionem fuit *dictum coram Canol. deciſ. 187. numer. 4. & deciſ. 35. num. 8. deciſ. 4. num. 1. verſic. neque refert deciſ. 43. num. 1. poſt Mangil. de ſubhaſt.*

Ex quibus cum læſio ſatis probata remaneat, præſertim † cum in ſubhaſtatione, & deliberatione admittatur in ſexta parte *Vincẽt.*
7 *de Franch. deciſ. 102. num. 7. & deciſ. 224. numer. 1.*
8 *part. 1. Noguerol. allegat. 18. num. 21.*, & ex † Statuto Vrbis in quarta *Cucc. Pet. in practl. lib. 8. c. 1.*
9 *num. 46.*, & licet alias Læſio † vltrà dimidiam
10 requiratur ratio † differentiæ in eo eſt, quia in venditione voluntaria debitor ſibi imputare debet, ſi rem maioris valoris viliori pre-
11 tio diſtraxit, quod † non procedit in venditione neceſſaria facta mediante ſubhaſtatione, in ea enim nõ concurrit Domini Conſenſus, imò ipſo Reluctante diſtrahitur, & † Iudex non habet tam abſolutam diſpoſitionem rei, quam habet ipſe Dominus, vt fuit dictum *in Romana Læſionis 12. Iunij 1654. coram bon. mem. Bichio.*

Et ita vna tantum parte informante reſolutum fuit, &c.

R. P. D. T A I A.

Romana Dotis.

Lunæ 31. Martij 1664.

A R G V M E N T V M.

Frater aduerſus fratrem gaudet Beneficio deducto ne egeat, & an paupertatem probare teneatur vide in Summario Deciſionis.

S V M M A R I V M.

1 *Compenſatio datur de liquido ad liquidum.*
2 *Frater contra fratrem gaudet beneficio deducto ne egeat cum ſeqq.*
6 *Frater dicitur pars corporis alterius fratris.*
7 *Contumelia illata fratri eſt communis, & num. 8. & 9.*
10 *Socij tenentur tantum in id quod facere poſſunt, & num. 11. 12. & 13.*
14 *Declaratur Barzius, & alij DD. & nu. 16.*
15 *Frater debitor ſeruire non debet alteri fratri.*
17 *Depoſitum eſt priuilegiatum.*
18 *Depoſitum quod etiam Mutuum dicatur & num. 20. 21. 22. & 23.*
19 *Datio in ſolutum annullata annullatur etiam illius Confeſſio.*
24 *Renunciatio omni legum. & iuris auxilio an comprehendat Beneficium deducto ne egeat, & n. 25.*
26 *Fratri maiori à minori debetur reuerentia. & num. 27.*
28 *Donatio facta Vxori, & filio ſapit alienationem.*
29 *Paupertas Sororis præferri debet paupertati fratris.*

30 Bona

30 *Bona plura vltrà indicata habere affirmans probare debet.*

31 *Paupertatis probatio in fratre agente Sorore, quando sit necessaria, & num.32.*

DECISIO CLXXIX.

EDITA decisione 10. Decembris 1663. declarante D.Isabellam, & D.Anibalem Coniuges Creditores D. Caroli scut. 1350., & fructuum, reiecta exceptione compensationis cum Credito, quod D.Carolus prætendit habere cum filijs D.Isabellæ, vti Donatarius D.Nerij eorum Patris, probant hodie procedi ad executionem personalem contra d. D. Carolum, nunc posse se tueri generali Beneficio deducto ne egeat, & ne carceretur, dictus autem Carolus instabat recedi à decisis super puncto compensationis, immo superaddi compensationem, cum alio Credito, ex fideiussione dict. D.Nerij, liquido, & expedito iam mandato ab A.C. contra bona propria d. D.Isabellæ.

Sed DD. rursus compensationem denegarunt etiam cum alio Credito, quia super eo pendet appellatio, & Peritus electus ad calculasi rationes tutelares retulit plus expensũ, quam acceptum, vt in Summario responsionis coniugum & illam etiam tunc compensationem obijci, si causa, ex qua compensat liquida sit, & non multis ambagibus innodata, † & hoc Iudices obseruare, & non procliuiores ad admittendam compensationem existere, inquit, *text.in l.vlt. C.de compensat., quod hic magis placuit DD., vbi D.Carolus compensationem opponere intendit, vti Creditor filiorum dict. Nerij Creditorum D.Isabellæ eorum Tutricis.*

Maior quæstio fuit in priuilegio personali D.Caroli deducto ne egeat, & ne carceretur, seu in quantum facere potest, † & an competat fratri, præsertim non probata paupertate, *ad Cost.de subsid.remed.28. numer.6. versic.secundo requiritur*, † attamen d.D.Carolum gaudere d.personali beneficio deducto ne egeat, & ne carceretur DD.responderunt, nam etiã multi ex ijs, qui negatiuam sequuti opinionem, quod fratri contra fratrem priuilegium deducto ne egeat competat, admittunt, tamen non posse † fratrem carcerari ad instantiam fratris, vt nouissimè grauissimèque scripsit *R.P.D.Scannarolus de visit.carcer. cap.4. num.29. & seq.lib.1.Cost.d.remed.28. nu.1.vers.immo etiam frater Zacch.ad Gallesi.de oblig. cam.quæst.36.n.17.* cum alijs, nam frater dicitur ferè alter, & pars corporis alterius *Menoch.præsumpt.16.n.2.lib.5.*, & † contumelia illata fratri meo dicitur mihi illata *ad decis.7. de renunc. in fin., seu decis.463.in nouis*, adeoque probatio paupertatis superflua visa est, & remittenda, ne valor Patrimonij pandatur, quod enim tam durum, tanque inhumanum est, quam publicationes, pompaque rerum familiarum, & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ exponere diuitias *l.2.sub initio C.quando, & qualiter 4.part. lib.10.*, & quia Priuilegium hoc speciale deducto ne egeat, & ne frater carceretur ad instantiã fratris specialiter DD.auctoritate, & iuris numque ratione fauet melius, mitiusque agi visũ est cum Sorore Creditrice, † dum frater debitor personam priuilegio deducto ne egeat tueri curat ab ipsa sorore, immo à mala mãsione *leg.2., ff. depos., & ibi gloss. Cost. dict. remed.28.num.138., vers.4.effectum Farinacc.quæst. 27.n.1.D.Scannarol.de visit.carcer.lib.1.§.2.cap.1. nu.12.13. & seqq., vbi cum Tertullian. Carcerem dicit domum diaboli.*

Eo facilius inclinabant Domini ad d.Priuilegium auctoritate Vulpiani si enim verũ est † Socios in id quod facere possunt condemnari oportere, cum Societas ius quoddã fraternitatis in se habeat *l.verum 64., ff.pro Soc.* fortius, & verius dicendum est de fratribus, &c., vt *notat ibi Cuiac.contra Auuers.*, Immo desumpto ipso Argumento Vulpiani † si frater tenetur alere fratrẽ *l.3.in fin., ff.vbi pupill. educ. debeat, & ibi glos.vlt.§.sed non nullos l.1., ff.de tutel.,& ration.detrahen.,& ibi glos. præstiterit gloss. vnica in fin.l.pad. C. de alen. liber. Surd. de alim. quæst.25.tit.1.* consequens necessarium est fratrem à fratre adeo exigere non posse, itaut egeat; vnde quicquid alij senserint indubitata est opinio, quod fratres vtrinque † coniuncti, vt in præsenti casu inter se habent istud Beneficium, quam opinionem multi sequuntur Moderni, tanquam Benigniorẽ, & æquiorem, vt disputata quæstione, collatisque rationibus, & Doctoribus concludit *Castagn. in tract.huius Beneficij quæst.13.num.27. D.Scanna.de visit.carcer.lib.3.§.5.cap.4.num.26. Altograd. cons. 39.lib.1.*, vbi, & ita iudicatum *Salgad.Labir.cap. 24.nu.8.part.1.Rot.Maceraten. apud R.P.D.Thomatum decis.85.n.41.Rot.post Zacch.de oblig.Cam. dec.165.nn.17.& 18.*, & in puncto de † persona fratris vtrinque coniũcti à Marito Sororis vtrinque coniunctæ ob dotem non solutam, vt pro eius solutione gauderet Beneficio deducto ne egeat *Castagn.dict.cap.13.d.nu.23.vers. ita seruorum post Giurb. dec.45.*, quam laudat *Fontanell.de pact.nupt.glos.3.part.11.num.99. clauſ.7. Thes.dec.153.nu.5. vers.contrarium.*

Nec obstant auctoritates aliquorum præcipuè recentiorum sentientium contra magis communem, & præcipuè *Baez. de inop. debit. credit.c. 17.à num.80. Michalor de fructibus quæst.53.par.3.& post eum dec.25.nu.6.que est decis. Lucen. Zucchar.dec.10.num. 6.*

Quia Baez specialiter agit de carcerat. ad præcipuum effectum † vt frater debitor seruiat fratri creditori in operibus artificialibus, vel reuerentialibus ad leges Hispanas de quibus agit, quando frater potest habere in seruũ fratrem suum, vt probat *Baez.d.cap.17. nu.83. vers.1.quando, & etiam §. insiè instit.quibus ex causis manumitt.*

Michalor. † autem sentit contrariã magis communem sententiã, sicut & Zuccarus malè ambo adscribentur pro sua opinione *Surd. de alim.q.78. nu.6. tit.1.* qui contrariam tenet, *& Zuccharum nu.31. vers. nec aliquid negare non potuit Rotam illam Lucen.contrarium iudicasse, quod testatur Altograd.exaduerso allegat.*

Nec pariter obstare visum est, † quod agatur

17 tur† de depoſito habito à D.Carolo,vbi exuberat bona fides, & eſt priuilegiatum *ad not. in l.10., C.depoſit.* Quia ex facto explorato D. Carolus non obligauit ſe per depoſitum in Inſtrumento 17.Auguſti 1641.,ſed potius per
18 mutuũ,† dum illi fuit nummis credita pecunia *ad l.non omnis 19., ff.ſi cert. pet.cum ibi annot.*, & eo magis longè à depoſito, dum ſe obligauit ad fructus ſtatutarios pro hac pecunia dotali, licet extenuetur ad ſcuta quinque pro ſingulo centenario, & quamuis 16.Octobris 1643. dando inſolutum rubra 15. terreni pro ſupradictis ſcut.1350., dicantur in depoſitum tradita, &c. adijcitur quoque expreſſa præſeruatio relatiua,vt ex Inſtrumento,ad quod,&c. & quod cum d.datio in ſolutum ſit nulla, vt
19 dictum fuit in prima deciſione ipſa † confeſſio etiam mutatur & euaneſcit *Iaſ.ad §.ſi nummoſ l.certi contrario, ff.ſi cert. pet.num.34.Maſtard. de probat.concluſ.18.*

Præterea tunc ſolum videretur verum depoſitum,ſi conuentum eſſet, vt corpora num-
20 morum depoſitorum eadem † redderentur, ſi enim actum eſt, vt tantumdem ſoluerent egreditur ea res depoſiti naturam, vt inquit *l.Lucius 24., ff.depoſit.Caroc.de depoſit.ferè tot. q.2. part.1.* Verùm quia in caſu præfato vſus pe-
21 cuniæ depoſitæ † ab initio conuentæ videtur ex eo, quod conuentum ſit, vt fruatur, *l.quod in fin., & l.10.,ff.ſi cert.pet.gloſ.vlt.d.§.vlt. l.25., ff.depoſit.*, ex hoc ipſo, quod fructus in pactum deductus eſt; depoſitum non eſt, nam & ſi vſus depoſiti numerati non ſit cõtra ſubſtantiam qualiſcunque depoſiti, ſed contra naturam proprij, & rigoroſi, tamen non eſt omninò repugnans; ſed contra ſubſtantiam eiuſdem, quando enim deponentes nummos vſuras à mẽſularijs accipiunt,à cęteris Credi-
22 toribus nõ ſeparantur,& merito,† aliud enim dicitur credere, aliud deponere in bonis, *l.9. ff.de priuil.credit., & ibi gloſ. credere Caroc. d. qu. 2.num.28.verſ.limitatur Mexl.de pign.quæſt.27. nu-mer.5. lib.4.*, vſque adeo depoſitum debet eſſe
23 grattitum & ſine vſuris, quæ faciunt † illud tranſire in mutuum, & ſine mercede, quæ tranſit in locatum, *§.ſi veſtimenta l.1., ff. depoſit.*

Nec pariter nocuit renunciatio generalis facta per D. Carolum omni legum, & iuris
24 auxilio,† itaut in hac vniuerſali clauſula omni beneficio ſe ſpoliauerit *ad Rot. decif.485.n.2. ab initio part.2. recent.*

25 Quia Rota ibi nil ſtatuit, † ſed oppoſita deciſio Franc. ibi ſupponit renunciationem factam in individuo huic Beneficio, & ſummatim eſt clarum in ea ipſa *deciſ.20.coram Buratt. n.2.vbi n.10.* abundè adnotantur plurimi contrarij præcipuè *Grat. diſcept.799. num.25.& 26.* de veriori, & magis recepta ſententia, quibus *addem.eſt Caſtagn. de benef. deduct. ne egeat quæſt.1.*
26 *limit.16.ad num.14., & præcipuè num.22.*, & quia fratri maiori maximè à Sorore per ſexum debetur reuerentia, non cenſetur, fratrẽ renunciaſſe priuilegio cui renunciare non potuiſſet expreſsè, vti Parentes, & maritus etiam cum iuramẽto *ad Couar., & alios ad §. eleganter Lalia*

Pars XIV.

24.ff.ſol.matr., & ibi gloſ.vlt.Caſtagn.d.lim.16.n.2.
27 *Fontanell.d.par.11. à num54.*, namque contra bonos mores id factum eſſe videtur, vt potè contra debitam reuerentiam ad d. §.eleganter fratri enim debetur reuerentia per fratrem minorem *Caſtagn.d.quæſt.13. diſt.nu.27. maximè ſi frater debitor,&c.*

Similiter nec adfuit mala fides,aut ex amotione pecuniarum à Sac:Monte Pietatis, prout ex donatione facta Vxori, & filijs ſuis ge-
28 neraliter omnium bonorum ſuorum, † quæ ſapit alienationem cõtrariam huiuſmodi priuilegio, etiam in perſonam mariti *Rot. deciſ. 342.n.28.tom.3. part.4. recent., & eſt poſt Caſtagn. deciſ.12. numer.23.*

Tertio quia ex facto reſpondit D.Carolus, & demonſtrauit, pecuniam amotam à Sacro Monte,vti ibi otioſam culpa aduerſariorum, quam recipere volebant primario pro fructibus, ſecundario verò pro Capitale, & non alias, ideoque inueſtitam fuiſſe in Cenſum 31.Martij 1661., & quoad donationem inter viuos factam Vxori, & filijs quæcumque ille ſint ad quemcunque finem ipſe attulit renũciationes eorumdem, pro omni Iure,& intereſſe initas cum filijs Iſabellæ & Anibalis in ampliſſima forma, vt ex Inſtrumento 15.Ianuarij 1662. omniaq; & quæcumque eius bona, idem D.Carolus propterea obtulit in ſolutum dd.Coniugibus ad ipſorum electionẽ pro ſupradicto eorum prætenſo credito ſcut. 1350. & fructuum in totum ad ſc.2080. monetæ aſcendẽ,& præcipuè creditum ſc.3179. monetæ, quod d.Carolus conſequi debet ab Excellentiſſimo D.Principe . . . . . licet vinculatum pro ſimplici euictione Caſalis venditi vſque de anno 1625. ſibi tamen reſeruato Iure d.Creditum, ſiue illius inueſtimentum ſemper,& quandocunque redimẽ, & recuperañ pro eiſdem ſcut.2080.dd.Coniugibus liberè ſoluendis.

Demum non obſtitit, quod paupertas fratris probata non fuerit, & quatenus de ea cõ-
29 ſtaret† præferẽdam eſſe ſororem in pari paupertate *ad Rot.d.deciſ.344. num.39. cum pluribus apud Caſtagn. quæſt.1.*

Quia paupertas probata ſatis videbatur arbitrio Dominorum ex eo, quod D. Carolus non habeat vnde ſoluat debitum controuerſum,& ex eo, quod aſſerat ſe tantum hæc, & hæc bona habere, eademque præciſè, ac di-
30 ſtinctè indicauerit, † nam qui cum plura bona habere affirmauit probare debet *gloſ. Bart., & alij apud Maſtard.de probat. concluſ.1159. nu.8. 16.40.& 41.*, & præcipuè inter fratrem, & ſo-
31 rorem † de domeſticis rebus,& in Vrbe omnium conſcia, ſed cum omnia promptè offerantur à D.Carolo,& hoc priuilegio vtatur,
32 vt ſuperflua viſa eſt probatio † paupertatis, præſertim quando è contrario quoque frater opponat ſororem non eſſe pauperem, quia ipſa vltrà dotem ſuper bonis fideicommiſſarijs habet legitimam matris, cuius etiam eſt donataria ſcut.200. monetæ,& à q.Nerio eius primo Viro fuit relicta vſufructuaria omniũ ſuorum bonorum ipſius ſororis Viduitate du-

rante, ac etiam prouidet localia, alhaque bona valoris, vt patet ex ipsius met declaratione, & iurata confessione in publ. Instrumentum rogatis 29. Decembris 1650. & 5. Maij 1654.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Bonorum.

Lunæ 7. Aprilis 1664.

ARGVMENTVM.

Pactum negotio principali adiectum quando corruat. Legatum temporale an tranſeat ad hæredes. Relatum quando veniat attendendum, & alia de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Pactum adiectum negotio principali, ſi iſtud corruat, pactum ineffica reddit.*
2 *Subſtitutus ad illa bona aſpirare nequit, qua in ſubſtitutione excipiuntur.*
3 *Legatum temporale non tranſit ad hæredes.*
4 *Bona illa præſumuntur libera hæredis inſtituti, quando ipſi non fuit datus alter ſubſtitutus, ita vt illa tranſmittere valeat ad hæredes.*
5 *Subſtitutum ſe eſſe prætendens ſubſtitutionem probare tenetur.*
6 *Relatum quando veniat attendendum.*
7 *Aſſociatio competens vigore facultatis capiẽdi poſſeſſionem propria auctoritate non venit attendenda ſub prætextu exceptionis requirentis altiorem indaginem.*
8 *Facultas capiendi poſſeſſionem propria auctoritate probata admittitur, & impedit quodcumque remedium poſſeſſorium.*

Declara tamen vt num. 9. & 10.

DECISIO CLXXX.

PHILIPPVS Sala teſtamento legauit Marſilio fratri, eiuſque deſcendentibus maſculis in caſu obitus Iacobi Marię eius filij ſine illius deſcendentium maſculorum ſine filijs Prædia, quæ poſſidebat in communi S. Auguſtini eaq; ſubiacere fideicommiſſo Alberti Aui & Io: Baptiſtæ, & non vltra, ita vt ſi per deficientiam lineæ bona tranſire deberent ad alienas familias, tũc declarauit tertiam partem circiter dd. bonorum non ſubiacere dd. fideicommiſſis, ſed illam eſſe liberam pro legitima aliiſque detractionibus ſibi debitis eamque hoc caſu, vt ſupra legauit Marſilio fratri, & eius deſcendentibus maſculis in infinitum ob amorem erga illius familiam, & Agnationem, & pro omni, & toto eo quod prætendere poſſet.

In reliquis vero bonis ſuis hæredem vniuerſalem inſtituit Iacobum Mariam filium, & eius filios, Nepotes & deſcendentes, maſculos in infinitum eiſque, ſeu illo vltimo ſine filijs decedenti ſubſtituit Iſabellam, illius filios & deſcendentes in infinitum, detractis tamen bonis S. Auguſtini, tali caſu relictis Marſilio, & eius filijs, vt ſupra ſummario vtriuſque Partis num. 1.

Deceſſit paulò poſt Teſtatorem Iacobus Maria ſine filijs & ſub inde ortę fuerunt plures controuerſiæ inter Marſilium, & Iſabellam pro quibus amicabiliter componendis compromiſerunt in tres inſignes iuris Conſultos, qui in laudo de ſuper lato declararunt bona ſita in communi S. Auguſtini, quoad tertiam partem eſſe libera, & hæreditaria Philippi, & quoad reliquas duas tertias ſubiacere fideicommiſſis paternis, & Auitis purificatis ad fauorem Marſilij, cui propterea eadem bona relaxari mandarunt, cum declaratione tamen, quod ſi aliquo modo eueniret caſus, quod tertia pars bonorum S. Auguſtini vt ſupra libera, & in teſtamento Philippi legata Marſilio reſtituenda venirent, & hæredibus ibi ſubſtitutis iuxta diſpoſitionem Teſtatoris tali caſu reſtitui debeat tertia pars omnium dd. bonorum S. Auguſtini arbitrio boni viri ſummario num. 2.

Poſtmodum in executionem laudi partes deuenerunt ad diuiſionem in qua Marſilio inter cætera aſſignata fuerunt bona S. Auguſtini cum declaratione facta in laudo, quod due tertię partes ſubiectæ erãt fideicommiſſis antiquis paternis, & Auitis, alia verò tertia pars libera dicti Philippi, ideoque reſtituenda hæredibus ſubſtitutis il illius teſtamento, videlicet Iſabellæ, & eius filijs iuxta diſpoſitionẽ Teſtatoris in caſu quo extincta fuiſſet linea Maſculina Marſilij, & prout in dicto teſtamento, & laudo, pacto adiecto, quod tali caſu liceret Iſabellæ, & eius filijs appræhendere poſſeſſionem propria auctoritate, quod quidem pactum ſibi ſuffragari cõtendens D. Ballarinus Iſabellæ filius obtinuit contra Dominos de Fachenettis Donatarios Laurentij filij, & vltimi de linea Maſculina Marſilij ſubſcribi dubium; An ipſi ſit danda aſſociatio, quam vtraque parte informante Rot. hodie cenſuit non eſſe concedendam, quia pactum capiendi poſſeſſionem propria auctoritate adiectum in diuiſione, non ſtat perſonaliter, & de per ſe, ſed acceſſorie, & conſecutiuè ad fideicommiſſum,

1 quo non exiſtente ſeu corruente pactum remanet ineffica *Honded. conſ. 18. num. 54. lib. 2. Surd. dec. 7. nu. 29. & 157. nu. 5. Rot. dec. 694. nu. 9. part. 1. & dec. 63. nu. 27. part. 8. & dec. 121. num. 3. part. 9. rec.*

De fideicommiſſo autem fauore Iſabellæ, & eius filiorum in bonis de quibus agitur nullibi apparet. Non quidem ex Teſtamento Philippi, quia in eo non particularis ſubſtitutio Iſabellæ & eius filiorum in bonis S. Auguſtini & ſubſtitutione vniuerſali, in qua

2 ſunt vocati, † hæc bona nominatim excipiuntur, & conſequenter ſub illa nullatenus compræhendatur. *Bart. in l. Marcellus §. liberis num. 11. ff. ad Trebell. Peregr. art. 7. num. 12. & 13. vbi plures cumulat Rot. in Romana domus 25. Maij 1657. §. nec obſtat coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano, & in ſpecie huius legati firmatum*

fuit

fuit decis.34.numer.9. & pluribus seqq. part.8.recent.

3 Neque legatum vsum fuit Dominis temporale, & restrictum ad solam lineam, & descendentiam Martilij, ita, & taliter quod ea extincta reuerti debeat ad hæredes,& successores Philippi Testatoris & consequenter ad Ballarinũ prout in simili notat *Pereg. art. 51.num.21. & Rot.decision.194. num.103.part.5. rec.*

Quia cum bona legata essent libera Testatoris,nec subiecta antiquis fideicommissis Auitis, & paternis, eaque etiam in casu, quo per deficientiam lineę,alias transire debebant ad alienas familias relicta fuerit Marsilio, eiusque descẽdentibus masculis ob amorem erga illius familiam, & agnationem, & pro omni & toto eo quod prætẽdere possent,nec vltimo morienti datus legatur alius substitutus, vtique pænes eundem remanserunt libera ita † vt de illis ad libitum disponere potuerit iux. tex. in *l.cum Pater 5.ff.de libert. in fine,vbi gloss.& DD.in l.qui solidũ §.fin.ff.de leg.2. Eugen.cons.33. numer.36. lib.2. Fusar. de substit. quæst.551.& quæst.735. vtrobique num.1. Rot.dec. 203. num.1.part.2. & decision.34. num.18.part.8. rec.*

4

Minus visum fuit apparere de codẽ fideicommisso,& laudo quia in eo nullum fideicommissum ordinatum fuit, sed solum determinata quantitas bonorum liberorum, & subiectorum fideicommissis antiquis ibi declararunt bona sita in communi S. Augustini,quoad tertiam partem esse libera & hæreditaria *Philippi*, & quo ad reliquas duas tertias subiacere fideicommissis, & postea quãuis additum fuerit, quod si aliquando eueniret casus, quod tertia pars bonorum &c. restituenda veniret hæredibus substitutis iuxta dispositionem Testatoris, tali casu restitui debeat tertia pars omnium bonorum S. Augustini arbitrio boni Viri, tamen illa verba non sunt dispositiua, sed fuerunt incidenter prolata cum suppositio quod in testamento Philippi essent ordinatæ substitutiones, quibus † pro inde deficientibus, nil operantur, ad fauorem Ballarini *Alex. cons. 126. numer.5. lib.5. Rot. decision.103. numer.3. part.1.diuers. & dec.492.nn.14.part.4.tom.2.rec. & Surd.dec.282. num.9.*

5

Denique nec etiam ex diuisione facta in executione laudi à Marsilio,& Isabella,quia licet in ea dictum fuit casu quo extincta fuisset linea masculina Marsilij tertiam partem bonorum S.Augustini restituen. esse hæredibus substitutis in testamento Philippi, videlicet Isabellæ & eius filijs, dum hoc non fuit actum personaliter,& de per se seu per Viam nouæ conuentionis, & dispositionis, sed dependenter relatiuè, & consecutiuè ad Testamentum, & laudum ibi : *iuxta dispositionem D.Testatoris, & prout in dicto Testamento, & laudo*, ac propterea cum neque in testamento, neque in laudo tale fideicommissum legatur vt patet,ex supradictis, vtiq; non potest fieri fundamentum super huiusmodi Verbis re-

6 latius dum aliter apparet ex relato, quod † hoc casu venit attendendum *Peregr. artic. 16. numer. 111. vers.3. Casus Cin.cons.546. numer. 117. Honded. cons. 56. num. 54. vol.1. Rot. decision. 127. num. 10. part. 1. & decision. 100.num. 12.part.7.rec. & decis.90. num.1. & seqq. part.2. diuers.*

7 Et hinc non obstat quod associatio † competens vigore facultatis capiendi possessionem propria auctoritate, non debeat retardari sub prætextu exceptionis requirentis al-
8 tiorem indaginem, sed incontinenter † probata admittitur, & impedit quodcunque remedium possessorium *dicta in l. filius familias §.diuers.ff. de leg.1. Card. Seraph.decis.757.num.1.*
6 *& 2. Rota decis. 83. numer. 2. part.9. rec.* tum † etiam quia obiectum procedere posset si dicta facultas staret personaliter, & de per se, in quibus terminis loquuntur, & intelligendæ sunt auctoritates, ad hoc comprobãdũ al-
10 legatę † secus vero dum illa stat accessorie relatiuè & dependenter, quia tunc illa ineffiax remaneat corruẽte principali,debet quoque, eo casu retardari associatio, vt firmant *Honded. Surdus & Rota in locis vt supra allegatis.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Bononien. Fideicommissi de Luparis.

Venetijs 1. Maij 1664.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus si bona legata alienet, debitor legatarij efficitur, & alienatio ex causa legitimæ facta compensatur cum debito, cum legati dominium à die mortis testatoris in legatarium transeat.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ sunt conformes quando posterior anteriorem confirmat.*
2 *Sententia iniustæ non sunt executioni demandandæ.*
3 *Sententiarum validitas ex actorum reuolutione resultat.*
4 *Sententiæ iustitia ex decisionibus in causa factis apparet.*
5 *Alienatio per hæredem facta cedit in legitimæ detractionem.*
6 *Legitima de hæreditate patris filio debetur ex prouidentia legis.*
7 *Iudicium puri, & purificati est idem.*
8 *Hæres grauatus alienando bona fideicommissa subiecta efficitur debitor fideicommissarij & alienatio ex causa legitimæ censetur cum debito compensata.*
Et ratio num.9.
10 *Legati dominium à morte testatoris transit in legatarium etiam ignorantem.*
11 *In Legato quantitatis non est locus retractationi in præiudicium illius cui fuit Ius quæsitum.*
Secus in Legato specie & num.12.

13 *Consensus per Legatarium præstitus alienationi fundi legati remittit tantum hypothecam super fundo legato, & non præiudicat sibi quin possit pretium rei legatæ recuperare ab alienante.*

14 *Filio in legitimam debet imputari omne id quod capit iudicio parentum in eorum vltima voluntate.*

15 *Voluntas testatoris declaratur ex alijs in testamento contentis.*

16 *Filio vt præiudicetur in legitima requiritur vt fiat expressa mentio illius, & nominatim renuntietur.*

17 *Bona fideicommissaria pro dotibus sunt obligata.*

DECISIO CLXXXI.

A SENTENTIA Rotali duarũ de partibus confirmatoria in parte concedente Comitissæ Artemisiæ Luparæ immissionẽ in bonis fideicommissarijs Franciscæ Cambiæ de Isolanis eius matris, factis tamen detractionibus ex persona Com. Antonij filij debitis, sed pro rata librarum 12900. ad dicti Antonij manus occassione alienationis domus,& certorum aliorum bonorum peruentorum excomputandis, fuit quoad cõpensationem huius summæ commissa mihi causa appellationis à Comite Marco Antonio Isolano interpositę cum clausula constito de tribus conformibus, & in reliquis sine præiudicio, ad cuius rescripti formam dato dubio, an constet de tribus, & sententia esset, nec confirmanda,fuit vtraque pars illius affirmatiuè resoluta.

Respectu enim primæ partis de numero, & conformitate sententiarum in parte cõcedẽtium immissionem Franciscæ,& ex computatione librarum 12900.in detractionibus, vt supra debitis non contingit dubitari, dum in effectu posterior cõtinet id super quo fuit
1 in Antecedentibus declaratum, illaque † etiam in verbis confirmat, licet sufficeret in substantia *l. nihil obstat num. 7. de verb. significat. l.in summa 59. ff. de re Iudic. Ruin.cons.114. num.10. lib.50. Dec.cons.385. sub num.2. versic. & in tali conformitate Gratian. discept. Forens. 879. nu.26.Rota coram Cardinali Caual. dec.387. num.1.add.ad Buratt. decision.567. num.8.cum sequent.*

Et quamuis vt sit locus huiusmodi signaturæ rescripto sola conformitas sententiarũ non sufficiat, sed vltra requiratur illarum
2 validitas, & Iustitia, alias † nomen sententiarum non merentur & nõ sunt exécutioni demandandæ *Bart.in l.4. §. Condemnatum ff. de Sent.& re Iudic.Caputaque decis.114.part.3.Rota decis.38. num.3.& decis.129. num.1.part.7.recent.*
3 attamen contra validitatem† ex actorum reuolutione,resultantem,nihil fuit oppositum,
4 Iustitia verò inconcussa † remanet ex binis decisionibus Reuerendiss. Papien. sub diebus 12. Decembris 1659. & 4. Iulij 1660., & totidem coram R.P.D. Bourlemont emissis prima sub die 14.Ianuarij 1661. & altera 27. eiusdem mensis 1662. in quibus postquam fuit pro certo habitum per obitum comitis Antonij Isolani sine filijs fuisse apertum fideicommissum per dictam Franciscam de Cambijs eius matrem ordinatum ad fauorẽ Comitissæ Artemisiæ Luparæ eius filiæ, illique decretam immissionem in bonis fideicõmissarijs,& è contra Comiti Marco Antonio Isolano Cessionario Comitissæ Cãmillæ Vrsæ hæredis præfati Comitis Antonij fideicõmissarij vltimo loco defuncti, plures competere detractiones, & signãter legitimæ, & Trebellianicæ, ac legati librarum 27. mil. eidem Antonio per testatricem relicti, aliundè firmatum in legitimæ, & Trebellianicæ computum teneri compensare dictas libras 12900.ex distractione Domus,& aliorum bonorum fideicommisso subiectorum retractas iuxta Iuris dispositionem secundum quam
5 primæ alienationes † per hæredem factæ cedunt in detractiones *ad Textum in l. Marcellus 53. §.Resque ff.ad Senat.Cons. Trebell.Alex.cons. 178. num.4.lib.5. Rota coram Andrea decision. 80. num.2.*

Non obstat obiectio in dd.omnibus disputationibus excitata, & sublata, sed iterum repetita, quod imputatio alienationũ potest in præsenti verificari in illis libris 900. ex distractione bonorum receptis, non autem in alia maiori summa 12. mil. ab emptore dictę domus pro pretio illius Antonio venditori solutarum eo quia dicta Domus fuit titulo particularis legati per Ioannem Baptistam Cambium relicta Franciscæ filio in casu obitus Horatij sine filijs, cumque adhuc eo viuente fuerit alienata per Antonium, vti propria titulo Donationis sibi factæ à dicto Horatio acquisita, aliud Ius tunc Franciscæ legataria non habebat quam euentuale, si decessisset Antonius sine filijs, quod non sufficit
6 pro imputatione in legitimam, † quæ est de Hæreditate Patris, & de bonis illius filio debetur ex prouidentiâ legis, *l. cum quæritur C. de Inoff. testamento Alex. cons. 45. numer. 11. lib. 1. Surd. cons. 427. num. 28. cum seqq.* quia ad effectum de quo agitur sat est, quod quãdocumque potuerit viuente Franciscæ implepleri conditio, vt de facto euenit statim ac decessit Horatius, sine filijs perinde ac si ab
7 initio fuisset purè relictum ex regula quod † idem est Iudicium puri, & purificati *l. fin. §. 1. ibi Angel., & Alex. ff. de vulg. & pupill. l. sed & si de via prope finem ff. de acquir. hæred. Surd. cons. 73. num. 4. & cons. 253. numer. 26. Honded. cons. 50. num.35. lib.2. Gratian. discept. Forens. cap.274. num.17. Giouag.cons.51.num.24. lib. 1.*

Hin secuta alienatione Domus, & recepto pretio per Antonium, effectus fuit debitor illius erga Franciscam, in quam ex hoc non potuit domus deueniri, & ob id contra ipsum creditorem eiusdem Frãciscæ ex cau-
8 sa legitimæ † ministerio legis censetur cum tali debito compensata *Surd.de alim.preuid. 13. num. 4. Rota coram Greg. decis. 568. num. 11. & in Rec. decision. 446. num. 3. part.3.* & eo potissimum ad euitandos inutiles circuitus qui

seque-

sequêrêtur si Comes Isolanus vna manu acciperet creditum pro sua legitima, & ex alia exbursaret pretium ex domo alienata retractum *Modern. Ianuen. de Camb. quæst. 21. num. 21. Rota apud Scacc. de appel. dec. 142. nu. 31.*

Non vrget, quod pariter inculcabatur Franciscam nunquam agnouisse hoc legatũ & proinde non potest prætendi ab hærede, nec obijci compensatio illius, cum legitima, nam responsum fuit, nullam fuisse necessariã acceptationem, vel agnitionem, ex quo a-
10 gitur de legato particulari, cuius † dominiũ recta via à morte Testatoris transit in legatarium etiam ignorantem *l. cum autem §. 2. ff. de legat. 2. l. si partem §. 1. ff. quem admodum ser. amittit Surd. cons. 253. nu. 24. Peregrin. de fideicommiss. art. 49. nu. 203. Rota dec. 289. nu. 1. & 6. part. 7. rec.*

Nec prædictis visa sunt applicari ea, quæ obijciuntur quod non sit locus retractationi
11 in legato quantitatis † in præiudicium illius, cui fuit ius quæsitum, nam ex facto remouetur obiectum, cum versemur in legato speciei, videlicet particularis domus non au-
12 tem quantitatis, † sicque rectè intrat retractatio *Bart. in l. finali §. sin autem num. 3. C. com. de legat. Rota decis. 760. n. 6. vers. secus par. 2. recent.*

Parui tandem refert Franciscam præstitisse consensum alienationi domus, quia huic obiectioni fuit in antecedentibus decisionibus latè responsum, nempe quod taliter cõ-
13 sensus operari posset † remissionem hipotecæ super domo, inde tamen præiudicium, sibi non intulit, quin possint pretium recuperare ab Antonio, cuius culpa non potuit domum sibi legatam acquirere ex citatis in præfatis decisionibus.

Quantum verò ad alteram partem dubij super confirmatione, vel infirmatione sententiæ excipientis à firmata imputatione in legitimam, & alias deductiones prælegatum librarum 27500. a matre relictum Antonio DD. pro confirmatione responderunt, quia non costito, quod dictus Antonius illud acceptauerit, non intrat Iuris regula, quod
14 debet in legitimam filijs imputari omne id, quod capit Iudicio parentum in eorum vltima voluntate ex fusè cumulatis in prima decisione R.P.D. meo Bourlemont §. fuit enim animaduersum cum seqq. non attenta
15 illa, quæ deducitur ex approbatione † testamenti, cum ea enim in alijs ibi contentis cõcongrue possit verificari, non autem vt censeatur præiudicatum in legitima, ad quem ef-
16 fectum requiritur, † vt fiat expressa mentio illius, & nominatim renuncietur *l. si quando §. & generaliter C. de inoff. testam. Ancaran. cons. 152. num. 8. vers. legitimam Gabriel. cons. 137. nu. 45. l. 1. Grat. discept. forens. cap. 684. nu. 20. Rot. in Perusina fideicommissi de Rodulphis 14. Iunij 1652. §. quia cum coram R.D. meo Decano.*

Non subsistit, quod prælegatum contineat liberationem proprij debiti ipsius Antonij obligati ad solutionem dotis Artemisiæ, & alijs sororibus, quia ex verbis instrumenti Transactionis, & administrationis tutelæ inter ipsum, & Matrem stipulati deprehenditur Antonium noluisse de proprio teneri, sed cõ sensisse, vt dicta mater pro solutione in causa dd. dotium facta posset se reintegrare ex bonis fideicommissarijs pro constitutione do-
17 tium obligatis in vim *Auth. res quæ C. commun. de legat. non extantibus liberis Natt. cons. 61. num. 1. Mandell. cons. 447. num. 535. Surd. decis. 62. num. 22. Buratt. dec. 641. nu. 23.*

Et ita fuit conclusum constare de tribus, & sententiam Rotalem esse confirmãdam vtraque parte informante &c.

R. P. D. PRIOLO.

Rauennatẽ Collectarum.

Luna 2. Maij 1664.

ARGVMENTVM.

Ecclesiastici non tenentur ad solutionem publicarum impositionum, tenentur tamen quando huiusmodi impositiones primario, & principaliter vtilitatem priuatam respiciunt. Coloni tenentur ad solutionem collectarum pro fructibus.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici non tenentur ad onera, & alia debita Ciuitatis quamuis communem laicorum, & clericorum vtilitatem implicent.*
Quod procedit in impositionibus publicis ad quas laici soli tenentur, non autem quando onera respiciunt primario vtilitatem priuatam & n. 2. & 3
4 *Onus priuatum afficit tam Ecclesiasticos, quam laicos*
5 *Ecclesiastici tenentur ad solutionem oneris ab Apostolica sede approbati*
6 *Contributio non est facienda pro fundis, ex quibus nihil colligitur.*
7 *Quantitas soluenda ex bonis debet regulari habita ratione fructuum.*
8 *Coloni non tenentur ad solutionem collectarum pro prædys sed pro fructibus.*

DECISIO CLXXXII.

INTER Clerum secularem, tum Regularem, & communitatem, ne eorum bona inundationibus exposita multum periclitarẽ Conuẽtum extitit vsque de anno 1586. quod pro huiusmodi aquarum, & fluminum reparatione imponeretur Collecta, prẽuio beneplacito Apostolico desuper obtento, ad cuius solutionem vnusquisque cõtribuere deberet secũdum proportionabilem taxationem bonorum, qua transactione, licet hactenus obseruata nihilominus cum pro parte Monachorum Abbatię Classensis fuerit oppositum quod ipsi non possint cogi ad contrahẽdum pro pascuis, & vallibus, quæ vt pote loca decliuiora, & humiliora, patiuntur frequentiores inundationes, adeout paucos, aut nullos fructus ferant proposui dubium; An, & pro qua rata teneretur Abbatia ad Collectas, & responderunt DD. illam teneri proportionabiliter ad fructus, qui ex terris percipiun-

tur iuxta Breue confirmationis fa. me. Greg. XIII.

1 Quamuis enim Ecclesiastici non teneantur ad onera, & alia debita Ciuitatis etiam si implicent communem tam Laicorum, quã Clericorum vtilitatem *cap. non minus, & ibi scrib. de Imm. Eccl.* conclusio tamen procedit
2 in impositionibus publicis, ad quas tenentur solum † Laici, non autem quando prout hic Collectæ respiciunt principaliter, & primario
3 commodum, & vtilitatem † priuatam, quo casu talis contributio non meretur nomen
4 Collectæ publicæ, sed potius verè priuatæ, ideoque † non minus afficit Ecclesiasticos, quam Laicos iuxta sententiam *Ancharani in d. cap. non minus nu. 8. & Abb. nu. 18. de Immunit. Ecclesia Laderch. Imol. conf. 145. num. 4. Surd. conf. 40. per tot. Less. de Iust. & Iur. lib. 2. cap. 32. nu. 24. & latè comprobat Thom. del bene de Immun. Eccles tom. 1. cap. 5. dubit. 16. n. 1. & per tot. Layman. Theol. moral. tract. 4. cap. 6. nu. 7.*

Præsertim in casu isto, quo Ecclesiastici se obligarunt ad solutionẽ huiusmodi Collectę in transactione inter eos, & sæculares inita, &
5 subinde in forma specifica confirmata per fame. Gregor. XIII. qua stante approbatione Apostolica tenetur ad solutionem illius etiã si alias cogi non possent sicuti tradunt *Malas conf. 26. nu. 28. & seq. Riminal. Iun. conf. 4. per tot. & conf. 574. nu. 10. & seqq. Daniel. de nobilit. disput. 50. n. 65. Thom. del Bene vbi supra par. 1. cap. 5 dubit. 18. sect. 2. per tot.*

Verum quia ex continentia, & tenore d. trãsactionis, & Breuis Apostolici apparet, contrahentes in impositione istius Collectæ habuisse respectum ad fructus, non vero ad numerum, & mensuram prædiorum, cum enim ex aliquibus plus, & aliquibus minus, immo etiam ex aliquibus nihil colligitur, solutio non potest esse certa, & vniformis nam alias Abbatia solueret pro fructibus, quos non habet contra Iuris regulã, quod contri-
6 bvtio fieri nõ debet pro fundis, ex quibus nihil colligitur, vt probat *tex. in l. final. § illam equitatem ff. de Cens. Natt. conf. 418. sub nu. 7. Socc. iun. conf. 33. nu. 12. lib. 3. Misinger. respons. 1. nu. 30. Decad. 15. Roch. de contribut. cap. 11. numer. 64. & seqq.*

Nec facit, quod præter tornaturas 864. reliquæ terræ ad Abbatiam pertinentes consistant in pecuniis, & Vallibus pro maiori parte anni coopertis, sed tãtum respicit maiorẽ, vel minorem quantitatem, quæ regulari de-
7 bet, habita ratione † fructuum bonorum, vt expressè disponitur in ijsdem Capitulis transactionis, & Beneplacito Apostolico, à quibus non discordãt noua capitula de ann. 1626 celebrata, quia licet ibi dictum fuerit quod quilibet soluat certũ quid pro qualibet tornatura, subditur tamen *delle terre aratine, e prati quale pagamento per la metà habbino à concorrere il Padrone, e per l'altra metà il Lauoratore*, quod intelligitur, & interpretari debet secundũ valorem, & fructum bonorum iuxta formam capitulorum præcedentium, ac etiam est conforme dispositioni Iuris communis, ex quo

8 Coloni non tenentur ad solutionem † Collectarum pro prædijs, seu terris, sed pro fructibus, vt tenuat *Thesaur dec. 116. nu. 10.*

Et ita informante vtraque parte &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Rauennaten. Emphiteusis.

Lunæ 5. Maij 1664.

ARGVMENTVM.

In Emphiteusi pluribus concessa portio vnius alteri accrescit altero ex comprehensis in inuestitura decedente, nec potest in præiudiciũ alterius ex inuestitis etiam cum directi Domini consentu ab emphiteuta alienari, vnde si maritus bona emphiteutica in dotem receperit tacite videtur renunciasse lucri dotalis detractioni.

SVMMARIVM.

1 *In Emphiteusi pro se filijs ac nepotibus, altero sine descendentibus moriente portio ipsius alteri deuoluitur ex iure accrescendi*

2 *Emphiteuta non potest disponere de bonis Emphiteuticis in præiudicium alterius ad emphiteusim vocati.*

3 *Dominus directus non potest inuestituram alteri concedere superstite adhuc primo emphitheuta.*

4 *Bona emphiteusis Ecclesiastica, quando se habent ad instar allodialium licet inuestito ad sui libitum, etiam in præiudicium comprehensi in inuestitura de ijs absolutè disponere.*

5 *Instrumentum inuestiturę semper est attendendum.*

6 *Dictio taxatiua* dumtaxat *est pactorum exclusiua.*

7 *Dotis detractio ex bonis liberis viro permissa censetur, non ex alijs emphiteusi obnoxijs*

8 *Emphiteusis etiam cum directi Domini assensu in præiudicium alterius in inuestitura comprehensi nõ potest ab emphiteuta alienari*

9 *Statuta Laicalia non possunt sibi locum vindicare in bonis directo Ecclesiæ dominio subiectis*

10 *Maritus sub onere fideicommissi bona in dotem recipiens censetur detractioni lucri dotalis renunciare voluisse.*

DECISIO CLXXXIII.

IACOBVS tornaturas centum quinquaginta à Rectore Ecclesiæ S. Adalberti in emphiteusim receperat pro se, filijs, ac nepotibus dumtaxat, eoque defuncto Ioseph, ac Hieronymus renouationem consimilem reportarunt. Ex Ioseph Hieronymus prodijt in lucem de cuius nunc portione non agitur. Ex Hieronimo Laura, ac Iuliana originem traxerunt inter quas portionis Paternæ coæqualis contigit diuisio. Cum verò Laura nullis superstitibus liberis excesserit ab Humanis Siluio Põpilio Viro pro parte dimidia sibi instituto herede, inter hunc ab Ecclesia, successiuè inuestitum, ac suos heredes, nec non Iulianam lis fuit exorta super bonis obnoxijs Emphiteusi, quæ ad Iulianam spectare hodie Domini censuere.

Si-

Siquidem in emphiteusi pro se filijs, ac nepotibus à patre recepta Iuris dispositio decernit, vt si alter † ex filiis sine descendentibus ab humanis excedat portio ipsius ad superstitem fratrem deuoluatur ex Iure accrescendi, siue vt alij censent ex vi pacti de succedendo seu tacitæ reuocationis in ipsa inuestitura cõtentæ *ad text. in cap. 2. de feud. Marchiæ Bart. in l. si mihi, & Titio* 110. *num* 5. *cum seq. ibique Iason. nu.* 12. *ff. de Verb. oblig. idem Bart. in cons.* 58. *num.* 1. *cum seq. lib.* 1. *Alex. cons.* 29. *n.* 3. *lib.* 1. *Dec. cons.* 263. *nu.* 2. *vers. sed cum prædictis Clar. quæst.* 39. *nu.* 2. *& 3 Card. Mant. de Tacit. lib.* 22. *tit.* 34. *num.* 19. *& 21. Gratian. discept. forens. cap.* 372. *nu.* 21. *Cravs. in §. ius accrescendi quæst.* 25. *in fine Fulgin. de Iur. emph. tit. de succes. quæst.* 20. *nu.* 2. *& 3. Rota decis.* 107. *n.* 33 *par.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 176. *nu.* 9. *par.* 5. *recent.*

Hinc non vrget Lauræ testam. præferens Viri fustitutionem in bonis quoque suppositis emphitheusi; siquidem ipsa † nequibat de illis disponere in præiudicium Iulianæ sororis, cui tribuitur à Iure successio, vt præter superius recensitas auctoritates probat *text. in cap.* 1. *§. de succes. feud. Alex. cons.* 44. *nu.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 108. *nu.* 1. *& 4.*

3 Nec valuit proinde Ecclesia Domina † directa nouam inuestituram alteri tribuere, dum Iuliana sub primęnæ concessionis tenore inclusa adhuc degebat in humanis, vt *tradit Bald. in cons.* 431. *n.* 6. *& 7. vol.* 2. *Dec. cons.* 144. *nu.* 1. *ad finem nu.* 2. *Paris. cons.* 5. *n.* 17. *& 26. vol.* 1 *Rot. coram Duran. dec.* 431. *n.* 6. *& in recent. dec.* 121 *num.* 16. *par.* 3. *rec. cum aliis recensitis in Mantuana bonorum* 16. *Martij* 1662. *in §. nec vrget coram R. Decano.*

Nec vrgere visa fuit concordia de anno 1434. cum Apostolicæ Sedis assensu inita inter Ecclesiam, ac Ciues Rauennatenses bona
4 Ecclesiasticæ Emphiteusis allodialium ad intrat recensentur, ita vt liceat inuestito ad proprię libitum voluntatis etiam in præiudiciũ comprehẽsi in inuestitura de ijs absolutè disponere in cuius terminis concordiæ insertæ in vol. statutorum consuluit *Ancar. Cons.* 125. *nu.* 4. *Paris. cons.* 108. *nu.* 46. *lib.* 1.

5 Quoniam suas vires nequit illa porrigere, quoties à contrahentibus fuerit Emphiteusis ad certam genus personarum restricta in instrumento inuestituręcuius tunc tenor inspici debet altero reiecto concordia, à quo censetur per eos fuisse recessum, vt declarat idẽmet *Ancaran. in cons.* 427. *n.* 3. *vers. & 1. nu.* 4. *Dec. cons.* 208. *nu.* 6. *& 7. Rot. coram Merlin. dec.* 86. *n.* 11. *cum seq. & coram R. Tarraconen. dec.* 402. *num.* 8. *& & 44. nu.* 10. *& in Rauennaten. emphiteusis* 9. *Decembris* 1658. *in §. quo verò ad Gordium, coram R. P. D. meo Albergato.*

Quæ sane restrictio in casu proprio desumitur ex recepta per Hieronymum emphiteusi pro se, filijs, ac nepotibus sub taxatiua
6 *dumtaxat* alios † quoscumque ex sui natura excludente *ad tex. in l. sed si tantum* 14. *ff. de pactis l. Lutius* 78. *§. quæ habebat ff. ad Trebell. Alex. cons.* 186. *nu.* 11. *vers. alias sequeretur lib.* 7. *Dec. cons.* 228. *nu.* 5. *Ruin. cons.* 45. *nu.* 15. *vol.* 1. *Rot. in Romana Cxubij* 22. *Iunij.* 1650. *in §. debitor. coram R. D. meo Card. Celso.*

Neque valet à Pompilijs bona prædicta pro parte dimidia vindicari ratione lucri dotalis Siluio fratri competentis ex statutaria dispositione siquidem huius lucri detractio
7 ex bonis liberis † viro duntaxat permissa censetur non autem ex alijs obnoxijs emphiteusi
8 quæ nec etiam † cum directi Domini assensu in præiudicium Iulianæ comprehensæ in inuestitura à Laura poterat alienari, vt aduertit *Alex. cons.* 15. *num.* 9. *lib.* 5. *Aymon. cons.* 135. *num.* 7. *vers. sed aduerte Peregr. de fideicommis. art.* 42. *nu.* 64. *& in specie respondit Rot. in dec.* 42. *num.* 8. *cum seq. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Otthob. & in Romana domus* 20. *Maij* 1647. *coram bon. mem. Penting.* vbi præterea firmato huiusmodi
9 Laicalia † statuta ex defectu potestatis statuẽtium non posse sibi locum assumere in bonis directo Ecclesiæ dominio subiectis.

10 Animaduertebant præterea Domini, quod dum Pompilius † sub onere emphiteusis in dotẽ bona recepit detractioni lucri super illis centetur renunciasse, vt notat *Alex. cons.* 116. *nu.* 9. *lib.* 7. *Cephal. cons.* 365. *nu.* 67. *in fine Grat. discept.* 245. *nu.* 49. *cum seq. Rot. coram Coccin. dec.* 43. *nu.* 1. *& 2. & dec.* 213. *nu.* 1. *& in Foroliuien. lucri dotalis* 31. *Ian.* 1659. *in §. etenim cum seqq. coram R. D. meo Decano.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO Leodien. Successionis.

Luna 5. *Maij* 1664.

ARGVMENTVM.

Emptio ex quibus iustificetur, & quid ad perfectionem venditionis requiratur. Consuetudo Leodij quid disponat de bonis constante matrimonio à parentibus quæsitis.

SVMMARIVM.

1 *Probatio inutilis non est decernenda.*

2 *Emptio plenè iustificatur ex Instrumento publico in actis exhibito.*

3 *Consensus vtriusque contrahentis ad venditionis substantiam cum pretii taxatione requiritur.*

4 *Scriptura super contractu omnino perfecto inita præsumitur ad maiorem probationem, potius quam pro eius perfectione requisita.*

Sed declara, vt num. 5.

6 *Rei venditæ traditio ad executionem spectat, non vero ad contractus substantiam.*

7 *Ex consuetudine Leodij, bona constante matrimonio, à parentibus quæsita eiusdem matrimonij filijs deferuntur, in quorum defectum aliis procreatis ex secundis nuptijs, reseruato tamen parentibus vsufructu, donec vixerint.*

8 *Remissoria non conceditur ad probationem illius, quod consuetudini impressa repugnat.*

DECISIO CLXXXIV.

EX IRRELEVANTIS materiæ fundamento Remissoriam Antonio, ac Sororibus suis, hodie Domini denegarunt, siquidem

dem quinque ex exhibitis articulis pro parte Herculis admittuntur expresse. Primus, scilicet, tertius, quintus, & octauus, nec debet
1 super illis inutilis proinde † probatio decerni, *text. in l. probationem, C. de probat. Bald. in cap. cum contingat, num. 1. post med. de offic. delegat. Rota corã Cauales. decis. 87. num. 4.*

Nulla pariter probatione visus fuit indigere secundus, præseferens molendina, de quibus agitur, post Ioannæ primæ Vxoris suæ decessum à Francisco fuisse coempta: Dum
2 ex publico † Instrumẽto in actis exhibito emptio hæc valet iustificationem legitimam assumere, vt notat *Felin. in cap. 1. num. 4. vers. considera, de appellat. Rota coram Merlino decis. 369. num. 3. in Ferrarien. Parochialis 6. Maii 1643. in §. multo magis, coram Reuerendissimo Domino meo Decano, & decis. 114. num. 1. & 2. coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Otthobono.*

Qui sane cõtractus emptionis, dum adhuc Ioanna in humanis degente perfectionem receperat, vt Franciſci met, nec non venditoris confessio præsefert, in ipso Instrumento emissa, ibi: Et quoniam prædictus Contractus fuit factus, coemptus, & conclusus, non autem stipulatus pendente vita Ioannæ, dicti emptoris coniugis: ab eo debet tempore, non autẽ à die editi Instrumenti vires assumere. Ad
3 venditionis † quippe substantiam, nulla censetur necessaria Scriptura, sed vna cum pretij taxatione consensus contrahentis vtriusque dumtaxat exquiritur, vt probat *text. in §. vnico instit. de obligat. ex consens. §. emptio instit. de empt. & vendit. l. consensu 2. ff. de act. & obligat.*

Ex qua proinde ratione, *gloss. censuit, in l. cõtractus 2. verbo in scriptis, Cod. de fide Instrument.*
4 conuentam, seu † initam inter partes scripturam super contractu omninò perfecto, præsumi ad maiorem probationem, potiùs quam pro eius perfectione requisitam, & contrariũ
5 procedere asserit † in contractu ex sui natura scripturam exigente, vel quoties expresse cõuenerint contrahentes, vt absque illa validitatis robur cõtractus nequeat obtinere, quod tradit quoque altera *gloss. in §. in his verbo scriptura, instit. de empt. & vendit. Soccin. Sen. cons. 32. num. 4. colum. 3. vers. nec est curandum, lib. 3. Gratian. cons. 107. num. 4. cum seqq. lib. 1. Surd. cons. 202. num. 20. Gratian. discept. forens. capit. 842. num. 18. cum seqq. Rota coram Pen. decis. 995 num. 3. & 4. & decis. 37. num. 8. par. 4. tom. 2. & 677. num. 7. par. 4. tom. 3. recent. & in Bononien. Domus 1. Iulii 1661. coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Nec vrget, quod Molendinorum dominiũ in Franciscum transierit post editionem Instrumenti, siue numerationis pretij, siquidem
6 venditæ rei † traditio ad executionem pertinet, non autem ad substantiam contractus, vt præter authoritates superius recensitas probat *text. in l. ex empto 11. ff. de act. empt. gloss. in l. post perfectam, C. de pericul. & commod. rei vẽdit.* & discusso plenè articulo, respondit *Rota in Rauennaten. Pecuniaria 30. Ianuarii 1654. in §. aliud autem pactum, coram Reuer. P. D. meo Albergato.*

Hinc dum Ioanna ex primis nuptijs exorta nullis superstitibus liberis excessit ab humanis: molendina debent Herculi Franciſci filio ex secundo matrimonio adiudicari in
7 vim specialis consuetudinis Leodij vigentis, in qua bona † constante matrimonio à parẽtibus quæsita filijs eiusdem matrimonij deferuntur in quorum defectionem alijs secundis ex nuptijs procreatis, reseruato dumtaxat vsufructu parentibus, donec vixerint, vt testatur *Carol. Meau. super eadem consuetud. obseruat. 131.*

Ex his vero quarti articuli irreleuantia cõsurgit, continentis Patrem matrimonio constante bona ementem pro filijs, in sua potestate existentibus ipsi, iuxta prædictam consuetudinem, non autem filijs acquirere, vel enim aduersa pars acquisitionem de vsufructu dumtaxat intelligit, & hoc casu perperam remissoria exquiritur, dum talis probatio ab Hercule, etiam admissa, ex consuetudinũ volumine typis impresso resultat, vel acquisitionis in proprietate contendit verificationẽ
8 assumere: & tunc ex quo talis † assertio eidem met consuetudini impressæ repugnat, nequit Remissora decerni, *Rota coram Seraph. decis. 1460. numer. 3. Gregor. decis. 211. numer. 6. Merlin. decis. 582. num. 10. & decis. 73. numer. 2. par. 7. recen.*

Hinc sextus pariter refellitur articulus præseferens prædictæ consuetudinis vigore posse Coniuges se hæredes inuicem instituere in bonis constante matrimonio quæsitis, dummodo in legitima filij scribantur hæredes siquidem in illa, respectu casus de quo agitur, disponitur omninò contrarium.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Cordubeñ. Matrimonij.

Mercurij 21. Maij 1664.

ARGVMENTVM.

Sponsalia superuenientibus inimicitijs inter sponsum, & sponsam, licitè dissoluuntur etiamsi sint iuramento firmata.

SVMMARIVM.

1 *Promissio desponsandi tacitam conditionem, includit rerum in eodem statu permanentium.*

2 *Causæ rationabilis arbitrio Iudicis remissa occasionem legitimam recedendi à sponsalibus præbet.*

3 *Sponsus superuenientibus inimicitiis, non debet ad promissionis implementum censuris auelli, & num. 4.*

5 *Ecclesia non consueuit admittere censuras contra non implentem sponsalia ex iustis causis, quando spretus earum præberetur occasio, vel nascerentur per matrimonium coactè initum grauius malum.*

Et hoc procedit facilius quoties sponsalia iuramento sunt destituta, quia tunc mitius procedendum est, num. 6.

7 *Sponsa depositum per sententias ad sui fauorem la-*

tas

tas exigens promissionem futurarum nuptiarum sponso alternatiuè damnato censetur remisisse.

8 *Sponsalia etiam si sint iuramento munita, licitè possunt dissolui.*

DECISIO. CLXXXV.

DVPLICI Sententia Ferdinandus damnatus fuerat in partibus ad contrahendum Matrimonium cum Maria; At causa huic Sacro Tribunali delata, contrarium hodie Domini amplexi fuere Sententiam. Si-
1 quidem desponsandi † promissio conditionẽ tacitam obtinet rerum in eodem statu permanentium, at quælibet proindè rationabilis
2 causa arbitrio † Iudicis remissa occasionem recedendi à sponsalibus, legitimam exhibet, ad *text. in cap. ex his 10. ad finem, de sponsalibus, cap. quemadmodum 25. vbi post gloss. in verb. oculos not. Hostien. num. 8. & 9. Butr. num. 13. cum seqq. de iureiur. Gabr. conf. 186. numer. 1. lib. 2. Surd. conf. 364. num. 9. Card. Mant. de tacit. lib. 3 tit. 17. num. 6. cum seqq. & numer. 18. Rota coram Seraph. decis. 1258. nu. 1. & 2. Canaler. decis. 447 num. 1. cum seqq. & coram Duran. decis. 242. nu. 2. & 3.*

Hinc quicquid sit an concludens in proposito casu sponsalium probatio resultet ex testibus nomine Mariæ examinatis super quo articulo varia prodiere Dominorum suffragia, dum grauis superuenit occasio inimicitiæ inter Ferdinandum, & Mariam, non de-
3 bet ille ad † propriæ promissionis implementum, sub metu censurarum arctari, vt tradit *Abb. in cap. ex his, num. 8. de sponsal.* asserens tali casu, vt maius malum euitetur posse ab Ec-
4 clesia † minus subsistineri, *Butr. in cap. requisiuit, nu. 3. ad fin. & nu. 4 vbi & Hostien. nu. 3. cum seqq. eod. tit. Alex. conf. 112. nu. 8. lib. . Ruin. conf. 203. colu. 3. ad fin. vers. & plus etiam duo, lib. 1. Menoch. conf. 29. nu. 43. cum seqq & de Arbitr. cas. 455. nu. 1 & 3. Gabr. conf. 186. nu. 8. & 9. lib. 2. Rota coram Seraph. decis. 1112. num. 4. & 5. Coccin. decis. 437. nu. . & 9. Duran. decis. 242. nu. 5. cum seqq. & in Colonien. prætensi Matrimonii 27. Martii 1652. in S. concurrit etiam odium, coram Eminentissimo Domino meo Card. Celso.*

Hæc autem rixarum occasio exinde concluditur, quod Ferdinandus, dum domi Mariæ degebat, fuit ipsius, ac suæ sororis impulsu carceribus mancipatus, nec non à Iudice successiuè damnatus in pœnam exilij, & ad scuta 2000. persoluenda Mariæ, quoties contrahere cum illa Matrimonium recusaret, ex quo agendi modo Ferdinandus grauiter læsus præcedentem futuri matrimonij promissionem in iudicio, ipsa præsente Maria constanter negauit. Quinimo maluit mulctam pecuniariam subire, ac in exilium potius mitti, quam coniugali vinculo astringi. Hinc nec non ex lite diuersis in Tribunalibus a Ferdinando, contra Mariam successiue defensa constans ipsius animus innotescit, non contrahendi cum ea matrimonium, nec debet ille proindè censuris illaqueari. Quoniã vel spretus earum præberetur occasio, vel coactè matrimonium sub grauioris mali pe-
5 riculo iniret, quod pia † Mater Ecclesia non consuenit admittere, iuxta *text. in cap. requisiuit 17. ad finem, de sponsal. Gabr. conf. 186. nu. 11. lib. 2 Cardin. Mant. de tacit. lib. 3 tit. 17. nu. 9. & 13. Rota coram Seraph. decis. 1112 nu. 6. & 7. & coram Canaler. decis. 447. num. . . cum seqq.* vbi conclu-
6 sionem asserit facilius † procedere, quoties sponsalia vinculo iuramenti destituta nascãtur, tunc etiam minus procedi consueuit. *Gabr. conf. 186. nu. 10. lib. 2.*

Prætereà dum Maria post editas in sui fauorem Sententias scutorum bis mille depo-
7 situm exegit † promissionem futurarum nuptiarum censetur ipsa Ferdinando alternatiuè damnato remisisse, ad *text. in l. fin. C. de codicill. Roman. conf. 477. in princ. Aym. conf. 74. nu. 7. Surd. decis. 92. nu. 13.* quod in dubium nequit reuocari, quin gestum fuerit legitimè, dum ipõ-
8 salia ex † mutuo contrahentium consensu, licet forent iuramẽto munita, possunt dissolui, ad *text. in cap. 2. vbi Abb. nu. 5. Butr. num. 7. de sponsal. Hostien. in cap ex litteris 10. ante fin. vers. dissensus, eodem tit. Menoch. conf. 15. nu. 1. & de arbitr. lib. 2. centur. 2. cas. 103. num. 2. coram de sponsal. par. 1. cap. 5. nu. 1. Surd. conf. 364. nu. 24. cum seqq. Mascard. de probat. concl. 1035. num. 17. Sanchez de matrimon. lib. 1. disput. 5 2. nu. 1. & 6.*

Et ita informante, dumtaxat Ferdinando per contradictas resolutum, &c.

R. P. D. TAIA.

Asculana Beneficij.

Veneris 23. Maij 1664.

ARGVMENTVM.

Resignans etiamsi Beneficium alteri resignauerit, retinet illius possessionem, donec resignatario acquiratur, & quando beneficium non dicatur acquisitum, & alia de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio Beneficii non publicata, non subsistinetur.*

2 *Possessori datur manutentio, præsertim iusto, & legitimo, & nu. 3.*

4 *Resignans in resignatione facta ad fauorem alterius dicitur adhuc possidere, donec resignatario beneficium acquiratur.*

5 *Beneficium non dicitur acquisitum, nisi illius fuerit capta possessio.*

6 *Possessio occupata per resignatarium sine publicatione, non valet.*

7 *Resignans persistens in detentione, est manutenendus.*

8 *Resignans quatenus amiserit possessionem ciuilem, & naturalem sufficit, quod sit in detentione de facto, & corporaliter.*

9 *Resignanti datur manutentio, tam aduersus resignatarium, quam aduersus tertium.*

DE-

DECISIO CLXXXVI.

CVM ECCLESIA, seù Cappella Sancti Petri ad Vincula, per obitum Cellij apud Sanctam Sedem vacasset, fuit collata Lactantio 13. Iunij 1644. quem Ordinarius immisit in actualem, & corporalem possessionẽ 10. Augusti sequ. & professus est etiam Iacobus in sua impetratione, ex causa † resignationis factæ postea Benedicto, non publicatæ ad Constitutionem san. mem. Gregorij XIII. de qua latè *Paris. de resign. qu. 7. num. 34. & seqq. lib. 2. Rota decis. 208. sub nu. 7. & seqq. par. 9.* vndè proposito dubiò, an Lactantio sit danda manutentio pro ipso informante, DD. respondeunt, vt pote † possessori, §. *retinendæ instit. de interd.* Præsertim † iusto, & legitimo, ad tradita à *Posth. obser. 11.* ab initio addit, & pro antiquo possessore.

Nec obstitit resignatio, quia non constitit, & quatenus constitisset, constare quoque debuisset consũmatio resignationis, & in † resignatione facta in fauorem alterius resignans, dicitur etiam possidere, & titulum coloratum habere, donec resignatario Beneficiũ acquiratur, & cum effectu, vt sit communis conclusio, plenè autem non dicitur † acquisitum, nisi fuerit capta possessio, iuxta communem opinionem, *Paris. de resign. qu. 3. num. 47. & qu. 5. nu. 37. & 38. & qu. 11. nu. 10. & seqq. lib. 1. Garz. de Benefic cap. 1. nu. 139. & 140. part. 1. Lotter. de re benefic. qu. 14. nu. 89. & 90. lib. 3. Posth. de manutent. obseru. 57. nu. 19.* & vbiquè sæpè sæpius, *Rota maximè coram Lutouisio decis. 138. nu. 6. & corã Eminentiss. D. meo Otthobono decis. 106. nu. 4. & nouissimè decis. 90. num. 11. & 12. par. 9.* vbi dicitur, *hoc non habere contradictorem, & sic possessio occupata per † resignatarium, sine publicatione non valeret, &c. apud Rebuff. prax. benefic. ad regul. de publ. resign. ab init. post obseru. 46. nu. 18. Rota coram Comit. decis. 3. nu. 2. & decis. 12. nu. 1. cum aliis,* & vtcunque resignans † persisteret in detentatione esset manutenendus, & de facto incumbens saltem detentationi, & quatenus † amisisset possessionem ciuilem, & naturalem sufficeret, quod esset in detẽtatione de facto, & corporaliter, &c. apud *Posth. dicta obseru. 57. nu. 9. & sub nu. 12. & nu. 21. cum decis. ibi allegat.*

Et satis superque si antequam fuerit per resignatarium capta possessio contingat dubitari de ipsius resignationis validitate datur resignanti † manutentio, tàm aduersus Tertiũ, quàm contra ipsum resignatarium, *Posth. dict. obseru. 57. nu. 18. cum allegat. & cum aliis adnot. ad Buratt. decis. 787. nu. 9. & Rota dicta decis. 106. in fine, &c.*

R. P. D. TAIA.

Bononien. Bonorum.

Lunæ 26. Maij 1664.

ARGVMENTVM.

Ecclesia non priuatur sua possessione per sentẽtiam à Iudice incompetenti latam. Vicelegatus in præiudicium Episcopi, Causas de Iure in prima instantia cognoscere non potest, nisi ab Apostolicam Sede facultatem speciale habeat. Ad hoc vt possit agi in Saluiano, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio aduersus mandatum manutentionis validum, non conceditur.*
2 *Sententiæ validitas ex actorum reuolutione appareat.*
3 *Iustitia mandati ex quibus resultet.*
4 *Ecclesia non priuatur possessione per sententiam nullam, & latam à iudicibus incompetentibus.*
5 *Iudex laicus Ecclesiastico adiunctus, intelligitur constitutus assessor.*
6 *Actus gesti coram Iudice Laico etiam si sub nomine alterius Iudicis Ecclesiastici procedatur, sunt nulli.*
7 *Iudex Ecclesiasticus non potest delegare in causis Ecclesiæ Iudicem laicum.*
8 *Vicelegatus non potest de iure, in præiudicium Episcopi, cognoscere causas in prima instantia, nisi habeat specialem facultatem à Summo Pontifice.*
9 *Sententia iustitia per 30. annos præscripta, non potest obyci de mala fide.*
10 *Sententia virtus per præscriptionem, & simulatio rei transactæ in iudicatum tollitur.*
11 *Possessor per decennale silentium possessionem amittit.*
12 *Creditum debet iustificari in vera, & certa quantitate, vt sciri possit, pro qua summa creditor sit immittendus in possessionem per Saluianum.*
13 *Debitor volens recuperare suam possessionem, debet iustificare creditum esse satisfactum.*
Quod non potest fieri nisi certa, & liquida sit quãtitas crediti actoris, num. 14.
15 *Possessor quilibet, habet ius offerendi.*
16 *Sententia, Mandatum, & Executio, propter excessum corruunt.*

DECISIO CLXXXVII.

BLASIVS pro executione trium Sententiarum super immissione, vti Rector Sancti Laurenti de Prunario dimitteret certa bona, vel vt immitterẽtur authores Blasij ipsius, ad retinendum, donec, & quousque fuissent satisfacti de damnis, expensis, & interesse, per eoldem passis, & patiendis, iuxta primam Sententiam anni 1593. habuit à Vicario Generali, vti deputato à Vicelegato executionẽ, quam executus est anno 1648. & ne in possessione apprehẽsa molestaretur, habuit ab A. C. Inhibitionem, quam executus est contra Frãciscum Modernum Rectorem; sed reclamãte Francisco ab his Sententijs nullis, propter iudicum incompetentiam, quia Laici erant, & primum, quia Auditor Generalis Audit. C. concessit Mandatum de Manutenendo Francisco, sed adita à Blasio Signatura rescriptum est de causis restitutionis in integrũ, in Rota, & Causa mihi commissa proposui supradictum dubium, & non constare DD. responderunt.

Resti-

1 Restitutio enim petitur aduersus mandatum manutentionis A.C. quod validum est,
2 & iustum cuius etiam validitas † non videtur
3 controuertibilis ex actis. Iustitiam † desumpserunt DD. ex eo, quod concessa fuit manutentio Rectori, & Ecclesiæ, quæ priuata
4 non fuit † possessione per Sententiam nullã, vti latam à Iudicibus Laicis incompetentibus, videlicet primam ab Auditore Generali, secundam, & tertiam ab Auditoribus Rotæ Bonon. contra dictam Ecclesiam Sancti Laurentij, & contra Sacros Canones, *cap.2. de Iudic.cum ibi notatis, & in puncto, Sententia Auditoris Generalis Bonon. Rota coram bon. mem. Bichio in Bononien. Fideicommissi, seu Domus* 10. *Decembris* 1646. vbi in Causa Emphiteotica, inter emphiteutas vix defensa est Sententia, ex facto in actis coram Vicario Generali Archiepiscopi Auditore, Vicario Generali deputato tantummodo tanquam assessore Vicarij,
5 ad eo vt † ipse Auditor Laicus intelligeretur constitutus Assessor, ad *Bald.ad d.cap.2.nu.*10. *vers.quid ergo*, cum alijs de communi opinione apud *Barbos.de Vicar.Episc.qu.*31. *nu.*10. 12. & 13. *lib.*1.

6 Neque tolli visa est nullitas huius primæ Sententiæ, ex eo quod citationes exhibeantur coram Vice Legato, & coram eodem asserãtur facti libellus, & acta, & quod proinde cõtra nullitatem citationis in Ciuitate Bononiæ coram Auditore, procedatur sub nomine Vice Legati, apud *Rotam corã Millin. decis.*178. *nu.*7.

Quia obseruatum est ibi agi de sananda nullitate, ex defectu citationis, non autem ex defectu iurisdictionis, & illa causa erat vndequaque laica, sed in hac clara est pronunciatio, & subscriptio Sententiæ nomine Auditoris Generalis, qui † neque per se competẽs,
7 neque fieri potuit à Vice Legato, & per Delegationem, ad tradita à *glos.2.d,cap.2. cum allegatis.*

Et superaddebant informantes pro Vener. Ecclesia Decretũ Sacræ Congregationis Concilij 4. Augusti 1640. ipsum Legatum à Latere; adeo nec † Vic. Legatum non posse de
8 iure in præiudicium Curiæ Archiepiscopalis cognoscere Causas in prima instantia, nisi habeat specialem facultatem à Sede Apostolica, &c. qua Blasius satis vidit, & benè cauit impetrando Commissionem, sed malè explicando Sententias tres conformes, & rem iudicatam in Curia Archiepiscopali Bonon. iuxta dictam declarationem Sacræ Congregationis. Immo, & iuxta claram *Constitutionẽ Sacri Concilij cap.*20. *de reformat. sess.*24.

Alia pariter ratione præscriptionis, non constare de restitutione DD. dixerunt.

Primo quia ab anno 1593. ad annum 1648
9 per spatium quinquaginta quinque annorum plusquam præscripta est iustitia sententiarum, nec poterat obici de mala fide, prout declarat notabiliter *Abb. ad cap. vlt. de præscript.nu.*30. *& inquit Rot.coram Achill. decis.*212. *alias de præscript. decis.*5. *num.*1. *& dec.*689. *nu.*5.
10 *part.*1. *rec.* adeo vt † virtus sententiarum sublata sit per præscriptionem, & simulatio rei trãsactæ in iudicatum *Abb.ad d.cap.vltim. num.*32. *vers.in contrariũ Bald. ad Rubric. de præscrip. nu.*22. *in fine.*

11 Deinde quia Blasius † possessionem amisit per decennale silentium, & amplius à d.anno 1643. & non habuerit manutenibilem possessionem ad celebrem *Gloss.temporis l.*4. *C. de acquir. vel amitt. possess. cum alus apud Posth. de manut.obser.*58. *ab initio Antonell. de tempor.legal.cap.*76. *nu.*3. *lib.*2. *cum allegatis, & adnotatis ad Buratt.dec.*604. *nu.*18.

Vndè non nihil de iniustitia visum est, & insuper de condemnatione, & immissione pro damnis, & interesse non solum passis, sed etiam patiendis, quæ adeò erant incerta, vt essent quoque futura, & quidem ad obti-
12 nendum † in Saluiano nõ sufficit de suo credito probare in genere, sed necesse est iustificare de vera, & certa quantitate sui crediti, vt sciri possit, pro qua summa creditor immittendus sit in possessionem, & proquo tẽpore retineri possit, & vt debitor docere possit creditum esse satisfactum *apud Pacific. de Salu.cap.*5. *nu.*2. *inspect.*1. *vbi Grat. dec.*22. *num.*1. preclarè infert alias opus fore, quod debitor
13 volens recuperare † suam possessionem iustificaret creditum esse satisfactum *Rota coram Millin. dec.*328. *num.* 1. quin etiam quia debet esse in facultate possessoris, qui conuenitur offerre creditum actori, & ita euitare iudicij,
14 quod non potest † assequi nisi certa, & liquida sit quantitas crediti Actoris, quod significatur à *Grat. dicta decis.* 21. *dicto num.*1. *explicant Merlin.de pignor.q.*75. *nu.*40. *à vers.& vt liquidum, lib.*3. *cum decisionibus ibi allegatis.* Nam
15 quilibet possessor † habet ius offerendi, & à quo patitur molestias, §. *vltimo, l. Paulus* 12. *ff. quibus mod.pignus, & hipoth. soluatur, & ibi notat Bartol* & tollit hoc remedium per oblationẽ debiti ex supra allegatis, & apertius, *Pacific. cap.vlt.totius operis, num.*11. *Marches. de Salvian. tota cap.*16. *sub par.*2. *cum alijs, & passim, Rota apud*
16 *Pacific.* & proinde Sententiæ † prædictæ, mãdatum executio, & omnia nulla vila sunt etiam propter excessum, & citra excessum, tũ propter indiuiduitatem, iuxta dogmaticam decis, *Rota coram Put.decis.* 323. *lib.*1. *& coram Ludewis.decis.*198. *nu.*1. *& coram Buratt. decis.*91. *nu.*2. *&* 3. cum vtrobiq; adnotatis, *Cast. de ration.redd.qu.*137. *nu.*2. *& seqq.*

Et ita vtraque parte informãte resolutum fuit vtriusque partis citra creditum iuribus illibatis.

R. P. D. PRIOLO.

Senogallien. Hæreditatis, seu Dotis.

Lunæ 26. May 1664.

ARGVMENTVM.

Exceptio dominij in interdictis possessorijs, an debeat admitti. Vxor quidquid acquirit ex pecunijs mariti acquisiuisse censetur, donec constet ex pecunijs proprijs illam emisse.

Hæres

Hæres ad Dotis restitutionem, non est compellendus, quando liquidata non sit quantitas illius.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dominij in Interdictis possessor ijs admitti non debet.*
Fallit quando constat in continenti de non iure agentis, nu.2.
3 *Dominium fundi empti à marito pecunia propria, sed nomine vxoris, quando viro fuit tradita possessio, acquiritur dominium viro, & non vxori, cuius nomen censetur simulatè appositum.*
4 *Vxor quidquid quærit ex pecunia mariti quæsiisse censetur.*
Limita nisi constet pecuniam fuisse propriam vxoris num.5.
6 *Assertio mariti facta constante matrimonio, præsumitur facta in fraudem Donationis prohibitæ inter virum, & vxorem.*
7 *Donatio inter virum, & vxorem, licet ab initio, sit nulla morte tamen viri confirmatur.*
Quod declara, vt nu.8.
9 *Donatio ex alienatione infirmatur, & intelligitur reuocata.*
10 *Lucrum Dotis quando possit compensari cum Legato.*
11 *Augmentum sine auctio non datur.*
12 *Hæres non potest condemnari ad dotis restitutionem non liquidata illius quantitate.*

DECISIO CLXXXVIII.

FLORENTINA de Colinis, instituto Iacobo viro in vsufructu, & in proprietate Nepotibus, Iacobus Secundo duxit in vxorẽ Hieronymam, contra quam vti hæredem Iacobi, egerunt Thomas, & fratres de Colinis, ad Immissionem Bonorum Hæreditariorum Amitæ; Nec non ad restitutionem florenorum 850. loco Prędij del Zappale, sed ab vtraque petitione fuit absoluta Hieronyma, cui absolutoriæ acquiescentes fratres prædicti introduxerunt nouum Iudicium, pro restitutione Dotis eiusdem Amitæ, in quo pariter obtinuit Hieronyma ab impetitis absolui; cũ autem vtraque Sententia reuocata fuerit in gradu appellationis, Causa in Rota mihi cõmissa dubitaui, An, & quid Hieronyma restituere teneretur, & responderunt DD. eam non teneri restituere; nisi duas tertias partes Prædij Iuliani, & quoad aliam tertiã partem facta compensatione fructuum perceptorum ex vsufructu.

Nam quoad prædium in fundo Zappalis à Iacobo venditum, obstat fratribus de Colinis
1 exceptio † dominij, quæ licet in Interdictis
2 possessoriis, non debeat admitti, fallit † quando constat incontinenti de non iure agentis, vt notant *DD. in l. final. C. de edict. Diu. Adr. toll. Gabr. conf. 38. nu. 1. lib. 2. Rota diuers. part. 2. decis. 201. nu. 8. & decis 9. nu. 27. apud Posth. de manuten. & latissimè Pacific. de Salu. inspect. 2. cap. 2. numer. 115.*

In proposito constat ex ipso Instrumento venditionis Prædium illud non fuisse proprium Florentinæ vxoris, sed Iacobi mariti,
3 quia licet † emptum fuerit à viro nomine vxoris, cum tamen ipse, & non illa pretium soluerit, eidemque viro tradita fuerit possessio, dominium fuit acquisitum viro, & non vxori, cuius nomen censetur simulatè appositum, ex notatis per *Bald. Salic. Castr. & alios in l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi Bald. cons. 407. nu. 11. lib. 1. Dec. cons. 543. nu. 16. & seqq. Soccin. Sen. cons. 129. nu. 12. lib. 4. Capic. decis. 203. num. 18.*

Pretium solutum fuisse à Iacobo viro, patet ex eodem Instrumento, in quo ipse cessit venditori ad computum pretij Societatem Officij, scutorum 100. contrà Iulium Cauernium, promisitque soluere residuum florenorum 640. in pluribus vicibus, quos postea soluisse apparet ex quietantia ab eodem reportata absente vxore, vsque de anno 1609. & non refert, quod in dicto Instrumento asseratur Florentinam soluisse florenos 100. Nam vltrà quod id non asseruit maritus, etiamsi asseruisset, nihilominus, quia quid-
4 quid vxor † quærit existimari solet quæsiuisse ex pecunia mariti, *l. Quintus Mutius, ff. de*
5 *donat. inter vir. & vxor.* nisi † aliunde constet pecuniam fuisse propriam vxoris: Talis asser-
6 tio facta † constante Matrimonio in fraudem Donationis prohibitæ inter virum, & vxorẽ facta præsumitur, vt abundè probat *Paris. cons. 62. num. 10. & per tot. lib. 1. Soccin. Sen. cons. 66. nu. 8. lib. 1. Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 82. nu. 4 Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 3. par. 5. n. 33 Merend. contron. iur. to. 3. lib. 16. cap. 11. nu. 6. Capic. Latr. consult. 44. nu. 35. & seqq. lib. 1.*

Nec applicatur, quod Donatio inter virũ, & vxorem, licet ab initio nulla morte tamen
8 viri confirmetur. Quia † limitatio procedit, quando vir vxori prædecedit, & interuenit traditio, ac perseueratio voluntatis vsque ad obitum, vt obseruat *text. in l. Papinianus, ff. de donat. inter vir. & vxor. & cum to Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 7. nu. 23.* In præsenti autem casu deficit traditio, & vxor prædecessit viro, nec nõ constante matrimonio facta fuit per virum
9 alienatio, ex † quo donatio infirmata, & reuocata remansit, ad *text. in l. cum hic status, §. si maritus, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si maritus la seconda, C. eodem tit. Mantic. vbi supra dicto lib. 21. tit. 10. num. 3. cum aliis per Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 5. qu. 141. nu. 1.*

Quo verò ad Dotem Florentinæ nullibi constat, eam habuisse aliam Dotem, quam Prædium in fundo Iuliani, vnde non potest Hieronyma hæres Iacobi ad aliud teneri, nisi ad duas ex tribus partibus illius, nam respectu alterius tertiæ partis Iacobus, illam ex Statuto Rocchæ Contradæ lucratus fuit ob prædecessum Florentinæ, super qua præterea competit retentio hæredi, compensatis tamẽ
10 fructibus perceptis ex vsufructu † Iacobo a Florentina relicto. Quia cum lucrum ex dicto Statuto necessario debeatur compensandũ venit cum legato, *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. num. 35. Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 2.*

tit 2.num.7. Gabr. consil.16.numer.30.& seq.lib.1. Fenzon. ad Statut. Vrb.lib.1.cap.131.n.50.

Nec obstat, quod in assignatione d. Prædij in fundo Iuliani dicatur illud tradi in augmẽtum dotis, ex quo infertur Florentinam habuisse aliam dotem, cum non detur† augmẽtum sine auctо, Tum quia post verba in augmentum additur, & dotis nomine, per quod incertum remanet An dictum prędium fuerit assignatum in dotem, vel in augmentum; Tum† etiam quia donec non probatur, in qua re, & quantitate consistat reliqua dos ex præcedenti promissione, vel aliis probabilibus coniecturis, non potest Hieronyma hæres Iacobi ad restitutionem condemnari *ad text.in l.1.C.de donat.ante nupt.l.si quis post hæc, vbi gloss. Verb. dotalium C.de bon. præscript. & l.penultima, §. Mulier, ff. solut.matr. Rot.in rec.decis.306.nu.39. & seq.part.7. cum alijs in Romana dotis 21. Februarij 1650.coram Eminentissimo D.Cardinali Corrado confirmata 11.Februarij 1656. coram R.P.D. meo Beuilaqua, & 10.Decembris 1657.coram Eminentissimo Meltio Episcopo Papien.*

Et ita informante vtraque parte decisum, &c.

R. P. D. T A I A.

Beneuentana Iurisdictionis.

Veneris 30. May 1664.

ARGVMENTVM.

Probatio quæ tendit ad vnum non potest habere locum in alio non obstante commissione obtenta cum clausula *quam & quas*, quia quis vna via electa potest ad aliam conuolare, sed quia rei defensio est correlatiua petitioni actoris, si iste iura sua in iudicio non deducat, tacite non possunt intelligi deducta, cum quis iura propria tueri teneatur siue sit actor, siue sit reus: Iure communi non potest iuuari, qui vtitur iure priuato.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo Iuri non contrariatur.*
2 *Consuetudo in officijs prænalet constitutionibus.*
3 *Iurisdictio Archidiaconi potius ex consuetudine, quam à iure iuuatur.*
Exceptis causis matrimonialibus, & criminalibus & specialiter concubinarijs & num.4.
5 *Probatio tendens ad vnum non potest obtinere locum in alio.*
6 *Actus singularis exercitium, vt obtineri valeat requiritur quod sit plenè præscriptibile.*
7 *Præscriptio qualificatur ab animo præscribendi.*
8 *Clausula* quam & quas *est nota virtutis, & potentia.*
9 *Clausula* quam & quas *apposita nõ censetur quis certam viam elegisse, nec ad vnum caput se restrinxisse, sed vna via electa ad aliam conuolare potest & numer.10.*
11 *Actio restringitur tantum ad ea, quæ in iudicio deducuntur, & num.14.*
12 *Constitutio Synodalis territorium separatum Archidiacono tributens non attenditur.*
13 *Pontifex solus Territorij separationem facit.*
15 *Obseruantia non attenditur vbi beneplacitum Apostolicum est necessarium.*
16 *Confessio nihil addens materiæ non inducit, nec confirmat id, quod est obseruantia destitutum.*
17 *Archidiaconus non indiget titulo in actibus iurisdictionalibus eidem Iure communi non competentibus.*
18 *Archidiaconus est Vicarius Episcopi, licet non assumptus ab Episcopo, sed datus à Iure habens perpetuam Vicariam, & iurisdictionem Ordinariam & num.19.*
20 *Archidiaconus non potest ad libitum Episcopi remoueri, sed est obseruandum* cap.3. de offic. Iudic. Ordin.
21 *Archidiaconus non est tantum Vicarius, sed certa etiam potitur dignitate.*
22 *Archidiaconi gesta dicuntur gesta nomine episcopi, vti loco episcopi.*
23 *Archidiaconus ideò dicitur Vicarius, quia quæ exercet Archidiaconus ad episcopum pertinent.*
24 *Episcopus de facto Archidiaconi tenetur.*
25 *Iure communi non potest iuuari exhibens constitutiones particulares.*

DECISIO CLXXXIX.

IN decisis 28. Aprilis 1662. & 12. Februarii & 30. Aprilis 1663. hodie causa repropositа Domini steterunt.

Quia informantes pro D. Archidiacono non insistunt omnimodę Iurisdictioni in Castris, & locis controuersis priuatiuè ad Reuerendissimum D. Archiepiscopum, sed sese re-
1 digunt ad cumulatiuam, eamque † singulariẽ ex Iure, vel ex consuetudine iuri non contraria pertinentem Iuxta *cap.1.& seqq.* & præsertim *cap.vlt.de offic.Archid.cap.cum contingat 13 de for.compet.cap.auditis 15.de præscript.* Multum
2 enim valent† constitutiones, & consuetudines, immo præualent in officiis inquit, *Inno. ad d.cap.1.sub initio & cap.6. de consuet., & cap.2.*
3 *de excess.Prælat.*, vbi † Iurisdictio Archidiaconi potius ex consuetudine, quam à Iure iuua-
4 tur *notat ibi glos. vlt. cum alijs allegat.* † exceptis causis matrimonialibus & criminalibus, & specialiter concubinarijs *in Sacro Concilio Trident.cap.20.de reform. sess.24. & c.14.de reformat. sess.26.*

Verùm placuerunt DD. fundamenta aliarũ
5 decisionum, quia † probationes DD. Archidiaconorum tendunt ad iurisdictionem priuatiuam omnimodam, & totalem exclusionem D. Episcopi, Ita proindè obtinere non possunt cumulatiuã pro actibus singularibus
6 qui† plenè præscriptibiles esse debent ad multa contenta *in decisione R.P.D.mei Beuilaqua Toletana Iurisdictionis 27.Ianuarij 1662.à §.nec placuit*, & similia collata in duas decisiones præcedentes nomine meo 10. Iunii 1661., & ad
7 rationem qua ab animo † præscribendi præscriptio qualificatur *R.P.D. meus Fagnan. ad cap.auditis de præscript.num.11.*

Nec obstat Commissio Moderni D. Ar-
8 chidiaconi cum clausula *quam & quas* nota virtu-

virtutis, & potentiæ apud *Marth.clauſ.*120 *p.*1. *Barboſ.tot.clauſ.*121.*Mareſcott. tot. reſol.*20.*lib.*1.
9 præcipuè quod ea appoſita, † quis non cenſetur ſe reſtrinxiſſe ad certum caput, neque elegiſſe certam viam. &c. *ex alleg. & nouiſſimè Rot.deciſ.*146. *in fin. par.*9. quin etiam eius vi-
10 gore poteſt† quis vna via electa ad aliam cõuolare, dum omne ius centetur deductum ab initio *Rot.d. deciſ.*396.*in fine d.part.*9.

Quia DD. reſponderunt in iudicium fuiſſe ſemper deductam ab anteceſſoribus Iuriſdi-
11 ctionem priuatiuam† ad excluſionem D. Archiepiſcopi, & hodiè non poſsè d.clauſulam operari,quoad cumulatiuam nunquam in iudicium deductam,& d. Archiepiſcopus, & D. Archidiaconus ad exercitam Iuriſdictionis admittitur,& ſic ad Ius diuerſum ex *Rota apud Mart.d.clauſ.*120.*num.*19.*& Barboſ.diſt.clauſ.*121 *nu.*33.*Rota deciſ.*364.*nu.*8. *&* 9. *d.p.*9.

Neque viſum eſt conſtare de ſufficienti ti-
12 tulo; Nam † conſtitutiones Sinodales anni 1355., vti tribuentes Territorium ſeparatum Archidiacono, & priuatiuam Iuriſdictionem quoad Archiepiſcopum reputarunt nullas-
13 defectu poteſtatis; Cum talis ſeparatio † fieri non poſſit, niſi à Papa,vt poſt *Butr.ad d.cap. cum contingat num.*11. *verſic.de conſuetudine autem Abb.num.*28.,cum aliis inquit *Rot.coram Buratt. deciſ.*212.*num.*2.*cum plur.alleg. in confirmatis deciſionibus* 28.*Aprilis* 1662. §.*attamen, &* 12.*Februarij* 1663., §.*& ad excludendum*, & adhuc tales
14 conſtitutionés † valere non poſſe ad titulum pro Cumulatiua,cuius nec meminerunt,quidem, ſed ſolum aſſumpſerunt omnimodam Iuriſdictionem priuatiuam, ac territorium ſeparatum.

15 Neque ſatisfactum eſt ex obſeruantia ſubſecuta, & ex cognitione cauſarum, quatenus beneplacitum Apoſtolicum eſſet neceſſarium eſſe præſumendum,vt inquit *Rota poſt Tambur. de Iur.Abb.tom.*3.*deciſ.*57.*num.*4. in ſimili Iuriſ-
16 dictione propoſiti, quia Confeſſio † nihil addens materiæ, ſeu roboris non poteſt inducere cumulatiuam in ipſis conſtitutionibus non contentã, neque confirmare priuatiuam obſeruantia deſtitutam.

17 Quod autem Archidiaconus † non indigeat titulo in actibus iuriſdictionalibus eidem iure Communi non competentibus, vt ſupra reſponſum eſt poſſe habere locum in præſcribendo contra inferiores non contra Archie-
18 piſcopum,quia † cum Archidiaconus ſit Vicarius Epiſcopi *d.cap.*1.*de offi.Archid.*,*& ibi Bar-*
19 *boſ.numer.* 2. cum aliis, licet † non aſſumptus ab Epiſcopo, ſed datus à Iure habens perpetuam Vicariam, & Iuriſdictionem ordinariã *Barboſ. ad cap. adhuc eod. numer.*50. *& de offic. & poteſt Epiſcopi Alleg.*64.*num.*16.*&* 17.,*& iuris regula vniuerſi cap.* 24.*n.*34. 35.*&* 36. *lib.*1.*R.P.D. Fagnan. ad diſt.cap.adhæc num.*9. 29.*&* 32. Ideo-
20 que† nec ſolum non poſſit remoueri ad libitum Epiſcopi, nec pro voluntate illius officium Archidiaconi exercere, alterari prohiberi, ſed obſeruari debeat *cap.*3.*de offic.Iud.Ord. Innoc.add.cap.*1.*de off.Archid.nn.*1. *verſ. nec remoueri D.Fagnan.ad cap.littera de Mat.Contr.num.*22 *verſ.deinde reſpondetur Sbrozz.de eſſ.Vicar. qu.*17.
21 *in fine lib.*1., cum non ſit tantum † Vicarius, ſed certa dignitate potiatur *Innoc.ad d.cap.*1.*n.*1 *verſic. & etiam fortè*.

22 Tamen geſta ipſius,† dicuntur geſta nomine Epiſcopi vti loco Epiſcopi, §.*Item in Epiſtolam d.cap.ad hæc*,adeoat ideo dicantur Archi-
23 diaconi † Vicarii, quia, quæ exercet Archidiaconus ad Epiſcopum pertinent ſecundum *Innoc.ad d.cap.*1.*nu.*1. *verſ.ſed ideo*, & Epiſcopus
25 tenetur de facto Archidiaconi, & exercitor de facto Magiſtri ſecundum *Innoc. ad d.cap. ad hæc num.*1.*& adducebatur recenſ. deciſio coram R. P.D.nio Benilaqua Pampilonen. Iurium parochial.* 19.*Ianuarij* 1663.§.*prout nec videbatur*.

Inſuper excludi viſa eſt voluntas D.Archi-
26 diaconi, † & eius anteceſſorum iuuandi adiuuandique ſe iure communi, cum ſemper exhibuerint Conſtitutiones Sinodales, earumque vigoris opinione petierint omnimodam Iuriſdictionem in illis,vt ſupra vſque ad ſcandalum comprehenſam?

Atque hinc non obſtante quod Iuriſdictio dicatur quæſita dignitati cui Archidiaconi non potuerint obeſſe, quia ex ſupraſcriptis & ex hoc ipſo deductis, factiſque Archidiaconorũ nulla proderit acquiſitio alicuius extraordinariæ Iuriſdictionis Cumulatiuæ citrà,& ferè contra mentem illa vtendi, eamdemque acquirendi,ſed priuatiuè ſolius iuxtà deciſiones confirmatas.

Et ita vtraque,&c.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Placentina Hæreditatis.

Veneris 30. *Maij* 1664.

ARGVMENTVM.

Clericus turpiter natus non eſt à ſucceſſione hominum repellendus, cum quæuis macula per aſſumptionem ad clericatum ſublata cenſeatur, & debet illi minus concedi, quando maius conceſſum fuit. Poſſeſſio ex quibus iuſtificetur, & quando ſit manutenibilis. Donatio inter viuos reuocari minimè poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Inſtituto per vulgarem valente, vel non valente hæreditatem adire admittitur ſubſtitutus, & eſt ac ſi purè inſtitutus fuiſſet.*

2 *Teſtamentum ob præteritionem fratris, & inſtitutionem turpis perſonæ non ſubſtinetur.*
*Secus ſi inſtitutus non fuerit perſona turpis, & numer.*3.

4 *Partita extracta lite pendente ſine citatione partis nullum gradum probationis conſtituit.*

5 *Clericus turpiter natus, ob aſſumptionem ad clericatum non poteſt dici turpis perſona dũ per ipſum clericatus macula criminis patris ſi qua fuerit, ſublata videtur.*

6 *Frater præteriri poteſt in teſtamento, & alter inſtitui dummodo perſona turpis non ſit.*

7 *Succeſſio-*

7 Sacrilegos beneficiorum reputari non posse indignos; qui ob assumptionem ad altiorem ad partem hereditatis Domini admissus est, & illi cui plus conceditur etiam minus debet concedi.

8 Bulla Pij V. circa successionem illegitimorum declaratur.

9 Haredi scripto non est impediendo manutentio non concurrentibus requisitis ad illam impediendum.

10 Possessio ex instrumento adeptionis illius bene resultat.

11 Possessio apprehensa alio non possidente est manutenibilis.

12 Probatio possessionis sufficiens ad manutentionem ex quo resultet.

13 Clausula dummodo possessio sit vacans, & sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura *operatur ad favorem illorum, qui habent meliora & potiora iura successionis non illorum, qui nullum titulum habent à defuncto.*

14 Donatio inter vivos revocari non potest.

DECISIO CXC.

DEFVNCTO Ioanne Baptista Morsello inter Michaelem eius fratrem, Mauritium de Vicedominis controuersia excitata fuit super illius Successione, eaque post compromissum ad Auditorē Camerę deuoluta, & demum mihi commissa proposui dubium super manutentione, sed Domini de bono iure videre voluere quod, etiam ad effectum manutētionis iuxta modum infrà exprimēn
1 Mauritio assistere responsum fuit. † Habet enim ipse ad sui favorem Testamentum Ioannis Baptistæ, in quo *instituta* Dorothęa si tunc vixerit, & si non vixerit, aut nollet, vel non posset adire dictum Mauritium instituit, Vnde cum Testatori prædefuncta esset Dorothæa, purificata fuit conditio, & aperta successio ad favorem Mauritii non secùs, ac si purè institutus fuisset *l. fin. §. fin. aut Cod. de Cad. tollen. Menoch. cons. 968. numer. 12. Peregrin. de fid. art. 41. num. 17. Rot. decis. 93. num. 1. part. 7. rec. Romanæ Augustus Dotis 9. Iunij* 1659., *§. primo post med.*, & 19. *Aprilis* 1660. *coram R. P. D. meo Beuilaqua in principio.*

2 Nec resilit quod † Testamentum Io. Baptistæ non subsistineatur ob prætēritionem fratris, & institutionem Mauritij turpis personæ *iux. tex. in leg. fratres 27. Cod. de inoff. Testam.*, tum
3 quia † non probatur Mauritium esse turpem personam ex quo non iustificatur, quod Hieronymus Franciscus eius Pater anno 1633. ob periculum mortis, aqua Baptismali abluerit Vicèdominam eius filiam ex concubina genitam, ex qua successiuè Mauritium suscepit
4 tione cuius orta prætendebatur spiritualis aguatio, quod operatur, vt filij inde suscepti ex damnabili, & punibili coitu dicantur orti, nisi ex partita libri Baptismalis, quæ ex adductis pro Mauritio suscepta prætenditur, & tamquam extracta à Parocho lite pendente, & sine citatione partis nullum gradum probationis facit *Duc. in Auth. si quis in aliquo num. 9. & 10. cod. de eden. addit. ad fan. me. Gregor. decis. 214. num. 8. Rot. decis. 324. n. 2. coram Milli-*

no decis. 318. num. 4. par. 2. recent. & in Albanen. hereditatis, 11. *Marty* 1661. *coram me*, 5. *subsistunt autem:*

Tum etiam quia quatenus sine veri præiu-
5 dicio talis fuisset Mauritius successiua † tamē eiusdem ob morum probitatem ad Clericatum Assumptio præcedentium natalium maculam diluisset; & turpitudinis Causam si quæ ob Patris criminis memoriam extitisset prorsus abluisset *Felin. in c. cum sit 23. colum. 2. & num. 12. de re iudic.*, quem cum alijs sequitur *Surd. de alment. tit. 7. quæst. 1. num. 42., & in simili dictum fuit in Romana dati* 10. *Februarij* 1659.
6 *coram me §. nec obiecta* ad effectū, † vt non amplius tamquam turpis persona considerari, sed exclusis fratribus institui potuerit *Bald. in l. fratres 27. Cod. de inoff. testam. Surd. vbi supra sub num. 34. vers. sed prima sententia & nu. 35. Gabriel. cons. 30. nu. 9. & duobus seqq. lib. 2. Graddiscepe. 135. num. 17 & 18. vbi plures comprobat.*

Sicuti enim per assumptionem Clericatus in partem hæreditatis Domini & susceptione Altissimi legitima dispensatione præcedente vocatus fuit, ita non debet reputari indignus
7 successione hominum, † cum illi cui plus cōceditur, & minus concedi debeat *l. nō debet 22. ff. reg. iur. l. Marcellus 15., ff. de donat. cons. mar.* Et
8 prohibitio † Bullæ Pij V. circa successionem illegitimorū personis Ecclesiasticis nō applicari, quia tubstulit solum facultatem disponendi fauore illegitimorum, quæ competebat iure speciali non autem facultates quas ius commune tribuit *Novar. cons. 5. de testamentis Burat. cons. 255. nu. 26. lib. 3. Gionagu. cons. 37. nu. 10. & seqq. lib. 2. Cyriac. qui plures refert controu. 29. num. 93. Rot. decis. 487. sub nu. 1. decis. 515. n. 4. & per tot. part. 1. diuers., & in Romana fideicommissi de Grifonis* 10. *Maij* 1656. *coram bon. me. Dunoz. §. minusque obstat.*

Prout non aduersatur exceptio fideicommissi à Michaele senior., vt prætenditur ordinati non solum, quia de illo non constat, sed quia Michael Iunior non est legitimus contradictor ad impediendam manutentionē
9 Mauritij hæredis scripti † cum non concurrāt requisita necessaria, quod ipse sit vocatus, & reperiatur in possessione sine vitio, quodque nullæ competant hæredi detractiones *Dec. consil. 467. num. 12. versic. vim ergo Peregrin. consil. 24. num. 8. lib. 2. Cirac. controu. 262. num. 85. Rot. decis. 475. part. 4. diuers., & in Bonon. hereditatis* 11. *Februarij* 1658. *coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. omisso enim; & seqq.*

10 Possessio † autem Mauritij probatur non solum ex instrumento adeptionis illius, quæ
11 alio † non possidente est manutenibilis *Bartol. in l. prædia 48. vbi alii, ff. de cauf. possessionis Rot. decis. 240. num. 1. part. 7. rec. Romana Vineæ* 17. *Iunij* 1658. *coram R. P. D. meo Beuilaqua, & in Bituntina prioratus* 2. *Martij* 1659. *coram me*, sed & ex confessione Morsellij, qui in Iudicio de partibus contra Mauritium prō immissione instetit,
12 ex † qua resultat probatio possessionis sufficiens pro manutentione *add. ad fl. mem. Gregor. decis. 200. num. 5. Rot. decis. 256. num. 1. coram Cauualer. Romana fideicommissi* 23. *Iunij* 1649. *coram bon.*

mem. Argellat, & in Perusina fideicommiss de Monte Sperellis 13. *Jun.* 1657., S. *finali, & 8. Februarij* 1658. *coram me,* S. *possessionem,* non attenta possessione Morichilij, nam cum illi decreta fuerit cum clausula *dummodo possessio sit vacans, & sine præiudicio habent. meliora, & potiora iura,* & constet de meliore iure Mauritij possessio prædicta nulla visa fuit, nec est † manutenibilis, quia d. Clausula operatur ad fauorem illorum, qui habent meliora, & potiora iura successionis non autem eorum, qui nullum habent à defuncto titulum post *Surd. decis.* 933. *n.* 10. *Peregr. de fid. art.* 47. *nn.* 29. *aliisque relatis per modernum de manut. observ.* 50. *nn.* 40. *& seq. Rot. apud ipsum decis.* 14. *n.* 15. *& seq. Romana fideicommissi, seu Salviani* 11. *Januarij proximi præteriti, & 2. Maij currentis coram me, & Molin. in Romana hæreditatis* 4. *Julij* 1663. § *præterea coram D. meo Decano.*

Cæterum quia Ioãnes Baptista anno 1631. inter viuos donauerat bona quędam Michaeli fratri DD. existimarunt constare de bono iure Mauritij in bonis non donatis, & pro cõsecutione scutorũ mille ex bonis donatis, quæ sibi ad effectum testandi reseruauerat Donator, nec non annuarum lib. 300. pro toto tempore quò vixit Ioannes Baptista percipiẽs ex bonis donatis, quas in singulos annos sibi tradi Donator pariter conuenerat, licèt enim hæc Donatio successiuè de consensu Donatarij per diuisionem bonorum reuocata fuerit, nihilominus quia præcedenter facta erat non solum Michaeli, sed etiam filijs ex matrimonio tunc contracto nascituris non † potuit in
14 præiudicium horum, qui per obitum Michaelis hodie sunt principales in causa, & quibus ius quæsitum erat, reuocari *Bartol. consil.* 170. *num.* 4. *lib.* 2. *Castren. cons.* 385. *in princ. lib.* 1. *Grat. discept.* 247. *nu.* 5. *Rot. decis.* 203. *nu.* 2. *part.* 8. *recent. Romana Apostolat.* 9. *Maij* 1659. *coram me,* §. *& licet, & prius in Romana donationis* 5. *Junij* 1656., *Sanibilominus coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Et in vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Bononien. fideicommissi de Amorinis.

Veneris 20. *Maii* 1664.

ARGVMENTVM.

Examinatur virtus Clausulæ *quam & quas.* Iudex quando non dicatur procedere, tamquàm in prima. Confessio propria, quando plenius probet; Confessio si tendat in beneficium ipsius confitentis non probat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra sententiam nulla est, nec habet subsistentiam.*

2 *Clausula* quam & quas *vigore potest procedi tanquam in prima absque alia reuocatione precedentis sententiæ.*

3 *Iudice non procedente tanquam in prima nec pronunciante super nouo processu Clausula* quam & quas *operatur, ut subsistentur secunda sententia non reuocata prima.*

4 *Index secundæ instantiæ, & appellationis super iisdem actis pronuncians non reuocata priori contraria sententia, secunda non tenet.*

5 *Res semel effecta alienabilis semper durat alienabilis.*

6 *Confessio propria alijs facta admittitur plene probat.*

Etiamsi alias tanquam tendens in beneficium ipsius confitentis non probaret & num. 7.

8 *Actori probandi onus incumbit.*

DECISIO CXCI.

PROPOSITA hac causa sub die 17. Martij præteriti * per Contradictas resolutum fuit sententiam immissionis super prædio della Riccardina latã per Reuerendissimum Papiẽsi ad fauorem Alexandri Amorini contra Hieronymum Gandulphum possessorem esse æequeẽ ad fauorem Com. Vrsi, & Bolognini hæredum fideicommissariorum contra Andream Fornasarium hæredem Gandulphi, sed cum interuenerit Horatius Battaglia Fornasarij Donatarius pro noua Audientia, eaque concessa DD. ex nouiter deductis censuerunt sententiam non esse exequendam & sic à decisis esse recedendum.

Moti ex nullitate, & iniustitia dictæ sententiæ; nullitas resultat ex quo prædium controuersum datum fuit in solutum ab Alexandro Sen. hærede grauato pro restitutione dotis Euictæ vxoris, & à Virgilio filio eiusdẽ venditum dicto Gandulpho, contra quem agentibus Iulio Cæsare, & supra nominato Alexandro Iun. ad istius Prædij vindicationem Gandulphus obtinuit ab impetitis absolui. Cum autem sententia lata in Rota non reuocet præcedentem contrariam latam in
1 partibus, de qua fuit oppositum, † remanet sententia contra sententiam, quæ nulla est, & subsistere non potest. *Ian. vbi DD. C. quando provoc. nõ est necesse Clem. si appellatione de Appell. Rota coram Cavaler. decis.* 21. *nu.* 1., *& seqq., & coram Buratt. decis.* 59. *num.* 9. *cum alijs in Marsicen. Iurisdictionis* 18. *Februarij* 1647. *coram bon. mem. Bichio.*

2 Nec subsistere valet ex Clausula † *quam, & quas* adiecta in Commissione Rotali, cuius vigore procedi potest tanquam in prima absque alia reuocatione præcedentis sententiæ,
3 qui Reuerendissimus Papiẽsi cui fuerat directa Commissio non processit tanquam in prima nec pronunciauit super nouo Processu, quo casu Clausula, *quam, & quas* operatur, vt subsistentur, secunda sententia, etiam non reuocata prima in quibus terminis loquitur *Rot. decis.* 354. *n.* 10. *& sequenti par.* 9. *rec.*, sed processit tanquam Iudex secundæ Instantiæ & appellationis ac super iisdem actis pro-
4 nunciauit, † & sic nullitet non reuocata prioris sententia contraria, sicuti docuit *Felin. in cap. inter Monasterium n.* 15. *& 16. de sent., & re ind. & dixit Rota coram Merlino decis.* 363. *nu.* 1.

Iniustitia vero resultat, ex eo quod licet præ-

prædiũ de quo agitur proueniat ab hæreditate Matthei Amorini fideicommittẽtis adhuc tum illud alienatum fuerit ab Alexandro Seniore creditore fideicommissi ex causa necessaria non remanſit amplius grauatum onere fideicommissi, quia res semel effecta alienabilis semper durat alienabilis *l. pater filium §. quindecim ff. de legat. 3. l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell. Marzar. de fid. quæst. 48. vers. postremo Peregrin. eod. tractatu art. 42. sub n. 24. Rota in Esina fideicommissi 20. Iunij 1661. §. & propterea coram me.*

Non obstat, quod non probetur Alexandrum soluisse debita testatoris, nisi ex confessione facta per eundem in instrumento assignationis prædij. Etenim præcessit super hoc sententia Canonizatoria celebris I. C. Magoni tunc Auditoris Generalis, & iuxta illam Alexander transegit cum cæteris creditoribus, cum quibus ex causa æris alieni huiusmodi soluendi debita contraxerat, nec non instrumento dictæ assignationis, & transactionis interuenit decretũ Iudicis duorumq; iuris peritorum consensus ab executoribus testamenti deputatorum iuxta formã in eodem testamento præscriptam; adeout confessio † solutionis huiusmodi tanquam verisimilis ob licentiam à testatore datam hęredibus alienandi bona pro dissoluendis debitis, & legatis ab eo relictis, & vti multipliciter adminiculata, plenè probat, *Afflict. dec. 375 nu. 6. Rota dec. 303. propè finem par. 4. diuers. & in rec. decis. 113. nu. 2. part. 3. & dec. 696. nu. 4. part. 1. tom. 3.* etiam si alias† tanquam tendens in beneficium ipsius confitentis, non probaret *Tiraquell. in l. si unquam verb. donat. Largitus nu. 100. & seqq. C. de reuoc. donat. Surd. dec. 325. nu. 6. Rota in Anconitana pecuniaria 31. Ianuarij 1659. §. 4. coram Eminentissimo Celso.*

Nec pariter obstat, quod licet Alexander posset ex fidecommisso detrahere debita testatoris, & legata ab eo relicta, nihilominus cum Alexander habuerit mobilia, & localia magni valoris, & fecerit mediante laudo sibi assignari alia bona pro satisfaciendis debitis testatoris detractiones præsumantur consumptæ; quia testator sciens adesse in hæreditate mobilia, & localia, tamen voluit, & mandauit distrahi terras, & stabilia; laudum verò cum preseruat alia credita Alexandri, quatenus bona assignata non sufficiant, & anno sequenti fuerint eidem assignata alia bona, istud prædium pro restitutione dotis vxoris præsumitur, vel quod bona signata in laudo non sufficiebant, vel detractiones non fuerant in totum consumptę, saltem vt contra Gandulfum possessorem onus probandi cõsumptionem incumbat fideicommissarijs agentibus ad immissionem *Rota in Romana fideicommissi de Candidis 10. Martij 1649. coram R. P. D. meo Verospio & in Perusina bonorum 30. Maij 1650. coram R. D. Cerro Decano.*

Et ita vtraque &c.

Decisio, quæ hic allegatur in hac eadem causa emanata 17. Martij 1664. coram R. P. D. Priolo, erit infra in Miscellanea iuxta seriem temporis.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Marsicen. Iurisdictionis.

Veneris 30. May 1664.

ARGVMENTVM.

Actorum ratihabitio ex quibus inducatur. Ecclesia quando sibi Collegialitatis nomen adscribere valeat, & quæ requisita debeant cõcurrere ad collegium inducendum. Enunciatiuæ à personis suspectis emanatæ, quibus qualitatem Collegiatæ imprimere Ecclesiæ expediebat non probant, sicuti nec etiam testes non deponentes de signis inferentibus ex necesse Collegium.

SVMMARIVM.

1 *Causa defensione primario ad vnum spectante potest ab actore citatio aliorum ad causam venire prætendentium omitti secus &* nu. 2.

3 *Citationis omissæ pretextu, sententiarum virtutem euitare non potest reus quando in executionem earũ contra eorum expeditarum mandato Rotali paruit.*

4 *Actorum ratihabitio, & proprij iuris renunciatio inducta censetur ex paritione mandati Rotalis.*

5 *Maxime accedente expensarum refectione, quæ operatur sententiarum approbationem, ita vt non possit a reo amplius impugnari nu. 9.*

Amplia vt num. 6.

7 *Ecclesia sibi Collegiatæ nomen adscribere non potest, quando sub nomine Capituli in primæua eius erectione non apparet instituta.*

8 *Constitutiones particulares tractatus in forma Capituli à Canonicis habiti, seruitium commune ac sigillum, arca, & massa communis arguunt Ecclesiam esse Collegiatam.*

9 *Ad Ecclesiam Collegiatam constituendam triplex Canonicorum numerus saltem requiritur.*

10 *Presbiteri Canonicali qualitate destituti & beneficia in titulum non obtinentes arguere non possunt eorum Ecclesiam esse Collegiatam.*

11 *Presbiterorum existentia, & coadunatio tanquam actus æquiuocus præsumptionem collegij inducere non valet.*

Quamuis communi nomine fructus exigantur ab oeconomo per Presbyteros electo, quorum caput est Archipresbyter num. 12.

Quia de simplici Congregatione etiam hæc signa prædicantur num. 13.

14 *Archipresbyter & Canonici & sub vnici corporis forma in aliqua Ecclesia se coadunãtes & actus vt in num. 8. exercentes, valent Ecclesiam Collegiatam constituere.*

15 *Collegialitatis qualitas non desumitur ex enunciatiis ab Archipresbyteris editis, & à confessarijs per ipsos deputatis, nec ex collationibus Archipresbyteratus per Papam tanquam de dignitate prima factis, quamuis hæc vouelatura fuerit alias admissa*

16 *Enunciatiuæ à personis suspectis prodeuntes nullius sunt efficaciæ.*

17 *Collationes Archipresbiteratus post litem circa Collegialitatem institutam factæ non possunt pro Collegialitatis declaratione exhiberi*

18 *Actus extraiudicialis non considerantur.*

19 *Votum vnius ex Rotæ Auditoribus nomen Collegiatæ tribuens Ecclesiæ vti non admissum à Sacra Congregatione Collegialitatem inducere non valet.*

20 *Testes non deponentes de signis inferentibus ex necesse Collegium, Collegialitatem non probant.*

21 *Rotæ Sacræ Rituum Congregationis declarationes reuerenter excipere consueuit.*

DECISIO CXCII.

SENTENTIAS editas contra Archipresbyterum Diui Antonini Terræ Saponariæ iterum Domini responderunt obesse Presbyteris eiusdem Ecclesiæ, ipsorum licet citatio nulla ex Episcopi parte præcesserit; siquidem plurium annorum cursu Archipresbyter litis defensionem in hoc Sacro Auditorio cum scientia Presbyterorum, ac auxilio substinuit Quinimo actus complures Iudiciales ijdemmet Presbiteri contra Episcopum exercuere, ipsorum mediante Procuratore ad id specialiter in Vrbe constituto, nec non in executionem mandati Rotalis, ac rei iudicatæ obedientiam successiuè Episcopo exhibuere, cui ex ære quoque communi cùm Archipresbitero præstiterunt litis expensas, licet Archipresbyter dumtaxat ad eas damnatus fuisset in sententijs.

Ex qua sanè serie facti omninò diluitur nullitas sententiarum ex omissa Præsbyterorum
1 citatione petita. Vel enim † ad Archipræsbyterum primario pertinebat causæ defensio, & tunc potuit ab Episcopo Presbyterorum citatio legitimè præteriri, vt aduertit *Alex. in l. sepè 63. num. 70 cum seqq. ff. de re ind. & cons. 86. nu. 9. cum seqq. lib. 2. Dec. cons. 342. num. 7. cæterique in præterita decisione recensiti.* Vel de iure Ecclesiæ Collegiatæ agebatur, cuius tamen contrarium ostenderur inferius; & tunc
2 licet † Presbiterorum æquè, ac Archipresbyteri foret causæ defensio, ita vt omnes debuissĕt citari iuxta *tertiũ in cap. causam quæ 10. ibiq; Host. nu. 1. de Iudic. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 14. num. 104. Rot. coram Mill. decis. 545. per tot. &*
3 *coram Pen. dec. 1233.* Non † tamen Presbiteri nunc colludentes cum Archipresbytero in præiudicium Episcopi poterũt sub omissæ citationis prętextu virtutem sententiarum euitare, dùm in executionem sententiæ Rotalis contrà Archipresbyterum dumtaxat expeditæ, ab ipsis obedientia fuit exhibita Episcopo,
4 ex qua † nedum ratihabitio actorum, & litis de communi consensu ab Archipresbitero patrocinatæ, verum etiam proprij iuris renunciatio inducta censetur, vt probat *text. in cap. ex ore 3. §. quia verò de his quæ fiunt à maior. par. cap. vbi post gloss. in figuratione casus, & in ver. renunciasse not. Host. nu. 8. & Io. Andr. nu. 6. Henr. Boich. nu. 2. & Abb. num. 5. id. Abb. in cap. olim il 3. de rest. spol. num. 9. Gemin. cons. 15. num. 12. circa fin.*
5 Accedente † potissimum refectione expensarum in summa scutorum 400. vlla absque protestatione subsecuta; quæ ostendit apertè antecedentem Præsbyterorũ vnionem cum Archipresbytero in lite tuenda, nec non operatur approbationem quoque sententiarum; ità vt eædem nequeant ab ipsis amplius impugnari ad *text. in l. ad fugitivum 5. C. de re*
6 *Iud. cons. 145. nu. 11.* vbi † conclusionem facilius admittit, quoties sponte, & nulla vrgente necessitate, vt in proprio casu, fuerit ab altero non comprehenso in sententijs expleta solutio, *& cons. 146. nu. 9. Rom. cons. 9. ante finem, Alex. cons. 186. nu. 2. vers. secunda dubitatio lib. 2. cum alijs deductis in decisione præterita.*

7 Ecclesia præterea † Diui Antonini sibi nequit Collegiatæ nomen adscribere, quiâ in eius erectione primęua Presbyteri ibidem sub nomine Capituli non probantur instituti, nec actuum frequentia longæua concurrit per necesse Collegij qualitatem denotantiũ, quorum alterum (cessante expresso Sedis Apostolicæ priuilegio) necessarium reputatur, quoties Ecclesiæ Cathedralis nomen non assumpserit, seu regularis in quibus censetur inesse Collegium, vt tradit *Innoc. in c. postulasti 30. num. 1. de iure patr. Host. in c. nobis fuit nu. 2. eod. tit. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 14. num 138. cum seq. Rot. in Materanen. Archipresbyteratus 31. Ianuary 1648. §. Quod autem Ecclesia cum seqq. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Corrado,*
8 vbi recensentur † signa diuersa arguentia Collegium, Constitutiones videlicet particulares, ac tractatus in forma Capituli à Canonicis habiti, seruitium commune, ac sigillum nec non arca, ac massa quoque communis vna cum Sindico, quæ omnia ferè numerantur à *Rom. in cons. 436. nu 5. cum seq.* loquente in terminis Auditorum huius Sacri Tribunalis, nec non à *Barbos. de iur. Ecclesiast. vniuer. lib. 2. cap. 687.*

9 Quinimmò triplex saltem Canonicorum numerus requiritur, vt aduertit *Fel. in c. accedentes num. 1. vers. & nota de præscript. Barbos. de iur. Ecclesiastic. d. lib. 2. cap. 5. n. 8. Sanleger. resol. benef. par. 2. cap. 2. §. 3. num. 3. Rot. coram Caual, decis. 649. num. 6. Merlin. decis. 87. nu. 9. & decis. 221. n. 11 par. 6. rec.*

10 Hinc vrgere non valet, quod Presbyteri plures Ecclesiæ inseruiant ibidem congregari consueti: Cùm enim ipsi qualitate Canonicali destituantur, nec Beneficia obtineant in titulum; demonstrationes incassum pro arguenda Collegiata exhibentur, vt tradit *Carena resol. 35. num. 7. vers. & hæc maximè Rot. decis. 226. nu. 9. ad fin. par. 1. rec.*

11 Præterea † in Ecclesia Parrochiali beneficiati quoque simplicis Congregationis ad instar solent vti singuli congregari. Adeo quod Presbyterorum existentia, & coadunatio in proposito casu tamquam actus æquiuocus pręsumptionem Collegij non valet inducere ad *text. in c. dilecta 14. ibique gloss. not. tt. de excess. Prel. Garz. ad reg. 8. gloss. 19. nu. 14. & 15. Barbos. de Iur. Ecclesiast. vniu. lib. 2. cap. 6. nu. 13. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 14. num. 58. & 59. Sanleg. resol. benef. par. 2. cap. 2. nu. 5. Caren. resol. 35. num. 8. Rot. in Nolana Primiceriatus 21. Maij 1614. in fin. primi §. coram bon. mem. Card. Fabritio Verospio*, licet
12 communi nomine fructus exigantur ab Oeconomo per Presbyteros electo, quorum Caput Archipresbyter enunciatur, vt aduer-

tit

tit *gloſſ. in prædicto c. dilecta de exceſſ. Prælat. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 14. nu. 57. Rot. coram Achill. deciſ. 10. num. 1. de prob. & deciſ. 673. par. 1. rec.* vbi
13 eam rationẽ adducit, quod de ſimplici quoque Congregatione ſigna hæc valent prædi-
14 cari. Quicquid dicendum † foret in caſu, quo Archipresbyter, & Canonici vti vniuerſi ac ſub vnici corporis forma in aliqua Eccleſia exercerent actus prædictos, vt tradit *gloſſ. in cap. ſtatutum 22. de elect. lib. 6. Rot. coram Achil. deciſ. 10. num. 2. de prob. & coram Mantic. dec. 215. nu. 1. verſ. vndè.*

15 Qualitas pariter Collegialitatis deſumi nõ poterit ex diuerſis enunciatiuis ab Archipreſbyteris æditis, nec non à Confeſſarijs per ipſos deputatis, ſiuè ex collationibus Archipresbyteratus per Summum Pontificem tanquam de prima Dignitate præhabitis, quam coniecturam alias admiſit *Rot. in deciſ. 221. num. 20. par. 6. recent.* Siquidem enunciatiuæ vti à per-
16 ſonis ſuſpectis † prodeuntes, quibus expediebat qualitatem Collegiatæ imprimere Eccleſiæ, omninò inefficaces reputãtur ex theorica *Aret. in cap. cum cauſam num. 1. de prob. Card. Mant. de tacit. lib. 4. tit. 6, nu. 23. Rot. coram Achil. deciſ. 3. nu. 1. & 3. de Iurepatr. Burat. dec. 570. nu. 4* & in his terminis *coram Reuerendiſſimo Tarraconen. deciſ. 341. nu. 8.* Collationes verò, æditæ
17 noſcuntur poſt litem inſtituram †, nec valent pro declaratione conſequenter exhiberi.

Nullius quoque roboris viſa fuit Archiepiſcopi Salernitani relatio Sacræ Congregationi Epiſcoporum tranſmiſſa, ac Votum bo. mem. Orani huius Sacri Tribunalis olim
18 Auditoris: † Relatio enim Archiepiſcopi nihil determinat, nec illa tamquam actus extraiudicialis inſpici debet. Votum verò O-
19 rantii nomen Collegiatæ tribuens Eccleſiæ, à Sacra Congregatione non fuit admiſſum, vt teſtatur *Rot. in dec. huius cauſæ 18. February. 1647 in §. Ad Votum coram bo. mem. Bichio, & 20. Maij 1651. §. penultimo coram Eminentiſſ. D. meo Cardinali Corrado.* Teſtes denique pro parte Archipresbyteri olim examinati non deponunt
20 de ſignis † interentibus ex neceſſe Collegium vt exquiritur *Rot. dec. 141. nu. 19. par. 7. rec.*

In quam Domini ſententiam eò facilius inclinarunt, quod *Sacra Rituum Congregatio*
21 inſignia, ac nomen Canonicorum Presbyteris interdixit, † cuius reſolutiones ſacrum hoc Tribunal reuerenter excipere conſueuit, vt in his terminis teſtatur *Rota coram Caual. dec. 266. num. 5.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Cenſuum.

Veneris 6. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Vt bona Communitatis validè alienentur conſenſus totius, vel ſaltem duarum ex tribus partibus eiuſdem communitatis requiritur, vnde iſto deficiente alienationem nullo modo ſuſtineri poſſe deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Bona Communitatis vt validè alienentur, requiritur duarum ex tribus partibus eiuſdem interuentus, Iuramentum vtilitatis, & decretum Iudicis*
2 *Cenſus impoſitio eſt ſpecies alienationis.*
3 *Conſenſus Communitatis debet accedere in alienatione bonorum illius, & homines illius ſuns vocandi & num. 4. & 10.*
5 *De intereſſe Communitatis quando agitur debent omnes expreſsè interuenire.*
Attenta præcipuè conſuetudine loci & num. 6.
7 *Laudum ſatis iuſtificatur quando habet aſſiſtentiam Iuris pro ſe.*
8 *Forma particularis non tollit legis generalis requiſita, ſed omnia copulatiuè impleri debent.*
9 *Atteſtatio lite pendente & ſine citatione partis facta nihil probat.*
11 *Vtilitas in alienationibus bonorum Communitatis concurrere debet non ſecus ac minorum & Eccleſiæ quibus aquiparatur.*
12 *Licentia, & decretum Iudicis ex falſa cauſa obtentum non ſuſtinetur.*
13 *Super actu, qui effectum non habuit fundamentum fieri non poteſt*
14 *In ratificatione actus nulli omnes ſolemnitates requiruntur, quæ in ipſo actu principali debent interuenire.*

DECISIO CXCIII.

NON ſolum ex defectu ſolemnitatum, ſed etiam cauſæ & vtilitatis nullitatem cenſuum, de quibus agitur approbantes DD. fleterunt in ſecũdo loco deciſis 11. maij 1663 nam in conſtitutione procuratorum, qui ad impoſitionem cenſuum deuenerunt non cõſtat maiorem partem eorum, qui bona communia poſſident, & duas ex tribus partibus conſilij generalis interueniſſe, nec poſſeſſores ſimul cum conſiliarijs impoſitionem Communitati fore vtilem iuraſſe, nec decretum Iudicis in ipſo actu interpoſitum fuiſſe,
1 vt requiritur ad effectum ſuſtinendi alienationem bonorum Communitatis, ex diſpoſitione *l. fin. C. de vend. reb. Ciuit. lib. 11. Surd. conſ. 28. nu. 32. & ſeqq. Ruin. conſ. 189. nu. 5. lib. 1. Cenc. de cenſ. quæſt. 23. nu. 11. verſ. quod ſi in deputatione & ſeq.* & in ſpecie de impoſitione cenſus facta vniuerſitate Caſtri ſeu Villę *Corn. conſ. 284. num. 7. lib. 4. Menoch. conſ. 80. n. 32. Rota in Comen. pecuniaria 16. Iunij 1662. cor. Eminentiſſ. D. Card. Celſo §. ſiquidem, & duobus ſeqq.* vbi redditur ratio, quia cenſus impoſitio eſt ſpecies alie-
2 nationis † vt inquit *Bald. in cap. ad audientiam 31. nu. 9. de reſcriptis Rota dec. 33. nu. 2. coram Martino Andr. Romana cenſus 15. Aprilis 1652. coram bo. mem. Bichio, & in alia Romana cenſus 15. Maij 1662. coram R. P. D. meo Bourlemont. §. præſertim.*

Nec aduerſatur quod *in* ipſo inſtrumento mandati Notarius aſſerat, quod homines tũc congregati totum conſilium repreſentabant.

Quo

Quoniam cum ageretur de re satis graui, ex quo maximum damnum familijs participantibus resultare poterat vt euenit, & de interesse singularium personarum ob vtilitatem, quam ex bonis censitis percipiebant conuocandum erat consilium generale, quod ex tercentum quinquaginta familijs circiter cõstituitur, inter quas adsunt centum septuaginta, quæ participantes appellantur, eo quia glorioſę memorię Comitissa Matilda his tantum familijs, quæ territorium Castri eo tempore habitabant, bona hæc donauit, & eorum
3 consensus † accedere debebat, *Surd.cons.290. nu.12. Menoc. cons.726.n.9.vers.quinimmo vocandi erant, & præter* † *relatos in* §. *non enim* tradit in specie *Corsett.in singular.verbo cõpromissum 1.n.2.* vbi, quod in arduis explicãdis † in vniuersitate
5 debent omnes expresse † interuenire, nec sufficit quod actus explicetur per aliquos nomine aliorum &c quem sequitur *Valenzuel.cons. 167.sub num.26.vers. quinimo lib.2.* attenta præcipuè † consuetudine loci de qua testes partiципantium, *Sum.nu.30.* & forma antiqui laudi vsque de anno 1488. lati super regimine Communitatis, in quo expresse firmatur, quod paruum consilium in alienationibus bonorum Communitatis non se possit ingerere, sed in casu alienationis interuenire debeant duæ partes ex tribus totius Communitatis computando, & habendo respectum ad vnum caput proqualibet familia *d. Sum. nu.4.*
7 quod quidem † laudum licet adamussim non iustificetur, iuncta tamen depositione testium & obseruantia non est magis præcisè iustificãdum cum habeat præsumptionem, & assistentiam Iuris pro se *Menoch.præsumpt.16.nu.3. lib.2. Rota dec.740.nu.12.coram Buratto, & coram Eminentissimo D.Card. Otthobono decis.742.nu.23 & in Bononien.Laudi 6.Iunij 1653.coram Eminentissimo D. Card. Celso* §. *nec obstat*.

Hinc parum refert quod adsit Consilium particulare ex viginti quatuor hominibus constitutum à Regimine Bononiæ approbatum, quodque ab illo alias deuentum fuerit ad impositionem censuum super bonis communitatis; census enim vt præfertur impositi à Communitate nunquam approbati, nec fructus soluti fuerunt ex defectu interuentus legitimi numeri hominum Communitatis, sed remanserunt tanquam debitum particulare imponentium, vt deponunt testes *d.Sum. num.1.super 3.arti.* in Capitulis vero à Regimine Bononię editis pro gubernio huius Communitatis præscribitur solum forma conuocandi Concilium quæ personæ debeant in eo interuenire, & quando sit legitimè conuocatum. Sed non conceditur facultas alienandi bona Communitatis aut alios actus grauiores, & præiudiciales faciendi, nec per has ordinationes derogatum fuit necessitati à Iure Communi impositæ conuocandi Consilium Generale in rebus arduis, & præiudicium plurium concernentibus, & cum forma particularis à regimine constituta non dicat, quod prædicta pro alienationibus sufficiant, nec repugnant requisitis in *d. l. fin.* per eau-
8 non fuerunt † sublata legis Generalis requisita sed omnia copulatiuè impleri debent *Cravett. cons.70.nu.15. Dec.cons.110.nu.1.ad med. Rota corã fa.me.Greg.406.nu.4.cum pluribus in Cesaraugustana fundationis Conuentus 18. Maij 1657.* §. *his positis coram R.P.D.meo Benilaqua, & 12.Nouembris eiusdem anni coram R. Papien. &c.* §. *neque defectus*.

Non probatur autem, quod vltra Consilium delli 24. in Castro S. Agathæ non adsit aliud Consilium quodque Generale nunquã conuocatum fuerit, quia datur sola fides Officialium Regiminis Bononiæ, quę tanquam
9 simplex attestatio † lite pendente, & post editam vltimam decisionem facta sine citatione Communitatis nihil probat *l.instrumenta 5. C. de probat.add.ad fa.mem.Greg. decis. 214.littera B. Rota coram Eminentiss. Card.Otthobono decis.215. nu.16.& in Terracinen pecuniaria 4.Iulij 1659.coram R. Papien.*§. *Quoniam ad hoc*, & probatum non releuaret, quia nec etiam legitimus numerus ex dd. 24. interuenit, sed nouem tantum præsentes fuerunt, & tamen cum impositio censuum esset merè voluntaria, & ex causa quæ lucratiua supponebatur, si qui e-
10 rant absentes expectari debebant, † & consensus omnium requirebatur *Felin. in cap. cum omnes 6.num.17.ad fin.vers.& hanc de constit. Bursat.cons.159.nu.7.& 8.lib.1. Gratian. discept.183. num.20.add.ad Buratt.decis.172.nu.9.vers.videtur insuper Rot.decis.855.nu.4.in fin.part.2.recent. Monasterien. Canonicatus 20. Nouembris 1654. coram R.D.meo Decano* §. *& quamuis cum relatis per Modern.ad dub.60. Reg.cap.31.nu.137.*

11 Quibus accedit non solum defectus vtilitatis, † quæ in alienationibus bonorum Communitatis concurrere debet, non secus ac minorum, & Ecclesiæ quibus æquiparatur *Griuell.decis.dolan.44. nu.4.* sed etiam eorundem participantium manifesta læsio cum pro bonis stabilibus reddentibus annuas libras 1300. impositi fuerint census quorum vsurę ascendunt ad libras 3000. & bona empta pretio lib. 56500. paulo post data fuerunt in solutum pro libris 33000. qua ratione deficit causa vtilitatis Eminentiss. D. Card. Legato narrata, & licentia ab eo extorta vna cum sequenti
12 decreto Iudicis † tanquam ex falsa causa corruunt *l.magis puto 5.*§. *si ex alienum ff.de reb. eor. Ciriac. contron.257.nu.12.& seq.Rota coram Merl. dec.575.num.10.Bononien.dotis seu tertiæ 31. Maij 1658.coram me, & in Firmana Census 3. Iunij eiusdem anni coram R.P.D.meo Priolo* §. *cum appareat*. Et frustra ad exclusionem lætionis deducitur locatio bonorum facta nomine Cõmunitatis pro libris 3125. quia fictitiam fuisse, & simulatam ad effectum colorandi vtilitatem, & inducendi Communitatem ad illius approbationem, deponunt testes in *Sum. huius responsionis nu.1. litt.B.* & locatio non fuit
13 effectuata, vnde super † actu, qui effectum non habuit fundamentum fieri non potest *Gabr.cons.149.nu.52.lib.2. Spada cons. 120. nu.6. lib.2. Rota dec.1073. sub nu.7. coram Seraph.in recent. decis.210.nu.9.part.8. coram Merl. decis.406. num.10. Romana Castri Orciani 15. Maij 1662.* §.

qua

qua concluſio, & 25. Iunij 1663. coram me §. ad minucula verò.

Deducta demum approbatio Communitatis pro eius parte negata, non probatur, & probata non ſuffragaretur, quia nulla eſſet ex eiſdem defectibus ſolemnitatum, & cauſę
14 cum in ratificatione † actus nulli omnes ſolemnitates requirãtur, quæ in ipſo acto principali debuiſſent intereuenire *Iaſon. in l. cum ij. Quibus §. eam tranſactionem verſ. 2. ff. de tranſact. Rota deciſion. 190. numer. 26. part. 6. deciſ. 42. numer. 18. part. 8. rec. & in Perufina Cenſus 27. Iunij 1651. coram Reuerendiſſimo Zarate §. ſuppoſita itaque.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Bononien. Primogenituræ de Luparis.

Veneris 6. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Primogenitura ordinata vt bona in vna perſona conſeruentur poteſt eſſe in ſuſpenſo, ſexus verò in Primogenituris Hiſpaniæ, quæ per momentum temporis ſuſpentionem non admittunt ex lege particulari regni. Onus deferendi nomen, & arma iniunctum præſumitur intuitu conſeruandæ agnationis.

SVMMARIVM.

1 *Conditio deficientia, licet ex purificata dici non poſſit ſufficit, quod vnus de linea ſuperuiuat, etſi ſuccedere non poſſit.*

2 *Subſtitutus ſub conditione admiſſus excluditur deficiente conditione & num. 3.*

4 *Conditionis purificatio ex ſola ſpe generationis tollitur.*

4 *Mors filij tunc expiperatum naturali quando eundem ac mors naturalis patris effectum.*

6 *In Primogenitura nequidem per momentum ſuſpenſio admittitur. Sed declara vt num. 7.*

8 *Onus deferendi nomen, & arma præſumitur iniunctum intuitu conſeruandæ agnationis.*

9 *Primogenitura ordinata vt bona in vna perſona conſeruentur non repugnat quod poſſit ſtare in ſuſpenſo dicarmate teſtatoris voluntate & num. 12.*

10 *Iſtum gestantur deferendi nomen, & arma quod cadat à nomine primogenitura, & admittatur ſubſtitutus quando prædicta & num. 11.*

13 *Contrauentio nocet contrauenienti non autem ipſius filijs, & deſcendentibus naſcituris.*

DECISIO CXCIV.

VOCABATVR Marchio Aeneas de Magnanis ad duplicem primogenituram alteram Matthæi de Luparis, quam poſſidebat cum onere deferendi nomen, & arma eius familiæ ſine mixtura aliarum, alteram Laurentij de Magnanis per mortem Patris purificatam cum eodem onere, & præcepto, quod Primogenitus nõ poſſet ex his duabus primogenituris niſi in alterutra ſuccedere. In illa igitur propriæ familiæ de Magnanis ſucceſſit Aeneas. Hinc orta controuerſia inter ipſum, & Senatorem M. Antonium Luparum comprehenſum, & vocatum in teſtamento Matthæi, ſuper dimiſſione bonorum alterius primogenituræ fuit ab Auditore Generali lata ſententia ad fauorem Aeneæ in Rota vero præuia deciſione coram R. P. D. meo Veroſpio edita ſub die 25. Iunij ſuperioris Anni pronunciatum ad fauorem M. Antonij, ſed coram me cauſa ſemel atque iterum propoſita ſententiam Rotalem infirmandam eſſe reſponderunt Domini.

Animaduerterunt enim hodie quod M. Antonius non eſt vocatus in Caſu quo Marchio Aeneas non deferret Arma, & nomen Matthæi teſtatoris; ſed ſolum in caſu, quo finita & extincta foret linea maſculina legitima & naturalis filiorum Gentilis, ideoque cum iſte caſus nondum euenerit, ex quo adhuc extat Aeneas quia eſt de linea legitima & naturali Gentilis, vtpote eius pronepos ex filio non eſt tactus locus ſubſtitutioni ad fauorem M. Antonij quamuis Aeneas effectus fuerit inhabilis ad aſſumptionem nomi nis, & inſignium familiæ de Magnanis cum
1 ad effectum excludendi † purificatione Conditionis deficientiæ lineæ, ſufficiat quod vnus de linea ſuperuiuat, etiamſi ſi ſuccedere non valeat *l. fil. fam. 117. §. cum quis rogatus ff. de leg. 1. Peregr. de fideicommiſſ. Art. 28. num. 92. Rota deciſ. 145. numer. 8. part. 1. & deciſ. 453. num. 3. part. 2. & deciſion. 151. num. 2. part. 3. rec. & dictũ fuit in Leodien. hæreditatis 16. Maij 1653. coram bo. me. Dunozetto, & in Romana Commendæ 21. Februarij 1661. coram R. P. D. meo Albergato confirmata ſub die 6. Februarij 1662. coram R. P. D. meo Emerix.*

2 Ea efficaci ratione, quia † non incapacitas ſuperuiuentis, ſed defectus conditionis eſt qui ſubſtitutum excludit, vt aduertit *Rip. l. ex facto §. ex ſalla num. 10. verſ. reſpondetur ff. ad Treboll. Mantic. de tacit. lib. 11. num. 6. nu. 15. verſ. his obiectis. Ciriac. Contr. 478. numer. 11. Alciat. Conſ. 50. alias 505. num. 3. verſ. non obſtat* & propterea † non debet attendi, an ſuperueniens
13 incapax, & habilis, ſed an euenerit conditio. *Ciriac. d. contr. 458. num. 9. & 10. Grat. diſc. for. cap. 773. num. 7. & ſeqq. Rota in Romana fideicommiſſi de Sorichis 22. Maij 1645. coram Reuerendiſſimo Cerillo, & in Mediolanen. Bonorum 17. Martij 1648. coram bon. me. Bichio & in Romana Donationum 25. Maij 1657. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Non obſtat, quod licet non defecerit linea naturalis Gentilis reputetur tamen defeciſſe ciuiliter, dum nullus in ea reperitur capax, & habilis ſucceſſionis quia eã adſit ſpes probabilis, quod Aeneas poſſit generare filios qui aſſumant nomen, & familiam Matthæi teſtatoris, adhuc nõ poteſt dici purificata conditio extinctionis lineæ Gentilis ſub qua eſt vocata linea M. Antonij, ſed eſt exſpectan-

Hæres ad Dotis restitutionem, non est compellendus, quando liquidata non sit quantitas illius.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dominij in Interdictis possessor ijs admitti non debet.*
Fallit quando constat in continenti de non iure agentis, nu.2.
3 *Dominium fundi empti à marito pecunia propria, sed nomine vxoris, quando viro fuit tradita possessio, acquiritur dominium viro, & non vxori, cuius nomen censetur simulatè appositum.*
4 *Vxor quidquid quærit ex pecunia mariti quæsiuisse censetur.*
Limita nisi constet pecuniam fuisse propriam vxoris num.5.
6 *Assertio mariti facta constante matrimonio, præsumitur facta in fraudem Donationis prohibitæ inter virum, & vxorem.*
7 *Donatio inter virum, & vxorem, licet ab initio, sit nulla morte tamen viri confirmatur.*
Quod declara, vt nu.8.
9 *Donatio ex alienatione infirmatur, & intelligitur reuocata.*
10 *Lucrum Dotis quando possit compensari cum Legato.*
11 *Augmentum sine auctio non datur.*
12 *Hæres non potest condemnari ad dotis restitutionem non liquidata illius quantitate.*

DECISIO CLXXXVIII.

FLORENTINA de Colinis, instituto Iacobo viro in vsufructu, & in proprietate Nepotibus, Iacobus Secundo duxit in vxorē Hieronymam, contra quam vti hæredem Iacobi, egerunt Thomas, & fratres de Colinis, ad Immissionem Bonorum Hæreditariorum Amitæ; Nec non ad restitutionem florenorum 850. loco Prędij del Zappale, sed ab vtraque petitione fuit absoluta Hieronyma, cui absolutoriæ acquiescentes fratres prædicti introduxerunt nouum Iudicium, pro restitutione Dotis eiusdem Amitæ, in quo pariter obtinuit Hieronyma ab impetitis absolui; cū autem vtraque Sententia reuocata fuerit in gradu appellationis, Causa in Rota mihi cōmissa dubitaui, An, & quid Hieronyma restituere teneretur, & responderunt DD. eam non teneri restituere, nisi duas tertias partes Prædij Iuliani, & quoad aliam tertiā partem facta compensatione fructuum perceptorum ex vsufructu.

Nam quoad prædium in fundo Zappalis à Iacobo venditum, obstat fratribus de Colinis
1 exceptio † dominij, quæ licet in Interdictis
2 possessoriis, non debeat admitti, fallit † quando constat incontinenti de non iure agentis, vt notant *DD. in l. final. C. de edict. Diu. Adr. toll. Gabr. conf. 38. nu. 1. lib. 2. Rota diuers. part. 2. decis. 201. nu. 8. & decis 9. nu. 27. apud Posth. de manuten. & latissimè Pacific. de Salu. inspect. 2. cap. 2. numer. 115.*

In proposito constat ex ipso Instrumento venditionis Prædium illud non fuisse proprium Florentinæ vxoris, sed Iacobi mariti,
3 quia licet † emptum fuerit à viro nomine vxoris, cum tamen ipse, & non illa pretium soluerit, eidemque viro tradita fuerit possessio, dominium fuit acquisitum viro, & non vxori, cuius nomen censetur simulatè appositum, ex notatis per *Bald. Salic. Castr. & alios in l. multum interest, C. si quis alteri, vel sibi Bald. conf. 407. nu. 11. lib. 1. Dec. conf. 543. nu. 16. & seqq. Soccin. Sen. conf. 129. nu. 12. lib. 4. Capic. decis. 203. num. 18.*

Pretium solutum fuisse à Iacobo viro, patet ex eodem Instrumento, in quo ipse cessit venditori ad computum pretij Societatem Officij, scutorum 100. contrà Iulium Cauernium, promisitque soluere residuum florenorum 640. in pluribus vicibus, quos postea soluisse apparet ex quietantia ab eodem reportata abiente vxore, vsque de anno 1609. & non refert, quod in dicto Instrumento asseratur Florentinam soluisse florenos 100. Nam vltrà quod id non asseruit maritus, etiamsi asseruisset, nihilominus, quia quid-
4 quid vxor † quærit existimari solet quæsiuisse ex pecunia mariti, *l. Quintus Mutius, ff. de*
5 *donat. inter vir. & vxor.* nisi † aliunde constet pecuniam fuisse propriam vxoris: Talis asser-
6 tio facta † constante Matrimonio in fraudem Donationis prohibitæ inter virum, & vxorē facta præsumitur, vt abundè probat *Paris. cōsil. 62. num. 10. & per tot. lib. 1. Soccin. Sen. conf. 66. nu. 8. lib. 1. Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 82. nu. 4 Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7. glos. 3. par. 5. n. 33 Merend. controu. iur. to. 3. lib. 16. cap. 11. nu. 6. Capic. Latr. consult. 44. nu. 35. & seqq. lib. 1.*

7 Nec applicatur, quod Donatio inter virū, & vxorem, licet ab initio nulla morte tamen
8 viri confirmetur. Quia † limitatio procedit, quando vir vxori prædecedit, & interuenit traditio, ac perseueratio voluntatis vsque ad obitum, vt obseruat *text. in l. Papinianus, ff. de donat. inter vir. & vxor. & cum to Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 7. nu. 23.* In præsenti autem casu deficit traditio, & vxor prædecessit viro, nec nō constante matrimonio facta fuit per virum
9 alienatio, ex † quo donatio infirmata, & reuocata remansit, ad *text. in l. cum hic status, §. si maritus, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. si maritus la seconda, C. eodem sit. Mantic. vbi supra dicto lib. 21. tit. 10. num. 3. cum aliis per Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 5. qu. 141. nu. 1.*

Quo verò ad Dotem Florentinæ nullibi constat, eam habuisse aliam Dotem, quam Prædium in fundo Iuliani, vnde non potest Hieronyma hæres Iacobi ad aliud teneri, nisi ad duas ex tribus partibus illius, nam respectu alterius tertiæ partis Iacobus, illam ex Statuto Rocchæ Contradæ lucratus fuit ob prædecessum Florentinæ, super qua præterea competit retentio hæredi, compensatis tamē
10 fructibus perceptis ex vsufructu † Iacobo à Florentina relicto. Quia cum lucrum ex dicto Statuto necessario debeatur compensandū venit cum legato, *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 109. num. 35. Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 2.*

tit 2.num.7 *Gabr. consil.16.numer.30.& seq.lib.1. Fenzon. ad Statut. Urb.lib.1.cap.131. n.50.*

Nec obstat, quod in assignatione d. Prædij in fundo Iuliani dicatur illud tradi in augmẽtum dotis, ex quo infertur Florentinam habuisse aliam dotem, cum non detur† augmẽtum sine aucto. Tum quia post verba in augmentum additur, & dotis nomine, per quod incertum remanet An dictum prędium fuerit assignatum in dotem, vel in augmentum. Tum† etiam quia donec non probatur, in qua re, & quantitate consistat reliqua dos ex præcedenti promissione, vel alijs probabilibus coniecturis, non potest Hieronyma hæres Iacobi ad restitutionem condemnari *ad text.in l.1.C.de donat.ante nupt.l.si quis post hæc, vbi gloss. Verb. dotalium C.de bon. præscript. & l.penultima, §. Mulier, ff. solut.matr. Rot.in rec.decis.306.nu.39. & seq.part.7. cum alijs in Romana dotis 21. Februarij 1650. coram Eminentissimo D.Cardinali Corrado confirmata 11. Februarij 1656. coram R.P.D. meo Beuilaqua, & 10. Decembris 1657. coram Eminentissimo Meltio Episcopo Papien.*

Et ita informante vtraque parte decisum, &c.

R. P. D. T A I A.

Beneuentana Iurisdictionis.

Veneris 30. Maij 1664.

A R G V M E N T V M.

Probatio quæ tendit ad vnum non potest habere locum in alio non obstante commissione obtenta cum clausula *quam & quas*, quo quis vna via electa potest ad aliam conuolare, sed quia rei defensio est correlatiua petitioni actoris, si iste iura sua in iudicio non deducat, tacite non possunt intelligi deducta, cum quis iura propria tueri teneatur siue sit actor, siue sit reus: Iure communi non potest iuuari, qui vtitur iure priuato.

S V M M A R I V M.

1 *Consuetudo Iuri non contrariatur.*
2 *Consuetudo in officijs præualet constitutionibus.*
3 *Iurisdictio Archidiaconi potius ex consuetudine quam à iure iuuatur.*
Exceptis causis matrimonialibus, & criminalibus & specialiter concubinarijs & num.4.
5 *Probatio tendens ad vnum non potest obtinere locum in alio.*
6 *Actus singularis exercitium, vt obtineri valeat requiritur quod sit plenè præscriptibile.*
7 *Præscriptio qualificatur ab animo præscribendi.*
8 *Clausula* quam & quas *est nota virtutis, & potentiæ.*
9 *Clausula* quam & quas *apposita nõ censetur quis certam viam elegisse, nec ad vnum caput se restrinxisse, sed vna via electa ad aliam conuolare potest & numer.10.*
11 *Actio restringitur tantum ad ea, quæ in iudicio deducuntur, & num.14.*
12 *Constitutio Synodalis territorium separatum Archidiacono tribuens non attenditur.*
13 *Pontifex solus Territorij separationem facit.*
15 *Obseruantia non attenditur vbi beneplacitum Apostolicum est necessarium.*
16 *Confessio nihil addens materiæ non inducit, nec confirmat id, quod est obseruantia destitutum.*
17 *Archidiaconus non indiget titulo in actibus iurisdictionalibus eidem Iure communi non competentibus.*
18 *Archidiaconus est Vicarius Episcopi, licet non assumptus ab Episcopo, sed datus à Iure habens perpetuam Vicariam, & iurisdictionem Ordinariam & num.19.*
20 *Archidiaconus non potest ad libitum Episcopi remoueri, sed est obseruandum* cap.3. de offic. Iudic. Ordin.
21 *Archidiaconus non est tantum Vicarius, sed certa etiam potitur dignitate.*
22 *Archidiaconi gesta dicuntur gesta nomine episcopi, vti loco episcopi.*
23 *Archidiaconus ideò dicitur Vicarius, quia quæ exercet Archidiaconus ad episcopum pertinent.*
24 *Episcopus de facto Archidiaconi tenetur.*
25 *Iure communi non potest iuuari exhibens constitutiones particulares.*

DECISIO CLXXXIX.

IN decisis 28. Aprilis 1662. & 12. Februarij & 30. Aprilis 1663. hodie causa reproposita Domini fuerunt.

Qua informantes pro D. Archidiacono non insistunt omnimodę Iurisdictioni in Castris, & locis controuersis priuatiuè ad Reuerendissimum D. Archiepiscopum, sed sese re-
1 digunt ad cumulatiuam, eamque † singulariter ex Iure, vel ex consuetudine iuri non contraria pertinentem luxta *cap.1.& seqq.* & præsertim *cap.vlt.de offic.Archid.cap.cum contingat 13 de for.compet.cap.auditis 15.de præscript.* Multum
2 enim valent † constitutiones, & consuetudines, immo præualent in officijs inquit, *Inno. ad d.cap.1.sub initio & cap.6. de consuet., & cap.2.*
3 *de excess.Prælat.*, vbi † iurisdictio Archidiaconi potius ex consuetudine, quam à Iure iuua-
4 tur *notat ibi glos. vlt. cum alijs allegat.* † exceptis causis matrimonialibus & criminalibus, & specialiter concubinarijs *in Sacro Concilio Trident.cap.20.de reform. sess.24. & c.14.de reformat. sess.26.*

Verùm placuerunt DD. fundamenta aliarũ
5 decisionum, quia † probationes DD. Archidiaconorum tendunt ad iurisdictionem priuatiuam omnimodam, & totalem exclusionem D. Episcopi, Ita proindè obtinere non possunt cumulatiuã pro actibus singularibus
6 qui† plenè præscriptibiles esse debent ad multa contenta *in decisione R.P.D.mei Beuilaqua Toletana Iurisdictionis 27. Ianuarij 1662. à §. nec planè*, & similia collata in duas decisiones præcedentes nomine meo 10. Iunii 1661., & ad
7 rationem qua ab animo † præscribendi præscriptio qualificatur *R.P.D. meus Fagnan. ad cap.auditis de præscript.num.11.*

Nec obstat Commissio Moderni D. Ar-
8 chidiaconi cum clausula *quam & quas* nota

7 *Successione hominum reputari non potest indignus, qui ob assumptionem ad clericatum ad partem hereditatis Domini admissus est, & illi cui plus conceditur etiam minus debet concedi.*

8 *Bulla Pij V. circa successionem illegitimorum declaratur.*

9 *Haredi scripto non est impedienda manutentio non concurrentibus requisitis ad illam impediendam.*

10 *Possessio ex instrumento adeptionis illius bene resultat.*

11 *Possessio apprehensa alio non possidente est manutenibilis.*

12 *Probatio possessionis sufficiens ad manutentionem ex quo resultet.*

13 *Clausula* dummodo possessio sit vacans, & sine præiudicio habentium meliora, & potiora iura *operatur ad favorem illorum, qui habent meliora & potiora iura successionis non illorum, qui nullum titulum habent à defuncto.*

14 *Donatio inter vivos revocari non potest.*

DECISIO CXC.

DEFVNCTO Ioanne Baptista Morsello inter Michaelem eius fratrem, Mauritium de Vicedominis controuersia excitata fuit super illius Successione, eaque post compromissum ad Auditorē Camerę deuoluta, & demum mihi commissa proposui dubium super manutentione, sed Domini de bono iure videre voluere quod, etiam ad effectum manutētionis iuxta modum infrà exprimēn
1 Mauritio assistere responsum fuit. † Habet enim ipse ad sui fauorem Testamentum Ioannis Baptistæ, in quo *instituta* Dorothęa si tunc vixerit, & si non vixerit, aut nollet, vel non posset adire dictum Mauritium instituit, Vnde cum Testatori prædefuncta esset Dorothæa, purificata fuit conditio, & aperta successio ad fauorem Mauritij non secùs, ac si purè institutus fuisset *l. fin. §. fin autē Cod. de Cad. tollen. Menoch. cons. 368. numer. 12. Peregrin. de fid. art. 42. num. 17. Rot. decis. 93. num. 1. part. 7. rec. Romana Augmenti Dotis 9. Iunij 1659., §. primo post med., & 19. Aprilis 1660. coram R.P.D. meo Bentilaqua in principio.*

2 Nec restitit quod † Testamentum Io. Baptistæ non subsistineatur ob prēteritionem fratris, & institutionem Mauritij turpis personæ *iux. tex. in leg. fratres 27. Cod. de inoff. Testam.*, tum
3 quia † non probatur Mauritium esse turpem personam ex quo non iustificatur, quod Hieronymus Franciscus eius Pater anno 1633. ob periculum mortis, aqua Baptismali abluerit Vicēdominam eius nitam ex concubina genitam, ex qua successiuè Mauritium suscepit ratione cuius orta prætendebatur spiritualis agnatio, quod operatur, vt filij inde susceti ex damnabili, & punibili coitu dicantur orti, nisi ex partita libri Baptismalis, quæ ex adductis pro Mauritio suscepta prætenditur,
4 & † tamquam extracta à Parocho lite pendente, & sine citatione partis nullum gradum probationis facit *Dec. in Auth. si quis in aliquo num. 9. & 10. cod. de ædem. addem. ad fan. me. Gregor. decis. 214. litera B. Rot. decis. 324. n. 2. coram Mille-*

no decis. 318. num. 4. par. 2. recent. & in Albanen. hereditatis, 11. Martij 1661. coram me, §. subsistunt autem.

Tum etiam quia quatenus sine veri præiudicio talis fuisset Mauritius successiua † tamē
5 eiusdem ob morum probitatem ad Clericatum Assumptio præcedentium natalium maculam diluisset; & turpitudinis Causam si quæ ob Patris criminis memoriam extitisset prorsus abluisset *Felin. in c. cum Ie 23. colum. 2. & num. 12. de re iudic.*, quem cum aliis sequitur *Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 1. num. 42., & in simili dictum fuit in Romana dotis 10. February 1659. coram me §. nec obiecta* ad effectū, † vt non amplius tamquam turpis persona considerari, sed exclusis fratribus institui potuerit *Bald. in l. fratres 27. Cod. de inoff. testam. Surd. vbi supra sub num. 34. verf. sed prima sententia & nu. 35. Gabriel. cons. 30. nu. 9. & duobus seqq. lib. 2. Grat. discept. 135. num. 17 & 18. vbi pluries comprobas.*

Sicuti enim per assumptionem Clericatus in partem hæreditatis Domini & susceptionc Altissimi legitima dispensatione præcedente vocatus fuit, ita non debet reputari indignus
7 successione hominum, † cum illi cui plus cōceditur, & minus concedi debeat *l. nō debet 22. ff. reg. iur. l. Marcellus 15., ff. de donat. const. matr.* Et
8 prohibitio † Bullæ Pij V. circa successionem illegitimorū personis Ecclesiasticis nō applicari, quia subsistit solum facultatem disponendi fauore illegitimorum, quæ competebat iure speciali non autem facultates quas ius commune tribuit *Novar. cons. 5. de testamentum Burat. cons. 255. nu. 26 lib. 3. Gionagn. cons. 37. nu. 10. & seqq. lib. 2. Cyriac. qui plures refert controu. 29. num. 93. Rot. decis. 487. sub nu. 1. decis. 515. n. 4., & per tot. part. 1. diuers., & in Romana fideicommissi de Grifonis 10. Maij 1656. coram bon. me. Dunoz. §. minusque obstat.*

Prout non aduersatur exceptio fideicommissi à Michaele seniore., vt prætenditur ordinati non solum, quia de illo non constat, sed quia Michael Iunior non est legitimus contradictor ad impediendam manutentionē
9 Mauritij hæredis scripti † cum non concurrāt requisita necessaria, quod ipse sit vocatus, & reperiatur in possessione sine vitio, quōdque nullæ competant hæredi detractiones *Dec. consil. 467. num. 12. verfic. vim ergo Peregrin. consil. 24. num. 8. lib. 2. Cirac. contron. 262. num. 85. Rot. decis. 475. part. 4. diuers., & in Bonon. hæreditatis 11. Februarij 1658. coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. omisso enim, & seqq.*

10 Possessio † autem Mauritij probatur non solum ex instrumento adeptionis illius, quæ
11 alio † non possidente est manutenibilis *Bartol. in l. prædia 48. vbi alii, ff. de cauf. possessionis Rot. decis. 240. num. 1. part. 7. rec. Romana Vincē 17. Iunij 1658. coram R.P.D. meo Beutlaqua. & in Bitunti-na pluralis 3. Martij 1659. tora me*, sed & ex confessione Morsellij, qui in iudicio de partibus contra Mauritium prō immissione instetit,
12 ex † qua resultat probatio possessionis sufficiens pro manutentione *add. ad sa. mem. Gregor. decis. 200. num. 5. Rot. decis. 256. num. 1. coram Cauallerio Romana fideicommissi 23. Iunij 1649. coram bon.*

mem. Arguelles, & in Perusina fideicommiss de Monte Sperellis 13. Ian. 1657., §. finali, & 8. Februarij 1658. coram me, §. possessionem, non attenta possessione Mortellij, nam cum illi decreta fuerit cum clausula *dummodo possessio sit vacans, & sine præiudicio habent. meliora, & potiora iura*, & constet de meliore iure Mauritij possessio prædicta nulla visa fuit, nec est † manutenibilis, quia d. Clausula operatur ad fauorem illorũ, qui habent meliora, & potiora iura successionis non autem eorum, qui nullum habent à defuncto titulum post *Surd. decis. 933. n. 10. Peregr. de fid. art. 47. nu. 29. aliisque relatis per modernũ de manut. obseru. 50. nu. 40., & seq. Rot. apud ipsum decis. 14. n. 15. & seq. Romana fideicommissi, seu Salutiani 11. Ianuary proximi prateriti, & 2. Maij currentis coram me, & Melius in Romana hæreditatis 4. Iuly 1663. § praterea coram D. meo Decano*.

Cæterum quia Ioãnes Baptista anno 1632. inter viuos donauerat bona quędam Michaeli fratri DD. existimarunt constare de bono iure Mauritij in bonis non donatis, & pro cõsecutione scutorũ mille ex bonis donatis, quæ sibi ad effectum testandi reseruauerat Donator, nec non annuarum lib. 300. pro toto tempore quò vixit Ioannes Baptista percipiẽ ex bonis donatis, quas in singulos annos sibi tradi Donator pariter conuenerat, licèt enim hæc Donatio successiuè de consensu Donatarij per diuisionem bonorum reuocata fuerit, nihilominus quia præcedenter facta erat non solum Michaeli, sed etiam filijs ex matrimonio tunc contracto nascituris non † potuit in 14 præiudicium illorum, qui per obitum Michaelis hodie sunt principales in causa, & quibus ius quæsitum erat, reuocari *Bartol. consil. 170. num. 4. lib. 2. Castren. cons. 385. in princ. lib. 1. Grat. discept. 247. nu. 5. Rot. decis. 203. nu. 2. part. 8. recent. Romana Apotecar 9. Maij 1659. coram me, §. & licet, & prius in Romana donationis 3. Iunij 1656., §. nihilominus coram Reuerendissimo D. meo Decano*.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Bononien. fideicommissi de Amorinis.

Veneris 30. Maii 1664.

ARGVMENTVM.

Examinatur virtus Clausulæ *quam & quas*. Iudex quando non dicatur procedere, tamquàm in prima. Confessio propria, quando plenius probet; Confessio si tendat in beneficium ipsius confitentis non probat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra sententiam nulla est, nec habet subsistentiam.*

2 *Clausula* quam & quas *vigore potest procedi tanquam in prima absque alia reuocatione precedentis sententiæ.*

3 *Iudice non procedente tanquam in prima nec pronunciante super nouo processu Clausula* quam & quas *operatur, vt subsistatur secunda sententia non reuocata prima.*

4 *Iudex secunde instantie, & appellationis super iisdem actis pronuncians non reuocata priori contraria sententia, secunda non tenet.*

5 *Res semel effecta alienabilis semper durat alienabilis.*

6 *Confessio propria aliis fulcita adminiculis plenè probat.*

Etiamsi alias tanquam tendens in beneficium ipsius confitentis non probaret & num. 7.

8 *Actori probandi onus incumbit.*

DECISIO CXCI.

PROPOSITA hac causa sub die 17. Martij præteriti * per Contradictas resolutum fuit sententiam immissionis super prædio della Riccardina latã per Reuerendissimum Papiẽ ad fauorem Alexandri Amorini contra Hieronymum Gandulphum possessorem esse exequẽ ad fauorem Com. Vrsi, & Bolognini hæredum fideicommissariorum contra Andream Fornasarium hæredem Gandulphi, sed cum instaterit Horatius Battaglia Fornasarij Donatarius pro noua Audientia, eaque concessa DD. ex nouiter deductis censuerunt sententiam non esse exequendam & sic à decisis esse recedendum.

Moti ex nullitate, & iniustitia dictæ sententiæ; nullitas resultat ex quo prædium controuersum datum fuit in solutum ab Alexandro Sen. hærede grauato pro restitutione dotis Euictæ vxoris, & à Virgilio filio eiusdẽ venditum dicto Gandulpho, contra quem agentibus Iulio Cæsare, & supra nominato Alexandro Iun. ad istius Prædij vindicationem Gandulphus obtinuit ab impetitis absolui. Cum autem sententia lata in Rota non reuocet præcedentem contrariam latam in 1 partibus, de qua fuit oppositum, † remanet sententia contra sententiam, quæ nulla est, & subsistere non potest *Ioh. vbi DD. C. quando quisque nõ est necesse Clem. si appellatione de Appell. Rota coram Caualer. decis. 21. nn. 1., & seqq., & coram Buratt. decis. 59. num. 9. cum alijs in Marsicen. Iurisdictionis 18. Februarij 1647. coram bon. mem. Bichio*.

2 Nec subsistineri valet ex Clausula † *quam & quas* adiecta in Commissione Rotali, cuius vigore procedi potest tanquam in prima absque alia reuocatione præcedentis sententiæ, 3 qui Reuerendissimus Papiẽ cui fuerat directa Commissio non processit tanquam in prima nec pronunciauit super nouo Processu, quo casu Clausula, *quam, & quas* operatur, vt subsistineatur, secunda sententia, etiam non reuocata prima in quibus terminis loquitur *Rot. decis. 354. n. 10. & sequenti par. 9. rec.*, sed processit tanquam Iudex secundæ Instantiæ & appellationis ac super iisdem actis pro- 4 nunciauit, † & sic nulliter non reuocata priori sententia contraria, sicuti docuit *Felin. in cap. inter Monasterium n. 15. & 16. de sent., & re iud. & dixit Rota coram Merlino decis. 363. nu. 1.*

Iniustitia vero resultat, ex eo quod licet præ-

prædiũ de quo agitur proueniat ab hæreditate Matthei Amorini fideicommittẽtis adhuc cum illud alienatum fuerit ab Alexandro Seniore creditore fideicommissi ex causa necessaria non remanet amplius grauatum onere fideicommissi, quia res semel effecta alienabilis semper durat alienabilis *l. pater filium §. quindecim ff. de legat. 3. l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell. Marzar. de fid. quæst. 48. vers. postremo Peregrin. sed. tractatu art. 42. sub n. 24. Rota in Esina fideicommissi 20. Iunij 1661. §. & propterea coram me.*

Non obstat, quod non probetur Alexandrum soluisse debita testatoris, nisi ex confessione facta per eundem in instrumento assignationis prædij. Etenim præcessit super hoc sententia Canonizatoria celebris I. C. Magoni tunc Auditoris Generalis, & iuxta illam Alexander transegit cum cæteris creditoribus, cum quibus ex causa æris alieni huiusmodi soluendi debita contraxerat, nec non instrumento dictæ assignationis, & tranfactionis interuenit decretũ Iudicis duorumq; iuris peritorum consensus ab executoribus testamenti deputatorum iuxta formã in eodem testamento præscriptam; adeout confessio † solutionis huiusmodi tanquam verisimilis ob licentiam à testatore datam hæredibus alienandi bona pro dissoluendis debitis, & legatis ab eo relictis, & vti multipliciter adminiculata, plenè probat, *Afflict. dec. 375 nu. 6. Rota dec. 303. propè finem par. 4. diuers. & in rec. decis. 113. nu. 2. part. 3. & dec. 696. nu. 4. part. 1. tom. 3.* etiam si alias † tanquam tendens in beneficium ipsius confitentis, non probaret *Tiraquell. in l. si vnquam verb. donat. largitus nu. 100. & seqq. C. de reuoc. donat. Surd. dec. 325. nu. 6. Rota in Anconitana pecuniaria 31. Ianuarij 1659. §. 4. coram Eminentissimo Celso.*

Nec pariter obstat, quod licet Alexander posset ex fidecommisso detrahere debita testatoris, & legata ab eo relicta, nihilominus cum Alexander habuerit mobilia, & localia magni valoris, & fecerit mediante laudo sibi assignari alia bona pro satisfaciendis debitis testatoris detractiones præsumantur consumptæ, quia testator sciens adesse in hæreditate mobilia, & localia, tamen voluit, & mandauit distrahi terras, & stabilia; laudum verò cum preseruat alia credita Alexandri, quatenus bona assignata non sufficiant, & anno sequenti fuerint eidem assignata alia bona, istud prædium pro restitutione dotis vxoris præsumitur, vel quod bona signata in laudo non sufficiebant, vel detractiones non fuerant in totum consumptę, saltem vt contra Gandulfum possessorem onus probandi cõsumptionem incumbat, fideicommissarijs agentibus ad immissionem *Rota in Romana fideicommissi de Candidis 10. Martij 1649. coram R. P. D. meo Verospio & in Pernsina bonorum 30. Maij 1650. coram R. D. Cerro Decano.*

Et ita vtraque &c.

Decisio, quæ hic allegatur in hac eadem causa emanata 17. Martij 1664. coram R. P. D. Priolo, erit infra in Miscellanea iuxta seriem temporis.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Marsicen. Iurisdictionis.

Veneris 30. May 1664.

ARGVMENTVM.

Actorum ratihabitio ex quibus inducatur. Ecclesia quando sibi Collegialitatis nomen adscribere valeat, & quæ requisita debeant cõcurrere ad collegium inducendum. Enunciatiuæ à personis suspectis emanatæ, quibus qualitatem Collegiatæ imprimere Ecclesiæ expediebat non probant, sicuti nec etiam testes non deponentes de signis inferentibus ex necesse Collegium.

SVMMARIVM.

1 *Causa defensione primario ad vnum spectante potest ab actore citatio aliorum ad causam venire prætendentium omitti secus & nunc. 2.*

3 *Citationis omissæ pretextu, sententiarum virtutem euitare non potest reus quando in executionem earũ contra correum expeditarum mandato Rotali paruit.*

4 *Actorum ratihabitio, & proprij iuris renunciatio inducta censetur ex paritione mandati Rotalis.*

5 *Maxime accedente expensarum refectione, quæ operatur sententiarum approbationem, ita vt non possit a reo amplius impugnari nu. 9.*
Amplia vt num. 6.

7 *Ecclesia sibi Collegiatæ nomen adscribere non potest, quando sub nomine Capituli in primæua eius erectione non apparet instituta.*

8 *Constitutiones particulares tractatus in forma Capituli à Canonicis habiti, sermitium commune ac sigillum, arca, & massa communis arguunt Ecclesiam esse Collegiatam.*

9 *Ad Ecclesiam Collegiatam constituendam triplex Canonicorum numerus saltem requiritur.*

10 *Presbiteri Canonicali qualitate destituti & beneficia in titulum non obtinentes arguere non possunt eorum Ecclesiam esse Collegiatam.*

11 *Presbiterorum existentia, & coadunatio tanquam actus æquiuocus præsumptionem collegij inducere non valet.*
Quamuis communi nomine fructus exigantur ab oeconomo per Presbyteros electo, quorum caput est Archipresbyter num. 12.
Quia de simplici Congregatione etiam hæc signa prædicantur num. 13.

14 *Archipresbyter & Canonici & sub vnici corporis forma in aliqua Ecclesia se coadunãtes & actus vt in num. 8. exercentes, valent Ecclesiam Collegiatam constituere.*

15 *Collegialitatis qualitas non desumitur ex enunciatiuis ab Archipresbyteris editis, & à confessarijs per ipsos deputatis, nec ex collationibus Archipresbyteratus per Papam tanquam de dignitate primæ facie, quamuis hæc coniectura fuerit alias admissa*

16 *Enunciatiuæ à personis suspectis prodeuntes nullius sunt efficaciæ.*

17 *Collationes Archipresbiteratus post litem circa Collegialitatem institutam factæ non possunt pro Collegialitatis declaratione exhiberi*

18 *Actus extraiudicialis non consideratur.*

19 *Votum vnius ex Rotæ Auditoribus nomen Collegiatæ tribuens Ecclesiæ vti non admissum à Sacra Congregatione Collegialitatem inducere non valet.*

20 *Testes non deponentes de signis inferentibus ex necesse Collegium, Collegialitatem non probant.*

21 *Rotæ Sacræ Rituum Congregationis declarationes reuerenter excipere consueuit.*

DECISIO CXCII.

SENTENTIAS editas contra Archipresbyterum Diui Antonini Terræ Saponariæ iterum Domini responderunt obesse Presbyteris eiusdem Ecclesiæ, ipsorum licet citatio nulla ex Episcopi parte præcesserit; siquidem plurium annorum cursu Archipresbyter litis defensionem in hoc Sacro Auditorio cum scientia Presbyterorum, ac auxilio substinuit Quinimo actus complures Iudiciales ijdemmet Presbiteri contra Episcopum exercuere, ipsorum mediante Procuratore ad id specialiter in Vrbe constituto, nec non in executionem mandati Rotalis, ac rei iudicatæ obedientiam successiuè Episcopo exhibuere, cui ex ære quoque communi cùm Archipresbitero præstiterunt litis expensas, licet Archipresbyter dumtaxat ad eas damnatus fuisset in sententijs.

Ex qua sanè serie facti omninò diluitur nullitas sententiarum ex omissa Præsbyterorum citatione petita. Vel enim † ad Archi-
1 præsbyterum primario pertinebat causæ defensio, & tunc potuit ab Episcopo Presbyterorum citatio legitimè præteriri, vt aduertit *Alex. in l. sepè 63. num. 70. cum seqq. ff. de re ind. & cons. 86. nu. 9. cum seqq. lib. 2. Dec. cons. 342. num. 7. cæterique in præterita decisione recensiti.* Vel de iure Ecclesiæ Collegiatæ agebatur, cuius tamen contrarium ostendetur inferius; & tunc
2 licet † Presbiterorum æquè, ac Archipresbyteri foret causæ defensio, ita vt omnes debuissẽt citari iuxta *textũ in cap. causam quæ* 10. ibiq; *Host. nu. 1. de Iudic. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 14. num. 104. Rot. coram Mill. decis. 345. per tot. &*
3 *coram Pen. dec. 1233.* Non † tamen Presbiteri nunc colludentes cum Archipresbytero in præiudicium Episcopi poterũt sub omissæ citationis prętextu virtutem sententiarum euitare, dùm in executionem sententiæ Rotalis contrà Archipresbyterum dumtaxat expeditæ, ab ipsis obedientia fuit exhibita Episcopo,
4 ex qua † nedum ratihabitio actorum, & litis de communi consensu ab Archipresbitero patrocinatæ, verum etiam proprij iuris renunciatio inducta censetur, vt probat *text. in cap. ex ore 3. §. quia verò de his quæ fiunt à maior. par. cap. vbi post gloss. in figuratione casus, & in ver. renunciasse not. Host. nu. 3. & Io. Andr. nu. 6. Henr. Boich. nu. 2. & Abb. num. 5. id. Abb. in cap. olim il 3. de rest. spol. num. 9. Gemin. cons. 15. num. 12. circa fin.*
5 Accedente † potissimum refectione expensarum in summa scutorum 400. vlla absque protestatione subsecuta; quæ ostendit apertè antecedentem Præsbyterorũ vnionem cum Archipresbytero in lite tuenda, nec non operatur approbationem quoque sententiarum; ità vt eædem nequeant ab ipsis amplius im-
impugnari ad *text. in l. ad solutionem 5. C. de re*
6 *Iud. cons. 145. nu. 11.* vbi † conclusionem facilius admittit, quoties sponte, & nulla vrgente necessitate, vt in proprio casu, fuerit ab altero non comprehenso in sententijs expleta solutio, *& cons. 146. nu. 9. Rom. cons. 9. ante finem, Alex. cons. 186. nu. 2. vers. secunda dubitatio lib. 2. cum alijs deductis in decisione præterita.*

7 Ecclesia præterea † Diui Antoniui sibi nequit Collegiatæ nomen abscribere, quiâ in eius erectione primęua Presbyteri ibidem sub nomine Capituli non probantur instituti, nec actuum frequentia longæua concurrit per necesse Collegij qualitatem denotantiũ, quorum alterum (cessante expresso Sedis Apostolicæ priuilegio) necessarium reputatur, quoties Ecclesiæ Cathedralis nomen non assumpserit, seu regularis in quibus censetur inesse Collegium, vt tradit *Innoc. in c. postulasti 30. num. 1. de iure patr. Host. in c. nobis fuit nu. 2. eod. tit. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 14. num 138. cum seq. Rot. in Materanen. Archipresbyteratus 31. Ianuarij 1648. §. Quod autem Ecclesia cum seqq. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Corrado,*
8 vbi recensentur † signa diuersa arguentia Collegium, Constitutiones videlicet particulares, ac tractatus in forma Capituli à Canonicis habiti, seruitium commune, ac sigillum nec non arca, ac massa quoque communis vna cum Sindico, quæ omnia ferè numerantur à *Rom. in cons. 436. nu 5. cum seq.* loquente in terminis Auditorum huius Sacri Tribunalis, nec non à *Barbos. de iur. Ecclesiast. vniuer. lib. 2. cap. 687.*

9 Quinimmò triplex saltem Canonicorum numerus requiritur, vt aduertit *Fel. in c. accedentes num. 1. vers. & nota de præscript. Barbos. de iur. Ecclesiastic. d. lib. 2. cap. 4. n. 8. Sanleger. resol. benef. par. 2. cap. 2. §. 3. num. 3. Rot. coram Caual. decis. 649. num. 6. Merlin. decis. 87. nu. 9. & decis. 221. n. 11 par. 6. rec.*

10 Hinc vrgere non valet, quod Presbyteri plures Ecclesiæ inseruiant ibidem congregari consueti: Cùm enim ipsi qualitate Canonicali destituantur, nec Beneficia obtineant in titulum; demonstrationes incassum pro arguenda Collegiata exhibentur, vt tradit *Carena resol. 35. num. 7. vers. & hac maximè Rot. decis. 226. nu. 9. ad fin. par. 1. rec.*

11 Præterea † in Ecclesia Parrochiali beneficiati quoque simplicis Congregationis ad instar solent vti singuli congregari. Adeo quod Presbyterorum existentia, & coadunatio in proposito casu tamquam actus æquiuocus præsumptionem Collegij non valet inducere ad *text. in c. dilecta 14. ibique gloss. notat. de excess. Prał. Garz. ad reg. 8. gloss. 19. nu. 14. & 15. Barbos. de Iur. Ecclesiast. vniu. lib. 2. cap. 6. nu. 13. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 14. num. 58. & 59. Sanleg. resol. benef. par. 2. cap. 2. nu. 5. Caren. resol. 35. num. 8. Rot. in Nolana Primiceriatus 21. Maij 1614. in fin. primi §. coram bon. mem. Card. Fabritio Verospio*, licet
12 communi nomine fructus exigantur ab Oeconomo per Presbyteros electo, quorum Caput Archipresbyter enunciatur, vt aduertit

tit *gloss. in prædicto c. dilecta de excess. Prælat. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 14. nu. 57. Rot. coram Achill. decis. 10. num. 1. de prob. & decis. 673. par. 1. rec.* vbi
13 eam rationē adducit, quod de simplici quoque Congregatione signa hæc valent prædi-
14 cari. Quicquid dicendum † foret in casu, quo Archipresbyter, & Canonici vti vniuersi ac sub vnici corporis forma in aliqua Ecclesia exercerent actus prædictos, vt tradit *gloss. in cap. statutum 22. de elect. lib. 6. Rot. coram Achil. decis. 10. num. 2. de prob. & coram Mantic. dec. 215. nu. 1. vers. vnde*.

15 Qualitas pariter Collegialitatis desumi nō poterit ex diuersis enunciatiuis ab Archipresbyteris æditis, nec non à Confessarijs per ipsos deputatis, siuè ex collationibus Archipresbyteratus per Summum Pontificem tanquam de prima Dignitate præhabitis, quam coniecturam alias admisit *Rot. in decis. 221. num. 20. par. 6. recent.* Siquidem enunciatiuæ vti à per-
16 sonis suspectis † prodeuntes, quibus expediebat qualitatem Collegiatæ imprimere Ecclesiæ, omninò inefficaces reputātur ex theorica *Aret. in cap. cum causam num. 1. de prob. Card. Mant. de tacit. lib. 4. tit. 6, nu. 23. Rot. coram Achil. decis. 8. nu. 1. & 3. de Iurepatr. Buratt. dec. 570. nu. 4* & in his terminis *coram Reuerendissimo Tarraconen. decis. 341. nu. 8.* Collationes verò, æditæ
17 noscuntur post litem institutam †, nec valent pro declaratione consequenter exhiberi.

Nullius quoque roboris visa fuit Archiepiscopi Salernitani relatio Sacræ Congregationi Episcoporum transmissa, ac Votum bo. mem. Orani huius Sacri Tribunalis olim
18 Auditoris: † Relatio enim Archiepiscopi nihil determinat, nec illa tanquam actus extraiudicialis inspici debet. Votum verò O-
19 rani nomen Collegiatæ tribuens Ecclesiæ, à Sacra Congregatione non fuit admissum, vt testatur *Rot. in dec. huius causæ 13. Februarij. 1647 in §. Ad Votum coram bo. mem. Bichio, & 26. Maij 1651. §. penultimo coram Eminentiss. D. meo Cardinali Corrado*. Testes denique pro parte Archipresbyteri olim examinati non deponunt
20 de signis † inferentibus ex necesse Collegium vt exquiritur *Rot. dec. 143. nu. 19. par. 7. rec.*

In quam Domini sententiam eò facilius inclinarunt, quod *Sacra Rituum Congregatio*
21 insignia, ac nomen Canonicorum Presbyteris interdixit, † cuius resolutiones sacrum hoc Tribunal reuerenter excipere consueuit, vt in his terminis testatur *Rota coram Canal. dec 266. num. 5.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Censuum.

Veneris 6. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Vt bona Communitatis validè alienentur consensus totius, vel saltem duarum ex tribus partibus eiusdem communitatis requiritur, vnde isto deficiente alienationem nullo modo sustineri posse deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Bona Communitatis vt validè alienentur, requiritur duarum ex tribus partibus eiusdem interuentus, Iuramentum vtilitatis, & decretum Iudicis*
2 *Census impositio est species alienationis.*
3 *Consensus Communitatis debet accedere in alienatione bonorum illius, & homines illius sunt vocandi & num. 4. & 10.*
5 *De interesse Communitatis quando agitur debent omnes expresse interuenire.*
Attenta præcipuè consuetudine loci & num. 6.
7 *Laudum satis iustificatur quando habet assistentiam Iuris pro se.*
8 *Forma particularis non tollit legis generalis requisita, sed omnia copulatiuè impleri debent.*
9 *Attestatio lite pendente & sine citatione partis facta nihil probat.*
11 *Vtilitas in alienationibus bonorum Communitatis concurrere debet non secus ac minorum & Ecclesiæ quibus equiparatur.*
12 *Licentia, & decretum Iudicis ex falsa causa obtentum non sustinetur.*
13 *Super actu, qui effectum non habuit fundamentum fieri non potest*
14 *In ratificatione actus nulli omnes solemnitates requiruntur, quæ in ipso actu principali debent interuenire.*

DECISIO CXCIII.

NON solum ex defectu solemnitatum, sed etiam causæ & vtilitatis nullitatem censuum, de quibus agitur approbantes DD. fuerunt in secundo loco decisis 11. maij 1661 nam in constitutione procuratorum, qui ad impositionem censuum deuenerunt non cōstat maiorem partem eorum, qui bona communia possident, & duas ex tribus partibus consilij generalis interuenisse, nec possessores simul cum consiliarijs impositionem Communitati fore vtilem iurasse, nec decretum Iudicis in ipso actu interpositum fuisse,
1 vt requiritur ad effectum sustinendi alienationem bonorum Communitatis, ex dispositione *l. fin. C. de vend. reb. Ciuit. lib. 11. Surd. cons. 23. nu. 82. & seqq. Ruin. cons. 189. nu. 5. lib. 1. Cenc. de cens. quæst. 23. nu. 11. vers. quod si in deputatione & seq.* & in specie de impositione census facta vniuersitate Castri seu Villę *Corn. cons. 284. num. 7. lib. 4. Menoch. cons. 80. n. 32. Rota in Comen. pecuniaria 16. Iunij 1662. coram Eminentiss. D. Card. Celso §. siquidem, & duobus seqq.* vbi redditur ratio, quia census impositio est species alie-
2 nationis † vt inquit *Bald. in cap. ad audientiam 32. nu. 9. de reseriptis Rota dec. 33. nu. 2. coram Martino Andr. Romana census 15. Aprilis 1652. coram bo. mem. Bichio, & in alia Romana census 15. Maij 1662. coram R. P. D. meo Bourlemont. §. præsertim.*

Nec aduersatur quod in ipso instrumento mandati Notarius asserat, quod homines hic congregati totum consilium repręsentabant.

Quo

Digitized by Google

Quoniam cum ageretur de re satis graui, ex quo maximum damnum familijs participantibus resultare poterat vt euenit, & de interesse singularium personarum ob vtilitatem, quam ex bonis censitis percipiebant conuocandum erat consilium generale, quod ex trecentum quinquaginta familijs circiter cõstituitur, inter quas adsunt centum septuaginta, quæ participantes appellantur, eo quia glorioſę memorię Comitissa Matilda his tantum familijs, quæ territorium Castri eo tempore habitabant, bona hæc donauit, & eorum
3 consensus † accedere debebat, *Surd.cons.* 290. *nu.* 12. *Menoc. cons.* 726. *n.* 9. *vers. quinimmo vocandi erant, & præter* † *relatos in* §. *non enim* tradit in
4 specie *Corsett. in singular. verbo cõpromissum* 1. *n.* 2. vbi, quod in arduis explicãdis † in vniuersitate
5 debent omnes expressè † interuenire, nec sufficit quod actus explicetur per aliquos nomine aliorum &c quem sequitur *Valenzuel. cons.* 167. *sub num.* 26. *vers. quinimo lib.* 2. attenta præcipuè † consuetudine loci de qua tesles partici-
6 pantium, *Sum. nu.* 30. & forma antiqui laudi vsque de anno 1488. lati super regimine Communitatis, in quo expressè firmatur, quod paruum consilium in alienationibus bonorum Communitatis non se possit ingerere, sed in casu alienationis interuenire debeant duæ partes ex tribus totius Communitatis computando, & habendo respectum ad vnum caput proqualibet familia *d. Sum. nu.* 4.
7 quod quidem † laudum licet adamussim non iustificetur, iuncta tamen depositione testium & obseruantia non est magis præcisè iustificãdum cum habeat præsumptionem, & assistentiam Iuris pro se *Menoch. præsumpt.* 16. *nu.* 3. *lib.* 2. *Rota dec.* 740. *nu.* 12. *coram Buratto, & coram Eminentissimo D. Card. Otthobono decis.* 742. *nu.* 23. *& in Bononien. Laudi* 6. *Iunij* 1653. *coram Eminentissimo D. Card. Celso* §. *nec obstat*.

Hinc parum refert quod adsit Consilium particulare ex viginti quatuor hominibus constitutum à Regimine Bononiæ approbatum, quodque ab illo alias deuentum fuerit ad impositionem censuum super bonis communitatis; census enim vt præfertur impositi à Communitate nunquam approbati, nec fructus soluti fuerunt ex defectu interuentus legitimi numeri hominum Communitatis, sed remanserunt tanquam debitum particulare imponentium, vt deponunt testes *d. Sum. num.* 1. *super* 3. *arti.* in Capitulis vero à Regimine Bononię editis pro gubernio huius Communitatis præscribitur solum forma conuocandi Concilium quæ personæ debeant in eo interuenire, & quando sit legitimè conuocatum. Sed non conceditur facultas alienandi bona Communitatis aut alios actus grauiores, & præiudiciales faciendi, nec per has ordinationes derogatum fuit necessitati à Iure Communi impositæ conuocandi Consilium Generale in rebus arduis, & præiudicium plurium concernentibus, & cum forma particularis à regimine constituta non dicat, quod prædicta pro alienationibus sufficiant, nec repugnant requisitis in *d. l. fin.* per cau-
8 non fuerunt † sublata legis Generalis requisita sed omnia copulatiuè impleri debent *Crauett. cons.* 70. *nu.* 15. *Dec. cons.* 110. *nu.* 1. *ad med. Rota cora Se. me. Greg.* 406. *nu.* 4. *cum pluribus in Cesaraugustana fundationis Conuentus* 18. *May* 1657. §. *his positis coram R. P. D. meo Beuilaqua, & 12. Nouembris eiusdem anni coram R. Papien. &c.* §. *neque defectus*.

Non probatur autem, quod vltra Consilium delli 24. in Castro S. Agathæ non adsit aliud Consilium quodque Generale nunquã conuocatum fuerit, quia datur sola fides Officialium Regiminis Bononiæ, quę tanquam
9 simplex attestatio † lite pendente, & post editam vltimam decisionem facta sine citatione Communitatis nihil probat *l. instrumenta* 5. *C. de probat. add. ad Se. mem. Greg. decis.* 214. *littera B. Rota coram Eminentiss. Card. Otthobono decis.* 215. *nu.* 16. *& in Terracinen pecuniaria* 4. *Iulij* 1659. *coram R. Papien.* §. *Quoniam ad hoc*, & probatum non releuaret, quia nec etiam legitimus numerus ex dd. 24. interuenit, sed nouem tantum præsentes fuerunt, & tamen cum impositio censuum esset merè voluntaria, & ex causa quæ lucratiua supponebatur, si qui e-
10 rant absentes expectari debebant, † & consensus omnium requirebatur *Felin. in cap. cum omnes* 6. *num.* 17. *ad fin. vers. & hanc de constit. Burfat. cons.* 159. *nu.* 7. *& 8. lib.* 1. *Gratian. discept.* 183. *num.* 20. *add. ad Buratt. decis.* 173. *nu.* 9. *vers. videtur insuper Rot. decis.* 855. *nu.* 4. *in fin. part.* 2. *recent. Monasterien. Canonicatus* 20. *Nouembris* 1654. *coram R. D. meo Decano* §. *& quamuis cum relatis per Modern. ad dub.* 60. *Reg. cap.* 31. *nu.* 137.

11 Quibus accedit non solum defectus vtilitatis, † quæ in alienationibus bonorum Communitatis concurrere debet, non secus ac minorum, & Ecclesiæ quibus æquiparatur *Grisell. decis. dolan.* 44. *nu.* 4. sed etiam eorundem participantium manifesta læsio cum pro bonis stabilibus reddentibus annuas libras 1300. impositi fuerint census quorum vsuræ ascendunt ad libras 3000. & bona empta pretio lib. 56500. paulo post data fuerunt in solutum pro libris 33000. qua ratione deficit causa vtilitatis Eminentiss. D. Card. Legato narrata, & licentia ab eo extorta vna cum sequenti
12 decreto Iudicis † tanquam ex falsa causa corruunt *l. magis puto* 5. §. *si ex alienum ff. de reb. eor. Ciriac. controu.* 257. *nu.* 12. *& seq. Rota coram Merl. dec.* 575. *num.* 10. *Bononien. dotis seu tertia* 31. *Maij* 1658. *coram me, & in Firmana Census* 3. *Iunij eiusdem anni coram R. P. D. meo Priolo* §. *cum appareat*. Et frustra ad exclusionem læsionis deducitur locatio bonorum facta nomine Cõmunitatis pro libris 2125. quia fictitiam fuisse, & simulatam ad effectum colorandi vtilitatem, & inducendi Communitatem ad illius approbationem, deponunt testes in *Sum. huius responsionis nu.* 1. *litt. B.* & locatio non fuit
13 effectuata, vnde super † actu, qui effectum non habuit fundamentum fieri non potest *Gabr. cons.* 149. *nu.* 52. *lib.* 2. *Spada cons.* 120. *nu.* 6. *lib.* 2. *Rota dec.* 1073. *sub nu.* 7. *coram Seraph. in recent. decis.* 210. *nu.* 9. *part.* 8. *coram Merl. decis.* 406. *num.* 10. *Romana Castri Orciani* 15. *May* 1662. §.

qua

qua confluſo, & 25. Iunij 1663. coram me §. Ad minucula verò.

Deducta demum approbatio Communitatis pro eius parte negata, non probatur, & probata non ſuffragaretur, quia nulla eſſet ex eiſdem defectibus ſolemnitatum, & cauſę
14 cum in ratificatione † actus nulli omnes ſolemnitates requirãtur, quæ in ipſo actu principali debuiſſent intetuenire *Iaſon. in l. cum ij Quibus §. eam tranſactionem verſ. 2. ff. de tranſact. Rota deciſion. 190. numer. 26. part. 6. deciſ. 42. numer. 18. part. 8. rec. & in Perufina Cenſus 27. Iunij 1653. coram Reuerendiſſimo Zacute §. ſuppoſita itaque.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Bononien Primogenituræ de Luparis.

Veneris 6. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Primogenitura ordinata vt bona in vna perſona conſeruentur poteſt eſſe in ſuſpenſo, ſecus verò in Primogenituris Hiſpaniæ, quæ per momentum temporis ſuſpenſionem non admittunt ex lege particulari regni. Onus deferendi nomen, & arma iniunctum præſumitur intuita conſeruandæ agnationis.

SVMMARIVM.

1 *Conditio deficientia linea ex purificata dicitur poſſe ſufficit, quod vnus de linea ſuperuiuat, niſi ſuccedere non poſſit.*
2 *Subſtitutus ſub conditione admiſſus excluditur deficiente conditione & num. 3.*
4 *Conditionis purificatio ex facto ſpe generationis tollitur.*
4 *Mors filij tunc æquiparatur naturali quando ex ea dies ac mors naturalis parit effectum.*
6 *In Primogenitura nequidem per momentum ſuſpenſio admittitur. Sed declara vt num. 7.*
8 *Onus deferendi nomen, & arma præſumitur iniunctum intuitu conſeruandæ agnationis.*
9 *Primogenitura ordinata vt bona in vna perſona conſeruentur non repugnat quod poſſit ſtare in ſuſpenſo cõcurrente teſtantis voluntate & numer. 12.*
10 *Hæres gratiatus deferendi nomen, & arma quod cadat à commodo primogenituræ, & admittatur ſubſtitutus quando præcedit & num. 11.*
13 *Contrauentio nocet contrauentiſti non autem ipſius filijs, & deſcendentibus naſcituris.*

DECISIO CXCIV.

VOCABATVR Marchio Aeneas de Magnanis ad duplicem primogenituram alteram Matthæi de Luparis, quam poſſidebat cum onere deferendi nomen, & arma eius familiæ ſine mixtura aliarum, alteram Laurentij de Magnanis per mortem Patris purificatam cum eodem onere, & præcepto, quod Primogenitus nõ poſſet ex his duabus primogenituris niſi in alterutra ſuccedere, in illa igitur propriæ familiæ de Magnanis ſucceſſit Aeneas. Hinc orta controuerſia inter ipſum, & Senatorem M. Antonium Luparum comprehenſum, & vocatum in teſtamento Matthæi, ſuper dimiſſione bonorum alterius primogenituræ fuit ab Auditore Generali lata ſententia ad fauorem Aeneæ in Rota vero præuia deciſione coram R. P. D. meo Veroſpio edita ſub die 25. Iunij ſuperioris Anni pronunciatum ad fauorem M. Antonij, ſed coram me cauſa ſemel atque iterum propoſita ſententiam Rotalem infirmandam eſſe reſponderunt Domini.

Animaduerterunt enim hodie quod M. Antonius non eſt vocatus in Caſu quo Marchio Aeneas non deferret Arma, & nomen Matthæi teſtatoris; ſed ſolum in caſu, quo finita & extincta foret linea maſculina legitima & naturalis filiorum Gentilis, ideoque cum iſte caſus nondum euenerit, ex quo adhuc extat Aeneas quia eſt de linea legitima & naturali Gentilis, vtpote eius pronepos ex filio non eſt tactus locus ſubſtitutioni ad fauorem M. Antonij quamuis Aeneas effectus fuerit inhabilis ad aſſumptionem nominis, & inſignium familiæ de Magnanis cum
1 ad effectum excludendi † purificationẽ Conditionis deficientiæ lineæ, ſufficiat quod vnus de linea ſuperuiuat, etiamſi ſi ſuccedere non valeat *l. fil. fam. 117. §. cum quis rogatus ff. de leg. 1. Peregr. de fideicommiſſ. Art. 28. num. 92. Rota deciſ. 145. numer. 8. part. 1. & deciſ. 453. num. 3. part. 2. & deciſion. 251. num. 2. part. 3. rec. & delib. fuit in Leodien. hæreditatis 16. Maij 1653. coram bonæ. Dunozetto, & in Romana Commendæ 21. Februarij 1661. coram R. P. D. meo Albergato confirmata ſub die 6. Februarij 1662. coram R. P. D. meo Emerix.*

2 Ea efficaci ratione, quia † non incapacitas ſuperuiuentis, ſed defectus conditionis eſt qui ſubſtitutum excludit, vt aduertit *Rip. l. ex facto §. ex facto num. 10. verſ. reſpondetur ff. ad Trebell. Mantic. de tacit. lib. 11. num. 6. nu. 15. verſ. his obiectis. Ciriac. Contr. 478. numer. 11. Alciat. Conſ. 50. alias 505. num. 3. verſ. non obſtat* & propterea † non debet attendi, an ſuperueniens
13 ſit capax, & habilis, ſed an euenerit conditio. *Ciriac. d. contr. 458. num. 9. & 10. Grat. diſc. for. cap. 773. num. 7. & ſeqq. Rota in Romana fideicommiſſi de Soricis 22. Maij 1643. coram Reuerendiſſimo Cavillo, & in Mediolanen. Bonorum 17. Martij 1648. coram bon. me. Bichio & in Romana Donationum 25. Maij 1657. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Non obſtat, quod licet non defecerit linea naturalis Gentilis reputetur tamen defeciſſe ciuiliter, dum nullus in ea reperitur capax, & habilis ſucceſſionis quia cũ adſit ſpes probabilis, quod Aeneas poſſit generare filios qui aſſumant nomen, & familiam Matthæi teſtatoris, adhuc nõ poteſt dici purificata conditio extinctionis lineæ Gentilis ſub qua eſt vocata linea M. Antonij, ſed eſt exſpectan-

pectanda mors naturalis Aeneæ, cum etiam
4 ſola † ſpes procreandæ ſobolis impediat pu-
rificationē conditionis vt ex *tex. in l. 1. §. ſi quis proximior ff. unde cognati, & in l. 3. §. ſi pars hereditatis pet. & in l. 2. §. ſiue apud hoſtes ff. ad Sen. Conſ. Tertull. & in l. ſi duobus ff. de leg. 1. Fulgos conſ. 185. num. 1. ante fin. Vinc. de Franch. dec. 169. num. 13. add. ad San. mem. Greg. deciſ. 338. numer. 16. & coram Burati. deciſion. 322. numer. 12. Rota deciſion. 593. numer. 1. part. 2. rec. & in Ferrarien. legati 5. Martij 1663. coram R. P. D. meo Vicecomite*.

Alias aperiretur ſucceſſio ad fauorem ſubſtituti, quantumuis ex Aenea naſci poſſent, filij, quod eſt omnino alienum à voluntate teſtatoris, qui non vocauit M. Antonium niſi penitus deficeret linea legitima, & naturalis Gentilis per mortem naturalem. Ideò vt euitetur hoc ingens præiudicium filiorū exiſtentium in medio expectari debet mors
5 naturalis Aeneæ, nec ſufficit mors ciuilis, † & ficta, quæ tunc ſolum æquiparatur naturali, quando eundem effectum parit, ac mors naturalis *Surd. conſ. 90. per tot. 35 de ſubſtit. part. 2. cap. 68. Fuſar. cod. tract. queſtion. 430. numer. 14. & ſeqq. Olea de ceſſione Iurium tit. 3. queſt. 4. numer. 33. & 42. Rota in Bononien. fideicommiſſi de Blanchettis 28. Ianuarij 1632. coram bon. mem. Cardinali Hieron. Verospio & in dicta Leodien. hereditatis 16. Maij 1653. coram Dunozetto, & in Bononien. fideicommiſſi de Buccaferris 24. Maij 1655. coram Reuerendiſſimo Zacchia*.

6 Neque refert quod verſemur in † primogenitura in qua non admittitur ſuſpenſio nequidem per momentum temporis, vt *not. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 10. num. 38. cum ſeqq. & alij in deciſione R. P. D. meo Verospij*
7 adducti. Quia propter quod Molina, † & Cæteri Hiſpani locuntur de maioratibus Hiſpaniæ qui ex particulari lege Regni nō poſſunt ſtare in ſuſpenſo, non autem in primogenijs Italiæ in quibus talis lex non concurrit, & quas poſſe ſtare in ſuſpenſo voluerunt. *Franc. d. dec. 169. Surd. conſ. 123. num. 40. & ſeqq. Cephal. conſ. 458. num. 23. Menoch. conſ. 808. num. 31. Caluin. de æquit. lib. 2. cap. 102. num. 122. Rota coram Burat. deciſion. 322. num. 13. & deciſion. 346. numer. 21. & deciſion. 394. numer. 22. & 24. & 25. part. 5. rec. & alij ab informatibus cumulati*.

Primogenitura non fuit principaliter ordinata pro conſeruanda agnatione, ſed vt bona conſeruentur in vno capite, quod patet, nedum quia teſtator agnatis prætulit nepotes ex ſorore quos primo loco vocauit, ſed etiam quia poſt extinctam deſcendētiam ſororis vocauit illam primogeniti M. Antonij Senioris de Luparis, & defecta linea primogeniti vocauit Baldaſſarem & M. Antonium fratres & eorum vltimo morienti cum filijs, vel ſine ſubſtituit extraneum de fam. de Paſis ſine vlteriori ſubſtitutione illum præferendo ipſis filijs M. Antonij & Baldaſſaris, ex hac enim inordinata vocatione non facta de agnatis priuſquam de cognatis, & ex intermiſſa, ac interrupta ſubſtitutione M. Antonij & Baldaſſaris, & Alterius de Paſis, non facta ſucceſſiuè de gradu in gradu, ceſſat,
8 quod † onus deferendi nomen & Arma fuerit particulariter iniunctum intuitu conſeruandæ agnationis, vt ita conſuluerunt *Burſat. conſ. 300. num. 68. Curt. Iun. conſ. 49. num. 7. Menoch. conſ. 803. nu. 8. in fin. & nu. 14. Gabr. conſ. 97. nu. 28. in fin. lib. 2. Bero conſ. 77. nu. 22. lib. 2. Mart. conſ. 61. n. 4*.

Fortius autē ex quo teſtator id ipſum expreſsit in teſtamento, *ibi ad hoc, vt bona ipſius teſtatoris non diuidantur, ſed vnita ſient, & conſeruentur in vna eademque perſona*. Nec abhorruit vt primogenitura per aliquod temporis ſpatium ſtet in ſuſpenſo. Tum quia vocauit etiam naſcituros in infinitum. Tum quia licet voluerit in omnibus lineis conſeruari bona in vno eodemque capite, voluit tamen vlteriorem non admitti niſi linea de Magnanis prædilecta prius finita, & extincta. Tum denique quia expreſsè in tribus caſibus contrauentionis ſuæ voluntatis priuauit hæredes ad tempus incipiens ſuſpenſionem, ad decē-
9 ninm Itaque † concurrente voluntate teſtatoris non repugnat quod primogenitura particulariter ordinata, vt bona conſeruentur in vna perſona poſſit ſtare in ſuſpēſo, vt dixit *Rot. in Rec. dec. 346. num. 21. & dec. 394. numer. 22. & ſeqq. part. 5.* & in ſpecie dictum fuit *in Ciuitatis Caſtellana Primogenitura 27. Maij 1661. coram Reuerendiſſimo Domino meo Cerro Decano*, & admittunt, etiam quamplures deciſiones exuerſo adductæ, vt præcipuè *Ia. 424. num. 27. part. 9. rec. & in illa Bononien. fideicommiſſi de Barberijs 5. Decembris 1650. coram Eminentiſſ. D. Card. Gotzado & in cad. ſub die 19. Februarij 1652. coram bo. me. Bichio*.

Retenta hac interpretatione patet reſponſio ad concluſionem, quod grauatus deferendi nomen, & Arma cadat à commodo primogenituræ & admittatur ſubſtitutus. Nam
10 ita procedit, vel quando ſubſtitutio † facta fuit ſub eadem conditione, & vltimus de linea eſt deſtitutus ſpe habēdi filios, vt erat caſus deciſionis in Tiburtina fideicommiſſi 27. Iunij 1640. corā bo. me. Cardinali Panzirolo. Vel reſpectu primogenituarum Hiſpaniæ
11 quæ † ex diſpoſitione peculiari l. 49. Tauri deferuntur exiſtentibus de tempore delatæ
12 ſucceſſionis. Aliud † autem hic vbi M. Antonius nō eſt vocatus niſi in defectum lineæ legitimæ, & naturalis filiorum Gentilis, nec teſtator ſe reſtrinxit ad tempus delatæ ſucceſſionis, ſed conſideranit, & reſpexit ad filios, & deſcendentes ex eadem linea de quorum poſsibilitate, & natiuitate dum ſperari poteſt nō eſt incōueniens, vt interim remaneat primogenitura in ſuſpenſo vti firmatum eſt. Quibus Aeneas contrauentiendo præcepto Matthæi Teſtatoris non potuit præiudicare,
13 quia † talis contrauentio nocet quidem, & præiudicat ipſi Aeneæ contrauenienti, non autem filijs & deſcendentibus naſcituris, vt addit *Criſtof. de Paz de tenut. ex aduerſo allег. cap. 25. num. 24*.

Et ita

Et ita partibus hinc inde scriptis informantibus decisum &c.

R. P. D. TAIA.

Bononien., seu Nonantulana deuolutionis bonorum.

Veneris 6. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Verba *vsque in ipsius tertiam generationem* in Emphyteusi Ecclesiastica adiecta non patiuntur ad pronepotes extensionem, cum ista vltra nepotes non progrediatur, nec verba specialiter de vno loquentia ad alium sunt extendenda. In Emphiteusi Ecclesiastica necessaria est præscriptio quadraginta annorum.

SVMMARIVM.

1 *In Dispositionibus stricti Iuris non veniunt pronepotes, quando de illis mentio facta non fuit.*
2 *Emphiteusis Ecclesiastica transit in filios & nepotes, & non vltra.*
3 *Masculus excluſus à fœminis semper est excluſus, & semel factus locus fœminis non est faciendus locus denuo masculis iam finitis.*
4 *Fœmineus sexus descendentium Emphitenta non est præferendus sexui masculino descendentium ipsius vt ille excedat neptes, hic non excedat nepotes.*
5 Alexander conſ.125.numer.17. lib.5. *redarguitur.*
6 *Statutum locum habet in bonis Emphiteoticis.*
7 *Nihil se ipsum generat.*
8 *Dictio* vsque, *pronomen* ipsius, *& verbum* completam *quam extensionem patiantur.*
9 Baldus ad Auth. si quas rumas C. de Sacro-Sanct. Eccles. num. 4. *declaratur.*
10 *Verba* vsque in ipsius tertiam generationem *in casu quo deficit copula & stant demonstratiue non augumentatiuè ad personas expressas, tanquam constituentes tertiam generationem paternam.*
11 *Verba* vsque in ipsius tertiam generationem *debèt exponi pro recipiente in emphiteusim, eiusque filijs, & nepotibus ne contrarientur antecedentibus.*
12 *Prælatus si comprehendere voluisset etiam pronepotes, illos nominasset, eo modo, quo filios, & nepotes expressit.*
13 *Differentia verborum relatiuorum habet & facit eamdem rationem.*
14 *Prælatus si voluisset comprehendi pronepotes in emphiteusi sibi concessa vsque in tertiam generationem apposuisset copulam &*
Secus si illam non opposuit & nu. 15.
16 *Verba* completæ generationis *communia sunt omni generationi, vt completa sit, si comprehensa sit & nu.* 17.
18 *Verba specialiter loquentia de vno non sunt ad alium extendenda.*
19 *Pronepos vt dicatur excluſus sufficit vel sublata dubitatio, vel abundantia verborum vel ipsa amb-*
iguitas contra ipsum nu. 20. & 21.
22 Decisio 221. num. 1. par 3. recent Alexand. conſ. 110. nn. 18. & 19. lib. 3. & Rota coram Seraphino decis. 1362. nu. 2. declarantur, *nu.* 23. & 24.
25 *Doctrina nulla generaliter falsa est, quæ non aliqua vera intermisceat.*
26 *Ignorantia sicut in educitate ita in deuolutione præsumitur.*
27 *Emphiteusi finita in nepotibus, si admittendi essent pronepotes in illa non expressi ageretur de nouo.*
28 *In Emphyteusi Ecclesia necessaria est præscriptio quadraginta annorum.*

DECISIO CXCV.

AVGVSTA Abbatia sequendo formam aliarum concessionum locauit Procuratori Hieronymi *pro eodem, & eius filijs, & nepotibus masculis legitimis, & naturalibus stipulanti, & conducenti, quos si non habuerit, vel si habuerit, & penitus defecerint, quod tunc bona deueniant in eiusdem Hieronymi filium, vel neptes legitimas, & naturales, & quæ virum legitimum, & naturalem accipiant, & rem Patris possideant vsque in ipsius Hieronymi tertiam generationem completam, qua expleta, bona cum omnibus suis meliorationibus reuertantur &c.* Hieronymus genuit Fabium, Fabius Cæsarem, Cæsar Ioannem Paulum, & Victoriam; Prætendentibus autem Abbatia deuolutionem, Victoria verò retentionem, & se comprehensam, proposui dubium 25. Iunii præteriti, cumque tunc non liqueret, hodie iterauí, & DD. consulare de deuolutione responderunt.

Quia clara vita sunt verba illa concessionis, *pro Hieronymo, & eius filius, & nepotibus masculis, & pro eiusdem D. Hieronymi filiabus, vel nepotibus*, & tum ad mentem Partium, cum concessio facta fuerit pro Hieronymo, filius, & nepotibus, & de pronepotibus non sit facta mentio, & sic non comprehendantur in
1 istis dispositionibus, quæ † sunt stricti Iuris, vt inquit *Paul. Castr. conſ. 338. lib. 2.* tum etiam
2 ad mentem Iuris, † quo in emphiteusi Ecclesiastica est hoc expresse statutum, quod transeat in filios, & nepotes, & vltra non progrediatur &c. *ad §. emphyteusim. Auth. de non alien. & permut. bon. Eccles.* apud *Paul. Castr. dicto conſ. 338. numer. 2. vers. sed in emphyteusi Ecclesiastica, Rota coram Merlin. dec. 420. num. 8. à vers. Quæ certiora, & decis. 450. numer. 2. & in simillima Emphyteusi infrascripta decisione 39. nu. 2. & seqq. part. 8.*

Et maximè quod masculinæ generationes terminatæ sunt in nepotibus, quibus deficientibus subrogatæ sunt fœminæ, itaut etiam extante pronepote, filia vel neptis illum exclu-
3 sisset ad litteram, & semel † excluſus masculus à fœminis semper est excluſus, & semel factus locus fœminis, non est faciendus de-
4 nuò masculis iam finitis; nec † sexus fœmineus descendentium Hieronymi præferri debet sexui masculino descendentium ipsius, vt ille excedat neptes, hic non excedat nepotes:

5 tes: quo bono argumento malè arguit † *Alexand. conſ. 125. numer. 17. verſ. Præterea lib. 5.*, videlicet à pronepotibus admiſſis ad pronepotes admittendos, quaſi proneptes admittantur, & durius ipſe interpretatur præcedentia, (& quidem certiora de maſculis filijs, ac nepotibus tantùm) per ſequentia, & incertiora de fœminis vſque in tertiam ipſius acquirentis generationem, niſi certa pariter, & clara de filiabus, ac neptibus nominatim omnia ſint in dicto conſ.

Et planè congruunt Statuta præferentia maſculos fœminis, diſcretis non generationibus, aut gradibus, ſed ſexibus, vt Statu-
6 tum † locum habet in his bonis emphiteoticis, ad *Bart. conſ. 60. num. 1. verſ. Item niſi prædicta lib. 1. Paul. Caſtr. conſ. 300. d. fin. verſ. Item nec obſtat. lib. 2. Clar. §. Emphyteuſis quæſt. 32. n. 4.* & paſſim Rota & maximè *coram Canaleri tota dec. 555. & tota dec. 583.*

Nec obſtiterunt ſola verba *vſque in ipſius Hieronymi tertiam generationem completam, qua completa &c.* cum traditis à *Baldo ad Auth. Si quas ruinas C. de Sacroſanct. Eccleſ. num. 4. verſ. Aut inſtrumentum dicit. Vſque in tertiam generationem*
7 *ipſius, tunc includitur pronepos, quia † nihil generat ſeipſum. &c. Rota coram Ludouiſ. deciſ. 522. numer. 1. & coram Merlino deciſion. 420. à numer. 1.*,
8 conſideratis † præſertim dictione *Vſque*, pronomine *Ipſius*, verbo *Completam &c.* quæ cõſiderauit *Rota coram Coccino in Foroſempronien. ſeu Eugubina Emphyteuſis 16. Iunii 1636. §. Nec præfata.*

Quia (vt proſequuta tunc eſt Rota) pro reſolutione rurſus conſiderauit DD. ſenten-
9 tiam † Baldi cum cæteris, quæ in obiecto ponderantur, poſſe procedere, quando facta eſſet ſimpliciter conceſsio Titio, & eius deſcendentibus vſque ad tertiam illius generationem completam: non autem quando precedit expreſſa determinatio, ſeu deſignatio perſonarum, quibus ſpeciatim conceditur, prout in caſu noſtro, in quo prius Hieronymus acquiſiuit ſpecificè, & determinatè pro ſe filijs, & nepotibus, additis immediatè ver-
10 bis, *vſque in ipſius tertiam generationem*, † quæ propterea hoc caſu, in quo deficit copula, &, ſtant demonſtratiuè, non autem augumentatiuè ad perſonas expreſſas, tamquam conſtituentes tertiam generationem paternam, vt pulchrè aduertit *Paul. Caſtr. dicto conſ. 338. num. 1. à verſ. Nec obſtat*, punctim *in dicta Foroſempronien. §. Quia pro reſolutione*, confirmata comprobataque *7. May 1638. dec. 39. ab init. part. 8. cum alijs*, & præcipuè *Cephal. conſ. 382. num. 9. maximè num. 14. & conſ. 636. numer. 8. Gabr. conſ. 90. num. 1. à verſ. Secundo quia lib. 1.*

11 Hoc ampliùs explicato, quod verba illa † *vſque in tertiam ipſius generationem*, nè contrarientur antecedentibus, debent exponi pro
12 recipiente, eiuſque filijs, & nepotibus, & ſi Prælatus † voluiſſet comprehendere etiam pronepotes, illos nominaſſet, quemadmodum filios, nepotes que expreſsit &c. apud *Rotã in dicta Foroſempronien. ſub dicto §. Quia pro reſolutione, et Paul. Caſtr. dicto conſ. 338. ab init. & num. 2. verſ. Præterea, Bart.*, & *dicta deciſ. 420. num. 14. verſ. Et verba*; Licèt ibi agatur de
13 verbis nonrelatiuis, ſed abſolutis *In tertiam generationem*, quia † differentia huiuſmodi verborum relatiuorum, *vſque in tertiam ipſius generationem*, habet nihilominus, & facit eamdem rationem apud *Paul. Caſtr. & Rotam*, quæ ibi legitur quoque inter *Paul. Caſtr.*, & *Rota*.

14 Vel ſi prælatus † ampliare voluiſſet, & vt comprehenderentur pronepotes, appoſuiſſet copulam, &, dicendo, *& vſque in ipſius ter-*
15 *tiam generationem*, † ſecus ex quo non appoſuit copulam, vt punctualiter ait, & textualiter probat *Paul. Caſtr. dicto conſil. 338. dicto num. 2. verſ. Si enim ampliare*, & refert *Rota dicta deciſion. 420. dicto numer. 14. verſ. Vel poſt nepotes*.

16 Nec inſuper attinent verba ſequentia † *completa generationis, qua expleta &c.*, quia cõmunia ſunt omni generationi, vt completa ſit, ſi comprehenſa ſit, & quæſtio eſt de ea ſtatuenda, & quæ ſit tertia, vt de huiuſmodi aduerbio *Incluſiuè*, contra pronepotes reſpondit *Menoch. conſ. 883. num. 15.* præcipuè cum *Rotã coram Verall. deciſ. 18. numer. 3. & deciſ. 112.*
17 *nu. 3. part. 2.* & in puncto horum verborum † & generationis finitæ, & completæ vti pertinentium ad ſolam determinationem incluſionis, & dubiæ dictionis *Vſque*, *Bald. conſil. 375. num. 2. à verſ. Sed ego dico lib. 4. Soccin. ſen. conſ. 25. num. 2. lib. 1. Gabr. conſ. 68. num. 1. maximè numer. 5. lib. 2. Rotã coram Verall. d. deciſion. 118. numer. 3. & 4. & deciſion. 518. numer. 4. part. 4. diuerſ.*

18 Et placuit alicui obſeruatio † verborum ſpecialium *vſque in ipſius Illuſtriſſimi D. Comitis Hieronymi tertiam generationem completã*, quæ nõ ſolum relatiuè *Ipſius*, ſed repetitiuè, & nominatim non fuerint adiecta ad excludendã ipſius perſonam à numero generationum, maximè ex ſuprafcriptis, & ſine dictione copulatiua, & ampliatiua, ſed vti ad demonſtrationem ipſarum trium generationum iã per acquirentem, filios, & nepotes explicatarum, ita ad demonſtrationem eiuſdem ipſius perſonæ connumeratæ, & ſic ad reſtringendam, vel demonſtrandam perſonam ipſius Illuſtriſsimi D. Comitis, non alterius, ſicut ad declarandum, apud *Spad. conſ. 106. nu. 4. à verſ. Sed in caſu noſtro lib. 3.* Quia etiam tripartita per ſexum maſculinum, & fœminum ſucceſsione, & generationibus ſingulis, prælatoque maſculino, verba videntur adiecta ad colligendum tamen tres, non autem ſex generationes, maximè explicatis pariter filiabus, ac neptibus, vt filiis, ac nepotibus, vbi facilè potuiſſent explicari etiam pronepotes, ac proneptes; & neutrobi expli-
19 catis; Et ſatis † eſt vel ſublata dubitatio, *l.*
20 *quæ dubitationis 82. ff. de reg. iur.*, vel † abundantia verborum *l. non ſolent 94. ff. de reg. iur.* optimè *Gabr. dicto conſ. 90. num. 12. & 13.* vel
21 ipſa † ambiguitas contra proneptem *l. veteribus 39. ff. de pact.*

22 Nec

22 Nec obſtitit † *deciſ.221.num.1.part.3. recent.* ibi enim inueſtitura fuit facta ad vitam Ioãnis, & Alexandri fratrum, & eorum filiorum vſque ad tertiam eorum generationem, & filijs acceptis ſiue ſtrictiùs pro primo gradu, ſiue latiùs pro omnibus deſcendentibus, non præceſſerat expreſſa determinatio, & deſignatio perſonarum &c., vt ſupra, & ij filij, vel erant à primo gradu extendendi, vel ab infinitis reſtringendi ad tertiam generationẽ relatam ad acquirentes, & ab acquirentibus inchoandam.

23 Minus obſtitit † *Alex.conſ.110. numer.18.& 19. lib.3.* & in puncto, & fortè in cauſa *dicto conſ.125.num.5.* licèt *Alexandrum dicto conſ.125.* ſequuti ſint alij apud *Mantic.de tacit.tit.25.numer.25. lib.22.* Quia non eſt Diſcipulus ſupra Magiſtrum, & coram Coccino auctoritate, & ratione prævaluit ſententia Pauli; & Alexander *dicto conſ.125.* multa contra veritatem ſcripſit, & poſt *Bero* notauit *Roueſcal.ad dictum conſil.ab init.* & ſpecialiùs, aut ignorauit, aut prætermiſit opinionem contrariam Pauli, & præterea Alexander multũ oppugnauit propriam opininionem per ipſam relationẽ verborum, *vſque in ipſius Iacopini tertiam generationem*, ad filios, & nepotes proximè dictos *d. conſ.125.num.4.*, ſed nihil reſpondit, vt repugnaret.

24 Minus obſtitit etiam † Rota coram *Seraphino deciſ.1362.nu.2.* vbi dicit *d.conſil.Caſtrenſ.* eſſe contra communem, quia in ſuo deciſo articulo dicit, & in illa formula ſimplici, *ad tertiam ipſius Antonij generationem*, ſine præcedenti expreſſa determinatione, & deſignatione perſonarum, & contra indifferentiam formularum, *In tertiam generationem*, ſine aliqua relatione, *& in tertiam ipſius generationem*, cum relatione ad acquirentem, & hactenùs conſilium Caſtren. eſt contra communem *d. conſil. 338.num.1. verſ. Nam primò mirandum vſque ad num.2. verſ. Praterea*, videlicet in hac indifferentia poſitæ, ac tacitæ relationis, quam tamen cum Paulo dicto loco probarunt *Cephal. dicto conſ.582.num.15. Clar. §. Emphyteuſis quæſt. 34.verſ.Sed certè. Gabr.de iur. emphyt.concl.4.numer.2.*, nec reprobarunt alij *Honded. conſ.32. num.39.lib.2. Rota coram Verall.dicta deciſ.18.numer.2. verſ. Paulus de Caſtro, & dicta deciſ. 112. num.2.*, atque ita diſtinctis locis Conſilij, diſtinctis etiam caſibus allegatur à Mantica; videlicet quando Emphyteuſis fuit alicui conceſſa *vſque in tertiam ipſius generationem*, *d. tit. 25.numer.16. & ſeqq.* & quando Emphyteuſis fuit alicui conceſſa *pro ſe, & filijs, & nepotibus vſque in tertiam generationem*, *dicto num.25 verſ. Et licèt Paul.Caſtr.* quod ſine copula ad demõſtrationem, non autem augumentum; vt ſupra non habet dubietatem, *Mareſcott.var.reſol.53.num.2. lib.2.*, & in hoc non reprobatur dictum conſilium, inquit *Rota coram Merlino dicta deciſ.420.num.14.* quidquid aliqui, & Mantica ſenſerint etiã addita relatione *Ipſius*, ſed ſine copula, vt ſupra, & poſtea cum copula apud *Mantic. ſeq. num.27.* Ita Conſilium Caſtrenſ. non eſt contra communem, niſi ad

ſpecialem illam Deciſionem coram Seraphino, atque ideò ſpecialiter, vt generaliter nul-
25 la porrò falſa Doctrina eſt, quæ non aliqua vera intermiſcear, inquit *Sanctus Auguſt.quæſt. Euangel. 40.lib.2.*

Alia breuior quæſtio fuit de obſeruantia, quæ generalis non decebatur, ſpecialis autem de permiſſo dudum Ioanne Paulo pronepote fratre huius proneptis, qui prædium controuerſum ſine controuerſia ſemper poſſe-
26 dit, nulla viſa fuit; Tùm quia ſicut † in ea-
ducitate, ità in deuolutione ignorantia præſumitur, & in hoc caſu eſſet iuſta, quia ſolutio fiebat in manibus Arrendatariorum, & Miniſtrorum &c. apud *Rot. coram Ludouiſ.deciſion. 529. numer. 17. & ſeqq.* Tum etiam, &
27 fortiùs quia finita † iam Emphiteuſi in ne-
28 potibus agitur de noua. In Emphyteuſi † verò Eccleſiæ præſumenda neceſſario eſt præſcriptio quadraginta annorum, *Menoch. præſ. 308.num.5.lib.3. Antonell. de temp.legal. cap.73. num.6.lib.2.cum aliſ.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO

Nunc. S. R. Eccleſ. Cardinali.

Ferrarien. pecuniaria.

Veneris 6. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Creditum quomodo probetur, & quando libri pro ſcribente probent, qui à debitore ſemel approbati non poſſunt amplius ab ipſo impugnari. Mercatores quomodo partitas creare ſoleant, & alia de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Computorum ſolidatio probat concludenter creditum contra ſolidantes in ſumma in computis firmata.*
2 *Libri legaliter texti etiam pro ſcribente probant.*
3 *Libri approbati à debitore pro vna non poteſt alietera vice vltes impugnare.*
4 *Mercatores ſolent creare partitas per modum creditti, non per modum ſolutionis.*
5 *Fideiuſſor probata inſtitia crediti cum obligatione de repraſentando debitorem, ſi illum non repraſentauerit intra tempus conuentum conſtituitur in mora, & ad ſolutionem debiti adſtringi valet abſque alia interpellatione & nu.6.*
7 *Debitore principali moriente liberatur fideiuſſor ab onere illum repraſentandi.*
Quod declara vt num.8.
9 *Caſus ſuperueniens poſt ius alteri quæſitum non admittitur.*

DECISIO CXCVI.

AD INSTANTIAM Ioannis Bonetti fuit vigore ſuſpicionis fugæ carceratus Pallapontes in Ciuitate Ferrariæ prætenſus

debitor scutorum 9. mil. occasione Societatis frumenti, & bladarum inter ipsos contractæ. Cum autem Petrus Savionus mediante Procuratore ad hoc specialiter deputato promiserit illum repræsentare in Carceribus infra duos menses, & postea quandocumque sub pœna debita illumque non repræsentauit, ideò Bonettus Creditor iudicium contra eumdem Savionum fideiussorem pro debiti solutione, & hinc inde sententiæ in Curia emanarunt. At causa deuoluta ad Rotam & commissa Eminentissimo Domino Cardinali Celso, tunc Rotæ Auditore dubitatum fuit 24. Ianuarij 1663. An, & ad quid Savionus teneatur, & tunc dilata resolutione, iniunctum fuit, vt strictè videretur de Iustitia Crediti. Vnde prosequendo disputationem coram me in eius locum subrogato dubium repropositi, & hodie resolutum fuit Savionum teneri.

Etenim respectu partitæ librarum 1592. creditum Bonetti probatur ex solidatione Computorum facta inter ipsos socios anno 1647. vbi Passapontes se constituit debitorē Bonetti in d. quantitate summario eiusdem
1 *num.* 8. quæ quidem solidatio Computorum probat concludenter Creditum contra Solidantes in summa ibidem firmata, vt notat *Alex. conf. 141. num. 4. lib. 6. Rot. in Romana pecuniaria 26. Iunij 1648. §. 1. & 20. Iunij 1650. §. eoque libentius coram Eminentissimo D. Card. Celso & in Romana seu Marsicana pecuniaria 12. Maij 1662. §. Iustitia vero coram R. P. D. Bourlemont.*

Respectu verò residui vsque ad summam scutorum 9. mil. probatio desumitur ex litteris Cambij ab eodem Bonetto solutis post dictorum solidationē dicto summario *numer. 9.* ac etiam aliis solutionibus factis venditoribus Bladarum summario *num. 10.* & insuper ex partitis librorū negotij ipsius Bo-
2 netti formiter extractis, qui † libri tanquam tenti legaliter & ex præfatis scripturis adminiculati probant etiam pro scribente *Bart. in l. admonendi n. 27. ff. de Iur. Iur. Surd. cons. 543. in fin. Guidop. decis. 441. per tot. Buratt. decis. 344. num. 9. Card. Caual. decis. 484. sub n. 4. cum pluribus congestis per Add. ad. decis. 345. num. 100. & seqq. part. 9. recen.*

Non obstat quod libris præfatis non sit adhibenda fides vti continentibus errorem respectu partitæ scutorum 3. mil. Nam † vl-
3 tra quod Savionus videtur dd. libros approbasse, dum illis vsus fuit ad effectum iustificandi solutionem maioris partis debiti, ideoque non potest reliquas partitas in eisdem libris descriptas impugnare, *vt dixit Rota coram Duran. dec. 352. n. 3. cum seqq. in rec. dec. 388. n. 1. part. 2. cum aliis relatis per Add. ad Greg. dec. 377. littera A.*

Constat in facto nullum adesse errorem aduertendo, quod Passapontes mutuo receperat sub fideiussione Bonetti dicta scuta 3. mil. à Catalano, cui restituere promisit intra sex menses. Cum autem Passapontes tractato tempore promissionem non seruas-
set, & proinde Bonettus tanquam fideiussor fuerit adstrictus illa de proprio exbursare, hinc bene potuit eamdem partitam, quam prius posuerat ad Creditum Passapontis trāsportare ad Creditum Catalani iuxtà morem
4 mercatorum qui † partitas solent creare per modum Crediti non autem per modum solutionis, vt testatur *Add. ad Gregor. decisione 366. littera B. in fin. vers. quia semper mercatores.*

5 Hinc † probata iustitia Crediti non potest Savionus solutionē effugere attēta illius clara obligatione de repræsentando Passapontem debitorem in Carceribus infra bimestre sub pena debita, cum enim illum non repræsentauerit ad formā Conuentionis fuit constitutus in mora per lapsum certi temporis
6 *iuxta Tex. in l. magnam C. de contrab. & commit. stip. vbi communiter DD.* & † indistinctè absque alia interpellatione tenetur ad debitum *l. Sancimus C. de fideiuss. Fachin. contr. Iur. lib. 9. cap. 77. per tot. Carberam decis. Pedem. 49. numer. 6. Rot. post Zacch. de oblig. Com. dec. 44. nu. 1. & seqq. & in Romana seu Neapolitana fideiussionis de repræsentando 25. Iunij 1634. §. Iustitia verò tuam bene. Dunozetto.*

7 Parum obstante, quod † pendente hac lite inter Creditorem & fideiussorem decesserit Passapontes principalis debitor per cuius obitum dicatur liberatus fideiussor ab onere repræsentandi *per Tex. in l. si fe decesserit 4.*
8 *ff. qui satisd. cogant.* Quia † cum obierit post lapsum temporis obligationi adiecti non intrat dispositio dicti Textus quia non suffragatur fideiussori in mora iā cōstituto *ibi si autem post dié exhibitionis decesserit aut amiserit Ci-*
9 *uitatem vtiliter agi potest*, & est regulare † quod non admittitur casus superueniens post culpam, & Ius alteri quæsitum *Surdus consil 12. numer. 58. & in simili dictum fuit in Perusina Census 24. Martij præteriti coram me.*

Denique non subsistit quod procurator à Savione constitutus ad fideiubendum excesserit fines mandati restringendo obligationes ad duos menses, quia poterat hoc facere vigore facultatis sibi traditæ in ipso mandato procuræ, vt patet ex lectura ibi: *pro ea fideiubendum etiam sub obligatione de repræsentando, & reponendo d. D. Dominicum de Passapontis in Carceribus Ciuitatis Ferrariæ, in quibus ad Instantiam D. Bonetti detinetur infra tempus, & terminum inter partes vel earum Procuratores concordandum, vel à DD. Superioribus decretandum.* Maximè cum obligatio eiusdem procuratoris sit cōformis decreto D. Vicegati Ferrariæ, ad cuius formam successit summario Bonetti *num. 2. & 3.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D.

R. P. D. PRIOLO.
Senogallien Parochialis.

Veneris 6. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Vnio ex quibus probetur. Eccleſiam parochialem exemptam eſſe à iuriſdictione Ordinarij, & eſſe de menſa Abbatiæ, per ſigna, & argumenta demonſtrari ſufficit. Beneficij natura per prouiſionem Apoſtolicam non alteratur. Eccleſia regularis ſæcularizata retinet omnia iura antea ſibi competentia. Collatio beneficij per errorem facta ius habenti ad collationem non præiudicat.

SVMMARIVM.

1 *Caſtrum ſicuti ſpectat ad Monaſterium, ita quoque præſumitur Eccleſia in ipſo ſita.*
2 *Nomina Rectoris, & Vicarij vti ſynonima variantur, & promiſcuè ponuntur.*
3 *Vnio ex enunciatiuis antè centum annos, & vltra ſufficienter probatur.*
4 *Enunciatiua emanata à perſonis ſuſpectis concurrentibus adminiculis, & coniecturis benè probant.*
5 *Eccleſiam parochialem eſſe de menſa Abbatiæ ex quibus iuſtificetur.*
6 *Eccleſiam parochialem exemptam eſſe à iuriſdictione Ordinarij, & eſſe de menſa Abbatiæ per ſigna, & argumenta demonſtrari ſufficit.*
7 *Beneficij natura nõ alteratur per prouiſionem Apoſtolicam.*
8 *Eccleſia regularis ſæcularizata retinet omnia iura antea ſibi competentia.*
9 Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. cap. 6. & ſeſſ. 25. cap. 9. de Reformatione *quid mandet; & quomodo intelligendum.*
10 *Collatio beneficij facta per errorem non præiudicat habenti ius ad collationem.*
11 *Vnio non excluditur per viſitationem Epiſcopi cum fieri potuerit iure delegato ex auctoritate eiuſdem Concilij conceſſa Ordinarijs in Eccleſijs Monaſterio ſubiectis.*
12 *Eccleſia vnita Monaſterio eſt exempta à iuriſdictione Ordinarij, & poteſt abſque concurſu conferri per Abbatem.*

DECISIO CXCVII.

AD Eccleſiam Parochialem S. Petri Caſtri Leonis Eminentiſſimus D. Card. Barberinus Abbas, & Commendatarius Monaſterij Sancti Laurentij in Campo, tanquam ad ſuam Abbatiam annexam, & vnitam nominauit, & inſtituit D. Aemilium Amatorium, Ordinarius verò præuio concurſu D. Bartholomæum Polidorum, Vnde orta ſuper hoc controuerſia, & Cauſa in Rota coram me introducta dedi dubium ad quem ſpectaret ius conferendi, & reſponderunt DD. illud ſpectare ad Eminentiſſimum Commendatarium.

Exiſtit enim Eccleſia præfata in Caſtro Leonis, quod vna cum Territorio ſpectat ad Monaſterium, nec non fuit expreſsè relenta ad fauorem ipſius Monaſterij in conceſſione eiuſdem Caſtri per Abbatem facta Ranal-
1 do vſque de anno 1201., vnde † ſicuti Caſtrum ſpectat ad Monaſterium, ita quoque præſumitur Eccleſia *gloſ. in cap. de Monachis verbo prouentibus verſic ſi vero Donatarius de Prabend. Rot. recent. par. 1. deciſ. 102. num. 2., & part. 2. deciſ. 204. eodem numero.*

Quæ præſumptio inualeſcit ex eo, quod Abbates pro tempore ab anno 1450. vſque ad annum 1513. prouiderunt de dicta Parochiali abſque concurſu tanquam vnita, ſcù de membris Abbatiæ, ex quibus prouiſionibus non videtur in dubium reuocanda talis vnio, etiã ſi prouiſi vocati fuerint Rectores, non Vica-
2 rij, nam † iſta nomina, vti ſynonima variantur, & promiſcuè ponuntur *gloſ. in Clem. 1. §. nonnulli quoque verbo Rectoribus vbi Vitalin. n. 35. de exceſſ. prælat. Rot. d. deciſ. 102. num. 1. part. 1., & d. deciſ. 204. numer. 6. part. 2., & deciſ. 58. num. 4. p. 4. tom. 3., & deciſ. 16. numer. 4. part. 6., & coram Merl. deciſ. 95. num. 4. & deciſ. 625. num. 3., & in Pauſilonen. Vicaria 4. Martij præteriti. §. altera vero coràm R. P. D. meo Veroſpio.*

Præſertim quia in Inſtrumentis earumdem prouiſionum expreſsè dicitur quod ad Abbatem Monaſterij Sancti Laurentij ſpectat inſtituere, & deſtituere, viſitare, corrigere, & confirmare, & inſuper in Inſtrumento Anni 1504., quod Eccleſia regi conſueuerat per Presbyteros ſeculares ad nutũ Abbatis amouibiles, quę verba enunciant virtualiter vnio-
3 nem, † quam ex enunciatiuis huiuſmodi ante centum annos, & vltra ſufficienter probari tradit *Garz. vbi ſupra part. 2. cap. 2. numer. 256. Rot. coram Merl. dec. 95. nu. 1. in rec. dec. 580. eodem numero*, quamuis illæ habuerint Originem
4 ab eiſdem Abbatibus, † quia concurrentibus adminiculis, & coniecturis probant, vt reſpondit *Rot. in Perufina Beneficij 10. Februarij 1648., §. ex pluribus coram bon. mem. Bichio.*

Et demũ ex actibus Iuriſdictionalibus, quos Abbates exercuerunt in Eccleſiã & Rectores, & Clericos illius, eoſdem inquirendo, excõmunicando, & abſoluendo, nec non ex interuentu Rectoris Synodo Abbatiali, cum recognitione vnius ex Rectoribus facta vſq; de anno 1580., quod iſta Parochialis erat de membris Abbatiæ ad Collationem Abbatis,
5 aliiſque deductis ab informantibus, † ex quibus omnibus iuſtificatur hanc Parochialem eſſe de menſa Abbatiæ, eique pleno iure ſubiectam; † quod etiam per ſigna, & argumenta demonſtrari ſufficit *Rot. coram Seraph. deciſ. 1304. num. 1. verſ. 3. comprobatur & in rec. dec. 102. numer. 2. part. 1. & deciſ. 204. eodem numero part. 2. & coram Merl. deciſ. 625. num. 2. & in Nullius, ſeù Sancti Seuerini Parochialis 12. Ianuarij 1660. coram R. P. D. meo Benilaqua, & in d. Pauſilonen. Vicaria 3. Martij proximi præteriti coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Non obſtat, quod ab anno 1513. nunquam deinceps Collatio fuerit facta ab Abbatibus, nam ſatis eſt, quod nec minus facta fuerit ab Ordinario, vel alio, præterquam à Sede Apo-
7 ſtolica, † per cuius prouiſionem non altera-

tur primæua natura ipsius Beneficij, iam quę-
sita Monasterio, & Abbatiæ in statu regulari
fuit translata in eamdem Abbatiam sęculari-
zatam, vt expresè cautum fuit ex sęculari-
zatione, quod est etiam conforme dispositio-
8 ni Iuris communis tum, † quia Ecclesia
Regularis sęcularizata retinet omnia Iura an-
tea sibi competentia ex not. *per Prob. ad Mo
nach. in cap. cum de benef. de præben. lib. 6. Abb. in
cap. 2. sub num. 9. de Cappell. Monach.*

9 Nec refert, quod † Concilium Tridenti-
num mandet vniones ab Ordinarijs reuideri,
ideoque vis fieri non possit in visitationibus,
& Collationibus præfatis, quæ sunt ante Con-
cilium, quia Concilium prouidit, in vnioni-
bus factis à quadraginta annis citra, non verò
in vnionibus factis à quadraginta annis ante-
a, quæ præsumuntur solemniter factæ, vt
*in sess. 7. cap. 6. & sess. 25. cap. 9. vers. qua vero à 40.
annis de reformat. & dixit Rot. decis. 4. num. 4. par. 2.
recent.*

Minusuè refert, quod vna ex Collationi-
bus Pontificijs videlicet san. mem. Clementis
10 VIII. legatur facta præuio concursu; † quia
dum ex præfatis constat Parochialē esse vni-
tam, seù de membris, & pertinentijs Mona-
sterij, illa non nocet, nec præiudicat, & cen-
setur facta per errorem *Rot. decis. 580. num. 14.
& seq. par. 9. recent.*

Et licèt Episcopi Parochialem hanc ali-
quando visitauerint; hoc tamen non exclu-
dit vnionem, quia cum Visitationes sint post
Concilium fieri potuerunt Iure delegato ex
auctoritate eiusdem Concilii concessa Ordi-
11 nariis in Ecclesijs subiectis † Monasterio,
vt *in sess. 20. cap. 8. de reform. Rot. in supracitata
Pampilonen. Vicaria 3. Martij proximi præteriti,
§. hanc verò vnionem coram R. P. D. meo Verospio.*

12 Stante igitur Vnione præfata indubitatum
est, Ecclesiam, de qua agitur esse exemptam
à Iurisdictione Ordinarij, & ius illam confe-
rendi spectare ad Eminētissimum Abbatem,
& Commendatarium absque alio concursu,
vt declarat *Gonz. de reg. Cancell. glos. 23. num. 21.
Eotther. de re benef. lib. 2. quæst. 21. numer. 139. Rot.
coram Eminentissimo Otthob. decis. 125. num. 1. & in
Nullius, seù Sancti Severini Parochialis 12. Ianuarij
1660. coram R. P. D. meo Benilaqua.*

Et ita vtraque parte Informante, &c.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO,

Nunc. S. R. Eccles. Cardinali.

Romana Census Vitalitii.

Veneris 6. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

**Acquisitio per administratorem facta ex pecu-
nijs alterius censetur principalis nomine, non
proprio facta Religioso interdicta est negotia-
tio. Fructus Dominium sequuntur. Ad-
ministrator quod suo principali acquirere
voluerit potest elici ex antecedentibus, & sub-
sequentibus administrationibus.**

SVMMARIVM.

1 *Simulatio quando est in personis, & veritas in actu
quæritur Ius veræ personæ, & non fictæ.*
2 *Simulatio licita est de persona ad personam.*
3 *Simulatio cum non sit odiosa legibus ad illam in-
cendam onus non est probare causam simulandi.*
4 *Acquisitio ab administratore facta & pecunijs alte-
rius censetur facta administratorio nomine non
proprio.*
*Præsertim quando agitur de administratore religio-
so, qui votum paupertatis emisit & nu. 5.*
6 *Administratori religioso prohibita est negotiatio.*
7 *Administrator lucrum quod facit ex administra-
ne pecunia sui principalis censetur acquisiuisse ei-
dem principali.*
8 *Testes licet ad perpetuam rei memoriam examinati
iunctis adminiculis, & præsumptionibus magnum
præbent veritatis indicium.*
9 *Administrator acquirens pro persona nominata ex
pecuniis sui principalis, eidem etiam à principio
acquirere voluisse præsumitur.*
10 *Fructus soluuntur domino, & dominium sequun-
tur.*
11 *Liber non exhibitus sub prætextu combustionis in
odium non exhibentis retorquetur, & præsumitur
in illo adesse probatio sufficiens ad fauorem illius
pro quo erat exhibendus.*
12 *Administrator quod voluerit acquirere suo princi-
pali sufficit vt appareat ex præcedentibus, & sub-
sequentibus administrationibus.*

DECISIO CXCVIII.

RECTOR Ven. Collegij Romani anno
1651. imposuit Censum Vitalitium ad
fauorem D. Io. Gregorij Iustiniani, qui cum
declarasset se in eo non habere, nisi nudum
nomen, sed omnem commodum, & incom-
modum spectare ad P. Vincentium Iustinia-
num Societatis Iesu professum, seù ad per-
sonam ab eo nominandam. Hinc orta con-
trouersia inter D. Elisabetham sororem eius-
dem Patris Vincentij, asserentem, Censum
fuisse sibi acquisitum & propria illius pecu-
niâ, & consequenter fructus sibi deberi, &
Collegium prætendens ad solutionem non
teneri, ex quo Census spectaret ad P. Vincen-
tium professum, & eo defuncto ad Societa-
tem, dubitaui, an fructus Census deducantur
Elisabethæ, & affirmatiuè responsum fuit.

Cum enim Census, de quo agitur, licèt
fructus in personam, & ad fauorem Io. Gre-
gorij ad ipsum non spectet, sed ad personam
à P. Vincentio nominandam, & ex pluribus
intra deducendis appareat, personam hanc
fuisse D. Elisabetham sororem P. Vincentij
videtur applicari *Doctrina Baldi in l. cum preci-*
1 *bus C. de probat in fin.* asserentis, quod vbi † si-
mulatio, est in personis, & veritas in actu quę-
2 ritur Ius veræ personæ, & non fictæ †. licita
enim dicitur simulatio de persona ad per-
sonam *per text. in l. si quis gestum C. plus val. quod
agitur Rot. decis. 253. num. 2. par. 4. tom. 3. recent.*, & *
*in Romana cambii 23. Ianuarij 1645. coram Præ-
tingerio, §. 1. in fin. vers. vnde cum veritas.*

Imò

3 Imò cum ista† simulatio non sit legibus exosa, nec tendat in fraudem, vel præiudicium alterius ad illam inducen̄ onus non est probare causam simulandi ex traditis *per Grat. discept. for. cap. 950. num. 40. Merl. decis. 714. n. 6.*

Quod autem P. Vincētius voluerit acquirere Censum controuersum non sibi, sed Elisabethæ sorori desumebatur ex eo, quod cū bona, & effectus eiusdem sororis administrauerit, & de tempore impositi Census æquialentem summam pecuniarum in manibus retinuerit, vt plenè demonstratur in facto,
4 vtique ex iuris præsumptione† omnis acquisitio existimatur facta potius nomine administratorio, quam proprio *ad text. in l. si duo, ff. per quas personas nob. acq. cum alys allegatis in Barchinonen. Alimentorum 12. Maii 1647. §. 2. verò articulus, & 31. Maii 1655. §. 1. quia coram bon. me. Dunozetto.*

Præsertim cum agitur de Administratore
5 Religioso, † ac professo, qui votum paupertatis emiserat, & proindè, cum † pro se ipso
6 esset prohibitus negotiari, nec probetur aliūde habuisse pecunias, quam ex effectibus so-
7 roris ab ipso administratis, † præsumitur ex illius effectibus, & pro illa Censum acquisiuisse ad tradita *per Roman. cons. 346. num. 17. & seq. Cravett. cons. 191. num. 8. post med. versic. non obstat Rot. decis. 245. num. 7. part. 7. recent. & in simili dictum fuit in Romana hæreditatis 9. Aprilis 1663. coram R. P. D. meo Ninot., §. pleniori suffragio.*

Idque suadetur, tum ex eius Epistola scripta sorori de anno 1656., in qua fatetur se vsque ab anno 1650. exegisse plures effectus tanquam ipsius administratorem, & pecunias in illius vtilitatem implicasse, tum ex depositione iurata Raphaelis de Turri nuper defuncti, qui asseruit audiuisse ab ipsomet Patre Vincentio, quod Inuestimenta, & alias negociationes faciebat ex pecunijs sororis sub nomine amicorum ad solum effectum reportandi maiorem vtilitatem ad fauorem ipsius sororis, tum etiam ex attestationibus duorum Testium deponentium pariter de hoc solito Patre Vincentij, inuestiendi pecunias sororis sub nomine tum aliarum personarum,
8 qui †testes licèt ad perpetuam rei memoriam examinati iunctis tamen tot adminiculis, & præsumptionibus magnum præbent Iudiciū veritatis *Caputaque dec. 234. part. 1. & 5. recent., dec. 260. num. 4. Buratt. dec. 306. n. 6.*

Nec releuat obiecta inuerisimilitudo fundata in eo, quod, si Census debuisset acquiri pro sorore facilius eius nomine, & ad illius vitam quam nomine Io. Gregorij impositus fuisset.

Vltra quod enim non est opus indagare Causam, cur P. Vincentius sub nomine aliarum personarum, non autem sororis pecunias inuestiret in obsequio propriæ voluntatis; Adhuc cessat hæc inuerisimilitudo animaduertendo, quod vsque ab initio Census viderur impositus ad fauorem Elisabethæ. Attenta enim declaratione Io. Gregorij Census non spectat ad P. Vincentium, quia cum acquisiuerit pro persona nominanda, vt constat ex d. declaratione Io. Gregorij, & appareat no-
9 minasse, & est† proindè acsi à principio eidem sorori fuisset facta acquisitio *l. si absentis 4. & ibi Bald. in secunda oppositione C. si cert. pet. Rot. in Bononien. Prædii 18. Februarii 1661., §. & quamvis in fine coram R. P. D. meo Benilaqua.*

Et quod ipse Pater Vincentius nominauerit sororem desumitur non solum quia rogauit Io. Gregorium, vt eo defuncto curaret quod fructus Census soluerentur Elisabethæ; quod demonstrat voluisse Censum ad illam
10 spectare, † dum fructus soluuntur Domino, & Dominium sequuntur, *l. ex diuerso, ff. de rei vindicat. Honded. cons. 34. nu. 12. lib. 2. Grat. discept. for cap. 988. num. 11.*

Sed etiam quia in Epistola Sorori directa, expressè asseruit, quod post eius obitum inueniet pingue augmentum bonorum in libro existente penes P. Præpositum Genuæ, nec nō plures declarationes factas ad sui fauorem, qui licèt non exhibeatur, sufficit tamen, quod earum existentia fuerit probata ex Epistola eiusdem P. Præpositi formiter recogni-
11 ta, † quia dum hodie à Collegio non traduntur sub prætextu, quod fuerint combustæ in ipsorum odium censetur in eis adesse probationem sufficientem, & perfectam, vt in his terminis dictum fuit *in Romana, seù Nepesina Tutelæ 8. Iunii 1649., §. fin. coram me.*

12 Et ad effectum † de quo agitur non exigitur præcisa, & indiuidua declaratio per actum expressum, sed sufficit quocunque modo apparere possit ex præcedentibus, & subsequentibus de animo acquirentis, ad cuius commodum, & fauorem voluerit acquirere iuxta deducta *in dec. 401. nu. 11. Greg.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Romana locationis.

Veneris 6. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Adeo odiosa restringenda sunt, vt si pœna à Iure non imponatur, ex partium conuentione, vel Doctorum opinione nasci non valeat, dū ius illius extensionem omninò interdicit. In contractibus pro voluntate contrahentium, elicienda quid veniat attendendum. Locator ex re locata lucrum recipere prohibetur, quando rei locatæ vsum conductoribus denegauit.

SVMMARIVM.

1 *Pœna nulli irrogari debet nisi à Iure decreta fuerit.*

2 *Pœna irrogari non valet etiam Doctorum opinione Iuris auctoritate destituta.*

Etiamsi ex partium conuentione de pœna irroganda decretum fuerit & nu. 3.

4 *Conductor à pensionis consecutione locatorem repellere valet ex sui parte non adimplentem contractum locationis.*

5 Corneus in conſ.152. num.5. lib.4. *in quibus terminis loquatur, & quomodo intelligendus nu.6. & 7.*

8 *in Contractibus pro voluntate contrahentium habenda quid attendi debeat.*

9 *Conuentio inter locatorem, & conductorem quando difficultatem admittit, interpretationem fauore conductorum aſſumere debet.*

10 *Ius pœnarum extenſionem prohibet.*

11 *Locator ex re locata lucrum reportare non debet, dum rei locatæ vſum conductoribus denegauit.*

12 *Conductor ſalinarum tempore locationis exacto non poteſt citrà pœnæ incurſum ſalis venditionem explere dum venditio ad Principem priuatiuè ſpectat.*

DECISIO CXCIX.

IN pretium locationis Venæ Ferrariæ ſcutorum 22500. Domini Rinuccini ſingulis annis ſpoponderant D.Plumbini Principi exhibere eaque cum ſorte, ac fructibus cambij ad ipſorum fauorem ab eodemmet locatore conſtituti ex computare, licet quantitas Vænæ æquiualens ſummæ præfatæ ab ijſdem extracta non foret. Cum verò Conductores in priori anno Venam promiſſæ ſummæ correſpondentem nõ aſſumpſerint dubitandi occaſio proindè contigit, vtrum Vena in decem menſibus quarti anni receptam valeant ijdem Venæ prioris triennij adſcribere, & licet Domini æſtimauerint in deciſione edita die 12. Junij 1662. trium annorum terminum dumtaxat in 14.Capitulo ad Venæ coæquationem Conductoribus fuiſſe præfixum, itaut Vena non extincta intra tempus præfatum deberet cenſeri deperdita. Hodie tamen repropoſito dubio in contrariam iuere ſententiam.

1 Quoniam † pœna priuationis nemini debet irrogari, niſi ex Iuris diſpoſitione illa detegatur ſancita *ad text. in cap.is, qui 18. de ſent. excomm.lib.6.gloſ.in cap. penultimo verbo ex vi ad fin.de Iurepatr.Iaſ.in l.illam numer.12.C de Collat. Alex.conſ.103.num.15.lib.1.& conſ.92. numer.12.*

2 *lib.6.Gemin.conſ.106.numer.7.*, vbi † Doctorum opinionem Iuris auctoritate deſtitutam inefficacem quoque recenſet pro pœna alteri irroganda *Tiraq. in l.ſi vnquam verbo reuertatur*

3 *num.250., & 251.C.de reuoc.donat.*, vel † ex iurata Partium voluntate conuenta noſcatur, vt notat *Guttier.de Iurament.part.1.cap.36. num.11. cum ſeq.part.4. tom.2. recent. & in Portuen. affictus* 19.*Junij* 1651.*in §.& præterea coram bo.mem. Bichio*.

In caſu verò propoſito nullibi à Iure deciditur, vt pondera ferri à Conductoria in primo, ſeù ſecundo anno contractus,non extracta lucro locatoris cedere debeant. Quinimò cõtrarium ſancitum legitur *in l.ex conducto 16.*

4 *ff.locat.*, † vbi conductori à penſionis conſecutione permittitur repellere locatorem ex ſui parte non adimplentem contractum, & in ſpecie ſimilis locationis à Domino Plumbini antiquitus geſtæ conſuluit *Dec. in conſil. 292.num.3. cum ſeq.*

5 Nec viſa fuit vrgere auctoritas † *Cornei in conſ.152.num.5.lib.4.*, vbi aſſerit in contractum locationis Venæ Ferrariæ ex ſui natura præſumi pactum ineſſe,vt ferrum in anno à Conductore non extractum debeat cenſeri deperditum ad beneficium locatoris, ſiquidem ipſius axioma hoc videtur diſtinctionis fœdere

6 poſſe conciliari, † vel enim vena pro certo annuo pretio ſimpliciter alteri locatur nullo præfixo numero ponderum ferri,& tunc quia ſub locatione cõtinetur Ius vniuerſum quicquid Conductor ex ſua culpa in anno non aſſumit cenſetur amiſſum, & in his terminis

7 procedit Conſilium Cornei,† Aut verò Conductor,vt in propoſito caſu ſingulis annis præcitum numerum ponderum ferri à Locatore promiſit aſſumere, & tunc contractus Emptionis potius naturam, quam locationis videtur præſeferre, ac ſibi proindè locum aſſumit opinio contraria.

Diſpoſitione verò Iuris excluſa non obſtat pactum, cui innititur contraria deciſio ſub ſequenti verborum periodo conceptum: *Si che ciaſcun' Anno ſi pareggi il conto di dd.intereſſi, e ſi ſodisfaccia la rata del capitale, non oſtante che forſe detti Signori non haueſſero in quell'anno leuata tanta quantità pareggiare negl'anni, e ragguagliarſene ogni tre anni al più dentro à quelli non poſſa detto Signor Prencipe patire intereſſe, ne cambij di ſorte alcuna per detta rata del Capitale, e dell'Interreſſi come ſopra.*

Hæc ſiquidem pactio D.Principis fauore cenſetur appoſita reſpectu fructuum cambij, à quorum præſtatione ipſe pro concurrenti rata vigente triennio euaſit immunis, licèt æquiualens Vena à Conductoribus recepta non foret, reſpectu verò adæquationis illa commodum ſolummodo reſpicit conductorum, vt ſcilicet D.Princeps ſub alterius impedimenti prætextu præter illud Peſtis,ac belli ſpecialiter in altero Inſtrumenti Capitulo prouiſum nequiret Venæ traditæ præter Triennium deferre, nec amplius Conductores deberent eorum adæquationem expectare, vt innuunt apertè verba immediatè ibidem appoſita: *E paſſati detti tre anni,e non ſi eſſendo in quelli detti Signori potuto ragguagliare, all'hora poſſino tenere, ò far tenere detto Signor Prencipe ſopra i Cambij, & intereſſi con la limitatione ſudetta di ſette per cento per detti ſcudi 10500., cõe nõ ſi ſarãno eſtinti del Capitale,e dell'intereſſi di tutta la ſorte decorſi.* Si enim Cõductoribus elapſo Triennio facultas extitiſſet adempta extrahẽdi Venam iam ſolutam,in hunc caſum ijdem ſibi reſeruaſſent facultatẽ retinendi poſt triennium D.Principẽ ſub cambijs pro rata quoq; Cambij cum penſionibus excomputanda, quoties adæquatio in eodemmet trium annorum termino ſubſequuta non foret; Quinimò redditur admodum inueriſimile, quod Conductores Viri prudentia pollentes trium annorum terminum elabi promiſiſſent,ſi pactum eo elapſo amiſſionem Venæ contine-

8 ret; Quæ † ſanè inueriſimilitudo plurimum in contractibus pro voluntate elicienda inſpici debet, vt dixit *Rot.in Romana Cambij 8.Junij 1663., in §.hanc præterea coram me.*

Animad-

9 Animaduertebant præterea Domini, quod præfata † conuentio, quoties aliquā difficultatem admitteret interpretationem conductorum fauore debeat assumere, vt innuunt auctoritates in principio decisionis recentiæ, probat *text. in l. veteribus 40. ff. de pact. Dec. cons.* 298. *n.* 3. *cum seq.* ad euitdum ãpræsertim incursum duplicis pœnæ, qua alias ipsi grauarentur dum præter iacturam fructuum Cambij mulctarentur quoque venę amissione cõ-
10 tra dispositionem Iuris pœnarum † extensionem interdicentis, vt tradit *Dec. cons.* 437. *n.* 4. *Bero cons.* 15. *nu.* 7. *lib.* 1. *Rot. dec.* 181. *nu.* 11. *par.* 6. *rec.* tum quia D. Princeps in quarto anno cõductores locationis lucro priuauit, licet in decimo illa deberet terminare. Poterãt quippe ijdem, quibus in contractu potestas attributa fuerat assumendi quolibet anno prætet conuenta pondera aliam sibi placitã quantitatem nec non in vltimo anno pondera mule se reintegrare de iactura in priori triennio sequuta, ni traditionem Venæ locator illis denegasset dissoluendo propria auctoritate
11 contractum, qui proinde lucrum non debet ex locatione retrahere, dum rei locatæ vsum conductoribus denegauit *ad text. in l. quaro* 56. §. *inter locatorem ff. locat. lege Iulianus* 4. §. *offerti ff. de act. empt. l. cum proponas* 2. *C. de pact. Menoch. cons.* 55 *nu.* 1. *&* 2. *Rot. coram Merl. dec.* 292. *num.* 2. *&* 3. *& dec.* 35. *nu.* 11. *part.* 7. *rec.*

Hinc non vrget, quod Camera Apostolica consueuerit in locatione salis pactum inserere, vt sal à conductore non receptum intra tempus locationis debeat eiusdem met Cameræ commodo cedere, vel quia in proposito casu locationis contractus non dum terminauerat, vel quia in eo Camerali contractu expresse nec non ratione legitima legitur pœna priuationis adiecta, dum ius vendendi
12 sal priuatiuè ad Principem spectat nec tempore locationis elapso proinde conductor citra pœnę incursum poterat talis venditionem expiere *ad text. in l. si quis* 12. *C. de vectigal. & commiss. Bero. cons.* 51. *nu.* 26. *&* 27. *lib.* 2. *Alexand. cons.* 4. *nu.* 93. *lib.* 2.

Denique non subsistit, quod hic locationis contractus in præcedentibus decisionibus a labe vsurarum fuerit decretus immunis sub fundamento, vt Venam intra triennium non receptam conductores amplius extrahere nõ possent siquidem in illis firmatur dumtaxat conductores ex causa locationis singulis annis adstrictos fuisse referre in extinctionem sortis ac fructuum Cambij scut. 22500. licet equiualentem ijdem Venæ quantitatem non recepissent.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX

Firmana Fideicommissi.

Lunæ 9. *Iunij* 1664.

ARGVMENTVM.

Liquidum nisi sit creditum retentio competere minimè potest, Statutum Ciuitatis Nouæ, quid decernat. Mulier alienationi bonorum liberorum expresse cõsentiens non potest ad dotis consequutionem iuuari remedio *Authent. res quæ C. commun. de legat.* quod est omnino subsidiarium.

SVMMARIVM.

1 *Creditum certum & liquidum requiritur ad hoc vt competere possit retentio.*

2 *Statutum Ciuitatis nouæ tertiam partem dotis viro defert in casum obitus vxoris sine filijs vel cum filijs non peruenientibus ad ætatem 14. annorum*

3 *Remedium* Auth. res quæ C. commun. de legat. *est subsidiarium, & intrat cessantibus omnibus aliis remedijs*

4 *Hæres præsumitur satisfactus credito, quod habebat cum testatore, quando plura bona hæreditaria ad ipsum peruenerunt.*

5 *Creditum illiquidum fideicommissarijs immissionem retardare non valet.*

6 *Vxor alienationi prædij liberi consentiens sibi præiudicat quoad bona fideicommissaria, vt nec ipsi, nec hæredibus non competat remedium* Auth. res quæ *ad dotis consecutionem & num.* 7. *&* 8.

DECISIO CC.

ADVERSVS sententiã R. P. D. mei Taię concedentem Stephano, & Sebastiano de Natinguerra, vti fideicommissarijs Petri Simonis eorum proaui immissionem ad possessionem prædij Gombaretti, appellarunt fratres de Santuccis illius possessores, & causa commissa R. P. D. meo Vicecomiti sub die 16. Aprilis 1663. prodijt decisio confirmatoria sententiæ, reseruato tamen, vt particulariter videretur An pro rata scutorum 380. dotis Magdalenæ exactorũ per Franciscum Vrium constante matrimonio, ac pro dote Altobellę, secundæ Vxoris eiusdem Franciſci competeret Santuccis causã habẽtibus à præfatis mulieribus retentio vigore *Auth. res quæ C. com. de legatis*, super quo subinde causa bis coram eodem interposita, & nunquam decisa, tandem hodie coram me in eius locum subrogato resolutum fuit sententiam Rotalem esse in omnibus confirmandam.

1 Quia ad effectum, † vt sit locus retentioni creditum pro quo illa prætenditur debet esse certum, & liquidum in substantia, & quantitate, alias si non sit tale, nunquam intrat retentio *l. vltima & ibi DD. C. de compensat. Surd. dec.* 46. *in fine Rot. dec.* 559. *num.* 3. *&* 9. *part.* 1. *& dec.* 543. *nu.* 11. *part.* 3. *rec. Greg. dec.* 254. *num.* 3. *Burat. dec.* 160. *num.* 14. *& Card. Caual. decis.* 539. *nu.* 5. *&* 6.

Huiusmodi autem visa non sunt credita dictarum dotium, nam circa scut. 380. dotis
2 Magdalenæ quid quid † sit de statuto Ciuitatis Nouæ deferente Viro tertiam partem dotis in casum obitus vxoris sinè filijs, vel cum liberis non peruenientibus ad ætatem 14. annorum ex quo Magdalena prædecessit relicto filio posthumo, qui postea d. ætatem longè excessit Domini in facto ponderabant, quod secun-

secundum dispositionem eiusdem statuti res mobiles datæ in dotem restitui debent tales, quales scilicet si reperiantur vbi verò non reperiuntur in totũ, vel in parte perierant Mulieri vel eius hæredibus, vnde cum Franciscus ad computum scut. 380. habuerit scut. 130. in mobilibus æstimatis intrat pro hic rota dilẽma, quod aut mobilia tradita extabant, & ipsa erant restituenda, aut non extabant, & damno mulieris perierant, & proinde nullo
3 modo pro dd. scutis 130. competit remedium *Auth. res quæ*, omnino subsidiarium *Pereg. de fideic. art. 42. nu. 66. Fusar. de substit. quæst. 530. nu. 121. & quæst. 532. nu. 33. Buratt. dec. 641. nu. 1. & ibi Alden. litt. A. Rot. post Zacch. de oblig. Camer. dec. 189. nu. 32. & nu. 111. decis. 245. nu. 14. part. 8.*

Pro reliquis autem scutis 250. Iuliorum pro scut. quę remanent detractis dd. scutis 130. cum Ioannes Franciscus filius Magdalenæ habuerit plura mobilia, & animalia hæreditaria Francisci Patris nullo determinato pretio succedit conclusio, quod vel dictum
4 creditum † præsumitur satisfactum per compensationem cum dd. mobilibus faciendam *iuxta opinionem Ruin. conf. 135. nu. 12. lib. 3. & aliorum quos refert Merlin. dec. 312. nu. 4. & 5.*

5 Vel est † adeo diminutum & effectum illiquidum, vt nisi iterum liquidetur non valeat retardare immissionem fideicommissarijs *Rot in rec. dec. 433. nu. 4. par. 2. & dec. 411. nu. 27. par. 5 cum alijs relatis in Amerina successionis 22. Iunij 1657. §. præterea coram R. P. D. Bevilaqua confirmata 5. Maij 1659. coram R. Meltio.*

Circa dotem verò Altobellæ placuit Dominis transire cum conclusione firmata in decisione R. P. D. mei Taiæ 23. Martij 1661 incipiet fratres de Natinguerra §. respectu autem, nempe quod cum † ipsa positiuè con-
6 senserit alienationi prædij flumicelli liberi Francisci Viri sibimet præiudicauit quoad bona fideicommissaria, ita vt Santuccijs ex eius persona venientibus minimè competat remedium *Auth. res quæ* ad tradita per scribentes super illa & in specie *Iason. num. 33. limit. 14 vers. quia intelligitur Curt. Iun. num. 11. Burſat conſ. 180. n. 4. lib. 2. Cephal conſ. 344. n. 35 latè Rot. poſt Zacch de oblig. Camer. dec. 189. nu. 10. & in Farnen. dotis 4. Iulij 1646. §. fin & in Romana fideic. de Donatis 7. Iunii 1660. §. reliqua vero coram R. D. meo Decano, & in Aesina dotis 21. Iunij 1655 coram R. Zarate §. vltimo.*

Nec obstare visa fuit allegata ignorantia fideicommissi in Altobella cum quia stante d. expresso consensu præstito distractioni
7 dicti prædij non potest modo sub prætextu ignorantiæ fideicommissi iuuari priuilegio dictæ Auth. *ex Iaſ. Menoch. & alijs benè declarat. Fusar. de substit. quæst. 532. num. 13. & Rota in prox. citata decis.*

8 Tum etiam † quia cum de tempore restitutionis istius dotis adessent alia bona libera, vt dictum fuit coram R. P. D. meo Taia in præallegatis §. respectu vtiq; non est locus d. remedio subsidiario ex supradictis. Tum denique quia cum Altobella, computa dotis suæ vltra prædium Putignani liberum habuerit quoque plura mobilia, & alia ex hæreditate Francisci Viri pariter illiquida remanet exceptio retentionis † & sic inepta ad re-
9 tardandam immissionem fideicommissarijs ex deductis.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Perusina Successionis.

Luna 9. Iunii 1664.

ARGVMENTVM.

Filius hęres non conficiens inuentarium de bonis hæreditariis, & aliqua ex his distrahens præsumitur sibi de legitima iure naturæ debita satisfeciſſe. Consensus æstimationi periti præstitus quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Filius hæres ſine beneficio inuentarii paternam hæreditatem acceptans, præſumitur bona ſubtraxiſſe & ſatisfactus legitimæ.*

2 *Bona alia præter recenſita per hæredem in calculo, non adeſſe in hæreditate teſtatoris, onus probandi hæredi aſſerenti incumbit & num. 4.*

3 *Filius hæres ſibi de legitima ſatisfeciſſe cenſetur, quoties aliqua ex bonis hæreditariis diſtraxerit.*

5 *Conſenſus æſtimationi periti præſtitus quid operetur.*

DECISIO CCI.

RECESSERVNT hodie Domini à decisione coram me edita die 4. Iulij anni præteriti in scut. 8950. sanciente legitimam Laurentij, nec non cæterorum fratrum de Benedictis, à Margarita petitam; Quia fideicommisso paterno ab ijsdemmet fratribus illa conuincitur legitimæ subiecta, vt fuit coram me hac eadem die plenè decisum.

1 Præterea dum † Laurentius vna cum fratribus absque beneficio inuentarij paternam hæreditatem acceptauit: à iure inducitur præsumptio subtractionis bonorum, ac satisfactio consequenter legitimæ, donec Margari-
2 ta concludenti† probationum genere saltem ostendat alia bona non adfuisse in hæreditate testatoris, quam recensita per ipsam in calculo, vt tradunt *Natt. conſ. 199. nu. 12. & 13. & cõſ. 238. num. 9. & 10. Couar. var. lib. 2. cap. 6. nu. 4. poſt principium Craſ. in verb. legitim. quæſt. 8. nu. 2. in fine Gratian. diſcept. forenſ. cap. 570. n. 20. Surd. dec. 316. nn. 14. Rot. coram Canaler. dec. 246. nu. 1. & in recent. dec. 77. nu. 2. & 3. part. 5. coram Duran. deciſ. 360. nu. 1. & in Peruſina bonorum 30. Maii 1650. in §. legitimam verò coram R. D. meo Decano.*

3 Et licet ab aliquibus in dubium reuocetur præfata conclusio: illa † tamen communiter recepta conuincitur, quoties filij, vt in proposito casu, aliqua hæreditaria bona distraxerint, *vt dixit Rot. coram Duran. dec. 360. n. 2. & 3. & in recent. dec. 432. nn. 8. part. 9. & 247. nu. 18. & 19. par. 9. coram R. Tarraconenſi dec. 53. nu. 2. cum ſeqq. & nu.*

& n.12.& in Bononien. fideicommissi Ioann. il Marci de Bologninis 4. Febr. 1654. in §. cum itaque coram R.D.meo Decano, & notat Add. ad decis. Greg. 385.num.5.ex qua ratione Domini die 23. Ianuarii 1654.coram me statum hæreditatis firmari decreuerunt pro agnoscendo valore legitimæ.

Qui sane status hereditatis in proposito casu non poterit ex periti relatione desumi. Siquidem bonorum duntaxat valorem illa concludit: non autem quod Florauantis senioris hereditas fuerit destituta mobilibus, atque pecunijs, quodue in illa alia bona immobilia non adfuerint, præter æstimata per ipsum, vt
4 expressè requiri † *dixit Rot. coram Merlin. decis. 633.num.1. & 3.cum seq.*

Nec obstat, quod huic æstimationi Periti suum Beatrix assensum præstiterit. Præterquã enim illa æstimationem duntaxat approbauit in casu quo bona ipsa pro eodem met pretio
5 à perito sancito Margarita coemerit. † Talis consensus valoris approbationem poterit solummodo operari, non autem aliorum non existentiam bonorum, quam Margarita compellitur exhibere.

Et ita vtraque &c.

Decisio ista emanata in hac eadem causa sub die 4 Iulii 1663. coram eodem Verospio à qua fuit recessum erit infra in Miscellanea intra seriem temporis.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Perusina Successionis.

Lunæ 9. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Legitima vt onere fideicommissi grauata dicatur, quid seruandum à Patre testatore, Filius vt dici possit institutus in legitima mentio specialis requiritur. Clausula omni meliori modo quid operetur. Priuilegium personam priuilegiati non excedit.

SVMMARIVM.

1 *Legitima onere fideicommissi grauata non dicitur, quando testator in prohibenda illius detractione Soccini cautelam non seruauit*

2 *Pater si gruet filios vt legitimam intra certum tempus fideicommisso subiiciant, si ipsi veniant, legitimam non amittunt, sed tacitè hæredes instituti in illa intelliguntur*

3 *Filii onere fideicommissi legitimam à Patre grauatã acceptantes, consentire eam dimittere ex vi proprii consensus, & totam hæreditatem fideicommisso obnoxiam obtinere intelliguntur.*

4 *Filius vt dici valeat institutus in legitima mentio specialis requiritur.*

5 *Ratio quæ militat in priori, etiam in subsequenti ordinatione militare censetur*

6 Decisio 200. num.4. part. 1. Recent. *in quibus terminis loquatur.*

7 *Clausula omni meliori modo operatur, vt grauamen eo modo confectum adiectum, quo sustineri valeat à iure.*

8 *Clausula in fine reuersa integram dispositionem amplectitur, quando nulla est ratio, quod ad vnum potius, quam ad aliud referri debeat.*

9 *Grauamen impositum super filii legitima à lege reiicitur.*

Et hoc procedit ipso duntaxat volente & num.10. Secus si filius dispositioni patris non contradixerit, & nu. 11.

12 *Facultas reiiciendi onus super legitima appositum, vti priuilegium personæ inhærens per obitum filii expirat, nec ad hæredes transmitti potest.*

DECISIO CCII.

LAVRENTIVS, ac fratres de Benedictis propriam legitimam Paterni fideicommissi vinculo subiecerant sub clausula *dummodo in testamento* ad id potuissent à Florauante Patre de Iure compelli. Post quorum ab humanis excessum lite suborta, An foret onere fideicommissi grauata legitima: exinde Domini in decisionibus editis coram me die 16. Maij 1659. & 14. Ianuarij præteriti respondendum
1 negatiuè, quod à testatore in prohibenda illius detractione † Soccini Iunioris cautela seruata non fuerat, de qua in *cons. 122. num 9.lib.1.* At hodie repropositio dubio contrariam amplexi fuere sententiam.

2 Siquidem † Pater post obitum Atlantæ vxoris Laurentium vna cum cæteris filijs subonere sibi scripsit hæredes, vt legitimam infra duos menses fideicommisso submitterent quibus renuentibus ius assequẽdi legitimam non ademit, sed ipsos tacitè hæredes in illa duntaxat instituit iuxta Soccini sententiam superius recensitam à DD. communiter exinde receptam, quod tali casu in filiorum potestate residet vllo absque grauamine legitimam duntaxat acceptare; vel integram assequi substantiam sub onere fideicommissi su-
3 per legitima, adeoque ipsi † Paternam hæreditatem acceptantes ex vi consensus proprij censentur legitimam dimittere, vt tradunt *Dec. cons. 687.nu.2.& 3.Surd.cons. 357.num.13.& dec. 20.nu.20.Decian.cons 12.nu.102.lib.2. Gionag. cons.1.nu.10.lib.2. Peregrin.de fideicommissis artic. 30.num.62.Card.Mantic.de coniect. vltim. volunt. lib.7.tit.8.nu.11.Rot.dec.9.num.43.par.7.recent & dec.100.n.1.coram Eminentiss. D.meo Card.Ottobon.*

Nec potest in dubium reuocari, quin hoc ordine fuerit in proposito casu à testatore dispositum. Is enim post quam sub pœna caducitatis à propria portione bonorum alienationem filijs interdixerat: ijsdem præcepit, vt sub eodemmet caducitatis incursu legitimam fideicommisso subijcerent. Quare si-
4 cuti in priori *dispositione* nequit contineri *legitima*, † prò sui inclusione exquirens specialẽ mentionem deficientem in proposito casu ad *text.in l.si quando 35. §.generaliter C.de in offic.testam.Paris.cons.9.nu.4. lib.3.Roland.cons.62.nu.11 lib.3.Grat.discept.forens.cap.751.numer.20. & 21. Merlin.de legit.lib.3.tit.2.quæst.7.nu.1.cum seq. & quæst.8.nu.11.Rot.coram Gregor.dec.489.nu.31.& 22. & in Bononien. separationis bonorum 19. Iunii 1661. in §. dum enim coram me.* Ita illa excepta

in

5 in ſubſequenti † ordinatione quoque cenſe-
tur, dum hæc fuit ſub eadem mulcta priua-
tionis concepta *gloſſ. in l.cum ij 8. §.ſi vni, verbo obligatus ff.de tranſact. Grat.conſ.140.num.22.lib.1. Altograd.conſ.78. num.14.& 21.lib.2.* Quicquid
6 dicendum foret † in caſu quo quocumque commodo teſtamenti filios Pater orbaſſet in quibus terminis loquitur *decis.206.nu.4.par.1. recent. cum alijs authoritatibus in contrarium exadverſo deductis*.

7 Explere præterea poterit cauthelam Socci-
ni in propoſito † caſu clauſula *omni meliori modo* operans, vt grauamen eo modo cenſeatur adiectum, quo ſubſtinetur à Iure, vt tradit in ſpecie *Cephal.conſ.153.nu.92. Facchin.controuerſ. Iur.lib.12.cap.70.verſ.iſtis Rot.deciſ.342. num.15. par.5. recent.* cuius ſanè vis clauſulę ne dum
inſtitutioni filiorum à Teſtatore fuit impreſſa ſed detractioni quoque legitimæ, vt ſequentia verba videntur innuere, poſt peractas ſubſtitutiones in Teſtamẽto relatas: *E coſi inſtituiſce, ſoſtituiſce in ogni miglior modo cõ piena ragione, e ſenza alcuna diminutione di legitima &c.* Tum etiam alia ſucceſſiuè appoſita ibi *E vuole perciò, che le ſudette coſe habbino forza, e valore non ſolo nel modo e forma ſudetta; mà in egn altro mi-*
8 *glior modo* Clauſula † quippè in fine recenſita integram diſpoſitionem amplectitur, quoties ratio nulla vigeat, quod debeat ad vnum potius, quam ad aliud illa referri ad *Text.in l.talis ſcriptura 30.§.vltim.ff.de leg.1. Alex.conſ.101. num.10. lib.3. Ruin.conſ.103.n.11.lib.4. Dec.conſ. 14.n.5.* vbi concluſionem potiſſimè firmat in caſu, quo alias ſequeretur nullitas actus *Paviſ.conſ.21.nu.53.lib.3. Rot.coram Canal.dec.148. nu.7.& coram Merlin.dec.883.nu.10.*

9 Aliqui denique ex Dominis animaduerte-
bant, quod † licet grauamen impoſitum ſuper filij legitima miniſterio legis reijci con-
10 ſueuerit: Id tum ipſo dumtaxat † volente procedit. Secus vero ſi filius diſpoſitioni Pa-
11 ternæ non contradixerit: Tali † quippè caſu facultas onus reijciendi vti priuilegium inhęrens perſonæ cenſetur per obitum filij expiraſſe, nec tranſmittitur ad hæredes præſertim extraneos, vt tradunt *Caſtrenſ.in leg.quoniam in prioribus nu.8.C.de in offic.teſtam. Cephal. conſ.291 nu.18.lib.3. Mandell.conſ.377.n.12.& 13. Honded. conſ.66.nu.16.lib.2. Surd.conſ.412.nu.49.& 50. & conſ.570.nu.6. Grat.diſcept.forenſ. cap.983. nu.11. & 15.cum ſeqq. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.296. num.6. & 111. Cancer.var.lib.1.cap.3.tit.de legit.num.41. Sanleger.quæſt.Ciuil.par.2.cap.166. nu.4. Maſtrill. dec.181.nu.16. Rot.dec.47.nu.2.verſ.quod eo magis & num3.part.5 recent.& in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis 30. Maii 1646. in §. nec obſtat ad finem coram Eminen.D.nco Card.Corrado, & in Bononien. fideicommiſſi 8. Iunii 1648. in §.tertio quia coram bo.mem. Arguelles.*

Et ita vtraque &c.

☞ *Deciſiones iſta in hac eadem cauſa facta ſub die-
bus 21. Maii 1669.& 14. Februarii 1664. coram eodem Veroſpio erunt infra in Miſcellan. iuxta ſeriẽ temporis.*

R. P. D. CERRO DECANO
Nunc S. R. E. Cardinali.

Fauentina Bonorum.

Lunæ 9. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Inſtantia per defunctum in actione reali incepta an continuetur in hæredes. Bonorum identitas ex quibus probetur. Portio ſubſtituiorum non natorum accreſcit alijs ſubſtitutis. Donatio facta abſenti, quando dicatur perfecta. Ad hoc vt inducatur renunciatio per bonorũ diuiſionem, quid requiratur. Trebellianica quando cenſeatur prohibita, & alia de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio in bonis Fideicommiſſarijs, conceditur de-
centi de fideicommiſſo, eiuſque purificatione, ac bonorum identitate.*
2 *Inſtantia incepta per defunctum in actione reali cõtinuatur in hæredes.*
3 *Teſtatore deſcribẽte in teſtamento bona, vti propria ex tali deſcriptione reſultat, quod fuerint in bonis eiuſdem teſtatoris.*
4 *Teſtes licet ad perpetuam rei memoriam examinati, alijs tamen adminiculis ſuffulti, benè probant.*
5 *Bonorum identitas probatur ex partita æſtimi, ſeu cataſtri cuiuslibet Ciuitatis.*
6 *Subſtitutio conditionalis, non adimpleta conditione, remanet ineffcax.*
7 *Subſtitutio purè, & ſimpliciter loquens de ſororibus, ac de filiabus naſcituris facit, quod portio filiarũ, quæ natæ non fuerunt, accreſcat alijs ſubſtitutis.*
8 *Tranſmiſſio quando agitur de fideicommiſſo conditionali non admittitur, non concurrentibus virgultibus coniecturis, & num.9.*
Amplia, vt num.10. & 11.
12 *Donatio facta abſenti, non dicitur perfecta, niſi à Donatario acceptetur.*
13 *In Donatione plura onera continente, non ſuffragatur tacita ratificatio, nec acceptatio Notary pro abſente, ſed requiritur effectualis Donatary acceptatio.*
14 *Donatario donationem non acceptante, nec dominiũ, nec poſſeſſio à donante abdicatur.*
15 *Donatore non deducente iura hæredum iſtis ius fideicommiſſi competens independenter à donante non auferetur, ſed poſſunt donatione non obſtante ad illud aſpirare ex propria perſona, & num.16.*
17 *Renunciatio vt poſſit induci per diuiſionem bonorũ indiuidua ſcientia iuris hæredi competentis requiritur.*
18 *Fideicommiſſi remiſſio per ſimplicem diuiſionem, non reſultat.*
19 *Trebellianica cenſetur prohibita, ex prohibitione alienationis facta hæredi, vt bona deueniant in vocatos.*
20 *Creditum illiquidum non valet retardare immiſſionem fideicommiſſario.*
21 *Hæres fideicommiſſarius libere, ex bonis fideicommiſſarijs fructus percipiens in cauſam Trebellianicæ imputare tenetur.*

22 *Sub-*

22 *Substitutis duobus in fideicommisso alter eorũ agens nõ prohibetur petere totum dummodo præstet cautionem de restituendo propriã portionem alteri substituto.*

DECISIO CCIII.

DANDAM esse Immissionem Constantiæ de Seuerolis, resolutum fuit 27. Iunij 1659. coram me in quibusdam bonis fideicommissarijs Alberti, nempè super Domo existente in Ciuitate Fauentiæ, in Parochia Sanctæ Mariæ Vgonum, super Possessione Tornaturarum 180. in Territorio Bononiæ, nec non alia Possessione in Territorio Fauentiæ in fundo Tagliauera, nuncupata la Seuerola. Quia verò postmodum Constantia decessit relictis hæredibus quatuor Familijs de Seuerolis descendentibus, ex Bartolomæo filio Equitis Andreæ Senioris, & signãter filius quond. Marci, quorum vnus est D. Nicolaus Seuerolus Aduocatus Consistorialis, ac in Romana Curia Insignis Aduocatus; Ideò ad eius instantiam propositi dubium super resolutis, & hodiè Domini decisionem confirmarunt.

1 Sicut enim Constantiæ denegari non poterat immissio in bonis prædictis, cum docuerit de fideicommisso, eiusque purificatione, ac bonorum identitate, ità pariter illius hæredes, idem iudicium prosequendo possunt quoque Immissionem obtinere, cum sit regulare, quod instantia † incepta per defunctũ
2 in actione reali continuetur in hæredes, per *text. in l. si constante ff. solut. matrim. Surd. cons. 222. à num. 10. signanter num. 15. Rota decis. 54. num. 11. par. 4. tom. 2. recen.* fideicommissum Alberti nõ reuocatur in dubium, & identitas bonorum à Testatore possessorum, vsque ad obitum plenè iustificatur in facto; Siquidem Albertus, non solum illa descripsit, vti propria in eius
3 Testamento, ex qua † descriptione, seù adnotatione resultat, quod fuerint in bonis eiusdem Testatoris, *inst. cons. Bald. 89. num. 3. lib. 1. & in Cesenaten. fideicommissi 6. Iunij* 1659. §. *& corobatur, & 3. Iunij* 1661. §. *probatur etiam, coram Eminentiss. D. Card. Celso.*

Verum etiam respectu Domus Fauentiæ, & Prædij existentis in Territorio Bononiæ, vltra Instrumentum diuisionis factæ inter Albertum, & fratres, vbi apparent obuenta in portionem Alberti, concurrunt quamplures enunciatiuæ emissæ in diuersis publicis Instrumentis datis in summario D. Aduocati, *num. 8. & seqq.* iunctis præsertim duorum Testium depositionibus, qui † licèt ad perpetuã
4 rei memoriam examinati, aliis tamen adminiculis suffulti benè probãt, *Caputaq. decis. 234 par. 1. Barat. decis. 306. nu. 6.*

Et respectu alterius Prædij in fundo Tagliauera, vltra prædictum Instrumentum diuisionis, & dictos Testes, probatio † etiam desumitur ex partita Estimi, seù Catastri Ciuitatis
5 Fauentiæ, ex qua probari identitatem bonorum, dixit *Rota coram Card. Seraphin. decis. 1144. n. 2. cum aliis allegatis in dicta Cesenaten. fideicommissi 6. Iunij* 1659. *coram D. Card. Celso.*

Quibus addendum est Prædium nuncupatum Beluedere, quod Achilles Seuerolus Archidiaconus Fauentiæ Alberti frater sibi reseruauerat in Instrumento Donationis per ipsum factæ eidem Alberto, & Africano fratribus, qui Achilles cum decesserit, superstite tantum Alberto, ille in dicto Prædio successit, illudque viuens possedit, vt probatur ex Instrumento dictæ Diuisionis, aliisque in facto deductis.

Quo verò ad Fideicommissi purificationẽ iterum fuerunt repetita illa duo obiecta. Primò, quod Constantia, & aliæ sorores Bartholomæi fuerint insimul substitutæ æqualiter cum filiabus fœminis, quæ nunquam natæ fuerunt, & propterea dicitur fideicommissum non deuenisse ad Casum à Testatore præscriptum, nempè simultaneæ successionis sororũ æqualiter cum filiabus. Secundò, quod in omnem casum DD. Marchio Spada, & Taucellus tanquam filij Ceciliæ, & Iuniperæ sororum, deberent succedere Iure transmissionis, seù representationis, intrando in locum matrum.

Cæterum visum fuit vtrumque remoueri ex eisdem respõsionibus datis in decis. Nam respectu primi denuò censuerũt Domini vocationem Sororum, ex verisimili mente Testatoris non defecisse, licet filiæ, quæ nasci sperabantur, natæ non fuerint, ea potissimum ratione, qui si in casu existentiæ filiarum, voluit Testator in earum concursu sorores substituere, multò fortius dicendum est substituisse filiabus non natis, vt probant authoritates in *decis. relata, §. quia vltra quod.* Decius verò, & cæteri ab altera parte allegati loquũtur tolũ, quando substitutio est conditionalis,
6 eiusque purificatio † penderet à natiuitate filiorum, quo casu filijs non natis, remanet inefficax substitutio, tanquam conditione non adimpleta; Secus aut quando prout hic, vbi substitutio purè, & simpliciter loquitur de sororibus natis, ac de filiabus nascituris: hoc enim casu remanet firma conclusio, quod
7 portio † filiarum, quæ natæ non fuerunt accrescit alijs coniunctim substitutis, vt probat *text. in l. qui quartam 15. §. fin. & in l. si duobus 16. §. vlt. ff. de leg. 1. cum alijs in d. congestis, §. quia vlt. apud in fin.*

8 Secundum de trãsmissione tollitur ex eo, quod cum agatur de fideicommisso conditionali non admittitur transmissio, nisi concurrant vrgentes coniecturæ, quæ deficiunt in præsenti, attento quod non fuerit cõtemplata agnatio, neq; adsit digressus ad plures gradus substitutionum: his enim deficientibus,
9 cæteræ omnes remanent ineffacces, & † insufficientes, vt dictum fuit in *Hostien. fideicommissi 1. Decembris* 1659. §. *nec obstat, cum seq. coram me.*

10 Maximè cum Testator vocauerit Constantiam aliasq; Sorores proprijs nominibus, quo casu vrgentior coniectura resultat pro exclusione transmissionis; quasi quod † Testator
11 se restrinxerit ad solas personas quas proprius nomi-

nominibus expressit. *Card. Caual. decis. 434. nu. 4 cum allegatis in dicta Hostien. fideicommissi, §. coniectura, in fin.*

Minus vrget obiectum hodiè de nouo deductum, quod bona de quibus agitur fuerint de anno 1613. per Bartholomæum donata inter viuos Camillæ eius Matri, & ideò cum Pantasilea, & Constantia sint hæredes d. Bartholomæi tenẽatur dispositionem sui authoris approbare.

12 Vltra quod enim donatio non potest dici perfectá tanquam facta Camillæ absenti, quæ donanti prædecessit ante actualem acceptationem, sicù ratificationem, *text. in l. absenti 10. ff. de donat. Rota post Zacch. de obligat. Camer. decis. 123. num. 12. & seqq. & coram Reuerendiss. Royas decis. 304. num. 21.*

Et cum non versemur in Donatione meræ fauorabili, & lucratiua, sed potius mixta, quã plura onera continẽte, non suffragatur tacita
13 ratificatio, neque † acceptatio Notarij pro absente, sed omninò requirebatur vera, & ef-
14 fectualis ipsius donatariæ † acceptatio, sinè qua nec dominium, nec possessio fuit à Donante abdicatum, *glos. in l. 1. verb. liberalitatem, ff. de donat. Alex. conf. 204. num. 3. versitamen videtur, lib. 7. Rota decis. 27. num. 1. par. 7. recen. Merlin. decis. 693. num. 77. cum pluribus allegatis in Fauẽtina Societatis 26. Iunij 1647. coram Eminentissimo D. Card. Celso, §. nam scientia.*

Adhuc ex tenore ipsius Donationis remouetur quælibet dubietas. Quia cum Bartholomæus in Donatione non deduxerit iura hęredum, sed solum se restrinxerit ad Iura sua, quæ sibi competebant super bonis de quibus agitur, addita expressa declaratione, quod nolebat teneri de euictione, nisi ex dato, & facto
15 suo tantum, non † fuit sublatum Ius fideicõmissi hæredibus competens independenter à Bartholomæo, sed donatione non obstante possunt ex eorum propria persona ad illud aspirare, iuxta doctrinam *Bald. in l. qui se patris, num. 32. C. unde lib. Fusar. de subst. qu. 593. nu. 65. Rota decis. 362. num. 2. & 3. par. 9. recent. & in Rauennaten. Hæredit. 24. Ianuarij 1661. coram R. P. D. meo Albergato, §. prout præteritio, cum seq.*

Præsertim quia Constantia hæreditatẽ Bartholomæi adiuit cum beneficio legis, & In-
16 uentarij, &c. quo casu eius Iura † propria nõ potuerunt confundi, nec prohibetur ex propria persona consequi bona de quibus agitur, ex dispositione Alberti, *Bald. in l. si uxor 7. nu. 1. C. de bon. aucl. Ind. pos. Surd. cons. 7. num. 31. Rota coram Eminentiss. D. Card. Otthobon. decis. 180. & decis. 270. vtrobique num. 13. & in Romana Fideicommissi de Zuccaris 4. Februarij 1650. coram bonæ mem. Dunozetto, §. præterea non obstat.*

Quod autem Constantia diuidendo bona controuersa, vti hæreditaria Bartholomæi sibi præiudicauerit in Iuribus fideicommissi nullius est momenti. Quia de eo tempore nõ hãbebat sufficientem notitiam fideicommissi, vt respondet decisio in §. fin. Quæ quidem scientia fideicommissi nõ benè desumitur ex sanguinis coniunctione, ex legatis relictis eisdem sororibus, & ex alijs deductis pro parte D. Marchionis. Etenim non concludunt præcisam, & indiuiduam scientiam Iuris sibi cõ-
17 petentis, quæ † omninò requiritur ad effectũ vt per talem diuisionem induci valeat renunciatio ex parte mulieris, per *text. in l. de his, ff. de transact. Rota decis. 724. num. 5. part. 4. tom. 3. recent.*

Et non solum non probatur sufficiens scięntia fideicommissi, verum etiam de actuali diuisione non docetur, nec aliundè apparet sorores diuidentes habuisse expressam voluntá-
18 tem renunciandi, cum † alias per simplicem diuisionem remissio fideicommissi nõ resultet, *text. in l. cum pater, §. hereditatem, ff. de leg. 2. & plenè dictum fuit in Bonon. fideicommissi de Montereutys 22. Iunij, §. nec ex eo, cum seq. & 27. Ianuarij 1662. coram R. P. D. meo Priolo.*

Denique non obstat exceptio detractionis Trebellianicæ, quia subsistunt responsiones
19 alias datæ, quod censetur † prohibita, ex prohibitione alienationis facta hæredi, ad hoc vt omnia bona deueniant in vocatos, vt in decis. §. non obstant, quodque ex fructuum perceptione facta per Bartholomæum primũ hæredem grauatum, vel oritur illius satisfactio, vel saltem remanet creditum illiquidũ, quod
20 impedire non valet Immissionem † fideicõmissario, *Rota in Romana fideicommissi de Palatijs 28. Iunij 1647. §. fin. coram Arguelles, & in Bonon. fideicommissi de Maluetys 4. Febru. 1661. coram R. P. D. meo Beuilaqua, §. quam sententiam.*

Nil releuante responsione, quod Testator iam disposuerat de fructibus suæ hæreditatis, quia cũ dispositio sit particularis restricta ad ad fructus duorum Prædiorum, & habitationem vnius Domus, remanserunt alia bona, ex quibus Bartholomęus post obitum Camil-
21 læ liberè fructus percepit, quos † in Causam Trebellianicæ imputare tenebatur, per *Rotã in Sueſſana Legitimæ 10. Martij 1662. §. nec obstitit coram R. P. D. meo Taia.*

Nec turbat, quod Seuerolis debeatur solũ portio Constantiæ. Quia cum Pantasilea alte-
22 ra substituta hodiè † non agat, non prohibẽtur petere totum, dummodò præstent cautionem de restituendo eidem Pantasileæ propriã portionem, iuxtà praxim de qua per *Surd. cons. 359. num. 15. & 16. cum relatis in decisione, §. non obstat.*

Et ità vtraque parte Informante, &c.

R. P. D. BEVILACQVA.

Romana Redditionis Rationis.

Lunæ 9. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Redditio Rationũ, vt dici possit legitima, quid requiratur. Alimentorum præstatio in linea collaterali vltra primum gradum non extẽditur. Alimenta prætendens adeo docere debet de paupertate, vt probare teneatur non habere, vnde viuere valeat. Administrator ad rationũ redditionẽ de rebus administratis omninò tenetur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Administrator rei administratæ, rationem reddere tenetur.*
2 *Amplia si per publicum Instrumentum præuio Iudicis decreto, illam reddere promisit.*
3 *Promissio Iudicis decreto facta probatam probationem facit, & vim confessionis habet.*
4 *Rationum redditio, vt legitima dici valeat inquiritur Inuentarij, & libri rationum exhibitio, ex quibus dignosci possit, quinam effectus in hæreditate administrata fuerint, quid exegerit, & quid impenderit administrator.*
5 *Computum in folio administratoris manu conscripto super habitis, & expensis, nullam fidem meretur.*
6 *Administrator qui ad inuestiendam pecuniam hæreditatis administratæ se obligauit, in adimplementū suæ obligationis, ad illius inuestimentum tenetur.*
7 *Administrationis natura est, quod in reddenda ratione veniat restitutio reliquatus.*
8 *Alimentorum præstatio in linea collaterali, non porrigitur vltra primum gradum.*
9 *Alimentorum Ius etiam inter transuersales competit, etiam alijs extra primum gradum existentibus.*
10 *Legatum quando fuit relictum cum expressa exclusione ab omni commoda hæreditatis, Legatarius nihil prætendere valet, quin sit contra mentem testatoris, & num. 12.*
11 *Testator Clericum substituens, eum habendi videtur illi imposuisse, vt mens testatoris posset impleri, qui ad sua bona primogenitos vocauit.*
13 Decisio 53. post Fenzon. *explicatur.*
14 *Alimenta prætendi tantum possunt in subsidium, quando tractatur de bonis restitutioni obnoxijs.*
15 *Alimenta prætendens debet docere de paupertate, ad eo vt non habeat, vnde viuat.*
16 *Administrator rationem reddere tenetur de bonis administratis.*

DECISIO CCIV.

1 DOMINVS Vgolines Amadorus obligatus ad reddendam rationem Hæreditatis Francisci Amadori, per ipsum diu administratæ, tàm ex dispositione Iuris, *cap. qualiter & quando de accusat. l. 1. §. officio, ff. de tutel. & ratio. administ. reddend. 2. ff. de negot. gest. l. Tutori, C. eodem. Gratian. cons. 148. num. 1. lib. 1. Coccin. de-*
2 *cis. 382. num. 1.* quia ex † eius particulari promissione per publicum Instrumentum, præuio Iudicis decreto facta, in quo huic oneri se
3 subiecit, quod † facit probationem probatam, & vim confessionis habet, & ad eundem reddit ionis rationis effectum, ponderat *Rota Gen. de mercat. decis. 209. num. 1. & nostra, coram bo. me. Merlin. decis. 857. num. 3.* ad id pulsatus à locis Pij ad fideicommissū, à dicto Francisco institutum vocari excipiebat de iam reddita, sed non plene, & sufficienter de ea constare, Rota respondit

Nam omisso, quod non exhibuit Inuentarium, nec Librum rationum ex quibus posset discerni, qui nam effectus fuerint in hæreditate administrata reperti, & quid ipse exegerit,
4 & impenderit, quæ † sunt necessaria requisita pro legitima rationis redditione, *l. si quis, §. rationū, ff. de eden. l. cum seruus, ff. de condit. & demonst. Soccin. Sen. cons. 149. num. 3. lib. 1. Rolan. à Valle, cons. 49. num. 20. lib. 1. Rota coram Card. Seraph. decis. 1347. num. 1. & in recen. decis. 297. num. 8. par. 6.* sed ostendit quoddam cōputum in folio eius manu scripto super habitis, & expensis com-
5 positum, quod † loco Codicis nō sufficit, nec ei standum est, vt consuluit *Bald. in cons. 152. num. 1. circa med. vers. verbigratia, lib. 2. Gabr. dicto cons. 143. num. 5. Rota decis. 540. nu. 4. in fine, & decis. 586. num. 4. par. 1. recen.*

Ex eo Domini pro certo habuerunt plenā, & sufficientem nō fuisse ab eo redditam, quia nullibi apparet, quod solutis legatis, & alijs oneribus, quibus hæredites est grauata satisfactis ad illius creditum descripserit, & successiue inuestierit pecunias, ex fructibus illius in-
ingenti quantitate, vt ipse fatetur debitis solu-
6 tis superante, prout † statim secuta exactione illas in Sacro Monte Pietatis deponere, & inuestire tenebatur in adimplementū suæ obligationis, *l. 1. ff. de pact. Soccin. Iun. cons. 71. nu. 32. lib. 1. Becc. cons. 106. num. 18. Surd. decis. 259. nu. 5. Canal. decis. 549. nu. 1. Rota decis. 552. nu. 10. par. 3.*
7 *recen.* & ex natura † susceptionis administrationis, secundum quam in ratione reddenda venit restitutio reliquorum, ad *text. in d. l. cum seruus, vbi Castr. & alij, ff. de condit. & demonst. l. nō solum, §. is qui . . . . ff. de libert. legat. l. bone, §. fin. ff. de verb. signif. Soccin. Sen. in supra citato consil. 149. num. 3. Roland. dicto cons. 49. num. 41. Afflict. decis. 157. num. 2. & 3. Magon. decis. Lucen. 3. nu. 7. & 8. Rota Gen. de mercat. vbi proxime nu. 2.*

Nec harum pecuniarum inuestimentum, & restitutionē potest euitare, & in proprios vsus vt fecit, conuertere sub vnico prætextu Alimentorum, quæ ab hac hæreditate consequi posse prætendit. Quoniam insubsistens visa fuit hęc prętensio, siue inspiciatur iuris cōmunis dispositio, siue Francisci fideicommittentis volūtas, in legis enim dispositione certe suam intentionē fundare nequit, quia cum ipse sit filius quond. Iacobi fratris contobrini Francisci, vt est in confesso, & liquet ex illius Testamento, in quo talis denominatur, & sic descendit à transuersalibus, & in quarto gradu Testatoris existit, quo fit, vt non valeat
8 prætendere Alimenta, quæ † præstatio in linea collaterali non porrigitur, vltra primum gradum, *l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, verb. iusse, de liber. agnosc. Odolfred. in l. 2. C. de alen. liber. Garz. de expens. & melior. cap. 3. nu. 35. vers. quin, & idem Franc. decis. 178. nu. 3. Costa de remed. subsid. remed. 2. in fin. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. par. 9. n. 46. Larrea dec. Granat. 47. nu. 15. cum seq. Salgad. in labyrin. credit. part. 1. cap. 24. num. 158. &* 162.

9 Quibus nō aduersantur auctoritates in cōtrarium allegatæ, quod ius Alimentorum, etiam inter transuersales competit alijs extra primum gradum existentibus nempe erat, in *l. filius familias, §. Diui, num. 3. in fine, ff. de legat. 1. Valenz. cons. 197. nu. 15. &* 16. *Rota decis. 53. vers.*

quibus non obstat post Fevzon. ad stat Verb. & in rec. decis. 194. *nu.* 4. *& nu.* 48. *part.* 7. quia nullus loquitur in terminis existentis in 4o. gradu, sed Nepotis, ex germano fratre illius contra quem agebatur pro alimentorum præstatione.

De voluntate autem Testatoris, ne dum. Alimenta non debentur, sed potius petitioni resistit, nam dictus Testator titulo particularis legati ei reliquit emolumenta fructus & Regalia officij Marescallatus Capitolini Magistrorum viarum, quod ipse obtinebat cum prohibitione illud distrahendi, & quidquam aliud petendi ab eius hæreditate sub pœna caducitatis ipso facto incurrēdæ à præ-
10 dicto legato, ex † qua particulari dispositione his verbis concepta, & expressa exclusionem ab omni commodo hæreditatis importāte patet euidenter de intētione illius fuisse, quod Vgolinus esset de legato acceptato contentus nihilq; aliud quouis titulo posset prætendere quin sit contra eius mentem ad *text. in l. sed & si sint ſui ff. ad Senat. Con. Tertull. Grat. in l. si compensandi, vti Alex. num.* 3. *C. de hæred. instit. Ruin. cons.* 119. *sub nu.* 19. *lib.* 3. *Decian. respons.* 30. *num.* 28. *& 29. Honed. cons.* 68. *nu.* 1. *& seq. Sund. decision.* 194. *numer.* 11. *& 15. & in tract. de alim. titul.* 7. *quæstio.* 10. *numer.* 20. *vers. sit tamen distinctio.*

Non vrget quod Franciscus Testator præcauendo deficientiā vltimi descendentis masculi ab Adamo hærede vniuersali instituto fine filijs & tali casu substituit Primogenitū filiorum masculorum Vgolini, & alios deinceps nascituros natu maiores, per quas substitutiones inferebatur Testatorem onus ducendi Vxorem Vgolino, tunc Clerico beneficiato iniunxisse, & in consequens intellexisse, vt ex fructibus suorum bonorum pos-
11 set se, & familiam alere, ex quo † alias Primogeniti vocati, non possent ad succedendū superuenire, nec ideo impleri mens disponentis, *ex tradit. per Rot. in d. decis.* 53. §. *Minus obstat vers. quod maxime post Fevzon. ad stat. Verbis*, Quia ex hoc nullo modo potest desumi huiusmodi intellectus, vt hodie quo casus considerato non euenit dictus Vgolinus cōsequatur pro se alimenta ex fructibus hæreditatis, à qua per apertissimam antecedentiā dispositionem, fuit prohibitum aliud quam legatum sub dicta pœna Caducitatis habere,
12 atque † ideo Casū aliquem allegare nequit, in quo valeat illis in hoc rerum statu fieri in detrimentum substitutorum, ad quorum commodum pecuniæ sunt reinuestien. *Bald. & alij in l. si quisque, & in l. Gallus* 29. §. *& quod si tantum ff. de liber. & Posth. Grat. cons.* 6. *nn.* 20. *lib.* 1. *cum cæter. allegat. in Imolen. Successionis* 28. *Martij* 1661. §. *neque fuisse coram me* Decisio † autem 53. post Fenzon, & alij allegati non applicātur quia in Casibus relatis non agebatur de præstatione alimentorum illis in bonis, à quibus fuit exclusus, & vocati ad illa per obitum hæredis siue filijs, ei substitutis, adhuc in rerum natura non extantibus.

Quæ eo magis in proposito procedere videbantur quia agitur de bonis testitutioni ob-
14 noxijs, † ex quibus cum in subsidium tantum possent alimenta prætendi *gloss. in cap. sacror.* 12. *quæst.* 2. *& in l. quadam C. de Agricol. & c. Rom. cons.* 199. *num.* 3. *lib.* 2. *Vero cons.* 136. *num.* 3. *lib.* 1. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *cons.* 182. *n.* 29. *Surd.*
15 *de alimen. tit.* 1. *quæst.* 107. *vers.* 2. est debuit † doceri de paupertate, ita vt aliunde non habeat vnde possit ea percipere *Surd. cod. tract. quæst.* 119. *num.* 1. *& 2. & Rot. decis.* 423. *num.* 3. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* & tamen tantum abest, quod Vgolinus illam iustificet, quod immo non allegat, & ex deductis Informantes pro locis pijs constat ipsum habere redditus sufficientes, ex quibus commodè vinere valet.

Non subsistit, quod locis pijs ius aliquod nō competat petēdi redditionem rationum ab Vgolino bonorū fideicōmissariorū possessore, tamquam hærede grauato Amadori, iam defuncti, & donec nascantur filij vocati faciat fructus suos, quia cum loca pia habeāt interesse ratione substitutionis ad ipsorum fauorem adiuuatæ, vtique ad ipsorum instantiam Vgolinus, cui ex supradictis non debētur alimenta, non vti hæres grauatus sed tā-
16 quam † Administrator tenetur reddere rationem de pecunijs, quæ de voluntate testatoris & propria obligatione sunt reinuestiendæ ad beneficium omnium, quorum interest, vel interesse poterit, vt pluribus cumulatis respondet in puncto *Rot. in decis.* 93. *per totam, præcipuè nu.* 2. *& 7. coram bo. me. Cecchino.*

Et ita fuit conclusum non constare de sufficienti redditione rationis vtraque parte informante &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Tiburtina Castrorum.

Lunæ 9. *Junij* 1664.

ARGVMENTVM.

Castrum datum in solutum verbis amplissimis, quæ translationem dominij importent, censetur in ipsum transiuisse, cui res assignata fuit. Pignus an transferat dominium. In feudis vnus potest esse dominus directus, alter vero habere iurisdictionem, & emolumenta. Verba *hæredes, & successores* quomodo intelligenda, & alia de quibus latè in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Dubium quando adsit, an res tradita sit in solutum, vel in pignus, præsumitur pro datione in solutum concurrentibus adminiculis datum fuisse.*

2 *Verba* Cessit, dimisit, consignauit, *translationem dominij important.*

3 *Verba quando ad dominium, & pignus referri possunt, debent interpretari vt dominium importent.*

4 *Dominium per dationem in solutum transfertur in eum, cui consignatur res.*

5 *Domi-*

5 *Dominium datur etiam in fructibus contradiſtinctum à proprietate.*

6 *Aſſignatio in ſolutum arguitur, ex quo res ſine præfinitione temporis tradita fuit, cum facultate ipſam retinẽdi donec ſimilis eiuſdem valoris reddatur.*

7 *Pignus non poteſt transferre dominium, & tollitur ſatisfactione creditoris.*

8 *Aſſignatione tẽporanea caſtri expirata illud ad aſſignantem & ſuos reuertitur.*
Secus verò nu. 9.

10 *Debitor abutens facultate ſibi reſeruata ſibi imputare debet, ſi illam amiſerit. & nu. 19.*

11 *Dilatio debitoris cedit beneficio creditoris.*

12 Deciſ. in Tiburt. Caſtri S. Angeli 26. Ianuarij 1654. coram Meltio *quomodo intelligenda.*

13 *Dominus directus vnus eſſe poteſt in caſtris, alter verò, poteſt habere feudum cum exercitio iuriſdictionis, & emolumenti.*

14 *Donans cenſetur donare ius ſibi competens in re donata, & prout erat apud ipſum donãtem & nume. 15.*

16 *Donatio proprietatis etiam per iuſiurandum firmata non alterat dationem in ſolutum alteri factam emolumentorum, & iuriſdictionis in re donata.*

17 *Donatarius reiicitur à petitione fructuum rei ſibi donatæ, quando alteri eadem res quoad vſumfructum, & iurisdictionem tradita fuit.*

18 *Termino ad recuperandum expirato, omnem ius in re quæ recuperari debebat, extinguitur.*

20 *Hæredum appellatione veniunt etiam hæredes extranei.*
Maximè in re de ſui natura tranſitoria ad hæredes extraneos & nu. 21.

22 *Verba* hæredes, & ſucceſſores *intelligi debent pro hærede etiam extraneo.*

23 *Vſusfructus conſolidari debet cum ſua proprietate.*

24 Text. in l. antiquitas 14. C. de vſufructu *in quibus terminis loquatur, & nu. 25.*

DECISIO CCV.

IN VLTIMIS huius cauſæ deciſionibus ſub diebus 1. Decembris 1662. & 13. Iunij anni præteriti emanatis firmatum fuit, quod in hæreditate bo. me. Ioannis Baptiſtæ, & Antonij de Vrſinis cadat Regimẽ Caſtrorum Vicouarij, Cantalupi & Bordellæ cum exercitio Iuriſdictionis ciuilis, & Criminalis, & iure percipiendi fructus iuxta tranſactionem de anno 1559. inter bo. me. D. Paulum Iordanum locorũ Dominum, & Franciſcum, illiuſque filios in ſatisfactionem annuorum ſcut. 1000. in alia antecedenti concordia ſibi promiſſorũ, ſed illis non acquieſcente D. Portia repropoſui cauſam ſuper eiſdem & Domini pro d. vice perſtiterunt in dd. reſolutionibus, quarum fundamenta viſum fuit non ſubuerti ex obiectis pro eius parte repetitis.

Non ex primo, & præcipuo, quod huiuſmodi Caſtrorum gubernĩ, & ius conſequẽdi fructus fuerint data in pignus Franciſco &

1 filijs non autem in ſolutum. † Nam Iuris præſumptio, quæ in dubio ſtat pro datione in ſolutum, non verò pro pignore, vt pro regula tradunt *Aretin in conſ. 159. num. 16. verſ. & maximè Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 150. num. 1. & in conſ. 201. num. 18. & 19. Seraph. deciſ. 242. nu. 2. Sa. me. Greg. XV. deciſ. 198. num. 12. & ibi Add. litera D.* penitus excludit omne pignus, tam ex integro contextu tranſactionis, vbi partes in aſſignatione prædicta, ne dum vnquam loquuntur de pignore, prout debebant, & veriſimiliter expreſſiſſent, ſi de
2 illo intellexiſſent, † ſed vtuntur verbis translationem dominii importãtibus vltimo ceſſit, dimiſit, & conſignauit *l. ſi prædium 4. vbi D D. C. de auct. Ruin. loquens* de verbo conſignare *in conſ. 81. numer. 18. lib. 2. & clarius Socc. ſen. in*
3 *conſ. 9. num. 30. cum ſeqq. lib. 1. & ſub num. 36.*, † vbi quod verba ambigua, quando ad dominium, & ad pignus referri poſſunt debent interpretari, vt dominium importent, *Cyriac. contr. 456. nu. 37. & ſeqq. latiſſimè Giurb. deciſ. 24.*
4 *nu. 19.* & ſic dationem in ſolutum, † per quã transfertur dominium in eum, cui res aſſignatur, vt probant mox citati, & in terminis reſpondit *Rot. coram Greg. in dicta deciſ. 194. nu. 13. cum ſeqq. & apud Comit. dec. 4. num. 6.*, quod
5 Dominium † datur etiã de Iure in ipſis fructibus contradiſtinctum à proprietate vt inquiunt *Din. & Bald. in locis relatis à Socc. ſen. in conſ. 50. num. 13. lib. 4. Mantic. dec. 18. num. 1. cum ſeqq.*

Tum etiam ex pacto ibi adiecto, quod Franciſcus, eiuſque filij non teneantur Caſtra gubernium, & fructus relaxare dicto Paulo Iordano, niſi ipſis cum effectu facta fuerit conſignatio Caſtri S. Gregorij, vel alterius in ſtatu Eccleſiaſtico, non minoris, ſed æqualis redditus, & conditionis dicti Caſtri S. Gregorij, quod Pactum obligans Franciſcum & filios ad reſtitutionem Caſtrorum, cum regimine, & Iure percipiendi redditus ex illis prouenientes, conſignato ipſis prius per d. Paulum Caſtro S. Gregorij, vel altero abſque
6 præfinitione temporis retinendo † benè conuenit aſſignatio in ſolutum pro eadem annua præſtatione, pro qua ipſi retinebant huiuſmodi gubernium, regimen ac Ius fructuum, & reddituum prædictorum aliorum Caſtrorum *l. final. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. Dec. reſponſ. 35. num. 42. lib. 2. Rot. in rec. deciſ. 131. num. 3. & 6. & deciſ. 612. nu. 3. & 4. part. 2.* ſed repugnat naturę
7 Pignoris, quod † eſt prorſus inhabile ad trãsferendum dominium atque tollitur mediante ſatisfactione Creditoris ex fructibus ex ipſis Caſtris preceptis *cap. illo verſ. 4. & cap. cum contra 6. de pignor. lib. 1. & 2. C. de diſtract. pign. Mar. Mont. ſingul. 280. Aretin. conſ. 160. in 6. dub. Dec. d. reſponſ. 35. num. 43. Surd. conſ. 194. num. 10. Neguſ. de pign. membr. 5. part. 5. numer. 1. cum ſeqq. Scacc. de comerc. & Camb. §. 1. queſt. 7. part. 2. ampliat 12. numer. 4. Rota deciſ. 652. num. 4. part. 2. rec. Comit. d. deciſion. 4. numer. 3. & ſeqq. & deciſ. 151. num. 1. poſt modern. Forolivien. de pign. & hypoth.*

Neque ex alio motiuo, quod hæc regimi-

nis, & fructuum assignatio fuerit temporanea, & restricta in prima transactione ad sex annos, & in 2. ad decem prorogata, & inde
8 inferebatur † fuisse pignus dictoque tempore durante licuisse Assignatarijs retinere gubernium, & fructibus frui, eo autem elapso expirasse & Castra libera redire debere ad assignantem vel suos *ad text. in l. item liberatur. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. fol. Surd. cons. 243. numer. 1. Rot. in Tiburtina Castri S. Ang. 26. Ianuarij 1654. §. respectu verò coram Reuerendissimo Papien.* nam ex eo dicebant DD. non posse admitti huiusmodi interpretationem, quia d. Paulus Iordanus Castrorum Regimen & Iurisdictionē, ac quoscunque fructus assignauit, ex causa, & obligatione quā vigore præcedētis concordiæ habebat soluendi Francisco, &
9 filijs annuatim scut. 1000. quod † debitum cum duraret, etiā elapso termino prædicto, & non sequuta consignatione Castri S. Gregorij vel alterius æquipollentis redditus destinati ad illius extinctionem, vtique durabat etiā d. assignatio gubernij Iurisdictionis, & redditiuum Castrorum factam in satisfactionem d. annuæ præstationis, per quam fuit subrogata d. assignatio Castri S. Gregorij, vel alterius *l. si cum decem §. qui iniuriarum vbi glos. ff. si quis caut. l. 1. §. hac actio, & ibi Bart. ff. si quis testam. liber esse Ius fuerit Socc. Iun. cons. 152. nu. 6. lib. 2. Gabr. cons. 755. sub nu. 32. & 33. lib. 2. Surd. cons. 311. nu. 53. Grat. discept. 719. nu. 9. & 10. & discept. 706. nu. 67.* Dilatio autem decem annorum respiciebat, fauorem D. Pauli casu, quo voluerit assignando intra hoc tempus Castrū S. Gregorij, vel aliud, tot fructus reddens licitè posset alia prædicta Castra ab ipso onere liberare, & Regimen cum fructibus recuperare, vt denotāt apertissima verba Instrumēti ibi: declarantes ipsæ partes, quod ipse D. Paulus Iordanus habeat dilationem ad, & per totum annum 1569. ad dandum d. Francisco, & eius filijs prædictis Castrum &c. At istorum respectu ex alijs subseqq. verbis ibi dictique Franciscus, & filij non teneantur dd. Castra Vicouarij relaxare d. Paulo nisi cum effectu facta, & effectuata fuerit d. consignatio Castri, & redditiuum prædictorum, sicque patet non ex alia causa debere cessare primā assignationem factam, nisi per traditionem d. Castri S. Gregorij, vel alterius, in
10 qua, † dum defecit Paulus Iordanus in termino dilationis pro suo commodo concessæ, atque prorogatæ abutendo facultate ei tributa, vtique post d. tempus eam amisit, *Bart. in l. Stichum, aut Pamphilium nu. 2. vers. ex quo nota ff. de solut. Ias. cons. 148. nu. penult. lib. 2. Io: Bapt. Spad. in cons. 219. num. 5. cum seq. lib. 2. Rot. coram Buratt. dec. 287. num. 5. cum seq.* & di-
11 latio † cessit beneficio Francisci, & filiorum eorumque hęredum penes quos Castrorum Regimen cum Iurisdictione, & Iure percipiendi omnes eorum redditus, & fructus liberum remansit *Bald. in d. l. statu lib. & §. fileb uuerf. nam ratio, Florian. numer. 6 Rot. dec. 909. num. 1. part. 4. diu. & coram Buratt. in decis. mox citata.*

His positis non applicantur auctoritates in
12 contrarium allegatæ, & signanter † decisio in Tiburtina Castri S. Angeli ad probandum quod assignatio facta fuit in pignus, vt terminato decennio Assignatatarij non valerēt retinere regimen, & fructus Castrorum recipere, sed ea exempta ad Paulum redierint, quia in illo casu verè fuerat traditum Castrū ad possidendum, donec Creditrix certæ quātitatis de fructibus Castri assignati integraliter satisfieret, qui est terminus pignoris tantum congruus, & à contingenti omninò diuersus, in quo agitur de annua præstatione, sicut. 1000. & Paulus in satisfactionē illius dimittit regimen Castrorum, ac redditus, & intendens illos post decennium recuperare loco illorum promisit aliud Castrum, & bona tradere absque alia diminutione Crediti inter partes expressa causa concordati ex præcitatis.

Nec quidquam facit, quod d. Paulus Iordanus in concessione prædicta exceptuauerit directum dominium, ciuilemq; Castrorum possessionem volens penes se, & suos semper remanere, quia talis exceptuatio, ac reseruatio benè potuit fieri absque vllo præiudicio Francisci, & filiorum in regiminis administratione, & fructuum consequutione,
13 cum † incongruum non sit, quod super eisdem Castris vnus sit Dominus directus, alter verò habeat feudum & Emolumenta cum exercitio Iurisdictionis, vt probant cumulati in vtraque *dec. 1. §. nec refert, & secunda §. non officit, vt ait etiā Paris de Put. de feud. in cap. 282. nu. 3. Peregr. de Iur. fisc. lib. 8. nu. 21.*

Sicuti in aliquo non præiudicat assignationi prædictæ Domino Castrorum de anno 1566. facta prædicto D. Paulo auctoribus Portiæ collitigantis, quia debet intelligi de Iuribus eidem Donatori competentibus, & reseruatis in d. assignatione quoad dominiū & Ciuilem possessionem satisque est etiam, quod in illis verificari possit donatio, non autem de regimine, & fructibus ad aliorum fauorem, ex causa d. annuæ præstationis cessis, tam ex Iuris præsumptione secundum
14 quam † Donans censetur donare ius sibi competens in re donata *l. serui electione 5. §. fin. ff. de legat. l. si Domos 34. §. vltimo ff. de legat. 1. l. quod in rerum §. si vsufructum, & l. si Titio, & Mauie ff. de legat. 2. Aym. cons. 19. nu. 13. Post. Imol. cons. 168. nu. 13. Rot. coram Card. Seraph. dec. 421. nu. 1. & Eminen. Otthobon. dec. 195. num. 19.* & prout
15 erat † penes ipsum *l. Aristo 18. §. fin ff. de donat. l. Vxor Patri 20. C. de legat. Rot. dec. 621. nu. 1. par. 1. diu. & dec. 143. nu. 8. part. 5. & dec. 118. num. 21. part. 6. rec.* quam ex Donantis, & Donatarij mente aliena à præiudicio, quod per prædictā donationem poterat inferri Assignatarijs in Regimine, & fructuum consequutione his verbis declarata *E volemo, che la presente donatione non pregindichi alla concessione, e transattione altre volta fatta con noi, & il Sig. Francesco nostro Zio* per quam præseruatiuam procul dubio, solum remansit Ius Francisci, & aliorum in Regiminis, & fructuum consequu-

tione;

16 tione; † non obstante donatione prædicta, l. per Ius iurandum §. *si Legatorum ibique gloss. ff. de acceptilat. l. si quis verum vers. alioquin ff. de libert. legat. Imol. d. conf. 168. n. 13. Rot. dec. 373. nu. 25. part. 4. rec.*

Nec vrget exceptio cõfessionis actionum denuo apposita D. Duci tanquam hęredi mediato etiam D. Pauli Iordani, qui regimen, & fructus Castrorũ, vt supra cessit, & proprietatem reseruatam deinde donauit Francisco,
17 ob quam † reijcitur hæres à petitione fructuum, & adstrictus est ad obseruationẽ donationis à d. Paulo promissam ad *vulg. l. cum à matre C. de rei vinditione, & l. ex qua persona ff. de reg. Iur. Grat. discept. for. 339. num. 4.* etenim subsistit responsio data in §. fin. secundæ decisionis, nã cum D. Paulus suæ obligationi, iam satisfeciſſet prædicta assignatione regiminis, & fructuum Castri, cum pacto infra decennũ totum recuperandi mediante assignatione alterius Castri eiusdem redditus scut. 1000. si
18 ipse voluiſſet, † vtique termino ad recuperandum expirato proculdubio extinctum remansit omne Ius *l. eleganter vbi gloss. ff. de pign. Surd. conf. 145. nu. 2. Cyriac. contr. 374. nu. 12. Buratt. dec. 287. per tot. & dec. 889. nu. 1.* & in consequens nihil restat ex parte sua ad implendũ sed eo modo potest D. Dux frui regimine Castrorum cum fructibus assignatis, & à directo dominio penitus extinctis licuit Fraciſco & filiis viuentibus eius auctoribus *l. prima & toto titulo C. vt act. ad hæred. & contra hæred.* non enim Castrum S Gregorij, vel aliud assignãtur loco regiminis, & fructuum prædictorum Castrorum est *in obligatione* sed in facultate soluendi reseruato D. Paulo, vt patet ex præ-
19 dictis, & proinde † si non curauit vti d. facultate in tempore sibi concesso venit eidem imputandum *Spad. d. conf. 219. nu. 5. cum seqq. Buratt. d. decis. 287. Rot. in Romana Dotis 5. Maij 1619. §. nec officit cum seq. coram me.*

Insubsistens tamen visum fuit alterum repetitum obiectum, quod ex quo in prima transactione anni 1558. promissio de soluendo scut. 1000. singulis annis facta fuit Francisco & filijs, vsquequo duraret linea masculina legitima, & naturalis, & de legitimo matrimonio dd. filiorum procreata iuxta illius terminos debeat regulari assignatio Regiminis Castrorum in secunda conuentione facta itaut prædicta linea deficiente euanuerit quoque assignatio ista, nec possit continuare in Ducem Bracciani extraneum, nam vt pariter fuit in d. vltima decisione responsum transigentes in postrema concordia sequuta de anno 1559. recesserunt à prima in pluribus, & signanter in hac parte dando nouam formam succedendi, nam in prima pro deficientibus de linea masculina in secunda pro hæredibus. & successoribus stipularunt, quo-
20 rum † appellatione veniunt etiam hæredes extranei, vt in specie respondit *Rot. dec. 21. n. 5. & seq. part. 1. rec. & in Romana, seu Tiburtina Ca-*
21 *strorum 24. Nouembris 1610. corũ bo. me. Lancell.* † & in materia suapte natura ad hæredes extraneos transitoria, vt ista assignatio regimi-
22 nis, & fructuum Castrorum Verba † *hæredes, & successores* non admittunt restrictionem ad solos filios, & alios descendentes, sed capi debent pro quolibet hærede etiam extraneo *l. eum tamen ff. de legat. 1. Bart. & alij in l. Gallus 29. §. etiam si parente ff. de lib. & posthum. Socc. Iun. conf. 58. nu. 7. vers. ex quo sumus lib. 2. Mant. de tac & ambigu. lib. 14. tit. 19. nu. 25. Rot. coram Pen. dec. 48. nu. 10. & 16. iuxta Venetam impress. Comitol. decis. 17. n. 107. & in rec. decis. 700. n. 14. part. 9.*

Non releuat consideratio facta ad exclusionem hæredum extraneorum, quod illis
23 admissis hoc sequeretur absurdum, † quod vsusfructus assignatus Francisco & filijs, non consolidaretur cum proprietate Castrorum per D. Paulum reseruata, & deinde donata, *contr. text. in l. antiquitas 14. C. de vsufruct.* quia,
24 Textus † loquitur in terminis legati vsusfructus, quod de sui natura non extenditur vltra hæredem cuius mentio de illo intelligitur & morte finitur Testatore aliter non
25 disponente, † secus dicendum in præsenti assignatione regiminis cum Iure percipiendi fructus à Castris ipsis separato facta per viam contractus hoc enim casu omnes hęredes cõtinẽtur, & sic non intrat dispositio d. legis de vsufructu loquentis, vt distinguendo tradũt *Alex. in l. in Annalibus nu. 1. vers. ac vbi cessat Iason. nu. 3. vers. est ergo sciendum C. de legat. Guttier. de iuram. confirmat. part. 1. cap. 48. nu. 8. in fin. vers. quia tenetur Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 14. nu. 21. Peregr. de fideic. art. 53. nu. 63.*

Et ita Vtraque parte Informante &c.

R. P. D. T A I A.

Bononien. Parochialis.

Lunæ 9. Iunij 1664.

A R G V M E N T V M.

Lis quod fuerit prosecuta ex actibus in causa, factis arguitur, Nec obliuio etiam ex lapsu magni temporis inducta censetur cum ista, arbitrio Iudicis canonizetur. Paupertas regulariter excusat, nec taciturnitas ex alia causa quam ex negligentia non operatur acquiescentiam possessioni naturali alterius.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia vt valeat debent esse præsentes vel legitimè vocati omnes, quos negotium tangit.*

2 *Procuratore mandatum acceptante & principali notitiam habente non potest procedi per contradictas.*

3 *Scientia Procuratoris & principalis desumitur ex protestatione facta in actis ab vno ex illis.*

4 *Lite pendente non solet computari tempus post litem motam.*

5 *Possessio tempore litis non præsumitur continuata vltra decennium.*

6 *Lis quod fuerit prosecuta arguitur ex pluribus actibus in causa gestis & pluribus protestationibus ante & postea factis.*

7 *Obliuio non pertinet ad litem siue motam, siue non motam, & multo minus negligentia.*

8 *Tempus ad oblinionem inducendam arbitrio Iudicis determinatur & num.9.*

10 *Pauperes omnes appellantur miſere.*

11 *Paupertas regulariter excuſat, vbi quiſquam alias non excuſaretur.*

12 *Taciturnitas vbi cauſari poteſt ex alia cauſa, quam ex negligentia non operatur patientiam poſſeſſioni naturali alterius.*

DECISIO CCVI.

IN deciſis 22. Iunii 1661. * hodie DD. ſteterunt; Nam ſententia A.C. 12. Februarii 1648. viſa eſt nullo modo poſſe ſaluari, à nullitate defectus citationis, ad hoc enim,
1 vt valeat † ſententia debent eſſe præſentes vel legitimè vocati omnes, illi, quos negotium tangit *l. de vno quoque 47. ff de re Iudic. & ibi notata.*

Nec iuuari poteſt Thomas in ſua manutentione excitatione per contradictas prætextu teſtamenti facti à Petro in perſona Simeonis, non autem producti in actis eiuſdem Notarii cauſæ.

Quia vt dicebatur in præcedenti deciſione, §. DD. viſa eſt ſatis, eſt quod Simon conſtitu-
2 tus Procurator † acceptauit mandatum, & Thomas fideicommiſſarius habuit notitiam ex *Rota coram Mohedano deciſione vlt. de Iudic. alias 312. & dictum fuit coram Reuerendiſſimo D Rojas deciſ. 207. in fin.* cum aliis. & eſt praxis, vt *apud Ridolphin cap. 3. num. 10. part. 1.*

3 Porro notitia, † & ſcientia Thomæ principalis, & Franciſci eius procuratores ſcientium mandatum Petri, & acceptationem Simeonis magis patuit ex eo quod ipſe Simon vti Procurator Petri petierat, & habuerit monitorium contra Thomam ſuper hac Parochiali, & produxerat in actis vna cum mandato Petri facto, in ſua perſona, & Franciſcus vti Procurator Thomę bis apparuerat, & proteſtatus fuerat de huiuſmodi actis Simonis, vt in præſenti Summario Petri.

Pariter neque iuuari poteſt ex eo repetito obiecto ammiſſæ poſſeſſionis à Petro per decennale ſilentium, & amplius, & proindè poſſeſſionis non manutenibilis.

4 Nam cum lis † penderet non ſolet generaliter computari tempus poſt litem motam *Poſth de manut. obſeruat. 58. num. 12. verſ. complendam Rota coram Pen. Lugdunen. editionis dec. 1662. num. 5. verſ. tempus autem poſt litem motam cum aliis in fine deciſionis.*

Nec obſtare dixerunt DD. in hac diſtinctione decennalis ſilentii, aut antea, aut poſt litem motam pendentis litis, & ſilentium Actoris
5 longè ſupra decennium, & quod † poſſeſſio tempore litis non præſumatur continuata vltra decennium ad *Rotam apud Poſth. deciſ. 86. nu-*
6 *mer. 4. & deciſ. 427. num. 4. part. 3. recent.*, quæ † nititur pluribus actibus geſtis in cauſa, & ſubſecutis, & pluribus petitionibus & proteſtationibus anteà, & poſteà factis *Poſth. dicta obſerv. 58. num. 43. verſ. vt puta ex actis*, neque communis ratio præſumptæ obliuionis ex tanto tempore *Gloſ. vbi ſit in fin. l. ſi quod, ff. de acquir. poſſeſſ. & gloſ. vlt. l. 4. & ad l. ſiue poſſidetis, C. de probat. num. 81 in fine cum aliis, & paxim Rota apud Poſth. d. obſeruat. 58. num. 3.* obliuio † enim non pertinet
7 ad litem ſiuè motam, ſiuè non motam, & multo minus negligentia, de qua *Bart. ad d. §. ſi forte d. num. 4.*

8 Nam quantum † tempus requiratur ad obliuionem inducendam à Iudicis, arbitrio pendet, *gloſ. penult. in fin., l. furti ff. de vſucap. Menoch. de arbitr. caſu 26. num. 2.* Non enim videtur
9 in hoc poſſe tradi † certa regula, ſed committendum videtur arbitrio Iudicis, qui vndique circumſtantijs rectè penſatis arbitretur, &c. *iuxt. ad gloſ. penult. apud Poſth. dicta obſeru. 58. n. 33 & ſeqq. cum aliis adeò vt de 28. annis ſit deciſio coram Paezirolo in Romana Domus 16. Iunij 1640., §. nec eo quod Nicolaus ſpatio 28. annorum à die mota litis diſtulerit allegata in dec. 394. num. 12. verſ. & in puncto part. 9. recent.*

Maximè quod pauper Presbyter diſtulit propter abſentiam & paupertatem, cuius vt
10 ſumma miſeria eſt, adeunt omnes † miſeros pauperes appellemus, ita & ſumma miſeratio
11 quia paupertas † regulariter excuſat, vbi quiſquam alias non excuſaretur apud *Odd. de reſtit. in integrum quæſt. 15. nu. 46.* cum allegatis, & vbi
12 taciturnitas † cauſari poteſt ex alia cauſa, quã ex negligentia non operatur patientiam, & acquieſcentiam poſſeſſioni naturali alterius *Rota dicta dec. 394 num. 13. cum aliis.*

Et ita vtraque &c.

Deciſio iſta in hac eadem cauſa emanata, quæ hic allegatur, & in qua Rota ſtetit in deciſis ſub die 11. Iunij 1661. coram eodem R.P.D. meo Taia erit infra in Miſcellanea, iuxta ſeriem temporis.

R. P. D. EMERIX.

Bononien reſidui dotis.

Lunæ 9. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Mandatum quando contra bona propria hæredis relaxari nequeat. Contra hęredem adeuntem hæreditatem, & bona propria obligantem cum promiſſione de rato pro cohæredibus, ob nõ ſumptam illorum ratihabitionem procedi poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum relaxari non poteſt contra bona propria hæredis non probata hæreditatis aditione cum beneficio legis & inuentarij, & non reddita ratione de inuentariatis & num. 2.*

3 *Mandatum ſemper ſuſtinetur pro ſumma debita, quando non fuit executum.*

4 *Hærede adeunte hæreditatem contra ipſum in ſolidum agi poteſt.*

5 *Hæres obligans bona propria pro dote cum promiſſione de rato pro cohæredibus non ſolum ex perſona propria vigore huius obligationis tenetur, ſed etiam*

etiam ob non sumptam ratihabitionem coheredum ipse solus conueniri potest & num.6.

DECISIO CCVII.

ANNO 1620. Aloysius Zambeccarius nuptui dedit Catherinam filiam Vincentio Leonio cum Dote librarum 34.mil., quam soluere promisit Vincentio Sponso, & Hieronymo eius Patri, hoc modo libras videlicet 16.mil. in actu immissionis annuli, & reliquas libras 18.mil. infra terminum 7. annorum, quolibet anno ratam partem, pacto tamen adiecto quod pro anno non teneretur, neque ad sortem, neque ad fructus Dotales cum promissione faciendi de omnibus publicum instrumentum *Summarium Vincentij numer.1.*

Anno sequenti defuncto Aloysio, relictis post se Francisco Maria, & Andrea ac Io.Paulo filijs; Franciscus Maria deuenit ad celebrationem Testamenti promissi à Patre, in quo nomine suo, & fratrum cum decreto Iudicis & solemnitatibus promisit soluere dd. lib.18.mil. infra 7.Annos incipiendo à die 6. Februarii 1663. sub obligatione Cambij, & cum promissione de rato pro fructibus *Summario num. 2.*

Anno autem præterito Vincentius sub prętextu, quod omnes defecerint in solutione egit coram A.C.contra Com.Iosephũ Aloysium hæredem Francisci Mariæ, & obtinuit relaxari mandatum contra bona illius hæreditaria pro libris 1480. pro residuo sortis, & pro libro 22.mil. pro fructibus, seu interusurijs Dotalibus, a quo interposita appellatione, & causa mihi commissa cum clausula, si quid exequendum; Dedi dubium ad formam Rescripti, *an mandatum sit exequendum* circa cuius resolutionem, licèt initio variæ fuerint dominorum opiniones, aliis in totum inclinantibus pro executione propter grauissimas probationes instrumẽtarias crediti Dotalis quas putabant non offuscari prætensionibus in contrarium adductis aliis verò in eorum tententia magis propensis, tum quia non præcessit citatio ad docendum Franciscum Mariam adiuisse hæreditatem Aloysij cum beneficio legis, & inuentarij, nec non ad reddendam rationem de Inuentariatis, sine qua
1 non † credebant posse deueniri ad relaxationem mandati contra bona propria Hæredis iuxta praxim, relatam *à Salustio Tiberio lib.1. cap.45.num.17. passim à Rota receptam, & in specie in recent.decis.39.numer.9. part.6.*, vbi plures referuntur, tum quia existimabant mandatũ esse executiuum, non quia solum fuit relaxatum pro omnibus fructibus decursis à die obligationis, non obstante quod secundum eorum opinionem pro triennio non deberẽtur, sed quia tres fuerunt hæredes Aloysij, & nihilominus mandatum † fuit relaxatum pro
2 integra summa contra solum Franciscum Mariam, seù illius bona hæreditaria contra *text.in l.pro hereditarijs, & in l.si adulta C. de hæreditarijs actionibus.*

In causa autem postea conuenere sententiam, quod mandatum pro nunc sit exequendum pro libris mille relictis reliquis ad aliã particularem disputationem. Et ratio resolutionis est quia licèt † mandatum sit executiuum, semper sustinetur pro summa debita, quando prout hic non fuit executum. *Rota coram Durano decis.388.numer.4.& decis.120.numer.22.part.8. recent.*, & alias sæpius deberi autem saltem libras mille, non solum constat ex Instrumentis, & calculis hinc datis, sed etiam ingenuè fatentur ipsimet pro Com.Iosepho Aloysio informantes.

Non obstat quod fuerint tertio hæredes Aloysij, quod quam non præcesserit citatio ad docendum Franciscum Mariam non adiuisse hæreditatem cum beneficio legis, & Inuentarij, & ad reddendam rationem de inuentariatis, quia cum non constet, quod alij fra-
4 tres adiuerint hæreditatem rectè agi † potuit insolidum contra Franciscum Mariam, qui hæreditatem adiuit, vt in his terminis respondit *Rota in Romana vinea 30.Ianuarij 1647. & 3.Iunij 1641. coram bon.memor.Cardinali Verospio.*

Neque erat opus aliqua citatione ad docendum ipsum adiuisse hæreditatem cum be-
5 neficio legis, & Inuentarij, quia † Franciscus Maria post obitum patris expressè obligauit bona propria pro dote cum promissione de rato pro fratribus *dicto Summario numer.2.*, & propterea tenetur non solum ex persona propria vigore huius obligationis, quam voluntariè suscepit, vt distinguendo inter obligationem non necessariam norant *Couarru. variarum resol.147. numer.10. vers.Attamen Staiban.resol.19.nu.14. & 15. par.1. Capicciolatro consultatione 31.nu.20.in fin.part.1.& Rota decis.392.*
6 *part.1.decis.544.num.1.part.5.tom.2.recent.* † Sed etiam ob non sumptam ratihabitionem fratrum potuit ipse conueniri tanquam obligatus ad damna, & interesse, *Rota in Asculana Renunciationis 22.May 1651.& 1.Iulij 1652. coram Reuerendissimo D.meo Derano.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Amerina Fideicommissi.

Lunæ 9. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Testatore vocante filios masculos, illorumque descendentes, & masculis deficientibus fœminas exclusa à successione certa aliorum masculorum linea deficiente linea masculorum vocata fideicõmissum ad fauorem fœminarum censetur purificatum, etiamsi superstitis sint masculi ex linea exclusa, cum exclusus à fideicommisso absque conditione limitatiua temporis semper censeatur exclusus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vocatus sub conditione admittitur ipsa purificata.*
2 *Iudicium puri & purificati est vnum & idem.*
3 *Fœminæ per vulgarem non admittuntur superstite altero masculo vocato.*
4 *Fœminæ vocatæ semper, & quocunque tempore non adessent filij masculi censentur vocatæ per fideicommissariam.*
5 *Testator grauans magis dilectos vulgariter pupillariter, & per fideicommissum restituere fœminis hæreditatem censetur voluisse grauare etiam alios de agnatione minus dilectos.*
6 *Fideicommissum censetur inductum per prohibitionem alienationis bonorum.*
7 *Ratio conseruandi agnationem magis vrget ad inducendum fideicommissum, quam quælibet alia.*
8 *Voluntas testatoris semper venit attendenda quando de illa constat, & contrarius intellectus non admittitur.*
9 *Exclusus simpliciter & absolutè à fideicommisso absque conditione limitatiua temporis est semper exclusus.*
10 *Conditio negatiua non dicitur purificata, nisi reducatur ad impossibile.*
11 *Persona quæ non continentur in dispositione, nec etiam comprehenduntur in conditione & n. 12.*
13 *Verba*, vt bona conseruentur apud hæredes, & in eorum linea masculina, & ea deficiẽte in linea fœminina *relatiuè limitant, & restringunt conditionem ad masculos supra vocatos, nec possunt referri ad descendentes exclusos.*
14 *Verba exclusis tamen ab hac successione illimitatè ad hæreditatem, non limitate ad aliquem gradum censentur adiecta.*
15 *Hæreditas est successio in vniuersum ius defuncti.*

DECISIO CCVIII.

INSTITVIT Petrus Matthęus filius quondam Ioannis Felicis hæredem Agapitum nepotem cui substituit eius filios, & morientę sine filiis substituit masculos proximiores de Agnatione dicti Ioannis Felicis, exclusis ab hac successione in omnibus, & per omnia Vlisse, eiusque filijs, & descendentibus in infinitum iustis de causis animum suum mouentibus & statim addidit, quod in euentum in quem non adessent filij masculi de agnatione, in omnibus suis bonis succederent filiæ fœminæ dd. hæredum institutorum, & substitutorum si extiterint sin autem aliæ fœminæ proximiores. Obijt Agabitus sine filijs superstite tamen Ioanne Felice altero nepote Testatoris, qui pariter obijt sine filijs ob quorum defectum Zefferina filia Cammillæ de Ianfelicis prætendens purificatum fideicommissum ad suum fauorem, egit ad bona hæreditaria contra Antonium, & Agabitum nepotes præfati Vlisis ex Olimpio filij, & succubuit; sed causa in Rota mihi commissa datoque dubio, an Zefferinæ essent concedenda immissio, affirmatiuè resolutum fuit.

Quia vocatio fœminarum in euentum in quem non adessent masculi de agnatione, est litteralis; Cum itaque per obitum Agabiti & Ioannis Felicis defecerit linea masculina, purificata est conditio, sub qua fœminæ vo-
1 cabantur purificata igitur conditione † Zefferina comprehensa in testamento Petri Matthæi, & vocata sub eadem conditione admitti debet ad fideicommissum perindè, ac si pu-
2 rè vocata fuisset, cum puri, † & purificati idẽ sit iudicium, *Peregrin. de fideic. artic. 43. num. 17. Cephal. conf. 445. num. 17. & seqq. Rota decis. 436. numer. 1. part. 9. & in Bononien. fideic. de Anselmis 16. Iunij 1659. coram Eminentissimo D. Cardinali Celso, & in Mediolanen. fideicõmissi 3. Martij 1662. coram R P. D. meo Albergato.*

3 Nec subsistit quod vocatio† fœminarum contineat solam vulgarem, quæ expirauerit eo ipso quod superstes fuit Ioannes Felix quando defuit linea Agabiti iuxtà Theoricà *Cuman. in l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de legat. 2.* siquidem fœminas nõ fuisse vocatas per simplicem vulgarem, sed etiam per fideicommissariam depræhenditur ex pluribus, & signanter, ex quo conditio illa, sub qua vocatæ sunt fœminæ, ibi in euentum inquem non adessent filij masculi nõ stat determinatè ad tempus mortis Agabiti, sed indeterminatè, videlicèt semper, & quocunque tempore non-
4 adessent filii masculi, quo casu † substitutio continet etiam fideicommissariam iuxta distinctionem *Soccin. in l. solemus in fine, ff. de Condit., & demonstrat. quem sequitur Rota coram Buratt. decis. 689. num. 1. & 2. coram Merlin. decis. 326. numer. 5. & in Romana fideicommissi de Zeffiris 20. Maij 1639. coram bon. mem. Bichio.*

5 Deindè ex quo Testator† non solum grauauit Agabitum, & eius descendentes magis dilectos vulgariter pupillariter & per fideicõmissum vsque ad 200. annos restituere hæreditatem fœminis, vndè multo magis censetur voluisse grauare Ioannem Felicem, & alios de agnatione minus dilectos *Menoch. consil. 158. num. 24. & seqq. & conf. 1159. num. 28. Rota decis. 266. numer. 20. part. 1. recent. & coram Merl. dec. 12. nu. 6. & 7.*, sed vlterius prohibuit alienare bona ad hoc, vt conseruentur apud hæredes, & in eorum linea masculina, & ea deficiente in fœminina per spatium 200. annorũ quod cum fieri non possit absque eo quod substitutio contineat etiam fideicommissariã nullo modo casu nostro potest applicari do-
6 ctrina Cumani, sed per hanc † prohibitionem censetur inductum fideicommissum absolutum etiã in casu mortis, vt per omnes *in l. filius fam. §. diui, ff. de leg. 1. Mantic. de coniect. lib. 6 tit. 14. sub numer. 24. Petra de fideic. prohibit. quæst. 5. Fusar. quæst. 6. numer. 24. Peregrin. de fideic. art. 19. num. 7. Rota decision. 10. & decis. 143. vtrobique numer. 1. & seqq. part. 1. recent.*

In hoc etiã comprobatur onus iniunctum fœminis assumendi nomen & arma familiæ, ex quo tanto magis elicitur animus testatoris perpetuandi fideicommissum per 200. annos, etiam in casu in quem linea fœminina-
7 fuerit ingressa, cum ratio † conseruandi familiam, & agnationem magis vrgeat ad inducendum fideicommissum, quam quælibet alia *Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 3. nu. 6. Rota coram*

Merl.

Merl.dec.12.numer.37.& in recent.part.9.dec.188. nu.17.& in Hortana fideicommiſſi 15.Martij 1660. coram Reuerendiſſimo Domino meo Cerro Decano.

Hinc patet reſponſio ad clauſulam tunc,& eo caſu adiecta vocationi fœminarum, ſcilicet in cuĕtum in quem non adeſſent filij maſculi, quia dictiones huiuſmodi non attendũ-
8 tur quando prout hic conſtat † de contraria voluntate Teſtatoris extendendi fideicõmiſſum ad fœminas ſemper, & quandocunque filij maſculi non extent *Soccin.Iun.conſ.106.ſub numer.29.lib.1.Cephal.conſ.196.numer.23.Fuſar. conſ.69.num.32.& ſeqq.Surd.deciſ.37.nu.32.*

Non obſtat, quod ſuperſint Antonius, & Agabitus Iunior, quia cum teſtator excluſerit in omnibus, & per omnia Vliſſem, eiuſque filios, & deſcendentes in infinitum, & ipſi deſcendant ex Vliſſe non poſſunt aſpirare ad fideicommiſſum, à quo ſunt abſolutè, &
9 ſimpliciter excluſi, nam † excluſus ſimpliciter, & abſolutè abſque conditione limitatiua temporis eſt ſemper excluſus *Menoch.conſ.220. num.51.& 53.cum ſeqq. Bero.conſ.120.num.41.& ſeqq.lib.1.Peregr.de fideicommiſſis art.27.numer.16. & 17.Rota par.1.diuerſ.dec.72.num.40.verſ.ſecunda coniectura, & dictum fuit in Imolen. ſucceſſionis 28.Martij 1661. coram R.P.D.meo Beuilaqua, & in Bonon.fideicommiſſi de Caſtreis 24.Ianuarij, & 22.Iunij 1663.coram R.P.D.meo Albergato.*

10 Et licet ſubſtitutus ſub conditione † negatiua non exiſtentię certarum perſonarum iis exiſtentibus admitti non ſoleat, hoc tamen intelligitur de illis perſonis, quæ ex veriſimili mente teſtatoris excludunt ſubſtitutum; Non autem de illis quæ ab ipſo teſtatore lit-
11 teraliter excluſæ ſunt; Hæ † enim perſonæ ſicuti non continentur in diſpoſitione, & vocatione ita, nec etiam comprehenduntur in conditione, vt in his terminis reſpondit *Rota in dicta Imolen.ſucceſſionis 28.Martij 1601., §. ex quibus coram R.P.D.meo Beuilaqua.*

Quod facilius procedit in præſenti caſu ex quo Vliſſes, & illius deſcendentes excluſi fuerunt ex cauſa odij, de qua ſatis viſum fuit conſtare ex ſententia abſolutoria, & libello per eundem Vliſſem porrecto, & ſic tanto
12 magis cogebantur DD. credere † teſtatorem noluiſſe excluſos in parte diſpoſitiua, comprehendi in parte conditionali *ad text.in l.Lutius 88.§.Lutius Titius ff. de legat. 2. Soccin. Sen. conſ.37.n.6. lib.3.Corn.conſ.229.ſub nu.3.Marant. conſ.135.nu.38.& ſeqq.Surd.dec.41. nu.1. & per tot.Fuſar.de ſubſtit.q.317.n.1. & ſeqq. & Peregr. de fideic.art.22.nu.99.*

Præſertim attĕtis verbis prohibitionis prędictæ, nam ibi teſtator prohibuit alienationem bonorum, *vt illa conſeruentur apud hæredes & in eorum linea maſculina, & ea deficiente in*
13 *linea feminina*; Dictiones † autem huiuſmodi relatiuè limitant, & reſtringunt conditionem ad maſculos eorunque lineam, qui fuerunt ſupra vocati, nec poſſunt referri ad Vliſſem, eiuſque deſcendentes excluſos, vt in terminis non ſolum excluſi, ſed non nominati, & ſimpliciter omiſſi deduxit *Cephal.cõſ. 107.nu.12. & per tot.Curt. Iun. conſ.40. num.13.* qui ampliat, etiamſi perſonæ excluſæ, vel nõ nominatæ non eſſent odioſæ *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Cataneis 17. Martij 1662. §. quia cum fideicommiſſum coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Inanis autem eſt pretenſio, quod Vliſſes, & illius deſcendentes fuerint ſolum excluſi in concurſu maſculorum ex verbis illis; ex-
14 *cluſis tamen ab hac ſucceſſione*, nam † iſta verba nõ fuerunt limitate adiecta ad aliquem gradum, ſed illimitatè ad hæreditatem, cum
15 hæreditas † nihil aliud ſit, quam ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti maximè conſiderata cauſa excluſionis, quæ cum fuit fauore maſculorum, dum ipſe quoque Vliſſes erat de maſculis, ſed odium particulare, quod æquè operabatur in omnibus gradibus.

Et ita vtraque parte informante deciſum fuit &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Cenſus.

Mercurij 13. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Creditor Cenſus quando cenſeatur remiſiſſe ius percipiendi ſummam maiorem ex eodem cenſu. Ad effectum reducendi cenſum creatum irredimibilem ante Pianam conſtitutionem, quid requiratur. Creditor cenſus quãdo eiuſdem ſolutionem approbaſſe cenſeatur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor Cenſus percipiens fructus eiuſdem ad certam rationem præſumitur remiſiſſe ius percipiendi maiorem ſummam, & facta reductio.*
2 *Obſeruantia ſoluendi, & percipiendi fructus ad ſũmam diminutam, declarat Cenſum fuiſſe redactum.*
3 *Eccleſia per minorem ſolutionem non præiudicatur.*
4 *Beneplacitum Apoſtolicum requiritur ad effectum reducendi Cenſum ante Pij V. Conſtitutionẽ creatum irredimibilem, & num.10.*
5 *Beneplacitum Apoſtolicum habet locũ in Iure quæſito Eccleſiæ, non in iure quærendo.*
6 *Bulla ſan.mem.Vrbani VIII. ſuper præiudicialibus Eccleſiarum, quomodo veniat intelligenda.*
7 *Bullæ non vindicant ſibi locum inter Eccleſiam, & Eccleſiam.*
8 *Verba demonſtratiua non qualificant quantitatem, ſed requiruntur taxatiua.*
9 *Creditor Cenſus adnotando ſolutionem eiuſdem in propriis libris, ipſam ſolutionem approbaſſe cenſetur.*

DECISIO CCIX.

MANDATVM ad fauorem Monialium Sanctæ Luciæ in Silice, relaxatum pro fructibus Cenſus, ad rationem ſcutorum 10. pro centenario, non eſſe exequendum, firmarunt

runt iterum Domini, quia dum † Moniales, ſpatio 27. annorum, & vltra perceperunt fructus ad rationem ſcutorum octo ba. 20. præſumitur remiſſum ius percipiendi maiorem ſummam, & facta reductio ad rationem prędictam, ita loquitur *text. in l. aduerſus, C. de vſur. Dec. conſ. 2. num. 45. lib. 1. Capic. Latr. deciſ. 27. nu. 8 lib. 1. Leotard. de vſur. qu. 92. nu. 24.*

Quod ſpeciali ratione in propoſito comprobatur, nam in aſſignatione dicti Cenſus facta Monialibus vſque de anno 1574. expreſsè conuentum extitit, quod in caſu reductionis ipſæ tenerentur illam approbare, ad eo vt non poſſent moleſtare dictum Cedentem, nec
2 hæredes; ex obſeruantia † igitur ſoluendi, & percipiendi fructus ad ſummam diminutam benè declaratur, quod verè, & realiter Cenſus fuerat redactus, illiuſque moderatio à Debitore iuſtificata, *l. minimè, ff. de leg. Hoded. conſ. 92. nu. 27. & ſeq. lib. 1. & conſ. 35. n. 44. & ſeqq. lib. 2. Rota deciſ. 69. nu. 8. par. 4. to. 2. & in ſimili dixit Rota deciſ. 191. nn. 10. & 11. par. 8. recen.*

3 Non obſtat, quod non fuerit præiudicatũ Monaſterio per dictam minorem ſolutionem & receptionem, ex quo deficiat præſcriptio Quadragenatia eſt *tex. in cap. olim cauſam de cenſ*
4 & non interuenerit † beneplacitum Apoſtolicum, vt requiritur ad effectum reducendi cenſum ante Pianam Conſtitutionem creatũ irredimibilem, ex notatis per *Ricc. de Cur. Archiepiſcop. Neapol. 134. num. 4. par. 1.* nam attento huiuſmodi pacto inito, vſque de anno 1574. concurrit lapſus 40. annorum, & vltra, cumque illud conuentum fuerit, antequam cenſus tranſierit in Moniales, & incorporaretur cum alijs bonis Monaſterij non exquirebatur
5 Beneplacitum Apoſtolicũ, quod † habet locũ in Iure quæſito Eccleſię, non autem in Iure quærendo, iuxta *conſ. Federic. de Sen. 9. nu. 3. Làbert. de Iur. Patron. lib. 3. art. 9. qu. 2. num. 5. & ſeqq. Vincen. de Franc. deciſ. 14. nu. 15. & 16. & in terminis reductionis Cenſus, ita limitando tradit idẽ Ricc. de Cur. Archiepiſc. Neapol. 134. nu. 13.*

6 Hinc neque applicatur Bulla ſan. me. Vrbani VIII. ſuper præiudicialibus Eccleſiarum. Tum quia non comprehendit hunc caſum, in quo fuit conuenta reductio, antequã Cenſus fieret Monaſterij. Tum etiam, quia de tẽpore ceſſionis, ad fauorem Monialium iam exigebatur ad rationem ſcutorum 8. ba. 20. & nihilominus eſto, quod reductio fuiſſet ſequuta, poſtea Patribus Dominicanis, habentibus cauſam ab Incoronato Cenſus impoſitore, ad
7 huc Bulla † non habet locum inter Eccleſiã, & Eccleſiam, vt fuit dictum in *Viten. Portionũ 1. Junii 1643. coram bon. me. Dunozetto, & in Pampilonen Iurium Parochialium 19. Ianuarij prateriti, coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Nec releuat, quod Moniales de anno 1645. graduatæ fuerint per Sententiam Cardinalis Vicarij facta mentione, quod Cẽſus erat impoſitus ad rationem ſcutorum 10. quia illa
8 verba ſtant † demonſtratiuè, non autem taxatiuè ad qualificandam huiuſmodi quantitatem, *Bartol. in l. Centurio, nu. 31. de vulg. & pupill. Surd. deciſ. 64. nu. 22. diuer. par. 1. deciſ. 442. n. 3.*

Extinctio eiuſdem cenſus pro rata ſc. 190. viſa fuit pariter ſubſiſtere, nec impugnari poſſe ſub prætextu, quod ea facta fuerat fauore Monaſterij, non habente ſufficiens mãdatum procuræ omiſſis enim reſponſionibus primæ
9 deciſionis, dum † Moniales pretium receperunt ſolutionem in libris Monaſterij dictã extinctionem approbarunt, ad *text. in l. Paulus, ff. rem rat. haber. Rota deciſ. 56. num. 3. part. 3. recent.* contra quam hodie venire non poſſunt, *cap. quando ſemel 21. de reg. iur. in 6. Rota deciſ. 105. in fin. coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobon.*

10 Nec etiã impugnari valet ex defectu cõſẽſus Apoſtolici requiſiti, ad extinguendũ cenſum ante Pianam Cõſtitutionem creatum irredimibilem, quia habet cenſus impoſitus ante dictam Conſtitutionem, cum pacto, quod intra certum tẽpus eſſet irredimibilis, & poſtea quod amplius non poſſet redimi valeat, attamen pro illius validitate exigebatur, vt debitori in compenſationem facultatis adẽptæ diminuerentur fructus, vt præter adductos in præcitata deciſione ſub die 19. Aprilis 1660. tradit *Molin. de contract. diſput. 385. num. 11. Salaſ. de Cenſ. dub. 12. nu. 2. verſ. intelligunt autem*, quod cum in propoſito caſu ſeruatum non fuerit, cenſus redimi potuit, vt latius huic obiecto ſatisfacit eadem deciſ. in qua perſiſtendũ eſſe reſolutum fuit, vtraque.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO, Poſtea S. R. Eccleſ. Cardinali.

Æſina Cenſus.

Lunæ 16. Junij 1664.

ARGVMENTVM.

Damna per creditorem mora debitoris incurſa per debitorem ſunt ſoluenda, & huiuſmodi damnum paſſo actio pro damnis, & intereſſe competit. Debitor quando dicatur conſtitutus in mora. Exceptionem non implementi opponere non poteſt, qui primo contrauenit.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum venditionis, probationem probatam facit.*

2 *Damna per creditorem mora debitoris incurſa per eundem debitorem ſunt ſoluenda.*

3 *Damnum fuiſſe incurſum per creditorem, ex omiſſa ſolutione debitoris, in ſpecie probari debet.*

Quod declara, vt num. 4. & 5.

6 *Damnum paſſo competit actio, pro damnis, & intereſſe.*

7 *Damnum iuſtificatum, reficiendum venit.*

8 *Debitor conſtitutus dicitur in mora, ſi tempore debito non ſoluat.*

9 *Debitor dicitur moroſus per lapſum diei ſolutioni adiectæ.*

10 *Dies adiecta, regulariter interpellat pro homine.*

11 *Verbum* debet, *præciſam obligationem, & neceſſitatem importat.*

Amplia, vt num. 12.

13 *Pecu-*

14 *Pœnia tacita, & expressa distinctio ex quibus resultet, & num. 14.*
15 *Solutio determinato tempore faciendæ, venit de necessitate obligationis.*
16 *Mora ad quem effectum venit attendenda.*
17 *Exceptionem non impleti opponere non potest, qui primo contravenit.*
18 *Exceptio non impleti prodest excipienti, in quantum sua interest promissionem adimpletam non fuisse.*

DECISIO CCX.

CREDITVM, quod habebat D. Marchionissa Margharita Gabriellia in hæreditate quon. Francisci de Amicis primi Viri, vendidit, & cessit, mediante persona D. Marchionis Francisci de Flaschis eius secundi Viri anno 1633. Adriano de Honoratis emẽti pro se, Fratribus, & Nepotibus, pretio scut. 10500. qui tunc soluit scu. 3000. Residuum verò solvere promisit infra quinquẽnium anuo quolibet scuta 2000. ita tamen, quod vltima solutio esse deberet 24. Iunii 1638. de scut. 1500. quia verò dicta Hęreditas reperiebatur grauata annuo Censu scutorum mille ad fauorem Tatij de Tatijs. ab ipso D. Marchione fuit accollatus prævia promissione inter eundem, & DD. Honoratos, illum extinguendi, his verbis, *quod solutio sortis debeat fieri cum pecunijs solvendis per DD. de Honoratis, ex dicto residuo pretij scutorum 7500. ad beneplacitum dd. DD. de Honoratis, cum qua solutione voluerint*, & vt latius habetur in Instrumento relato summario vtriusque partis num. 1. Vnde cum Honorati in tribus solutionibus postea factis, vnquam declarauerint eorum beneplacitum circa Cẽsus extinctionẽ, & vltimam partitam anni 1638. pro residuo pretij non persoluerint, quo stãte Dñus Marchio coactus fuit soluere fructus Census successiue decursos, ideo contra Honoratos instetit coram A.C. tam pro solutione residui pretij, quam etiam fructuum loco damnorum, & interesse, sed cum ex speciali Commissione Sanctissimi iniunctum fuerit, vt procedatur de Voto Rotæ, inde dubitaui, an sit relaxandum mandatum, & resolutum fuit affirmatiuè.

1 Quod respicit residuum pretij, obligatio clara elicitur ex publico Instrumento Venditionis, quod facit probationem probatam. Quo verò ad fructus loco damnorum, & interesse, in quo consistit totum huius Causæ momentum, licet Honorati non se obligauerint ad Census extinctionem, sed hoc onus in se assumpserit D. Marchio; Attamen ipsi ad hunc effectum tenebantur tradere pecunias, & insuper declarare, qua solutione facienda erat Census extinctus iuxta deductam conuẽtionem, vnde cum in præcedentibus solutionibus factis vsque ad summam scutorum 6000. nunquam declararunt, quod cum eis extingueretur Census, de necessitate sequitur, quod extinctio non poterat fieri, nisi cum vltima solutione, & proinde cum Honorati
2 in hac † vltima solutione defecerint, eorumque mora, & culpa non fuerit Census extinctus, vtique tenentur ad damna passa per Dominum Marchionem, qui coactus fuit continuare solutionem fructuum, quos non soluisset, si pecunias Honorati subministrassent tẽpore conuento, vt in his terminis probat *Cyriac. contro. 368. num. 18. Card. Caualer. decis. 605. Merlin. decis. 246. num. 5. Rota post Cene. de cens. decis. 554. in fin. in Bononien. Damnorum* 1612. *coram bo. mem. Coccino, & in Bononien. Nullitatis Concordiæ 27. Ianuarij* 1648. §. *verum retorquetur, coram Bichio*, præcipuè attenta obligatione Camerali, sub qua contineri damna, & interesse, Rota nunquam dubitauit.

Et quamuis in decernendis huiusmodi dãnis reprobato, *Ruin. cons. 104. num. 6. lib. 1.* Rota
3 existimauerit onus esse, quod † in specie probetur, damnum fuisse incursum ex omissa solutione, iuxta *decis. Cocin. 498. nn. 3. & alias relatas in Lauellen. 26. Nouembris* 1650. *coram Eminentissimo D. Cardin. Corrado*, §. *neque ratione lucri.*
4 Attamen hoc † procedit, vbi non est certum, aut creditor recipiendo pecunias illas verè erogasset in Causam, ex qua prouenit damnũ, tunc enim ob solam negligentiam debitoris in nõ soluendo tempore conuento, damnum non dicatur sufficienter probatum ad effectũ, de quo agitur, cũ potuerint pecuniæ in alios
5 vsus conuerti, secus verò, vbi † prout hic, adest certa, & præcisa destinatio pecuniarum in Causam extinctionis Census absque eo, quod creditor potuerit pecunias in aliam causam implicare, hoc enim casu dum debitores fuerunt morosi in soluendo tempore conuento, dubitari nequit de damno Marchionis, qui fuit adstrictus soluere fructus Census, à quibus fuisset liberatus, si solutio sequuta esset in-
6 tra terminum præfixum, & † consequenter eidem competit actio pro damnis, & interesse, vt probat *Leotard. de vsur. qu. 71. num. 4. & 6. Rota in dicta Bononien. Damnorum* 4. *Maij* 1612. *coram Coccin. cum alijs supra allegatis*.

Neque ad istum effectum opus est probare requisita, *Pauli de Castro in l. 3. §. fin. num. 3. ff. de eo, quod certo loco*, quia cum non agatur de lucro cessante, sed de damno emergente, illo
7 iustificato † ex prædictis reficiendũ venit absque alia probatione dd. requisitorum, per *text. in l. Inde neratius, ff. ad l. Aquil. Mascard. de probat. concl. 933. num. 16. vol. 2. cum allegatis in Firmana Pecuniaria 2. Iunij* 1656. §. *nec est opus, coram R. P. D. meo Priolo.*

Vltra quod dicta requisita non desunt, nam
8 quod Honorati fuerint constituti † in mora, liquet ex eo, quod vltima solutio scut. 1500. pro residuo integri pretij conuenta fuit 24.
9 Iunij 1638. per lapsum † namque dies solutioni adiectæ, vere dicuntur morosi absque
10 alia interpellatione, cum regulariter † dies interpellet pro homine, *ad text. in l. magnam, & ibi DD. C. de contrahend. stipulat. Rota decis. 85. par. 4. tom. 2. & decis. 192. vbique num. 17. par. 5. recen.*

Destinatio verò pecuniarum immo necessitas illas erogandi in extinctionem Census, de quo agitur, patet ex Instrumento Venditionis, vbi: *& soluta sortis debeat fieri de pecunijs sol-*

ſolutis per DD. de Honoratis ex dicto reſiduo pre-
11 *tij*, quod † verbum *debeat*, præciſam obligationem, & neceſſitatem importat, *gloſſ. in Clement. attendentes, verb. debeant, de ſtat. monach. cum aliis per Rot. in Romana Locationis 6. Martij* 1662. §. *hinc non arguere, coram Rev. P. D. meo Verospio*,
12 præcipuè attento pacto, quod † Honorati ex dicta ſolutione valeant reportare lura, & ceſſiones, quo fit, vt Marchio in eorum præiudicium non potuerit in alios vſus, quam in Cauſam deſtinatam erogare pecunias.

Non obſtat, quod totum reſiduum pretij ſcutorum 7500. fuerat indeffinite deſtinatum pro extinctione Cenſus ſcutorum mille vnde remaneat incertum, an potius cum pecunijs iam ſolutis in quantitate ſcutorum 6000. vel cum vltima partita, non dum ſoluta fieri deberet extinctio, & proinde affirmari valeat, quod defectus vltimæ ſolutionis fuerit Cauſa certa, & immediata damni.

Pro reſponſione enim animaduerterunt DD. quod licet totum pretium fuerit generaliter deſtinatum, ad effectum extinctionis Cenſus, fuit tamen ab Honoratis particulariter electa, & deſtinata, non ſolum tacite, ſed etiam expreſſa vltima partita ſcutorũ 1500. prout vigore conuentionis poterant eorum arbitrio determinare, ibi; *ad beneplacitum DD.*
13 *de Honoratis, cum qua ſolutione voluerint*. † Tacita namque deſtinatio reſultat ex quo in præcedentibus ſolutionibus, nunquam declararũt velle cum eis cenſum extinguere, ideoque præſumitur de eorum voluntate dilata extinctio ad vltimam partitam, quæ propterea de neceſſitate in hanc cauſam implicari debebat;
14 Expreſſa vero † deſumitur ex Epiſtolis ipſius met Adriani de Honoratis directis D. Marchioni, vbi de anno 1639. poſt factas omnes alias ſolutiones declarauit velle extinguere cenſum cum vltima partita reſiduali ſcutorũ 1500. ibi; *ſubentraremo noi nel Cenſo, e la liberaremo con le ceſſioni di raggioni*, & melius in alia, ibi, *In riſpoſta dico à V. S. Illuſtriſſima, che io ſon pronto di pagare li ſcudi 1500. al Signor Tatio, auiſerò quanto ſia creditore de' frutti, ſaldarò la ſorte, e frutti, e del reſto farò rimeſſa à Roma*, Summario D. Marchionis, *nu.* 2.

Nec ſubſiſtit, quod pactũ extinguendi cenſum, cum reſiduo prætij, fuerit factum ad fauorem, & cautelam illorum de Honoratis, & ideo non debeat in eorum odiũm retorqueri. Quia ad eorum fauorẽ quidẽ eſt, vt extinctio fiat potius cum vna, quam cum altera ſolutione, quod fuit remiſſum eorum arbitrio, at
15 ſubminiſtratio pecuniæ certo, & † determinato tempore faciendæ, ad præciſum effectum extinctionis, non reſpicit illorum fauorem, ſed venit de neceſſitate obligationis, & reſpicit potius fauorem Marchionis agẽtis de dãno vitando, dum ea mediante liberari debebat ab vſuris, quibus premebatur, ad notata per *Iaſ. in l. Item quia, ſub nu.* 1. & *verſ. limita, ff. de paſt.*

Denique non vrget præcipuum obiectum ab Informantibus, pro Honoratis excitatum, quod cum DD. de Flaſchis promiſerint tradere Scripturas pro iuſtificanda partita ſcutorum mille, crediti ceſſi contra hęreditatẽ Domini Amici, illaſque nunquam tradiderint, bene potuerint Honorati, propter huiuſmodi, nõ adimplementum reſiduum prętij retinere, quoniam conſignationi dd. Scriptu rarũ non fuit adicta certa dies, ſed promiſſa fuit, dumtaxat ad requiſitionem illorum de Honoratis, ibi; *& ſic omni tempore ad requiſitionem ſimplicem dd. DD. Emptorum, ſeu eorum, &c. dare, & conſignare Scripturas authenticas, &c.* Vnde cum ipſi huiuſmodi requiſitionem non fecerint, niſi de anno 1650. non poſſunt proinde, ex hoc prętextu obijcere defectum implemẽti ex parte venditorum, ad effectum euitandi moram ab ipſis Emptoribus, iam in cauſam de anno 1638. & ſic longe ante dictam requi-
16 ſitionem, quæ † quidem mora tamquam prima ad hunc effectum attenditur *Ancharan. conſ. 86. num. 2. & 3. Dec. conſ. 471. num. 6. cum allegatis in Romana Grani 13. Nouembris* 1641. §. *eoque minus, verſ. prius enim, coram me, impreſſ. in re-*
17 *cent. deciſ. 471. num. 23. part.* 9. & qui † primo cõtrauenit non poteſt opponere de exceptione non implementi, *Rota deciſ. 70. num. 17. poſt Zacch. de Obligat. Cameral. Buratt. deciſ. 896. nu. 1. & coram Card. Caualer. deciſ. 605. nu. 4.*

Inſuper Honorati ex dilata Scripturarum conſignatione, nullum maginabile damnum, ſeu præiudicium, vllo vnquam tempore recipere poſſunt. Durante enim vita D. Marchioniſſæ Margharitæ iam poſſident integrã hæreditatem Amici debitoris titulo vſuſtructus ab eadem Marchioniſſa empti; in futurum vero poſt mortem illius pariter sũt cauti, ex depoſito per eos facto in Sacro Monte Pietatis Ferrariæ, ſub expreſſo vinculo, & prohibitione, ne inde pecuniæ amouerentur, niſi conſignatis ſcripturis pro iuſtificatione dictæ partitæ ſcutorum mille, vt ex Cedula depoſiti, dicto Summario Marchionis *num.* 4. Quapropter ceſſante damno, & præiudicio, ceſſat intereſſe, & ſic deficit quoque prætextus retardandi ſolutionem reſidui pretij, ac
18 ruit exceptio non implementi, quæ † in tantum prodeſt excipienti in quantum ſua intereſt promiſſionem non eſſe adimpletam, *Surd. conſ. 101. numer. 24. Rota coram Gregor. deciſ. 547. num. 11. & 16. adden. nu. 20. Merlin. deciſ. 246. nu. 3. Buratt. deciſ. 571. nu. 5. & in recent. deciſ. 192. nu. 2. part. 5.*

Et præfata fortius procedunt ex quo Honorati poſt factum dictum depoſitum ſcutorum 2000. ſoluerent Tatio cenſuario ſc. 245. quamuis ſcripturæ non fuiſſent conſignatæ, vt ex prædictis Epiſtolis, dicto Summario D. Marchionis *num.* 2. ſoluendo enim partem debiti ſatis declararunt ſe velle teneri abique alia exceptione ad ſoluendum integrum reſiduum, & pro ſcripturarum conſignatione ſufficienter cautos eſſe.

Et ita vtraque, &c. parte informante, &c.

R. P. D.

R. P. D. EMERIX

Romana Fideicommissi de Glorierijs.

Luna 16. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Testator quando post masculos fœminas agnatas, earumque filios admisit, loca pia ab eius successione excluſisse videtur concurrentibus testamenti verbis perbelle, & nitidè ponderatis, quare causam piam in concursu descẽdentium Testatoris, non haberi in consideratione resoluitur.

SVMMARIVM

1 *Sub vocatione Nepotum, & Pronepotum masculorum continentur omnes descẽdentes masculi in infinitum.*

2 *Substitutio includens*, alios quomodolibet ex institutis descendentes, *vt latior, comprehendit aliam speciem diuersam ab expressis.*

3 *Dictio* alios, *ostendit diuersitatem personarum.*

4 *Dictio* quomodolibet *adiecta verbo* descendẽtes, *illud ampliat, & facit, vt comprehendantur omnes fœminæ post vocationem masculorum.*

5 *Dictio* masculis, *qualificat tantũ illa verba, quibus apposita est.*

6 *Verbum* quibuscumq; *est latæ, & ampla significationis.*

7 *Oratio, quando agitur de personis, quæ simul concurrere non possunt, quamuis vnica diuiditur in plures, ità vt censeantur tot orationes, quot sunt personæ, & substitutiones ordinatæ.*

8 *Testator post masculos fœminas ad successionem bonorum admittens se declarare videtur, non sumpsisse conseruationem domus, & familiæ in rigida significatione restricta ad solos masculos, sed in benigniori pro prælatione agnatorum tantum.*

9 *Testator, post masculos fœminas agnatas, earumque filios ad hæreditatem suam vocans loca pia excluſisse videtur.*

10 *Fœminarum, & mulierum appellatione, non solum dicuntur vocata prima filia agnata, sed etiã omnes illarum descendentes.*

11 *Testator censetur vocasse prius totam lineam masculinam, deinde fœmininam, quando fœminæ vocatæ sunt in tempus remotum post deficientiam omnium masculorum.*

12 *Testator in vocatione masculorum vtẽs verbis amplis, & vocationi masculorũ, ex fœminis descendentium accommodatis, istos etiam admisisse censetur.*

13 Decisiones in Maceraten. Hæreditatis 22. Februarij 1598. coram Pamphilio, & 27. Decembris 1613. coram Manzanedo, *declarantur.*

14 *In Fideicommissis attenditur grauati proximitas, dummodo non concurrant coniecturæ contrariæ voluntati testatoris.*

15 *Repetitio tacita non est admittenda, quando adest personarum, & graduum diuersitas.*

16 Textus in l. cum Auus, ff. de condition. & demonstrat. & in l. cum acutissimi, C. de fideicomm. *impedit admissionem locorum piorum existentibus descendentibus testatoris.*

17 *Causa pia in concursu descẽdentium, non consideratur.*

DECISIO CCXI.

DOMINI confirmando resolutionem captam, sub die 28. Martij præteriti,* hodiè iterum responderunt, Fideicommissum à Cæsare Glorierio in vltimis eius Tabulis institutum, purificatum esse ad fauorem Portiæ, illique dandam immissionem, quia vocationem Portiæ, quæ sola in dubium reuocabatur, adhuc rectè desumi existimabant, tã ex prima Testamenti parte, in qua Testator instituit filios, nepotes masculos, pronepotes, & alios quomodolibet ex eis descendentes, eosque ad inuicem substituit; quam etiam ex secunda, in qua expressè voluit, quod filiæ fœminæ, non existentibus masculis de Domo Glorieria, succedant, iuxtà leges, & auctoritates in præcedenti decisione allegatas.

Neque ad excludendam Portiam à substitutione descendentium visa fuit sufficere expressio qualitatis masculinæ adiecta nepotibus, & declaratio Testatoris, quod residuum hæreditatis, & bonorum ipsius remaneant infrascriptis hęredibus pro conseruatione familiæ suæ Domus, apposita in ea Testamenti parte, in qua Alexandro filio reliquit pretiũ Clericatus Cameræ, & repetita iterum in alia, in qua adiecit prohibitionem alienationis stabilium.

Quia vt dictum fuit in decisione, & denuo hodie Dominis placuit expressio qualitatis masculinæ non releuat, dum substitutio continet duas partes, vnam quæ loquitur de Nepotibus, & Proneporibus masculis, sub quibus verbis † continentur omnes descendentes masculi in infinitum, *Rota decis. 6. nu. 17. par. 5. recen.* 1

Et alteram in illis verbis, *& alios quomodolibet ex eis descendentes*; quæ † est latior, & comprehendit aliam speciem descendentium diuersam ab expressis, tàm attenta illa dictione 2
alios, quæ † ostendit diuersitatem personarũ, 3
quam etiam attenta illa dictione † *quomodolibet*, quæ ampliat verbum *descendentes*, & facit, 4
vt comprehendantur omnes etiam fœminæ post vocationem masculorum, vt benè declarat *Peregr. conf. 5. nu. 46. & conf. 6. nu. 5. lib. 1. Natt. conf. 467. nu. 23. vers. 3. contra prædicta, & Rota coram Eminentiss. Ottobono decis. 265. num. 16. & in Sarsinaten. Feudi 22. Iunij 1645. coram bon. me. Dunozetto, §. neque visum, & 18. Decembris eiusdem anni coram eodem, §. 1. & seq. & in Romana Casalis Mediæ vie 15. Maij 1662. §. præterea, corã R. P. D. meo Benilaqua*, in quibus optimè consideratur, quod licet in vnica oratione dicatur, pro tot filiis, & descendentibus masculis, & hæredibus, & successoribus quibuscumque, tamen 5
illa dictio † *masculis*, non qualificat totam orationem, sed solum illa verba quibus apposita fuit, & alia sequentia retinent suam vim comprehensiuam fœminarum propter adiectionem verbi † *quibuscumque*, quod est am- 6
plioris, & latioris significationis.

7 Et ratio est, quia quando agitur de personis, quæ simul concurrere non possunt, oratio quamuis vnica diuiditur in plures, ita quod tot censeãtur oriiones, quot sunt personæ, & substitutiones subordinatæ, *Berous cons.120.nu.75.lib.2. Rota decis.151.n.17.& seqq. & præcipuè nu.23.& 24.par.5.recen. & in Parmen. Status 26. Aprilis 1613.§.nec aliquid, coram sa. me. Innocen. X. & in dicta Sarsinaten. Fandi 22. Iunij 1645. coram bon. memor. Dunozetto, §. neque visum.*

Voluntas autem conseruandi bona in familia non est simplex, & absoluta, vt supponunt informantes pro locis piis, sed restricta, & limitata quousque extent masculi, quod probatur. Tùm ex eo quod Testator post supradicta verba, *quia voluit quod remanent perpetuò in Domo de Glorieriis*, statim subiungit, vi-
8 delicet, *in † masculos legitimos, & naturales, & in defectum masculorum, in feminas*, hoc ipso declarans se non sumpsisse conseruationẽ Domus, & Familiæ in rigida significatione, restrictæ ad solos masculos, cum perpetua exclusione fœminarum, sed in benigniori, & mitiori pro prælatione masculorum, & agnatorum, ad tradita per *Cephalum cons.600.num.35. vers. ex quibus infertur, Fusar.de substitut. qu.311. nu.34. & qu.353.nu.12. cum seqq. & alios adductos in decis. §. tum denique, Rota coram Merlino, decis.864. nu.20.& seq. & in recen.decis.133. nu.21. vsque ad 26.part.9.*

Tùm etiam quia inferius generaliter pluries vocauit fœminas, & deficientibus mulieribus indeterminatè, demum substituit loca pia; hinc enim euidentius apparet Testatorẽ
9 non † habuisse voluntatem conseruandi bona in familia strictè sumpta, sed post masculos vocasse omnes tàm agnatas, quàm earum filios, & voluisse omnes præferri locis piis *Roland & al.de lucro dot.quæst.56.nu.27. & seqq.Phanuc.eodem tract.glos.5.num.31.Castill.contro. lib.5 cap.92.num.14.& cap.133.nu.7. Altogrd.cons.66. num.82. vers.secundo respondetur lib.2. Maria cons.61.num.27.* vbi loquitur in terminis exclusionis piæ causæ, & plures cumulat *Rota corã Merlin.dicta dec.864.numer.26. & seqq.*

10 Appellatione † namque fœminarum, & mulierum non solum dicuntur vocatæ primæ filiæ Agnatæ, sed etiam omnes illarum descendentes *Gabr.cons.96. num.34. vers.tamen declaratio illius dictionis lib.1. Rota coram Card. Cavalier.dec.125.num.10.vers.ex qua dispositione, & in Bononien. Bonorum, seù fideicommissi de Sanctis 17. Iunij 1647. §.tertio quia coram bon.memor.Richio,*
11 præsertim dùm fœminæ † leguntur vocatæ in tempus remotissimum post deficientiam omnium masculorum; censetur enim Testator prius vocasse totam lineam masculinam, & post lineam fœmininam, vt benè *Peregr. cons.19.nu.15.vers.præsupposito lib.6.Lederch.cons.135. col. vltima vers. est itaque sensus, Rota in Romana, seù Sabinen.fideicommissi 22.Maij 1656.* §. *& huiusmodi vers.quoties enim coram bon. mem. Dunozetto.*

Quæ facilius admittenda sunt, dùm, vt in alia decisione fuit obseruatum, §. *Tùm etiam*,
12 versamur in Testamento Viri † doctissimi, qui si voluisset vocare solos masculos, & post eos vnum tantum gradum fœminarum, quæ essent de familia gratia ipsam conseruandi, non fuisset vsus verbis tàm amplis, & accommodatis vocationi quorumcumque masculorum etiam descendentium ex fœminis, vt obseruat in puncto *Giurgn.consil.12. numer.17. lib. 2.*

13 Non obstant igitur decisiones † *in Mantuana hæreditatis 22. Februarij 1598. coram Campobello, & 27. Decembris 1610. coram D. Merlino*, quia in ipsarum casu vocatæ fuerant fœminæ cum expressa qualitate, quod essent descendentes ex linea masculina, & ideò nõ est mirum si ibidem dictum fuerit non admitti descendentes ex fœminis, quia illæ non dicuntur descendere ex linea masculina, vt aduertit *Grasian.discept.901.nu.1.& num.28. & seq. Peregrin.ex.36.nu.4. Rota decis.103.sub nu.1. par.3. recen. & coram Duran.decis.300. num.1. & 2. cum seqq.* atque ità in puncto ad has decisiones respondit *Rota in practica Romana, seu Sabinen. fideicommissi 22. Maij 1656. §. nec applicantur, coram bon.mem. Dunozetto.*

Sicuti nec etiam relenat absurdum, quod secundum hunc intellectum admitteretur fœmina cognata remotior, exclusa fœmina agnata proximiore, quia cum casus in concreto dari non possit, nisi quando cognata esset proximior grauato, seù vltimo defuncto, nullum inde resultat absurdum, cum regulariter
14 in fideicõmissis † attendatur proximitas grauati, dummodo non concurrant vehementes coniecturæ contrariæ voluntati Testatoris, vt pluribus congestis dictum fuit *coram Eminentiss. Ottobono decis.21.nu.1. cum seqq.* & an tales concurrant coniecturæ, vel non, tunc inter agnatam, & cognatam, non autem cum locis piis disceptandum esset.

Minus vrget, quod Portia non sit de Domo, & Familia Glorieria, quia vt latè demõstratum fuit in alia decisione, talis qualitas nõ legitur expressè apposita in substitutionibus
15 fœminarum; tacita † autem repetitio non debet admitti, stante diuersitate personarum, & graduum, vt notant *Soccin. Pamphil. Peregr. & alij cumulati in decisione, §. & propterea.*

Et in omnem casum cum negari non possit, quin Felix mater Portiæ sit litteraliter vocata, & si viueret admittenda foret ad exclusionem Locorum Piorum, semper vrget di-
16 spositio † *text. in l.cum Aum, ff.de condit. & demonstr. & in l.cum acutissimi, C.de fideicomm.* impediens admissionem Locorum Piorum existen. descendentibus Testatoris: in nihilo suf-
17 fragante priuilegio piæ causæ, quod † in concursu descendentium non est habendum in consideratione, iuxtà sententiam *Diui Augustini, relata in Aureo Textu Canonis quicumque causa 17. qu.4.*

☞ *Decisio ista sub die 25. Martij 1664. coram eodem R.P.D. Verospio, est supra in hac eadem par. decis.168.*

R.P.D.

R. P. D. EMERIX.

Maioricen. Canonicatus Pœnitentiariæ.

Anno 16. Junij 1664.

ARGVMENTVM.

Prouiſio Apoſtolica beneficij ſtatum non immutat, nec actus vnicus eſt validus ad inducendam obſeruantiam. Collatio facta à Capitulo contradicente Epiſcopo non tenet. Collatores quando ſunt diſcordes in collatione, neutra illorum tenet, & deuoluitur ad ſuperiorem collatorem.

SVMMARIVM.

1 *Inſula Maioricenſis habetur pro vna eademque re cum Hiſpania*
2 *Inſula Baleares hodie diſtinguuntur in Maioricam & Minoricam.*
3 *Teſtibus de re ad ſe pertinente deponentibus plurimũ defertur.*
4 *Epiſcopus Maioricenſis inter Epiſcopos Hiſpaniarũ numeratur, & eſt ſuffraganeus Epiſcopi Valentini*
5 *Nuncius Hiſpaniarum procedit in cauſis ſpoliorum Maioricæ, & in ea deputat ſubcollectores.*
6 *Inſula ſecundum Ius ciuile, & Canonicum eſt pars illius Prouinciæ, cui adiacet & num. 8. & 9.*
7 *Interpretatio benigna & lata in fauorabilibus facienda eſt*
10 *Singula quæ non prosunt, ſimul iuncta iuuant.*
11 *Ratio quando eadem non eſt, eſt etiam diuerſa iuris diſpoſitio*
12 *Prouiſio Apoſtolica non immutat ſtatum beneficij*
13 *Actus vnicus non eſt aptus ad obſeruantiam inducendam.*
14 *Collatio ſimultanea Epiſcopi, & Capituli præſumitur, donec contrarium probetur.*
15 *Collatio facta à capitulo contradicente Epiſcopo non tenet.*
16 *Epiſcopo ad conferendum requiſito & non conſerente prouiſio facta per Capitulum debet ſuſtineri.*
Quod procedit quando Epiſcopus poſtea conſenſiſſet, vel ſimpliciter conferre renuiſſet & num. 17.
Secus quando Epiſcopus expreſsè contradixit beneficium alteri conferendo & num. 18.
19 *Diſcordia quando eſt inter collatores collatio per alterutros facta non tenet, ſed deuoluitur ad ſuperiorem collatorem.*
20 Rota in Lucana Cappellæ 1. Julij 1650. cor. Bichio *& alij inquibus terminis loquantur.*

DECISIO CCXII.

CVM dilemmate, quod vel Inſula Maioricen. non compræhẽditur ſub indulto Gregoriano loquente de Eccleſijs in Regnis Hiſpaniarum exiſten. & tunc Canonice proceſſit Epiſcopus conferendo ad formã Concilij Tridentini, aut verò comprehenditur ſub indulto, & tunc legitimè procedit Capitulum: cõferendo per concurſum ad formam dicti indulti reſolutum fuerit ſub die 3. Decembris proximipræteriti litteras Apoſtolicas Petri Honuphrij Shauler, non eſſe exequendas, ſed Cauſa bis repropoſita viſum fuit corruere dilemma, & propterea Domini receſſerunt à deciſis.

Etenim quod Inſula Maioricen. comprælendatur ſub indulto ex pluribus deſumitur.

Primo quia indultum loquitur generaliter de omnibus Eccleſijs exiſten in Regnis Hiſ-
1 paniarum, & ſemper † inſula Maioricen. habita eſt pro vna eademque re cum Hiſpania, atque eius incolæ pro veris Hiſpanis, prout *Danuet. in Hiſtoria Regni Balearis lib. 1. tom. 1. §. bienque ſiempre.*

Secundo quia Hiſtorici paſſim, & Geographi tractantes de Hiſpania & illius Regnis, ſub illa Collocant inſulas Baleares, hodie diſtinctæ in Regnum Maioricæ, & Minoricæ nuncupatæ *Volterran. in Geograph. lib. 2. tit. de Hiſpan fol. 14. Ptolom. lib. 2. cap. 6. in fin. Abraham Ortelius in Geographia veteri, nec non ad tab. Hiſpaniæ Philip. Cluuerius introd. ad Geograph. lib. 2. cap. 5. tit. de incolis Hiſpaniæ, & recent eius diuiſione*, &] plures alij relati ab informantibus, quibus vti at-
3 teſtantibus de re ad ſe pertinente plurimũ eſt deferendũ *per text. in l. 7. menſe ff. de ſtatu hominũ l. 1. in princ. ff. de ventre inſpicien. cap. propoſuiſti 4. de probat. & cap. fraternitatis 6. de frigidis, & maleficiatis, & ea, quæ congerit Maſcard. de [probat. concluſ. 1173. num. 1. & ſeqq. Rot. coram Greg. dec. 125. nn. 9.* & in terminis dificultatis an inſula ad Prouinciam pertineat nec ne *Grifrader tractatu de inſul. cap. 15. nu. 9. in fine.*

Tertio quia exactio ſubſidij, & excuſati cõceſſa à ſede Apoſtolica Regi Catholico in Regnis Hiſpaniæ fit etiam in Regno Maioricæ ſicut in alijs Regnis Hiſpaniarum *Summ. Petri Honuphrij num. 20.*

Quarto quia Epiſcopus Maioricen connumeratur inter Epiſcopos Hiſpaniarum, & 4 eſt ſuffraganeus Epiſcopi Valentini Corad. in Parochiali Eccleſiæ poſt eius praxim diſpenſationum fol. 690.

5 Quinto quia † Nuncius Apoſtolicus Hiſpaniã procedit in cauſis ſpoliorum Maioricæ, in eaque deputat ſubcollectores, ſicut in cæteris alijs Hiſpaniæ Prouincijs *Duran. dec. 314. in principio.*

6 Sexto quia tam ſecundum ius ciuile, quam Canonicum ſunt pars illius Prouinciæ, cui adiacent vt eſt *text. in l. inſulæ, vbi gloſſ. & Gotifred. plures alios referens ff. de indicijs, & in cap. vnico extranag. commun. in §. Apulia vbi gloſſ. in verb. Sicilia* in ſpecie teſtatur de Inſula Maioricarum.

7 Septimo quia † verſamur in cauſa fauorabili, in qua benigna, & lata eſt facienda interpretatio *iuxta text. in l. cum quidam ff. de lib. & poſt. & in* Priuilegio conceſſo Prouinciæ cuius nomen intelligitur ſecundum communem vſum loquẽdi *Bartol. in extranag. qui ſint rebelles nu. 5. & ſeq. verſ. Lombardia, & verſ. cum ergo.*

Et denique, quia talis videtur fuiſſe mens Regis ſupplicantis, & Pontificis concedentis prout non obſcure colligitur ex noua conſtitutione Sanctiſſimi Domini Noſtri nuper ad inſtañ Regis edita, in qua inquit, quod licet inſula Maioricen quippè vna ex adiacẽtibus inſulis DD. Regnorum Hiſpaniarum ſub

sub indulto comprehendi videntu rnihilominus maioris claritatis gratia, & ad præcidendas controuersiarum, & litium occasiones declarauit prædictas Gregorij litteras etiã insulam Maioricen. comprehendere, & quatenus opus sit ad Ecclesiam Maioricen extendit sine præiudicio litis &c.

Non obstat, quod in Bullis subsidij, & excusati & forsan, etiam in breui facultatum Nuncii apposita sit clausula, *& in insulis adiacentibus*, quia illa vti apposita maioris claritatis gratia, & ad præcidendas litium occasiones, non impedit, quo minus in alijs litteris Apostolicis in quibus contieri tantũ exprimitur censeantur † comprehensæ etiam insulæ
8 adiacentes iuxta sententiam *Plinij lib.* 18. *c.* 25. *ibi*: Cum attica † nominata fuerit debemus
9 intelligere Cycladas insulas, & aliorum tam Historicorum, quam Geographorum superius allegatorum.

Et in præsenti comprehensio insulæ Maioricen non desumitur ex solis Bullis subsidij, vel declaratione S. D. N. aut iurisdictione Nuncij, vel alijs separatim perpensis.

Sed ex omnibus supra ponderatis, simul iunctis, quæ licet forsan singula non sufficerent, tamen simul ponderata mente Regis, & Pontificis illam comprehendi non obscure
10 demonstrãt † iuxta regulam vulgatam singula quæ non prosunt iuncta iuuant.

Non obstãt etiam decisiones in causa Barchinonen Canonicatus Penitentiariæ coram R. P. D. meo Verospio Rotas, & Eminentiss. Celso, quia vltra quod adhuc sunt sub lite fundantur in ratione particulari, quod Ca-
11 talonia sit Principatus † non Regnum quæ ratio non militat in casu nostro, quia indubitatum est Maioricam esse Regnũ, & propterea non applicantur.

Minus facit assumpta obseruãtia desumpta ex vltimo statu, & vacatione, quæ ipso loco successit post indultum, quia prouisiones Apostolicæ ex vulgatis non immutant
12 statum beneficij, & ex hoc vnico actu nulla potest desumi obseruantia, quæ præiudicet, nisi probata scientia indulti in Summo Pon-
13 tifice successiue, & quod † eo non obstante voluerit prouidere *Rot. coram Card. Caual. dec.* 91. *nu.* 9. *& dec.* 615. *num.* 12. *& 13. part.* 4. *tom.* 3. *rec. & in Leodien. Canonicatus* 31. *Ianuarij* 1661. §. *neque voluntas coram R. P. D. meo Verospio.*

Sublata autem ex præfatis prima parte dilemmatis DD. credebant non obstare secundam, quia cum in casu proposito Collatio concessa per indultum sit simultanea, vt cõstat ex verbis indulti ibi; Per ordinarios locorum & Capitula dd. Ecclesiarum etiam de iure præsumitur, nisi contrarium probetur
14 *cap. cum Ecclesia Volaterrana ibique gloss. & DD. de Elect. Gonzal. ad reg.* 8. *gloss.* 45. *n.* 36. *& Rot. coram Greg. dec.* 95. *nu.* 1. *& in Lucana Cappellania* 4. *Aprilis, & 1. Iunij* 1650. *coram bo. mem. Bichio* vbi plures congeruntur collatio facta à Capitu-
15 lo contradicente † Episcopo non tenet, *Federicus de Senis conf.* 1. *num.* 7. *Rebuff. conf.* 60. *vers. his non obstantibus Burat. dec.* 225. *nu.* 3.

16 Neque refert, quod † Capitulum pluries requisuerit Episcopum ad conferendum ad formam indulti, ideoque prouisio facta per solum Capitulum debeat sustineri iuxta ea quæ notat *Garz. de Benef. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 42. *Gonzal. ad reg.* 8. *d. gloss.* 45. *n.* 68. *& seq. Lotter. de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 24. *& seq. & Rot. decis.* 366. *num.* 16. *& 17. part.* 9. quia obiectum bene
17 procederet †, quando Episcopus postea consensisset, vel simpliciter renuisset conferre, & in his terminis locuuntur Garz. & alij ad id
18 comproban adducti, secus † vero est quando prout hic Episcopus alteri conferẽdo expressè contradixit, tunc enim stante discordia inter simultaneos Collatores, neutra Collatio tenet, sed deuoluitur ad superiorem *Rebuff. d. conf.* 60. *vers. his tam non obstan. Federic. de Senis d. conf.* 1. *num* 7. *Garz. dicto gloss.* 45. *num.* 58. *& 62. Garz. d. quæst.* 5. *cap.* 4. *num.* 29. 33. *& 34. Lotter d. quæst* 21. *nn.* 40. *& seq. & Rot. coram Bichio in d. Lucana Cappellania* 4. *Aprilis* §. *neque excusationem infine, & 1. Iul.* 1650. §. *Collatio.*

Nec placuit responsio alias data, quod hoc tantum locum habeat, quando eodem iure simultaneo vtuntur Episcopus, & Capitulum, non autem quando ex diuerso iure conferunt quia ratio deuolutionis non constituitur à DD. in eo quia per contradictionem se mutuo impediunt, quæ ratio æquè tunc procedit, immo magis dum ex diuerso iure, quam quando, ex eodem conferunt, & plures ex supra *allegat. nempe Rebuff. Federic. de Senis, & Rot. in Lucana Cappellania coram Bichio* expressè locuntur in casu quo collatio facta fuerat ex diuerso Iure.

Auctoritates autem, & Iura in præcedenti decisione allegata procedunt, quando Ius conferendi spectat ad solum Capitulum, & Episcopus habet vnam tantum vocem, sicut singuli Canonici, quo casu numerari debent capita ius habentium, & ideo non obstan. prout in his præscitis terminis respondet *Federic. de Senis d. conf.* 1. *num.* 7. *vers. ad contraria.*

Et ita recedendum à decisis litteras Apostolicas esse exequendas responsum fuit vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA

Ciuitatis Castelli Bonorum.

Veneris 30. *Iunij* 1664.

ARGVMENTVM.

Acceptatio Testamenti, & dispositionis Testatoris ex quibus desumatur plenè in hac decisione per tractatur, in qua coniecturæ contrariæ distinguntur & declarantur.

SVMMARIVM.

1 *Notitia ex quibus desumatur.*
2 *Aditio hereditatis supposita notitia testamenti bene inducit illius approbationem.*
3 *Legatorum solutio bene inducit approbationem testamenti.*

Ap-

4 *Approbatio testamenti ex quibus desumatur & nu.* 5. 6. 7. 8. & 9.
10 *Hæres contrauenies dispositioni Testatoris non lucratur fructus fallit vt num.* 11.
12 *Confessio debitoris non præiudicat creditoribus.*
13 *Creditori competit retentio.*
14 *Exceptio requirens altiorem indaginem non potest retardare immissionem.*

DECISIO CCXIII.

REPROPOSITA hodie causa super decisis vltimo loco nempe sub die 27. Aprilis anni præteriti, & acquiescentibus DD. de Attis d. decisioni in parte firmanti prædia Pochiæ, Pischeriæ, & Celalbæ esse subiecta Primogenituræ per bo. mem. Antonium Mariam Episcopũ Amerinum institutæ fuit restricta difficultas ad prædium S. Antonii, & alia bona libera per Io. Paulum Gratianum reum conuentum possessa titulo dationis in solutum vsque de anno 1646. à Carolo Io. Baptistæ eius filio, & Patri Io. Pauli ad computum fructuũ ex dd. prædijs Primogenituræ suppositis in debite perceptorum sub prætextu quod non submiserit idem prædium Celalbæ præfatæ Primogenituræ iuxta voluntatem d. Episcopi patrui, qui sub pœna aliter se immiscendi in sua hæreditate, & fructus percipiendi d. suppositionem ei demandauit; quam difficultatem DD. examinãdo censuerunt decisionem in hac parte esse reformandam existimantes ex hodie deductis sufficienter constare de requisito consensu Caroli in approbatione dispositionis Episcopi qui prædium prædictum Primogenituræ suppositi Iussumque illius in hoc adimpleuisse.

Nam dubitari nequit quin Carolus indubitatam scientiam haberet nedum testamenti Episcopi, in quo onus istud fuit ei iniunctum sed optimè etiam innotuit intẽtio illius antequam illud conderet, vt plenè deducitur ex
1 pluribus litteris missiuis † & responsiuis emanatis circa huius testamenti factionem inter ipsum Carolum, & bo. me. Remboldum tunc eius Agentem, & postea huius S. Tribunalis Auditorem relatis in summario præteritæ positionis Io. Pauli qua notitia posita
2 certum est † quod defũcto Testatore per subsequutam additionem hæreditatis illius ex dicto Testamento sibi delatæ, fuit illud approbatum cum omnibus ibi contentis *Bart. in l. qui Roma §. duo fratres ff. de verb. oblig. Natta conf.* 162. *num.* 44. *Surd. conf.* 335. *num.* 54. *& conf.* 413. *num.* 20. *& alijs allegatis probat etiam decisio quæ reuidetur §. neque oppositum in fine.*

Rursus acceptatio Testamenti, & adimplementum voluntatis Testatoris pro parte Caroli ex eo non minus clare elicitur quod asserens se fuisse in eo scriptum hæredem, & grauatum ad soluendum quædã legata, ibi relicta in numerata pecunia legatarijs promptè satisfecit summario hodierno illorum, de Attis *nu.* 1. ex qua legatorũ solutione absque du-
3 bio resultat approbatio † Testamenti, & oneris iniuncti cum facta fuerit in executionem illius nec alias illa soluta fuissent *ad text. in l. si pars §. final. & l. Papinianus ff. de in offic. Testam. l. post legatum in princ. ff. de ijs quibus vt indigno Honded. conf.* 89. *num.* 31. *cum seqq. lib.* 1. *Casanat. conf.* 29. *num.* 32. *& seqq. & conf.* 34. *numer.* 29. *Giouag. conf.* 100. *num.* 63. *lib.* 1. *Castill. contron. lib.* 5. *cap.* 107. *sub num.* 65.

Conferunt etiam ad id ipsum arguendum & consensum Caroli pro requisita suppositione Prædij Celalbę Primogenituræ probandum quod post aditam vt supra hæreditatem in illa se immiscuit fructusq; per multos annos percepit cum alio iure non potuisset consequi ob resistentiam præcepti Testatoris se-
4 quitur, vt censeatur † consensisse tali subiectioni, & mandato satisfeciisse *l. rem mobilem, & l. ad legatũ ff. de Procur. l. illud ff. de acquir. hæred. as l. legatus ff. de alim. legat. & late in his terminis tradit. Giouagn. conf.* 18. *per tot lib.* 2. *Surd. conf.* 150 *num.* 20. *Cranett. conf.* 261. *num.* 3. *Menoch. conf.* 77. *num.* 25. *Card. Caualer dec.* 604. *num. finali.*

Tandem magna præsumptio præteriti cõsensus, & approbationis visa fuit DD. oriri ex hoc quia spatio 27. annorũ Carolus semper pro hærede se gessit fructus percipiendo ex hæreditate, & bonis omnibus hæreditarijs & fiucicommisso suppositis, & signanter ex
5 prædijs Pochiæ, & Pelcheriæ, † ex qua tam temporis diuturnitate cum obseruantia certè arguitur fuisse satis impletum id quod in hac parte optauit Testator, & hæres sciebat se teneri *Purpurat. conf.* 548. *num.* 142. *Palma conf.* 3. *n.* 22. *Menoch. conf.* 241. *num.* 20. *vbi quod præsumitur etiam consensus expressus Grat. discept. for. cap.* 511. *num.* 19. *Gamma decis.* 51. *num.* 9. *Mascard. de probat. conclus.* 417. *num.* 2. *Rota dec.* 570. *num.* 2. *part.* 4. *diu. Andr. dec.* 54. *num.* 19. *& in rec. dec.* 353. *num.* 2. *part.* 3. *decis.* 264. *num.* 11. *part.* 6.

His itaque constitutis, & indubitatum assensum importantibus non obstat, quod pro
6 impleme nto mandati † Testatoris d. consensus debebat ante aditam hæreditatem, & alios omnes actus procedere & effectiuè erat subijciendum prædium Primogenituræ per Carolum eodem modo, quo fecerat Episcopus, quatenus intendebat lucrari fructus, quia
7 responsum fuit, quod talis actus, † vel non erat necessarius dum Episcopus subiecerat, & potuit ex se, ex allegatis in alia decisione, vel adhuc resultat ex ipso aditionis hæreditatis cum onere sibi relictæ nam alias repugnat,
8 quod voluerit † eam acquirere, & fructus percipere, & onus iniunctum reijcere ideo se-
9 quuto actu † positiuo aditionis simpliciter ratione incompatibilitatis dicitur cum onere acceptata, & sic impletum quantum debebat vt ad rem notat *Giouagn. d. conf.* 18. *num.* 1. *cum seq. Surd. conf.* 355. *num.* 32. *& 497. num.* 49. *& 441 num.* 4. *Curt. Iun. conf.* 159. *num.* 5. *vers. sed dato Canal. dec.* 532. *nu.* 3. *& plus ex facto quam verbis consentire, & approbare cap. dilecti il* 2. *de appell. Abb. conf.* 116. *num.* 3. *lib.* 1. *Rota d. dec.* 291. *nu.* 7. *& 13 part.* 9. *rec.*

Et hinc inferebatur non suffragari Io. Paulo declarationem à dicto Carolo ad commo-
10 dum Io. Baptistæ sui Patris factam in instru-

mento dationis in solutum prædii S. Antonij, & aliorum bonorum, quod ipse defecerit in supponendo prædium Celalbæ Primogenituræ, & fideicommisso, & ideo non potuerit lucrari fructus, sed spectare ad ipsum Ioannem ex dispositione Testatoris luxta
11 deducta in alia decisione quia posito ex prædictis adimplemento nõ erat locus huiusmodi declarationi, & minus dationi in solutum bonorum liberorum loco fructuum percep-
12 torũ. quæ propterea vti voluntariè emanata inter Patrem, & filium tempore quo erat debitis inuolutus, & signanter debito census, de quo agitur, non potuit creditoribus præiudicare, quibus erat ante declarationem, & sententiam ius quæsitum super dd. bonis *l. si creditorem C. de pact. Surd. dec. 102. num. 2. Rota coram Buratt. dec. 9. num. 1. in Romana ex Iauuen. pecuniaria 1. Iulij 1644. coram bo. me. Rubio, & alij in 1. decis. 17. Maij 1662. edita §. nec pro Iustificatione.*

13 Non obstat, quod saltem Io. Paulo competat retentio † bonorum ex causa alienationis partis prædij Pochiæ factæ per Carolum & aliis creditis expressis in decis. §. finali, quia ex replicationibus per ipsos de Attis hodie adductis visa sunt turbida, & altiorem inda-
14 ginem requirentia, † ideò illorum exceptione non potest retardari immissio petita *Rota dec. 1317. coram bo. me. Merlino, & alibi passim.*

Et ita fuit decisum vtraque parte informante &c.

Decisio ista sub die 27. Aprilis 1663. coram eodem R. P. D. Benilaqua in hac eadem causa emanata erit infra in Miscellanea iuxta seriem temporis

R. P. D. BOVRLEMONT

Bononien. Bonorum.

Veneris 20. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Dotis confessio nuda absque præcedenti promissione, licet regulariter non probet, fallit tum quando contrarium suadent coniecturæ in decis. ponderatæ, & ponderatur, quando dos Primipilari Officio præferatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia duæ in vim statuti Bononiæ faciunt rem iudicatam.*
2 *Validitas sententiæ probatur ex reuolutione actorũ.*
3 *Creditor anterior auocat possessionem à posteriori.*
4 *Dos non probatur ex nuda confessione absque præcedenti promissione.*
5 *Confessio dotis recepta, quando probet contra creditores, & num. 6. 7. & 8. 9. 10. & 11.*
12 *Simulatio dotis allegari non potest contra propriam assignationem.*
13 *Consensus in odiosis non extenditur ad non expressa*
14 *Dos anterior præfertur tenenti in causa principalis posteriori.*
15 *Principalis causa præfertur credito dotis anteriori.*
16 *Primipili officium quale sit & num. 17. 18. 19. & 20.*
21 *Principale ptiuilegium quando allegari possit*
22 *Statutũ Bononiæ de fratribus, quomodo intelligatur.*
23 *Statutum exorbitans, quantũ fieri potest est restringendum.*

DECISIO CCXIV.

PRO restitutione dotis assignatæ Diamanti Zannettæ in libris 16000. quam recepisse fassus fuerat Lucius Sãramaria maritus fideiusserat Antonius Lucij frater, cuius accessionis vigore Diamantes vergente Viro ad inopiam in concursu super illius bonis à creditoribus facto, optauit pro assecuratione suæ dotis prædium Calamutei communitet ab Antonio, & Lucio fratribus possessum, proindeque Antonius, qui in vim optionis communis prædij soluerat de proprio medictatem dotis, stante indemnitate tibi à Lucio fratre promissa egit in Saluiano contra alia fratris bona à Comite de Pepulis pro aliis creditis occupata, & sententiam fauorabilem Bononiæ obtinuit hic in tertia instantia confirmata. Hinc mihi causa appellationis commissa cum clausula constito, quod sit locus statuto proposito dubio esse locum Rota respondit.

Quia adsunt duæ sententiæ, quæ sunt validæ, & iustæ, & ideò intrat statutum Bononiæ sub rubrica de instrumentorũ, & testamentorũ, & laud. execution. demandan. disponens duas sententias † facere rem iudicatam, cuius statuti meminit *Rota Bonon. diuers. decis. 38. num. 2. & in veteri Rota Romana dec. 546. num. 1. part. 3. & in Bononien. fideicommissi de Bolognino 4. Maii 1643. coram bo. mem. Carillo §. quantum enim*
2 Validitas sententiarum † concurrentibus requisitis vulgatę *decis. 260. par. 2. Capuaquensis* non poterat impugnari.

Et Iustitia videbatur clara, quia cum creditum dotale Diamantis cuius iure egit Antonius sit longe anterius credito Comitis Pepuli iure potuit Antonius à † creditore posteriori bonorum possessionem auocare ad *text. l. 2. ff. de his qui pot. in pign hab. Rota penes Pacific. de Salu. interdict. dec. 146. num. 1. & dec. 176. num. 5. & dec. 206. num. 1. & 2.*

Non obstante, quod instrumentum dotis Diamantis † contineat simplicem confessionem de recepto, quæ sine præcedenti promissione dotis regulariter non præiudicat posterioribus creditoribus ex præsumpta collusione inter virum, & vxorem, ob prohibitam inter eos donationem costante matrimonio *Rota coram Buratto dec. 108. num. 2. & seq.*

Nam præter, quod simulationis sulpicio, & hac prohibitione inducta non venit hic
5 attendenda, quia confessio emanauit † fauore soceri absente vxore, & sic inter personas non prohibitas, quo casu etiam nulla præcedẽte promissione dotis si fortiores præsertim concurrant coniecturæ pro veritate sustinetur confessio *ad tradita per Marescot. variarum resolut. lib. 2. cap. 8. nu. 8. Rota coram Duran.*

d. 6.

dec. 428. num. 2. etiam post Merlin de pign. dec. 141 num. 8. & latius in Bononien. dotis 20. Decembris 1659. §. quinimo coram Eminentiss. Dunc. Celso.

Satis in præsenti remouere vtile est quæcunque simulationis præsumptio; tum quia contractus fuit celebratus de tempore non suspecto, adeout † in eo non dubitauerit Antonius Maria frater in fideiussorem accedere, vt ad propositum notat *Gratian. discept. forens cap. 333 num. 21. & dixit Rot. dec. 642. num. 11. coram Merl. & in dicta Bononien. dotis coram Eminentiss. D. meo Celso §. vlterius.* Et vir promisit restitutionem cum iuramento in quo † decessit, quod ponderauit in similibus *Rot. dec. 24. num. 8. part. 7. rec. & in Anconitana bonorum 1. Iulii 1641. coram bo. me. Buchio* & præstitit alimenta vxori quæ absque dote † verius non præstitisset *iuxta doctrinam Baldi in l. vnica num. 4. C. de priuil. dot. Rota coram Gregor. dec. 102. num. 5. & coram Merlin. decis. 631. num. 8.*

Tum fortius, quia cum in actu confessionis fuerit soluta medietas dotis in domo, locis montium, & pecunia numerata inde fit, vt ex solutione tam notabilis quantitatis librarum 3000. vera fumatur solutio totius, vt tenuit *Bald. in dicta † vnic. sub num. 4. vers. vnde quæritur C. de priuil. dot. Aretin. in §. fuerat num. 44. Iustin. de act. in. Rota cor. Eminentiss. Ottobono decis. 167. num. 14. & in recent. dicta dec. 24. num. 9 par. 7. & Fusius in Anconitana dotis 17. Iunii 1647. & 31 Iunii 1648. coram bo. me. Arguelles* stante præterim modo solutionis in instrumento ordinatim expresso *Rot. post pacific. de Saluiano dec. 18. num. 6. & in dicta Bononien. dotis coram Eminentiss. D. meo Card. Celso §. & vltra.*

His igitur concurrentibus circumstantijs dubitari non posse dixerunt Domini de vera, & reali assignatione dotis †, etiam in præiudicium Comitis de Pepulis, licet testes ex allegatis per *Bald. in d. l. vnica vers. vnde quæritur num. 4. C. de priuil. dot. Rota coram Seraphino dec. [illegible] num. 1. & coram Ludouis. dec. 491. num. 7. & in dicta Anconitana dotis coram bo. me. Arguelles 17. Iunii 1647.* Quinimo cum creditores eiusdem Lucij admiserint in illius bonorum concursu vxorē pro suo dotali credito eamque passi fuerint eligere in satisfactionem prædium Calamuxi non potest Comes vnus ex dd. creditoribus contra dictam permissam electionem de crediti simulatione excipere vt bene ad propositum ponderauit *Rot. d. dec. 24. num. 13. part. 7. & dec. 481. num. 32. par. 9. tom. 2. recent. & dec. 141. num. 15. & 16. penes Merlin. de pignor.*

Minus obstat quod Antonius consenserit, cum Lucio fratre distractioni communis in bonorum in creditores, indeque non posse illorum possessionem, quam Comiti permiserat ab eo auocare ex allegatis in præcedenti §.

Fuit enim animaduersum Antonij consensum fuisse restrictum pro soluendis propriis suis debitis non autem Lucij fratris cuius tātum est creditor Comes de Pepulis ibi ad effectum satisfaciendi creditoribus ipsius d. Antonij eius fratris ut *num. 4.* Idcoque sibi non præiudicasse Antonium quin possit super fratris bonis promissam consequi indemnitatem cum consensus præsertim prout hic in odiosis non † extendatur ad non expressa, vt post alios tradit *Ciriac. controu. forens 14. num. 4. & 6. & dixit Rota dec. 14. num. 3. coram Burat. & in alijs passim.*

Nec pariter releuat, quod creditum Comitis proueniens ex restitutione ab eo facta Cameræ Apostolicæ pecuniarum quas Fabianus Santamaria pro aggregandis militibus receperat, debeat, vti priuilegiatum præferri in bonis Lucij, qui Comitem indemnem releuare promiserat, etiam in præiudicium Diamantis licet anterioris pro credito suæ dotis.

Quia qui iquid sit si creditum dotale esset posterius in præsenti non dubitarunt Domini quia est † anterius, illud esse præferendum, etiam mutuanti in causam militiæ, vt benè distinguendo tradit *Bald. nouell. de dot. par. 10. num. 13. Cephal. cons. 704. num. 20. Negus. de pign. & hypot. part. 2. membr. 2. nu. 164. vers. 19. & par. 5 membr. 2. num. 20. & seqq. Mattica de iurisd. lib. 11. num. 2. 23. num. 9.*

Prout etiam inaniter pendere Comitem pro hoc credito priuilegium Primipili, ex quo saltem proueniat ex restitutione pecuniæ militibus distribuendæ †, sicque etiam credito doris licet anterioris sit præferibile, vt iunt tex. apertissimi *in l. 4. C. in omnibus causis pign. vel hypot. & in l. vltima 3. C. de p. impil. lib. 12.*

Quorum huiusmodi officium verè Fabianus non exercuit, licet enim decernetur olim Primipilus, qui primus erat Centurio *ad l. 23. ff. de adm. legat. quem sequebantur 60. Centuriæ, vt scribit Dionis. Alicarnas. lib. 10. & Veget. lib. 2. cap. 8.* quod forsan prætenditur verificari in Fabiano; *Nunc verò, vt inquit doctissimè Ciriac. ad l. creditor fundum 2. ff. de act. empt. §. penult. aliter nos accepimus Primipilum, quam veteres, ideſt militia † siue officium quo fungitur is, cui cura est distribuendæ annonæ militaris,* indeque dictum Primipilo fuisse curæ passus †, hoc est annona militaris, vt habetur *in l. 3. & in l. 7. C. de cohort. & princ. lib. 12. & ita Teodor. Hermopolit. l. 9. definit.* Primipilū esse annonę Præfectū qui datur Centurionibus cui † officio cum numquam præfuerit Fabianus cessat ob id priuilegium Primipili †, quod hodie in Thesaurario propriè procedere tradit Mantica *de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 8. nu. 8. & 9.*

Quin verius cum Lucius non fideiusserit ad fauorem Camerę, sed promiserit tantummodo releuare indemnem Comitem de Pepulis fideiubentem pro Fabiano † posset in omnem casum allegare priuilegium Primipili contra bona Fabiani pro Camera obligata non autem contra bona Lucij, qui neutiquam Camerę se adstrinxit *Merlin. de pign. lib. 3. tit. 3. quæst. 94. num. 24. & seqq.*

Demum nec facit ad rem statutum Bononiæ Rubr. 61. disponens fratrem teneri ad debita fratris, † quia loquitur liberaliter de fratribus mercatoribus intimul viuentibus, eamdemque artem exercentibus, quod hic non non probatur concurrere, immo cum statutum hoc sit exorbitans, ac in omnibus iuris com-

communis correctorium, strictissimè esset
23 intelligendum,& †omnis sumenda interpretatio pro illius exclusione *Barbat.cons.42.n.9. lib.1.Rot.coram Seraph. dec.1286.n.15. & decis. 188.n.8.part.7.rec.*

Et ita vtraque parte informante responsum &c.

R.P.D. LEONE VEROSPIO

Perusina dotis.

Veneris 20. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Appellatio quando intra biennium à iure concessum prosecuta non fuit, tunc sententia transit in iudicatum. Extremis Saluiani iustificatis immissio ex illo iudicio solet attribui. Statutum Perusinum in *tit.de dotibus rub. 45.& in §.Item si quis* quid disponat, & quomodo debeat intelligi.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione intra biennium non prosecuta sententia rei iudicatæ vires assumit.*

2 *Rota aliorum tribunalium sententias executioni mandare non solet,donec de illarum iustitia degustet.*

3 *Immissio ex Saluiano conceditur illius extremis iustificatis.*

4 *Statutum Perusinum in* tit.de dotibus rubr.45. *fœminas dotatas à matris successione fauore masculorum excludit.*

Declara tamen vt nu.5. & 6.

7 *Filia ex statuto Perusino à paterna hæreditate excluditur, siue dotatio obitum patris præcedat,siue postmodum illa contingat.*

8 *Iuris statutarij dispositione cessante Iuris communis dispositio subintrat.*

9 *Pater dines ex propriis bonis dotem filiæ constituisse censetur.*

Secus si pater inopia laboret & nu.10.

11 *Statutum Perusinum* in §. item *si quis mulierem ex paternis, & maternis bonis dotata ab vtrisque successione excluditur.*

Quod intellige vt nu.12.

DECISIO CCXV.

MATRIMONIO inter Contessinam Borboniam, ac Iacobum de Vbaldis contracto, hic scuta 8781. præter mobilia ex Dotis causa à fratribus vxoris exegit, cuius hæreditas cum iure Intestati Tiberio, ac Irenæ filijs cesserit pro virili, Scipio proindè de Oddis eiusdem Irenæ filius,& hæres in partibus de anno 1643.Immissionis sententiam ex Remedio Saluiani recepit super nonnullis bonis a Tiberio Iacobi Debitoris filio possessis, mihi verò Causa in gradu Appellationis delata,dubium hodie proposui,vtrum rei Iudicata,ieù potius restitutioni in integrum locus existat,& affirmatiuè prioris respectu partis, quo vero ad alteram DD. negatiuè responderunt.

1 Dum enim †Tiberius Causam appellationis infra biennium à iure præfixum prosequi neglexit, sententia immissionis rei Iudicatæ virtutem assumpsit *ad text.in Auth. hodie, C.de Appell.cap.cum sit Romana eodem tit.Felin. in cap. quoniam frequenter in fine, vt lit.non contes.Rot.dec. cis.44.num.4.coram Eminentissimo D.meo Cardinali Ottobono.*

2 Et licèt † ex stylo Tribunalis aliorum nequeant sententiæ executioni demandari, donec illarũ iustitia innotescat, vt testatur *Rot. coram Seraph.decis.1255.num.3.Burat. decis.636. num.7.& 650.num.3.* Hæc tamen in proposito casu non deficit, siquidem Creditum cum hypotheca ex Instrumento dotis exactæ conuincitur, in quo Iacobus bona ipsius quæcũque pro eius restitutione obligauit, antiqua vero eiusdemmet Iacobi possessio de tempore scilicet dotis receptæ,nec non altera recens Tiberij filij ex plurium Testium depositione
3 concluditur, † quibus concurrentibus Immissio in Iudicio Saluiani Creditori consueuit attribui, vt notat *Bart.in l.1.nu.2.& 3. ff. de sal.Angel.Aret.in §.Item Seruiana nu.15.Instit. de Act. Alex. cons.185. num.4. lib.6. Roland.cons. 14.art.13.lib.1.Rot.coram Greg.decis.491.n.6. & in Romana Saluiani 23. Martij* 1650. *in primo §. coram me.*

4 Nec dispositio † statuti Perusini visa fuit Vrgere in *Tit.de Dotibus Rubrica* 45. fœminas dotatas à matris successione masculorum
5 fauore repellens,illa † quippe locum sibi dũtaxat assumit in casu, quo Mulier dotetur à Patre, seu Fratre adhuc in humanis matre degente, non autem quoties ipsa è viuis excesserit, vt tradit in specie *Bart. in cons.31.ad finem lib.1.Socc. Cons.74.numer.7.& 8.lib.1. & Cons.300.num.2.& 3.lib.4.Rot.in Perusina successionis de Alphanis 1.Febr.* 1634.*coram bo.me. Dunozetto,* vbi ea adducitur ratio, quod post aditam à filia hæreditatem esset priuatio veræ
6 Iuris acquisiti, non autem exclusio,de † qua solummodo disponit statutum, & 19. Iunij anni predicti coram eodem Impres. *inter Trall.Giglian. ad stat.Perus.fol.mihi* 250.& 258 nec valuit Irenæ proinde officere longe post
7 matris obitũ à Iacobo Patre dotatæ, † quidquid dicendum foret paternæ respectu hæreditatis,à qua Indistincte excluditur filia, siue obitum Patris dotatio præcedat,siue postmodum illa contingat, vt præter superius Relatam decis. distinguit *Rot. in Perusina successionis 26.Aprilis* 1660.§.1.*cum seq.coram R.P.D. meo Albergato.*

Hinc non obstat, quod si in Instrumento Nuptiarum Iacobus declarauerit dotem velle Irenæ tribuere ex sua,ac Vxoris substã-
8 tia, dum † enim Ius dispositionis statutariæ deficit in proposito casu, debet altera Iuris communis sibi locum assumere,qua perspecta † Pater diuitijs affluens ex proprio ære
9 censetur dotem filiæ constituisse,licet maternorum quoque bonorum mentio fuerit ab
10 ipso perhabita,quidquid † dicendum foret,

si pater

si pater inopia laborasset ad *text. in l. vltima §. vbi autem, ibique DD. communiter C. de Bon. promiss. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 15. nu. 2. & 3. cum seq. Surd. Cons. 192. nu. 29. & 30. Ioseph. Ludouis. decision. Perus. 21. numer. 16. Mastril. decisione 188. num. 1. cum seq. Coriat. Contro. 90. numer. 6.*

11 Neque à præfato statuto in §. Item si quis Pater decernitur contrarium, licet enim ibi mulier ex paternis, nec non maternis dotata
12 ab vtriusque successione excludatur, id † tamen eodem retento themate debet intelligi, quoties scilicet dotem filiæ Pater constituat ante matris decessum, vt eiusdem met statuti Verba videntur innuere, & declarauit *Rot. in relata Perusina successionis de Alphonsis prima Februarij 1634. coram bon. mem. Dunozet. Impref. quoque part. 6. Rec. decis. 264. num. 14. cum seqq.*

Et ita altera tantum parte Informante decisum &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Fauentina Vsusfructus.

Lunæ 20. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Tutrix ad redditionem rationum adstringi valet, etiamsi ab hoc onere testator illam exemerit. Vsusfructus quando pro altera vxori, pro altera dimidia filiæ relictus fuit detractio legitimæ faciendæ non est.

SVMMARIA.

1 *Alimentorum præstatio sub vsufructu vxori legato continetur.*

Declara tamen si non apparuerit ex voluntate testatoris relinquendi absolutè vsumfructum & numer. 2.

3 *Dictio vna cum* æqualitatem demonstrat.

4 *Ratio eadem vbi militat, eadem debet esse iuris dispositio.*

5 *Testator iterum aliquid vt legato tribuere velle præsumitur, non verò onus iniungere legatario.*

6 *Nupta secunda Viro primo testatori reputantur odiosæ.*

7 *Tutrix adstringitur ad reddendam rationem administrationis bonorum, licet ab hoc onere eam testator exemerit.*

8 *Testator liberando tutricem à redditione rationis administrationis censetur inquisitionem tantum scrupulosam remittere voluisse.*

9 *Exceptio non redditæ rationis vti indagatem dilationem requirens immissionem retardare non valet.*

Amplia vt nu. 10.

11 *Alio datur hæredibus defuncti contra illius debitores.*

12 *Alio contra promissorem dotis datur vxori quoties clausula quorum interest in promissionis instrumento inserta fuerit.*

13 *Vocati sub nomine collectiuo vnius vices obtinere reputantur.*

14 *Legitima detractio non est facienda ante diuisionem vsusfructus bonorum quando dimidiam filij alteram vxor partem ex voluntate testatoris acquirunt.*

Contrarium num. 15.

DECISIO CCXVI.

VSVMFRVCTVM integræ hæreditatis Io: Baptistæ Catherinæ Vxori legauit vna cum filijs ex illa progenitis, quos in proprietate sibi scripsit hæredes: Cum verò filij propriæ Matri vellent alimenta dumtaxat vicè vsusfructus tribuere, dubium proindè propositum super immissione Catharinæ decernenda quam eidem in dimidio integræ hæreditatis vsusfructus Domini concedere. Li-
1 cet enim sub † vsufructu Vxori Legato concesserit extantibus liberis præstatio alimentorum dumtaxat contineri iuxta axioma Bulgari, de quo per *glos. in Auth. hunc locum verbo derogari C. de secund. nupt. Bart. in l. Titia cum testam. 35. §. Titia cum uxoretur nu. 3. ff. de Legat. 2. Alexan. cons. 29. in prin. lib. 4. Decius cons. 4. sub. nu. 1. Rot. decis. 788. num. 1. cum seqq. part. 4.*
2 *diuers. & dec. 241. nu. 3. part. 5. recent.* Nequit tamen adducta conclusio sibi locum assumere quoties ex coniecturis Testatoris voluntas innotescat relinquendi absolute, vtumfructum vt tradit *Alex. in cons. 214. numer. 13. lib. 6. Decius. cons. 418. n. 1. & 2. Surd. cons. 218. num. 6. Rot. decis. 145. num. 21. cum seqq. coram Eminentissimo Domino meo Cardin. Ottobono & in Firmana Cudicillorum 1. Martij 1649. in §. quia ab huiusmodi coram Reuerendissimo D. meo Decano Add. ad Gregor. dec. 460. n. 7.*

Hanc verò Io: Baptistæ voluntatem præferunt in proposito casu coniecturæ complures, quarum prima exinde desumitur, quod ille vtumfructum Vxori legauit coniunctim cum filijs *ibi: lascio per ragione di legato &c. la Signora Catherina Biasciolo mia dilettissima moglie vsufruttuaria di tutta la mia heredità assieme con gl'infrascritti miei heredi communicando prima in detta mia heredità le sue doti &*
3 *restando Vedoua*; Ea † quippe dictio, *vna cum*, æqualitatem ostendit *Paris. cons. 19. numer. 21.*
4 *lib. 3.* Ideoque † sicuti filijs vsusfructus, non autem subministratio alimentorum cēsetur relictus ita quoque præsumitur vsusfructus in Testamento Legatus Vxori tradunt in specie *Ruin. cons. 139. numer. 3. vers. quando etiam lib. 2. Bero. cons. 34. num. 13. & 18. cum seqq. lib. 2. Decius cons. 454. num. 4. Gozzad. cons. 80. num. 3. in fin. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 139. num. 21. & 22. & cons. 578. nu. 2. vers. sed dicta Coniectura & nu. 3. lib. 9. Surd. de Alimentis 2. quæstio. 15. nu. 204. Grat. discept. Forens. cap. 370. nu. 49. & 50. Rot. dec. 241. nu. 3. par. 3. recent. & in Bononien. fideicomm. de Anselmis 26. Iunij 1658. in §. si quidem & 16. Iunij 1659. coram Eminentiss. D. meo Card. Celso.*

Altera verò resultat ex onere iūcto Vxori communicandi filijs fructus dotales, ex cuius in

ius vi oneris ipsa lucrum ferè nullum ex legato retraheret si illud ad alimēta deberet arcari, quod † menti Testatoris repugnat, volentis vxori lucrum aliquid mediante legato tribuere, vt aduertit *Ber. cons. 34. n. 16. lib. 2.*

Præterea dum † Catharinæ transeundi ad secundas nuptias Testator præter suam dotem reliquit scut. 1000., vsumfructum ex necessè præsumitur in statu cœlibatu plenus vsusfructus illi quoque concessus, alias enim pinguius consultum foret vxori conuolanti ad secundas nuptias Testatori odiosas, vt in specie arguit *Decius cons. 485. n. 11. & cons. 643. n. 6. Gabriel. de vsufruct. concl. 2. num. 40. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. tit. 6. lib. 7. n. 30.*

Neque contrariam Testatoris voluntatem potuit suadere liberatio Catharinæ à reddenda ratione administrationis bonorum cum vsufructu omnino incōpatibilis; Posset enim forsan vrgere obiectio quoties integer vsusfructus fuisset Catharinæ legatus, secus vero dum dimidia Portio filijs in Testamento tribuitur cuius proindè respectu ratæ liberatio censetur adiecta.

Neque Catharina valet à consecutione vsusfructus arceri sub prætextu non redditæ rationis administrationis bonorum ad quem ipsa † vti tutrix astringitur licèt eam Testator ab huiusmodi onere immunem constituerit *Ruin. cons. 70. nn. 8. lib. 4.*, vbi † quod ex liberatione censetur inquisitio dumtaxat scrupulosa remissa *Grat. cons. 23. nu. 2. versic. ad quæ lib. 1. Parisc. cons. 21. nn. 56. cum seqq. lib. 2.*

Siquidem † non redditæ rationis exceptio vti exquirens altiorem indaginem ad retardādam immissionem inefficax reputatur *Decius cons. 467. n. 9. & 10. Rot. coram Buratt. dec. 589. nn. 22. & dec. 68. nn. 7. coram Eminentissimo D. Cardinal Otthobono*; Dum † nulla præsertim probatio exactionis fructuum exhibetur ex quibus valeat satisfactio vsusfructus pro pluribus annis præsumi, vt in terminis dotis à Tutrice petitæ dixit *Rot. penes Pacific. de Saluian. decis. 19. nu. 3. & 4. & n. 9. & in Esina Dotis, 6. Aprilis 1665. in vltimo §. coram R. P. D. meo Beuilaqua.* Nullum vero in dote conferenda exquiritur implementum pro parte Catharinæ, sed sola ipsius patientia suffragatur dum dotis Portio per virum exacta à propriis filijs detinetur. Pars autem altera penes fratres eiusdem Catharinæ conuincitur existere contra † quos possunt hæredes Viri actionem intentare dum eidemmet Viro dignoscitur facta promissio *ad text. in l. si Socius 45. §. Lucius ibique glos. not. ff. soluto matrimonio Guidop. decis. 375. nu. 2. Franc. decis. 33. n. 4. & 5. Rot. coram Greg. dec. 97. n. 1. & 2.* vbi præterea firmatur † Vxori quoque contra promissorem dotis actionem competere quoties clausula quorum interest in promissionis instrumento fuerit inserta.

Vsumfructum vero Catharinæ pro parte dimidia integræ hæreditatis Domini concessere, quia illa in testamento nomine proprio expressa conuincitur, filij vero coniunctim ac † sub nomine collectiuo fuere vocati, qui proindè vnius vices cēsetur obtinere, vt probat *Text. in l. si quis alio 2., ff. de vsufruct. legat. l. interd. 13. nn. 2. versic. & dicta omnes filia lib. 3. Dec. cons. 454. nu. 4. Natt. cons. 297. nu. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 139. num 21. & 22. Surd. de Alim. 2. quæst. 15. numer. 204. cum seqq. & consil. 178. nu. 7. Grat. discept. 70. n. 49. & 50. Rot. decis. 241. num. 5. part. 5. recent. & in Bononien. Emphiteusis 2. Martij 1663., in §. nec contrarium coram me.*

Nec † debet in casu proposito ante diuisionem vsusfructus fieri detratio legitimæ dum filij dimidiam partem ex voluntate Patris acquirunt. Quicquid † dici posset si integer vsusfructus foret Catharinæ delatus in quibus terminis loquitur *decis. 579. part. 5. tom. 2. recent.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. D. D. BEVILAQVA

Romana Domus.

Veneris 20. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Melioramenta iustificata veniunt omninò reficienda. Exceptio compensationis quando oriatur. Compensatio contra non debitores allegari nequit. Domus in locum fideicommissi subrogatæ fideicommissariæ efficiuntur. Creditum in esse non deductum non potest allegari ad obtinendam cum illo compensationem.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum retentio pro melioramentis illis iustificatis conceditur, nec ea vsquam sint refecta competit alteri immissio.*

2 *Melioramenta probata omnino veniunt reficienda.*

3 *Creditum turbidum & illiquidum immissionem retardare non valet.*

4 *Pensiones ex domo meliorata receptæ dicuntur fructus melioramentorum, qui non debent restitui in restitutione rei meliorata, sed cedunt in ipsius melioratis beneficium.*

5 *Exceptio compensationis oritur quando opponitur, & non antea nisi de impediendo vsurarum cursu agatur.*

6 *Domus subrogata in locum fideicommissi efficiuntur fideicommissariæ, & est ac si ab initio cum onere fideicommissi in hæreditate fideicommittentis relicta fuissent & nu. 9.*

7 *Compensatio non potest allegari contra non debitores.*

8 *Priuilegium defuncto concessum, idem habentibus ab eo causam collatum censetur.*

11 *Retentio competit pro credito anteriori & n. 10.*

12 *Mala fides præsumpta non sufficit in casu, quo possidens domum titulo emptionis, vt suam non potuit moueri ad credendum contrarium ex eo quod alter sibi quæstionem mouit.*

13 *Creditum in esse non deductum non potest allegari ad obtinendam cum illo compensationem.*

14 *Fideicommissarius in præiudicium vocatorum in re fideicommissaria nihil innouare potest.*

DE-

DECISIO CCXVII.

AD retardandam immiſſionem in ſententia Rotali Franciſco Gottifredo decretâ ſuper domo controuerſa Ignatius, & fratres de Petronijs poſſeſſores amplius non inſiſtebant ſuper validitate alienationis huc vſque defenſę; ſed nitebantur fundamẽto retentionis ex cauſa melioramentorum, & aliorum Creditorum, quo ſtrictè diſcuſso Domini eam ſibi competere cenſuerunt, & ideò in hac parte eſſe reformandam deciſionem editam ſub die 11. Decembris 1662. illam denegantem.

Moti quoad ius retentionis pro meliora-
1 mentis; quia regulare eſt, quod † vbi de illis ſpecificè conſtat tunc expendenti datur retentio bonorum, nec priuſquam ſint ei refecta conceditur alteri immiſſio *I. Paulus 29., §. domus pignori data, ff. de pign. l. ſi in area 33., ff. de condit. indebit. l. quamdiu, C. de diſtract. pignor. l. 2. C. de pred. & om. reb. minor. lib 11. Caſtren. conſ. 247. num. 7. lib. 1. Stapuc. de Balu. lib. 2. cap. 24. lib. 5. verſic. ſecundo verò Magon. d. Lucen. 81. ſub num. 3. cum ſeq. Rot. deciſ. 151. nu. 2. par. 2. deciſ. 48. nu. 12. par. 7. coram Penia deciſion. 258. num. 7. & 8. iuxta Venet. impreſſ. Cocc. dec. 104. nu. 17. Merl. deciſ. 151. nu. 2. dec. 363. nu. 6. & apud Eminentiſſ. Card. Otthob. deciſ. 155. nu. 24. & 170. nu. 30. & 33., & in Bonon. fideicommiſſi de Vizzanis 7. Iunij 1647., §. melioramentorum verò coram bon. me. Birbio.*

2 In hac † autem facti ſpecie de melioramentis factis per Lælium Petronium, nec in præcedentibus inſtantijs fuit dubitatum. Deque illorum liquidatione in ſcut. 1536. vltra depoſitiones Teſtium de valdè maiori ſumma aſſerentium teſtatur tertius Peritus, qui diligenter materiam inſpexit, & ſpecificè in ſua relatione valorem armentorum annotauit, vt ad hunc effectum alias dixit *Rot. in dec. 356. numer. 2. par. 2. & deciſ. 695. nu. 1. par. 3. rec.*

Non obſtat exceptio compentationis dd. melioramentorum cum pensionibus percoptis, † ex quibus creditum hoc, vel remanet
3 extinctum, vel adeò illiquidum, & turbidum, vt non ſit aptum ad impedich immiſſionem ex citatis in alia deciſione, §. *nec decreta, & antecedenti Eminentiſſimi D. Cardinalis Celſi, §. demũ non obſtat cum duabus ſeqq.*, nam receptæ ex domo meliorata, vel potius funditus conſtructa, nec extinctionem, neque turbiditatem poſ-
4 ſunt cauſare, eo † quia illæ dicuntur fructus melioramentorum, qui non ſunt reſtituendi in reſtitutione rei melioratæ, ſed cedunt in Beneficium ipſius meliorantis & ſucceſſorũ *ad tex. in l. ceterum 2. verbo impubi, ff. de rei vindic., quem perpetuo notandum dixit Rom. in ſingular. 337. Franciſ. Coman. ſingul. 106. Gabr. conſ. 80. n. 8. lib. 1.* Vbi quod eſt opinio communiter approbata, & viu recepta *in hoc Sac. Tribunali Negus. de pign. part. 5. numer. 4. num. 14. & 20. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu. 609. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 112. n. 52. Mangil. de cauſſ. quaſt. 133. numer. 24. Affliict. deciſ. 87. n. 7. in fin. Vinc. de Franc. deciſ. 112. numer. 12. Surd. deciſ. 294. numer. 11. Giurb. deciſ. 109. numer. 19. Canal. in deciſ. 28. nu. 8. par. 1. Rot. coram Put. deciſ. 275. lib. 3. Burat. deciſ. 358. n. 5. in rec. deciſ. 350. nu. 4. par. 2. deciſ. 64. nu. 2. par. 4. deciſ. 188. num. 5. par. 5. deciſ. 130. num. 17. part. 7., & poſt Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 42. n. 20. & in Romana domorum 31. Maii 1653. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, §. ſed verſamur.*

Minus in horum melioramentorum ſatisfactionem viſum fuit imputandas eſſe penſiones per D. Lęliũ percepras ab anno 1614., vſque ad tempus reſtaurationis litis 1632. ex domo antiqua non meliorata, quia omiſſo,
5 quod † tunc tantum oritur exceptio compenſationis quando opponitur, & non antea, & non agitur de impediendo curſu vſurarum *l. 2. C. de compenſ., §. in bona fide inſtit. de act. Surd. deciſ. 191. num. 15. & 16. Honded. conſ. 98. numer 15. & 17. lib. 2. Rot. coram Duran. deciſ. 245. numer 3. Merl. deciſ. 773. num. 12. & 13. in recent. deciſ. 354. num. 4. & 5. dec. 134. num. 17. dec. 538. num. 8. par. 5., & in Perulina legitima 23. Iunij 1642. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, ex eo ceſſat prætenſio compenſandi valorem prædictorum melioramentorum cum penſionibus, quia d. Lelius carens pecunijs neceſſarijs tàm pro emẽdo d. Domum à matre Franciſci, quam pro ædificando aliam in ſolo ſibi annexo obtinuit à felic. record. Clem. VIII., & Paulo V. licentiam alienandi 54. loca montium, videlicèt 40. montis Pij non vacabilis, & alia 14. montis nouennalis ſubiecta fideicommiſſo per q. Ioannem Baptiſtam ordinato ad fauorem filiorum d. Lęlij cum hoc tamen, quod domus remanerent ſubrogatæ in locum dd. locorum montium fideicommiſſariorum prout iudex ad tenorem commiſſionis cum hac condi-
6 tione ſibi directè licentiam fuit impartitus, † ſucceſſiuè facta ſubrogatio, † ob quam Domus effectæ ſunt fideicommiſſariæ non ſecus, ac ſi ab initio fuiſſent relictæ in hæreditate fideicommittentis cum onere fideicommiſſi ad commodum vocatorum *l. Imperator 72, §. fin. ff de leg. 1. l. ſi rem . . . ff. de actis hared. Aldobr. conſ. 61. numer. 18. lib. 1. Surd. deciſ. 15. num. 10. Cyriac. controu. 160. numer. 41. & 42. Magon. deciſ. Flor. 16. num. 6. fin. coram Barat. deciſ. 229. num. 9., & in recent. deciſ. 320. nu. 1. cum ſeq. par. 5. & deciſ. 126. numer. 30. & dec. 164. numer. 13. part. 7.*, con-
7 tra † quos non poteſt allegari compenſatio, vti non debitores Franciſci pro illa modo agentis *l. 1. C. de compenſ. Tuſc. de camb. diſput. 2. queſt. 11. numer. 17. & queſt. 18. numer. 16. Gregor. deciſ. 366. num. 2. Rot. deciſ. 111. num. 9. poſt Genc. de Cenſibus.*

Non vrget, quod dicitur non probari verſionem pretij dd. locorum, & ſignanter illorum 14. Montis Nouennalis in Cauſam melioramentorum, quia vltra quod Pontifex in concedendo petiram licentiam illa alienandi Lælio, illum ab hoc iuſtificationis onere liberauit, vt clarè patet ex verbis Breuis ibi: Minuſque Lælium præfatum nullo vnquam tempore ad probandum pretium dd. 14. locorum Montium in fabricam huiuſmodi con-
8 uerſum fuiſſe cogant, & † ob id nec hodie adſtringi poſſunt Ignatius, & alij *Rot. coram Greg. deciſ. 511. Merl. deciſ. 116. num. 4. in Romana Domus 16. Nouembris 1643. coram Reuerendiſſimo D. meo*

Deca-

Deceno in Romana Vinea 2. Maij 1644., §. census coram bon. me. Bichio, & penes Eminentiss. D. Card. Otthob. dec. 249. num. 6. cum seqq. fundamentum, quo immittuntur Petronij ad repellendum Franciscum stat in effectiua subrogatione domus in locum locorum montium facta de-
9 mandato Papæ, qui † noluit fideicommissarijs prejudicare, & hodiè dicuntur fideicommissariæ *Molin. de Hispan. Primog. lib. 2. cap. 4. numer. 26. Fusar de substit. quæst. 545. num. 44. & 627. num. 46. Grat. discept. for. 751. num. 30. Surd. dec. 15. nu. 17. & decis. 208. n. 12. Rot. post Cenc. de Cens. 23 Gionagn. nu. 19. & 24. lib. 1.*

Creditа verò, de quorum retentione etiam excipiebant Petronij, & Domini admittebãt. Vnum erat Census scut. 1000. in sorte principali, quem ad eundem effectum perficiendi fabricam Domus Lęlius imposuit ad fauorem Horatij Petronij, & deindè ad Ignatium,
10 & fratres titulo cessionis deuenti, † cum quo rectè potest excludere Franciscum Posteriorem, nisi prius eis illud offeratur, *l. Creditor, vbi glos. & Doct., ff. qui pot. in pign. hab. l. diuersis, C. eodem Gabr. cons. 41. num. 9. lib. 2. Rot. dec. 451. n. 8. post Modern. de Cens.*

Alterum est dotale Faustinæ Cardellæ Matris in summa scut. 6000. solutorum Lęlio, &
11 pro quibus omnia sua bona † hypothecauit, vnde pro illo competit retentio ex eodem capite anterioritatis *l. à divo Pio §. res, ff. de re iudic. Natt. cons. 300. nu. 2. Socc. Sen. consil. numer. 27. lib. 2. Surd. cons. 46. nu. 7. Rot. coram Vrcellen. decis. 412. nu. 1. Merl. dec. 645. num. 12. & 13.*

Nec visa fuit subsistens exceptio malę fidei Lælij ob pendentiam litis ex eo causatam, quod facta fuerunt meliorамenta, & percepte pensiones ex domibus, postquam de anno 1614. obtento per hæredem Monitorio, & in actis reproducto fuit intentatum Iudicium super nullitate venditionis domus, & situs, quo fuit altera constructa, & sic in re litigiosa & hæc meliorамentorum creditа mediante compensatione cum dd. fructibus fuerunt extincta, aut ad exiguam quantitatẽ reducta, quia cum à dicto tempore vsque ad 1636., quo Lælius superuixit nihil aliud fuerit in causa actum, mala fides ex sola reproductione Monitorij inducta non est vera mala
12 fides, sed præsumpta, quæ † non sufficit in hoc casu, quo Lęlius possidens domum titulo emptionis vti suam non potuit moueri ad formiter credendum contrarium ex hoc tantum, quod alius sibi quæstionem mouit, vt in specie ratiocinatur *Magon. decis. Lucen. 81. à*
13 *num. 11. vsque ad 17.*, nec propterea † creditum Francisci fundatum in pẽsionibus domus recuperandæ non fuit in esse deductum, ficque inallegabile ad obtinendam cum illo compensationem *Bart. in l. amplius non peti col. 2., ff. rem ratam haberi Rot. decis. 507. nu. fin. par. 5. recent.* Cessatque difficultas ex suppositione meliorамentorum, & domus fideicommisso, quia
14 ea † attenta, etiam si Lęlius voluisset non potuisset illa cum pensionibus extinguere in præiudicium fratrũ de Petronijs ad illud vocatorum, *l. fin. C. comm. de legat. Cravett. cons. 144. num. 9. in fin. Rot. decis. 331. numer. 1. part. 4. tom. 2. recent.*

Ex quibus fuit concluſum competere retentionem pro meliorамentis, & creditis, vt supra, facta tamen compensatione pensionum ab anno 1652. quo fuit contra ipsos institutum nouum Iudicium perceptorum, & ad summam scut. 930. iuxta calculum datum ascendentium.

Vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO, nunc S. R. Eccles. Cardinali.

Romana Legitimæ.

Veneris 20. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Immissio iustificatis requisitis ad fideicommissum conceditur fideicommissario in vim *l. finalis C. de edict. Diui Adrian. tollen.* legitima ex bonorum vniuersitate detrahi debet. Præscriptio contra ignorantem non currit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommisso iustificato immissio fideicommissario conceditur in vim* l. finalis, C. de edicto Diui Adriani tollendo.
2 *Retentio pro legitima impedit immissionem & numer. 3.*
4 *Bonorum diminutio absque culpa hæredis secuta cedit damno hæredis, & legitimarij, sicuti augmentum commodo vtriusque accrescit.*
5 *Bonorum diminutio damno solius hæredis cedere debet.*
6 *Actio pro fructibus non solutis competit contra eum, qui illos recepit, sed non competit retentio aduersus fideicommissarium.*
7 *Legitima vltra ratam hæreditatis taxari nequit.*
8 *Legitima non detrahitur in vno corpore, sed in singulis rebus hæreditarijs, nec in bonis melioribus, seù deterioribus & num. 9.*
10 *Præscriptio non currit contra ignorantem, & agere non valentem.*
11 *Mulier vt dicatur renunciasse fideicommisso necessaria est in ipsa scientia iuris sibi competentis.*

DECISIO CCXVIII.

VIRGINIA Delphina de Celsis in testamento instituit hæredem fiduciarium Bernardinum Maturum sub his verbis *volendo, che il detto mio Brede disponga di tutta la mia Eredità è frutti di essa, nel modo è forma, che io hò ordinato à bocca, &c., alla quale dispositione mi rimetto, e voglio, che si attenda, come se fosse espressa nella presente Scrittura*, in cuius executionem defuncta Virginia de anno 1615. Maturus declarauit eius voluntatẽm fuisse, vt Teodoræ filijs oblatæ in Monasterio Turris Speculorum consignarentur mobilia, ac esset hæres vsufructuaria, donec fuissent nuptui traditæ eius neptes, nempe Maria Virginia, ex Mario, & Antonina ex Ioanne filijs eiusdem

Testa-

Teſtatricis, quas ſi nuberent, inſtituit hæredes æqualiter in proprietate cũ reciproca ſubſtitutione, inter ipſas in caſu, quo altera moreretur ante nuptias, quia vero Maria Virginia innupta deceſſit de anno 1623. relicta hærede Angela Gabriella eius matre, quæ cum ex bonis hæreditarijs Teſtatricis recepetiſſet à Maturo in cauſam legitimę Marię prędefunctę portionem cuiuſdam Crediti, & nonnulla loca montium inſurrexit. Antonia prætendens totam hæreditatem d. Virginiæ Delfinæ ſibi delatam fuiſſe per obitum Mariæ Virginiæ ante contractas nuptias, & immiſſionem petijt contra DD. de Mignanellis filios, & hæredes Angelæ poſſeſſores locorum Montium, & Crediti, de quibus agitur, ac ſententiam fauorabilem obtinuit à R. P. D. Ghino Iudice delegato ab A.C. ſucceſſiuè deuoluta: Cauſa ad Rotam, & mihi commiſſa propoſui dubium, An D. Antoniæ danda ſit immiſſio in locis Montium, & Credito, & Domini attento numero trium filiorum Virginiæ Teſtatricis dixerunt eſſe concedendam dempta tertia tertiæ partis, quæ pro legitima Mariæ Virginiæ debetur eiſdem Mignanellis hæredibus Angelæ.

Eſtrema neceſſaria ad immiſſionem ſufficienter fuerunt probata, de fideicommiſſo enim conſtat ex declaratione Maturi, quæ tamquã facta de ordine Teſtatricis exiſtimatur perindè ac ſi in eius teſtamẽto ineſſet, maximè quia hoc idem expreſſe mandauit, ibi: *alla quale diſpoſitione mi rimetto, e voglio, che ſi attenda, come ſe foſſe expreſſa nella preſente Scrittura*, de illius purificatione ad fauorem Antoniæ per mortem Marię Virginiæ non dubitatur, & identitas inſtificatur ex datis *in Summario num.4.*, † quibus concurrentibus fideicommiſſariæ nõ denegatur immiſſio in vim *l.fin.C.de edict.Diu.Adr.toll.*

1

Non obſtat quod Creditum, & loca Montium de quibus agitur reſtringantur pro legitima Mariæ Virginiæ iuxta aſſignationem factam per Maturum hæredem fiduciarium. Etenim non dubitarunt DD. quin † retentio pro legitima impediat immiſſionem in euentum reſtitutionis fideicommiſſi, ſed viſum fuit hanc legitimam non poſſe abſorbere decem loca Montium, aſſignata vna cum ſcutis 347. Quia cum de tempore aſſignationis ſecutæ de anno 1624. hæreditas conſiſteret in locis Montium 21. & Credito ſcutorum 695. vt oſtenditur in facto, Vtiq; tertia pars trientis debita Mariæ Virginiæ, quod loca Montium non excedebat, loca duo cum vno tertio alterius loci, & quoad Creditum ſcut.77. Ideoque reſpectu huius quantitatis competit ſolum retentio, & † in reliquis pro ſumma excedente Domini Mignanelli nullam habẽt iuſtam Cauſam impediendi petitam immiſſionem ex tradit, *per Rot.dec.559.num.5.par.1. & dec.92.numer.4.par.2.recent.*

2

3

Et licet prætendatur, quod hæreditas Virginiæ habito reſpectu, ad tranſactionem initam cum Hortentio de Celſis 18. Iulij 1614. conſiſteret in ſcutis 11450. & ſic legitima aſcenderet ad quantitatem aſſignatam.

Attamen admiſſo quod ſumma contenta in tranſactione nõ fuit integrè exacta ipſamet Virginia dum vixit, & Maturus ea defuncta, plures fecerunt diſtractiones, ita vt cum hæreditas tempore petitionis, & aſſignationis legitimæ dictam quantitatem locorum 21., & ſcutorum 695. non excederet ad hanc ratam

4 debetur legitima, quia d. † diminutio ſecuta abſque culpa, vel mora hæredis, non tum cædit damno illius, ſed etiam pro quota cedit damno legitimarij, ſicuti augmentum, accreuiſſet commodo vtriuſque, vt tradit *Peregrin.de fideic.art.36.numer.13.& ſeqq. Carn.conſ. 265.2.dub.verſ.circa ſecundam conſ.vlt.lib.1. Merlin.de legit.lib.5.tit.3.quæſt.7.numer.46. Rot. poſt eundem deciſ.90.in recent. dec.602.ſub nu.6. in fine p.r.1.& deciſ.475.num.1.part.4.*

Maxime quia diminutio ſucceſſit, ante aſſignationem legitimæ de tempore, quo viuebat Maria Virginia, quæ cum eſſet hæres æqualiter, ac D. Antonia debuit quoque inter ipſas eſſe commune damnum contingens

5 quamuis † admitteretur diminutionem cedere debere damno ſolius hæredis, vt tradit *Curt. Sen. conſ.vlt.num.3. & per tot.*

Neque augetur quantitas legitimæ ex debito fructuum à die obitus Teſtatricis; Quia cum eſſent ſoluendi ex fructibus bonorum fideicommiſſo ſubiectorum non autem ex

9 Capitulis † pro illis remanet actio contra Maturum, qui illos percepit, ſed non competit retentio aduerſus D. Antoninam fideicõmiſſariam, vt dictũ fuit *in Terracinen. fideicommiſſi 17. Februarij 1645. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Ottobono deciſ.28. num.29.*

Minus releuat, quod aſſignatio fuerit facta à Maturo hærede fiduciario, & à Sorore Teodora Executrice Teſtamentaria habentibus ampliſſimam facultatem,

Vltra quod neque in Teſtamento, neque in declaratione vlla fuit facta mentio, de aſſignatione legitimæ adhuc illorum facultas nõ poteſt ſuffragari, quia aut hæreditas de tempore aſſignationis conſiſtebat in locis 21. tantum, & ſcutorum 695. †

7 eorum facultas non potuit extendi ad taxandam legitimam vltra ratam hæreditatis cum alias eſſet arbitrium diſponendi de integra hæreditate, non autem facultas aſſignandi legitimam, aut verò hæreditas plura alia credita, vt dicitur continebat, & hoc caſu ſi iſta ſint inexigibilia, non debebant remanere integra pro hærede, ſed ſuper illis debuit legitimario pro ſua quota

8 aſſignari legitima, † quæ regulariter non detrahitur in vno Corpore, ſed in ſingulis rebus hæreditarijs *l. linea Margaritarum, §. Plautius, ff. ad l.Falcid. Merlin de legit.lib.3. tit.2. quæſt.21. cum alleg. per Add. ad deciſ.20 numer.130. part.8. recent.*

9 Neque † in bonis melioribus, ſeù deterioribus *Bald.in l.filium num.28., C.famil.Erciſc., & conſ.217.lib.1.per tot. Dec.conſ.81.num.7. Rot. poſt Merlin.vbi ſupra dec.113.nu.2.*

Quod verò Creditum, & loca Montium, ſpecificè fuerint ſupra 30. annos poſſeſſa

DD. de Mignanellis, & proinde actio pro immissione videatur præscripta; Responsio resultat, ex facto, quia cum Apoca declarationis factæ per Maturum, fuerit semper retenta à Carolo Gabriellio Patre Angelæ, Summario D. Antoninæ, *num.* 3. D. Antonina nunquam habuit notitiam substitutionis factæ ad eius fauorem, sicque nō potuit agere pro immissione, ad quam obtinendam egebat dicta
10 declaratione, qua † propter, excluditur præscriptio, quæ nunquam currit contra ignorantem, & agere non valentem, *l. 1. in fin. C. de annal. except. cum allegat. in decis. 28. num. 38. par. 8. recen.*

Denique non est momenti, quod in constitutione Dotis facta D. Antoninæ, dictum fuerit pro omni, & toto eo, quod prætendere, & consequi posset in bonis Virginiæ, quia id potest intelligi, quoad alias detractiones, quę ipsi poterant competere, non autem trahi debet ad rationem fideicommissi, de quo nullā
11 habebat notitiam, cum † ad istum effectum requiratur in Muliere præcisa, & indiuiduā scientia Iuris sibi competentis, vt in *Fauentina Bonorum 27. Iunii 1659. §. fin. & 9. Iunii 1664 coram me.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. OTTALORA.

Spoletana Manutentionis.

Veneris 20. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Probatio quando est impossibilis, probationibus, quæ ex actibus inter partes factis resultāt, standum est. Statutum Spoleti, quid disponat. Appellatione nō prosecuta causa remanet deserta, & partes ab ea recessisse censentur. Melioramenta ex quo possint probari, & illorum fructus, ad quos spectent declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Creditum Melioramentorum approbatum, nec vnquam controuersum fuit, quod melioramenta fint omninò reficienda.*

2 *Probatio quando est impossibilis standum est probationibus, quæ ex gestis, & actibus inter partes resultant.*

3 *Statutum Spoleti prohibet ne Dos vltrà scuta 500. ab ei ut ciuibus assignari valeat, & requirit consanguinei Senioris præsentiam in contractibus mulierum.*

4 *Fides etiam extraiudicialis Curialium probat stylum, & obseruantiam Curiæ.*

5 *Appellatio non subsistitur quando interposita fuit ab eo, qui non habuit mandatum, & à quo iudicii instituti nequiuerat.*

6 *Mandatum procura non arguitur ex productione ab soluentis à iuramento, cum non potuerit haberi à publico Notario.*

7 *Appellatio quando non fuit prosecuta, nec acta trāsportata, remanet deserta, & colligantes ab ea recessisse censentur.*

8 *Cautio de reficiendis Melioramentis, probat Melioramenta facta fuisse.*

9 *Fructus Melioramentorum, ad Meliorantem spectant.*

DECISIO CCXIX.

RESOLVTVM fuit coram Reuerendissimo Papiēn. 30. Maij 1659. constare de bono iure illorum de Martanis, resultante ex credito Melioramentorum factorum in bonis Magdalenæ, per Flaminium eius Virū de bono autem iure Martani ratione fructuū ad quorum solutionem vltra scuta 450. contenta in laudo fuit indebitè per A. C. condēnatus. Nunc vero proposito à me dubio, An sit standum, vel recedendum à decisis, Domini standum esse censuerunt.

1 Etenim creditum melioramentorum, ex confessione Magdalenæ Laudo Vfredutij, & ex altero sanctę mem. Vrbani VIII. Episcopi Spoletani, aliisque in dicta decisione plene ponderatis probatur, & deinde ex eo, quod tàm à primis hæredibus, quàm ab alijs, qui successiuis temporibus in eorum bonorum medietatem successerunt, & de melioramentis per euidentiam facti erant certiorati, nunquam fuerunt controuersa, itaque post lapsū annorum 50. & vltra, dubitari non potest, quod à prædecessoribus informatis, per tantum temporis spatium pro constanti, præsuppositum argumentum, *l. minimè, ff. de legibus*, maximè cum longo tēpore decurso fuerit immutatus status bonorum, & sic hodie simus in casu impossibilis probationis, ac pro
2 indè standum † est probationibus, quæ ex gestis, & actibus inter partes resultant, & remittenda necessitas vlterioris probationis argumento, *l. filium cum definimus, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re militari, l. consensu, C. de repud. & in terminis plurimus Cranet. de antiq. temp. part. 1. numer. 5. ad fin.*

3 Nec obstat Statutum Spoleti prohibens, ne vltra scuta 500. Dos ab eius Ciuibus assignari possit, & requirens Coniuncti Senioris præsentiam in Contractibus Mulierum, nam vtrumque tollitur ex eo, quod per contrahētes fuit obtenta derogatio dicti Statuti, vt in breue desuper expedito sub die 29. Aprilis 1613. & fide Curialium Spoleti probatum fuit, necessariam non esse Citationem Consanguinei Senioris, sed sufficere dūtaxat proximioris, quam fidem † licet extraiudicialem
4 probare stylum, & obseruantiam Curiæ, vltra adductos in decisione, quæ renidetur, quidquid velit *Decius, tenuit Rota decis. 244. num. 12. par. 5. recen. & in Perusina Bonorum 4. Martij 1627 coram bon. memor. Cocceio, impress. apud Gilian. ad Statutum Perusin. decis. 55. nu. 5. & 6. & eō Emmentisi. Ottobono decis. 176. nu. 3.*

Minus officit, quod à Laudo Vrbani VIII. fuerit appellatum à Procuratore Flaminij, & sic in laudo fundamentū fieri nō possit ad probanda melioramenta liquidata in scutis 450. Tum quia appellatio non excludit probationem melioramentorum in genere, quæ corā arbi-

arbitris facta præsumitur, nec san. mem. Vrbanus, ad liquidationem censetur voluisse deuenire tamquam amicabilis compositor, nisi probatio saltem generica, & sufficiens pro animi sui instructione præcessisset. Tũ quia Flaminius nõ appellauit, sed quidam assertus Procurator, nullum habens mandatum Procurę, cuiusꝙ appellatio non subsistinetur, tamquam emanata ab eo, qui non habet mandatum, & à quo iudicium fieri, & institui non poterat, *Rota decis.* 585. *nu.* 5. *par.* 4. *tom.* 3. *recen.* & *in Interamnen. Bonorũ* 1. *Iulij* 1658. §. *respectu enim confirmata* 7. *Februarij* 1659. §. *subsistit primo, coram R.P.D. meo Decano.*

6 Mandatum verò Procuræ deductum ex productione absolutionis à Iuramẽto nullius est releuantiæ, quia cum non potuerit haberi à publico Notario, in cuius Actis seruabatur, vtique mandatum non arguit, *Rota decis.* 285. *nu.* 8. *par.* 2. *recen. Adden. ad Gregor. decis.* 331. *n.* 20. 7 *vers. sed ad concordiam*, deinde cum non † fuerit appellatio prosecuta, nec acta trãsportata permansit deserta, & partes Collitigantes censentur ab ea recessisse, vt præter adductos in decisione, quæ videtur, §. *neque obstat*, sensit *Rota in Romana Alimentorum* 4. *Iulij* 1636. *per totam, coram bon. mem. Dunozetto*, & *decis.* 51. *nu.* 3. *coram Reuerendiss. Tarraconen.*

Parum refert oppositio, quod Causa Laudi fuerit cognita à R. P. D. Spinola, nam coram eo solũ actũ fuit de Quarto Dotali, Flaminio debito in bonis Magdalenæ Vxoris, & Cautio de reficiendis melioramentis, quæ ab eo- 8 dem Iudice † dari præcipitur potius probat melioramenta fuisse facta, vt firmat decisio, quæ reuidetur sub §. *adminicula*, & tenuit *Rota decis.* 161. *nu.* 2. *vers. agnoscebant, par.* 2. *recen.*

De bono autem Iure Marrani constare visum est ratione fructuum, ex fundamentis adductis in decisione §. *fin.*

9 Nec obstat fructus melioramentorũ, spectare ad meliorantem, vt præter *Barbos. Menoch.* & *alios probant Garz. de expens.* & *meliorem. cap.* 23. *nu.* 58. *Leotard. de vsur. qu.* 13. *nu.* 32. & 33. *Gamma decis.* 310. *nu.* 15. *Giurba decis. Sicil.* 105. *nu.* 19. *Rota decis.* 435. *nu.* 15. *par.* 1. *decis.* 64. & 103. *nu.* 4. *par.* 3. *recen.* & *in Lauretana Domus* 10. *Iunij* 1644. *coram bon. me. Bichio.* Nam nullo genere probationis constat, quod ex bonis meliorãtis maior redditus fuerit perceptus.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Bononien. Prædij.

Luna 23. *Iunii* 1664.

ARGVMENTVM.

Saluianum est inualidum contra bona debitoris possessa ab Vxore iure Dotali, & non pleno dominio, quia Saluianum non solum requirit possessionem, sed etiam dominium, 3 tanto magis si Vxor solum possidet pro assecuratione suæ Dotis, ob vergentiam Viri ad inopiam.

SVMMARIVM.

1 *Saluianum cessat vbi non est hypoteca*, & *nu.* 18.
2 *Mulier viuente Marito, non dicitur possidere*, & *nu.* 3.
4 *Mulier ob vergentiam Viri ad inopiam, potest suam Dotem assecurare*, & *nu.* 5.
Limita, vt nu. 6. & *declara, vt nu.* 7.
8 *Saluianum requirit tantum possessionem*, & *nu.* 10.
9 *Seruiana, seu hypœtecaria, requirit dominium*, & *in quo differat à Saluiano.*
10 *Saluianum est fundatum in hypoteca creditoris*, & *possessione debitoris*, & *nu.* 11.
12 Authen. res quæ, *requirit probationẽ non adesse alia bona, quam fideicommissaria.*
Declara, vt nu. 13. & 14.
15 *Hæres debitoris euadit debitor*, & *obligatus.*
Limita in Statuto Bononiæ, vt nu. 16.
17 *Obligatio generalis facta à defuncto, non extenditur ad bona hæredis.*

DECISIO CCXX.

PETITAM per Saluianum immissionem, Domini responderunt, denegandam petentibus pro recuperatione pretij bonorum euictorum cõtra possessorem prędij, quod ipsi dicebãt possessum à Gineura obligata de euictione pro Marito venditore.

1 Etenim suspensa prima conditione Saluiani, nempè cum hypoteca, §. *hæc autem, vers. Saluianum, l.* 2. *ff. de interdictis, Marches. de Saluiano. cap.* 8. & 15. *vtrobique ab initio, par.* 1. *Pacificus, de Saluiano, cap.* 5. *ab initio inspect.* 1. *quod prius quidem, tamen est apud DD. Marches. dicto cap.* 15. *nu.* 3. *à vers. quia tamen. Pacificus, dicto cap.* 5. *à nu.* 2 Secunda, & maior conditio, & fundamentum Saluiani est possessio debitoris tempore obligationis, vel postea, ad *Glos. vlt. in fin.* §. & *adipiscenda institutionum de interdict. Marches. dicto cap.* 15. *ab initio Pacificus cap.* 6. *ab initio dicta inspect.* 1.

2 Actores autem non probarunt Gineuram vnquã possedisse, quæ in Instrumento 1. Decembris 1658. pro suis Dotibus scutor. 2000: & ad effectum se, & filios alendi optauit omni, &c. & saluis iuribus suis etiam in alijs bonis sibi obligatis pro collocatione suarũ Dotium intuto, &c. & sic ambo Octauius vir, & Gineura vxor, & de mandato Octauij eidem Gineuræ, ex quo pro suis dotibus bona prædicta locata sibi elegit, & optauit, vt supra, &c. vt in dicto Instrumento.

Itaq; Gineura interfuit dictæ locationi pro suo iure, & interesse, quod habebat pro sua dote, nec minus super alijs bonis, & super his, vt supra præseruato, quam super illis locatis, & prout elegit, & optauit, vt supra, & potius 3 pro securitate conductoris, quia † constabat matrimonium, & constante matrimonio a marito vxori dotem, sine causa legitima legibus stare non potest, ait *lex vnica, C. si dos constante matrimonio, Bald. Nouella de dote priuil.* 28. 4 *par.* 7. & quamis † causa legitima sit, vt vxor se se, suosque alat, §. *manente. l. mutus* 72. *ff. de iur. dot. l. quamuis* 20. & *l. sequenti, ff. solut. matrim.* &

notat glos. 1. dicta l. vnica, non tamen videtur in
5 hanc causam factum, & minus † in extraordinariam, & prouisionalem, propter dissipationem, aut inopiam mariti, iuxta §. *sin autem in seuissimo, vers. si verò dotem ita dissipaturus, l. si ea dotem 22. & l. si constante 24. ff. solut. matrim. l. vbi adhuc 29. C. de iur. dot. cap. penult. de donationibus*
6 *inter virum, & vxorem.* Quia † non concurrebat dissipatio, & inopia mariti, & alia requisita, apud *Fontanell. de pactis nupt. claus. 7. glos. 2. par. 1 sub nu. 10. & seqq. Costa de fac. scient. tota distinct. 80. centur. 2. Rota decis. 292. nu. 1. & 2. par. 1. re-*
7 *cent.* vbi nec † esset restitutio, sed assecuratio, & collocatio in tuto loco pignoris, & hypotecæ, & custodiæ, etiam citra possessionem secundum diem, allegat à *Gambd. decis. 16. num. 2. à vers. prima eorum, & præcipuè nu. 5. vers. nec possessionem, & maximè ad tertium casum à Gamba, emisum quando bona minus valerent.*

Et si quę possessio vxoris diceretur citra
8 dominium, non sufficeret † creditori pro Saluiano, tum quia satis appareret, non proprio
9 nomine, sed alieno; tum etiam quia, quæ differentia est Saluiani, & quasi Seruianæ, seu hypothecarię de dominio debitoris necessario, non autem in Saluiano, hæc differentia est in sola probatione dominij, non necessaria in Saluiano, vtpotè sufficiẽte possessionis probatione in hoc casu, *Marches. de Saluian. toto cap. 16. par. 1. Pacific. cap. 1. à num. 6. inspect. 2.*
10 *Merl. de pignor. qu. 77. nu. 7. l. 5.* Alias †Saluianum interdictum fundatum esse in hypotheca creditoris, atque adeò in dominio debitoris, satis constat ex suprascriptis, vt esse de pignoribus, sunt *text. dicto §. Hæc autem, dicta l. 2. ff. de interdict. & dicto § adipiscenda, in fine, instit.*
11 *eodem*, cum aliis ibi annotat, & supra † ad primam conditionem Saluiani, & planè rem alienam pignori accipi non posse, sunt alij *tex. l. 2. l. rem alienam 41. ff. de pignor. act. vtrumque distrahi possit, l. rem alienam 28. ff de contraben. empt. & declarat ibi glos. 1. sed sufficere visum est D D.* de triplici illa dotis restitutione necessaria permissa, & terminaria, seu prohibita, apud *Bald. cons. 96. nu. 3. lib. 1. & Cost. dicta distinct. 80. nu. 1.* Hancue fuisse si contrahenda fuerit, vel fore si iudicanda foret vltimæ speciei.

Accessit quod Prædium demõstratum est fideicommissariũ à Thoma Patre Octauij illudque sic deuolutũ ad filios ipsius Octauij, & ab iis pro suo sine aliqua mentione talis optionis, aut electionis in dicto præcedẽti Instrumento venditum Antonio Mariæ, nunc possessori, iuxta Instrumentum emptionis, & venditionis 16. Maij 1648. etiam indicantur alia bona venditorum, & citra, seu potius
12 contra subsidium *Authen. † res quæ, C. comm. de legat.* adeò non præcessit probatio necessitatis, etiam necessaria nunc mulieri, & mulierem
13 repræsentantibus, vtpotè † non possidentibus ad magis communem Sententiam amplissimè demonstratam *in rub. ad decis. 150. num. 1. & seqq. maximè nu. 58. part. 9.* & si modicę vti-
14 litatis, si verum est, quod † eo ipso, quod mulier dicit non esse alia bona mariti, præter illa, quæ sunt subiecta fideicommisso habet suam intentionem fundatam, & probatã. &c. *decis. 355. nu. 3. & 4. par. 5.*

15 Ceterũ non attinuit, quod venditores fuerunt hæredes Gineuræ obligatæ, & consequẽter ipsi etiam obligati, quia cum obligatio
16 contenta † in Instrumentis Bononię celebratis, & extenta, iuxtá formularium Bononien. ad quod partes in casu nostro relationem habuerunt, non apprehendat bona propria hę-
17 redum obligati. Sane † generalis obligatio facta defuncto, non porrigitur ad bona hæredis, *notat. Bartol. in leg. Paulus 29. ff. de pignor.*
18 Proinde defuit hypotheca, & † prima conditio Saluiani, quod in puncto indubitatum assumplit *Pacific. de Saluian. à num. 285. inspect. 3. vsque ad vlteriores quæstiones.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. EMERIX.

Ariminen. Successionis.

Lunæ 23. Junij 1664.

ARGVMENTVM.

Sorori ad fratris successionem quãuis de iure admittatur, nihilominus stante renunciatione arcetur, quæ vt potè ex pluribus Causis facta vna ex ijs solummodò subsistentibus subsistinetur.

SVMMARIVM.

1 *Frater ad fratris successionem, stante renunciatione arcetur, & nu. 2.*
3 *Renunciatio facta pluribus ex causis vna, ex ijs subsistentibus subsistinetur, & nu. 4.*
5 *Causa amoris conseruandi facta renunciatio, non indiget probatione.*
6 *Dotis congruitas præsumitur.*
7 *Renunciatio facta causa euitandi lites, ipsa præsumitur, & subsistinetur, & nu. 8.*
9 *Dispositiua verba Instrumenti, non possunt à proœmio restringi.*

DECISIO CCXXI.

DOMINI accuratius perpenso Instrumẽto renunciationis Iuniperæ, censuerunt recedendum esse à decisione edita coram me die prima Februarij proximi præteriti, & propterea eidem denegandam fore petitam immissionem in bonis Io: Baptistæ fratris nuper ab intestato defuncti.

Siquidem negari non potest, quin renunciatio sit amplissima, & extendatur etiam ad hæreditatem fratris, cum aperte id ostendãt
1 verba Instrumenti, vnde † non solum cessat dispositio *Text. in Authen. defuncto in decis.* ponderata, sed potius intrat conclusio exclusiuã
2 immissionis à renunciante † petitur in bonis expresse renunciatis, *l. quæris, §. si venditor, ff. de ædilit. edict. l. quoties ab omnibus, C. de fideicommissis, Rota in recen. decis. 175. nu. 4. par. 8. in alia Arminen. Successionis 26. Januarij 1654. coram bon. me. R. P. D. meo Taia.*

Neque

Neque obstare videbatur obiectum, quod dicta renunciatio, tãquam ex falsa causa emanata remanserit nulla, tàm ex defectu consensus renunciantis, quàm ex nullitate Decreti Iudicis, quod interpositum ex falsa causa corruit ex auctoritatibus in *decis. adductis, §. neque putarunt*.

Quoniam admissis pro veris in Iure dd. auctoritat. Domini dixerunt, illas non applicari in facto.

Etenim non subsistit, quod renunciatio Iuniperæ emanauerit ex falsa causa, tum quia in narratiua Instrumenti facta Iudici, & Consanguineis, non fuit dictum, quod Laurentius Pater in Testamento præceperat fieri renunciationem etiam de bonis fraternis, & cum tali suppositio ad renunciationem bonorum fraternorũ deuentum, quo casu probato, quod aliter in Testamento contineretur, iustificata remaneret falsitas causæ, sed fideliter expositũ fuit præceptum Paternum, videlicet: *Laurentium Patrem reliquisse in Testamento Iuniperæ scuta 4000. eidem danda per suos haredes de tempore nuptiarum, & hoc pro omni, & toto eo, quod prætendere, & consequi posset, tàm in bonis dicti sui Patris, quàm in bonis Portiæ eius Matris, quouis iure, & ex Cum pacto, quod debeat stare, & esse tacita, & contenta de prædictis, &c. Et vlterius, quidquam prætendere, aut consequi non possit iniungendo quoque, quod debeat facere finem, & renuntiationem generalem in fauorem eorundem haredum, & ad eorum voluntatem, & satisfactionem*; & alias prout latius in eodem Testamento, ad quod, &c. ex qua narratiua pater Iuniperam in facto non errasse. Tum etiam, quia in dispositiua eiusdem Instrumenti enumeratis alijs causis, ita fuit subiunctum. *Sponte sua non vi, dolo, fraude, aut errore aliquo ducta, seu circumuenta; sed quia sic sibi facere placuit, & placet, non solum, quia se congrue dotata censuit, sed ad parendum mandatis dicti Patris, ac tollendas lites inter se, & dd. suos fratres forte oriendas, quam etiam ad conseruandum fraternum amorem, ac alijs de causis animum suum mouentibus, omnibus quibus potuit melioribus modis cum Iuramento renunciauit, & inter viuos irreuocabiliter, ac in perpetuum donauit dd. suis fratribus*.

Ex quibus verbis colligitur renunciationẽ bonorũ fraternorum, nõ fuisse factam ob solum præceptum Paternum; sed etiam ob alias causas, nempè ob congruam dotationem ob conseruationẽ fraterni amoris, & ad lites effu-
3 giendas. Ideoque † subsistente aliqua ex alijs causis, vtique tenet renunciatio, nec de falsitate causæ redargui potest. *Rota in recent. decis. 537. nu. 7. par. 1. Caualer. decis. 482. nu. 5. & in Romana Domorum 11. Decembris 1645. coram bon. me. Bichio, §. quibus positis, & in Romana Locorum Montium 19. Iunij 1661. §. neque obstat, corã Reuerendiss. Meltio*.

Præsertim ponderando, quod etiam omnes aliæ causæ, pro finalibus expressæ sunt cum illis dictionibus, *non solum, sed etiam*. Vnde co
4 magis data † cuiuscumque illarum veritate, & subsistentia renunciatio, subsistineri debet, vt in simili ponderauit *Rota in recen. decis. 251. nu. 12. & seq. par. 5. decis. 271. nu. 10. part. 6. corã Merlin. decis. 229. nu. 15. coram Eminentiss. D. meo Ottobo. decis. 10. nu. 45. & 46. & decis. 134. nu. 1. & seq. & in Romana de Millinis 27. Aprilis 1657. §. finali, coram Reuerendissimo Domino meo Decano*.

In præsenti verò, non vna tantum, sed omnes sunt veræ, & subsistentes. Conseruatio
5 namque † fraterni amoris probatione nõ eget. Congrua dotatio † habet Iuris præsumptionem pro se. *Rota decis. 581. nu. 3. par. 1. & decis. 195. nu. 3. par. 2. recen.* Et occasio litis imminebat, quia Iunipera donationem scutorũ 4000. à Portia Matre reportauerat, quæ a Maculis impugnari poterat, tamquam factã contra formam, & præceptum Legati Paterni, vt ex verbis Testamenti relatis apparet.
7 Causa namque † euitandi lites, vera, & iusta dicitur, quoties adest timor futuræ litis, etiam ex prætensione non Iuridica, dummodo absit dolus. *Rota in recen. decis. 281. nu. 6. par. 6. corã Merlin. decis. 163. nu. 7. & 8. & in Bononien. Fideicommissi de Bonfilijs 5. Martij 1662. & 24. Ianuarij 1663. coram R. P. D. meo Verospio*.

8 Et ex hac sola, rectè à Iunipera fieri potuit renunciatio, *Rota decis. 28. nu. 6. & post Pic. ad Statut. Vrb. Seraph. decis. 638. nu. 7. & 737. nu. 3 & in recen. decis. 146. nu. 6. & seqq. par. 8*.

Ex his tolli pariter visum fuit aliud obiectum ab informantibus pro Iunipera excitatum, nempè præceptum Paternum, vti solũ in proemio Instrumẽti expressum fuisse causam finalem renunciationis, quia dicta verba,
9 vti nimis clara, & † in dispositiua Instrumenti prolata non possunt à Proemio restringi, imò potius ab eis desumi debet causa finalis, & nõ à proemio. *Purpur. in l. cum quid, ff. si cert. pet. nu. 110. in fin. Menoch. lib. 6. præsumpt. 2. nu. 15. & in recen. decis. 36. nu. 17. par. 5. & decis. 339. nu. 9. par. 8*. Et vlterius posito, quod præceptũ Paternum fuerit causa finalis renunciationis attamẽ respondebatur, quod cum non sit sola, sed totales causæ, æque finales fuerunt in dispositiua expressæ succedit conditio superius ponderata, quod quando ex præcepto Paterno renunciatio Iuniperæ, substineri non posset, bene substineretur ab aliqua ex alijs causis æque principaliter enarratis.

Denique non bene impugnatur validitas renunciationis, sub prætextu minoris ætatis, quia cum facta fuerit medio Iuramento cum Decreto Iudicis, auctoritate Curatoris, consensu Mariti, ac præsentia Proximiorum seruatæ, apparent omnes solemnitates, tàm Statutorum Ciuitatis Arimini, quàm cõstitutionis Ægidianæ.

Defectus autem Insinuationis, tollitur ex Instrumento eiusdem producto in actis.

Ex quibus omissis alijs inspectionibus, scilicet an ex præcepto Patris, renũciatio fieri deberet, etiam de bonis fraternis, & an illa censeri debeat ex consuetudine, & stylo pro conseruatione agnationis fratrum Iuniperæ. Ita fuit resolutum, vtraque parte informante, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Maceraten. Primogenitura, seu Vsusfructus.

Lunæ 23. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Possessio alio tunc temporis non possidente apprehensa, est manutenibilis, quæ tamen si per fides extraiudiciales probata sit non attenditur, & vt sustineatur probatio debet esse necessario concludens, alias per solam probationem in contrarium excluditur.

SVMMARIVM.

1 *Possessio ex Instrumento apprehensionis illius, bene iustificatur.*

2 *Possessio apprehensa alio tunc non existente in possessione, est manutenibilis.*

3 *Donatio ad favorem substituti confirmata ob mortem primi Donatarij, tanquam titulata, est manutenibilis.*

4 *Clausula constituti in Instrumento Donationis Primogenitura inserta, probat dominium à die illius erectionis, ad favorem Donatariorum.*

5 *Possessio per fides extraiudiciales probata, sustineri non potest.*

6 *Probatio necessario concludere debet, alias per solam probationem contrariam excluditur.*

7 *Donatio facta filio; & post eius obitum confirmata ad favorem alterius substituti, eodem titulo familiaritatis, & nomine filij, facta censetur.*

8 *Exceptio an testator prohibuerit Patri vsumfructum in bonis Aduentitijs filij, in Iudicio Manutentionis, non est disputanda, sed reijcitur ad petitorium.*

DECISIO CCXXII.

DVPLICEM fecit Iulius Cæsar Conuentanus Primogenituram per cõtractum Donationis irreuocabilis inter viuos, alteram ad fauorem Antonij Secundo Geniti, eiusque filiorum, & descendentium Masculorum, alteram ad fauorem Fabritij filij Primogeniti, cui morienti sine filijs substituit Iulium Cæsarem Nepotem suum ex dicto Marco Antonio, obijt Fabritius sine filijs, adhuc viuo Patre, qui vtramque Primogenituram, & substitutionem Testamento confirmauit, deinde obijt Testator, post cuius obitum, Iulius Cæsar Iunior, vigore Mandati de Immittendo, adeptus fuit possessionem Bonorum dictæ Primogenituræ, sed prętẽdente Marco Antonio, tanquam Patre Iulij Cęsaris Iunioris eorumdem bonorum vsumfructum fuit ad illius fauorem pronunciatum, eique concessum Mãdatum de Manutenendo, vnde commissa mihi Causa dubitaui. An, & cui dandum sit Mandatum de Manutenendo, & Iulio Cæsari dandum esse, Domini respouderunt.

1 Constat enim non solum de illius anteriori possessione in Bonis dictæ Primogenituræ, ex Instrumento apprehensionis illius, quod
2 alio † non existente in possessione, sufficit ad effectum sustinendi, ad *Crat. in l. prohib.*, & ibi *DD. fidei acquirio possid. Rotæ coram suæ memor. Gregor. XV. decis. 121. num. 6. & coram Merlin. decis. 3: eodem numero, & in [illegible] 1664. coram Reuerendissimo D. Cardinali Celso.*

Sed etiam de titulo, dum in Donatione inter viuos facta Fabritio Primogenito, fuit illi substitutus, eiusque substitutio ob prædecessum Fabritij viuente adhuc Patre fuit per vltimã
3 voluntatem confirmata, vnde † talis promissio tãquam titulata eo magis est Manutenenda *capit. licet, ibique Felin. num. 19. de probat. Rotæ decis. 118. nu. 3. & decis. 513. num. 9. post Pall. de manuten. cum alijs in Gerunden. Sigillorũ 20. Ianuarij 1663. coram Reuerendissimo Domino Cardinali Celso.*

Maxime cum in Instrumento Donationis dictę Primogenituræ adsit clausula constituti, quæ
4 † & probationem, & dominium probat à die erectæ Primogenituræ, ad fauorem Donatariorum, adeo vt Iulius Cæsar veniat omnino præferendus, *Rota coram Duran. decis. 84. num. 15. & seqq. & coram Merlino decis. 368. nu. 34. & decis. 208. nu. 2. & decis. 386. nu. 2. par. 9. recen. vt in Monopolitana Bonorum 25. Iunii 1663. coram me.*

Hinc non refert, quod bona istius Primogenituræ asseritur possessa per Marcum Antonium, tum † quia talis possessio non pro-
5 batur, nisi ex fidibus extraiudicialibus, tum etiam, quia Testes non deponunt de tempo-
6 re, quo ipse possederit, probatio † debet per necessè concludere, alias per solam probationem in contrarium excluditur, *Rota coram Buratt. decis. 948. nu. 3. & apud Pall. de Manuten. decis. 284. nu. 28. & seqq.*

7 Et nihilominus attento titulo Iulij Cæsaris filij possessio huiusmodi Patris debet intelligi iure familiaritatis, & nomine filij, iuxta doctrinam *Bartol. in l. qui iur. in fine. de acqu. poss. Surd. cons. 160. nu. 17. Rota coram fel. me. Gregor. decis. 572. nu. 8. ibique adden. litt. B. & in Cesenaten. Fideicommissi 3. Iunii 1662. §. hinc parum refert, coram Eminentissimo Domino Card. Celso.*

Probata igitur anteriori possessione Iulij Cæsaris existimarunt DD. non esse opus aggredi disputationem, quando Marco Antonio debeatur vsusfructus in bonis Aduentitijs filij, quia cum pendeat ab inspectione, An in proprio Casu, Testator prohibuerit Patri v-
8 sumfructum † huiusmodi exceptio, non est discutienda in hoc Iudicio Manutentionis, sed venit ad petitorium reicienda. *Rota coram Coccino decis. 156. nu. 3. & coram Eminentiss. D. Card. Bichobon. decis. 168. nu. 3. & 9. & in dicta Gerunden. Sigillorum 15. Iunii 1663. coram Eminentiss. Card. Celso.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ Decano.

Burgen. Funeralium.

Fer. 27. *Iunii* 1664.

ARGVMENTVM.

Quarta funeralis debetur iis qui curam animarum exerçent, non obſtantibus priuilegiis non continentibus derogationem cap. nuper de decimis, quæ inſuper fuit reuocata à Sac. Concil. Tridentino.

SVMMARIVM.

1 *Parochis debetur quarta funeralium*
2 *Clementina dudum de ſepulturis derogan eſt pro exemptione quarta funeralium.*
3 *Exemptiones à 4. funeralium reuocate fuerunt à Conc. Trid.*
4 *Teſtes de affirmatiua præferendi ſunt teſtibus de negatiua deponentibus.*
5 *Teſtes de negatiua illam coarctare debent per verba quod aliter eſſe non poſſit quin ipſi ſcirent.*
6 *Teſtes de immemorabili deponere debent cum requiſitis* Gloſ. in cap. 2. verbo memoria de præſcript. in 6. & num. 7.
8 *Decretum irritans aufert titulum & poſſeſſionem.*
9 *Petitio, & denegatio tum ſubſequenti acquieſcentia* interuenire debet ad præſcribendam 4. funeralium
10 *Conſuetudo particularis præualet Generali.*
11 *Teſtes ad hoc vt ad concordiam reducantur omnis* interpretatio ſumi debet.
12 *Teſtes ad reducendos ad concordiam* recurri poteſt ad intellectum iuris.
13 *Præſtationes, quæ nam ſint annales, & quæ nam non annales declaratur & num.* 14.

DECISIO CCXXIII.

BONI Iuris aſſumpta diſputatione coram R. D. meo Decano, illud Beneficiatis Eccleſiarum Parochialium Burgen aſſiſtere, per ſententiam pronunciatum fuit, quam in gradu appellationis hodie Dñi confirmandã eſſe exiſtimarunt: Nam pro conſecutione
1 quartæ funeralis habent ipſi, †quibus cura animarum incumbit, aſſiſtentiã Iuris, & fundatam intentionem non ſolum in *Clement. dudum §. verum ne Parochiales de ſepultur. & traditis Menoch. præſumpt. 109. num. 56. lib. 1. Rota dec. 101. coram Card. Cavaler. nu. 1. ſed etiam in diſpoſitione Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 25. cap. 13. de reform. cum additis ibi per Barboſ. num. 1. & ſeq. & in deciſ. 15. Iunii 1662. cor. R. D. meo Decano §. & huiuſmodi.*

Nec priuilegia fratrum Sancti Pauli extra muros Ordinis Sancti Dominici ſuffragantur Quoniam tria primo loco adducta non continent expreſſam derogationem dictæ Clem. Dudum de ſepultur. quæ tanquam Conſtitutio Conciliaris in Concilio Viennenſi edita,
2 explicitam, & ſpecialem †derogationem exigebat, qua ratione dari poteſt de defectu intentionis in concordantibus *Felin. in cap. non nulli 28. num. 2. de reſcript. Oldrad. conſ. 326. numer. 1. Rota coram Coccin. dec. 279. nu. 6. & in terminis cor. Canal. dicta deciſ. 101. nu. 2. vbi concord. & in ſimili Conſtitutione Conciliari relata in cap. nuper 34. de decim. pluries reſolutum fuit in dec. recenſitis in Fanarien. Decimarum 26. Maii 1656. coram me §. nec Dominus* Poſtremũ verò Pauli IV. anni 1556. licet derogationem dictæ Clement. contineat, ob ſuperuenientem tamen Conſtitutionem Sacri Concilij tridentini abrogatũ fuit, dum
3 in eodem Concilio decretum fuit, quod quæcumque priuilegia intra annos 40. ante eiuſdem Concilij publicationẽ Regularibus conceſſa iiis non ſuffragentur qui per dictos annos 40 Eccleſijs Parochialibus quartam funeralem ſoluere conſueuerunt, *vt limitando tradit Barboſ. de offic. & poteſt. Paroch. cap. 25. nu. 12 Rot. coram Card. Millin. dec. 49. ſub num. 1.*

De tali autem ſolutione, & quod Beneficiati ſint in quaſi poſſeſſione quadragenaria percipiendi quartam funeralium ab omnibus regularibus, & ſignanter à dictis fratribus Monaſterij Sancti Pauli, conſtat ex depoſitionibus teſtium anno 1657. & 1658. exactorum qui de tali conſuetudine, & quaſi poſſeſſione teſtantur cum ſcientia, & patientia fratrum
4 Sancti Pauli, † quibus quidem in concurſu aliorum pro fratribus inductorum magis deferendum viſum eſt Dominis, quia illi de affirmatiua, iſti denegatiua deponunt, & primi habent aſſiſtẽtiam Iuris, *Rota coram Seraph. dec. 1135. num. 4. plenè coram Mantic. dec. 366. n. 6. cum aliis in Calaguritana Decimarum Sancti Aſſẽſi & Danalillo* 17. *Aprilis* 1654. *coram R. D. Zarate §. neque etiam vbi concordantes.* Alij verò non coarctant negatiuam deponendo, quod
5 aliter eſſe non poſſet, quin ipſi ſcirent, vt requiritur, *Dec. conſ. 94. num. 5. Alex. conſ. 108. nu. 10 lib. 2. Rota dec. 31. num. 3. part. 8. recent. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Otthobon deciſ. 185. num. 2. Peruſina Bonorum Sancti Archangeli* 17. *Martii* 1659. *coram Eminentiſſimo D. Cardinali Celſo §. nec refert, & in iſtis terminis in Neapolitana funeralium* 27. *Iunii* 1661. *coram R. P. D. meo Veroſpio §. neque hebdomadariis.*

Qua ratione fratres adducta præſcriptione iuuari non poſſunt. Immemorabilis enim,
6 non probatur. † Tum quia teſtes non deponunt cum requiſitis *gloſſ. in cap. 2. verb. memoria de præſcript. in 6.* & non habent ætatem ſufficientem, cum iis mota fuerit ante annum 1507. Tum quia ex actibus ſolutionum huiuſmodi quarta funeralis, de quibus deponũt teſtes Beneficiatorum excluditur præcipuum
7 requiſitum immemorabilis, †quod nunquã factum, aut auditum fuerit aliquid in contrarium *Add. ad ſan. mem. Gregor. deciſ. 298. num. 13. Rota in Beneuentana Iuriſdict.* 27. *Ianuarij* 1653. *coram R. D. Zarate ſub §. immemorabilis, & in Hiſpalen. Decimarum* 16. *Iunii* 1659. *coram R. D. meo Decano §. quarto denique in fin.* Quadragenaria verò cum titulo excluditur non ſolum quia priuilegia, de quibus ſupra per ſuperuenientem Sacri Concil. Tridentini diſpoſitionem reuocata fuerunt †, & omnis titulus, &
8 poſſeſſio per †decretum irritans ſublata eſt man-

mansit, quæ perscriptionem excludunt *Gio. Magn. conf. 28. num. 26. & 42. lib. 2. plureſque apud Poſth. de manut. obſerv. 46. num. 5. Rota dec. 373. n. 8. par. 5. recent. & in Ciuitaten. Præsbyteratus 3. Iulij 1645. coram R. D. meo Decano §. in hoc ſtatu, & in Ceſenaten. ſeu Sarſinaten. Laudemiorum 19. Iunii 1656. coram me §. minus ſuffragatur*, ſed etiam, quia teſtes non probant petitionem cum de-
9 negatione, & ſubſequenti acquieſcentia Beneficiatorum, vt requiritur ad præſcribendã libertatem, & quaſi poſſeſſionem non ſoluendi, *gloſſ. in l. qui luminibus 10. ff. de ſeruit. Vrban. prad. Rot. dec. 265. num. 36. par. 5. rec. dec. 154. num. 3 apud Poſth. de manut. Mediolanen. Celebrationis Officiorum 26. Maii 1653. coram R. P. D. meo Verospio §. eoſdem quoque dicta Hiſpalen. Decimarum 16. Iunij 1659. §. tertio quia*, & *in dicta Neapolitana funeralium vbi ſupra*.

Cumque Beneficiati non prætendant niſi quartam oblationum, quæ fiunt in die ipſo funeris, nouennarijs, & toto primo anno poſt obitum defuncti, cauſa, & occaſione funeris conſuetudini generali a fratribus deductæ;
10 prævalet particularis à Beneficiatis † probata percipiendi quartam oblationum non ſolũ in die funeris, verum etiam alio tempore, de quo ſupra *Pariſ. conſ. 25. ſub nu. 42. lib. 4. Rota cor. Canal. dec. 356. num. 2.* & hoc modo ſaluari poſſunt, & ad concordiam reduci teſtes pro vtraque parte inducti, vt ſcilicet illi Beneficiatorum loquantur de quaſi poſſeſſione percipiẽdi dictã quartam per totum annum poſt obitum; Alij vero pro fratribus deponentes de nõ ſolutione procedãt de tempore poſt primum
11 annum, omnis † enim interpretatio capienda eſt per quam teſtes ad concordiam reducantur, *vt poſt Alex. & alios Rota dec. 1678. num. 4. coram Pen.* vbi, quod vt dicta Teſtium con-
12 cordentur † licet ad ciuiles intellectus recurrere. *Buratt. dec. 844. num. 5.* Et fruſtra negatur differentia inter præſtationes annales, quia primæ, quæ per annum tantum durant Beneficiatis præſtandæ ſunt aliæ verò, quæ ſin-
13 gulis annis † ſoluuntur elapſo primo anno non debentur. Vndè differentia in effectu & à parte rei clara eſt, & tamen etiam in Iure
14 differentiam † verſari inter annale, & annuale probant *Teſt. relati in Deciſ. R. D. m. Decani §. non obſtant teſtes*.

Et ita pro confirmatione ſententiæ rotalis reſponſum fuit vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

S. Seuerini Cenſus.

Veneris 27. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Hæres præſumitur is, qui accipit aliquid, quod citra Ius, & nomen hæredis aſſequi non potuerat. Contractus ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs à minore factus ſemper valet, donec ab ipſo de nullitate obijciatur. Pater conſtituens patrimonium filio ad hoc, vt ad ſacros ordines promoueatur poſt promotionem ad ipſos filij fit, & poteſt licitè ad ſuum hæredem tranſmittere.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſponte filium emancipans vſumfructum pro dimidio amittit in bonis maternis, aliiſque filii aduentitiis.*
2 *Filio hæreditas matris non acceptante Viro defertur*
3 *Hæreditas vxoris ab inteſtato defuncta viro attribuitur quoties omnes in ſucceſſibili gradu exiſtentes defecerint.*
4 *Hæres ex quo arguatur eſſe talis*
5 *Hæreditatis aditio non ſolum ex animi declaratione, ſed etiam ex facto deſumitur.*
6 *Hæres præſumitur eſſe talis ex quo aliquid accepit, quod citra ius, & nomen hæredis conſequi nequibat*
7 *Contractus ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs à minore peractus non ſubſtinetur*
8 *Contractus ſine ſolemnitatibus à minore peractus valere cenſetur, donec nullitas ab ipſo opponatur*
9 *Nullitas contractus rei in fauorem minoris inducta non poteſt ab altero deduci.*
10 *Priuilegium fauore minoris inductum non poteſt contra diſpoſitionem Iuris in ipſius odium retorqueri.*
11 *Minor nullitatem contractus non obliciens cenſetur ex tali acquieſcentia ratum habuiſſe contractum.*
12 *Bona in titulum patrimonii filio elargita à patre poſt promotionem ad ordines ſacros ipſiuſmet filii fiunt, & ad ſuos hæredes tranſmittere poteſt*
13 *Condonatio patrimonii facta à filio poſt promotionẽ ad ordines ſacros ſine Epiſcopi licentia non ſuſtinetur ex diſpoſitione* Sac. Concilij Trident. *in* ſeſſ. 21. cap. 2. de reform.
14 *Pater donatarius filii poſtquam ad ordines ſacros fuit promotus remanet ex vi donationis obligatus Epiſcopo, qui alias filium ſacris ordinibus non initiaſſet.*
15 *Patrimonij dimiſſione ante ſacrorum ordinum ſuſceptionem expleta bona donata pro parte dimidia ſub dimittentis hæreditate continentur.*

DECISIO CCXXIV.

RESPONSVM fuerat coram me die 23. Iunij 1662. Iacobum Taurinum in Raymundi filij emancipatione amiſiſſe partem vſusfructus dimidiam in materna ſubſtantia, nec non bona eidemmet Raymundo à Patre elargita ad hoc, vt ſacris poſſet ordinibus initiari, propterea ipſius euaſiſſe, itaut ad ſuum potuerit hæredem illa tranſmittere. Cuius deciſionis fundamẽta ad diſputationis Trutinam hodie reuocata ſubſiſtere DD. reſponderunt.

Siquidem *Text. in l. ſtatu oportet 6. §. cum autẽ C. de bon. quæ liberis* expreſsè decernit, Patrem ſponte filium emancipantem vſumfructum pro parte dimidia amittere in bonis maternis cæteriſque filij aduentitijs, reliquum verò apud eundemmet Patrem reſidere diſponit in
1 præmium emancipationis filio conceſſæ.

Nec ſubſiſtere viſa fuit obiectio exinde petita, quod † Raymundus matris hæreditatem
2 non acceptauerit, quam Iacobus vir ſibi proinde contendit fuiſſe delatam *per text. in l. vnica C. vnde vir, & vxor*, vbi vxoris hæreditas ab in-
3 teſtato † defunctæ viro attribuitur, illaque

viri

vtil vxori defertur quoties teſtes in ſucceſſibili gradu exiſtentes omnino defecerint.

Dum enim Raymundus iure matris hereditario inhibitionem ab A. C. recepit, nec non bona diuerſa nomine creditorum Patris in executione capta ſibimet ipſi obtinuit ad-
4 iudicari in computum dotis † maternæ, perneceſſe ſe matris hæreditati cenſetur immiſcuiſſe, *vt probat text. in l. pro hærede* 10. *in princ. & in §. Papinianus ff. de acquir. hered.* vbi quod
5 aditio hæreditatis ne † dum ex animi declaratione, ſed ex facto quoque deſumitur, quoties ſcilicet hæres aliquid acceperit, quod ci-
6 tra ius, & nomen hæredis conſequi nequibat *Bart. in l. gerit* 87. *nu.* 5. *& 9. ff. eodem tit. Natt. conſ.* 448. *num.* 11. *& 18. cum ſeq. Rota dec.* 362. *num.* 9. *par.* 1. *diu. coram Coccin. deciſ.* 168. *num.* 1. *& in rec. dec.* 82. *num.* 1. *par.* 2. *& dec.* 77. *nu.* 2. *& 3. par.* 4. *rec.*

Hęc verò aditio exaduerſo nõ valet impugnari ſub prætextu, quod á Raymundo in-
7 ætate minori conſtituto † adhibitę non fuerint ſtatutariæ ſolemnitates in actu aditionis per minorem abſolutè ſeruandæ in *Theor. Bart. in l. more ff. de acquir hered. Ioſeph. Ludou. d. Luca n.* 45. *Rot. coram Merlin. dec.* 617. *nu.* 6. *cum ſeq. & dec.* 95. *nu.* 9. *cum ſeqq. coram Eminentiſſimo Otthobono.*

8 Siquidem contractus † ſine ſolemnitatibus à minore peracti in ſtatu validitatis cenſentur exiſtere, donec nullitas ab ipſo obiiciatur in
9 cuius fauorem fuit inducta, nec ab altero valet illa antea deduci, vt tradit *Aym. in conſ.* 186 *num.* 2. *Surd. dec.* 70. *num.* 22. *& 23. Rot. dec.* 378. *nu.* 18. *par.* 9. *rec. & in Perufina legatorum* 16. *Ian.* 1662 *§. neque ceſſio coram me cum aliis congeſtis in Benouentana Affictus* 2. *Martii* 1603. *§ nullitas verò coram E. P. D. meo Albergato.*

Nec á Iacobo, tanquam Raymundi filij hærede poterit in proprio caſu nullitas præfata deduci, quoniam ipſe ſub inualidæ aditionis prætextu filio pinguem hæreditatem adimeret ſibi tanquam vxoris hæredi, ac pri-
10 uilegium † conſequenter fauore minoris inducũm in ipſius odium contra Iuris diſpoſitionem contingeret retorqueri, vt tradit in ſpecie *Caſtrenſ. conſ.* 91. *nu.* 5. *lib.* 1. *Spad. conſ.* 278. *num.* 4. *lib.* 3.

Aliqui præterea ex DD. animaduertebant, quod dum Raymundus maior effectus intra quinquennium non obiecit, ſed in aditione ſibi vtili permanſit vſq; ad obitum ex tali ac-
11 quieſcentia ratihabitio † ipſius cenſeatur inducta, vt reſpondit *Rota in dec.* 110. *num.* 6. *& 7 coram Eminentiſſ. D. meo Card. Ottbobono.*

12 Bona verò á Iacobo in titulum patrimonii Raymundo elargita poſt eiuſdemmet Raymundi promotionẽ ad ordines Sanos propterea ipſius euaſere, ac illa ad ſuum potuit hæredem proinde tranſmittere, vt tradit *Abb. in cap. tuis nu.* 8. *de prob. Garz. de benef. par.* 2. *cap.* 5. *n.* 149. *ad med. cum aliis auctoritatibus in præterita deciſ. recenſitis.*

Nec vrget, quod Raymundus ſequenti die partem dimidiam dumtaxat bonorum donatorum pro congrua ſui ſubſtentatione receperit, reliquum vero patri ſuo condonauerit
13 Vel enim † condonatio ſine Epiſcopi licentia emanauit, poſtquam Raymundus ad ordines Sacros ſe promoueri obtinuerat, & tunc nullius propemodum roboris illa reputatur *ex diſpoſitione Sac. Concilii Tridentini in ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de reform. vt tradit Diaz. in prax crimin. Canon. cap.* 18. *num.* 15. vbi eam rationem adducit
14 quod Pater † ex vi donationis euaſit obligatus Epiſcopo, qui alias filium ſac. ordinibus non initiaſſet *Nauar. conſ.* 14. *& 24. de Cler. non ordinand. Gonz. ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. *§.* 10. *nu.* 13. *Gratian. diſcept. for. cap.* 159. *nu.* 29. *cum ſeqq. & cap.* 297. *num.* 11. *cum ſeqq. Barboſ. in collect. ad Concil. Trid. d. ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de reform. num.* 59. *& 60. & de offic. & poteſt. Epiſcopi alleg.* 19. *nu.* 75. *cum plur. ſeq.* Vel dimiſſio fuit ante Sacrorum ordinum
15 ſuſceptionem expleta †, & tali caſu bona donata pro parte, dumtaxat dimidia ſub Raymundi hæreditate continentur.

Et ita vtraque &c.

In hac cauſa emanata deciſio ſub die 22. *Iunii* 1661. *coram eodem Veroſpio, quæ hic allegatur, erit infra in Miſcellanea iuſta ſeriem temporis.*

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Romana, ſeu Nepeſina Saluiani.

Veneris 27. *Iunii* 1664.

ARGVMENTVM.

Creditor bona iure pignoris detenta vſucapere nequit. Poſſidens bona immobilia fatidare non cogitur. Poſſeſſio ſiue iure dominii ſit ſiue pignoris Hæbreis interdicta cenſetur, & maxime ſi iſti bonorum detentionem in locis vbi ſedes figere non poſſunt, obtinere prętendant.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio ex Saluiano non conceditur illi, qui non probat hypothecam copulatiue cum credito.*
2 *Bonorum immobilium poſſeſſio eſt Iudæis ſicuti prohibita cenſetur etiam eis interdicta hypotheca.*
3 *Immiſſus ex Saluiano nomen veri poſſeſſoris adſcribere ſibi non poteſt.*
4 *Creditor bona inter pignoris detenta vſucapere non valet, quia debitori, non ſibi poſſedre cenſetur.*
5 *Poſſeſſio proprietatis penes debitorem remanere præſumitur.*
6 *Bona immobilia poſſidentes immunes ſunt à ſatisdatione.*
7 *Creditor ad vtilitatem debitoris verè cenſetur poſſidere, donec de proprio credito ſibi ſatisfaciat.*
8 *Poſſeſſionis ſub nomine poteſt venire illa iure dominij & altera fructuum & num.* 9.
10 *Mercatura frumenti, hordei, & aliarum rerum humano vſui neceſſariarum interdicta eſt omnibus Iudæis.*
11 *Poſſeſſio non ſolum inter domini, ſed etiam pignoris, ac bonorum immobilium detentio ex quibus fructus retrahi poſſit Iudæis prohibita cenſetur, & num.* 12.
13 *Prohibitione in vno ſulla remanet media interdicta cenſentur cum quibus illud conſequi valeat.*

Ius

14 *Ius Gazzaga potest alienari, & in dotem dari*
15 *Exceptio firmat regulam.*
16 *Iudei status Ecclesiastici sicuti non possunt suas figere sedes nisi in locis à summis Pontificibus determinatis ne tractare valeant cum Christianis, ita eisdem prohibita censetur qualibet bonorum detentio.*
17 *Iudais orientalibus tantum & Anconitanis ex speciali priuilegio concessum fuit, vt ad loca quæcumque status Ecclesiastici accedere valeant pro creditis exigendis & ex mutuo contractis.*

DECISIO CCXXV.

DE NEGARVNT hodie DD. immissionē Gabrieli Hębreo in bonis à Francisco Martholo in Oddum distractis, licet enim Gabriel se Franciſci creditorem exhibeat in scutis 50. ex causa mutui ante venditionem bonorum cum illo contract. non tamen immissio in† Iudicio Saluiani debet ipsi decerni, dum destituitur hypotheca copulatiuè cum credito requisita, vt tradit *Bart. in* 1 *l. 1. num. 2. & 3. ff. de Salu. Aretin. in §. item Serviana num. 15. instit de Act. Alex. cons. 185. num. 4. lib. 6. Natt. cons. 474. num. 34. Rot. decis. 499. num. 2. part. 9. Rec. & penes Pacific. de Salu. dec. 31. num. 3.*

Nam vero defectionem Hypothecæ concludit tertia san. mem. Pauli IV. constitutio interdicens expresse Iudęis bonorum immo-
2 bilium possessionem, † cuius virtute censetur quoque hypotheca prohibita, vt admittit in specie *Merlin. de Pignor. lib. 1. tit. 3. quæst. 16. n. 5. vers. declaratur 2.*

3 Nec obstat, † quod Immissio in iudicio Saluiani nomen veri possessionis sibi nequeat adscribere ad *text. in l. sciend. 15. §. possessor antè ff. qui satisdare cogant*, cuius ratio refertur à Iure Consulto *in l. Pignori 13. ff. de vsucap.* vbi decidit creditorē bona † iure pignoris detenta
4 vsucapere non posse, quia non sibi, sed debitori censetur possidere *Rot. cor. Merlin. decis. 318. num. 5. & 6.*

5 Iextus quippe † prædicti disponunt dumtaxat de possessione proprietatis, quæ penes debitorem præsumitur residere ad hoc, vt idem inceptam vsucapionem valeat absoluere *iuxta text. in l. qui pignoris causa 36. vbi post gloss. notat Imol. ff. de aquir. possess.* nec proinde creditor immissus satisdationem in iudicio si-
6 sti potest euitare, à qua † Iure Dominij dumtaxat possidentes bona immobilia reputantur immunes, vt disponitur in *d. l. sciendum ff. qui satisdare cogantur* in cæteris vero casibus ac respectu exactionis præsertim fructuum credi-
7 tor ad vtilitatem debitoris vere censetur possidere donec proprij crediti extinctio contingat, vt probat *text. in l. re pignoris 37. ibique notat Rot. & Imol. num. 1. ff. de aquir. possess gloss. in relata l. sciend. verbo possessa ff. qui satisdare cogãtur Albert. in l. si duo 19. creditores ff. vti possid Iaf. in l. 1. §. per seruum corporalem num. 8. ff. acquir. poss. Menoch. de recuperand. remed. 1. 4. num. 37. Surd. cons. 481. num. 14. Pacific. de Salu. inspect. 4. cap. 1. num. 6. Rota dec. 1163. num. 21. & dec. 163. num. 13. cum seq. part. 9. rec.*

8 Et licet † aliqua posset dubitatio exoriri vtrum in lege sub expressione possessionis illa Iure Dominij dumtaxat contineatur, vt censuit *Barbos. de appell. verb. in verbo possessor n. 1 cum seq.* vel ex altera fructuum, vt videtur in-
9 nuere † *Bald. in l. proprietatis 4. nu. 1. C. de probat. Rot. cor. Mantich. dec. 59. nu. 2. & 3.* vbi rationem ponderat, quod non semper proprijs vtimur vocabulis.

Quęstio tamen hęc in proposito casu exinde diluitur, quod in Paulina sanctione à san. me. Pio V. in eius constitutione 6. nec non à Clemente VIII. *in* constitutione 19. expresse innouata mercatura quoq; frumenti, Ordei, ac
10 cæterarum rerū humano vsui necessariarum omnibus prohibetur Hæbreis, & notat etiam *Leo in Thesaur. for. Eccles. par. 3. de prohibit. & pen. cap. 4. num. 117. Riciul. de Iur. personar. lib. 2. cap. 50. num. 4. Rot. dec. 194. num. 6. cum seq. par. 4. tom. 2. rec.*
11 hinc † ne dum Iure Dominij possessio ipsis censetur interdicta, sed altera quoque pigno-
12 ris, ac simplex † detentio bonorum immobilium ex quibus fructus, cæteraque comestibilia retrahi valeant iuxta regulā *text. in l. Oratio 16. ff. de sponsalibus* vbi, quod aliquo pro-
13 hibito omnia media interdicta censētur cum quibus illud consequi possit *Rot. dec. 130. n. 16. par. 5. rec.* alias enim Hebrei mediante pecunia, sub grauioribus vsuris mutuo Christianis pauperibus tradita possent fere continuo bonorum immobilium in tota dictione Ecclesiastica deteriores euadere, & mercatores consequēter frumenti, & Ordei ex eisdem met prędijs recollecti Iure creditoris possessis cōtra SS. Pōtificum Diplomata, quorum mens potissime fuit, ne Hæbrei, quos detestabilis facinoris culpa seruituti perpetuæ subiecit in seruitute dominium sibi valeant vindicare, tum vt occurrerent pauperum Christi fideliū oppressioni, ex quibus plures Iudęorum dolo ad maximam fuerant inopiam & seruitutem fere redacti, ex qua pariter ratione idemmet san. me. Clemens VIII. inhærendo sanctioni Pij V. inter impress. la 80. Iudæos à tota dictione Ecclesiastica excluſit eisdem ex benignitate incolatum indulgens in vrbe solummodo, Auenionj, atque Anconæ.

Nec vrget, quod Iudæi in domibus ab ipsis inhabitatis inquilinatum obtineant nuncupa-
14 tum Ius Gazzaga, quod † ab eisdem potest alienari, ac in dotem attribui, vt dixit *Rot. in Romana Domorum 2. Martij 1663. §. neque vrget coram me* dum enim de illis ex special. Clem. VIII. indulto permittitur euidens consurgit
15 præsumptio, quod cæterorum † respectu bonorum ipsis prohibita censetur detentio, atque locatio.

In quam sententiam eo facilius aliqui ex Dominis inclinarunt, quod bona in quibus petitur immissio, in vrbe non existunt, seu altera Ciuitate, in quibus incolatus indultus fuit Hæbreis, sed in Castro Formelli sita noscuntur, vbi quemadmodum Gabriel, cæterique Hębrei nequeunt figere sedes ne ipsis tractandi cum Christi fidelibus occasio præ-
16 beatur, ita iidem quoque interdicta præsu-

mitur

miturquælibet ibid. bonorum detentio,quod declaraſſe videtur aperte Idemmet Clemens
17 VIII. in Conſtit.26. vbi ex ſpeciali † priuilegio conceſſit Hæbreis ſolum Orientalibus, & Anconitanis,vt ad loca quæcunque ſtatus Eccleſiaſtici poſſint accedere pro Creditis exigẽdis ex mutui cauſa contractis.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Cæſarauguſtana Præeminentiarum.

Veneris 4. Iulij 1664.

ARGVMENTVM.

Prior vti Omnium Caput Omnibus præcedere debet, licet diuerſis reſpectibus aliquoties poſſponatur.

SVMMARIVM.

1 *Prior vti Omnium Caput Omnibus eſt præferendus.*
2 *Dignior ſemper præfertur in precedentia, & numer. 3.*
4 *Portionarius non tenetur ſociare Cadauera defunctorum,nec eſt ſocius Parochi.*
5 *Prior dicitur Caput,& Rector qui propterea præferri debet.*
6 *Perſona eadem diuerſis reſpectibus poteſt præferri, & poſtponi.*
7 *Obſeruantia 20. annorum pro lege habetur.*
8 *Teſtes deponentes magis congruè ſunt præferendi.*
9 *Poſſidenti datur Manutentio.*

DECISIO CCXXVI.

CVM contenderent inter ſe Portionarij Metropolitanæ Cæſarauguſtanæ, & Prior Confraternitatis S. Leonardi in eadem Eccleſia ab immemorabili inſtitutæ ad eximiæ pietatis opus proſequendi funeris exequias, an ipſe, vel alter ex dd. Portionarijs per Turnum ad intereſſendum vocari ſolitus deberet præcedere Ordinarius per ſententiam definitiuam conceſſit manutentionem Portionarijs,ſed reuocata per duos poſteriores, & ab iſtis cauſa deuoluta ad Rotã, hæc hodie cenſuit conſtare de bono iure Prioris ad effectum, vt debeat etiam in poſſeſſione manuteneri. Ex hoc nota quod Cõfraternitas fuit, vt præmiſſum eſt inſtituta ad hunc præciſum,& laudabilem finem,vt confratres in ea deſcripti aſſocient fidelium defunctorum Cadauera illa,quæ ſepulturæ tra-
1 dent,† vnde Prior protempore illius Caput, & Rector in huiuſmodi actibus tanquam ſui proprijs, & ſibi magis congruentibus,æquũ eſt vt cæteris præferatur ad *Text.in l. 1. C.de offic.Vicar. Alexander. in l.Centurio 15.nu.14.ff.de vulgar.& Pupill.Maſta conſ.62.n.2.Rota dec.326. n.3. part.2.diuerſorum.*

Non eſſet penitiſſima ratio incontrarium adducta, vltra quod Portionarij in dicta Eccleſia maiorem habeant dignitatem, quam Prior Confraternitatis, ibi erectæ, qua ratio-
2 ne Portionarius debeat præcedere † cum in materia præeminentiæ ſemper dignior præferatur *l.honores 7.& ibi Gloſ.& Bart. ff.de cur l. vnicuique 7.C.prox.Sacr.Scrin. lib.17. cap.ſtatuimus 15.de maior.& obed.Mazar.conſ.26.numer.8. Tob.Non conſ.71.num.38.Contelor. de præced.n.3.*
3 *Seraph.dec.1445. nu.3.* quia † id intelligitur in rebus, & functionibus, ad quas in Choro, vel alibi exercẽdis eſt ordinata dignitas Portionariorum, in quibus competit eis Præcedentia, quod à Priore non ponitur in Controuerſia, *vt aduerterunt Purpurat.in l.1. n.195. ff.de offic.eius Abbas conſ.21.lib.1.Mareſcot.variarum reſolutionum l.1.reſolut.69. num.20. Gratian. diſcept.forenſ.cap.106.nu.3.& cap.298. nu.2.* aliter
4 † tamen dicendum eſt, quoad hunc particularem actum comitandi Cadauera ad ſepulturam, & exercendi funeralia,ad quem non eſt ordinata dignitas Portionarij qui nõ eſt Socius Parochi, neq; in dicto actu aliquã auctoritatẽ, & Iuriſdictionẽ habet,ſeu exercet,ſed tanquã vocatus à Priore Cõfraternitatis accedit. † Prior verò eſt caput, & Rector, qui propterea anteferri debet *dicta l. 1. C.de offic.vic. Riccard.inter conſ. Menoch. 52.nu.99. cum ſeqq.*, vbi quod non eſt inconueniens,
6 quod eadem perſona diuerſis† ex cauſis modo præferatur in Tribunali,& adminiſtratione ſua modo poſponatur in Choro, & proceſſionibus *Mandoſ.conſ.99.ſub num.11. Mareſcot.vbi proximè nu. 5. & 21.Rub. in reſponſo ſuper præcedentia reddito poſt diſcept.298. Gratian.n.38. & 50.Contilor.de præcedentia nu.19. Rota dec.658. nu.6.Moder,Peruſ.de manut.& coram bo.me. Merlin.dec.779.n.6.Put. dec.104.n.4.l.3.Seraph.deciſ. 964.n.1.& 2.*

Quod eo facilius admittebatur in preſenti quia per Teſtes relatos in ſummario Prioris *num.2. & 3.* fuit probatum, quod ipſe in aſſociatione,& funeralibus huiuſmodi præceſſit Portionarium incedendo & permanendo, ad dexteram Vicarij; Portionarius verò
7 ad ſiniſtram, † quæ quidem obſeruantia,& conſuetudo probata per anno 30.& vltra totum facit,&pro lege habetur in materia Precedentiæ *l.final.de offic. Prefecti vrb. l. obſeruare 4 §. Antequam ff. de offic. Proconſul. Bald.in cap. cum olim nu. 1.de conſuetud.Natt. d.conſ.62. in fin. Tob.Non conſ.71.n.2.Grat.diſcept.867. n.27.Rot. dec.85.nu.1.par.3.& coram bo.me.Merlin.deciſion. 779.nu.2.etiamſi Iuri repugnaret Menoch.conſ.51. nu.50.Seraph. dec.964.nu.1. add.ad Buratt. deciſ. 903.n.21.in Segnitina Precedentia 27. Iunij 1609. coram Cardinali Pamphilio vbi in §. Præſertim ff. quod ſufficiunt 20.anni quando agitur de Precedentia in aliquibus actibus.*

Non officit, quod aliqui ex Teſtibus pro parte Portionariorum examinatis deponent præceſſiſſe Portionarium, & ſuper Præcedẽtia ortam fuiſſe diſſenſionem,nam quatenus teſtificantur de ſimplici præcedentia, loquũtur de illa, quam habent Portionarij collegialiter congregati pro rebus ad ipſos pertinentibus,

nentibus, & de qua etiam agitur in Bulla ſæcularizationis, in quo caſu nõ verſatur præſẽs diſceptatio, dum verò aſſerunt ortam eſſe controuerſiam inter Priorem, & Portionarium inſimul incedentes in aſſociatione aliquorum Cadauerum, non aperiunt quis ipſorum præceſſerit. Adeoque ſtandum Teſtibus à dicto Priore examinatis, & indiuiduaſ liter deponentibus, quod in dicta aſſociatione ipſe remanſerit ad dexteram, & quod ante & poſt ita ſeruatũ eſt, † qui Teſtes de cõgrua præcedentia deponentes magis ſpecificè de viſu, & certa ſcientia debent præferri *Gregor. dec. 449. nu. 6. & 8.*

Firmato igitur ex prædictis bono Iure Prioris in præcedendo Portionarium † vna cum poſſeſſione ex Teſtibus plenè iuſtificata, debetur etiam eidem manutentio *Abb. in cap. ſuper quibuſdam §. Præterea nu. 3. & 9. de verb. ſignific. Corn. conſ. 183. numer. 14. & 15. l. 2. Menoch. conſ. 52. nu. 49. Rota coram bo. me. Coccino dec. 46. & dec. 452. nu. 1. & apud modern. Peruſ. de manut. deciſ. 200. nu. 1. & in alijs relatis in obſerua. 10. n. 30. & 81.* Prout fuit concluſum vtraque parte informante &c.

R. P. D. EMERIX.

Ciuitatis Caſtelli Dotis.

Veneris 4. Iulij 1654.

ARGVMENTVM.

Mandatum nullum, & iniuſtum, eſt in totum reuocandum maxime quando nullitas, & iniuſtitia eſt clara vt in caſu Deciſionis.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, non curator hæred. Iacentis citandus eſt, alias mandatum eſt nullum.*

2 *Hæres hæredis eſt etiam hæres primi defuncti.*

3 *Hæreditas non poteſt dici iacens dum adeſt hæres.*

4 *Solutio maioris partis inducit præſumptionem ſolutionis etiam reſidui ſtante lapſu long. temporis, quod amplia inter coniunctos.*

5 *Dotis ſolutio, ea quibus arguatur, & nu. 6.*

DECISIO CCXXVII.

PETRVS de Pazzis nuptui dedit Lodouicam filiam Ioanni Baptiſtæ Martolo cũ promiſſione dotis ſcut. 1400. & in actu ſtipulationis inſtrumenti dotalis ſoluit ſcut. 700. Summariohered. *num.* 1. hanc dotem Ludouica inter viuos donauit eidem Io: Baptiſtæ viro qui ſubindè deceſſit ſcripta hærede eadem vſufructuaria Ludouica vxore, & hærede proprietario Ioanne Vincentio Nepote, inter quos ortis variis controuerſijs occaſione etiam iſtius vſusfructus confectum fuit inſtrumentum concordiæ ſeù tranſactionis, in quo Ioannes Vincentius aſſignauit Ludouicæ medietatem prædij Piſtrini pro reſtitutione dictæ ſuæ dotis ſummario *numer.* 3. poſt hæc deceſſit ab inteſtato Petrus, relictis hæredibus Franciſco & Melchiore filijs, qui hæreditatem paternam adiuerunt ſummario *num.* 4. & deindè obijt, quoque ab inteſtato Ludouica, quæ cum in ſupradicta donatione ordinauerit de certa portione ſuę dotis extrui, & fundari Cappellã Franciſcus & Melchior prędicti illius fratres elegerunt Cappellanũ, & eidem pro dote Cappellæ aſſignarunt medietatem dicti prædij Piſtrini.

Defuncto in hoc ſtatu primo Franciſco & deinde etiam Melchiore cuius hæreditas ex teſtamẽto deuoluta fuerat ad PP. Dominicanos nouę exortæ ſunt controuerſiæ, pro quarum compoſitione duæ aliæ emanarunt trãſactiones, vna inter Ioannem Vincentium, & Cappellanum, qua mediante iſte recuperauit medietatẽ dicti Prædij Piſtrini ſummario *num.* 5. & altera inter eundem Ioannem Vincentium, & PP. Dominicanos, qua mediante ampliſſione renunciauit prætenſo reſiduo dotis Ludouicæ ſummario *num.* 7. quibus tamen non obſtantibus Io. Vincentius egit denuo coram A. C. Bulgarino & citato Curatore deputato hęreditati iacẽti Pirri obtinuit relaxari mandatum pro reſiduo dictæ dotis Ludouicæ quod Domini recedendo a deciſis ſub diebus 28. Aprilis 1662. & 4. Maij 1663. hodie cenſuerunt non eſſe exequendum tam ex capite nullitatis, quam iniuſtitiæ.

Nullitas reſultat ex eo quod mandatum fuit obtentum citato curatore deputato hęre-
1 ditati iacenti Pirri, & tamen conſtat eam fuiſſe aditam per Franciſcum, & Melchiorem eius filios dicto sũmario *nu.* 4. qui propterea tanquam legitimi hæredes erant citandi non autem curator nullitèr deputatus *Angel. conſ. 193. num. 3. verſ. & hic conſidero Gargian. Petrac. 49. numer. 1. in fin. cum ſeqq. Cornazan. deciſion. 143. numer. 3. verſ. 2. ſequitur & alij quos refert, & ſequitur Ridolfin. in prax. part. 1. cap. 5. numer. 55.*

Nec refert quod de tempore relaxationis mandati Franciſcus & Melchior iam obijſſẽt, quia cum huius hæreditas agnita fuiſſet per
2 PP. Dominicanos, & † hæres hæredis ſit etiam hæres primi defuncti *l. heredis 65. ff. de*
3 *verb. ſignificatione* adhuc hęreditas Pirri † non poterat dici iacens, nec per conſẽquens deueniri ad deputationem curatoris ex auctoritatibus proximè adductis.

Iniuſtitiam verò Domini deducebant ex ſolutione integræ dotis quæ vltra ſubſtentationem onerum matrimonij, & lapſum lon-
4 gi temporis, † cui iuncta ſolutione maioris partis factã præſumi ſolutionẽ reſidui maximè inter coniunctos *Cephal. conſ. 240. nu. 7. & ſeqq. lib. 2. Andreol. controuerſ. 57. nu. 1. & 10. cum alijs adductis in Romana dotis 31. Ianuarij 1652. coram bon. me. Bichio apud Salgad. labyrint. creditorum dec. 3. num. 6. & ſeqq.* concludenter probari viſa fuit ex aſſignatione medietatis ſupradicti prædij Piſtrini facta Ludouicæ pro reſtitu-

tione

tiõe ſuę dotis abeodem Io. Vincentio vt hę-
rede Ioannis Baptiſtę eius viri in tranſactione
Anni 1623. ſummario *num.* 3. & ex alio in-
ſtrumento concordiæ initæ ſub die 9. Nouẽ-
bris 1632. inter Cappellanum electum à fra-
tribus Ludouicæ, & Ioannem Vincentium
in quo eadem medietas dicti prędij fuit reſti-
tuta eidem Io. Vincentio ſummario *numer.* 5.
nec non ex monitorio ſuper manutentione
in illius poſſeſſione ſubinde per eundem ob-
tento ſummario n. 6

5 Ex his enim non † ſolum reſultat proba-
tio quod dos ante fuerat viro integre per ſo-
luta cum alias ab illius hærede non fuiſſet re-
ſtituta *Argum. tex. in l. Mevia 50. ff. ſolut. matrim.*
& in l. qui reſtituere ff. de reiuindic. & in l. verb.
reddendi tibi Alciatus, & Rebbuf. & in l. reſtitue-
re ff. de verb. ſignific. Gratian. diſcept. 770. nu-
mer. 9. & 10. Altegrad. conſil. 84. numer. 106.
lib. 1.

Sed vlterius conſtat, quod eidem Io. Vin-
cẽtio fuerit iterum retroceſſa & reſtituta Lu-
douicæ, quoad vſumfructum quia contra-
riũ deſumitur ex verbis inſtrumenti, ibi *Che*
la detta Signora Ludouica habbia hauere per ſe ſuoi
heredi, & ſucceſſori la metà del predio di Piſtrino,
la quale detta Signore li trenta come
6 *ſopra li da è concede.* Quæ verba important ple-
nam dominij rei traditæ translationem *tuxta*
tex. in l. fin. verſ. & ideo, & ibi notat. per Bart.
ff. de condit. cauſa data, conſecuta Surd. conſ. 243. nu.
19. & 20. Grat. diſcept. 82. num. 14. & ſequen. Rota
dec. 55. nu. 3. part. 9. recen.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. liquidationis pretij.

Veneris 4. Julij 1664.

ARGVMENTVM.

Prædium quod ſit ab alio diuerſum ex quibus arguatur, & vnione prætenſa prædij non probata illius comprehenſio ſub altero excluditur. Mandatum pro credito illiquido executioni non eſt demandandum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum iniuſtum executioni non eſt demandandum.*
2 *Prædium quod ſit diuerſum omninò ab alio ex quo arguatur.*
3 *Prædium vt dici poſſit alteri vnitum debet vnio eſſe perpetua non accidentalis.*
4 *Prædij vnione non probata comprehenſio illius ſub altero excluditur.*
5 *Extenſio verborum non eſt facienda vt per illa comprehendatur quod comprehendi non valet.*
6 *Vnio prædij alteri facta debet à teſtatore prouenire, & probari per actum poſitiuum.*
7 *Legatarius ad reſtitutionem fructuum rei non legatæ percepторum tenetur.*

8 *Mandatum pro credito illiquido exequi non debet.*

DECISIO CCXXVIII.

COMITISSA Camilla Zambeccaria prę-
tendens Prædium dela volta eſſe com-
prehenſum ſub Prædio della Rozza ſibi le-
gato à Comite Franciſco de Pepulis ſecun-
do eius Viro cum expreſſa conditione, quod
quicquã aliud prætendere, & conſequi non
poſſet occaſione mobilium ad manus eiuſdẽ
Com. peruentorum tempore ſponſalium re-
tinuit dd. duo Prædia, tanquam vnicum Prę-
dium ſibi legatum ab anno 1645. vſque ad
annum 1657. quo tempore cum inſurrexe-
rint ſorores de Iulianis, & ab iſtis vigore
eiuſdem fideicõmiſſi fuerint pro medietate
euicta Comitiſſa Camilla egit contra hære-
des Viri, & ſub pretextu, quod hoc legatum
fuiſſet ſibi relictum animo compenſandi, &
ſoluendi debitum mobilium obtinuit ab Au-
ditore generali Bononiæ illos condemnari
ad liberan. Prædia à dd. moleſtijs, alias ad
reſtitutionem prætij liquidan., quæ ſententia
fuit confirmata primũ à Rota Bononien., &
deinde ab A. C., qui vlterius attenta relatio-
ne tertij periti, communiter electi, liqui-
dantis valorem amborum Prædiorum tem-
pore mortis Comitis Franciſci in lib. 22506.
pro huius pretij medietate relaxauit manda-
tum contra illius bona hæreditaria, vnde
commiſſa mihi cauſa appellationis ab exceſ-
ſiua liquidatione datum fuit dubium, an, &
pro qua ſumma mandatum predictum eſſet
exequen, quia in Legato non legitur com-
prehenſum, niſi prædium della Rozza, quod
eſt diuerſum, & diſtat per ſpatium dimidij
milliarij à Prædio della Volta, & idcirco
mandatum relaxatum etiam pro medietate
1 huius prædij eſt iniuſtum, † & conſequenter
executioni demandari non debet, vt ſępè re-
ſpondit *Rota, & ſignanter in rec. deciſ. 577. nu. 1.*
part. 1. & vbi loquitur in fortioribus terminis,
& plures alias deciſiones cumulat.

Quod autem Prædium della Volta non
ſit comprehenſum in legato, colligitur ex
illius lectura, quod verò ſit diuerſum, & ſe-
paratum à Prædio della Rozza patet non ſo-
lum ex diuerſitate nominis, ſed etiam quia
ambo fuerunt à Com. Franciſco diuerſis tẽ-
poribus, ac diſtinctis contractibus acquiſita,
& ab eadem Comitiſſa, & ſucceſſiuè à ſoro-
ribus de Iulianis, vti duo prædia locata, &
denique, quia Periti hinc inde electi diuerſis
Confinibus, & ſeparatis pretijs illa æſtima-
2 runt, quæ † tot demonſtrationes prædiorum
diuerſitatem ad oculum oſtendunt; prout in
ſimili etiam ponderauit *Roncoronus Greg. deciſ.*
555. nu. 8. & coram Seraph. dec. 528. per tot & dec.
1137. num. 3.

Nec ex eo, quod Comes Franciſcus con-
ceſſerit dd. duo Prædia vni colono ad colen.
quodque frumentum Prædij della Volta af-
ferebatur ad arcã Prædij della Rozza ibi de-
nique triturabatur, dici poſſe vnicum, cum

hoc fieri potuerit gratia commodioris culturę, & ad illum effectum non ſufficiat vnio,
3 & deſtinatio accidentalis, ac temporalis, † ſed debeat eſſe perpetua, & fieri eo animo, vt fundus perpetuò ſit alteri vnitus, & incorporatus, vt declarando tradunt *Ioannes Andreas de Georg. alleg. 50. n. 26. Io. Fran. de Ponte conſ. 63. nu 46. lib. 1. Grat. diſcept. 126. nu. 19. in fin. & num. 20. Fab. de Anna conſ. 100. num. 18. in fin. lib. 2.*

Domini non credebant ex dd. actibus rectè elici talem vnionem, & deſtinationem,
4 & per conſequens, † nec etiam prætenſam comprehenſionem *per text. in l. quod in rerum 24. de legat. 1. & in l. Caius 86. §. Titius de legat. 2. & in l. quæſitum §. Prædia iuncta gloſ. in verbo fecerunt de legat. 3. & not. gloſ. in d. l. quod in rerum §. ſi quis poſt numer. 4. verſ. intellige, quando adeſt perpetuum vſum, Itidemque Alex. in fin. Io. Franc. de Ponte conſ. 63. num. 40. & 46. Io. Andr. de Georg. d. alleg. 50. num. 21. 22. & ſeqq. Roſental. de feudis cap. 10. concluſ. 43. num. 29. & 30. ibi mode cum vniuerſi Fab. de Ann. d. conſ. 100. num. 15. & ſeq. lib. 2. Capuc. Galeot. contr. for. lib. 1. cap. 22. n. 1. & 2. Alex. conſ. 169. nu. 9. & 10. lib. 5.*

Non obſtat, quod Comes Franciſcus in Teſtamento expreſſerit, *in luogho della Rozza, quale eſſo Teſtatore di preſente lo poſſiede, con tutte ſue aderenze, ſopraſtanze, e ragioni &c.* Quoniam cum non conſtet, Prædium della Volta adhærere, & ſubiacere Prædio della Rozza, vt dd. verba verificari poſſint in aliis petiis Terræ nuncupatæ *la Lungara e le due foſſe*, quæ ſunt adhærentia dicto Prædio della Roz-
5 za, † vtique dicta verba non ſunt extendenda, vt etiam vlterius comprehendi faciant Prædium della Volta, quod eſt diuerſum, ac ſeparatum, & fuit titulo diuerſo, ac ſeparato acquiſitum *Io. Andr. de Georg. d. alleg. 50. num. 7. & ſeq. vſque ad nu. 1. Io. Franciſcus de Ponte d. conſ. 63. num. 64. Fab. de Anna d. conſ. 100. nu. 14. lib. 2.*

Minus reſultat vnio, ſeu comprehenſio ex poſſeſſione vtriuſque Prædii à Comitiſſa per plures annos retenta, quia cum hoc non proceſſerit, neque ex facto Teſtatoris neque ex permiſſione hæredum occupauit, & deinde dd. duo prædia, vti vnicum prædium legatum retinuit, non poteſt exinde deſumi ali-
6 qua præſumptio vnionis, quæ † debet prouenire à Teſtatore, & probari per actum facti poſitiui ex ſupra allegatis.

Immo ex hac poſſeſſione Comitiſſæ deducebatur iniuſtitia mandati etiam quoad medietatem pretii alterius Prædii della Rozza, quia cum ipſa perceperit fructus vtriuſque Prædii per plures annos, & Prædium della
7 Volta ex decuctis, † non ſit ſub legato comprehenſum tenetur ad reſtitutionem omnium fructuum ab illo prædio perceptorum *Surd. deciſ. 25. num. 21. in fine cum ſeqq. Rot. in rec. deciſ. 693. num. 1. in fine parte prima*, qui ſunt compenſandi cum valore Prædii della Rozza, cu-
8 ius † pretium cum exinde remaneat illiquidum mandatum neque pro illa debet executioni demandari.

Lita Vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Piſana Tenutæ.

Lunæ 17. Nouembris 1664.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio rei confinatæ ex locationibus tunc reſultat, ſi ea res tota ſub dominio locatoris extiterit. Terminus confinans confinatum ſemper excludit, & ſeparat. Liber æſtimi auctoritate municipali deſcriptus aſſertionem in eo expreſſam plenè probat. Dictio *In*, & dictio *verſus* ponderantur, & alia de quibus latè in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniuſta vnquam rei iudicatæ vires acquirere poteſt.*

2 *Poſſeſſio de tempore motæ litis eſt probanda, vt manutentio, & reintegratio competere valeat.*

3 *Poſſeſſio ex locationibus probari poteſt. & n. 21.*

4 *Hæres etiam mediante colono acquirere valet, & continuare poſſeſſionem abſque alia apprehenſione.*

5 *Locator quod bona locata poſſideat ex locationum inſtrumentis elicitur.*

6 *Dictio In* denotat intrinſicitatem, & comprehenſionem.

7 *Poſſeſſio rei confinatæ ex locationibus reſultat, ſi ea res tota ſub dominio locatoris extiterit.*

8 Textus in l. Ædes Sacra, ff. de contrahen. emption. *declaratur.*

9 *Verba* ad hauerli tenerli con ogni ragione, attione, dominio, proprietà, e poſſeſſo *plenum dominium denotant.*

10 *Inſtrumenti verba dubia & incerta non exprimentia bona intra confines exiſtentia ad locatorem ſpectare pro inferendo dominio ad fauorem locatoris non attenduntur.*

11 *Res ad deſignandum confine poſita non dicitur intra limites confinis exiſtere, ſed vicinitatem tantum demonſtrat, & nu. 12.*

13 *Termini confinantis ea eſt natura, vt confinatum ſemper excludat, & ſeparet.*

14 *Probatio ſpecifica poſſeſſionis ſemper eſt præferenda in concurſu generalis.*

15 *Laudum & Aeſtima auctoritate municipali deſcripta, & aſſernata bene probant aſſertionem in eis expreſſam.*

Amplia, vt num. 16.

17 *Inſtrumenta locationum effectuatarum ob actum pluralitatem iteratam per longum tempus concurrente ſolutione mercedis poſſeſſionem locatoris indubitam probant, & nu. 18.*

Amplia etiamſi agatur in præiudicium tertij non conſulturis, & nu. 19.

20 *Teſtes diſtincte circa confinia deponentes plene probant.*

22 *Dictio verſus regulariter excluſionem denotat. Contrarium, nu. 23. & 24.*

25 *Teſtes cum cauſa ſcientiæ deponentes bona vſque ad litem motam a rea poſſeſſa fuiſſe illius poſſeſſionem, & dominium indubitatum inducunt. & n. 26.*

27 *Teſtis neminem alium poſſidere deponens, fide alios*

poſſeſſo-

possessoribus appareat, non probat.

28 *Possessione plusquam quadragenaria probata cessat contra possidentem actio spolij, & remanet præscriptum respectu illam impugnantis quodcunque reintegrationis remedium.*

DECISIO CCXXIX.

ARDVA nimis, & difficilis controuersia, disceptationibus annosis inter Mensam Archiepiscopalem Pisanam, & Dominum Ducem de Saluiatis, licet agitata, diù tamen sub dubia Iudicij lance pependit; Ex eo quòd cùm Ministri Magonæ Pisarum, Tenutam vulgariter dictam *di Migliarino* cum suis accessionibus, & pertinentijs ab Auctoribus D. Ducis, atque eodem tempore alias Tenutas insimul cohærentes à Mensa Archiepiscopali per longum, & continuatum annorum cursũ, conduxissent, ab anno nempè 1574. vsq; ad annum 1621. factum est, vt bona Mensæ, & Ducis in persona Colonorum diù simul habita, ac pro indiuiso possessa, ita permixta, & confusa remanserint, vt quandò solutis locationum nexibus, occasio data est ad Dominos reuertendi, non sine forensi strepitu, potuerint accidentalem adeptam cohærentiã exuere: Nàm pro parte Ducis contendebatur loca controuersa, *Padule di Malauentre, Poggio à Padule, Debbi, Isola, Romita, Pecoreccia, Fossa Magna, e Lamatrincabonaldi*, esse de accessionibus, & pertinentijs Tenutæ *di Migliarino*, intrà cuius limites reperiebantur inclusa: Pro parte vero Mensæ eadem loca, siuè intrà, siuè extrà dictam Tenutam *di Migliarino* existerent, ad D. Ducem, seu eius Auctores nunquam spectasse, imò potiùs in ipsis indiuidualitèr, ac specificè quoad omnia corpora pacificam, & supra quadragenariam Mensæ possessionem comprobari constanter asserebatur; Quamobrem, Causa in Summarijssimo coram Reuerendissimo Nuncio Florentiæ deducta super locis controuersis adiudicata fuit manutentio Mensæ, sed indè post in plenario, coram eodem Tribunali, concessa fuit Duci, exceptis Tenutis *Poggio à Padule, Pecoreccia, & Lamatrincabonaldi* reseruatis Mensæ; Quæ nihilominus appellans à dicta sententia, adita Signatura Iustitiæ, obtinuit Causam committi bon. mem. Peutingerio cum facultate manutenendi, quem de Iure, adiuncta subindè ad instantiam D. Ducis, sententiam Reuerendissimi Nuncij in iudicatum transijsse, prætendentis, commissione executoriali cũ clausula, *Conflito de re iudicata*, super qua assumpta disputatione in Rota sub die 17. Maij 1652., quia satis Mensa se excusabat à lapsu fataliũ, ordinarunt Domini, quod informaretur strictè super Iustitia sententiæ, super qua iterùm quinquies causa proposita, & semper dilata, tandem coram me in locum bon. mem. Peutingerij suffecto, sub die 5. Martij 1661. fuit dictum, quòd fieret accessus per R. P. D. meũ Tayam, cuius laboriosa solicitudine Dædaleis ambagibus confusi situs exploratis, ac genuina loci descriptione, in topographica tabella eruditissimè explanata, causa expeditior euasisset, si amplum latifundium, de cuius possessione agebatur, vti nemoroso, ac inhospito situ, ità etiam per obscuris, ac inexplicabilibus denominationum, ac pertinentiarum quæstionibus, eo semper magis obtenebratũ, non expositissent informantes; Quorum allegationes hinc indè per tot annos accumulatæ, quia in immensam excreuerant molem, demandarũt Domini, vt in discursu, tanquàm in sincero compendio Iura vtriusque partis per me distinctiora redderentur; quo præuia locorum visione, executioni demandato, reproposita hodie causa, resolutum fuit, non constare de re iudicata.

1 Quia sententia † visa est iniusta, & ideò non potuisse in Iudicatum transire, vt tradunt cõmunitèr Scribentes *in l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. Felin. in cap. super litteris nu. 15. de rescript. Rot. coram Seraph. dec. 381. num. 13. & dec. 1223. num. 6. & in alys.*

Iniustitiam sententiæ indè sanè deducebãt Domini, ex quo tribueret manutentionem; & reintegrationem D. Duci ad Foueam magnam, & Paludem, seù vt vocant locationes, Padule Malauentris, ad quæ duo corpora restringebatur hodie discussio non probata illo-
2 rum possessione de tempore motæ litis, † vt pro competentia alterutrius remedij ab eo intentati omninò requirebatur, ad tradita per *Bart. in l. 1. §. final. num. 10. ff. vti possid. & in l. vnica. §. 1. numer. 3. C. eodem Abb. in cap. cùm ad Sedem de rest. spoliat. num. 28. Rota coram Buratt. dec. 216. num. 1. & 2.*

Et quamuis Insisterent informantes pro
3 Duce, † satis probari illius possessionem ex pluribus locationibus ab eius Auctoribus factis, quarum vigore Conductores detinentes bona bona controuersa vsque ad tempus motæ litis de anno 1621. non solum continuarũt possessionem locatorum, verùm etiam Du-
4 cis illorum hæredis, † qui mediante Colono, illam acquisiuit, & continuauit absque alia apprehensione, vel ministerio, latè *Posth. de manut. obsern. 59. num. 6. vers. cum hæredi, & Rota penes eundem dec. 152. num. 9. & coram Puteo dec. 453 num. 3. lib. 2.* cum alijs per mè relatis *in Discursu Causæ, §. veritas huius conclusionis in principio*;
5 Præsertim † in bonis, de quibus agitur, quia confinia in Instrumentis dictarum Locationũ sic enunciata, *tenet vnum caput in Mari, aliud in lacu Maccinccoli, partim in Fossa Magna, &c.* includunt de facto loca controuerta, quæ ob id præsumuntur ad locatorem spectantia, per *text. in l. Aede Sacra, ff. de contraben. empt. &* tradit *Bald. in l. legatis nu. 1. C. de legat.* cum alijs allegatis *in Discursu, §. prima præsumptio in fine*;
6 Potissimùm virtute dictionis *In*, † quæ denotat intrinsicitatem, & comprehensionem, ex adductis in *Discursu §. Secunda præsumptio*.

Tamen ex præfatis locationibus dixerunt
7 Domini, † quod tunc resultaret possessio rei confinatæ, vel comprehensæ, si ea res tota sub
8 dominio locatoris existere probaretur, † quodque regula *textus in l. Aede Sacra*, hic non procedit,

cedit, quia alij, prout eadem Mensa, *Podium Paludis, & Pecorecciam*, ac Augustini, & Lanfranchi tres caratos terræ cum quinto alterius carati verè probantur possidere intra dicta confinia Migliarini, vt fuit probatum *in Discursu, §. pro Mensa verò, vers. & ità ex ventre dictorum, & hodierno Summ. impresso Mensa nu. 26. & 27.* iuxta distinctionem, *Hostien. in cap. nimis sub num. 5. vers. secùs quoad possidentem de iure iur.* benè *Gratian. discept. 657. num. 17. Hieron. à Mont. de finib. cap. 96. numer. 3. vers. contrarium tamen*, & consuluit *Surd. cons. 376. num. 23. Rot. coram Merlin. decis. 167. numer. 3. & in Romana Apothecarum, seu pecuniaria 8. Iunij 1654. coram bon. mem. Birbio §. bis consonat, & §. omneque.*

Reiecta replicatione, quod Lanfranchi, & Augustini nullam habuerint possessionem, vel proprietatem in Migliarino, sed solam commoditatem consequendi certam pensionem ex dictis bonis, quia Dux ab eis de recenti emit non simplicem commoditatem percipiendi fructus, sed Dominium, & veram proprietatem, attentis verbis Instrumenti, *ad hauerli, tenerli con ogni ragione, attione, dominio, proprietà, e possesso, d. Summ. Mensa nu. 23.* † denotantibus plenum dominium ad mentem *Rota coram Seraph. dec. 1415. numer. 2. & coram Buratt. decis. 441. num. 3.* ibique *Adden. litt. A, & in recent. dec. 324. num. 5. par. 2.*

Præcipuè quia prædicta Instrumenta per Ducem allata non exprimunt simpliciter Confinia generalia, sed cum immediata sequela verborum, *quantumcumque, & qualitercumque fini intra, vel extra dictos Confines per mensuram, vel si qui alij, seu aliter, vel alio modo forent, vel essent eius veriores confines*; Quæ † verba tanquam dubia, & incerta non probant bona omnia intra dictos confines comprehensa ad locatorem spectare, sed ea, quæ verè ad eum spectant, fuisse locata, vt præter relatos *in Discursu, §. pro Mensa verò*, bene probat *Paris. de Puteo de finib. feud. cap. 9. num. 7. Hieron. de Mont. de finib. cap. 95. nu. 10.*

Præterea † pro refutatione præsumptæ cõprehensionis ex dictione, *In*, deductæ ponderabant Domini, quod si admitteretur, Confinia enuntiata per illam dictionem, esse partes integrantes Tenutam Migliarini, & in ea cõprehensas, sequeretur, quòd Mare, & Lacus Macciuccoli eadem dictione designata, comprehenderentur in Migliarino, *per text. in l. iam hoc Iure, ff. de vulg. & pupill.* ad † quod inconueniens euitandum placuit secundum communem Doctorum sententiam, illam confinium enunciationem pro demonstratione vicinitatis assumi, excluta intrinsicitate, *iuxtà gloss. in Clement. causam verbo in domo de elect. Cassan. ad consuet. Burgund. rub. 1. §. 8. verb. & diem num. 19.*

Ea † enim est natura termini confinantis, vt confinatum semper excludat, & separet, *l. cum seruo ad finem, ff. de contraben. empt. Castren. in l. ex hoc Iure num. 24. ff. de Iust. & Iur. Decian. cons. 40. nu. 27. lib. 4. Cacheran. cons. 34. nu. 4. & 7. Hieron. à Mont. de fin. cap. 15. nu. 2.* benè *Rota coram Merlin. dec. 600. nu. 9. & dec. 635. n. 3. & in recent. decis. 139. nu. 18. part. 9.* cum alijs fusius adductis *in Discursu §. Secunda præsumptioni in fine.*

Ceterùm quatenus ex supradictis locationum enunciatiuis, aliisque præsumptionibus pro Duce in discursu relatis, §. *tertia præsumptio, & tribus seqq.* daretur, resultare ad eius fauorem quamdam præsumptiuam possessionẽ super Palude Malauentris, & fouea Magna, de quibus nunc agitur; † Eam protinùs absorberi, dixerunt Domini ex probatione specifica possessionis Mensæ super his duobus corporibus semper præferendâ in eõcursu generalis, quæ possit super alijs bonis cohærentibus verificari, *Innoc. in cap. auditis de præscript. in verbo exceptionem nu. 4. Dec. cons. 302. n. 18. Mascard. de probat. conclus. 1193. nu. 8. & seqq. Posth. de manut. observ. 73. num. 174. Rot. coram Seraph. decis. 1380. nu. 2. & coram Gregor. decis. 472. nu. 7. & coram Merlin. dicta dec. 167. nu. 2. in fine.*

Etenim Fouea Magna probatur specificè possessa à Mensa per 40. & vltra annos vsquè ad motam litem; Nàm præter laudum antiquissimum de anno 1342. *Summ. Mensa num. 2.* & Aestima Communis Nodicę annorũ 1555. 1579. & 1581. Aliaque Communis Malauentris annorum pariter 1555. 1579. & 1619. eodem *Summ. num. 6. 7. & 8.* † Quæ auctoritate municipali descripta, & asseruata, benè probant, assertionem in eis expressam, quod Fouea Magna stadiorum 176. spectet ad Mensã, per ea, quæ tradit *Bart. in l. rura, C. de omni agro deser. lib. 11. Castr. in l. si pater C. de act. empt. Ben. cons. 77. n. 13. lib. 4. Rolan. cons. 4. n. 17. lib. 2. Bertazol. cons. ciuil. 52. num. 35.* cum ibi relatis, *Rot. in recent. decis. 706. nu 6. part. 2.* Dum † nec tunc temporis, nec ad præsens hæc fouea in alio æstimo reperitur descripta, vt benè in similibus ponderauit *Rot. decis. 205. nu. 7. part. 8. recent.* cum ibi citatis. Dantur à Mensa quatuor Instrumenta antiqua concessionum, & locationum dictæ Foueæ ab anno 1539. vsque ad annum 1564. *Summario num. 3. 4. & 5.* † Indequè alia nouem Instrumenta subsequentia vsque ad annum ortæ litis 1621. eodem *Summ. nu. 13.* in quibus non præsumptiuè, vel comprehensiuè, sed nominatim, & expressè legitur locata Fouea Magna; De quarum locationum effectuatione ob actuum pluralitatem iteratam per tàm diuturni temporis seriem, concurrẽte solutione mercedis, *Summ. Mensa numer. 14.* prout non esse dubitandum visum est Dominis ex sententia *Soccin. cons. 187. num. 16. vers. confirmatur lib. 2. Menoch. de retin. remed. 3. num. 573.*; quam probauit *Rot. decis. 172. numer. 6. & decis. 926. numer. 4. coram Buratt. & dec. 291. num. 2. & 3. penes lib. 2. cons. Farin.* † Ita indubiam, exindè dictum fuit, resultare possessionem Mensæ super dicta Fouea Magna, ex *Theor. Bart. in l. qui vniuersas, §. quod per Colonum, & in l. quamuis, §. si conductor, ff. de acquir. possess. Rota coram Gregor. decis. 6. numer. 4.* ibiquè *Adden. & coram Canaler. decis. 446. numer. 2.* † quamuis agatur, prout hic, in præiudicium tertij non conductoris, vt præter adductos in discursu, §. *quibus ità, Rota coram Buratt. dec. 263. num. 2.* ibiquè fusius *Adden. nu. 9. & seq. & coram eodem dec. 275. nu. 4.*

Prout non dissimili specificæ probationis argu-

argumento, visa est probari possessio Mensæ respectu Paludis Malauentris, quippè Via à Turri Filicaia tendens ad lacum Macciuccoli, tàm in æstimis D.Ducis, eiusquè Auctorum, eodem *Summario n.*18., quàm in æstimo Mensæ *num.*20. & in Inuentario bonorum Prioratus Sancti Nicolai de Migliarino *nn.*20. enunciatur pro confine diuisorio bonorum cohærentium, Ità vt ea, quæ sunt in parte dextera, vbi sita est Palus controuersa, vel Padule, ad Mensàm, quæ in sinistra, ad Ducem pertineàt, vt distinctè deponunt Testes, eodem *Summar.*
20 *num.*15.& 16., † qui plenè probant, *Rot.coram Gregor.decis.*577.*num.*1.*& decis.*254.*num.*7.*par.*7.*recent.*

21 Sed † longè præcisiùs elicitur huiusmodi possessio ex nouem citatis Instrumentis locationum, *Summario num.*13. in quibus vnacum Fouca magna noscitur etiam specificè, & nominatim locata Palus, de qua agitur, vndè fit, vt quoad hoc corpus ex cõsimilibus circumstantijs eadem possessionis euidentia resultet fauore Mensæ, quæ visa est deduci respectu Foueæ ex superiùs adductis.

Nec ex eo, quod dicta Instrumenta Mensæ designent bona locata versus Migliarinum, visa fuerunt, deberi potiùs verificari in Palude cohærente Foueæ Magnæ extra Tenutam Migliarini, quàm in ea, quæ cohæret intrà di-
22 ctam tenutam ob dictionem *versus*, † quæ regulariter denotat exclusionem, *Rot.coram Seraph.decis.*167.*in princ.& in recent.decis.*509.*nn.*5.*part.*5.

Quia cum illa, quæ est intrà Migliarinum vocetur Palus Malauentris, vt deponunt Testes, *Summario Mensæ numer.*15.& 16. Illa verò extrà, Palus Vitriceti, quæ de tempore dictarum locationum Mensæ, non ab ea, sed à Cõmunitatibus Vecchiani, & Nodicæ possidebatur, vt ex æstimis, eodem *Summario num.*6. putarunt Domini, locationes esse ad Paludem Malauentris intrà Migliarinum referendas, quia de ea expressè loquuntur ibi, *Item aliud Tenimentum, seu Tenimenta nuncupata di Malauentre, dicto Summario num.*13. Non ad illam Vitriceti non nominatam, nec à Mensa possessam.

Spreta æquiuoca ponderatione verborum *versus Migliarinum*, quià cùm ea fuerint in eisdem locationibus apposita, non solùm quoad Paludem, sed etiam quoad Podium Paludis, Pecorecciam, & alia corpora, respectu quo-
23 rum † dictio *versus* exclusionem non importat, quia concorditer admittuntur in Migliarino compræhendi, citato *Summario numer.*27. & 28. Vtique, nec illam importare potuit respectu Paludis, ex adducta superiùs dispositione *Text.in l.iam hoc Iure, ff. de vulg.& pupill.*
24 & † propterea designatio illa dictionis *versus* potiùs ad Ecclesiam Sãcti Nicolai de Migliarino, quam ad ipsam Tenutam Migliarini visa est referibilis.

25 Iunctis † præcipuè tùm Testium formiter examinatorum dictis eodem *Summario nn.*15. & 16. Tùm relatione Saminiatelli Ministri Magonæ per spatium penè annorum 30. *Sum-*

mar... 17. nimis apertè comprõbantibus ... scientiæ, tàm Foueam, quàm Paludem spectasse ad Mensam, & ab ea possessas vsque ad litem motam ex latè cumulatis per *Posth.de manut.obserua.*26.*num.*2. *& seqq.& obserua.*38.*num.*12.*& seqq.* cùm alijs in discursu adductis §.*quibus pro veritatis*.

Nec placuit Dominis, relatas Mensæ probationes esse ad mentem Ducis restringendas ad modicam partem Foueæ, & Paludis separatam à Migliarino per prætensa vestigia antiqui meatus foueæ Storregianæ à dicta Fouea Magna in Trauersagnam tendentis.

Quia præter responsiones, quæ dari posse videbantur Dominis, ex relatis in discursu, §.*præterea asseuerant*, ponderabant etiam, quod, cùm Dux concedat Mensæ principium Paludis, & Foueæ Magnæ ex parte Malauentris, seù Storregianæ, vt in mappula ab eo ad partes data, & è contra negari non possit, quod Palus, & Fouea Mensæ tendant vsquè ad lacum Macciuccoli, vt de Paludè deponunt Testes, *Summar. Mensæ numer.*16. & concordat æstimum, *Summar.nnm.*22. & de Fouea nimis euidenter probant æstima, *dicto Summ. num.*7.
26 & 8. † clarè patet, non pro parte, sed in totum Paludem, & Foueam à Mensa possessas, dùm vterque illarum terminus, & à quo incipiunt, & in quem deficiunt, ad eam spectare dignoscitur, per *text. in l. si fines, C. de euict. Bald.in rubr.de contraben.empt. numer.*43.*Gratian. discept.*657.*num.*26.*Rota decis.*164.*num.*26.*part.*6.*recent.*

27 Parùm † obstante depositione D.Minerberti nuper examinati, quia dùm asserit, neminem, præter Ducem, possidere in Migliarino, & Foueam Magnam fuisse ab eo sibi, & Socijs Magonæ locatam, visum fuit errasse, cùm ex superiùs firmatis satis appareat de aliis possessoribus, & ex librismet Testis, ac Sociorum constet, quod ijdem soluebant Census Mensæ pro bonis illius in Migliarino existẽtibus, citato *Summ.numer.*13. & 14.

28 Hinc † igitur probata plusquam quadragenaria possessione Mensæ, cessauit contra eã actio spolij, & remansit præscriptum respectu Ducis quodcumque reintegrationis remedium, iuxtà inconcussam Rotæ sententiam *in decis.*1360.*num.*3.& 7.*coram Card.Seraph.* cum allegatis in discursu, §. *penult. & in recent. decis.*97.*numer.*1. *part.*1.*& decis.*21. *numer.*2. *part.*4. *tom.*2.*& decis.*535. *numer.*11. *vers. secus verò part.*4.*tom.*3.*& decis.*68.*num.*6.*penes Pacif.de Salician.*

Ex quibus firmata Iniustitia sententiæ responsum fuit vtraque Parte informante, Non constare de re iudicata.

R. P. D. EMERIX.

Romana, seu Reatina Donationis.

Veneris 28. Novembris 1664.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à Minore sine solemnitatibus *Statuti Vrbis cap.149. & cap.141 lib.1.* sustineri minimè potest, & ad hoc vt induci valeat ratificatio eædem solemnitates, quæ in donatione necessariæ sunt, in ratificatione requiruntur, & debet constare donantem notitiam habuisse nullitatis Donationis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à Minore, quæ interuentu proximiorum, subscriptione donantis, & testium à Statuto Vrbis*, cap.149. & cap. 151. lib.1. *requisitis, careat subsistere non potest.*

2 *Affinis proximior cessantibus consanguineis requiritur in contractu donationis, per minorem faciendo.*

3 *Affinis proximior non est excludendus ab interuentu contractui minoris, quando nullum interesse proprium, & particulare habuerit.*

4 *Donatio facta ob causam à minore, non indiget solemnitatibus.*

5 *Causa certi, & determinati matrimonij, & conservationis honoris, & familiæ non considerantur, nisi adhibeantur solemnitates requisitæ copulatiuè in contractibus Minorum.*

6 *Familiæ, & honoris cõseruationis præsumitur causa appositus potius ad colorandam donationem, quam ad constituendam donationem ob causam.*

7 *Donatio facta pro se, suisque, &c. est transitoria ad quoscumque heredes etiam extraneos,*

8 *Ratificatio Donationis in Minore, non inducitur nisi concurrant solemnitates in Donatione requisitæ, & nu.11.*

9 *Ratificatio in Minore, non inducitur, nisi constet ipsum, certam habuisse notitiam nullitatis Donationis.*

10 *Ratificatio in minore non præsumitur, & ad eam excludendam satis est, quod donans potuerit credere, quod sibi præiudicasset aliqua alia habili ad inducendam ratificationem.*

DECISIO CCXXX.

FVIT resolutum non esse validam Donationem, quam fecit Io: Vincentius de Vecchiarellis minor sexdecim annorum Bartholomæo ipsius fratri maiori, quia † caret
1 interuentu proximiorum, & subscriptione Donantis, & Testium à *Statuto Vrbis cap.* 149. *& cap.*151. *lib.*1. litteraliter requisitis.

Non obstat, quod inter Eminentissimum D. Cardinalem Vecchiarellium, & fratres ex vna, ac Ioannem Vincentium Bartholomæũ, & Valerium ex altera partibus pendeat lis in hoc Sacro Tribunali super Fideicõmisso Familiæ de Vecchiarellis propter quam ex eodẽ Statuto, D. Cardinalis, & fratres proximiores Consanguinei Io: Vincentij non poterant ad-
2 hiberi, quia † in eorum defectum, iuxtà dispositionem eiusdem Statuti vocãdus erat D. Andreas Murus proximior affinis, qui commodè interesse poterat, dùm eadem die inter fuit alij Instrumento Summ. Ioan: Vincentij *num.* 2. *Pic. de contract. gloss.*13. *nu.*8. *Blanch. in tract. de compromis. qu.*1. *nu.* 12. *& seq. Bertazz. claus.*7. *gloss.*13. *nu.*5. *verfic. secus vero erit, & in puncto Donationis Rota coram Coccino decis.*479. *num.* 2. *& in Romana Successionis de Comitibus* 23. *Iunij* 1642. *§. defectus autem, cor. bo. me. Dunozetto.*

Nec facit, quod D. Andreas Murus esset Sororius D. Cardinalis, & fratrum, quia
3 propterea non erat excluſus, dum ipse nullum interesse proprium, & particulare habebat, vt aduertit *Pic. gloss.* 15. *num.* 5. *Fenzon. ad Statut. Vrb. cap.*113. *num.*43. *lib.*1. *& sensit Rota in Romana Donationis de Grandis* 16. *Februarij* 1601. *coram Penia, quæ est decis.* 25. *post Pic. numer.*1. *& seqq. Add. ad Gregor. decis.*473. *sub num.* 23.

Sicuti nec etiam obstat, quod donatio facta fuerit ob causam, nempè intuitu certi, & determinati Matrimonii, & pro augumento, &
4 conseruatione honoris, & familiæ de Vecchiarellis, & ideo non indigeat solemnitatibus, *Gratian. discept.* 82. *nu.* 24. *& seqq. Merlin. decis.* 692. *nu.*88. *&* 89. *& Rota decis.* 292. *num.* 32. *& seq. part.*6. *recen.*

5 Tum quia huiusmodi Cause non habentur in consideratione nisi etiam adhibeantur solemnitates copulatiuè requisitæ in contractibus minorum, vt dixit *Rota decis.* 177. *num.*6. *par.*1. *& decis.*98. *num.*23. *& seq. par.*6. *recent. & in Anconitana Nullitatis Concordia* 16. *April.*1646. *coram bon. me. Arguell. §. quod autem constitutio.*

Tùm etiam quia Matrimonium nõ potest deseruire prò causa, dùm illud erat iam antea
6 contractum, & conseruatio † honoris, & familiæ præsumitur potius appositа ad colorandã donationem, quam ad constituendam donationem ob causam, prout in terminis aduertit *Rota decis.*22. *num.*13. *post Pic. dict. tractat. & coram Canaler. decis.*257. *num.*8. Maximè, quia
7 donatio facta † fuit pro se, suisque, &c. & sic est transitoria ad quoscunq; etiam extraneos, *Rota decis.*707. *numer.*10. *part.*1. *recent. & coram Card. Seraph. decis.*703. *num.*2. *decis.*329. *num.*4. *par.*5. *recen.*

Minus releuat prætensa ratificatio, quæ desumitur ex receptis pecuniarum, & commessibilium in eodẽ Instrumento Io: Vincentio reciprocè promissorũ, quia illa, quæ datur in Summ. Bartholomæi *nu.*3. & in qua Io. Vincẽtius, inquit: *Non ostante, che io habbia notitia di poter' annullare detto Instrumento, &c.* emanauit in tempore, quo adhuc erat minor, & pro-
8 pterea ad † inducendam ratificationẽ concurrere debebant omnes solemnitates requisitæ in Donatione, *Menoch. cons.*203. *num.*38. *Surd. decis.*159. *nu.*7. *Seraph. decis.* 1242. *num.* 1. *Rota decis.*318. *nu.*35. *& seq. par.*5. *decis.*190. *num.* 20. *par.*6. *recent.*

Altera autem, quæ emanauit post completum annum 20. non suffragatur, quia † non
9 docetur Io: Vincentium, tunc habuisse specificam, & perfectam notitiam nullitatis Donationis, *Menoch. dicto cons.*203. *nu.*37. *Gabr. cons.*

62.

61. nu. 27. lib. 2. *Rota coram Eminentiſſ. Cardinali Otthobono deciſ. 204. nu. 4. & 5. & in Romana Fructuum Cenſus 14. Iunij 1647. coram Meltio, §. fundamentum enim, & in Romana Locorum Montium 12. Decembris 1659. §. non obſtat præſumptio, coram R. P. D. meo Albergato,* vbi aliæ referuntur.

Neque ea deſumi poteſt ex antecedenti re-
10 ceptâ facta in maiori ætate, quia † illa in minoribus non præſumitur, & ad eam excludendam ſatis eſt, quod Io: Vincentius potuerit credere, quod ſibi præiudicaſſet mediante dicta antecedenti receptâ, in qua dixerat, *non oſtante, che Io habbia notitia di poter' annullare detto Inſtrumento. Rota deciſ. 204. nu. 4. coram Card. Otthobono, & in dicta Romana Fructuum Cenſus 14.*
11 *Iunij 1647. coram Meltio.* Et in † omnem Caſum ſemper interuenire debebant eædem ſolemnitates requiſitæ à *Statuto Vrbis in dicto cap. 149. & 150. Ioſeph Altograd. Controuer. Foreniſ. cap. 10. per tot. Seraph. dicta deciſ. 1242. num. 2. Gregor. deciſ. 395. num. 11. & 12. & Rota in dicta Romana Fructuum Cenſus 14. Iunij 1647. coram Meltio.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. EMERIX.

Cottonen. Suppreſſionis Conuentus.

Veneris 28. Nouembris 1664.

ARGVMENTVM.

Bona Conuentus Suppreſſi, reuertuntur ad vocatos in caſum Suppreſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Spolij extrema, quænam ſint.*
2 *Voluntas Teſtatoris ſemper eſt ſeruanda quantum fieri poſſit.*
3 *Verba aliquo caſu ſunt generalia comprehendentia quemcumque caſum, ſiue neceſſarium, ſiue voluntarium.*
4 *Dictio Vbicumque eſt vniuerſalis.*
5 *Conuentu extincto, vſusfructus ad illum ſpectans conſolidatur cum proprietate.*
6 *Rota ſolet deferre declarationibus Congregat. Sacr. Concil. Trident.*
7 *Eccleſiæ datur reintegratio etiam ſi ceciderit à poſſeſſione facto proprio.*
8 *Clauſula ſaluis eſt præſeruatiua.*
9 *Emptio dicitur pro eo, pro quo facta fuit, licet pecunia aliena.*

DECISIO CCXXXI.

AD FORMAM Conſtitutionis Sanctæ Memoriæ Innocentij Decimi, ſuppreſſo paruo Conuentu Beatæ Virginis, nuncupato del Calcinaio Cortonen. & applicatis per Sententiam Ordinarij, illius Bonis Seminario Cortonæ Canonici Regulares Congregationis Sancti Saluatoris Bononiæ, qui dictum Conuentum inhabitabant, appellarunt ad A. C. à quo lata Sententia reintegratoria tantum ad nonnulla bona, fuit deinde Cauſa appellationis vtrinque interpoſita mihi commiſſa; vnde propoſui dubium, an, & ſuper quibus bonis eſſet danda Canonicatus reintegratio, & cum non poſſet controuerti antiqua Canonicorum poſſeſſio, & moderna Seminarij, quæ
1 ſunt duo † extrema neceſſaria in hoc Iudicio, *cap. cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat. vbi Abb. nu. 17. Innoc. nu. 7. & Rota deciſ. 42. nu. 1. part. 9. recent.* DD. cenſuerunt dandam eſſe Canonicis reintegrationem ad bona infraſcripta.

Primò, ad prædium relictum ab Andrea de Baldacchinis, quia cum iſtud Legatum fuerit Canonicis, his verbis: *quod ſi aliquo caſu euenerit, quod Fratres, & Canonici prædicti in dicta Eccleſia Sanctæ Mariæ del Calcinario,* non ſteterint, vel ibidem *non habitauerint,* quod dictum prædium ſit, & eſſe intelligatur dd. Fratrum, & *Canonicorum Regularium* dicti Ordinis Sancti Saluatoris, vbi fuerint, ſteterint, *vel moram traxerint*, & dd. Canonici nunc exiſtant in Conuentu principali Sancti Saluatoris Bononiæ, non potuit applicari Seminario contrà expreſſam
2 voluntatem Teſtatoris, quæ † ſemper eſt ſeruanda, quotieſcumque ſeruari poteſt, *leg. quæ ſub condit. §. quoties, in fin. ff. de condit. Inſtr. leg. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ. Rota in recent. deciſ. 11. nu. 5. par. 4. tom. 2. & deciſ. 8. nu. 17. & 18. part. 9.*

Neque obſtat, quod Canonici non ſponte, ſed coactè, in executionem nimirum Bullæ Suppreſſionis à prefato Conuentu Beatæ Mariæ de Calcinario receſſerint, quia cum Pontifex noluerit immutare voluntates Defunctorum, vt colligitur ex eadem Bulla, ibi: *Saluis etiam Iuribus, quæ Fundatoribus Conuentuũ ſuppreſſorum competunt, &c.* & declarauit etiam Sacra Congregatio Reglarium, ac alias admiſit *Rota in Narnien. Suppreſſionis Conuentus 5. Maij proximi præteriti, coram R. P. D. meo Beuilacqua, §. non obſtat clauſula;* vtique ſequitur, quod ceſſante voluntatis commutatione facta per Papam diſpoſitio Teſtatoris omninò ſeruari debeat, ex quocumque caſu receſſus euenerit; præſertim quia ipſemet Teſtator loquutus fuit per illa verba, *quod ſi aliquo caſu e-*
3 *uenerit*, quæ tamquam generalia † comprehẽdunt quemcumque caſum, ſiue neceſſarium, ſiue voluntarium, *gloſſ. in Clemen. 1. de for. competen. conſ. 383. nu. 12. & deciſ. 283. nu. 7. Tiraquell. in l. ſi vnquam, verſ. ſi omnia, num. 14. de reuoc. donat. & latè Barboſ. dictione aliquis, & aliquo modo.*

Minus dici poſſe videbatur, quod dd. verba, vbi fuerint ſteterint, vel moram traxerint, intelligi debeant de exiſtentia Canonicorum in loco vicino dicto Conuentui ſuppreſſo, ob onus eiſdem iniunctum offerẽdi certas libras cereæ Eccleſiæ Beatæ Margharitæ de Cortona, nam cõtrarium apparet ex verbis ipſius oneris, ibi: *Quod Prior, & Vicarius dd. Fratrum, & Canonicorum Regularium, vbicumque exiſtentium,*
4 *obligati ſint, &c.* quæ † dictio *vbicumque* tamquã vniuerſalis, comprehendit omnia loca, nec valet ad vicina tãtum reſtringi ad *Text. in cap. honorem de auctor. & vſu pall. & in l. vbicumque, ff. de interrogat. & nat. per Barboſ. ad eandem dictionem nu. 1. & per Rom. conſ. 370. nu. 2. & 3.*

Secundò

Secundò, ad bona prouenientia ex personis DD. Iacobi de Monte Sanctæ Mariæ, & Sebastiani Galeotti, quia cum ista fuit concessa ad vsumfructum Conuentui suppresso, reseruata in reliquis omnimoda proprietate, ad fauorem Monasterij Sancti Saluatoris Bononiæ addita vlteriùs expressa conuentione, quod si cõtingeret Canonicos non morari in præfata Ecclesia Beatæ Mariæ de Calcinario, dicta vsusfructus concessio, ipso iure reuocata intelligatur perinde, ac si nunquam facta fuisset vt latius in Summario Canonicorum *num.* 40. Vtique extincto dicto Conuẽtu per Suppressionem ad instar mortis naturalis vsusfructus
5 remansit † consolidatus cum proprietate ad fauorem Monasterij Bononiæ Proprietarij, *§. finitur, & in l. scrib. Instit. de vsufruct. Boer. decis. 172. nu. 29. Rota decis. 120. nu. 21. part. 9. recent. & alias passim.*

Idque tanto facilius in præsenti attenta voluntate Summi Pontificis Supprimentis, qui nullum intellexit inferre præiudicium Monasterijs principalibus, quibus de iure debentur bona possessa per Conuentus suppressos,
6 vt declarauit dicta Congregatio, cui † semper in similibus casibus, Rota reuerenter deferre solet, vt respondit *coram Merlin. decis. 777. in fine, vers. quam declarationem, & coram Buratt. decis. 479. num. 3. & ibi adden. littera B. & in Vicentina Iurisdictionis 2. Maij 1650. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, §. quia in casu, & alibi passim.*

Neque ad impediendam Canonicis reintegrationem quicquam facit, quod ipsi facto proprio ceciderint à possessione per actualem dimissionem factam à Superiore Monasterij.
7 Nam † vltra, quod speciale est in Familia, quod eidem detur reintegratio, non obstante quod Prælatus, seu Rector facto à possessione ceciderit, *Rip. in cap. sæpe, nu. 14. de restitut. spoliat. Caputaq. decis. 170. nu. 3. & seq. Rota in recen. decis. 473. num. 2. vers. quia fuit responsum, par. 2. & decis. 136. nu. 16. par. 7. & apud Posth. de Manutent. decis. 99. num. 4.*

In præsenti cessat omnis scrupulus, quia asserta dimissio fuit qualificata cum illa salutari; *Salus tamen iuribus Congregationi competentibus, & competituris,* ex qua † fuerunt ad hunc
8 effectum satis præseruata Iura Familiæ, vt in terminis tenuit *Rota in Comen. Iurispatronatus 20 Aprilis 1657. §. nec dubitari, coram Ren. P. D. meo Priolo.*

Quo verò ad bona empta cum pecunijs Patris Generalis, placuit denegandam esse reintegrationem, quia cum fuerint explicitè empta pro Monasterio, seu Conuentu suppresso,
9 illi quoque † acquisitum fuit eorum dominio licet aliena pecunia empta fuerint, iuxta *text. lict. in l. 1. & 2. & in l. 3. & 9. C. si alteri, vel sibi, vbi communiter DD. gloss. decis. 165. num. 1. & 9. post Cenc. de Cessibus*, & per consequens tamquam propria Monasterij suppressi, cadũt sub dispositione.

Quo autem ad petium Terræ in vocabulo Sancti Marci, venditum dicto Fratri Antonio Conuentus Sanctæ Mariæ de Calcinario, pro dd. Canonicis Congregationis Sancti Saluatoris de Bononia eorum Conuentu, prout latius continetur in Instrumento Canonicorũ, *nu. 5.* & Seminarij *nu. 9.* Domini non fuerunt concordes; Aliqui enim existimabant Priorẽ emisse proprio nomine, pro Monasterio Sancti Saluatoris Bononiæ, & nomen Conuentus Sanctæ Mariæ de Calcinario, solum adiectum fuisse causa demonstrationis, & exinde inferebant etiam quoad hoc dãdam esse reintegrationem; Alij verò totum oppositum sentiebant, nimirum denegandam esse reintegrationem, quia existimabant demonstratiuè dicti fuisse de Bononia, pro titulo Ordinis, nõ pro Conuentu Bononiæ differentia autem Prioti Sanctæ Mariæ de Calcinario, vti capiti dicti Conuentus.

Vtraque, &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO, nunc S. R. Eccles. Cardinali.

Calaguritana Decimarum S. Ascentij & Daualillo.

Ven. 5. Decembris 1664.

ARGVMENTVM.

Parochialitas probatur leuioribus probationibus quando non agitur de illius substantia, sed incidenter, ad effectum decimandi, vt in casu decisionis.

SVMMARIVM.

1 *Discretiua Oratio, demonstrat diuersitatem, & separationem.*
2 *Dictio aliis adiecta terminis illorum diuersitatẽ demonstrat.*
3 *Continua dicuntur ea, quorum extrema ad inuicem se tangunt.*
4 *Exemptio probat situationem.*
5 *Transactio solet comprehendere, omnia in litem deducta.*
6 *Testibus adminiculatis in concursu est magis deferendum.*
7 *Parochialitas ad effectum decimandi est accidentalis & probatur leuioribus probationibus.*
8 *Reo sufficit probationes actoris debilitare.*

DECISIO CCXXXII.

AD euertenda fundamẽta Decisionis coram me editæ 4. Decemb. 1662. Agentes pro Beneficiatis Sancti Ascentij potissimè instabant in eo, quod Villaricca probetur situata intra terminos Parochiæ Sancti Ascentij; Vndè inferebant pro Decimis Prædialibus in dicto termino de Villaricca habere intentionem fundatam in dispositione Iuris, in *cap. quoniam. de Decim. & cap. fin. de Paroch.* Vndè proposita Causa 14. Martij præteriti, fuit dilata resolutio, & particulariter iniunctũ, vt informetur strictè super situatione termini præfati; Ideoque reassumpta super hoc disputatione, Domini perstiterunt in Decisis.

Quod

Quòd enim attinet ad situationem, non solùm Beneficiati, non probant terminum de Villaricca esse intra limites propriæ Parochiæ, quinimò contrarium desumi videtur ex pluribus prò Monasterio deductis, ex quibus paret dictum terminũ semper fuisse habitum, & reputatum etiam ab ipsismet Beneficiatis Collitigantibus, & ab alijs pro distincto, & separato à dicta Parochia Sancti Ascentij. Et primo resultat ex discretiuo modo loquẽdi, tàm in mandato procuræ facto à Beneficiatis, ad transigendum cum Monasterio 7. Februarij 1437. quam ex instantia eodem tempore facta nomine Capituli, & Archidiaconi de Naxera, prò habenda licentia ab Episcopo Calagurritano. Etenim in dicta instantia fuit narrata lis, quam habuerunt cum Cõuentu de Estrella, & dictum fuit illam fuisse motam, ad effectum, vt Conuentus eis soluere deberet decimas de omnibus fructibus, quos Monachi colligunt ex bonis sitis intra Territorium Sancti Ascentij, & medietatem decimarum ex fructibus, quos Conuentus colliget in alijs terminis, nempè de Briones, Villaricca, & Valpieri, mandatum verò in eius dispositiua cõtinet, quod Conuentus decimare debeat vna cum Beneficiatis de fructibus, quos colliget in tenutis sitis intra terminum de Dayalillo vnum de quinquaginta de Tritico, Hordeo, & Vicis, & quod de Terris, quas habet, vel habebit in terminis de Briones, de Villaricca, & Valpieri, nihil pro decimis soluere debeat Summario Monasterij *nu.* 2. litter. B. Ex hoc enim discretiuo modo loquendi inter Terras existentes intra Territorium Sancti Ascentij, quibus in Instantia petitur integra decima, & in mandato reseruatur vnum de quinquaginta; & inter alios terminos de Briones, Villaricca, & Valpieri, pro quibus petitur sola medietas, & in mandato liberantur à toto, manifestè apparet Terminum de Villaricca fuisse habitum pro distincto, & separato à terminis Sancti Ascentij, iuxta naturam discretiuę
1 Orationis, quæ † diuersitatem, & separationẽ demonstrat. *Surd. conf.* 426. *numer.* 1. *Addent. ad Gregor. decis.* 301. *num.* 18. *Rota decis.* 135. *nu.* 1. *par.* 9. *recen.*

Immò dum Beneficiati pro bonis sitis in Territorio de Villaricca, non petebant integram decimam, sed solam medietatẽ ex hac petitione tanis demonstrarunt illum, non habuisse pro termino eorum Parochiæ, cum medietas decimarum, vigore Constitutionis Synodalis soluatur Rectori pro bonis cultis extra Parochiam, de qua Constitutione fuit facta mentio in præcedenti decis. §. *nec pariter obstat*.

Et valdè confert totus tenor cõcordię inter Conuẽtum, & Beneficiatos initæ de dicto anno 1417. vbi nò solùm ex verbis superius recensitis apparet contrahentes habuisse terminum de Villaricca pro diuerso, & separato ab illo Sancti Ascentij, sed etiam ipsomet facto comprobarunt dum ad formam prędicti mãdati Procuræ dictum terminum pœnitus liberarunt à solutione decimarum; *Aduertendo insuper quod in pluribus locis eiusdem Concordiæ bona sita in Territorio de Villaricca, distinguuntur à bonis sitis intra limites Sancti Ascentij cum dictione*
2 *Alijs*, quæ † dicto adiecta terminis illos omninò diuersos ab expressis designat, *Tex. in l. si fundum sub conditione, § si libertus, ff. de leg. primo, Rota decis.* 135. *num.* 4. *par.* 7. *recent. & in Romana, seu Vercellen. Fideicommissi* 5. *Martij* 1650. *§. animaduertebant, in fin. coram Reuer. P. D meo Verospio.*

Prædicta adminiculantur ex Testibus pro parte Capituli examinatis, qui deponunt concordiam cedere in vtilitatem eiusdem Capituli, ex solutione vnius de quinquaginta pro decima bonorum, quæ Cõuentus habet in Terminis oppidi de Dayalillo, quamuis nihil percipiat de bonis sitis in alijs terminis contiguis prout sunt Villaricca, Briõe, & Valpieri; Asserentes enim terminum de Villaricca esse cõtiguum alteri Territorio Sancti Ascentij de necessitate supponunt illum esse diuersum, &
3 extra eius fines existere, cum † illa dicantur contigua, quorum extrema ad inuicem se tãgunt, *Gloss. in cap vnic. verb. contiguum, de Consecrat. Eccles. in 6. & in cap si ciuit. in verb. contiguis de sentent. excommunic. eodem lib. & bene facit decis. coram Merlin.* 600. *num.* 7. *& duobus seqq. & decis.* 635. *num.* 3. *&* 4.

Concurrit quoque altera ponderatio, quod nempè Ecclesia Sancti Emiliani de Villaricca de tempore vnionis factæ Monasterio anno 1454. erat commendata Petro de Bagnos, Beneficiato Ecclesiæ Calagurritanæ, Summario responsionis Monasterij *num.* 1. & tamen si dicta Ecclesia fuisset intra limites Sancti Ascẽtij debuisset cum beneficiari Presbytero eiusdẽ loci, non autem extero, iuxtà consuetudinem illarum partium per quam Beneficia conferuntur Patrimonialibus.

Non obstant in contrarium deducta per Beneficiatos, & signanter, quòd dum in cõcordia fuit conuenta exemptio à solutione decimarum pro bonis existentibus in terminis de Villaricca ex tali exemptione videatur probata † præcedens situatio intra fines Parochiæ,
4 iuxtà *decis.* 207. *num.* 2. *vers. quando autem, par.* 2. *diuer. Buratt. decis.* 578. *num.* 14. *& in recent. decis.* 655. *num.* 1. *par.* 3.

Quia exemptio de qua in Concordia non est merè realis respiciens dumtaxat locum de Villaricca, quo casu illius exemptio fortan præsupponeret existentiã intra limites Parochię, sed respicit principaliter personas Monachorum, qui cum vigore præmemoratæ Cõstitutionis Synodalis potuerint occasione Culturæ adstringi ad solutionem decimarum etiã pro bonis extra Parochiam, sequitur quod eorum exemptio non concludat per necesse situationem termini exempti potiùs intra, quàm extra Parochiam, vt in decisione, §. *nec pariter*. Et insuper cum lis à principio fuerit mota etiam pro decimis de Villaricca, vt patet ex narratiua Concordiæ, & alijs supra relatis vtique consentaneum fuit eximere etiam terminum præfatum in transactione, quæ re-
5 gulariter † solet comprehendere omnia in li-

tem

tem deducta, *Surd. conſ. 438. nu. 13. & 21. Card. Caual. deciſ. 124. nu. 3. Rota in recent. deciſ. 549. nu. 3. par. 1. & deciſ. 100. nu. 2. par. 2.*

Neque releuat, quod ex depoſitionibus teſtium appareat, quod Beneficiati in dicto termino de Villaricca exegerunt decimas, adminiſtrarunt Sacramenta, tumularunt mortuos, fecerunt Proceſſiones, & ſimilia; Tum quia fides dictorum Teſtium redditur ſuſpecta propter aliquale intereſſe, quod tamquam Incolæ Sancti Aſcentij habent, ſuper collatione Bonorum; Tum etiam, quia in concurſu veniunt præferendi Teſtes Monaſterij, quia concordant cum Scripturis ſuperius recẽſitis, nec non cum alijs Iuribus relatis in alia deciſione, §. *probatur autem*, ex quibus apparet de Parochialitate dictæ Eccleſiæ Sancti Emilianiſ, prout talis nuncupata fuit de tempore vnionis ab eodem Executore Litterarũ Apoſtolicarum, & fuit quoque talis iudicata in quatuor Sententijs ſucceſſiue latis, nempè de annis 1458. 1476. 1524. & 1617. Summario impreſſo præteritæ Poſitionis, *num.* 12. cum quatuor ſeqq. In concurſu † autem magis eſt de- 6
ferendum Teſtibus adminiculatis, *Rota deciſ. 285. num. 6. & deciſ. 276. numer. 2. par. 8. recent.* Quæ omnia viſa fuerunt Dominis iuſtitientia, ad effectum probandi Parochialitatem, uõ
ſolum quia de illa non agitur † principaliter, 7
ſed tantum incidenter, ad effectum decimarũ, ex firmatis in deciſione, §. *eoque fortius*, ſed etiã quia conſtito ex prædictis, quod Eccleſia Sancti Emiliani ſit extra fines Parocniæ Sãcti Aſcentij, deficit Beneficiatis prætenſa Iuris aſſi-
ſtentia, & proindè † Monaſterio reo conuen- 8
to tales probationes ſufficiunt, per quas intẽtio Actoris debilitetur, aut ſaltem dubia reddatur, *Merlin. deciſ. 597. num. 34. & in Toletana Decimarum de Capilla 14. Nouembris 1648. §. 1. cum duobus ſeqq. coram R. P. D. Veroſpio.*

Et ita vtraque, &c.

Deciſio iſta emanata ſub die 4. Decembris 1662. coram eodem Eminentiſſ. D Card. Cerro, olim Sacra Rota Decano erit infra in Miſcellanea, iuxta ſeriem temporis.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Fideicommiſſi.

Merc. 10. *Decembris* 1664.

ARGVMENTVM.

Maſculi ex Fœminis proximioribus sẽper præſumuntur vocati ex voluntate Teſtatoris, quã ex fœminis remotioribus.

SVMMARIVM.

1 *Maſculi ex fœminis nunquam dicuntur in eſſe deducti illis non natis.*
2 *Linea maſculina incipit in maſculo, & fœmina in fœmina*
3 *Subſtitutio in defectum linea habet locum etiam linea non exiſtente.*
4 *Subſtitutus filio naſcituro ſuccedit filio nato, & defuncto, vel ſi non naſcatur.*
5 *Deſcendens ab auctrice linea fœminina dicitur de linea fœminina.*
6 *Maſculus debet quis eſſe adhoc, vt dicatur de linea maſculina.*
7 *Propoſitio ex demonſtratione mediatam filiationem importat.*
8 *Maſculorum vocatio ex fœminis intelligitur de immediatè deſcendentibus*
9 *Propoſitio, & quandocumque importat cauſam remotam, quod declara, vt num. 10.*
11 *Factum merum attenditur in conditionibus.*
12 *Impedimentũ non præſtat non poſitus in conditione.*
13 *Dilectio maior cadit in maſculo procreato ex fœmina agnata proxima, quam ex remotiori, & n. 14. & 15.*
16 *Clauſula vt ſupra reſtringit.*

DECISIO CCXXXIII.

AD fauorem DD. Marchionis, & fratrum de Campeggijs conſtare de fideicommiſſo Antonij Voltæ illiſque dandam eſſe immiſſionem reſponſum fuit; Hic enim filiũ maſculum, quem ex ventre prægnante vxoris naſciturum ſperabat, hæredem vniuerſalem inſtituit; Et caſu quo maſculus non naſceretur, vt euenit, Iſottam filiam, & aliam naſcituram, quæ Antonia nuncupata fuit hæredes eſſe voluit; Et illis adhuc viuentibus primum filium maſculum legitimum, & naturalem, qui ex dd. filiabus naſceretur, cui alios maſculos ordine ſucceſſiuo ſubſtituit; Et demum morientibus filiabus ſine filijs, & deſcendentibus maſculis, & ſic in effectu deficiente quandocumque linea, & deſcendentia maſculina filiarum ſubſtituit Vrſinam eiuſdem ſororem, & quoſcumque ipſius filios & deſcendentes in infinitum. Vnde defuncta vltimo loco Antonia ſine filijs, apertum fuit fideicommiſſum ad fauorem prædictæ DD. Vrſinæ ex filio nepotum, nam Iſotta Monialis mortua eſt, cumque Antonia vni-
cam filiam fœminam habuerit, † linea, & de- 1
ſcendentia maſculina filiarum, nunquam in eſſe deducta fuit iuxta receptam opinionem *Caſtrenſ. in l. Maritus 21. num. 5. C. de Procur. Curt. iun. conſ. 177. num. 5. & 6.* ibi quod in filio maſculo incipit linea maſculina, & in filia fœmi-
na fœminina † *Menoch. conſ. 265. n. 19. Grat. diſcept.* 2
905. n. 4. & 5. cum pluribus per Fuſar. de ſubſt. queſt. 346. num. 36. & ſeq. Ciriac contron. 281. num. 34. & 365. num. 23. Rot. coram Durano dec. 300. num. 3. & ſeqq. dec. 23. num. 3. & ſeqq. par. 7. rec. Bononien. fideicommiſſ. de Barberus 5. Decemb. 1650. §. primo quia coram Eminentiſſ. D. Cardinali Corrado, & 19 Februarij 1652. coram bon. mem. Bichio §. nam reſpond. cum aliis in Baren. Beneficii 1652. coram eodem §. e conuerſo autem.

Subſtitutio vero facta in defectu † lineæ ha- 3
bet locum etiamſi linea non inceperit, ſicuti ſubſtitutus † filio naſcituro non ſolum admit- 4
titur, quando filius naſcitur, & poſtea deficit ſed etiam ſi non naſcatur, *vt latè probat Rimin. iun. conſ. 512. per tot. l. 5. Menoch. conſ. 1062. num. 14*

Surd.

Surd.conſ.147.num.8. vbi plures refert, & reprobatam eſſe opinionem dicit Oldrad.contrarium tenens Laderch. conſ.72. numer. 2.& ſeqq. Cancerdar. reſol.par.1.cap.1.num.63.& ſeq. Mantich. de coniect. lib.11.tit.6.ſub num.1.verſiſud diligenter Fuſar. de ſubſtit.quæſt.64.art. 1.& ſeq.Hodierno ad Surd.dec. 37.num.7.& ſeq.Rot.dec.453.num.6. verſ.quia reſpond.par.2.rec.Ranuz.Bonorum 1. Febr. 1647.§. ea tamen, & ſeq. coram Eminentiſſ. D.Card.Corrado, & 11.Ianuarii 1649.coram bo.mem.Dunozetto §. 1

Neque Co: Paſellus pronepos Antonię ex Barbara filia, & Olimpia nepte 4e vocatum prætendere poteſt, non quidem ſub lineæ maſculinæ appoſitione, quoniam ipſe in ea
5 non contincturꝑ, ſed tamquam deſcendens à Barbara lineę fœminineę Auctrice dicitur de linea fœminina Antoniæ *iuxta author.n violatam, & in ſpecie Decian.conſ.127.n.11.& 12.lib.1. Fuſar.de ſubſt.quæſt.404.num.10.Rot.in Romana fideicommiſſ. de Griffonibus* 10. *Maii* 1658. §. *quod autem coram bo.mem.Dunozett.Romana Caſalis vetenis* 11. *Decembris* 1658. §. 1. *coram me, & in Bononien. fideicommiſſi* 16. *Ianuarii* 1662. §. *hinc autem cor. R.P. D. meo Veroſpio vbi in* §. *hinc Ballarinus*, firmat, quod ad hoc, vt quis dica-
6 tur de linea maſculina requiritur ꝑ, quod ſit maſculus, & per maſculum deſcendat *Pereg. conſ.57.num.2.verſ.hoc autem.& num.ſeq.lib.2.Rot dec.203.n.5.par.2.rec.& in dicta Bononien.de Barberijs*.

Neque ſub nomine filiorum, quia ipſe talis non eſt, & regula contra ipſum militat, cum alij filij, alij nepotes appellentur, & vocato filio maſculo nominatim ex certa fœmina, non veniunt ceteri ab ea deſcendentes mediantibus aliis fœminis ob dictionẽ *Ex*
7 quæ in his terminis immediatam filiationem importat *ex relatis per Cephal.conſ.330. num.39. & ſeq.Caſan.conſ.18.num.10.Iuſon.conſ.55. nu. 27. & ſeq.lib.3.Rot.coram Eminentiſſ.D.Card.Ottobono dec.271. num.7.& ſeq. Romana fideicommiſſi de Griffonibus* 20. *Maii* 1656.§. *quod autem coram bo. mem. Dunozett.* vbi quod vocatio maſculorum
8 deſcendentium à filiabus fratrum teſtatoris intelligitur de deſcendentibus immediatè, non autem de iis, qui mediatè deſcendunt à
9 nepte dictarum filiarum *vt in Firmana primogenitura* 30. *Maij* 1657.*in* 1. §. *hinc etiam coram R. P. Dom Veroſpio*, quamuis dictio *Ex* cauſam remotam, & mediatam ꝑ, quandoque ſolent importare, vel quia hoc procedit quando di-
10 ctioni *Ex* additur vocatio nepotum, & pronepotum, & aliorum deſcendentium, qui immediatè ex perſona contemplata pronenire non poſſunt, ſecus autem quando vocatur in ſingulari filius primogenitus, qui ex filiabus naſcetur, tunc enim venire nequeunt nepotes, & vlteriores deſcendentes, & bene diſtinguit *Rebuff. in l.cognoſceretur* 6.§. *liberorum ff. de verb.ſignif. Rot.dec.285. ſub num.* 10.*verſ. vbi ſic diſtinguit poſt 8.rec.& in Bononien. fideicommiſſi de Bargellinis* 10. *Febr.* 1653.§. 2.*item coram bo.mem. Richio*.

Prout non aduerſatur, quod cum deſcendentes Vrſinæ ſint vocati ſolum *quãdo filia teſtatoris quando* eaque *decederent abſque filiis, & deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus* ſola exiſtentia Co: Paſelli quãuis non vocati ſufficiat ad ſuſpendendam admiſſionem DD.de Campeggijs eo quia in conditionibus merũ
11 factum attenditur ꝑ, & defectus conditionis ſufficit ad excluſionem ſubſtituti, *vt in Romana fideicommiſſi de Sorteiis* 22. *Maii* 1641. §. *pen. & fin.coram R. Carillo; quoniam ex ſeqq verb. Et ſic in effectu deficiente quandocunque linea, & deſcendentia maſculina filiarum &c.* Teſtatoris declarauit, quod non erant in conditione poſiti deſcendentes maſculi ſimpliciter, ſed qui eſſent de linea, & deſcendentia maſculina, qualis non eſt Comes Paſellus vt ſupra, & proinde tamquam non poſitus in conditione eius exiſtentia non præſtat impedimentum
12 prædictæ ꝑ vocationi DD. de Campeggijs, quia non habet qualitatem in poſitis in conditione à teſtatore requiſitam *Peregr. de fideicommiſſis art.29.ſub nu.25.verſ. 1.iſta autem opin. Cyriac.controu.*511 *nu.24.& ſeq.per tot. Rot.in dicta Bononien.fideicommiſſi de Barberis* 5.*Decembris* 1650.*ſub* §. *quoniam verſ. ac proinde coram Eminentiſſ.D.Card.Corrado Perufina fideic.* 14.*Martii* 1662. §.*præterquam, & in Bononien.Primogenitura de Luparis* 25. *Iunii* 1665.§. *præterea coram R.P. D.meo Veroſpio*.

Abſurdum, quod potius ſuccederent maſculi tranſuerſales ex Vrſina, quam maſculi deſcendentes filiarum euitatur ex voluntate
13 Teſtatoris, qui etiam rationabiliter præferre illos potuit, tamquam mediate deſcendentes ex ſorore his per alias fœminas deſcen-
14 dentibus, quia ꝑ illis magis coniuncti ſunt, & minus ab agnatione diſtant, & regulariter
15 homines magis diligere ſolent maſculum ex fœmina agnata immediate procreatum, & ex vna tantum fœmina ſibi attinentem quam alium ab agnatione remotiorem, & per plures fœminas coniunctum, *vt reſpectiuè fuit in dicta Bononien.fideicommiſſi de Barberiis* 19 *Septembris* 1652.§.*quapropter verſ. nihilque urget coram bo.me.Richio*. Et demum quod teſtator poſt prohibitionem alienationis declarauerit velle, quod bona perpetuo remanerent in linea, & deſcendentia filiarum, & earum de-
16 ſcendentium, ꝑ & filiorum non obſtat, Quia addidit clauſulam, vt ſupra, quæ reſtringit permanentiam bonorum in linea, & deſcendentia maſculina, de qua prius locutus fuerat *Cravet. conſ.623. num.19. lib.4. Thomat deciſ. Maceraten.* 50.n.248.*verſ.* Et quod dictio *cum* repetat qualitatem maſculinitatis linearũ, & deſcendentiæ prius expreſſã *Menoch. conſ.453. n. 19.Molin.de primog. Hiſpan.lib.3. cap.5. ſub n. 64. Rot.in Mantuana fideicommiſſ.* 17.*Maij* 1649.§. *& demique coram bo.me.Dunoz.& in Bononien.hereditatis* 25.*Iunij* 1657.§. *ſubſtitit coram R. P.D.meo Beuilaqua*.

Ex quibus reſolutum fuit conſtare de fideicommiſſo ad fauorem DD. de Campeggijs illiſque dandam eſſe immiſſionem, vtraq; &c.

R.P.D.

R. P. D. OTTALORA

Calaguritana Præeminentiarum.

Mercurij 10. *Decembris* 1664.

ARGVMENTVM.

Teſtes quando omnino idonei non ſunt concurrentibus coniecturis, & præſumptionibus bene probant, & ijs deponentibus de actu affirmatiuo in aliorum concurſu maior adhibetur fides. Conſuetudo probata ſemper attenditur, & alia, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdoti cuilibet in Altari publico celebrare licet, & num.* 2.
3 *Teſtibus etiam non omnino idoneis concurrentibus circumſtantiis fides adhibetur*
4 *Præſumptionibus & coniecturis teſtium defectus ſuppletur.*
5 *Teſtibus deponentibus de actu affirmatiuo in aliorum concurſu maior fides eſt adhibenda.*
6 *Teſtes pluribus fulciti adminiculis gradum probationis aliquem conſtituunt.*
7 *Conſuetudo probata venit attendenda*
8 *Oblationes prohibentur recipi à miniſtris Altaris circumeundo Eccleſiam.*
9 *Sententia citata parte obtenta, & executioni demandata bonum Ius illius, ad cuius fauorem emanauit, inducit.*
10 *Materia facultatiua excluditur quando ſententia parti notificata præceſſit, qua facit pro executione illius, ac paritione actus.*

DECISIO CCXXXIV.

PROPOSITO à me dubio de bono iure ſuper præeminentijs controuerſis inter Magiſtratum Oppidi de Liqueitio, & D. Antonium Adan de Iarza Domini de bono iure vtriuſque partis conſtare reſponderunt iuxta modum infra exprimendum.

Nam reſpectu Iuris prohibendi Sacerdotes ne celebrent in Altari Maiori pro alijs defunctis bonum Ius Magiſtratus ex aſſiſtentia Iuris apparet dùm agitur de Eccleſia ac Altari
1 publico † cuilibet ibidem licet miſſam celebrare *iuxta text. in cap. miſſarum 2. cap. hic ergo 13 de conſecrat. diſtinct.* 1. vbi expreſſe diſponitur,
2 poſſe Sacerdotem † in quibuſcumque locis ab Epiſcopo conſecratis miſſam celebrare *Abb. conſ. 99. num. 4. poſt medium part. 2.*

Cui ſuffragantur teſtes deponentes in dicto Altari ſemper fuiſſe ſolitum miſſas celebrare pro quibuſcumque Incolis *Summ. præterito n. 2* & legata relicta Beneficiatis Eccleſiæ cum onere celebrandi ſacrum in hoc Altari, quorũ cauſa Beneficiati ad id ſe expreſsè obligarunt *dicto ſum. num.* 6.

Parum refert quod Teſtes de vniuerſitate exiſtant, quia præterquam illorum depoſitio coadiuuatur ex infra dicendis circumſtantijs, & coniecturis, & præſumptionibus, ex qui-
3 Teſtibus etiam non omnino idoneis fides adhibetur *Farinac. de teſtib. queſt.* 62. *num.* 135. vbi de comuniter recepta, & in Rota ſepiùs obſeruata opinione, quam refert *Buratt. deciſ.* 141 *n.* 16. multi ſunt etiam forenſes, & huiuſmo-
4 di defectus † ſuppletur ex num. *addit. ad Buratt. deciſ.* 314. *num.* 9.

Nec obſtant Teſtes deponentes ſuper Iure D. Antonij priuatiuè quoad alios, ipſi refelluntur a Teſtibùs ſupradictis, quibus vti de-
5 ponentibus de actu affirmatiuo in aliorum concurſu maior fides eſt adhibenda *glaſ. in l. diem proferre §. ſi plures verbo conſenſerunt ff. de arbitr. Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 36. *num.* 12. *Farinacc. de teſtib. queſt.* 65. *num.* 200. *Rota deciſ.* 294. *n.* 2 *par.* 5. *retent* tum quia habent pro ſe Iuris aſſiſtentiam *Greg. deciſ.* 51. *num.* 2. & 3. tum quia
6 pluribus † fulciuntur adminiculis dum Eccleſia fuit Incolis Oppidi donata anno 1363. per D. Mariam Diaz. de Aro Cantabriæ Dominam, ac Vxorem Infantis D. Ioannis *Summ. præterito numer.* 1. quæ donatio fuit per plures Reges, † ac etiam Imperatorem Carolum V. confirmata, ab Incoliſque reparata *dicto ſum. n.* 2. & Gubernatores, Iuſtitia, & Regimen ſemper nominarunt Economos dictæ Eccleſiæ eiuſque fabricæ, Organiſtam, Sacriſtam, & famulos, fecerunt retarcimenta, Eccleſiæ debita exegerunt, computa ſolidarunt, die Purificationis eis fuit data Candela, conſignata Clauis Sacrarij die Ionis Sancti *dicto num.* 2. ſuper articulo 26. & 27. Denique ordinarius petitam manutentionem denegauit in prætenſa quaſi poſſeſſione prohibitiua celebrationis miſſarum in dicto Altari Maiori *Summ. allegato num.* 5.

De bono autem Iure D. Antonij, & Vxoris conſtare reſponſum fuit quoad præcedentiam in offertorio, de qua deponunt Teſtes *Sum. preſenti num.* 7. & comprobatur atteſtatio-
7 ne Notariorum *dicto ſumm. num.* 8. & ita † videtur attendenda probata conſuetudo *Decian conſ.* 7. *num.* 5. *lib.* 3. *Menoc. conſ.* 51. *num.* 50. *& conſ.* 126. *num.* 2. *& ſeq.* Hoc tamen adhibito moderamine, vt dicta Vxor accedat ad Subdiaco-
8 num, oblationes † enim prohibentur recipi à miniſtris Altaris circumeundo Eccleſiam, vt deciſum referunt *Cerol. in prax. Epiſc. verb. miſſa verſ.* 2. *& Barboſ. in collect ad Concil. Serſ. 22 de Sacrific. miſſ. cap.* 8. *num.* 2.

Ad ciuſdem quoque D. Antonij fauorem deciſum eſt in tertia præeminentia, qua continetur, vt Sacerdos celebrans miſſam Conuentualem diebus feſtiuis illa finita accedat ad Sepulcrum eius anteceſſorum Reſponſorium recitaturus pro Suffragio Defunctorum
9 quæ per Teſtes probatur †, & ſententia citata parte obtenta contra Capitulum Eccleſiæ Parochialis S. Mariæ Oppidi de Liqueitio fulcitur à Beneficiatis acceptata, & executioni demandata ex qua tanto magis probatio corroboratur, vt reſpondit *Rota in Auenionen. Iuriſdictionis* 28. *Nouembris* 1661. *coram R. P. D. Decano.*

10 Vnde ceſſat obiectũ, quod huiuſmodi actus eſſent facultatiui, quia materia facultatiua exclu-

cluditur, quãdo præcessit sententia parti notificata, quæ pro illius executione, ac paritione actus facit, vt dixit *Rot. in recis. dec. 189. n. 4. vers. eam præcedente allegata sententia parte 3. & decis. 400. num. 4. part. 4. & in alijs post Posth. de manut. observat. 53. num. 18. & 19.*

Quoad habitum verò quem deferre debet Sacerdos ad recitandum responsorium, ius habendi tumbam elevatam, & locum in sedendo Domini non fuerunt concordes.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Emphiteusis.

Veneris 12. Decembris 1664.

ARGVMENTVM.

Emphiteuta, vt frui possit beneficio rescissionis contractus emphiteutici ex capite læsionis sufficit accidentalis læsio, dum compensari potest cum fructibus ex eadem re in excessu alias vtiliter perceptis.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuta tenetur canonem Domino soluere, etiãsi emphiteusis in parte perierit*
2 *In emphiteusis contractu deceptus rescissionem petere potest eo modo quo in contractu locationis, cui affinis est emphiteusis*
3 *Emphiteuta beneficium rescissionis contractus emphiteuteci denegatur quando exigua pensio in recognitionem domini præstatur, & in qua considerabilis læsio considerari nequit*
4 *Contractus emphiteutici rescissioni locus est quando pensio Domino directo præstanda fructibus percipiendis æquiualet, quia cadit in eo considerabilis læsio.*
5 *Emphiteuta rescissionem prætendens ex capite læsionis debet docere, quod vltra dimidiam fructuum rei in emphiteusim vetenta læsionem patiatur*
6 *In læsione statuenda tempus celebrationis contractus attenditur, non attento quod deinde alicui ex contrahentibus sit damnosus*
7 *Probatio ex locationibus desumpta non concludit*
8 *Causa quando potest de facili cessare attendenda non est.*
9 *Damnum per accidens passum, per diminutionem fructuum rei emphiteuticæ compẽsatur cum excessu vtilitatis alias ab emphiteuta percepta*
10 *Res vbi tractu temporis iniqua redditur responsio debet reduci ad æquitatem.*
11 *Contractus rescissioni non est locus ex capite læsionis læsione non probata.*
12 *Per pactum, & conuentionem censetur à Iure contrarium disponente recessum.*

DECISIO CCXXXV.

DOMVM cum Apotheca, quam fratres B. Mariæ de Populo possidebant in Platea Pontis S. Angeli de anno 1639. concesserunt in emphiteusim ad tertiam generationẽ seu secundam nominationem Vincentio Nicolasio, qui sine liberis defunctus nominauit Petrum Antonium Primaldũ ad vtilitatem tamen Camillæ eius Vxoris hæredis institutæ contra quos nominatione non obstante, de anno 1622. fratres prædicti obtinuerunt mandatum de associando ad d. domum à quo delata causa ad Rotam & indecisa pendente inita fuit concordia inter ipsos, & Lucretiam filiam Septimij Inghirami Domus deliberatarij cuius vigore ad huius vitam prorogata fuit concessio, & data facultas nominandi vnam personam, & post lapsum 30. & vltra annorum, & obseruatam transactionem in solutione annuæ responsionis scut. 60. dicta Lucretia, & filij conquerentes enormissimam læsionem passos fuisse, vt iure possint à contractu resilire Iudicium in Tribunali Eminẽtissimi Vrbis Vicarij intentarunt, & sententiã iuxta petita reportarunt à qua cum fuisset appellatum, & causa mihi commissa dubitaui, an esset locus rescissioni. Pro cuius dubij resolutione placuit Dominis prius referre sententiam Doctorum inter se dissentientium in diffinienda proposita quæstione, vtrum in cõtractu emphiteutico læsis, & deceptis succurratur remedio *l. fin. C. de rescind. vend.*

1 Vna igitur est negatiua fũdata in eo quod emphiteuta tenetur, Canonem Domino soluere etiamsi emphiteusis in parte perierit per *Text. in l. 1. C. de Iur. emphit.* quod dispositio l. 2. ad hunc contractum non se extendat, & authores huius opinionis sũt *Speculat. in tit. de rescind. vend. num. 14. Iaſi. in l. 1. num. 25. C. de Iur. emphit.* pluresque alij quos referunt *Gabr. de empt. & vend. concl. 5. num. 75. Fachin. contr. Iur. lib. 2. cap 12. litt. C. vers. secundam sententiam Moder. Fulgin. de Iur. emphit. tit. de contr. emphit. quæst. 28. num. 1.*

Alteram, quod imo fuit in hoc contractu deceptus possit petere, quod rescindatur eo
2 modo quo licet locatio, cui affinis est emphiteusis sequuntur, & probant idemmet *Speculat. in tit. de emphit. nu. 113. vers. nonagesimo quæritur Salices in l. 2. num. 8. C. de Iur. emph. Vezasc. eod. tit. quæst. 15. num. 59. Gamm. decis. Lusit. 257. num. 1. Magon. dec. Floren. 22. nu. 1. cum concordan. etiam de veriori opinione relatis per Gabr. in d. concluſ. 1. nu. 76. Fachin. vt in litt. B. vers. triplex est Fulgin. in eadem quæst. 28. num. 2.*

Tertia demum sentẽtia est eorum qui antecedentes discordantes sic conciliant, vt pri-
3 ma denegans emphiteutę beneficium constitutionis l. 2. procedat quando exigua quædã pensio præstatur in recognitionem dominij in qua nulla cadit considerabilis læsio; secunda vero tunc recipiatur quãdo ille soluit pensionem fructibus percipiendis correspondentem & fere æquiualentem hoc enim casu cõtractus adinstar conductionis se habet. Vnde cadit in ea læsio considerata in l. 2. ita tradit *Ant. Burg. in repet. C. causa de empt. & vend. num. 13 vers. dico clarius & melius & nu. 14.* dicens istam distinctionem esse perpetuo menti tenendam inter *tract. dict. tom. 4. Fachin. vbi proxime litt. D. vers. est igitur Gabr. d. concl. 1. nu. 77. Rosſ. de remiſ. merced. num. 114. Canc. var. reſol. part. 2. de act. & oblig. num. 84. Fulgin. in citat. quæſt. 28. num. 2. in fin. & cum ea pluribus allegatis videtur transire Rota in*

decis. 720. numer. 1. part. 10. diuers.

Quibus opinionibus sic præmissis inde Domini respondebant non esse locum petitæ rescissioni contractus, quia certum est & admittebant etiam informantes pro emphiteutis,
5 quod emphiteuta † huiusmodi rescissionem prætendens ex capite læsionis absolute nequit obtinere nisi doceat, quod vltra dimidiã fructuum rei in emphiteusim retentę læsionẽ subeat *l. mercess 25. §. vis maior ff locat. gloss. in l. si ea portione 14. in fine C. de vsur. Cagnol. in l. 2. nu. 303 C. de rescind. vend.* quem ibi sequitur *Arias Pinel. par. 1. cap. 3. num. 37. in fin. Bart. in l. 1. num. 9. C. de Iur. emphit. Alex. cons. 112. nu. 2. lib. 1. post. Imol. cons. 143. num. 11. Thesaur. dec. 120. num. 2. Addens. ad pract. Papien. de for. Libelli ad fisc. præstan. verbo cum omni suo num. 5. Gratian. disc. 557. num. 8. Fulgin. in loco supra citato nu. 5.* & quod in statuenda læsione sit † attendendum tempus celebrationis contractus, & conuentionis, non attento, quod deinde sit alicui ex contrahentibus damnosus *per l. si voluntati 8. C. de rescind. vend. & l. sicut C. de aff. & obligat. probant Mant. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 15. num. 25. vers. aliud autẽ Gamm. dec. Lusitan. 33. nu. 112. cum seq. & nu. 126.*

At hic nullatenus apparebat iustificatum pro parte illorum de Inghiramis ipsos talem damnum, & læsionem fuisse passos non quidem ex instrumentis locationum domus, nã omnes illæ quæ factæ fuerunt ante annum 1655. quamcumque læsionem excludunt, & ipso quod cantant pro annuis scutis nonaginta vnica vero de anno 1658. ad tres annos ad rationem scutorum 30. vltra quod emanauit paulo ante motam litem, nec per illam deduci potest vnus annuus redditus, & afflictus domus ea ratione quia potest quis variis de causis induci ad faciendas locationes pro exigua pensione in tantum, vt sufficiat per pos-
7 sibile quod † probatio ex locationibus desumpta non concludat *Castr. in l. penult. §. docendum num. 4. ff. nequis cum eo Rot. dec. 871. num. 2. par. 4. diuers. Grat. dec. 660. num. 4.*

Minus prætendi potest huiusmodi probationem resultare ex depositionibus Testium asserentium à multo tempore citra pensionẽ domorũ in Platea Pontis existẽtium esse valde diminutam, nam cum super causa scientię interrogati vno ore concludant ex eo euenire, quia summi Pontifices modo non cõmorantur in Palatio Vaticano, ideo deficit in dicta Platea illi proxima concursus, & sequẽtia Populi & sic per merum, & simplex accidens non autem ob qualitatem domus illiusque intrinsecam deterioratione, quæ causa
8 cum possit † quandocumque & de facili cessare non est attendenda ad finem rescindendi contractum *l. naturalem §. apicem ff. de acquir. rer. Dominio l. 3. vbi omnes & præcipue Bart. nu. 2. ff. de tutel. Soccin. sen. cons. 116. num. 8. lib. 4. Letter. de re benef. lib. 3. quæst. 14. num. 35.*

Præterea ex eo etiam hęc probatio non releuat quia cum emphiteutę locauerint domũ pro pensionibus longe excedentibus annuam responsionem spatio 30. annorum solutam,
9 damnum † si quod deinde eis acciderit per diminutionem fructuum cum illis compensari debet *l. si vno 17. in princ. ff. locat. l. sicut 3. in fine C. eodem, propter Accultatem extra d. tit. Grat. resp. 161. num. 20. & 21. lib. 2. Rolandus cons. 80. num. 6. lib. 3. Carpan. ad stat. Mediolan. cap. 304. num. 186. & 190. Gratian. d. disc. 557. num. 3. Rota dec. 226. n. 1. & dec. 727. num. 3. part. 4. diuers.*

10 Non obstat quod responsio † debeat reduci ad æquitatem vbi res tractu temporis iniqua redditur *ad l. cum quidam ff. de vsur. Thesaur. dec. 120. in fine & 226.* quia in præsenti non fuit petita reductio Canonis sed principaliter motum iudicium super rescissione contractus, & dimissione domus, vt patet ex sententia promulgata cui † non est locus dum emphi-
11 theutæ deficiunt in probando læsionem iuxta authoritates supra allegatas.

In quam sentẽtiam eo facilius Domini descenderunt, quia in vim pacti expressi inter contrahentes verbis claris initi conuentum fuit quod annua responsio ex vllo casu fortuito extraordinario insolito, & incogitato posset diminui, vel defalcari, sed ad illam emphiteuta semper teneretur quamuis ex domo ruinam tractu temporis passa nullum cõmodum reportaret in hac enim materia attẽ-
12 ditur pactum, & conuẽtio † per quam censetur à Iure contrarium disponente recessum *l. contractus §. sed hæc ita ff. de regul. Iur. Curt. Imol. cons. 143. num. 17. & 144. nu. 10. cum seq. Peregrin. cons. 98. sub num. 2. & 8. lib. 1. Dec. cons. 385. sub n. 25. Cyriac. contr. 151. num. 50. Rot. d. dec. 727. nu. 4. vers. sed quid quid sit part. 4. diuers.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Turritana Congruæ.

Luna 12. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Declaratoria vt relaxari valeat sufficit, quod ad notitiam illius perueniant quouis modo contra quem relaxatæ fuerunt, literæ executoriales, quibus si paritum non fuit, declaratoria potest relaxari.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria conceditur quoties seruati fuerint quatuor termini ex stilo Curiæ seruari soliti, & literæ executoriales præsentatæ.*
2 *Notario de citatione a se facta non creditur. Secus si adhibuerit testes & num. 3.*
4 *Declaratoria, vt relaxari valeat sufficit habitam fuisse scientiam executorialium, & illis non fuisse paritum & num. 4. & 5.*
6 *Literæ executoriales necesse non est quod personaliter intimentur.*
7 *Scientia executorialium sufficit, quod quouis modo inuenerit ad hoc vt relaxari possit declaratoria.*
8 *Asserenti aliquid contrarium onus illud probandi incumbit*
9 *Administrator actum contra mentem sui principalis exercere non præsumitur*
10 *Verba non sufficiunt, vbi facta opus est.*

DE-

DECISIO CCXXXVI.

DANDAM declaratoriam Domini responderunt, cum litteræ exequutoriales fuerint in partibus 5. Iulij Archidiacono, & Canonicis Capituli Capitulariter Congregatis præsentatæ a Notario cum testibus, deindeque in actis reproductæ, fuerintque seruati quatuor termini seruari soliti ex stylo
1 Curiæ, nec possit † denegari, nouissimè in- *Rota dec.448.ab initio part.9.& certa praxis. est ex Rot.& testatur Capue.maior.prax.c.9.nu.40.& 53. part. 3.*

2 Non obstante intimatione facta per notarium, cui de citatione a se facta non creditur *Rot. coram Ludou.dec 71.num.2.cum annot. in*
3 *fin.decis.*cū adhibuerit testes *Rot.coram Pur.dec.5 num.1. lib.3.& ex ipso Ludou. dec. 426. num.4.& dec.642.num.10.part.1.rec.*

Et sufficeret ipsa notitia litterarum exequutorialium manifesta vsque ad contemptū & iniuriam, itaut contumace Capitulo postea 21. Iulij Iudex exequutorialis mandauerit, apposueritque sequestrum repositorio fructuum Capitularium, & Capitulum appellauerit per Oeconomum suum ad Reuerendissimum Archiepiscopum, qui mandauit Iudici exequutoriali reuocationem sequestri intra biduum sub pœna scut. 200. & in subsidium maioris excommunicationis, & nihil innouari &c. 8. Augusti, & mandatum renouauit die sequenti, & insuper die 13. Nouemb. Iudex exequutorialis fuerit condemnatus, & angariatus soluere scut. 22. nomine expensarum non relevante reclamatione, protestatione & appellatione ad S. D. N. non solum ad S. Rotam, & sane sufficit scientia
4 executorialium, † *vt ex Rota in Cesaraugustana distributionum seu attentatorum* 26. *Maij* 1646.*coram B. Cerro Dec.test.Capue.d.cap.9.num.49.*

4 Qua propter † cum litteræ executoriales fuerunt Capitulo Capitulariter præsentatæ, & Capitulum non obediuerit verum etiam repugnauerit danda visa est declaratoria contra Capitulum *Rot.apud Capue. dicto cap.9.num.45. & 52. coram Merlin. fere tota. decis.* 481. *maximè num.* 6.

Nec valuit exceptio ex Nūtio mensæ Turritanæ nominato inter testes in aliis actis, cui litterarum exequtorialium denunciatio incūberet, quia si tamen incumberet ipsi, vt per Nuncium satisfaceret nō excludūtur alij modi suprascripti, etiam per partem cum præsentia
5 Notarij & testiū † vel quod alias iustificaretur scientia &c. *ex Rot.in dicta Cesaraugustana distributionum vt supra.*

6 Neque † literas executoriales fuisse personaliter intimandas *ex Rot. apud Capue.cap.3. nu. 14.d. part.3. & d. decis.*418. ab initio. Quia Capitulo capitulariter satisfactum est, & hæc regula planè directa est ad cautelam scientiæ, quæ † si aliàs quam per citationem communicatur etiam ipsa communicit vt supra & effectum non dum considerari *not.glossulis l.3.C.de instit. & substit.*

7 Neque cum sequestro fuisse alienum, quia neque præsumitur in repositorio Capituli neque probatur vbi fit executio in bonis
8 alicuius,† & aliquis vult dicere aliquid suum, probandi onus dicenti imminet. *l.1. C.de priuil.fisc. & ibi gloss. vltima & ibid. Bart. & ad l.2. C.ne vxor pro marito. & ad §. bonorum l.5.ff.vt in possess. legat.numer.*3. Imo reprobatur ex decreto Archiepiscopi super fructibus Villæ de sensu, nempè capitularis & iuxta confessionem capituli, & œconomi pro capitulo, sed neque satisfacit cum alias capitulū non obedierit & repugnarit.

9 Neque † appellationem Oeconomi pro capitulo, & compulsionem Iudicis executorialis fuisse citra mandatum mentemque capituli, quia replicatum est ex Cassiano illo & trito axiomate cui bono &c. *Rot. dec.*140. *sub nu.*14.*tom.*2.*part.*4.*rec.& in puncto etiam Merl. d. dec.*381.*nu.*3.

Neque tandem oblatio, & protestatio præsens cum deposito vnius Iulij pro liquidatione, quia in mandato clarè condemnatum est capitulum ad solutionem certæ summæ scut.
10 100. auri de Camera, & facile liquidatio & potius numeratio fieri potuisset coram Iudice exequutoriali, & verba non sufficiunt vbi facto opus est ex vulgatis regulis.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

Farfen. Bonorum.

Lunæ 12. *Ianuarij* 1665.

ARGVMENTVM.

Statutum Farfense proximiori vltimi emphiteutæ in bonis emphiteoticis Abbatiæ inuestituræ renouationem concedit, vnde si Abbas concedere renuerit cōtra ipsum actio personalis datur non contra inuestitum.

SVMMARIVM.

1 *Facultatem conueniendi non habet, qui nullam actionem ingentare valet.*

2 *Statutum Farfense* cap. 82. lib. 1. *quid disponat.*

3 *Verba statuti in loco superius citato permittunt proximiori tantum vltimi emphitenta posse agere pro inuestimento contra dominum directum vt reuocet ad sui fauorem emphiteusim & nu.*4.

5 Bartolus in lib. 1. ff. de aqua quotid. & estiu. ad §. permittitur *in quibus terminis loquatur.*

6 *Emphiteusis perpetua ad quam agnati sunt vocati, ob illorum negligentiam aliquando fauet extraneis.*

7 Decisio 198. num. 5. part. 2. diuers. *declaratur.*

8 *In Emphiteusi bonorum Ecclesiasticorum difficilius necessitas renouationis emphiteusis admittitur.*

9 *Dominus directus compelli potest in emphiteusi in perpetuum concedi solita ad inuestituræ renouatio-*

nem fauore proximiorum vltimi emphitenta sic disponente statuto loci.

10 *Lex est communis reipublicæ sponsio.*

11 *Conuentiones, & statuta contra libertatem Ecclesiæ condi non possunt.*

12 *Abbas Farfensis eiusdem Castri dominus olim fuit.*

13 *Incolæ Castri statuta conuentionalia cum domino facere possunt.*

14 *Statuta conuentionalia vim habent contractuum.*

15 *Statutum Farfense* cap. 32. *disponit quod dominus vel eius vicarius non habeat potestatem inuestiendi se &* cap. 78. *quod Abbas non cogat vassallos ad alia seruitia, quam ad ea, quæ de Iure & forma statutorum illi competunt &* cap. 8. *de locationibus bonorum emphiteoticorum &* numer. 16. *&* 17.

18 *Immissio non cõpetit contra inuestitum in bonis Abbatiæ Farfensis.*

Et ratio num. 19.

DECISIO CCXXXVII.

SENTENTIAM infirmandam DD. responderunt ex vno capite vnanimes videlicet defectu actionis Agentium, quoniam † facultatem conueniendi non habent, qui nullam actionem intendere possunt §. *vltimo l.* 5. *ff. de negot. gest. & ibi gloss. non habuit cum aliis.*

2 Constitutio est, † Statuimus & ordinamus, quod si contingat quod nulli extent descendentes ipsius locatoris, vel suorum filiorum, & Nepotum, Monasterium, & D. Abbas teneantur, & debeant relocare bona proximiori Vassallo ipsius defuncti in gradu, vni, vel pluribus, qui teneantur, & debeant soluere eidem Monasterio, & D. Abbati decem pro

3 centenario *cap.* 82. *lib.* 1. & huiusmodi † verba operantur solum, vt proximior possit agere contra D. Abbatem, vt renouet, ita quod solum Ius personale quæsitum est sibi ex illa promissione contra D. Abbatem ad *Text.* §. *Sed & si ita, l. si sterilis* 21. *ff. de contrahend. empt.* Cum alijs ad verbum *apud Angel. cons.* 184. *nu.* 3. *vers. Et illa verba Ruin. cons.* 167. *num.* 13. *lib.* 1. *Gabriel. cons.* 68. *à nu.* 10. *lib.* 2. *Mantic. de tacit. & ambig. conu. tit.* 23. *num.* 5. *&* 16. *lib.* 22. *Rota coram Ludouis. decis.* 348. *nu.* 3. *cum ibi alleg. & annot. & retrò dec.* 567. *nu.* 2. *& coram Reyes dec.* 132. *n.* 3. *& dec.* 158. *nu.* 4.

Et in Indulto Innocentij Octaui coram R. P. D. meo Albergato in Cæsenaten. emphiteusis 23. *Ianuarij* 1651. *in fine confirmata* 16. *Iunij sequentis sub* §. *Nec suffragatur, & coram R. P. D. Melzio.* 15. *Martij* 1652. §. *Neque talis Iuuisitia.*

Et sic in æquitate illa Bartoli (*ad* §. *præsumitur l.* 1. *ff. de Aqu. quotid. & æstiu. Cum allegatis, & maxime l.* 5. *l.* 6. *C. de locat. Prædior. Ciuil. lib.* 10. *Clar.* §. *Emphiteusis quæst.* 43. *ab initio cum alijs, & extitè vsque ad Ius. & iniuriam. Riminal. Iun. cons.* 94. *num.* 30. *&* 31.) *id ipsum pariter probauit Rota in dicta Cæsenaten.* 15. *Martij* 1652. *dicto loco* & vlterius ad Iudicis officium redigendo *Caldas. de Renou. emph. quæst.* 7. *ad fin. & quæst. vlt. num.* 9.

4 Et planè † contra remedium possessorium commissionem in facto, & in Iure sunt in huiusmodi *Farfen. Bonorum coram Reyes dec.* 313. *nu.* 11. *& dec.* 321. *nu.* 4.

Et maximè vrgebãt supradicta verba directa in Dominum Abbatem Qui teneatur, nõ autem in bona, quæ teneantur, quod notabile videtur ad differentiam aliarum Constitutionum, & precipuè Retractuum.

5 Adeo † vt possit dici, illud dictum Bartoli verum esse re integra, & nemini adhuc concessione facta secundum *Roman. cons.* 70. *num.* 3. *vers. Tertio potest dici Alex. cons.* 10. *num. vlt. lib.* 3. *& cons.* 84. *nu.* 4. *vers. Tamen illa non procedit lib.* 7. *Menoch. cons.* 400. *num.* 32. *Clar.* §. *emphit. d. quæst.* 43. *num.* 3. *vers. sed pone Gabr. de Iur. emphit. conl. prima num.* 20. *Minsing. obseru.* 16. *num.* 3. *cent.* 51. *& obseru.* 79. *num.* 5. *centur.* 6. *Afflict. dec.* 392. *num.* 20. quod quidem per se controuersũ DD. nõ deciderunt altius disputabile, ac disputatum precipuè *à Cald. d. quæst.* 7. *à num.* 25. & pro magna difficultate suspensum *coram Seraphin. dec.*

6 610. *num.* 9. † quæ tamen in aliqua negligentia Agnatorum, etiam fauit extraneis ibidem cum allegatis, & annotatis, *& dec.* 791. *in fine part.* 4. *diuers.*

7 Non obstante † *decis.* 198. *nu.* 5. *part.* 2. *diuers.* quia neque principaliter in hoc fundatur, sed in facto, & fraude, & quia post hanc decisionem coram Robusterio 10. Decembris 1582. successit illa coram Seraph. 25. Martii 1583. de magna difficultate.

Sed admodum iuuit agitur de bonis Ecclesiasticis, † in quibus ægrius hæc æquitas, siuè necessitas quoque renouationis admittitur, repugnantibus multis *Gabriel. d. concl.* 1. *num.* 13. *Cum allegatis*, Et agi de bonis propriis Ecclesiæ, nec allodialibus priuatorum, nec instar allodialium, nisi linea perseuerante, *ad Rotam in huiusmodi Farfen. Bonorum coram Buratto decision.* 87. *numer.* 8. *cum annot. ac declaratis ibidem numer.* 21. *& præsertim tota decisione* 86. *parte* 5.

Nec obstitere contrarij, quia præter suprascriptos ex professo tumgentes solam actionem personalem cõtra Dominum alij plerique agentes de re non integra, & lapso tempore, inciuiliter, aut obscurè cõcludunt cõtra inuestitum, † melius declarat Dominum

9 adhuc præcisè compelli debere, & posse ad factum *Rimin. Iun. d. cons.* 94. *d. n.* 31.

Neque distinctio inter pactum, & legem. Tum quia minus fundata sine ratione differentiæ, & celebri argumento de pacto ad legem, vel statutum, imo penè cum identitate ipsa, † quia lex est communis Reipublicæ Spõsio *l.* 1. *ff. de legib.* Tum quia confuta ex suprascriptis rationibus, & Doctoribus. Tum denique quia non quadrata facto, & cum Abbatia ab initio, cuius memoria non extat ita conuenerit cum Vassallis, vel ille, qui donauit Abbatiam, sic pacto priuato constituerit &c. legitimè priuatorũ pactis induci potuit, quod tamen lege, vel constitutione laicorum

11 constitui non posset, † eliet enim contra Ecclæ libertatem &c. *in huiusmodi Farfen. Bonorum*

coram

coram Penia Lugdun. edit. decis. 1221. num. 80. & in alij Tiburtina Castri Sancti Poli, & de subscrip-
12 tione Abbatis Farfensis † olim eiusdem Castri Domini, nec fuisse reuocatum in dubium id, quod fuerat iam decisum, Statuta hæc fuisse condita per viam conuentionis, & de Iure
13 Incolas † & homines Castri potuisse facere statuta conuentionalia cum Domino, vt per
14 Bartol. &c. & † Statuta conuentionalia habere vim contractus &c. & ratione potissimum conuentionis, & statuti promissorii inter ipsum, & Vassallos facti Bartol. &c. ad verbum *coram Penia decis. 1463. num. 1. num. 24. & num. 31.* & in fine decisionis, & generalius post *Bartol. Soccin. sen. cons. 61. num. 3. lib. 3.* vbi talia statuta sunt conuentiones, & adeo sunt conuentiones huiusmodi constitutiones, vt constitutiones & statuta esse nō possint, vt supra, vt ex aliis quoque constitutionibus conuen-
15 tionalibus, verisque conuentionibus, † vt *cap. 32.* quod Dominus vel eius Vicarius non
16 habeat potestatem inuestiendi se; † *cap. 78.*, quod Dominus Abbas non cogat Vassallos ad alia seruitia, præter quam ad ea quæ de Iu-
17 re ex forma statutorum † & *cap. 80.* de huiusmodi locationibus.

18 Et omnino placuit remedium † possessorium, & immissionem non competere contra inuestitum, quod alias placuit *coram Royas dicta decis. 313. dicto num. 11. & dicta decision. 321. dicto nn. 4.* Nec propterea decisum est via ordinaria agendi, sed sequitur *coram Royas dicta decis. 313. sub dicto num. 11.* & clarius explicando aduersus ipsos Inuestitos *dicta decis. 321*
19 *sub dicto num. 4.*, quia † repugnaret suprascriptis de sola actione personali contra Dominū Abbatem, & casus coram Royas alius fuit, quo ille Tolomeus erat inuestitus, & possessor bonorum, & longe ante obitum fuerat omni possessione priuatus, tam ob secutam confiscationem, quam per actualem subhastationē ad instantiam creditorum, qui post mortem Tolomei fuerunt Inuestiti, & Iulius filius Tolomei comprehensus iam in prima Inuestitura Patris, etiam postea reinuestitus agebat, vt *in dicta decis. 313. ab initio, & num. 2. & dicto num. 4.* & tota decis. nec obtinuit, vt in dictis decisionibus, & in sententia postea confirmata in alia decisione eiusdem *Farfens. Bonorum coram Reuerendissimo Domino meo Decano 27. Nouembris* 1648. & in eiusdem sententia subsecuta, nec tamen aliquam actionem, siue ex paterna, siue ex propria Inuestitura vnquam, proposuit Actor, adeo Rota non probauit.

Et *ita* vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Calaguritana Beneficij de Arnedillo.

Lunæ 12. Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Constitutione de aliqua re, quæ postea occurrat, non disponēte ea res sub dispositione Iuris communis remanet. Rota vigore Clementinæ Auditor potest conferre post appellationem ad ipsam deuolutam etiam per viā gratificationis. Priuilegium vltra casus in eo expressos non debet extendi.

SVMMARIVM.

1 *Motu proprio circa appellationem admittendam non disponente huiusmodi articulus remanet sub dispositione Iuris communis & num. 5.*
2 *Appellatio de iure datur à mala examinatorum relatione quando agitur de beneficijs simplicibus, & præsentatio, & institutio successiuè ea non obstante facta dicuntur attentata.*
3 *Grauamen ex quibus resultet.*
4 *Rota vigore Clementinæ Auditor potest conferre post appellationem ad eam deuolutam.*
6 *Rota in beneficijs Calaguritanis potest conferre absque alia præsentatione si aliquis interponat appellationem sub prætextu quod debuisset ad curata approbari appellatione introducta, & dicto de grauamine.*
7 *Rota potest conferre quando nullo approbato ad curata beneficiati digniorem ex approbatis ad simplicia non præsentarunt.*
8 *Lite pendente Beneficiati non possunt præsentare.*
9 *Rota ex Clementina Auditor potest conferre etiam per viam gratificationis & nu. 10.*
11 *Appellatio ad Rotam à mala examinatorum relatione impediri non potest.*
12 *Priuilegium vltra casus in eo contentos non est extendendum.*

DECISIO CCXXXVIII.

SVBLATIS per Decisionem editam coram Meltio sub die 13. Iunij anno 1657. difficultatibus quæ vsque tunc moueri solebant super interpretatione trium casuū contentorū in motu proprio Clem. VIII. super prouisione Beneficiorum Diœcesis Calaguritanæ terminanda remanebat altera in eadem decisione reseruata; An nimirum Appellatio, quæ interponitur à mala relatione examinatorum, sit; vel non sit admittenda, & An Rota postquam causa fuerit ad illiam per appellationē deuoluta possit vigore Clem. Auditor adiudicare beneficia, nulla noua præcedente præsentatione; cui quidem viteriori dispositioni occasionem dedit appellatio interposita in hac causa à Ioanne Baptista della Quadra, ad cuius fauorem sub die 4. Decembris 1662. resolutum fuit coram Reuerendissimo Domino meo Vicecomite presentationem, & intimationem Francisci Ruiz de Zarzozza post appellationē ab ordinario admissam esse attentatam, & Beneficium adiudicandum fore eidem Ioanni Baptistæ verum quia Articulus est præiudicialis, & in dicta Diœcesi deseruit pro lege DD. ordinarunt vt denuo examinaretur; & causa subinde bis coram me in locum D. Vicecomitis subrogato reproposita, hodie steterunt in Decisis.

1 Etenim † cum in dicto motu proprio nihil disponatur circa appellationē admittendam, vel nō, huiusmodi Articulus remanet sub di-

ſpoſitione iuris *iuxtà text. in l. ſi cuta dotem 23. in princ. ff. ſolut matrim. & in l. commodiſſimè ff. de liber. & poſth. & vtrobique gloſ. & ſcriben. & in c. ſuſceptum vbi ſimiliter gloſ. in verb. nota de reſcript. in 6.*

2 De iure † autem poſſe appellari à mala relatione examinatorũ quãdo agitur de beneficiis ſimplicibus patrimonialibus & præſentationem ac inſtitutionem ea non obſtante, ſucceſſiue factas eſſe nullas, & attentatas paſſim dictum fuit in his cauſis Calaguritanis, & in ſpecie coram *Greg. deciſion. 515. per tot vbi etiam alia referuntur vltra adductas in Deciſ. Reuerendiſ. Vicecomitis §. Conſtitutio verò.*

3 Grauamen † verò apertè cõuincitur ex ſubſecutâ approbatione per examinatores in Cũria. *Rot. deciſ. 8 de prob. in nouis, & coram Seraph. deciſ. 908. num. 7. & coram Greg. deciſ. 527. & 538. vtrobique nu. 2. & coram Royas deciſ. 499. nu. 6. vbi plures*

4 Quod autem † Rota vigore Clementinæ auditor poſſit conferre poſt appellationem ad eã deuolutam probat ipſe textus, & quotidiana Praxis huius Sac. Tribunalis & in individuo reſponſum fuit in vna *Calaguritana Beneficij della Reina 16. Ianuarij 1647. coram bon. mem. Bichio, & in alia Calaguritana beneficij de Oton. 1. Iulij 1652. coram Zurite.*

Nec videtur ſubſiſtere quod data hac facultate in Rota cauſæ d. Diœceſis contra tenorẽ motus proprij denuo deuoluãtur ad hoc tribunal cum maximo diſpendio Clericorum illius Diœceſis quia hoc non eſt contra tenorem motus proprij. in quo circa hunc ca-
5 ſum nil diſponitur, & † propterea vt ſupra dictum eſt, ille remanere debet ſub diſpoſitione iur. communis ex iuribus & auctoritatibus ſupra adductis.

Tum etiam quia in tertio caſu motus proprij quando nullus fuit approbatus ad Curata ſi contingat ab aliquo interponi appellationem ſub prætextu quod ipſe debuiſſet approbari ad Curata introducta appellatione, & do-
6 ão de grauamine ſine dubio † Rota poterit conferre abique alia preſentatione, cum hoc caſu etiam beneficiati de rigore iuſtitiæ deberẽt præſentare eundem iuxta tenorem eiuſdẽ
7 motus proprij ſicuti † quoque conferre poterit quoties nullo approbato ad Curata beneficiati non præſentarunt dignioremex approbatis ad ſimplicia, vt conſtat ex infinitis exemplis relatis in Deciſionibus cauſar. huius Diœceſis.

8 Tum denique † quia, cum Beneficiati Lite pendente, non poſſint præſentare *Rot. in d. Calaguritana Beneficij della Caſa della Reina coram Bichio. 18. Ianuarij 1647. & in eadem coram*
9 *Ghilerio 25. Martij 1648.* vtiq; in † locum Arbitrij Beneficiatorum ſuccedit arbitrium Rotæ ex Clementina Auditor, vigore cuius poteſt conferre etiam per viam gratificationis, vt dictum fuit *in Piſtorien. Iuriſpatronatus 15. Februarij 1664. coram Vicecomite, & practicatum fuit in Peſulana Beneficij 22. Iunij 1648. coram bo.*
10 *me. Bichio*, vbi Rota † contulit Patrono ſupplicanti ex merâ gratia, non autem ex iuſtitia iuxta deducta in Deciſionibus eiuſdem cauſæ coram eodem ſub die 5. Decembris 1646. quę eſt *Dec. 430. n. 40. par. 9. rec.*

Et hinc non videtur habendum in conſideratione diſpẽdium Clericorum dictæ Diœceſis; quia ſiue Rota poſt nouum examen, & approbationem in eo obtẽtam poſſit conferre ſine nouâ præſentatione, ſiue illa adhuc
11 obtinenda foret à Beneficiatis neutro caſu † poterit impediri lis, & appellatio ad Rotã à mala relatione examinatorum, ex authoritatibus ſupra allegatis.

11 Nequefetiam præiudicium Beneficiatorũ, quia illi non habent ius præſentandi ex donatione, vel fundatione, ſed tamen ex priuilegio motus proprij quod vltra caſus in eo cõtentos non debet extendi *cap. penult. in fine de priuileg. Card. Seraph. deciſion. 555. numer. 5. cum aliis adductis per Rot. deciſ. 8. num. 7. par. 8. recent.*

Et ita &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Aſculanæ Dotis.

Veneris 16. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum ad ſuggeſtionem alterius à fœmina lethali morbo detẽta ſubſcriptum nullam meretur fidem, quoties conſenſus in ſubſcribente non poteſt admitti, vnde vti falſificatj ſuppoſitum in totum corruere decidi-
tur.

SVMMARIVM.

1 *Schedula à fœmina lethali morbo laboranti ſigno crucis ſubſcripta nullam in iudicio fidem obtinet.*

2 *Teſtamentum ad importunam ſuggeſtionem alterius ſubſcriptum ſine ſcientia in eo contentorum corruit.*

3 *Fœmina grauì morbo detenta ſi priori interrogationi nihil reſpondeat ex importuna poſtmodum ſuggeſtione reſpondiſſe cenſetur.*

4 *Teſtamentum à morti proximo ad interrogationem alterius editum coniecturam præbet pro illius inualiditate.*

5 *Hæredis inſtitutio, & falſus teſtamenti à morti proximo ad interrogationem alterius edita aliquando ſuſtinetur.*

Declarã tamen, quomodo ceſſauerit præſumptio ſuggeſtionis, & innouerit voluntas teſtatoris ità diſponendi, & quod nomen hæredis ab interrogante exprimatur & num. 6. 7. & 8.

6 *Schedula ſigno Crucis coram duobus teſtibus ſubſcripta vices ſubſcriptionis ſuppleat, & teſtator præſumitur omnia expreſſa in ſchedula antecedenter perlegiſſe, donec contrarium probetur.*

Declara quoties per aliquod tempus ſcripturam apud ſe retinuerit & nu. 10.

11 *Schedula alibi confecta, & immediatè à fœmina morti proxima ſubſcripta ipſius enarrationis ignorantiam præſumere facit in ſubſcribente.*

Amplia vt numer. 12.

13 *Coniecturæ, & circumſtantiæ in materia ſubſcriptio-*

nis

nis testamentorum inspici soleant & præsertim, an subscribens sit prudens, vel simplex, ac in propriis negotijs sit negligens.

14 *Scientia contentorum in schedula ad testamenti validitatem in scriptis requiritur; ne sit in potestate scribentis alijs hæreditates contra testantium voluntates deferre.*

15 *Schedula subscriptio non operatur illius approbationem, quando dubium est an schedula uniformis sit menti testatoris.*

16 *Consensus in ignorante obtineri non potest.*

17 *Testamentum suppositum falsitati nullam fidem meretur.*

DECISIO CCXXXIX.

TERESIA licet Antonium virum sibi instituisset hæredem: attamen contra ipsum A.C. mandatum pro dotis restitutione in summa florenorum 4700. ad favorem Pōpilij hæredis ab intestato Teresiæ relaxanit, quod Rota in gradu appellationis coram me die 24. Martij præteriti pro duabus dumtaxat partibus exequendū fore decrevit: Reliduum verò ad formam Aiculani Statuti in dotalis lucri causam eidemmet viro attribuit, super cuius decisionis viribus hodie repropositō dubio, illas Domini censuerunt posse respectu lucri dotalis viro attributi, subsistere ex iuribus ibidem recensitis: necnon *pro reliquo dotis ex unico iterum fundamento* executionem decrevere ex insubsistentia scilicet testamenti, exinde resultanti, quod adimportunam Patris Berti suggestiones, necnon vt sese à vexationibus eximeret, signum Crucis Teresia lætali morbo laborans adhibuit in schedula, † cui nulla proindè fides in iudicio debet præstari; vt tradunt *Aym. cons. 117. numer. 2. & 3. Socc. Sen. cons. 129. num. 7. vers. & hanc opinionem comprobo l. b. 2. Cons. 1. in cap. cum tibi num. 4. de testament. Rot. in Senogallien. bonorum 30. Maij 1644 in ultimo §. coram Reverendissimo D. meo Decano.*

Suggestionem verò præfatam Religiosorū virorum bina depositio concludit, qui sese vti Testes schedulæ prædicti testamenti subscripserunt, latino idiomate exaratæ per Bertum, arctissimo amicitiæ vinculo Antonio annexum. Hi quippe in numero nono Summarij præteriti referunt eumdemmet Bertum folium conscriptum ferentem præ manibus, dum Teresia præ magnitudine morbi diversos eiulatus emittebat, ad ipsius accessisse cubiculum vbi ijdemmet Testes morabantur præbentes infirmæ solatium, ibique cum ea sequentia pertractasse: *Qui stà quel tanto, che V.S. m'hà ordinato: & à questo la medesima non rispose cosa alcuna: mà si bene si lamentava delli dolori, che patiua. Et il detto Padre Berti disse alla detta Teresia: E necessario, che V.S. confermi quel tanto, ch'io hò fatto, col segno della Croce. E Teresia à questa seconda richiesta rispose, che non poteua, ne sapeua fare il segno della Croce. Et il detto Padre replicando per la confermatione del Testamento, essa ricusaua di non potere, ne saperlà fare. E l'istesso Padre disse V.S. faccia così; e mettendoli la penna in mano, il Padre pigliò la mano di Teresia: e così fece il segno della Croce, tenendoli la mano detto Padre.*

2 Hinc fane † suggestionis probatio concludens elucet, vt adiecerunt in specie *Aym. con-*
3 *sil. 117. num. 3. vers. rursus*, vbi quod † si mulier graui morbo detēta priori interrogationi nihil respondeat: ex importuna postmodum suggestione responsum præbuisse censetur, *Soccin. Sen. cons. 129. num. 2.* Quorum opinio facilius in proposito casu sibi locum assumit, quo tunc Teresia decimum sextum suæ ætatis annum non dum excesserat: necnon maximæ simplicitatis, ac ignorantię conuincitur
4 extitisse, † quam coniecturam pro inualiditate testamenti à morti proximo ad interrogationem alterius editi ponderauit *Card. Mant. de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 6. num. 10.*, tum quia Teresia schedulam clausam immediatè Notario ex eiusdemmet Patris Berti impulsu consignauit, vt Testes superius recensiti concludunt in numero vndecimo prętęritę positionis, ibi: *E stando in Camera tutti li Testimonij il Padre Berti disse alla Signora Teresia è necessario, che V.S. consegni questo foglio al Notaro, e gli dica quì in questo foglio si contiene la mia volontà. E Signora Teresia rispose, che non poteua, ne sapeua dirlo, & il Padre rispose V.S. dica così: Qui dentro si contiene la mia volontà, e lei accompagnando l'istesse parole del Padre Berti consegnò il foglio al Notaro.*

5 Nec poterit obesse, quod † factio Testamenti, siue hæredis institutio à morti proximo ad interrogationem alterius edita consueuerit sustineri ex doctrina *glossæ in l. iubemus 29. vers. sed quid si alius C. de testam. Siluan. cons. 540 num. 9.* Siquidem adhoc vt valeat admitti præfata conclusio plurium concursus exquiritur.
6 Debet † enim absolutè importunæ suggestionis præsumptio cessare, concludenter in pro-
7 posito casu iustificata: necnon † plena etiam debet demonstratione innotescere præcedens
8 voluntas Testatoris ita disponendi, † quodue nomen hæredis ab interrogante palam exprimatur, vt tradunt *Alex. cons. 33. numer. 2. lib. 3. Aym. cons. 117. num. 1. cum seq. & cons. 516. num. 7. Ruin. cons. 8. num. 9, & 14. lib. 3. Surd. cons. 414. num. 54. cum seqq. Clar. in §. Testamentum quæst. 37. nu. 7. Card. Mant. de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. titul. 6. numer. 9. Thesaur. Iun. quæst. Forens. 99. num. 6. & 7. cum seqq. lib. 2. Rot. post primum volumen consiliorū Farinacc. decis. 139. nu. 2. & in Senogallien. bonorum 30. Maij 1644. in vltimo §. coram Reverendissimo D. meo Decano.* Quorum neutrum in proposito casu concurrit, dum non ostenditur ex aduerso à Teresia ordinatum Berto, vt suam ipse in scriptis ad viri favorem redigeret voluntatem. nec schedula includens nomen hæredis illi lecta conuincitur antequam foret clausa assignata Notario.

9 Nec vrget, quod ex subscriptione, † cuius vices signum Crucis coram duobus Testibus adhibitum consueuit obtinere, Testator præsumatur omnia expressa in schedula antecedenter per legisse, donec exhibeatur contrarium, vt addunt *Ias. in l. si ita stipulatus 126. §. Chrysogonus n. 14. ff. de verb. obligat. Aym. cons. 125.*

num.

numer.11. Rain.conf.193.num.1. & 6.lib.2. Altograd.conf.58 n.10.& 26.lib.2.Clar in §.Testamentum quæst.14.nu.4.Add.ad Buratt.decis.474.nu.23.
10 *Rot.decis.263.nu.16.part.4. tom.2. recent.* † Præsertim quoties aliquo tẽporis intervallo scripturam genes se retinuerit, vt *not. Alex. in consil.147.nu.3. cum seqq. lib.2. Menoch. de præsumpt. lib.3.præsumpt.60.numer.26 Rot. in Romana legati 10.Martij* 1661. §. *hæc autem coram me*.

Dum enim in proposito casu agebatur de muliere litterarum penitus ignara, nequit admitti præfata præsumptio: Et minus, quod Pater Bertus tenorem schedulæ recensuerit Teresiæ antequam illa signum Crucis ibidem exprimeret. Cum præsumptio hæc ex depositione Testium omninò elidatur, qui dum attestantur Bertum, postquam ad cubiculum Teresiæ accesserat habens præ manibus schedulam alibi conscriptam, verba superius recensita protulisse, videlicet: *Qui fà quel tanto, che V.S. mi hà ordinato, è necessario, che lo confermi col segno della Croce, &c.*, necnon etiam quod absoluto præfato ratiocinio ad ipsius suggestionem Teresia se signo Crucis immediatè
11 subscripsit: † schedulæ enarrationem in Berto per necesse excludunt, vt tradit in terminis *Imol. in l. si ita stipulatus* 126. §. *Chrysogonus n.10.post med., ibique Alex.nu.3., ff. de verb.obligat.*
12 Inspecta † præsertim simplicitate Teresiæ, ac magnitudine morbi, ob quem ratiocinia illa
13 ægre ferebat. † In huiusmodi enim materia coniecturæ ac facti circumstantiæ inspici solent, & potissime vtrum subscribẽs prudentia præpolleat, vel simplex, ac in propriis negligens negotiis existat, vt addunt *Imol. in relata l.si ita stipulatus §.Chrysogonus n.10., ibique Alciat. nu.11.& 12. Alex.nu.3. ante med. ff. de verb.obligat. Menoch.de præsumpt.lib.3.præsumpt.56.n.28.& 29 Rot.decis.263.nu.17.& 18.part.4. tom.2. rec.*

Hinc videntur vires Testamenti corruere ne dum ex importuna suggestione Berti: sed etiam quia exclusa notitia schedulæ in Teresia, ad huius validitatem Testamenti in scri-
14 ptis absolutè requisita, † ne in scribentis potestate resideat hæreditates aliis contra Testantium voluntates deferre, vt tradit *Spad.conf.92. nu 16 vers. sed ex his, & n 20.& 21.cum seqq.vol.1 Rot.decis.263.nu.15, par.4.tom.2.recent.* incertitudo consurgit, vtrum schedula dispositionem
15 vniformem præseferat Teresiæ † voluntati, cuius proindè subscriptio schedulæ approbationem operari nequiunt ex *theorica glossæ in cap. si quis presbyterorum 6. verbo subscripserit de reb.Eccles.non alien.*, vbi eam rationem ad-
16 ducit, quod in ignorante non valet admitti consensus *Add. ad Bald.in l.vltim. C. plus valer. Angel.in l si ita stipulatus §.Chrysogonus nu.2.& 3. ibique Alciat.nu.9.Imol.nu.10. Alex. num.3., ff. de verb obligat. Felin.in cap.quoniam contra 11.nu.45. de probat. Menoch de præsumpt. lib.3. præsumpt.66. nu.21. Mascard.de probat.concl.1341.nu.16.& 17. Spad.ad dictum conf.92.n.16.& 20.cum seqq.lib.1. Rot.decis.241.nu.15.part.4.tom.2.& decis.159.nu. 12.part.6.recent.*

In quam Domini sententiam eò facilius inclinarunt, quod Bertus absolutionem peccatorum præcedenter Teresiæ denegauerat impartiri, vt sub hoc clypeo timoris ipsam impelleret ad propriorum bonorum donationem Antonio Viro, ac Annæ ipsius sorori exhibendam, vt binę mulieres conuincunt referentes post denegatum sibi peccatorum absolutionem cum lachrymis id in Ecclesia Teresiam exposuisse. Quæ sanè Testes de auditu licèt nequeant plenam probationem in graue Berti detrimentum constituere: Dum tamen hæc factio Testamenti suppositioni admodũ, ac falsitati subiecta, conscriptoris schedulæ integritati potissimum inhæret; nequit infi-
17 ciari, quin † Berti fides diminutionem exindè assumat, ita vt nulla debeat schedulæ præfatæ fides adhiberi, vt responsum fuit *in Aesina bonorum 31.Martij 1659. §. quæ eo facilius coram me*.

Et ità vtraque, &c.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO, Nunc. S. R. Eccles. Cardinali.

Romana Hæreditatis.

Veneris 16.Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus restituere pluribus expresse nominatis, an satisfaciat nominando vnum, & quid agere debeat si sit grauatus restituere familiæ. Substitutio quando confertur in liberam voluntatem alterius an fust ineatur. Facultas expressa à testatore hæredi concessa examinatur, & tacita ponderatur.

SVMMARIVM

1 *Bona restitutioni obnoxia non possunt ab hærede contraria dispositione iterum grauari.*
2 *Hæres obligatus restituere pluribus expresse nominatis non satisfacit nominando vnum.*
3 *Hæres grauatus restituere familiæ dummodo relinquat vni potest alios omittere.*
4 *Hæres grauatus non potest in aliorum præiudicium vnum eligere, nec satisfacit voluntati testatoris, quando idem plures personas, & lineas specialiter expressit.*
5 *Dictio* putchè *modificat dispositionem precedentis, eamque qualificat secundum nouas conditiones.*
6 *Interpretatio qualibet est fumenda pro contrarietate euitanda.*
7 *Facultas expressa à testatore hæredi concessa, vt valeat vni parum, aut nihil relinquere non extenditur quod omnes potuerit priuare.*
8 *Facultas tacita testatoris, qui descendentes ex duabus lineis in numero plurium vocauit nullo modo ad vnum restringi voluisse censetur, ita vt hæres valeat vni omnia bona hæreditaria conferre.*
9 *Distinctus modus loquendi plurimum inseruit pro arguenda dispositionum diuersitate.*
10 *Verba* dando ad vno molto, ad vn'altro poco, ò niente *non tribuunt absolutam facultatem grauato, sed restrictam, & à iure regulandam.*
11 *Arbitrium meræ voluntatis, quando aliquid arbitrio alicuius committitur, non censetur concessum, sed*

ſed ad arbitrium boni viri reſtringitur & nu. 12.

13 *Subſtitutio quoties confertur in liberam voluntatẽ alterius non ſubſtinetur.*

14 *Verba, quæ ſubſtantiam diſpoſitionis non tangunt, de iure permittuntur.*

DECISIO CCXL.

BONAE me. Virgilius Spada in ſuo, cum quo deceſſit Teſtamento, diſponẽdo tàm de bonis proprijs, quàm etiam de bonis prouenientibus ex hæreditate q. Pauli Patris, hæredem vniuerſalem Inſtituit Dominum Marchionem Horatium ex Franciſco Fratre prædefuncto Nepotem. Quia verò DD. deſcendentes ex Iacobo Philippo altero fratre Teſtatoris contendebant quoad bona Pauli diſpoſitionem huiuſmodi non ſubſtineri, attento fideicommiſſo per d. Paulum ordinato ad fauorem, tàm Iacobi Philippi, quàm Franciſci, & vtriuſque deſcendentiæ, pluribus inter ipſos, & d. D. Marchionem Horatiũ ſuper hoc ortis differentijs, priùs dubitaui, ſuper manutentione, & ſucceſſiuè ſuper immiſſione, & in vtroque dubio prodijt reſolutio ad fauorẽ hæredis ſcripti vt in deciſionibus editis 4. Iulij 1663. & 23. Ianuarij 1664. In quibus cum exceptio dicti fideicommiſſi q. Pauli fuiſſet reiecta ad petitorium. Ideò reaſſumpta diſputatione hodiè quæſitum fuit, An Bona Pauli cadant ſub diſpoſitione Virgilij in totum, vel in parte, & Domini reſponderunt illa non cadere in totum.

Quemadmodum enim dubitari non poteſt de fideicommiſſo à Paulo ſuper bonis de quibus agitur ordinato ad fauorem Iacobi Philippi, & Franciſci eorumque deſcendentium per lineam maſculinam, vt clarè liquet ex Verbis Teſtamenti, ibi: *ſi come ordina diſpone, e comanda, che il ſopr iuente debba reſtituire alla morte ſua, alli Signori Giacomo Filippo, e Franceſco altri loro fratelli, & à deſcendenti loro per linea maſculina, tutti li ſtabili luoghi di monti non vacabili, e cenſi, che ſi troueranno nell' Eredità come ſopra.* Ità quoque Virgilius, qui tanquàm vltimus ad formam dicti præcepti reſtituere tenebatur omnibus maſculis ex vtraque deſcẽdentia, non poterat in præiudicium aliorum, vnum tantùm vocare, prout fecit inſtituendo Marchionem Horatium filium Franciſci cæteris deſcendentibus ex Iacobo Philippo
1 excluſis; † non ſolùm quia bona reſtitutioni obnoxia non poſſunt ab Hærede contraria diſpoſitione iterùm grauari, vt tradit *Molin. de primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 1. nu. 2. Peregrin. conſil. 38. nu. 4. lib. 3. cum alijs allegatis in Romana fideicommiſſi de Boncompagnis 22. Martij 1662. §. nec facit coram R. P. D meo Beuilaqua & in Firmana Primogenitura 15. Maij eiuſdem Anni coram R. P. D. meo Veroſpio §. ratio verò.*

2 Sed † etiam quia obligatus reſtituere pluribus expreſsè nominatis, non ſatisfacit nominando vnum *iuxta Doctrinam Bart. in l. 1. n. 1 ff. de opt. legat. quam ſequitur Rota deciſ. 299. num. 6. par. 3. recent. Card. Seraph. deciſ. 874. nu. 2. in Romana Succeſſionis 3. Nouembris 1608. coram Ortembergo & in d. Romana fideicommiſſi de Boncompagnis dicto § nec facit verſ. omnis remouetur difficultas.*

Et licet contrarium ad mittatur, quando
3 quis eſt grauatus reſtituere familię, † quo caſu vni reliquendo poteſt alios omittere, *vt per text. in l. vnum ex familia. §. ſi falcidia, ff. de legat. 2. dictum fuit in Romana renunciationis 23. Iunij 1651. coram me*; non † tamen procedit, vbi
4 teſtator, prout hic plures perſonas, & lineas particulariter expreſſit: Tunc enim non licet grauato vnum dumtaxat in aliorum præiudicium eligere, cui ſoli reſtituendo non dicitur ſatisfactum voluntati Teſtatoris, *vt diſtinguendo firmatur in dicta deciſione Card Seraph. 874. dicto nu. 2. & in dicta Romana renunciationis coram me, § obiectum enim, verſic. vel ſi nominatim.*

Non obſtat, quod idem Paulus remiſerit arbitrio ſuperuiuentis electionem perſonarum, ibi: *In oltre dichiara, che non preſcriue accertatamente in quali Teſte habbiano à ritornare li beni ſtabili Monti, e Cenſi che haueranno à ritornare per queſte ſue ordinationi alli Signori Giacomo Filippo, e Franceſco, e loro deſcendenze maſculine, ma laſcia in arbitrio dell' vltimo ſopraviuente, di ritornarli in quelle Teſte, che più le parerà, e piacerà.* Etenim cum ex his appareat de eni xa Teſtatoris voluntate ſuperius expreſſa, & hic quoque repetita circà reſtitutionem ad fauorem vtriuſque deſcendentiæ, arbitrium huiuſmodi cenſetur datum ad effectum, vt eſſet in poteſtate grauati præeligere capita in qualibet deſcendentia, non autem, vt poſſet vnam deſcendentiam in totum excludere vt benè idem Teſtator dictum Arbitrium moderando, immediatè ſe declarauit ibi: *purche vadano nelle perſone dell. Signori Giacomo Filippo, e*
5 *Franceſco è di loro deſcendenze maſculine*, quę † dictio *purche* eſt modificatiua precedentis diſpoſitionis illamque, ſecundum nouas conditiones qualificat, & reſtringit *Dec. in cap. ex litteris num. 51. verſ. vnde ſecundo & nu. 52. de conſtit. Rot. deciſ. 777. in fin. part. 2. deciſ. 247. num. 26. par. 3. & deciſ. 329. nu. 31. par. 6. recent.*

Idque faciliùs, quia nõ eſt veriſimile quod Teſtator poſt ordinatum fideicommiſſum fauore deſcendentię Iacobi Philippi toties repetitum, & tàm magnõ verborum apparatu conſtitutum, voluerit tribuere arbitrium hęredi grauato, vt illud poſſet ad libitum deſtruere, ac ſuam precedentem diſpoſitionem euertere; alias enim admitteretur in eodem
6 actu correctio, & contrarietas, † ad quam euitandam, quęlibet ſumi debet interpretatio *per text. in l. non ad ea 88., ff. de cond. & demonſtrat.*

Sicut etiam non vrgent alia verba ſequentia ibi: *dando ſe così li parerà ad vno molto, ad vn altro poco, niente volendo ciò laſciare del tutto nell' Arbitrio, e volontà di detto vltimo ſopraviuente, quale ſi contenta, che poſſa fare ſuantaggio, à chi meno meriterà, e vantaggio à chi più ſempre ad arbitrio, e volontà ſua.* Quia retento eodem Themate non videntur importare talem facultatem, vt vltimus ſuperſtes valeat ad libitum, alteram ex duabus deſcendentijs à Teſtatore

voca-

7 vocatis penitus excludere : † Expressa enim in dictis Verbis huiusmodi facultas non legitur, quia Testator permittendo, quod hæres valeat vni parum, aut Nihil relinquere non
8 indè dixit, quod potuerit omnes † priuare ; Tacita verò facultas subintelligi non potest, resistente clara voluntate disponentis sæpius iterata, qui descendentes ex duabus lineis, vocando in numero plurali, nullo pacto restringi ad vnum voluisse censetur *Bald. in l. Iubemus §. si autem numer. 2. C. ad Trebell. Molin. de primog. hispan. lib. 2. cap. 4 num. 55. in fin. vers. & si in plurali eligendi facultes in dicta Romana successionis coram Ortembergho §. 1. in fin. vers. deindè verba pluralis numeri, & in dicta Decisione 299. numer. 6. in fin. part. 3. recent.*

Quod Paulus respexerit descendentias, & personas in numero plurali, non autem voluerit vnum tantum admitti, magis apertè desumitur ex eò, quod vbi voluit concedere hanc facultatem tribuendi totum vni id expressè declarauit, prout fecit in casu, quo Franciscus deficeret sine filiis ibi : *vuole, & ordina, che vadino nel Signor Giacomo Filippo, e sua descendenza masculina, però à quello, ò quelli, che più parerà à lui, compiacendosi di lasciarlo in libertà di disporre, in chi più à lui parerà, purche ne disponga nel Signor Giacomo Filippo, ò in vno ò più della descendenza di lui Summar. impress. littera D.*

9 Qui † diuersimus modus loquendi plurimum deseruit, pro arguenda diuersitate dispositionum *Surd. conf. 425. num. 1. Add. ad Gregor. dec. 301. num. 18. Rot. coram Merlin. decis. 800. num. 11.*

10 Præterea † verba præfata *dando ad vno molto, ad vn' altro poco, ò niente* non sunt apta tribuere liberam, & absolutam facultatem grauato, sed solùm restrictam, & moderatam, ac à lu-
11 re regulandam, † Tùm quia vbi aliquid confertur in Arbitrium alicuius non censetur illi datum plenum Arbitrium liberæ, ac meræ voluntatis, sed quasi bono viro eidem potius commissum videtur, & sic ad arbitrium boni viri restringitur *per text. in l. fideicommissa, S. fit fideicommissum versic. quamque, ff. de l. 3. Abb. in cap. quintauallis numer. 12. ante fin. vers. & ego put. de iur. iur. Soc. sen. in l. vtrum 8. §. cum quidam numer. 11. in fin. ff. de reb. dub. cum alijs per Merlin. decis. 193. nu. 1.*

Tùm etiam quia hanc facultatem fuisse restrictam, & limitatam ; comprobant verba Testamenti superius recensita ibi : *quale si contenta, che possa far guantaggio, à chi meno meriterà,*
12 *e vantaggio, à chi più*, † Ex quibus patet Arbitrium, vt supra concessum superstiti, non esse ad libitum suæ voluntatis exercendum, sed quidem regulandum, à meritis, vel demeritis vnius cuiusque ex vocatis. *Menoch. cons. 369. num. 14. & in his terminis Peregrin. de fideicommiss. art. 33. nu. 65. vers. item valet relictum.*

Cuius quidem Arbitrij exercitium, eò magis in proposito redditur irrationabile, nedùm quia Virgilius non ob demerita, motus fuit ad excludendum DD. Descendentes ex Iacobo Philippo, cùm potius in eius Testamento singulariter eos commendauerit ; sed etiam quia Paulus fideicommittens, maiorem Animi propensionem semper ostendit erga lineã Iacobi Philippi, vt colligitur ex toto contextu Testamenti, & signanter vbi per modum consilij proponit forsan forè opportunum, plantari Ramum suæ familiæ in Vrbe ibi : *ne lascia di mettere in consideratione, ma non in iuffione, che sarà forsi à proposito, & adequato al stato di Casa &c. di piantare vn Ramo di perpetuità della sua Casa &c. in Roma, e considerando il stato presente, dice, e dichiara, che inclinaria più presto alla descendenza numerosa, del Signor Giacomo Filippo, e così crede, che loro siano per fare, e che non operà in ciò punto l'affetto d'esserli l'altro fratello ex vtroque Summar. impress num. 1. littera N, & littera O.* Quinimò personam Fraciſci fuisse Paulo minùs dilectam desumi potest ex declaratione eiusdem Pauli, qui prohibendo bonorum alienationem dixit se habere causam priuandi Franciscum sua legitima *dicto Summar. littera C.*

Non obstante quod Paulus in alia parte Testamenti dixerit : *E lascia nella mente, e spirito d'esso Padre Virgilio il spirito proprio in tutto, e per tutto d'esso Testatore.* Vltrà quod enim hæc verba respiciunt facultatem declarandi verba ambigua, & obscura Testamenti, quam Testator immediatè antè attribuerat eidem Virgilio ; Adhuc non possent importare facultatem alterandi substantiam † dispositionis,
13 ùbi quoties substituio confertur in liberam voluntatem alterius, non substinetur, vt consuluit *Paris. consil. 38. per tot. lib. 3. Peregrin. de fideicom. art. 33. numer. 52. & seq. Rota decis. 350. num. 4. & seqq. part. 6. recent.* Ideoque verba præfata videntur solùm tribuere facultatem distribuendi bona inter vocatos, ac illos ex vtraque descendentia magis præeligere,
14 quæ † cùm non tangant substantiam dispositionis de Iure permittuntur *iuxtà Theor. Bartol. in l. illa institutio num. 1. ff. de hæred. instit. Mohed. decis. 6. de testam. & in Bonon. fideicommissi de Monterentijs 27. Iunij. 1657. §. denique non relinquat coram bon. mem. Dunozetto.*

Quò verò ad assignationem bonorum, vt prætenditur præuentiuè factam eisdem DD. descendentibus ex Iacobo Philippo, & quoad deductionem annuorum scutorum 8000. ad fauorem vxorati in Vrbe, aliasque prætensiones deductas pro parte dict. Marchionis Horatij Domini dixerunt non esse præsentis Inspectionis, nam ex prædictis censuerunt solum bona Pauli non cadere in totum sub dispositione Virgilij. An autem in qua parte cadant particulari disputationi reseruarunt.

Et ita vtraque parte informante decisum fuit, &c.

R. P. D.

R. P. D. EMERIX.

Viterbien. Gabellæ.

Veneris 23. Ianuarii 1665.

ARGVMENTVM:

Societas pro illius subsistentia scripturam non requirit, & ista vnde probari valeat, & ex quibus arguatur. Testes etiam singulares causã scientiæ reddentes bene, ad effectum, de quo agitur, probant.

SVMMARIVM.

1 *Contractus Societatis pro eius substantia, nullam requirit scripturam.*
2 *Societas bene probatur ex actionibus consensum siue expressum, siue tacitum, siue coniecturalem, vtriusque partis importantibus.*
3 *Socius si talis non fuisset ordinem faciendi solutionem à consocio non recepisset, & nn. 5.*
4 *Socius cessante societate ad grauamina societatis adimplenda non tenetur.*
6 *Socius quod talis sit ex quo deprehendatur.*
7 *Testes licet singulares causam scientiæ reddentes bene probant.*

DECISIO CCXLI.

POST Contractam Societatem Dealbationis Ceræ inter Paulũ, & Fratres de Cioffis, & Thomam Porticellam, & Vincentium Galerã, idem Porticella sub fideiussione Hieronymi Cioffi, & Domini Vincentij, conduxit pro se, & Socijs subappaltum introductionis Ceræ in Ciuitatem Viterbij, & nominauit per Apocam priuatam in socium Dominum Vincentium. Prætendentibus autem postea Porticella, & dicto Vincentio solutionem à Cioffis Gabellæ Ceræ illatæ in Ciuitatem Viterbij, ad vtilitatem communis Societatis Dealbationis, & iſtis etiam recusantibus sub prætextu, quod essent comprehẽsi in subappaltu, fuit super dd. controuersijs introducta lis, & diuersæ ad fauorem vtriusq; partis prodierunt Sententiæ, à quibus tandem deuoluta Causa ad Rotam, dubitaui, An Cioffi sint comprehensi in dicto subappaltu? & Domini affirmatiuam amplexi sunt Sententiam. Fundamentum resolutionis fuit, quia licet Cioffi non sint expresse nominati in Instrumento subappaltus inito inter Porticellam, & generalem Appaltatorem, attamen † cum Contractus Societatis sit de illis, qui pro eorum substantia nullam requirunt scripturam, *l. 2. ff. de obligat. & action. & Inſtit. de obligat. & consens. in princ.* satis est, quod † probetur ex actionibus importantibus consensum vtriusque partis sinè expressum, siue tacitum, & cõiecturalem, *Cyriac. contro. 304. num. 74. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 56. num. 3. & 4. Michalor. de Fratr. quæst. 1. cap. 19. num. 3. Capyc. Latr. decis. 189. nn. 24. Rota decis. 90. nn. 6. coram Durante.*

1 2 3 4 6 7

De tali autem consensu ex pluribus visum fuit constare in præsenti. Primò, ex eo quod tàm Porticella, & Galera subappaltatores, quã Mancinus Generalis Appaltator Cioffos, vt comprehensos in subappaltu reputarent, vt de tali reputatione Generalis Appaltatoris appareret ex ordine, quem ipse pro solutione responsionis subappaltus direxit Cioffis, dicto Summario *num. 5.* Huiusmodi enim † ordinem, nec Cioffi recepissent, nisi fuissent Consocij; nec Appaltator illis direxisset, nisi eos tales reputasset, cum alias † cessante Societate ad illius solutionem non tenebantur.

Secundò, ex eo quod omnes solutiones à Cioffis, Mancino Generali Appaltatori fuerint à Martinello præposito Societatis dealbationis Cæræ descriptæ in Libro sociali ad debitum tàm Porticellæ, & Galeræ, quàm eorumdem de Cioffis Consociorum in dicta societate dealbationis, quod † vtique non fecisset, nisi etiam omnes fuissent Consocij in subappaltu Gabellæ, vt in simili arguit *Rota decis. 183. num. 6. & seqq. par. 7. recen. coram Buratt. decis. 113. nn. 30.*

Tertiò, ex eo quod Custodes Portarum Ciuitatis, mittebant ad Cioffos inferentes Cerã, & isti ab eis Gabellam exigebant, vt deponũt Testes, dicto Summario *num. 6.* quas exactiones, cum nec Cioffi facere potuissent, nisi fuissent comprehensi in subappaltu, nec etiam Porticella, & Galera tolleraſſent. Ex † his similiter bene infertur ad eorum comprehensionem, licet in Instrumento subappaltus non fuerint nominati, iuxtà ea, quæ tradunt *Mascard. de probat. concl. 1313. nn. 8. Roman. cons. 418 per tot. Anchar. cons. 149. nn. 3. & alij per Mascard. adducti.*

Et demum ex depositione eorundem Testium, Summario *num. 8.* asserentium, dictum subappaltum fuisse etiam cõmunicatũ Cioffis, & reddẽtium optimas rationes, quod scilicet Ministri cõmunes præerant introductioni Ceræ, exigebant Gabellas, & appaltum soluebant, qui † Testes licet singulares cum deponant de actibus socialibus, & reddant causam scientiæ, benè probant Societatem, *Corn. cons. 134. nn. 1. lib. 1. Gabr. de Testibus concl. 2. nu. 43. Felic. de Societ. cap. 13. nu. 8. Rota coram Burat. dec. 253. n. 6.* nõ obstãtibus aliis Testibus à Porticella adductis, quibus vti negantibus, minus est credendum.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. OTTALORA.

Vallisoletana Matrimonij.

Veneris 23. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Sponsalia inter Coniunctos in Quarto Gradu, inutiliter contrahuntur. Matrimonium non tenetur contrahere is, qui stante Copula condemnatus fuit ad Dotem stupratæ constituẽdam, vel illam desponsandum, & Dotem soluit, quæ acceptata à fœmina, sponsalibus renunciasse videtur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas ex defectuum reuolatione appa-*

2 *Sen-*

2 *Sententia iniustitiæ ex decisionibus in causa facilis liquet.*

3 *Sponsalium probatio debet esse plena, & concludens.*

4 *Apoca non recognita per Testes, qui illam scribere viderint, non probat.*

5 *Apoca Sponsalium debet rigorosè recognosci.*

6 *Testes deponentes de non conscriptione Apoca manu illius, de qua quæritur, fidem totalem Apoca auferunt.*

7 *Sponsalia inter Coniunctos in Quarto Gradu, inutiliter contrahuntur.*

8 *Sponsalia etiam si contraherentur sub reservatione dispensationis Apostolicæ, & illa supervenerit, locus est pœnitentiæ.*

9 *Papa dispensando non habet ratum, quod actum est, sed tantum licentiam impartitur.*

10 *Matrimonium contrahere non tenetur is, qui condemnatus ad desponsandum, vel constituendam dotem, ipsam dotem soluit.*

11 *Pœna desponsationis contra stupruntem, est non præcisa, sed causatiua.*

12 *Fœmina stuprata recipiens Dotem, ad quam soluendam, vel ad ipsam desponsandam, vir condemnatus fuerat sponsalibus renuntiasse videtur.*

13 *Matrimonium illud non est contrahendum coactè ex quo scandala, & mali exitus oriri possent.*

DECISIO CCXLII.

SENTENTIAM Rotalem à Reuerendiss. Domino meo Decano, qua pronunciatũ fuit Gregorium de Victoria, non esse compellendum ad virtute Sponsalium contrahendum Matrimonium cum Philippo Canotto tamquam validam, & iustam censuerunt DD.
1 confirmandam † validitas enim ex Actorum
2 reuolutione constat, iustitia † verò liquet ex decisione præcedenter edita die Lunæ 23. Iunij 1664.

3 Sponsalia siquidem non obstant, nam cum de illis debeat plenè, & concludenter constare *cap. 1. & ibi glos. de clandest. desponſ. Dec. conſ. 133. nu. 2. Rota in Colonien. Pratenſi Matrimonij 27. Martij 1662. coram Eminentiſs. Card. Celſo, in principio,* Talis probatio nõ resultat ex Apoca promissionis conscripta à Gregorio, dum † non fuit
4 formiter recognita per Testes, qui viderint illam scribere, & sic caret legitima, & rigorosa
5 recognitione † in huiusmodi Scripturis necessaria, *Rota coram Buratt. deciſ. 143. num. 27. & ibi Adden. litt. E. & in diſta Colonien. Pratenſi Matrimonij*, §. *vndè*, † attenta præsertim negatione Gregorij, & Testibus deponentibus, non esse illius manu conscriptam, & quod de facto suspectum habeat, vt dictũ fuit in *Vlixbonen. Matrimonij 22. Iunij 1613. coram Card. Sacrato*, qui ad stylum Curiæ de recognitione facienda per Testes habentes notam manu abundè respondet.

7 Deinde cum Gregorius, & Phillippa sint coniuncti in Quarto Gradu Sponsalia inter eos inutiliter contracta fuissent, *cap. non debet. de Conſanguin. & Affinit.* adeout † etiam si contraherentur, sub reservatione Dispensationis
8 à Sede Apostolica obtinendæ, & illa superuenerit locus esset pœnitentiæ, iuxta veriorem opinionem de qua relatis contrarijs, latè *Gutier. Canonic. quæſt. lib. 22. num. 18. & ſeqq.* Papa
9 enim † dispensando non habet ratum, quod gestum est, sed tantum contrahendi licẽtiam impartitur, vt dictum fuit *deciſ. 603. nu. 20. par. 5 recen. Burat. deciſ. 203. num. 6, cum alijs adductis in deciſione in hac Cauſa edita 23. Iunij 1664. §. preterea quod, coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

10 Accedit quod Gregorius Sententia Iudic. Criminal. fuit condemnatus ad desponsandã Philippam, vel constituendam Dotem, quæ cum fuerit soluta ad Matrimonium non te-
11 netur, pœna enim † desponsationis contra stuprantem est non præcisa; sed causatiua, vt ex Sententia communi Iudiciorum recepta pluribus congestis firmat *Barboſ. in cap. ſi deduxit, de adulter. & de ſtupr. nu. 7. & in ſpecie Rota de-*
12 *ciſ. 779. par. 4. diuerſ. ex nu. 5.* itaque † cum Philippa Dotem receperit, Sponsalibus renũciasse videtur, vt dixit *Rota in Cordulen. Matrimonij 21. Maij 1663. §. preterea dom Maria, coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Demum cum Gregorius à Philippa fuerit Criminaliter recusatus vnius anni spatio carceratus, & graues expensas sublinuerit verisimiliter inter eos orta fuerit inimicitia, & o-
13 dium, ex † quibus cum possint oriri scandala, & mali exitus, nõ est cogendus Matrimonium contrahere. *DD. in cap. ex literis, de ſponſal. Gabr. conſ. 186. lib. 2. Menoch. conſ. 786. num. 2. cum cumulatis per Marc. Anton. Maceraten. var. reſolut. lib. 1. reſolut. 28. num. 8. Rota coram Buratt. deciſ. 311. & ibi Adden. cum alijs, &c.*

Et ita vna tantum, &c.

R. P. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Perusina Bonorum Sancti Archangeli.

Ven. 23. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Testibus benè informatis, & de publica voce, & fama deponentibus, etiam furto diffamatis, dummodo Sententia condemnatoria secuta non fuerit, creditur Liber priuatus quando probet.

SVMMARIVM.

1 *Dominium probanti debetur manutentio.*

2 *Colonus partiarius proprijs sumptibus terras excolendas accipit.*

3 *Fructus inter Colonum partiarium, & dominum fundi æquis portionibus diuidi debent.*

4 *Liber licet priuatus, tempore non ſuſpecto conſcriptus, & legitimè recognitus, benè probat.*

5 *Testes tanquam benè informati de publica voce, & fama deponentes, probare non dubitatur.*

6 *Fructus præſumuntur percepti ad rationem in locationibus conuentam.*

7 *Testis etiam de furto diffamatus, niſi ſit condemnatus, fidem non amittit.*

Amplia, quod fortius procedit, quando examen diffamationem

nationem per plures annos præcesserat, & alijs adminiculis, suppletur illius fides, nu.8. & 9.

10 *Testes non coarctantes negatiuam, nec concludentes, quod aliter fieri non potuerit, quin ipsi scirent, non attenduntur.*

11 *Testes melius informati, & ex pluribus adminiculati alijs, sunt præferendi adminiculis destitutis.*

DECISIO CCXLIII.

IN DISPVTATIONE Dubij An esset stãdum, vel recedendũ à decisis in hac causa edita 17. Martij 1659. coram Eminentissimo Celso ordinatum fuit, quod videretur de bono iure, etiam ad effectum Manutentionis, super quo hodie reproposita Causa pro Sapientia Noua, responsum fuit; Nam bonum ius ipsi, & dominium directum bonorum, de quibus agitur, probatur ex antiqua cõcessione, & applicatione eidem Sapientiæ à fel. rec. Martino V. facta, & adminiculata ex depositionibus Testium, & Instrumentis Locatio-
1 num, de quibus infra, quæ † operãtur, vt homines Sancti Archageli dd. bona conducentes quęstionem dominij refricare non possint *l. si quis conductionis, C. de locat. Menoch. cons.* 711 *num.* 31. *Rota decis.* 222. *num.* 4. *part.* 8. *recent. & in Bonon. Legati* 22. *Iunii* 1661. *§. cum enim, coram Eminentiss. Celso.*

Quod quidem bonum Ius Sapientiæ assistere, visum est DD. pro recipienda à dd. hominibus, medietate fructuum de bonis in planitie existen. ac tertia parte de sitis in monte, quia tale onus probatur ex natura rei, Libro Factoris Abbatiæ antiquo, & formiter recognito, pluribus Instrumentis Locationum, ac demum ex depositionibus Testium ex natura bonorum; quia cum homines Sancti Archã-
2 geli sint Coloni partiarij, qui † propriis sumptibus Terras colendas accipiunt, fructus in-
3 ter † ipsos, & Sapientiam Dominorum fundi, quasi inter socios, nisi aliter conuentum sit; æquis portionibus diuidi debent, *l. si merces* 28 *§. ius maior. ff. locat. Menoch. cons.* 669. *nu.* 12. *& lib.* 7. *Caroc. de locat. par.* 5. *de oblig. quæst.* 3. *num.* 1. *fol.* 250. *& decis.* 104. *num.* 4. *in fin. Gail. obseru.* 23. *sub num.* 14. *vers. tertio limitatur, in Colono partiario, lib.* 2. *Peregr. de iur. fisc. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 32. *vers. ego autem.* Accedentibus præsertim partitis dicti libri, qui † licet priuatus, cum ab Officiali
4 ante motam litem, & tempore non suspecto conscriptus fuerit, concurrant mors scribentis, legitima recognitio, & alia adminicula probationis veritatẽ augent, vt limitando cõtrariam regulam tradunt *Bald. cons.* 140. *num.* 3. *lib.* 3. *Surd. decis.* 199. *numer.* 10. *Adden. ad Gregor. decis.* 79. *num.* 5. *Rota decis.* 322. *num.* 2. *& 3. par.* 3. *recen. Romana Pensionis Palatij* 22. *Iunij* 1648. *§. & primo, coram Reuerendiss. Papien. vbi alij referuntur, & in Romana, seu Veliterna Affictus* 22. *Martij* 1662 *in princ. coram R. P. D. Verospio.*

Et hanc veritatem respectu plani comprobant, non solum Testes in summario Sapien-
5 tiæ *num.* 2. qui † tamquam benè informati cũ fuerint Conductores bonorum Sapientiæ deputati ad assistendũ recollectę Coloni, & dicãt Colonos semper soluisse medietatem fructuũ & deponant de publica voce, & fama, bene probant, *Peregr. de Fideicomm. art.* 49. *num.* 143. *in puncto Rota decis.* 100. *nu.* 1. *par.* 4. *& in Comen. Beneficij* 18. *Februarij* 1661. *§. quo verò, coram R. P. D. Priolo, & in Camerinen. Pecuniaria* 10. *Martij* 1662. *§. tale autem, coram Eminentiss. Celso.* Sed etiam Instrumenta locationum, dicto summario *num.* 4. in quo bona recipiuntur à Conductoribus, cum obligatione soluendi medieta-
6 tem fructuum † ad quam rationem in locationibus conuentam, fructus præsumuntur percepti, vt alijs relatis dictũ fuit in *decis.* 139. *num.* 4. *part.* 8. *recent. Romana Deuolutionis Domus* 30. *Maij* 1659. *§. quod autem, & in Firmana fideicommissi* 23. *Maij* 1661. *coram me, in princ.*

7 Nec Testium fides minuitur ex eo, quod vnus ipsorum anno 1657. de furto diffamatus fuerit; Tum quia ad hunc effectum in Ciuilibus non sufficit simplex affirmatio, & carceratio, nisi etiam Sententia Condemnatoria sequatur, *Farinacc. cons.* 50. *num.* 25. *lib.* 1. *cum alijs per Rotam in Romana, seu Vercellen. fideicommissi* 6. *Aprilis* 1663. *§. fides autem, coram Reuerendiss. Vi-*
8 *ceconite*, quæ nec † etiam in præsenti posset operari, stante quod examen per plures annos diffamationem præcesserat, iuxtà *decis. Merlin.*
9 361. *nu.* 3. Tum † quia ex alijs adminiculis, & numero Testium eiusdẽ fides suppletur, *Alex. cons.* 149. *num.* 6. *lib.* 5. *Natt. cons.* 167. *nu.* 10. *Bald. cons.* 40. *num.* 4. *vers. sed quando habet, lib.* 4. *Adden. ad Buratt. decis.* 349. *littera A. Camerinen. Pecuniaria* 30. *Maii* 1661. *§. hinc parum, coram Eminentiss. Celso.*

Prout nõ releuãt Testes pro hominibus inducti, deponẽtes de perceptione medietatis de bonis tantũ existentibus subtus viam bubali. Quia omisso, quod non constat de existentia dictæ viæ, quæ in accessu Iudiciali reperta nõ
10 fuit, placuit Dominis responsio, quod † non coarctant negatiuam, nec concludunt, quod solutio de alijs bonis fieri non potuerit, quin ipsi scirent, vt requiritur ad hunc effectum, *Honded cons.* 90. *num.* 34. *& seq. lib.* 2. *Rota coram Eminentiss. Celso, & prater alios in prima decisione, §. nec refert, dict. fuit in Nouarien. Bonorum* 1. *Iulij* 1644. *§. secundus verò, coram bon. mem. Dunozetto, & in Neapolitana Funeralium* 27. *Iunii* 1661. *§. neque Hebdomadarij, coram R. P. D. Verospio*, & pro-
11 inde † præferendi sunt alijs pro Sapientia deponentes pro affirmatiua melius informati, & ex pluribus adminiculati. *Rota coram Mantica decis.* 366. *num.* 6. *decis.* 315. *num.* 8. *part.* 8. *recent. & sequendo decisionem, coram Eminentiss. Celso, in Fulginaten. Domorum* 26. *Maii* 1662. *§. sed &, coram R. P. D. Priolo, Burgen. Funeralium* 15. *Iunii eiusdẽ anni, §. non obstant testes, coram me, §. de tali autem.*

Quare cum solutio tertię partis de bonis sitis in Monte, non controuertatur, & possessio Sapientiæ resultet ex depositionibus Testium, & aliis de quibus suprà, responsum fuit, constare de eius bono Iure, etiam ad effectũ manutentionis, modo quo suprà.

Vtraque, &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO, nunc S. R. Eccles. Cardinali.

AEsina Fideicommissi.

Veneris 23. Ianuarii 1665.

ARGVMENTVM.

Testator ex quibus inducere voluisse censeatur perpetuum, & reciprocum fideicommissum, ad quod inducendum etiam coniecturæ admittuntur. Lineæ nomen, vti collectiuum aptum est includere omnes descendentes.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum quod ad alicuius fauorem sit purificatum, ex verbis Testamenti dignoscitur.*
2 *Substitutio vulgaris sub fideicommissaria continetur.*
3 *Substitutus per fideicommissariam mortuo hærede gratiato censetur, ac si immediate fuisset substitutus.*
4 *Fideicommissum reciprocum de linea ad lineam, vt inducatur requisitus, quod omnes fuerint vocati.*
5 *Coniectura ad inducendum reciprocum fideicommissum admittuntur.*
6 *Primogenitura de sui natura est successiua.*
7 *Testator constituendo Primogenituram, & faciendo digressum ad plures substitutionum gradus, & prohibendo bonorum alienationem censetur agnationi voluisse prospicere, & inducere perpetuum, & reciprocum fideicommissum, & nn. 8.*
9 *Verba in rem fideicommissum reale inducunt.*
10 *Linea tamquam nomen collectiuum omnes descendentes amplectitur.*

DECISIO CCXLIV.

IVLIVS de Amicis in Testamento condito anno 1591. constituit perpetuam Primogenituram, in Prædio, seu Villa di Fellonica, quam reliquit Alexandro fratri, ordinando tres Substitutiones; primam ad fauorẽ eius Primogeniti masculi, & descendentium Masculorum in infinitum; alteram ad fauorẽ Petri Simonis filij Claricis sororis eiusdem fideicommittentis, & Thomæ de Ghislerijs Coniugum, cum hoc, quod sumere deberet eius Cognomen, & Arma. In tertia verò vocauit Secundogenitum ex Angelo altero filio dd. Claricis, & Thomæ, casu quo dictus Petrus Simon deficeret sine filijs, & pariter iniungendo onus assumẽdi Cognomen Domus de Amicis, & successiuè idem Testator subdit, ibi: *In caso, che per mancamento di Linea non si potesse effettuare il sopradetto di Fellonica, e sua Villa, cada alla Santissima Casa di Loreto.*

Quia verò primo loco defecit Linea Alexandri, per obitum Francisci sine filijs, & pariter obijt Petrus Simon absque filijs, hinc ad instantiam Antonij Secundo Geniti ex Angelo, quæsitum fuit 4. Iulij 1635. coram bon. mem. Card. Hieronymo Verospio; An constaret de fideicommisso ad eius fauorem, & affirmatiua prodijt resolutio, qui cum lite pendente obierit relicto altero Antonio ex Angelo filio prædefuncto Nepote; iste prosequendo disputationem tàm contra hæredes Francisci filij Alexandri, quam etiam contra Almam Domum Lauretanam prætendens ad eius fauorem fuisse purificatum fideicommissum, obtinuit disputari dubium; An sit standum, vel recedendum à decisis, vel potius fideicommissum sit purificatum ad fauorem Almæ Domus, & pro eodem Antonio informante, resolutum fuit.

1 Etenim quoad primam partem dubij subsistunt fundamenta decisionis, quia fideicommissum fauore Secundogeniti ex Claricæ, desumitur ex verbis Testamenti, ibi; *Et in caso, che il detto Signor Pietro Simone manchi senza figli, voglio sii del Secondo Genito, del Signor Angelo suo fratello carnale, purche egli lasci il Cognome de' Ghislerii, e si chiami degl' Amici*, non obstante, quod Petrus Simon decesserit ante obitum filiorum Alexandri, primo loco substitutorum quia licet fuerit caducatus gradus Petri Simonis, & per eius prædecessum, non tamen deficit conditio substitutionis ad fauorem filio-
2 rum Angeli, nam † ex vi vulgaris, quæ sub fideicommissaria continetur, *Bart. in l. Centurio nu. 32. ff. de vulg.* subintrando † in locum Petri
3 Simonis perinde censetur, ac si immediatè filij Alexandri fuerint substituti. *Idem Bart. in l. quamdiu 68. num. 10. vers. Item facit, ff. de acquirend. Gratian. discept. forens. cap. 979. num. 21. & seqq. Rota decis. 201. num. 6. & sequen. part. 8. recent. Interamnen fideicõmissi 26. Februarii 1654. coram R. P. D. meo Bevilaqua cum aliis relatis in decis. §. & quidem.*

Neque dubitari potest, quin onus fideicõmissi iniunctum omnibus de linea Alexandri fuerit repetitum ad fauorem substitutorum
4 in sequen. gradibus. Quamuis † enim explicitè non concurrant omnia requisita ad inducendum fideicommissum reciprocum de linea ad lineam, quod scilicet omnes fuerint vocati, substitutio sit facta vltimo morienti, & de toti hæreditate, vt tradunt DD. in *l. hæredes mei 17. §. cum ita, ff. ad Senat. Consult. Treb.* Plures autem in proposito concurrunt con-
5 iecturæ, quæ † ad inducendam reciprocam admittuntur etiamsi prædicta requisita non cõcurrant, vt dixit *Rota coram Merlin. decis. 326. num. 16. in Terrasinen. fideicommiss. de Pilarcys 13 Maii 1648. coram Reuerendiss. Ghisterio Episcopo Imolen. confirmata coram Eminentiss. Card. Ottobono decis. 177. per tot. cum alleg. in Bonon. Bonorum 27. Ianuarii 1662. coram Reuer. P. D. meo Albergato.*

8 Ex coniecturis, quæ singulariter recensentur in decisione vltra constitutionem Primogenituræ de sui natura successiuæ contẽplationem agnationis, veræ, & fictæ, & digressum ad plures gradus substitutionũ præcipuè placuit DD. ptohibitio † alienationis per Testa-
7 torem facta de Prædio controuerso ad dictã rationem per eum expressã, ibi; *Perche lo voglio, che quella Villa, Possessione sopradetta perpetuamente sii Primogenitura di uno di Casa delli Amici, e non potendo nelli Maschi, trascenda nella Linea Feminina, come hò detto di sopra.* Hæc enim

ratio

a ratio † plurimum deseruit ad inducẽdam reciprocam, ne alias contra mentem Testatoris Prædium exeat de illius Familia vera, vel ficta, cui voluit particulariter prospicere, *Rota decis. 284. num. 23. & sequen. par. 6. recen. & dictum fuit in Romana fideicommissi, de Maximis 24. Martii 1659. coram R. P. D. meo Beuilaqua, §. quod facilius.*

9 Ponderando etiam verba præfatæ dispositionis fuisse directa, ibi; *Perche voglio, che quella Villa*, quæ videtur inducere fideicommissum reale, & sic bona censentur obnoxia substitutorum, itaut alter alteri restituere teneatur, vt in *Rauennaten. Fideicommissi 11. Februarii 1661. coram Reuer. P. D. meo Priolo, §. maxime cum Testator.*

Quo verò ad secundam partem dubij dictũ fuit nondum esse purificatum fideicommissum ad fauorem Almæ Domus, quia cum prætendat desumere eius vocationem ex verbis superius recensitis: *In caso che per mancamento di linea non si potesse effettuar il sopradetto fideicommisso &c. vada alla Santa Casa di Loreto*, sufficit pro nunc respondere hunc casum non euenisse, quia ob existentiam Antonij secundo geniti ex Angelo non dicitur adhuc defe-10 cta, cum † linea tamquam nomen collectiuũ omnes descendentes amplectatur *ad trad. per Peregr. de fideic. art. 22. num. 24. Rota dec. 97. num. 6 part. 7. recent.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Romana Multiplici.

Lima 26. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Positiones ad quid fiant, & aduersarius in istis quomodo respondere debeat. Responsio relatiua ad instrumentum in positionibus non admittitur, vt ponens releuetur ab onere illud extrahendi instrumentum, ad quod fit relatio.

SVMMARIVM.

1 *Positiones fiunt vt per aduersarij confessionem ponens ab onere probandi releuetur.*

2 *In positionibus aduersarius ex sua responsione in iudicio, vel confitendo, vel mentiendo se onerat.*

3 *Positionibus per verbum credit, vel non credit simpliciter, & explicitè debet responderi, & dicitur simpliciter, quasi sine plica, & inuolutione, & num. 4.*

5 *Responsio ad positiones debet esse clara, vt iudicem certificet & ponentem ab onere probandi relenet.*

6 *Responsiones ad positiones requiritur, vt concipiantur sub duabus negatiuis non credit vt ponitur, nec ad effectum ad quem ponitur.*

7 *Responsio relatiua ad instrumentum non debet admitti, ne ponens grauetur onere illud extrahendi.*

8 Michalor. cap. 55. num. 23. in decis. 31. nu. 31. *quomodo intelligendus*

DECISIO CCXXXV.

IN positionibus Ponens simpliciter posuit, respondens autem, vt saluo iuramento pronior esset ad negandum, instructus *à Speculatore depositon. §. 6. num. 1. & 13. vers. etiam si Iudex* respondit non credit vt ponitur, sed credit vt in Instrumento super hoc alias stipulato, non credit vt ponitur, neque ad effectum ad quem ponitur, sed credit solum, vt in actis, & sic de singulis, ac demum protestatus fuit, quod per relationes ad Instrumenta, & alia Iura non intendit illa approbare. Vnde controuersum est, an cõstet de sufficienti responsione, & DD. non constare dixerunt.

1 Quia fiunt † positiones, vt per Cõfessionem Aduersarij releuetur Ponens ab onere probandi *notat gloss. 1. vers. sunt autem cap. 1. de Confession. in 6. Specul. de posit. §. 2. nu. 1. Vestr. introduct. cap. 14. num. 1. lib. 5. & ibi Cranet. ante num. 14. cum pluribus apud Posth. de manut. obseru. 83. num. 4. & 5. & Michalor. de posit. cap. 2. num. 1. vbi passim Rota, & coram Buratt. dec. 382. num. 1. vers. & quæ relenent ab onere probandi.* Et Aduersarius ipse ex
2 sua in iudicio responsione, vel confitendo, vel mentiendo se onerat *Posth. d. obseru. 83. dicto num. 4. in fine, & ad statutum ipsum verbis deposit. 83. lib. 1. & ibi Fenzon. nu. 2.* vt proinde illis per
3 verbum credit, vel non credit simpliciter, & explicitè, & singulariter singulis medio iuramento debeat responderi ad literam dicti
4 statuti † simpliciter quasi sine plica, & inuolutione dixit *glos. simpliciter Clem. 2. de verb. significa. Fenzon. ad dictum statut. nu. 46. & 52. Cranett. ad Vestr. d cap. 14. dicto num. 14. Ridolphin. in prax. iudic. cap. 10. num. 31. par. 1. Michalor. deposit. tot. cap 39. Ludouic. Perus. dec. 8. par. 1. & post Michalor. dec 31. num. 5.* amplius declarando, vt debeat res-
5 ponsio esse clara, & ad propositum, itaut certificet Iudicem & Ponentem releuet ab onere probandi *Posth. dicta obseru. 83. num. 42. vers. debetque responsio Ridolphin. d. cap. 10. num. 75. Rota coram Buratt. d. dec. 382. num. 1.*

Huiusmodi visæ non fuerunt DD. præsentes responsiones, licet enim soleat admitti affirmationi, siuè negationi adiectio, vt ponitur siuè ad effectum ad quem ponitur † requiritur tamen, vt concipiãtur sub duabus negatiuis non credit, vt ponitur, neque ad effectum ad quem ponitur, *vt ex Rota primum coram Seraphin. deduxit liber. pract. Iudic. cap. 13. nu. 23. vers. Vna responsio lib. 2. Fenzon. ad d. statut. num. 47. Posth. d. obseruat. 83. num. 41. Rot. dec. 846. nu. 2. vers. ad tertium par. 4. diuers. & annot. ad Ludouis. dec. 282. num. 10. quia sunt duæ orationes &c. annot. ad Ludouis. & apud Fenzon. dd. locis.*

Et licet respondens præsagiente hoc sibi animo, iterum responderit iuxta formulam omnibus, & singulis positionibus, non credit, vt ponitur, neque ad effectum, ad quem ponitur attamen aduersarius æquè, & semper est simplici negationi, adiecta postea affirmatione, & ipsa qualificata, sed credit vt in Instrumento, sed credit solum vt in actis, & propterea protestando non intendere quidem illa approbare, vbi Ponens nihil de Instrumẽ-

to, nihil de actis posuerat, quo casu volunt omnes responsionem relatiuam non admitti, quia positiones fiunt à Ponente, vt releuetur ab onere probandi, & extrahendi Instrumenta, & ideò † illa responsio relatiua non debet 7 admitti, vt Ponens releuetur ab onere extrahendi illud Instrumentum ad quod fit relatio &c. ex aliis, & præcipuè *Bald. ad §. quod obseruari l. 2. C. de Iur. iuran. propter calumn. in fin.* apud *Michalor. de position. cap. 55. à nn. 11. maximè nu. 22* præclarè *Fenzon. ad d. statut. à num. 70. vbi fit. traitur Communis opinio Ridolphin. d. cap. 10. num. 49. Modern. Pract. Capuc. prax. cap. 2. nn. 24. par. 2. Minsing. obseru. 86. num. 1. vers. Pone quod in position. Cent. 1. & tota obseruat. 81. cent. 6. & de prax. Curiæ Romanæ etiam in diebus illis Speresl. de Instr. edit. §. 5. sub num. 5. & postea d. dec. 846. ad fin. vers. quantum ad ostium* & in diebus nostris *coram R. P. D. Melchionatio in Romana Vineæ ad Aquam sanctam 14. Martii 1659. §. vltimo.*

8 Non obstitit † *Michalor. d. cap. 55. num. 23. limitans Ludouic. d. dec. Perusina 8. & apud se d. decis. 31. num. 31.* Si veritas contentorũ in positione pendeat ex facto, vel antiquo, vel admodum inuoluto, vel plura capita habente &c. Quia responsum est ex specie dictæ decisionis, vbi in positione cõtinebatur tenor cuiusdam sententiæ inter partes latæ, vt in principio decisionis, & sententia erat inuoluta, & plura capita capita continebat &c. in *d. dec. nu. 31.* At hæ positiones simplices sunt Instrumenta verò, & acta ipsa in responsionibus relata & relatiua non constant, quæ constare debent, aut edere debet excipiens in tua exceptione, Actor, non autem Ponens, & eò minus quod ipsis positionibus grauaretur onere probandi à quo releuandus est vt supra.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CERRO DECANO
Nunc S. R. E. Cardinali.

Moguntina. Canonicatus.

Lunæ 26. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Beneficia ad Episcoparum promoti vacare intelliguntur, nisi adsit indultum Apostolicum illa retinendi, quod impedit vacationem, & efficit, vt promotus eadem retinere valeat absque innouatione tituli, quæ non vacant nisi per illius obitum.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apostolicæ non iustificatæ non sunt exequendæ.*
2 *Beneficia omnia ad Episcopatum promoti de iure vacant*
Limita tamen nisi prærogatiuè concedatur per Pontificem retentio & num. 3.
4 *Beneficia ad Episcopatum promoti non attento indulto retinendi Sedi Apostolicæ remanent reseruata.*
5 *Indultum ad Episcopatum promoto concessum retinendi beneficia, quæ alias per promotionem vacarent, impedit vacationem, & efficit vt promotus absque innouatione tituli beneficium vti prius retineat, nec vacare intelligitur nisi per illius mortem naturalem.*
6 *Reseruatio inducta per* Extrauag. ad regimen. *super promotione fundatur, & operatur quod omnia beneficia siue tunc vacantia, siue in futurum vacatura Sedi Apostolicæ sint reseruata.*
7 Simonet. de reseruat. quæst. 27. *& alij explicatum.*
8 *Gratia retentionis præcedentem vacationem non tollit, sed suspendit eius effectus vsque ab obitum quo euenerit promotio fit vti de vacante per promotionem in casu quo retentio concessa fuisset post secutam vacationem per promotionem*
9 *Vacatio excluditur quando promouendo ad Episcopatum concessa fuit retentio ante secutam vacationem, quæ retentio prorogatur ad mortem ipsius promoti, & vacatio per mortem ipsius contigit, & præcisè fit vti de vacante per obitum.*
10 *Clausula sine præiudicio, siue alio quouis modo vacet requirit iustificationem vltius modi Papæ narrati, qua cessante alius modus desumi non potest.*

DECISIO CCXLVI.

AD EPISCOPATVM Vvormatię promoto Vgone Eucrardo Cratz, Sanctissimus D. N. eidem concessit facultatem retinendi Canonicatum, quem tunc temporis obtinebat in Ecclesia Moguntina, cuius facultatis vigore illum retinuit vsque ad eius obitum secutum de mense Maij 1663. Cum autem Philippus Fridericus illum impetrauerit à Sede Apostolica vti vacantẽ per promotionem ad Episcopatum, dubitatum An eius literæ Apostolicæ sint exequendæ, & Rota censuit illas non esse exequendas.

1 Etenim † non videntur iustificatæ in ea parte in qua narratum fuit Canonicatum de quo agitur vacasse per promotionem Vgonis
2 ad Ecclesiã Vvormatien., quia † licet de Iure omnia beneficia promoti ad Episcopatũ vacent,
3 *cap. cum in cunctis §. 1. de elect.*, cessat † tamen vacatio ex indulto retentionis præuentiuè illi concesso vbi Summus Põtifex expressè decreuit Canonicatum huiusmodi per promotionem non vacare Summario Io. Lucæ *num. 1.*

4 Non obstat, quod † beneficia promoti ad Episcopatum non attento Indulto retinendi semper remaneant Sedi Apostolicæ reseruata *per Extrauag. ad regimen. de præben.*

Quia dixerunt Domini. Aliud est beneficium vacare per promotionem, & aliud beneficium esse reseruatum; reseruatio enim est certa in controuertibilis, sed non inde certa est vacatio per promotionem, quoties Papa, vt hic præuentiuè cõcessit Indultum retinendi. Istud † enim impedit vacationem, quæ
5 aliàs per subsequentem promotionem induceretur, & operatur, vt promotus absque innouatione tituli & absque noua collatione & possessione beneficium vti prius retineat, quod non prius vacat, quam successiuè per eius mortem naturalem, vt optimè respondit *Rota coram Pen. decis. 1127. num. 12. & seq. in*

Cusen-

Cuſtodina beneficij 18. *Iunij* 1631. *coram bon. me. Dunozetto*.

6 Reſeruatio† autem inducta per Extraueg. ad regimen non fundatur ſuper vacatione, ſed ſuper promotione & efficit, quod omnia beneficia ſine tunc vacantia ſiue in futurũ vacatura Sedi Apoſtolicæ reſeruata ſint iuxta eius litteralem diſpoſitionem.

Auctoritates verò ab Informantibus pro Philippo caſui noſtro non contradicunt neque applicantur, † nam *Simonet. de reſeruat. quæſt.* 27. *Caſſador. dec.* 3. *de conſtit. Mandos. ad reg.* 1. *Cancellar. quæſt.* 15. *n.* 7. *& alij nihil aliud* firmant, niſi quod beneficia promoti cui conceſſa fuit retentio, remaneant reſeruata, vt prius quod non controuertitur, ſed non inde ſequitur, nec ipſi volnerunt, quod vacaret per promotionem, imo expreſſis verbis præſupponunt vacationem per mortem, vt *Simonet. d. quæſt.* 27. *num.* 5. *ibi*: deinde moritur in partibus Et ibi: quocumque tempore ſint vacatura. Caſſador ibi: nam quomodo cumque poſtea vacent cenſentur reſeruata, etiam ſi per obitum, *d. dec.* 3. *de conſtit.*

Alij autem, qui voluerunt vacare per promotionem, locuntur, & intelligendi ſunt dumtaxat, in caſu quo retentio conceſſa fuiſſet poſt ſecutam vacationem per promotio-
8 nem. Tunc enim gratia retentionis ipſam præcedentẽ vacationem non tollit, ſed ſolum modo ſuſpendit eius effectus vſque ad obitũ, quo ſuccedente promotio fit vti de vacante per promotionem, cũ illa vacatio nunquam fuerit cõſumpta, ſecus† autem eſt quando re-
9 tentio conceditur ante ſecutã vacationẽ, nam hoc caſu per gratiã ipſius retentionis impedi tur, & excluditur vacatio, ob promotionem ſolumque retentio, ſeu effectus reſeruationis prorogatur ad mortem ipſius promoti, & tunc vacatio ſuccedit per mortem ipſius promoti, & prouiſio fit vti de vacante per obitum, vt diſtinguendo declarat *Barboſ. allegat. pro Philippo vot. deciſ.* 28. *ſub nu.* 13. *verſ. quod tunc demum ego intelligebam*.

Neque Philippo ſuffragari poteſt clauſula *ſine præiudicio ſiue alio quouis modo vacet*, quia
10 requirit iuſtificationẽ † ſaltem defacto illius modi diſpoſitiuè Papæ narrati per promotionem, qua iuſtificatione ceſſante, alias modus deſumi non valet *iuxta dec. Coccin.* 139. Tantoque minus in propoſito ſumi poteſt vacatio per obitum, cum particulariter à Sanctiſſimo excepta fuerit ibi: Dũmodo Canonicatus, & præbenda huiuſmodi non vacet per obitum.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA

Romana Fideicommiſſi, de Boncompagnis.

Veneris 30. *Ianuarij* 1664.

ARGVMENTVM.

Solutio imaginaria ad fauorem hæredis creditoris in bonis hæreditarijs ad quem effectũ intret, vt per iſtam acquiratur dominium, quid ſit ſeruandum, Dos ſequuto patris, & matris obitu filio debetur. Legitima in bonis paternis filio debetur, & detrahitur etiam ex bonis donatis, & fideicommiſſo ſubiectis. Bona ex induſtria acquiſita non dicuntur hereditaria.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſo non iuſtificato immiſſio in bonis fideicommiſſariis competere non valet in vim leg. final. C. de edict. Diu. Adriani tollendo.*

2 *Donatarius deſcribendo creditum ſuum quod habebat cum donatore in inuentario de bonis donatis confecto per imaginariam ſolutionem cenſetur tot bona in ſui ſatisfactionem appropriaſſe*

3 *Bona à donatario ſibi appropriata reſpectu creditis ſui cum donatore efficiuntur fideicommiſſaria, & eſt ac ſi eſſent in donatione comprehenſa.*

4 *Solutio imaginaria in bonis hereditarijs ad fauorem heredis creditoris intrat, vt non ſubiaceat reſtitutioni fructuum, non autem vt efficiatur dominus.*

5 *Dominium per imaginariam ſolutionem vt heredi acquiratur debent citari intereſſe habentes, vt iudicis authoritate bona ab aliis ſeparentur, & hereditati creditoris aſſignentur.*

6 *Creditum quando eſt clarum, & liquidum competit immiſſio in vim vtilis Saluiani in bonis ſibi hypothecatis*

7 *Actio de euictione, quam tenet, eundem agentem repellit exceptio.*

8 *Retentio ſicuti filio heredi competit pro detractione legitimæ, ita & illius mediatis ſucceſſoribus*

9 *Dos poſt obitum coniugum filio, & heredi debet reſtitui.*

10 *Pater dotem vxoris filii recipiens tenetur ad illius reſtitutionem*

11 *Hereditas à detractionibus minuitur*

12 *Detractiones impediunt immiſſionem agentibus in iudicio Saluiani.*

13 *Legitima in bonis paternis de Iure filio debetur, & num.* 18.

14 *Legitima non obſtante donatione cum onere fideicommiſſi detrahenda eſt*

15 *Legitima non debetur niſi ſecuto obitu patris.*

16 *Pro legitima hypotheca non competit, & non poteſt retardare immiſſionem fideicommiſſariis hypothecam habentibus & num.* 17.

19 *Pater legitimam filiis grauare voluiſſe non cenſetur hypotheca ad fauorem donatarii*

20 *Bona acquiſita ex induſtria & tranſactione non poſſunt dici hereditaria alicuius.*

DECISIO CCXXXXVII.

VIGORE particularis fideicommiſſi per Vgonem Seniorem de Boncompagnis ordinati ſuper certis bonis Gregorio filio donatis, & quo ad portionem Vgonis Iunioris ex dicto Gregorio nati purificati ad fauorem Marci Antonij, & aliorum filiorum Cæſaris & Balthaſaris d. Vgonis fratrum iuxta reſolutiones coram me editas 22. Martij 1662. & 18. Iunij 1663. cum ſubſequuta ſententia, & modo filij Balthaſaris petebant immiſſionem in quadam tenuta nuncupata di Fiorentino, & medietate domus poſitæ in ciuitate Viterbij per filios bo. me. Pauli de Boncompagnis poſ-

possessis in vim renunciationis, & cessionis Iuriũ illi facta à Carolo fratre in religione Prædicatorum assumpto nomine Francisci Mariæ professo, & vltimo loco defuncto, sed Rota eis denegandam esse responderunt, quia licet doceant de existentia, & purificatione fideicommissi ex resolutionibus captis cum quibus DD. transierunt pro resolutione primæ partis dubij, fatentur tamen, quod hæc bona, ad quorum possessionem instant immitti, non sint comprehensa in donatione, & particulari fideicommisso ibi instituto, neque deficiunt in altero ex requisitis necessarijs in interdicto adipiscendi *ex l. fin. C. de edict. Diu. Adri. toll. Bald. cons. 84. circa fin. lib. 1. Cravet. cons. 61. nu. 6. & cons. 189. nn. 4. Rota cor. Card. Mantic. dec. 33. nn. 9. & inter diuers. decis. 441. nu. 1. par. 1. & in rec. decis. 391. nu. 8. par. 2.* Et in specie ad eosdem excludendos ab alia portione bonorum, responsum fuit 14. Decembris 1663. coram me.

Non obstat, quod ex causa alienationis locorum montium, & censuum donatorum, & omissi annui inuestimenti scutorum mille in exequtionẽ donationis promissi Vgo donator remanserit debitor Gregorij donatarij in summa scut. 26. mil. & † ob id ille secuto patris obitu describendo hoc suum creditum in inuẽtario de bonis illius confecto per imaginariam solutionem censetur tot bona sibi appropriasse in sui satisfactionem *ad text. in l. debitori 7. C. de pact. Peregr. de fideic. art. 25 num. 15. Rota dec. 198. nu. 6. part. 7. rec.* & subinde effecta fideicommissaria nõ secus ac si essent in donatione comprehensa posse fideicommissarios eo modo illa vendicare, & petere immissionẽ vt super bonis originaliter fideicõmisso obnoxiis *l. super. 77. ff. de legat. 2. Surd. dec. 15. num. 10. Mog. dec. Florentina 10. num. 6. dec. 164. num. 15. par. 7. rec.* quia imaginaria solutio in bonis hæreditarijs † ad fauorem hæredis creditoris intrat tantum ad effectũ, vt non subiaceat restitutioni fructuum, non autem, vt efficiatur Dominus, nam ad acquirendum dominium opus est, vt citatis interesse habentibus iudicis authoritate, & seruata forma tradita *in l. à Diuo Pio §. si super rebus ff. de re iudic.* bona ab alijs separentur, & hæreditati creditoris assignentur *vt declarat Bald. in d. l. debitori n. 5. C. de pact. Marescot. var. resol. lib. 1. c. 1708. num. 7. Rot. decis. 680. num. 6. par. 1. diuers. & coram Card. Seraphin. decis. 967. num. 1. aliisque cumulatis responsum fuit in Romana fideicommissi de Mutis 3 Iunii 1661. §. quoniam placuit coram R. P. D. nostro Bourlemont, & in d. decis. 4. Decembris §. nec visa fuit.*

6 Deficientibus ex his suppositione istorum bonorum donationi, & imaginaria solutione, nec suffragatur fideicommissarijs eorum creditum cum hæreditate Vgonis fideicommittentis sit clarum, & ideo saltem ipsis danda sit immissio in vim vtilis Saluiani interdicti, super portione tenutæ, & medietate domus hypotecatis pro obseruantia contentorum in donatione *Menoc. de adipis. remed. 3. num. 65. Rota decis. 44. num. 4. part. 1. diuersa apud R. Terrasanen. decis. 304. nu. 2.* & coram *Eminentiss. Cardinali Ot-*

thob. decis. 218. nu. 2. nam omisso quod hæc bona Patri Francisco Mariæ obuenit vigore diuisionis inter vocatos ad fideicommissum inita cum specifica promissione euictionis, quæ certè obstat ipsis, vti habentibus causam à transigentibus, & ratam bonorum illis assignatam possidentibus iuxta regulam, 7 quem de euictione tenet actio eundem agentem repellit exceptio *legis vindic. ff. de euict. & fuit similiter in dicta decis. animaduersum sub §. in domo* non ex eo conclusum fuit non esse dandam immissionem, quia rei conuenti excipiebant de detractionibus competen. Gregorio Donatario in bonis Vgonis †, pro quibus quemadmodum ei debebatur retẽtio in 8 & ipsis mediatis successoribus *Oldrad. cons. 107. num. 8. in fratt. Alex. cons. 178. num. 5. vers. ex quibus Gabr. cons. 56. nu. 5. vers. datur etiam lib. 1 Rot. dec. 269. num. 7. par. 8. recent.*

Inter has autem detractiones vna, & præcipua illa est scut. 3100. quæ Vgo in causam dotis Iacobę vxoris, & matris Gregorij recepit, & post obitum coniugum erant filio, & 9 hæredi restituenda *l. vnic §. cum autem C. de rei vxor. act. Rot. dec. 24. num. 1. part. 7. rec. & in Romana fideicommissi de Alberinis 10. Decembris præteriti coram me §. 1. in fine.*

10 Altera detractio debetur tã pro dote scut. 2000. Angelę vxoris ipsius Gregorij ab ipso Vgone Patre receptorũ, cuius propterea hæreditas subiacet restitutioni *ad text. in l. si cũ dotem 23. §. transgrediamur ff. solut. matrim. Negusant. de pign. par. 2. remed. 4. num. 36. vers. intelligendo Osasc. decis. 43. num. 8. Rot. dec. 644. num. 2. par. 4. rec.* quam pro aliis dotibus Flauiæ, & Marghantæ eiusdem Vgonis ex filia neptis, & de mandato Rotę solutis nec non pro pluribus pecuniarum summis in satisfactionem diuersorum creditorum Vgonis partim ab eodem Gregorio, & partim ab ipso Paulo solo, & vnitim cum alijs fratribus exbursatis iuxta 11 notulam in summario relatam. Tales enim detractiones minuunt hæreditatem illius *l. Papin. §. 4. ff. de inoff. testam. l. 2. ff. ad Trebell. l. in testit. C. de petit. hered. Card. Caualer. dec. 476. num. 1*

12 & impediunt immissionem † agentibus in iudicio Saluiani *l. 2. ff. qui pot. in pignor. habeat Statil. Pacif. de Salu. inspect. 3. cap. 2. nu. 442. Mantic. dec. 69. num. 11.*

13 Tertia demũ deductio consistit in legitima iure naturali debita Gregorio in bonis paternis *l. Parent. & l. cum quæritur C. de inoff. testam. §. fin. Instit. de hared. quæ ab intest. defer. cap. Rain. de testam. Rota coram bo. me. Merlin. d. dec. 828. n. 4.* &

14 non obstante donatione eum onere fideicõmissi debet detrahi *l. filius familias §. Diui, vbi Rip. num. 27. & 28. ff. de legat. 1. l. quoniam in priorib. ff. de inoff. testam. Buratt. cons. 15. num. 41. cum seq. lib. 1. san. mem. Greg. XV. dec. 266. num. 3.*

15 Non officit quod pro consequutione legitimæ non nisi secuta morte Patris debitæ *l. Papin. 8. §. vnde si quis ff. de inoff. testam.* non cõ-

16 petat hypotheca *§. caterum authentica & cum de appel. cognos. Alex. in l. 3. num. 14. Rip. nu. 114. ff. ad l. Falcid. Surd. cons. 41. num. 3. Gionegn. cons. 2. n. 1.*

17 *lib. 2.* atque † ideo hæc non sit apta retardare

Immissionem fideicommissariis hipotecam habentibus, quia obiectum remouetur ex facto & donatione in qua se fundant fideicommissarii Vgo enim donauit Greg. & successiuè
18 alijs prævia persecueratione legitimæ † illi ex legis determinatione competentis, illatæ vltra donationem scut. 3000. semper salua &c. ex quo inutilis redditur excitata quæstio defectus hypotecę, cum inspici debeat dispositio donatoris, qui dempta prius legitima donauit, & conformando se cum iuris dispositione
19 noluit in aliquo filium grauare, † nec quantum est legitima hypotecam in suis bonis ad fauorem donatariorum constituere §. *prohibemus, ibique glos. in verb. reliquit Auth. de trien. & semisse Bart. in l. vxori, nu. 3. ff. de vsufructu ibi. Nat. cons. 17. n. 79. Rota decis. 579. nu. 11. part. 5. recent.*

Quibus pro denegatione Immissionis in prædicta tenuta de Fiorentino accedit, quod pendente diuturna lite in hoc Tribunali in montis Phalisci, seu Viterbien. supplementi legitimæ prius coram bon. me. Coccin. Card. Panziros. & Merlin. & deinde coram Bichio Reuerendissimo Papien. Et Eminentissimo Card. Otthob. latisque sententiis concedentibus illis de Bisentijs in causa actoribus immissionem in octo ex 25. partibus d. tenutæ cum condemnatione ad restitutionem fructuum, & refectione expensarum vt abomnibus se eximeret bon. mem. Paulus post longam litem, & maximas expensas cum illis ad transactionē deuenit, & solutis scut. 2250. reportauit Iurium cessionem, qua mediante successit in locum DD. de Bitentijs adeo vt bona sic aquisita non computentur in hęredi-
20 ditate, & fideicommisso; † nihilque creditores, & fideicommissarii possunt prætendere, quasi illa habeantur ex Industria, & trantactione non autē ex hæreditate Donationis vt per notata in *l. 1. in fin. vbi glos. in verbo Destins. ff. ad l. falcid. probat alijs cumulatis. Gratian. discept. 733. num. 17. Rota decis. 574. num. 28. part. 4. & decis. 34. nu. 8. & 9. part. 7. rec.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. EMERIX.

Florentina Oratorii.

Veneris 30. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Filius quod sit adulteri, & & non patris ex quibus probetur, Hæres contra factum defuncti venire non potest Testes qui sint fide digniores. Legitimatus in Iura legitimāns succedere valet. Testator deficientibus legitimis, illegitimos potius quam extraneos ad Iuspatronatus admittere voluisse præsumitur.

SVMMARIVM.

1. *Causa committi cum clausula* appellatione remota *rem iudicatam operatur, & est ac si essent tres conformes.*
2. *Amplia si concurrant validitas, & iustitia sententia & num. 2.*
3. *Restitutio in integrum non datur sine lesione.*
4. *Sententia validitas ex actorum reuolutione resultat.*
5. *Iustitia sententiæ ex decisionibus in causa factis apparet.*
6. *Filius ex adultero natus præsumitur, quoties constat non potuisse maritum accedere ad suam vxorem sub custodia ab adultero retentam.*
7. *Filiatio Adulterina ex quibus probetur & num. 8. & 9.*
10. *Confessio, quæ nocuit principali ita & ab eo causam habenti præiudicium infert.*
11. *Hæres factum defuncti impugnare non valet.*
12. *Probationes illæ non veniunt attendendæ, quæ quando facilius articulari poterant, articulatæ non fuerunt.*
13. *Probationes reducendæ sunt ad concordiam, ne probationes antiquæ pereant.*
14. *Testes sunt præferendi in conflictu probationum quando sunt numero plures, & magis ex coniecturis adminiculati, & habent ætatem idoneā ad probandum factum antiquum & nu. 15. & 16.*
17. *Testes deponentes specifice de auditu ab eorum maioribus & de facto bene informati plenam merentur fidem, & præferuntur alijs non bene informatis & de publica voce, & fama non deponentibus & num. 18.*
19. *Filius legitimatus in iura defuncti legitimantis succedere valet.*
20. *Constitutio San. mem. B. Py V. probibens bonorum dispositionem ad fauorem illegitimorum quando intret.*
21. *Testator præsumitur potius voluisse Ius patronatus per deficientiam legitimorum ad illegitimos, quam ad extraneos transire.*

DECISIO CCXLVIII.

MARCHIO Vincentius Capponius non acquiescens sententiæ Rotali in iudicatum transactæ, in qua pronunciatum fuit cōstare de filiatione Horatij ex Senatore Laurētio de Puccis, ac proinde Iuspatronatus Oratorij, de quo agitur spectare ad DD. de Puccis hæredes testamentarios eiusdem Oratij vltimi masculi descendentis ab Antonio fundatore, & obtinuit ex signatura Sāctissimi committi causam restitutionis in integrum Reuerendissimo D. Vicecomiti, in cuius locum subrogatus hodie dubitaui, An constet de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, & Domini affirmatiuè quoad primam partē, negatiuè quoad secundam respondērunt; moti, quia causa fuit à principio commissa in-
1 Rota cū clausula appellatione remota, quæ † operatur rem iudicatam, proinde ac si essent tres conformes *text. expressus in cap. Pastoralis de appellat. Rot. in recent. decis. 739. num. 1. part. 3.* ma-
2 ximè † stante validitate & Iustitia sententiæ
3 per quas excluditur læsio, † sine qua restitutio non datur, *cap. 1. & ibi Abb. de restit. in integr. Rot. decision. 293. numer. 1. part. 8. recent. & in Hispalen. Prestimonij 19. Iunij 1662. in princ. coram me.*

Validi-

4 Validitas † con controuertitur. Iustitia
5 vero † probatur ex decisionibus Reuerendissimi D. mei Decani editis 2. Maij 1661. & 19. Iunij 1662. In quibus latè demonstratur filiationē Horatij ex Laurentio satis probari non solū per testes de publica voce & fama, quod ipse conceptus & natus fuit in domo eiusdem vbi Maria mater retinebatur sub arctissima custodia, & ad quam nec Michaeli Erminio illius viro, nec cuicumque alteri personæ patebat accessus, † quo casu cessare præsumptionem *l. miles §. defuncto, ff. de adult. prater adducta in dd. decision. in prima §. Dum agitur, in secunda §. At quando, firmant Alex. cons. 88. num. 14. vers. Præterea lib. 7. Decius cons. 657. sub nu. 3. vers. ibi tamen, Berous cons. 162. num. 6. & 10. lib. 2. Surd. cons. 1. nu. 44. Paschal. de patr. potest part. 2. cap. 2. nu. 33. & seqq. Fontanell. de past. nupt. claus. 6. gloss. 2. part. 4. nu. 10.*

7 Sed etiam † ex publica voce & fama resultante ex pluribus Instrumentis spatio centum annorum continuatis, & ex plurib. & quidem vrgentissimis coniecturis elicitis ac gestis tàm à Laurentio Adultero, & Horatio filio, quā etiam à tota familia Puccia, & præcipuè à Roberto de Puccis, & ab ipsamet Octauia Capponia illius hærede, & Auctrice Marchionis Vincentij, In quibus sēper Horatius fuit denominatus tractatus & habitus tanquam filius Laurentij & de familia Puccia, vt benè ponderat *d. dec. 2. Maij* 1661. *§. Præterea cum tribus seqq.*

8 Laurentius † namque non solum passus fuit, quod Horatius in propria domo nasceretur, & vti eius filius baptizaretur, sed vlterius illum vti ex se genitum semper educauit tractauit, legitimari fecit in procuratorē tanquam, filium de familia Puccia constituit, & in testamento Iure Institutionis eidem annua scut. 400. reliquit; Horatius verò vti filius Laurentij ex muliere coniugata natus dispensationem impetrauit à Sede Apostolica ad suscipiendos ordines sacros, cuius vigore ab eadem deinde etiam vti filius eiusdem prouisus fuit de Subdecanatu Ecclesiæ Florētinæ, & obtinuit reseruationē annuæ pensionis scut. 80. auri super fructibus Parochialis Ecclesiæ Sancti Bartholomei de Iurepatronatus familiæ Pucciæ ortaque lite inter ipsum, & & Ascanium Puccium Nepotem, & cohæredem dicti Senatoris Laurentij, fuit tam in articulo quam in positionibus & in duabus sententiis filius Laurentij nominatus & tanquā talis in libris publicis Gabellarum & Ecclesię Florentinæ descriptus.

9 Præterea † Iacobus Puccius illum vti filium Laurentij præsentauit ad quādam Cappellaniam de Iurepatronatus dictę familiæ, & ipse ab Ordinario Institutionē obtinuit; Pluriesque Inuitatus fuit ad Prandium in die Festiuitatis Sancti Sebastiani à Fratribus Conuentus Sanctissimæ Annunciatæ, quo die ex lege fundationis inuitari debent duo ex familia Puccia, quæ hæc omnia non permisisset, nisi Horatius verè talis fuisset. Denique Robertus Puccius alter nepos & hęres Laurentij constituit Horatium procuratorem tanquam filium Laurentij ad præsentandum ad Parochialem Ecclesiam Sāti Nicolai Collis Parti de Iurepatronatus familiæ Pucciæ, & in propriis libris eundem vti talem adnotauit. Octauia verò post mortem Horatij alium præsentauit ad Subdecanatum Ecclesiæ Florentinæ sub explicata assertione, quòd Subdecanatus vacabat per obitum Horatij filij Laurentij de Puccis; quibus omnibus facti circumstantijs coniunctim ponderatis sufficienter remanet comprobata filiatio, maximè dū nullus adducitur actus gestus à marito Mariæ, ex quo desumi valeat illum vnquam agnouisse Horatium in filium suum † & cū hodie, agatur dumtaxat de prejudicio Marchionis ad effectum solius successionis in dicto Iurepatronatus sicuti stantibus dd. geminatis confessionibus & actibus gestis per eius Auctores contra ipsos probata esset filiatio *Rot. decis. 68. num. 1. 2. & seqq. part. 9.* vbi plures cumulat,

11 ita † enim probata remanet contra Marchionem hæredem, cui non licet controuertere has assertiones defuncti, vt pluribus relatis firmat decis. Reuerendisi. D. Decani 2. Maij 1661. §. ex quibus circumstantijs.

Neque probatio filiationis desumpta ex præmissis & testibus olim Inductis per DD. de Puccis destruitur per alios testes nuper examinatos pro dicto D. Marchione, qui cōantur deponere de facili accessu Michaelis Mariti ad Mariam eius vxorem. Quoniam prætermisso, quod sunt examinati post didicita testificata, post sententiam promulgatam, & post spatio 30. annorum, & vltra fuit agitata, & idcirco redduntur valdè suspecti, cum non sit verisimile, quod Authores Marchionis si huiusmodi accessus fuisset facilis illum non articulassent tempore quo per testes melius

12 informatos facilius probari poterat, † ideoque similes probationes noluit aliàs attendere *Rot. in Segouien. Canonicatus 26. Nouembris* 1655. *§. non obstat coram Dunozetto.*

Responsum fuit eos non percutere tempus

13 conceptionis Horatij † & sic vel reducendū esse ad concordiam, vt probationes antiquæ remaneant in suo robore *ad tradita per Anchar. cons. 385. numer. 2. & Rot. coram Ludou. decis. 344. num 14. & in rec. decis. 68. num. 29. & 34. part. 9. rec.* † Vel in hoc probationum conflictu præferendos esse testes antiquos, Tum quia sunt numero longè plures *cap. licet, vers. ex præmissis igitur, de probat. cap. in nostram de testibus Ludou.*

15 *decis. 100. num. 3.* † Et magis adminiculati ex tot coniecturis supra recensitis *Rot. decis. 102. num. 31. decis. 100. num. 8. & dec. 365. num. 1. & 2.*

16 *part. 9. rec.* † tum quia habent ætatem magis idoneam ad probādum hoc factum adeo an-

17 tiquum. † Deponunt enim de auditu specificè ab eorum maioribus tunc viuentibus, & de facto bene informatis vti consanguineis Michaelis conciuibus eiusdem telluris Villæ Oliueti, vbi Maria per Laurentium in concubinatu retinebatur, & propterea illis magis est credendum, *Farin. de testib. quæst. 65. nu. 165.*

18 *& 166. Rota in recent. decis. 479. num. 10. part. 9.* †

Tum

Tum quia denique moderni teſtes loquuntur de auditu à perſonis exteris de facto non benè informatis & non deponunt de publica voce & fama cum ſuis requiſitis percutiendo nimirum tempus aſſertæ famæ, quæ cum potuerit habere originem poſt annũ 1630. quo hæc lis incepta fuit, certi nullius eſt momenti *Rot. in Toletana decimarum de Capilla, 15. Decembris* 1648. §. *cum illi, & in eadem 2. May eiuſdem anni* §. *teſtes enim coram Verospio.*

19 Probata † autem filiatione Horatij potuit ipſe ſuccedere in hoc Iurepatronatus ob ampliſſimam legitimationem obtentam à Dominis de Campegiis, quorum priuilegium alias approbauit *Rota coram Seraph. deciſ. 1. per totam & in prima deciſion. Reuerendiſſimi Domini Decani.*

20 Non obſtat † conſtitutio S. M. Pij V., quia cum reſpectu laicorum prohibeat dumtaxat diſponere ad fauorem illegitimorum de bonis Eccleſiaſticis vtiq; non habet locum in præſenti caſu vbi agitur de ſucceſſione in Iurepatronatus fundato à laico in bonis propriis, vt in ſimili diſtinguendo *dixit Rota deciſ. 214. per totam par. 2. diu. & coram Comitalo dec. 74. num. 9. & 10.*

Minus obſtat clauſula *ſine præiud. venientium ab Inteſtato* in legitimatione appoſita, quia præter alias reſponſiones dictum fuit quod hic non adſunt venientes ab inteſtato, quorum præiudicium conſiderari poſſet, & ideo eo facilius cenſuerunt Domini in hoc Iurepatro-
21 natus ſuccedere potuiſſe Horatium; † quia ex veriſimili mẽte fundatoris præſumitur potius voluiſſe per deficientiam legitimorum Iurepatronatus ſpectare ad illegitimos familiæ ſuæ, quam ad extraneos, *vt ponderauit Rot. dec. 296. nu 3. part 1. rec. Gratian. diſc. 218. num. 25. cum aliis ibi relatis.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Sanonen. Beneficij, ſeu Iuriſpatronatus.

Veneris 30. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio quando veniat manutenenda Legatum pro celebratione miſſarum ex quo in beneficium perpetuum Eccleſiaſticum tranſeat.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur cui Ius aſſiſtit.*

2 *Poſſeſſio illa venit manutenenda, quæ vſque ad metæ litis diem continuata fuit.*

3 *Legatum pro celebratione miſſarum per erectionem, & inſtitutionem Ordinarij efficitur beneficium Eccleſiaſticum etiãſi teſtator aſſignauerit redditus ſimplices pro celebratione miſſarum.*

4 *Cappellania quod ſit beneficium perpetuum, & quod patronus ad libitum præſentare valeat bene ſimul conſiſtunt abſque eo quod ab hoc libero arbitrio poſſit inferri ad liberum arbitrium in obtinendo omnino diuerſo & nu. 5.*

6 *Declaratio facta ab Ordinario in inſtitutione beneficij quod collatio, proniſio & inſtitutio ad ipſum ſpectet emanata ſcientibus præſentibus & acceptantibus patronis qualitatem amouibilitatis, & ſimplex legatum excludit.*

DECISIO CCII.

EX iiſdem fundamentis, quibus ſub die 27. Iunij proximi præteriti decitum fuit conſtare de bono iure Io. Baptiſtæ Ferrini, eidemque dandam eſſe manutentionem, hodiè Rota iterum concluſit perſiſtendum fore in reſolutis; Etenim ſtante expreſſa fundatione Cappellaniæ, ſeu Beneficij cum qualitate quod ſit de Iurepatronatus hæred., ac Succeſſorum q. Ioannis Bugardi, & ſucceſſiua illius erectione cum conſenſu, & auctoritate Ordinarij, ac reſeruatione Iuriſpatronatus fauore eorumdem, necnon inſtitutione ab eodem Ordinario ad præſentationem d.d. Patronor. conceſſa tam Io. Bernardo Bugardo, quam eidem Ioanni Baptiſtæ Ferrino reſultat Cappellaniam eſſe Beneficium declaratum
1 perpetuum, † & conſequenter conſtat de bono iure Ioannis Baptiſtæ, vt præter allegatos in deciſione affirmat in ſpecie *Alphonſ. de Leon. de offic. Cappell. quæſt. 5. num. 36. & plur. ſeqq. Rot. deciſ. 599. par. 1. diuerſ., & deciſ. 578. numer. 1. & 2. par. 1. recent.*

2 Et vlterius † ſtante illius poſſeſſione per plures annos continuata vſque ad diem motę litis de plano eidem concedenda venit manutentio *ex vulg. §. retinenda Inſtitut. de interd.*

Non obſtat vnicum partis obiectum adductum in memoriali pro noua Audientia videlicet quod verſemur in ſimplici legato miſſarũ relicto à Io: Bugardo in eius teſtamento, & quod hæredes, narrato eodem legato corã Ordinario deputauerint Ioannem Baptiſtam Ferrinum ad ſeruitium Cappellaniæ cum expreſſa qualitate amouibilitatis ad libitum; Si quidem quod non verſemur in ſimplici legato miſſar. aperte denotant erectio, & inſtitu-
3 tio Ordinarij per ſ quas legatũ efficitur Beneficium Eccleſiaſticum; etiamſi teſtator aſſignaſſet ſimplices redditus pro celebratione miſſar. *Alfon. de Leon. in præd. tract. quæſt. 5. ſect. 11. num. 136.*

Prætenſa autem qualitas Amouibilitatis nõ probatur in facto, imo de contrario conſtat ex iiſdem inſtitutione, & teſtamẽto, in quibus nulla de amouibilitate fit mentio, & licèt teſtator dicat ſe fundare Cappellaniam ad libitum & Ordinarius cum eadem narratiua ad libitum inſtituerit Io. Baptiſtam inde tamen non bene infertur Cappellaniam eſſe ad libitum
4 amouibilem, cum † ſimul ſtent quod Cappellania ſit Beneficium perpetuum, eo quod Patronus præſentare poſſit ad libitum; v. g. tam extrancum, quam vnum de Agnatione; vel Cognatione, tam Forenſem quam Diœceſanum, tam ſimplicem Clericum, quam

5 Sacer-

5 Sacerdotem absque † eo quod ab huiusmodi libero arbitrio in præsentando inferri possit ad liberum arbitrium in amouendo totaliter diuerso, & separato *iuxta text. in l. Papinianus ff. de min. & in l. neque natales. C. de probat. de qua late Burgund. in loc. à separat. seu diuers. per tot. & in simili Rota decis. 346. numer. 25. part. 9. rec. & alias sæpè.*

Attẽta præsertim declaratione facta ab Ordinario in ipsamet erectione seu prima institutione quod cõtrouersi beneficij collatio, prouisio, seu institutio pleno iure ad ipsum spectet, & pertineat summario præteritæ possitionis *num. 3.* quæ † vti emanata, scien præsentibus; & acceptañ Patronis simplex legatum missarũ & prætensam qualitatem amouibilitatis ad libitum non obscurè excludit, vt in leuioribus terminis notat *Alphons. de Leon. pro allegata quæstion. 5. sect. 11. numer. 136.* & ita iterum vna tantum parte Informante Decisum fuit &c.

6

R. P. D. BOVRLEMONT.

Foroliuien. Emphiteusis.

Veneris 30. Ianuarij 1664.

ARGVMENTVM.

Quæstio est vtrum in emphiteusis renouatione admittenda sit mater vel amita prætendente ista vti agnata successionem, sed quia inter agnatos, & cognatos ex lure nouissimo sublata fuit omnis differentia matrem vti proximiorem admitti debere decidit.

SVMMARIVM.

1 *In Emphiteusis renouatione quæ fit ex pacto & prouidentia sola sanguinis proximitas non qualitas hæreditaria consideratur.*
2 *Proximitas est metienda respectu vltimi defuncti nõ primi inuestiti.*
3 *Renouatio emphiteusis matri debetur in concursu amitarum remotiorum.*
4 *Proximitas inter solos agnatos consideratur, & mater vti cognata cum illis non concurrit, sed est admittenda in eorum defectum.*
5 *Filia in emphiteusis successione matri præfertur.*
6 *Agnati extraneis concurrentibus in emphiteusis renouatione præferuntur*
7 *Agnati & cognati in omnibus æquiparantur, inter quos ex iure nouissimo omnis sublata fuit differentia.*
8 *Proximior agnatus siue cognatus ad renouationem emphiteusis est admittendus.*

DECISIO CCL.

DEVOLVTAM Emphiteusim per obitum Comitissæ Lucretiæ Antoniæ Mar. de Merlinis, non eius Amitis, sed matri renouandam esse censuerunt Domini.

1 Quia † cum in renouatione emphiteusis, quæ sit prout hæc, ex pacto & prouidentia, spectetur sola proximitas sanguinis, non autẽ qualitas hæreditaria, vt pluries firmauit *Rota prout in decis. 704. a nu. 1. vsque ad 3. part. 4. tom. 2. recent. & decis. 60. num. 7. part. 5. & Fulgin. in decis. 74. num. 1. & seqq. part. 6. qua est inter decisiones Merlin. 532.*

2 Hæcque † proximitas metienda vtique sit respectu vltimi defuncti, non primi inuestiti *vt post Riminald. Iun. cons. 47. num. 6. lib. 3. & Gabr. de Iur. Emphiteut. concl. 1. num. 27. cum ibi adductis tradit Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 3 nu. 28. Rot. coram Duran. decis. 251. nu. 1. & 2. & in Cesenaten. Emphiteusis 6. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Albergato §. quod autem, & melius in Romana Emphiteusis 18. Februarij 1656. coram R. P. D. meo Priolo.*

3 Proculdubio † renouatio debetur matri quæ erat proximior Comitissæ Lucretiæ Antoniæ Mariæ filiæ, non Amitis remotioribus, vt præter superius adductos fuit etiam decisũ *coram bo. me. Coccino in Imolen. bonorum decis. 66. post Fenzon. ad statut. Vrbis sub §. neque obstat.*

4 Nec placuit limitatio † in qua insistebant Informãtes ex parte Amitarum, quod scilicet Proximitas sit intelligenda inter solos Agnatos, & ideo Mater vti Cognata, non possit cũ illis concurrere, sed veniat in eorum defectũ tantum admittenda, vt sensisse allegabant *Dec. cons. 78. per tot & Alex. cons. 80. nu. 11. lib. 1.*

5 Quoniam † in casu Decii agebatur inter Agnatos & extraneos, & in illo Alexandri inter filiam & matrem vltimi defuncti, & dixit filiam præferri *ex doctrina Bart. in l. 1. in fin. ff. de privil. cred.* quæ † procedit ad mentem eiusdem Alexandri quando cum Agnatis concurrunt extranei vt optimè distinguit *Aldobrand. cons. 21. n. 9. & 10. lib. 2.*

6

Quam limitationem fortius elidi visum 7 fuit quia † ex lure nouissimo sublata est quæuis differentia inter agnatos & cognatos & in omnibus æquiparantur, vt probatur in *Auth. de hæred. ab intest. ven. & in l. meminimus C. de legit. hæred. Rot. coram Duran. decis. 36. num. 34.*

8 Ex qua ratione firmarunt in † renouatione similis emphiteusis proximitatem non cõsiderari inter agnatos tantum, sed etiam inter cognatos, & eorum omnium proximiorem esse admittendum absque vlla differentia *in his præcisis terminis matris & Amitæ Roman. cons. 22 n. 5. & 6. in casu præciso, quem sequuti Soccin. Iun. cons. 71. n. 58. & 21. Imol. cons. 38. nu. 2. vers. sed de æquitate Bero. cons. 103. n. 12. lib. Soccin. cons. 158. n. 18. lib. 1. & lib. 3. cons. 47. n. 6. vers. intelligitur secundum Romanum Aldobrand. dicto cons. 121. n. 14. & ex recentioribus Amic. de Iur. Emphit. quæst. 60. n. 3. & 4. Anton. de Amat. resol. 10. n. 19. lib. 1. Gam. dec. Lusitan. 7. nu. 2. Catan. cons. 30. nu. 13. Ofasc. de fideic. par. 2. c. 3. nu. 65.* & idem videtur sensisse *Rota in Cesenaten. Palatij Emphit. 15. Decembris 1595. coram Orano §. nec obstat, & in dicta Cesenaten. Emphiteusis coram R. P. D. Albergato, & clarius in dicta dec. 66. post Fenz. ad statut. Vrb. §. quo vero in fine* & expresse respondendo contrariis in eodem simili casu tradit *Fulgin. de Iur. Emphit. tit. de renouat. quæst. 1. numer. 5. & melius numer. 6. in fine.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D.

R. P. D. BEVILAQVA:

Romana Cambij.

Veneris 30. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM:

Cessionarius Cambij, pecunias super Cambijs girare non valet, nisi specialis facultas debitoris concurrat. Clericis quando sit permissa negotiatio.

SVMMARIVM.

1 *Pecunias super Cambiis, girare Cessionario Cambii non licet, sine licentia speciali debitoris eiusdem Cambii, & nu. 3.*

2 *Debitoris iudicium ad casus à se non expressos, trahi non debet.*

4 *Cessionarius personam cedentis representat, & in omnia eius iura succedit.*

5 *Nemo dat, quod non habet.*

6 *Clerici, & persona Religiosa mercaturam alienam, seu passivam exercere, & accipere, seu dare Cambio non possunt.*

7 *Clericis illis negotiatio permittitur, qui in extrema necessitate positi sunt, & unde viuant aliunde non habent.*

DECISIO CCLI.

DENVO proposui dubium ter resolutũ; An esset exequendum mandatum obtentum à Ioanne Paulo Sansono, cõtra Marchionem Vrbanũ, & Fratres de Biscijs, & Domini permanserunt in decisis, concludentes ex fundamento in vltima decisione sub die 28. Martij anni præteriti edita, deducto, quod cùm fuerit relaxatũ mandatum pro fructibus Cambij scut. 1700. per bon. me. Bernardinum Biscium, creati ad favorem Bernardi Larizzæ, sub nomine tantum Io. Mariæ Vantij, & Larizza, illud eidem Sansono cessit à die dictæ Cessionis iste non potest prætendere fructus, dum pecunias cum seipso cambiauit, absque eo quod de expressa, vel saltem tacita promissione Bernardini debitoris constet, sine qua
1 non erat † ei permissum dictas pecunias super Cambijs ita girare, vt aduertit *Surd. cons. 4. num. 31.* & responsum stat in resolutionibus in vltima decisione relatis, *& in Romana Institutionis Creditorum, coram bon. mem. Pirouano decis. 52. num. 20. par. 7. recen. & in Ravennaten. seu Faventina Cambii 5. Decembris 1663. §. fin. coram Reuerendiss. Decano.*

Nec quicquam, quod suffragetur Sansono, facit, quod in Instrumento Creationis Cambij dictus Bernardinus dederit Io. Mariæ Vantio quamcumque facultatem, vt à quibuscumque mercatoribus, etiam à se ipso posset hanc pecuniarum summam ad Cambium, & Recambium accipere; quia in concessione huius facultatis Vantio censetur habuisse respectũ ad eius industriam, de qua ipsi tunc, tamquã pecuniarum Domino, tùm in cambiando per se ipsum, quàm in eligendo ad hunc effectũ
2 alios mercatores confidebat, ideoque † iudicium eius non est trahendũ, vt idem indistinctè de alijs senserit ad *Textum in l. inter artifices, ff. de solut. l. in compromissis, ff. de arbitr. cap. fin §. primo, vbi Felin. num. 14. de offic. delegat. Abb. cons. 70. num. 4.* sicuti ipsius intuitu, & cum supposito, quod Cambium ad illum spectaret vt cantabat Instrumentum, Bernardinus debitor ad omnem bonum finem, & effectum dictas pecunias super Cambijs girandi elegerit in Mercatorem ipsum Sansonum, vti tertiam personam, & nullum interesse in contractu habentem. Qua propter non est in aliqua consideratione habendũ in ordine ad facultatem Cambiandi cum seipso ad proprium commodum, postquam acquisiuit cã-
3 bium, in quo † casu erat necessaria specialis facultas, vt Cambium esset reale, & currerent fructus, & in istis terminis loquuntur DD. in oppositum allegati, vltra *Navarr. in manual. cap. 17. num. 299. Duard. de Camb. §. 1. quæst. 40. num. 21. cum seqq. Rota in Romana Cambiorum 14 Iunij 1660. 10. Martii, & 4. Decembris 1662. & 28. Iunii 1664. coram R. P. D. Verospio.*

Minus iuuari potest dictus Sansonus cessione Cambij reportata à Bernardino Larizza, vero illius creditore, licet sub nomine Vantij
4 creati, qua † mediante repræsentans creditorem, pecunias vnà cum iure cambiandi acquisiuit, *l. fin. C. de priuil. fisc. l. emptor, in princ. vbi Bald. C. de hared. & action. vendit.* Nam o-
5 misso, An talis cessio facta antequam † Vantius declarassat se in Cambio nullum ius habere, sed omne commodum, & incommodũ ad Larizzam spectare in aliquo suffragari potuit, ad *l. nemo dat, ff. de regul. iur. & l. traditio, in princ. ff. de acquir. rer. domin.* obiectum eliditur ex responsione in antecedentibus decisionibus data, & iterum per DD. approbata, quod cũ Larizza esset Clericus per declarationem Vãtij ad eius favorem factam non venit facultas cambiandi, ea qua Clerico, & personæ Reli-
6 giosæ † activæ, & passivæ mercaturæ sunt interdictæ, sicque non licet accipere, nec dare Cambio, *cap. negotiationem 98. distinct. Federic. de Sen. cons. 207. circa fin. Faber. in tract. de Camb. initio num. 45. vers. nona, to. 6. par. 1. fol. 145. Cost. de remed. subsid. remed. 73. num. 1. Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæst. 1. num. 157. vers. amplifica tertio, & §. 1. quæst. 7. par. 3. lim. 17. num. 23. cum aliis in dicta postrema decisione allegat.* vbi respondetur contrarijs admittentibus Clericos ad negotiatio-
7 nem per interpositam personam, quia † loquũtur de Clericis in extrema necessitate positis, & aliunde non habentibus, vnde viuere possint.

Et ita vtraque, &c.

☞ *Decisio ista emanata in hac eadem, quæ hic allegatur sub die 28. Martij 1664. coram eod. R. P. D. Bevilaqua, est supra in hac eadem parte recis. 173.*

R. P. D.

R. P. D. BEVILAQVA

Camerinen. Pecuniaria.

Mercur. 4. Februarii 1665.

ARGVMENTVM.

Aromatariæ computa, qualiter debeant taxari, si concurrat Taxa generalis, & specialis. Et quando dicatur probata Taxa specialis. Aliqua deducuntur circa defalcum rerum. Aromatariæ an fiat ad rationem scutorum viginti pro centenario.

SVMMARIVM.

1 *Taxa particularis est attendenda in concursu Taxæ generalis.*

2 *Statuta duo si concurrant vnum generale Prouinciæ & alterum speciale loci, illud speciale loci debet attendi.*

3 *De Taxa particulari Aromatarii, & eius obseruantia, quando non possit dubitari.*

4 *Testibus de propria scientia deponentibus, plena fides est adhibenda, & num. 5.*

6 *Defalcum quod fiat in computis rerum Aromatariæ, quando dicatur probatum, & num. 7. & 8.*

9 *Experientia est rerum Magistra.*

10 *Testium simplex fides, nullum gradum probationis facit.*

11 *Testis si aliquid deposuerit medio iuramento, si postea extra iudicium, contrarium deponit, attenditur primum dictum.*

Et maximè si parte non citata secundum dictum effuderit, num. 8.

12 *Ex vrbanitate mera, ea quæ proueniunt, non constituunt solitum.*

13 *Solitum, quando quis aliquid facit, ex hoc excluditur quacumque gratuita remissio.*

14 *Momenti parui, ea quæ sunt, non veniunt attendenda.*

15 *Debitum aliquod minimum, quod fuerit remissum, ex quo coniecturari possit.*

DECISIO CCLII.

AVDITO iterum Iosepho de Bernardinis super vltimis decisionibus cõdemnantibus Moniales Sãcti Saluatoris ad eidem soluendum pretium Pharmacorũ, facta prius ex tali pretio defalcatione, ad rationem 20. pro centenario, Domini non putarunt ab illis recedendũ; Nam quantum ad pretium ad huc solidum visum fuit fundamentum, quod posita particulari Taxa aliis inferiore per dictum Bernardinum composita, & in sua Aromataria retenta, iuxta illam debent regulari pretia rerum Medicinalium, non autem secũ-
1 dum † Taxam Generalem, qua in Statu Ecclesiastico vtuntur Aromatarij, ad *Textum in l. seruus plurium § 3. §. fin. ibique glos. & DD. ff. de leg. cum aliis allegat. in decisione* §. 1. & benè facit, quod in simili dicto de Statutis, vbi duo
2 concurrunt † vnum generale Prouinciæ, alterum particulare loci, istud, nõ illud attenditur vt per *Textum in l. fin. C. de testamen.* tradit *Bald. in cons. 201. incipit, in Prouincia Anconitana, lib. 1. num. 2. vers. in contrarium, Gabr. cons. 29. nu. 47. lib. 2. decis. 343. num. 2.*

De existentia autem huius particularis Ta-
3 xæ deque illius obseruantia in † appretiatione rerum Medicinalium, nec in hodierna disputatione fuit dubitatum, cum de ea deponant duo Testes formiter examinati, qui in-
4 seruierunt † ipsi Bernardino, qui ad ipsum effectum valutandi Pharmaca illam eis consignauit, & ipsi effectiue, iuxta eam pretia regularunt. Vnde his Testibus ex certa, &
5 perfecta † scientia, fundata in dicta causa, & facto proprio, plena fides venit adhibenda, *cap. licet causam, §. ex praedictis de probat. Surd. cons. 7. num. 45. & decis. 132. nu. 1. Cranett. cons. 178. num. 7. Rota decis. 270. num. 1. & 2. parte septimæ recen.*

Respectu verò defalchi ad rationem sc. 20. pro quolibet centenario, pariter subsistunt
6 motiua † rationem deducta in decisione, tum ex consueta remissione ne dum alijs, vt deponunt Testes, sed ipsismet Monialibus, cum alias inter ipsas, & Bernardinum fuerint solidata computa, & illa attenta censentur continuasse in frequentia huius Aromatariæ, nõ alia de causa, quam in futuris computis eandem remissionem † consequendam, nec igi-
7 tur renuente Bernardino, illam modo admittere remaneant deceptæ, & grauatæ, ex eis de-
8 cretanda, ex † citatis in decisione, §. *neque dicatur. Tum quia quotidiana experientia docet*, quod de generali consuetudine in hac materia defalcationis fiunt in tertia parte, *cap. quam, tit. in princ.* ibi; *Sed etiam magistra rerum efficax, experi-*
9 *entia † manifestat, §. penult. Instit. de satisd.* & in terminis de ea scribit *Staib. iur. resol. 64. num. 16. lib. 1.* Hinc quod Bernardinus conqueri, nequit de remissione 20. pro centenario, quintam partem non excedente.

Nec de attestatione duorum Testium relata in hodierno summario Bernardini non vi-
10 sum fuit † curan. quatenus asserunt, *quod dispunctis computis, & reductis ad solitam Taxam, nõ fiat alter defalcatio*; Nam vltra quod sit simplex fides, quæ nullum gradum probationis constituit, cum alter ex illis formiter exami-
11 natis medio Iuramento deposuerit † hoc dictum debet attendi, non autem quod secunda vice extra iudicium, & non citata parte effudit, *Abb. in cap. cum in tua, in fin. & in cap. veniens, de testibus, decis. 175. nu. 7. Surd. decis. 326. num. 98.*

12 Ex quibus patet non subsistere repetitum obiectum, quod remissio fiat ex mera vrbanitate, & hoc titulo præcesserit, etiam illa Bernardini facta Monialibus; quia oppositum est verius attentis generali consuetudine, & particulari ipsiusmet Bernardini, quæ excluderat
13 quamcumque † gratuitam remissionem, ex ponderatis in vltima decisione, §. *nec satisfacit*.

Non releuant nonnullæ partitæ relatæ in Summario Bernardini, ad docendum nullam fuisse factã remissionem; quia vti parui mo-
14 menti non debent † attendi, & eo minus, dũ alias Bernardinus med[illegible]ntibus compulsoria-

libus

libus requisitus extractionem ex suis Libris
15 permittere noluit, ea quo † non leuis coniectura insurgit, quod posset probari remissio negata, *Muta decis. 43. num. 27. cum seqq. Rota decis. 237. num. 3. par. 4. diuers.*

Ex quibus Domini confirmando decisionem, dixerunt Moniales teneri ad soluēdum pretium rerum Medicinalium facta eis defalcatione prædictā, non tamen in ea comprehensis Aromatibus, vulgo Droghe, si quæ in computo posita sunt.

Vtraque parte, &c.

R. P. D. EMERIX.

Marsicana Successionis.

Mercurii 4. Februarii 1665.

ARGVMENTVM.

Renunciatio Mulieris non extenditur ad ea bona, quæ vti non purificata ad fauorem renunciantis, renunciari non poterant, nec ad illa facienda est extensio, cum versemur in materia odiosa, in qua stricta facienda est interpretatio.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommisso purificato immissio in vim, leg. fin. C. de edict. Diui Adriani tollendo, fideicommissario competit.*

2 *Appellatione Collateralium, veniunt etiam fœminæ.*

Amplia, quando à Testatore non considerata fuit agnatio, sed promiscue vocati fuerunt descendentes lineæ Masculinæ, & Fœmininæ, num. 3.

4 *Filia Testatoris sub nomine transuersalium venire non potest.*

5 *Relatio facienda est ad descendentes proximè antecedenter vocatos.*

6 *Mulier dotata à fideicommissi consecutione, non est repellenda.*

Limita nisi per Statutum excludatur, num. 7.

8 *Renunciatio Mulieris non comprehendit illud fideicommissum, quod tempore renunciationis, nondum erat purificatum.*

9 *Dilio* tantum, *est taxatiua, nec extentionem patitur.*

10 *Interdictum* quorum bonorum, *competit hæredi ab intestato venienti contra possidentem pro hærede, vel possessore.*

11 *Interpretatio strictissima in materia renunciationis, vti odiosa facienda est.*

12 *Hæreditati renunciatarii non præsumitur renunciatum.*

13 *Disponere quilibet de sua re viuens potest.*

14 *Proximior in successoribus ab extraneo non est excludendus, & num. 15.*

16 *Renunciatio non debet operari ad fauorem extraneorū, sed ad formam capitulorum est regulanda, quando ità conuentum fuit.*

17 *Renunciationis realitas extinguitur cum personis in renunciatione contemplatis, & ad personalitatem redit.*

18 *Renunciatio facta à Puella Monasterium ingressa, valida præsumitur, eo quia censetur à rebus tenalibus animum abdicare voluisse, vt expeditius Deo inserviat.*

Contrarium, num. 19.

20 *Soror renuncians ab hæreditate fratris renunciatarii non est propter extraneos excludenda.*

DECISIO CCLIII.

OBIIT ab intestato Constantius de Macerolis, superstitibus Victoria, & Olympia sororibus, nec non Iacobo, aliisque Fratribus patruelibus, inter quos orta lite coram Ordinario Marsicano, super Successione in hæreditate Constantij, ac respectiuè quōdam Iulij eius Patris, prodijt Sententia fauorabilis patruelibus in gradu appellationis ab A. C. confirmata, Causa autem ad hoc Sac. Tribunal deducta, mihique commissa sub die 15 Decembris proximi præteriti, ad instantiam Olympiæ dubitaui, an esset danda immissio, & super quibus bonis, & fuit dictum, *Non liquet*; hodiè verò eodem dubio repropositō, Domini censuerunt dandam esse Olympiæ immissionem, tàm in bonis Iulij Patris, quā in bonis Constantij Fratris.

Et ratio resolutionis quoad bona Patris desumpta fuit ex illius Testamento, in quo scriptis hæredibus filiis Masculis subtituit his verbis; *alli quali suoi figlioli, & heredi s'instituisseno li loro Figli, Nepoti, Pronepoti, in infinitum, e morendo tutti li loro descendenti (ilche Dio non voglia) all'hora, & in quel caso s'instituisce li Collaterali, & transuersali più prossimi, & più propinqui.* Cumque hodie non controuertatur obitus omnium hæredum institutorum sine filiis, & descendentibus, ac propterea factus sit locus subtitutioni collateralium, & transuersalium proximiorum, vtique fideicommissum purificatum remansit ad fauorem Olympiæ sororis dicti Constantij vltimo loco defuncti, &
1 per consequēs † ei debetur immissio, vti proximiori transuersali in Testamēto vocato, ex *remed. l. fin. de edict. Diui Adriani tollendo. Rota in Romana fideicommissi de Glorieriis 28. Martii 1664. §. final. coram me, & alibi passim.*

2 Appellatione enim Collateralium, & trāsuersalium proximiorum veniunt etiam Fœminæ, *Fusar. de subst. quæst. 566. num. 1. & sequ. Rota decis. 282. numer. 1. & 2. part. 2. & decis. 135.*
3 *num. 18. part. 9. recent.* & maximè † in præsenti, vbi à Testatore nulla fuit habita ratio confirmandæ agnationis, sed promiscuè vocati fuerunt omnes descendentes tàm lineæ Masculinæ, quàm Fœmininæ, *Rota in recen. decis. 385. num. 19. & 40. par. 9. & in dicta Romana fideicommissi de Glorieriis, coram me, §. defuncto, cum pluribus ibi allegatis.*

4 Nec subsistit obiectum, quod Olympia tāquam Testatoris filia sub nomine dd. transuersalium venire non possit, ex deductis in *Romana fideicommissi de Coronis 28. Ianuarii 1647. coram Reuerendissimo Domino nostro Decano*, quoniam Testator non vocauit transuersales, & collaterales suos, vel cum aliquo pronomine relatiuo ad ipsum, pro vt fecit quando nominauit filios, & hæredes, sed illos vocauit post

illam dictionem, *loro, ibi, e morendo tutti li loro descendenti, all'hora, & in quel caso s'instituisce li collaterali, e transuersali più prossimi, e più propinqui*. Ex quibus verbis clarè patet, quod Testator non substituit Collaterales, & transuersales suos, sed filiorum, & descendentium, & in dubio de Collateralibus, & transuersalibus filiorum substitutio intelligi deberet, ex regu-
5 la, quod † relatio fieri debeat ad proximos, & sic ad descendentes proximè antecedenter vocatos, vt respondit *Rota in recent. decis. 98. nu. 11. par. 1. & cum aliis ibi relatis.*

Neque ex eo, quod Testator legauerit Olympiæ Dotem scut. 1000. cum expressa prohibitione, *Che non possi, nè cerchi hauere più di detta somma, nè per ragione di Legitima, ò supplemento di essa, nè per ragione di passaggio, è supplimento di esso, nè per qualsiuoglia altra causa, la quale quãtunque fusse necessaria esprimerla, vuole che si habbia per espressa.* Retardari potest petita immissio, quia modo Olympia non agit de augenda sua Dote, nec ratione Legitimæ, nec ex quacunque alia causa, sed de Successione Fideicõ-
6 missi defectæ lineæ institutorum, à † qua quãuis dotata, non repellitur, ad tradita per *Fusar. de substit. par. 3 11. nu. 98. & seq. Surd. decis. 811. sub num. 6. vers. & non obstat, & num. 9.* qui loquitur
7 in terminis, quod † fœminæ erant per Statutum excluſæ, & Pater illas excluserat, & mandauerat dotari, *Rota recen. decis. 133. nu. 24. & 25 vbi plures cumulat par. 9.*

Minusque obstare visa fuit ampliſſima renunciatio ab eadem Olympia emissa occasione Dotis scutorum 3000. à Constantio Franc. recepta. Quoniam ponderatum fuit, quod circa Fideicommissa Legata, & alias Successiones testamentarias est restricta ad deuolutas tempore renunciationis, nec loquitur de deuoluendis nisi ab intestato tantum, ibi; *Et alys successionibus, iuribus, & rationibus quibuscumque eidem Olympiæ deuolutis, tàm ex testamento, quam ab intestato Legatis Fideicommissis, Donationibus pro retroactis temporibus, & de cætero deuoluendis ab*
8 *intestato tantum*. Vnde † renunciatio non potest comprehẽdere hoc fideicommissum præfatum, quod tunc non erat in persona Olympiæ purificatum, & sic obiectum cessat in facto, propter d.clara verba non admittentia. *gloss. text. in Lille aut ille, ff. de legat. 3.* Attenta præ-
9 sertim illa dictione *tantum*, quæ † tamquam taxatiua restringit renunciationem de deuoluendis ad solas Successiones ab intestato deuoluen. & excludit testamentarias, *Franc. decis. 123. nu. 4. Rota decis. 290. nu. 5. par. 6. recen.*

Quo verò ad bona Constantij fratris ab intestato defuncti DD. conuenerunt concedendã esse Olympiæ immissionẽ ex interdicto quo-
10 rum bonorum cuius † remedium competit cuicunque hæredi ab intestato venienti contra possidentem pro hærede, vel possessore, *Auth. cessante, C. de legit. hared. Bart. & communiter scribentes, l. 1. ff. quorum bonorum, Rota decis. 375. par. 4 tom. 2. recen.*

Neque pariter ad excludendam Olympiã ab huiusmodi Successione, obstare visa fuit præfata renunciatio, quamquam loquatur de hæreditatibus ab intestato deuoluẽdis, quia vltra quod in toto Instrumẽto nulla legitur facta mentio hæreditatis Constantij, cui propterea renunciatum fuisse, non præsumitur, &
11 quod in † hac materia, vti odiosa strictissima debet fieri interpretatio. *Honded. cons. 29. num. 107. lib. 1. Decian. cons. 19. lib. 3. Surd. cons. 432. nu. 32. & seq. sæpè Rota, & signanter in Romana Successionis de Comitibus 13. Ianuarij 1641. coram bo.*
12 *mem. Dumeneto*, sicuti in † dubio nunquã præsumitur renunciatũ hæreditati renunciatarij, quia renũciatio redderetur fraudatoria, & inu-
13 tilis, cum † vnusquisque viuens de re sua disponere possit in terminis renunciationis firmant *Cyriac. contron. forens. 292. num. 21. vers. secundo principaliter, Rota in recen. decis. 143. num. 23 & 24. par. 5. & in Romana Fideicõmissi 24. Martij 1662. §. si renunciatio, coram Reuerend. P. D. meo Taya.*

Responsum fuit, quod etiamsi dicta renunciatio intelligeretur de hæreditate Constantij renunciatarij ab intestato deferenda *attamen* solum locũ habere posset, si *ipse* viuens disposuisset, vel extarent fratres, aliæque personæ, quarum contemplatione censetur facta
14 renunciatio, non † autem vt Olympia ab extraneis excludatur, vt declarando tradunt *Donat. Anton. de Marin. quotid. resolut. lib. 2. cap. 189. num. 46. & seqq. & in Addit. ad Reuerter. decis. 581. lib. 3. cap. 15. nu. 24. & seqq. Honded. cons. 29. nu. 76. vol. 1. & alys relatis firmat Cyriac. contron. forens. 475. num. 1. vsque ad 5.*

Idque benè comprobari visum fuit, tum ex verisimili mente vtriusque cõtrahentis, ex
15 quo † alienum ab omni ratione videtur Olympiã in casu obitus Constantij, nullo proximiore existente voluisse ab eiusdem hæreditate excludere sororem renunciantem propter remotiores, vt ponderauit *Rota in recent. dicta decis. 543. num. 13. vsque ad 18. par. 5. tom. 2.* dum etiam ex tenore Capitulorũ Matrimonialium in quibus solum contemplatus fuit fauor Constantij, vel aliorum, in quos ipse
16 voluisset disponere. Vnde † renunciatio non debet operari ad fauorem extraneorum in quos renunciatarius, non disposuit, sed regulari ad formam Capitulorum, vt sæpè respondit *Rot. & signanter in Rom. Casalis 4. Iunii 1665. §. his minimè obstant, coram R. P. D. meo Albergato, & in Bononien. Fideicommissi 11. February 1664. §. tenor præterea, coram Reuer. P. D. meo Verospio,* partim quia conuentum fuit, vt renunciatio fieri deberet ad formam Capitulorum substantia nõ immutata, vt debetur in dictis Capitulis relatis in Summario Olympię *num. 4.*

Hoc denique ex illis verbis in Instrumento renunciationis appositis, ibi; *Ita vt præsens renunciatio, & donatio intelligatur, & sit efficax perpetua, realis, & realissima, & omni tempore valitura.* Colligi posse videbatur realitas renunciationis, ita vt Olympia deberet perpetuo remanere excluſa ab hæreditate Constantij, ac si esset mortua. vt ex *Alex. & Menoch. dixit Ro-*
17 *ta coram Merlin. decis. 62. nu. 11.* sed ista † realitas non durat perpetuo, sed extinguitur, vna cum personis in recunciatione contemplatis, & ad

perso-

perſonalitatem redit, vt benè tradunt *Ioan. Franc Mauran. diſ. 8. numer. 15. & ſeqq.* præſertim *nu. 18. lib. 1. Donat. de renunc. cap. 1. num. 30. Molfes ad conſuetud. Neap. tit. de renunc. par. 3. num. 21., & queſt. 37. nu. 15. & 16. & conſ. 48. Scip. Teodor. Alleg. 36. num. 31. & ſeqq. Franc. diſt. reſp. 48. num. 7. lib. 2. Donat. Ant. de Marin. reſol. lib. 2. cap. 152. numer. 7. & cap. 189. per tot. vbi contrarijs reſpondet, & in addit ad Reuerter. d. deciſ. 381. per tot. præſertim in fine.*

In quam ſententiam eo libèntius DD. inclinauerunt ponderando quod hic non agitur de renũciatione facta à puella ingreſſa in Mo-
18 naſterium † in qua præſumitur animus abdicatiuus à temporalibus bonis, vt contemptis ſæculi opibus expeditius Altiſſimo famulari poſſit, vt tradunt *Donat. Anton. de Marin. loco prius citato num. 22. Merlin. deciſ. 12. nu. 14. & Otthob. deciſ. 10. nu. 26.*, ſed † à nubente in ſæculo
19 quo caſu ſtrictius fieri debet interpretatio, vt tenent communiter DD. & firmat *Rot. coram Otthob. dec. 10. num. 27.* & tamen in ſortioribus terminis renunciationis factę ex cauſa ingreſſus in religionem quod ſufficiat, quando amplius non extant perſonæ contemplatæ aduertunt *Cirac. contron. Foren. 478. nu. 6. & 7. Rota coram Merlin. dec. 62. num. 11. & 29. & in recent. deciſ. 543. nu. 35. par. 5.*

Et ex his patet non applicari auctoritates ex aduerſo deductæ, quia vel loquuntur in diuerſis terminis, vel ſunt intelligendæ cum præfata diſtinctione, ſcilicèt renunciationem durare realem, quouſque extant perſonæ contemplatæ, reduci vero ad perſonalitatem quando omnes defecerunt in vita renũciantis, & renunciatarius non diſpoſuit de ſua hæreditate aliàs eſſet abſurdum, & alienum ab omni ratione, ac contra verisimilem mentem vtriuſque contrahentis, ſi admitteretur,
20 quod † ſoror renuncians excluderetur ab hæreditate fratris renunciatarij propter extraneos ex allegatis.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Perufina Succeſſionis.

Mercurij 4. Februarij 1665.

ARGVMENTVM.

Pater poteſt prohibere legitimam filio in teſtamento expreſsè vtendo Cautela Soccini, vel verbis æquipollentibus.

SVMMARIVM.

1 *Legitima ſemel fideicommiſſo ſuppoſita nequit exinde ex eo extrahi.*
2 *Legitima non poteſt grauari onere fideicommiſſi.*
3 *Legitima poteſt grauari fideicommiſſo, quando Pater ponit in Arbitrio filij, vel illam ſubicere fideicommiſſo, vel in legitima tantùm inſtituere; quod declara vt num. 4.*
5 *Cautela Soccini adhiberi poteſt expreſsè, & tacitè à Patribus in teſtamentis, & numer. 6. 8. 13. & 14.*
7 *Forma ad certum finem impleri poteſt per æquipollens.*
9 *Legitima prohibitio non includitur in diſpoſitione generali.*
10 *Clauſula omni meliori modo operatur expreſſionem omnium Contentorum.*
11 *Filius, cui aliquid fuit relictum cum clauſula omni meliori modo non poteſt impugnare teſtamentum Patris & nu. 12. & 15. amplia, vt n. 16. & 17.*
18 *Clauſula teſtamenti excluſiua fiſci reſpectu legitimæ facit, vt à filio detrahi non poſſit, & numer. 19.*
20 *Clauſula poſita infra duas rationes ad ambas refertur.*
21 *Teſtamentum Patris ledens filium in legitima eſt à filijs debitis ſolemnitatibus ratificandum fallit, vt num. 23.*
22 *Infinuatio ex curſu 30. annorum præſumitur.*

DECISIO CCLIV.

SVPER detractione legitimæ Laurentio, ac cæteris fratribus de Benedictis in paterna ſubſtantia cõpetenti binæ deciſiones emanauerant, à quibus cum die 9. Iunij præteriti fuerit ſucceſſiuè receſſum; Dubium ad vtriuſque partis inſtantiam idcirco ſuper Iuribus deciſionum iterum hodiè propoſui pro vltimæ confirmatione deciſionis à Dominis reſolutum.

Dum enim Laurentius, ac fratres in executionem paterni præcepti legitimam fideicõmiſſo ab eodemmet Patre conſtituto ſubia-
1 cere † ex eorum nunc perſona nequit illam ex aſſe præfati fideicommiſſi Margharita detrahere, vt tradit *Ruin. conſ. 58. num. 8. vol. 2. Pariſ. conſ. 1. num. 104. lib. 3. Decian. conſ. 32. num. 103. lib. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 196. numer. 24. Rota deciſ. 100. num. 1. & 2. coram Eminentiſſimo D. meo Card. Otthobono.*

Nec poterit Margharitę ſuffragari clauſula illa dummodo foret paterna diſpoſitio iuris diſpoſitioni conformis, in dimiſſione legiti-
2 mæ ab iiſdemmet fratribus adhibita, † licèt enim ſuper filiorum legitima Pater grauamẽ nequeat adhibere *iuxta text. in l. quoniam in prioribus 32. C. de inoffic. teſtam.* Huius tamen textus diſpoſitio non valet ſibi locum aſſumere in caſu, quo Pater in filiorum arbitrio conſtituat integram aſſequi hæreditatem ſub onere
3 fideicõmiſſi ſuper legitima, † vel ipſam dumtaxat legitimã ſibimetipſis adſcribere à quocumque grauamine immunem. Tunc enim fraus nulla cenſetur diſpoſitioni iuris irrogata, iuxta quam parentibus excepta portione legitimæ libera reſidui bonorum diſpoſitio indulgetur, *Surd. deciſ. 21. num. 4.*, ac proindè grauamen ex mera filiorum voluntate ſuſtinetur, qui dum conſcij oneris paternam acceptant hæreditatem, cenſentur ſpontè legitimam dimittere ſub ſpe illam cum lucro fructuum totus hęreditatis compenſandi ex doctrina *Soccin. iun. in conſ. 122. n. 9. lib. 2. Dec. conſ. 567., n. 2. & 3. & Curt. iun. in conſ. 159. n. 3. cũ ſeqq.*

qui omnes in eadem facti specie consuluere, Menoch. cons.533.num.12.cum seqq.& num.16., vbi in specie respondit *text.in l.Seius, & Augerius 27., ff.*
4 *ad leg.falcid.* † illud asserens procedere, quoties filios pater integro priuasset commodo hæreditatis, ac ipsa consequenter legitima incasu, quo illam nollent fideicommisso subijcere, vt ex eiusdemmet textus verbis quoque conuincitur, vbi præceptum hoc, vt sapiens fraudem legis omninò improbatur *Cyriac. cõtron.148.num.9.& 10.,& contron.438.numer.5. & 64.cum seq.Castill.contron. Iur.lib.5. cap.107.num. 64.Caren.resolut.33. num.31. & 52.Magon. decis. Lucen.85.num.15.cum seq.Surd.decis.21.numer.20. Add ad Gregor.decis.489.numer.27. Rot.decis.206. num.4.& 653.numer.13.part.1.recent. & in Nouarien.hereditatis 1.Julij 1661.in fine coram Reuerendiss.D.meo Decano.*

Et licèt Pater tacitè, non autem expressè, ac sub præfata verborum forma in proposito
5 casu, cautelam Soccini adhibuerit † eadem tamen debet admitti conclusio, vt tradit *Surd. adducta decis.21.num.9.& 10.vers.ad decimum Cyriac.contron.438. num.92.*, ibi vel vtatur simili cautela, cuius ratio ea videtur existere, quod
6 tacita testatoris voluntas,† nec non ex coniecturis elicita idem, ac expressa consueuit operari, quoties aperta animi declaratio non exigatur à iure *ad text. in l. cum proponebatur 66. ff. de l.2.Angel.cons.33.num.1.vers 4.Castrens.cons.28 numer.1.cum seqq.lib.2.Alex.cons.109. num.17. ad finem lib.7. Rota coram Penia decis.140. numer.5.*
Tum quia forma ad certum effectum ordina-
7 ta æquipollenti modo valet expleri, dummodo effectus idem subsequatur, *ad text. in l. vltima §.mandauit vbi glos.notat in verbo teneri, ff. mand.Cagnol.in l.si quis maior num.218.C.de transact.Paris.cons.9.numer.7.& 9.volum.3.Rot. coram Cassador.dec.28.super regul. & decision.93. num.7. part.7. recent.*

Hanc verò tacitam patris voluntatem instituendi filios in legitima quoties suæ nollẽt parere voluntati absolutè videtur innuere
8 æqualis † pœna caducitatis ab omni portione per patrem filijs inflicta in casu, quo hæreditaria forent ab ijsdem bona distracta, necnon etiam quoties renuerent legitimam ad commodum fideicommissi relaxare, vt verba illa conuincunt; *E sotto la medesima caduità* identitatem pœnæ in vtroque casu irrogantia, vt admittunt *glos.in l.cum ij 8.§.si vni in verbo obligatus, de transact.Gratus cons.140.numer.21. & 22.lib.1.*, Quemadmodum enim ex alienatione bonorum filij, quos Pater sibi hæredes vniuersales instituerat portione dumtaxat hæreditaria censebãtur priuati excepta legitima,
9 quę dum a patre grauari non poterat sub illa prohibitione generali, ac dispositione onerosa ab eo non præsumitur inclusa, vt tradunt *Ias. in l.filiusfamilias, §.Dini in prima lectura n.12., ff. de leg.1.Bero.cons.93.nn.21. vol.2.Natt.cons.145. n.20. ad finem, cum seqq.,& cons.528.num.31.Dec. cons.81.num.1.& cons.218. numer.2. ad finem, & num.3.Cephal.cons.153.numer.14. Surd. cons.215. num.1.Card.Mantic.de coniectur.vltim.volunt.lib.7 tit.8.num.4.Cauter.var.lib.1.cap.3.num.38.Cyriac. contron.148.numer.3.& 4.Rot.post Merlin.de legit. decis.41.num.8.*, ita per necesse in legitima idem præsumuntur instituti, ac reliquo dumtaxat hæreditatis orbati, quoties illam nolleut paternæ dispositioni subijcere.

Dum maximè clausula omni meliori modo prohibitioni legitimæ impressa conuincitur ex sui natura validitatis robur actui eo
10 modo attribuens, † quo verè sustinetur à iure perindè, ac si omnia pro validitate per necesse à Testatore exprimenda verè expressa forent ex Theorica, *Bald.in l.Pater 79. §.filius mastrem, ibique Iwol.nu.9.§.ff.de legat.2.Gabr. cons. 137.nn.23.& 24.lib.1.Decian.cons.57.n.22.vol.2. Riminald.Iun.cons.588.nn.17. vol.5. Fusar.de substit.quæst.245.num.64.cum seqq.Cyriac.contron.205 nn.117.cum seqq.Rota dec.30.nn.35.part.5. & dec. 391.nn.25.part.9.recent.*

11 Hinc idem *Bald.in † l.quottes 13.n.9.& 10.C. de hared.Instit.* censuit filium, cui aliquid simpliciter fuit à patre relictum sub clausula omni meliori modo non posse testamentum impugnare, vel sub prætextu, quod legitimæ honorabilem titulum institutionis exquirat iuxta *text. in §.aliud quoque capitulum authent.*, vt
12 *cum de appellat. cognos.* † cum clausula illa veram expressionem institutionis præsefert nõ secus, ac si filius foret à Patre apertè institutus eumque sequitur. *Felin.in cap.cum super 23 num.11.de offic.deleg. Castren.cons.323.nu.3. vol.1. Alex.cons.112.nu.3.& 4.vol.3.& cons.80.numer.3 vol.5.Ruin.cons.117.nn.21.vol.1.Soccin.Sen. cons. 66.nn.10.lib.3.Curt.Iun.cons.71.n.12.& cons.315. nn.29.cum tribus seqq.Cephal.cons.547.nu.32. Conar.in cap.Rainutius,§.1.nu.2.de Testam.Card.Mãtic.de coniectur.vltim.volunt.lib.3.tit.14.nn.11.Cyriac.contron.262.nn.39.Rot.decis.32.nn.26. part.8. recent.*

Et in his terminis prohibitæ detractionis
13 legitimæ consuluit † *Cuman in cons.58. num.3. ad medium vers.Hæc omnia*; vbi quod clausula omni meliori modo prohibitionem simpli-
14 citer actam ad legitimum modum † reducit, vt scilicet filius grauamen renuens acceptare institutus censeatur, dumtaxat in legitima, ac reliquo hæreditatis orbatus *Curt. Iun. cons. 120.versic.vbi dixit Facchin.controuers. iur.lib.12. cap.70. versic.istis Rot.decis.342.numer.15.part.5. recent.*

Quæ sanè clausula perperam Institutioni filiorum dumtaxat impressa contenditur. Dum enim institutio, ac prohibitio legitimæ sub vnica orationis periodo continentur, vt sequentia verba demonstrant. *E così instituisce, & sostituisce in ogni meglior modo, con piena ragione, e senza alcuna diminutione, & detratione*
15 *etiam de legitima* † clausula ibidem promiscuè apposita, vtrique dispositioni vires attribuit *ad text.in l.& si pereperit 3.§.filius, ff.de liber. & posthum.Bartol.in l.Prator 4.§. eritque nu.1., ff. de vi bonor.raptor. Alex.cons.48. numer.9. lib.1. Rot. decis.407.numer.8.part.3.& decis.146.num.4. part. 9. recent.* cum aliis relatis *in Romana dotis 13. Junij 1663.*, §.& *nunquam coram R.P.D. meo Albergato.*

Cumani verò, ac sequacium opinio facilius

lius in proposito casu sibi locum assumit, quo in subsequenti testamenti capitulo per modum regulæ Pater ordinauit, vt præcedenter ibidem disposita omni meliori modo robur
16 validitatis obtinerent. † Talis quippe clausulæ repetitio, quæ ad omnia superius expressa porrigitur, & notat *Honded. cons. 44. num. 23. & 24. vol. 2. Paris. cons. 21. nu. 53. vol. 3. Cephal. consil. 547. nu. 32. & 33. Cyriac. contron. 205. num. 110.*
17 *cum seqq.* † ipsius magis enixam voluntatem præsefert legitimè disponendi de omnibus in Testamento præcedenter ordinatis, vt admittunt *Curt. Iun. cons. 120. nu. 16. Neuizz. cons. 63. nu. 16. Honded. cons. 44. nu. 24. lib. 2.*

18 Neque visa fuit vrgere obiectio, † exindè petita, quod dum clausula hæc in medio Testamenti fuit expressa, necnon in fine capituli, exclusionem fisci ac cæterorum locorum piorum continentis ad illud eadem debent
19 proindè arctari, † siquidem posterior dispositio exclusiua fisci alteri prohibitionis legitimæ præsumitur inhærere, dum illa post prohibitionem immediatè concepta à verbo illo declarans initium sumit. Tum quia vtraque dispositio pro bonis in agnationem seruandis à Testatore sancita conuincitur, ex quo denique Pater postquam illam declarationem expleuerat in eodem immediate capitulo bonorum alienationem ex eadem met causa asseruandi bona in agnatione, ac filijs legitimâ in totum interdixit ijsdem præcipiens, vt infrà duos menses sub clausula omni meliori modo deberent eam fideicommisso submittere.
20 Quare † capitulorum connexione perspecta clausula in medio vnius expressa ad omnia in altero præcedenti disposita vbi eadem militat ratio, æquè porrigitur *ad text. in cap. 2. requiris 41., vbi Abb. nu. 4. & Dec. nu. 7. de appellat. Roman. cons. 461. n. 6. vers. secunda, qua habet Alex. cons. 63. num. 9. lib. 6.*

Denique non obstat quod de tempore acceptati grauaminis alter ex filijs minor alter verò infantili ætate constitutus existeret, per-
21 indè ac si instrumentum debeat † ex non adhibita insinuatione corruere requisita ex vi continuationis Egidianæ Perusiæ locum obtinentis, vt censuit *Rot. in decis. 97. num. 2. apud Gilian. ad Statut. Perus.*

Præter quam enim insinuatio ex 30. anno-
22 rum † cursu vna cum obseruantia præsumitur adhibita, vt admittunt *Cephal. cons. 170. nu. 22. Gabr. de præsumpt. conclus. 1. num. 56. Rot. coram Seraph. decis. 742. nu. 51. coram Canaler. decis. 575. n. 11. & in Ciuitatis Castelli die 28. Aprilis 1662. §. minus relenat coram R. P. D. meo Emerix.* Obiectio visa fuit exindè corruere, quod fratres, post quam minorem ætatem excesserant de anno vltimo 1640. bona Patris hæreditaria diuisere sub expressa præseruatione fideicommissi ab eodem met Patre in Testamento ordinati. Hæc quippè principalis Testamenti
23 approbatio nec non hæreditatis, † dum præcesserat prohibitio legitimæ iuxta cautelam Soccini sufficiens reputatur ad filiorum voluntatem arguendam, subijciendi illam fideicommissio, vt præter auctoritates *in 2. §.*

recensitas respondit Rot. in decis. 100. numer. 1. coram Eminentissimo D. meo Cardinali Otthobono.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Census.

Merc. 4. Februarij 1665.

ARGVMENTVM.

Manutentio conceditur in gradu appellationis, & restitutionis in integrum, quando exequutio non fuit cæpta.

SVMMARIVM

1 *Manutentio conceditur lata sententia in petitorio.*
2 *Manutentio concedi non potest in gradu restitutionis in integrum, quando exequuta est sententia limitatur, vt num. 3.*
4 *Exequutio quando dicatur facta ab homine, & quãdo à lege.*
5 *Manutentio conceditur etiam in gradu appellationis.*
6 *Tempus post litem motam subduci debet ad complendum decennium.*

DECISIO CCLV.

TVRRIANVS, qui per duas decisiones obtinuit responderi, nõ constare de iudicata, sed de Causis restitutionis in integrum aduersus sententiam latam contra eius authores, in qua pronunciatum fuerat Censum à Franciono impositum ex fructibus domorũ perceptis à Creditoribus in Saluiano immissis extinctum fuisse, fructus amplius non deberi, & concedendam esse reintegrationem Franciono, petebat manutentionẽ in possessione exigendi dd. pensiones pro quantitate scut. 60. quam illi concedendam esse respõsum fuit die 26. Maij proximipræteriti, & hodie in decisis persistendum ijdem DD. dixerunt.

1 Quia etiam in † gradu restitutionis in integrũ post latas sententias in petitorio concedi potest manutentio, *vt in Dec. §. fin. & concordant relati per Grat. disc. 948. num. 11. Rot. dec. 229. nu. 23. part. 5. rec. & in Sutrina Augmenti Dotis 6. Feb. 1662. §. non obstat, & per totam coram R. D. Decano.*

2 Neque applicari visa † est DD. limitatio, quod in gradu restitutionis in integrum concedi non potest manutentio quando sententia exequtioni demandata fuit.

Tum quia in præsenti sententia est absolutoria, dum ex pensionibus perceptis declaratum fuit censum extinctũ remansisse, & pars diffinitiuè absoluta fuit à solutione fructuũ.

3 Limitatio vero procedit in executione facta ab homine, non autem in ea, quæ absque alio hominis ministerio ex dispositione iuris secum trahit executionem *Rot. coram Buratt. dec. 504. num. 16.*

Exequutio autem in præsenti non potest dici facta ab homine sub prætextu, quod sententia fauore Francioni prolata, decretum, & relaxatum fuerit mandatum de reintegrãdo nam † ad hunc effectum talis mandati relaxatio in sententia non sufficit, sed requiritur vlterius, quod in vim eiusdem mandati incipiatur executio, *vt per Add. ad Sanc. Gregor. dec. 458. num. 10. in fine vers. non sufficit tamen Rot. in Bonon. Census 11. Decembris 1602. Coram Iusto §. nec facit quod apud Marches de comm. par 2. fol. 60.*

4

Tum quia ex ijsdem Actis notorie constat de iniustitia sententiæ, quia ex illis non probatur census extinctio dum fundatur in erronea relatione Periti, qui existimauit Creditores census fuisse in possessionem Domorũ immissos non autem pro sola quantitate fructuum census, vt latè deductum fuit *in dec. 22 Aprilis 1663. & 14. Maii proximipræteriti coram me* super hoc editis.

Et Vlterius causa restitutionis in integrum non solum commissa fuerit, sed etiam appellationis cum clausula constito de re iudicata exequatur sin minus causam appellationis cognoscat, & in dd. decisionibus responsum fuerit non constare de re iudicata causã d. remansisse in gradu appellationis, quo casu potest concedi manutentio, vt in istis terminis responsum fuit *in Montis Alti beneficii 18. Maii 1646. §. & cessat omnis difficultas coram bonmem. Bichio.*

5

Non obstat quod ob silentium 10. annorũ Turrianus deposuisset animum possidendi, & sic manutentionem amplius petere non possit.

Quoniam in facto tale silentium non probatur cum sententia Absolutoria anno 1646. lata fuerit, & commissa causa appellationis Reuerendiss. D. Episcopo Imolen. obtinuit Turrianus ab eo prorogationẽ summ. eius responsionis n. 2. & super dubio rei iudicatæ informauit de mente Iunij eiusdem anni, & tamen ad hunc effectum complendi decennij non computari tempus post litem motam. *trad. Posth. de manutentione art. 58. num. 12. vers. ad complendum ante tempus Rot. coram Penia dec. 162. nu. 6. vers. tempus autem cum aliis relatis in Bonon. Parochialis 22. Iunii 1661. §. fin. & 9. Iunii 1664. §. nam cum his coram R. P. D. m. Taia.*

Neque applicatur decisio in Camerinen. Pecuniaria *coram Gipsio apud Marches. de commiss part. 2. fol. 38.* nam in casu ibi proposito postq; per sententiam pronunciatum fuit non esse locum manutentioni Aurelius ab ea appellationẽ non interposuit, sed ex eo integro Iudicium in petitorio introduxit, vnde inferebatur habuisse se pro spoliato, & sic pro manutentione amplius instare nõ poterat vt post *d. dec. declarat Rot. dec. 174. n. 5. & 6. apud Posth. de manut.* quod in casu nostro non concurrit, cum nullus exhibeatur Actus, ex quo inferri possit Turrianum habuisse se pro spoliato.

7

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Romana Cambij.

Mercurij 4. Februarij 1665.

ARGVMENTVM.

Inuestimentum præsumitur ratificatum per retentionem folii, in quo illud describitur præsertim id suadentibus Coniecturis in decisione ponderatis.

SVMMARIVM.

1 *Facultas inuestiendi pecunias probatur Coniecturis.*
2 *Folium receptum absque protestatione demonstrat approbationem omnium in eo contentorum.*
3 *Ratificatio ex quibus inducatur.*
4 *Idoneus facultatibus quilibet præsumitur.*
5 *Administrator non tenetur de cessu inopinato post administrationem, & num. 6. & 8.*
7 *Declaratione facta, Commodum & incommodum spectat ad nominatum.*
9 *Apoca suspicio de antidata, ex quibus probetur, & remouetur & num. 10. 11. 12. & 13.*
14 *Apoca in Vrbe confecta non indiget Archiuiatione.*
15 *Apoca veritas quando aliunde haberi potest non indiget Archiuiatione.*
16 *Testes de auditu à parte non probant.*
17 *Testis de mendacio conuictus non probat.*

DECISIO CCLVI.

DIXERVNT Domini Reuerendiss. Episcopum Anagninum non teneri restituere Hieronymo Defendino pecunias in sũma scut. 500. quas vti Procurator exegit & deinde ad commodum D. Hieronymi inuestiuit mediante cambio contracto cum Dominico de Prosperis.

Facultas siquidem faciendi huiusmodi inuestimentum ex pluribus resultare visa est scilicet ex generali administratione rerum, & pecuniarum quàm D. Episcopus in Vrbe gerebat vti consanguineus Hieronymi de qua deponunt Testes tum. *num. 1.* deinde ex alio inuestimento pecuniarum in altero simili cãbio contracto cum Vincentio Tagliauio eidem Hieronymo postea restituto, vt ex computis à D. Episcopo super generali administratione, & redditione rationum sibi transmissis, & datis in sum. *num. 2.* Ex his enim

1 dubitari non potest quin † oriatur maxima præsumptio, & verisimilitudo *ad l. 1. §. Magistrum ff. de exerc. act. Castren. in l. in causa §. sed hæc ita ff. de procur. Alciat. cons. 63. num. 6. lib. 8. Affl. dec. 308. num. 11. vers. si erit Rot. in Romana Societatis officij 22. Maij 1662. coram R. P. D. m. Verospio* Vlterius quia prædicta computa continẽt etiam indiuidualiter descriptum cambium de quo agitur, & fuerunt à Defendino

2 recepta absque vlla protestatione, & reclamatione. Vnde censetur approbasse omnia in eis contenta *l. si fil. fam. 18. ff. ad S. C. Maced. & plenè firmauit Rot. dec. 81. nu. 1. & per tot. par. 1. diu.* denique ex quam plurimis Capitulis constat Defendinum recognouisse in debitorem

D. Pro-

3 D. Proſperũ & etiam † feciſſe nonnullas expenſas pro expediẽdo mandato contra eumdem tam pro ſorte, quam fructibus dicti Cambii ex quibus inducitur certa ratificatio, quæ idem operatur, ac mandatum etiam ſi ſpeciale requireretur *cap. ratihabitionē vbi Gloſſ. de reg. Iur. in 6. Gregor. dec. 292. num. 41. & dec. 525 num. 4. cum ſeq. Burat. dec. 301. num. 8. & dec. 792. num. 15. Merlin. dec. 878. num. 4. & in recent. deciſ. 291. num. 4. & ſeq. par. 9.*

Quod autẽ tempore contracti Cambii Dominicus de Proſperis eſſet ſoluẽdo vltra prę-
4 ſumptionẽ Iuris † quod quilibet præſumitur idoneus, & ſoluendo *vt tradunt Roman. conſ. 16 num. 4. Surd. conſ. 452. num. 22. lib. 3. Capic. Galeot. contr. Iur. lib. 1. controu. 32. num. 33.* dantur depoſitiones Teſtium aſſerentium fuiſſe publicum in vrbe negotiatorem, & fide, & facultatibus à multis idoneum reputatum vt in ſum. d. Epiſcopi n. 13. Vnde quãdo, & poſtea conditionem ſuam deterioraſſet hoc cedere non deberet in damnum adminiſtratoris, qui non te-
5 netur de caſu inopinato poſt contractum ſuperuento *l. negocium gerentes alienum 22. ibi negotium gerentes alienum non intercedente ſpeciali pacto caſum fortuitum præſtare non compelluntur C. de neg. geſt. l. ſi creditor 4. C. de pignor. & Valenz. cõſ. 179. num. 94. lib. 2. Theſaur Iun. quæſt. forenſ. 62. n. 14. lib. 1. Staiban. conſ. 89. num. 16. & ſeqq. lib. 1.*
6 nam in hac materia attenditur vtilitas ab initio non autem à futuro euentu *Rot deciſ. 289. num. 3. par. 9. rec.*

Non obſtat, quod cambium contractum fuerit ſub nomine Ioannis Ciancherini non vero ſub nomine Hieronymi, qui proinde ratificare non potuit, id quod ig orabatur quandoque ſuo nomine geſtum non fuerat quoniam Ciancherini nomen imulatè appoſitum fuerat idque per Apocam paulo poſt declarauit ſe in dicto contractu non habuiſſe niſi nudum & publicum nomen, omneque commodum, & incommodum ſpectare ad
7 Hieronymum † qua ſecuta declaratione ſtatim omne Ius, & dominium Cambii dicto Hieronymo fuit acquiſitũ ac ſi ipſius nomen in celebratione contractus fuiſſet expreſſum *Dec. conſ. 54. num. 4. Cephal. conſ. 325. nu 14. & 15. Mant. de tacit. lib. 4. t. 22. num. 9. Surd. deciſ. 182. num. 18. & ſeq. Magon. dec. Flor. 17. nu. 13. Gregor. dec. 157. num. 7. ibique Aeden. num. 4. & dec. 227. n. 3 & ſeqq. & in recent. dec. 95. num. 8. par. 9.* & quan-
9 do & de dicta declaratione non fuiſſet certioratus Hieronymus ſatis eſt quod mediãtibus computis ſibi tranſmiſſis habuerit notitiam Cambij illudque approbauerit, & vti proprium recognouerit ex ſupradictis.

10 Minusque refragatur obiectum † quod ſupradicta apoca reddatur ſuſpecta de antidata, quod fieri potuerit poſt ſequutam deteriorationem Proſperi ſub prætextu, quod Hieronymo non fuerit notificata, minuſque in actis producta niſi poſt lapſum 12. annorum. Ideoque non veniat attendenda *ad tradita per DD. in l. ſcripturas C. qui pot. in pign. hab.* præſertim cum careat archiuiatione ad formam
11 bannimentorum requiſita. Quia Teſtes in-
ea ſubſcripti formiter examinati ſuper reco-
12 gnitione deponunt fuiſſe confectam die ibidem relata videlicet 20. Auguſti 1651. & ſic tempore quo Proſper conditionem ſuam ad
13 huc non mutauerat. † Vnde penitus ceſſat d. ſuſpicio, & cum ſi trino Teſte munita vim habet publici inſtrumenti *d. l. ſcripturas vbi gloſſ. in verbo ſuum robur Bald in prin. Salic. num. 3. verſ. aut vtrumque Bart. in l. eam vend. n. 26. ff. de Iur. Iur. Gabr. de probat. conſ. 9. nu. 10. Genu. de ſcript. priu. lib. 1. concl. vlt. num. 1. cum ſeqq. Rot. in Bonon. Pecuniaria de Lambertinis 13. Febr. 1645. coram R. P. D. meo Veroſpio §. & licet* Quo verò
14 ad archiuiationem, quę non requiritur quando apoca facta eſt in vrbe expreſſe in dd. bannimentis præſeruata, & vlterius quando eiusdem veritas aliunde probatur *Rot in Romana pecuniaria 3. Martij 1662. §. quo vero ad archiuiationem coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Demum non iuſtificatur quod D. Epiſcopus eſſet Creditor Proſperi pro alio cambio ſcut. 300. nec minus quod ſecundum cambium ſcut. 500. fuiſſet conflatum ex dd. ſcut. 300. ſuperadditis alijs deficientibus non autẽ ex pecunijs Defendini, nam vltra quod duo Teſtes ad hoc inducti deponunt de auditu ab
16 ipſo Proſpero. Vnde † nihil probant *l. Teſtium C. de Teſtibus cap. Teſtes 3. quæſt. 9. Farin. de Teſtib. quæſt. 69. num. 1. Caputaqu. dec. 238. num. 1. par. 3. Greg. deciſ. 517. num. 4. & 572. num. 3.* & conuincũtur de mendacio, tum ex depoſitio-
17 ne eiuſdem Proſperi aſſerentis ſe nunquam fuiſſe nec Creditore n, nec debitorem D. Epiſcopi ſum. reſponſionis *num* 1. Tum etiam ex diſpoſitione aliorum Teſtium affirmantiũ Cambium fuiſſe initum ex pecunijs Defendini exiſtentibus in banco S. Spiritus ſum. *nu.* 15 obiectum totaliter deſtruitur attentis partitis eiuſdem banchi relatis in ſumm. *num.* 14. ex quibus concludenter conſtat dd. ſcuta 500. Proſpero effectiuè & integrè perſoluta fuiſſe eaque de iſtius ordine ad manus Eminentiſſimi Cardinalis Antonij peruenifſe.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Calaguritana Præeminentiarum.

Veneris 4. Ianuarij 1665.

ARGVMENTVM.

In Eccleſiarum conſtructione publica vtilitas eſt conſideranda, eo quia ſunt Iuris publici. Poſſeſſio quando dicatur mutata ſẽtentia nõ nocet illi, contra quem lata non fuit, & multo minus ſi ſit iniuſta. De iure tertij, vt quis dicere valeat mandatum & conſenſus illius, de cuius intereſſe agitur requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa in Eccleſia, ac Altari publico quilibet Sacerdos celebrare poteſt.*

2 *Officium Defunctorum inſtitutum eſt in ſuffragium animarum.*

3 *Prohibitio Officij Defunctorum non eſt permittenda tan-*

tanquam contra Ius publicum, & animarum Suffragium.

4 *in Ecclesiarum constructione publica vtilitas attendi debet non priuata construentis.*

5 *Ecclesia sunt Iuris publici.*

6 *Præscriptio Iura publica impedire non valet.*

7 *Immemorabilis sine quasi possessione non considerantur.*

8 *Manutentio datur eo modo quo quis possedisse probatur.*

9 *Possessio dicitur mutata qualitate actui possessorio adiecta, & manutentio competere non potest, & num.10.*

11 *in Possessorijs causa potius actus, quam ipsius actus actus exercitium est attendenda.*

12 *Sententia non afficit eum, contra quem lata non fuit & num.13.*

14 *Sententia iniusta non nocet.*

15 *de Iure tertij dicere nemine licet nisi de mandato & consensu interesse habentis.*

DECISIO CCLVII.

FVNDAMENTA quibus nititur Decisio in hac Causa sub die 10. Decembris 1064. coram me emanata, in qua fuit resolutum constare de bono iure Magistratus oppidi de Liqueitio quoad libertatem celebrandi Sacrum in Altari maiori pro quibuscumque Defunctis; De bono autem iure D. Antonij Adan de Iarza respectu vxoris quo ad præcedentiam in Offertorio, & Responsorium visum fuit DD. adhuc subsistere, neque ex denuo in contrarium deductis vllo modo labefactari.

Primum enim fundamentum desumptum
1 ex eo † quod in Ecclesia, ac Altari publico cuilibet licet Missam celebrare non tollitur ex testibus pro D. Antonio examinatis, & Decretis in actu Visitationis emanatis, quam præter responsa data in Decisione, quæ reui-
2 detur à § *nec obstant illud placuit* DD. † quod cum Officium Defunctorum sit institutum in Suffragium Animarum, *Canone non æstimemus* 19. *Canone Animæ Defunctorum* 22. 13. *quæst.* 2.
3 *Canone quicumque* 26. *quæst.* 5., non est † permittenda talis prohibitio contra ius publicum, & Suffragia Animarum, prout in fortioribus terminis sensit *Anchar. cons.* 129. *num.* 4., vbi firmat quod etiam expacto non potest prohiberi neque in fundatione quin alij volētes recipiantur ad sepulturam in eadem Ecclesia, vel Cappella, vel similia, per quæ deuotio Ecclesiæ augetur, & Concursus, grauaretur enim
4 libertas Ecclesiarum, † in quarum Constructione debet attendi publica vtilitas, non priuata eius cōstruentis nam †
5 iuris publici sunt,
6 vnde † fit præscriptiones, nec rescripta sufficere ad impedienda iura publica *Galganett. de iur. publico lib.* 4. *tit.* 41 *num.* 12. & 13., Stant enim prohibitio legis, & incapacitas in acquirente,
7 & ita † non consideratur quasi possessio, sine qua nec immemorabilis potest considerari, vt in indiuiduo ad effectum acquirendi quasi possessionem in Ecclesia *Butr. in c. fin. numer.* 38. *de caus. poss., & propr. Menoch. de retin. remed.* 3. *numer.* 156. & *seqq. Giouag. responsi.* 40. *numer.* 27. *lib.* 2.

Quoad præcedentiam verò in Offertorio bonum ius D. Antonij respectu vxoris subsistit ex fundamentis in Decisione adductis, nec
8 obstat quod † manutentio regulariter datur in statu, & eo modo, quo quis possedisse probatur latè *Posth. de manut. observ.* 73. *à num.* 11., & *præcipuè numer.* 18. *cum seqq.* & mutata
9 qualitate † adiecta Actui Possessorio dicitur mutata possessio, itaut sit altera, ideoque non competit manutentio *Rot. post. cum decis.* 646. *num.* 13. *vers. preter quod cum duob. seqq. & coram Gregor. decis.* 569. *à num.* 1., vbi quod actus celebrandi Dedicationem non sufficit, vt celebretur cum qualitate Processionis solemnis, vbi *Add. num.* 6., In præsenti verò possessionis qualitas mutatur; dum illud adhibetur moderamen, vt vxor accedat ad Subdiaconum, &
10 sic qualitate mutata dicitur mutata † possessio, & ideo manutentio competere non possit
11 ex Authoritatibus adductis, † quia in huiusmodi Possessorijs potius attēditur Causa actus, quam ipsius actus exercitium, & cum hæc prærogatiua non procedat ex qualitate loci, sed ex iure quæsito familiæ, parū refert quod illius exercitium fuerit factum potius in vno loco, quam alio, vt probat *Giouag. cons.* 9. *n.* 44. *lib.* 1. *Grat. disc. forens. Cap.* 425. *numer.* 43., *Lother. de re benefic. tom.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 127., *Posth. de manut. observ.* 73. *à numer.* 135. & *seqq. Rot. dec.* 581. *num.* 1, *part.* 1. *recent.*

Bonum etiā ius D. Antonij in tertia Præeminentia subsistit, quæ est vt Sacerdos celebrans Missam Conuententualem diebus festiuis, illa finita, accedat ad sepulcrum eius Antecessorum Responsorium recitaturus pro Suffragio Defunctorum, nec decisionis fundamenta deficiunt ex eo quod sententia de anno 1607. tangit solum Possessorium, & lata fuerit in iudicio Criminali cōtra vnum ex Beneficiatis, licèt citato Capitulo, non con-
12 tra Magistratum nunc litigantem, & † ideò eum non afficit *l. an eadem cum vulg., ff. de except. rei iudic. Noguerol. allegat.* 27. *num.* 56., & vlterius expressè legitur lata ob defectum probationis beneficiati, & Capituli, ibi: *Non prouerno cosa*
13 *alcuna*; Ideoque † multo minus magistratui nocere debet. *Rebuff. cons.* 445. *numer.* 4. *vers.* 5. *respondetur, Socc. iun. cons.* 181. *nu.* 98. *lib.* 2. *Peregr. de fideic. art.* 53. *in fine*; Demum contrariatur
14 Missali, & Cæremoniali, ideoque iniusta, † & sic non nocet pluribus adductis *Fusar. de substit. quæst.* 622. *num.* 30.

Nam vltra deducta in alia Decisione, cum Recitatio responsorij concernat solum inter-
15 esse Capituli huic † oneri acquiescentis Magistratui non licèt dicere de iure tertij sine Consensu, & mandato illius. *Rot. dec.* 52. *n.* 4. *part.* 6., & *decis.* 88. *numer.* 8. *part.* 7. *recent.*, & *post Cenc. de Cens. dec.* 206. *numer.* 7., & *in Romana Legati*, 18. *Februarij* 1650. §. *minusue obstat coram Reuerendissimo D. meo Decano*; Præsertim cum circa habitum Sacerdotis, & modum accedendi acquiescat D. Antonius Sacris Canonibus,

by Google

bus, dummodo Responsorium recitetur nè Defuncti fraudentur hoc Suffragio.
Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO,

Nunc. S. R. Eccles. Cardinali.

Toletana, seu nullius Iurisdictionis.

Veneris 6. Februarij 1665.

ARGVMENTVM.

Remissoria, quæ in prophanis conceditur sine fumo, sufficit ne denegetur, quod materia articulata sit releuans, & an concedatur ad retardandum summarissimum possessorium.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in prophanis conceditur sine fumo quando materia articulata sit releuans*
2 *Obseruantia minuit fidem scripturis*
3 *Fides scripturarum per obseruantiam augetur*
4 *Remissoria non conceditur ad retardandum summariissimum possessorium manutentionis*
5 *Possessio nisi sit clara remissoriam impedire non potest*
6 *Possessio in his, quæ à libera facultate pendent non acquiritur nisi constito de acquiescentia*
7 *Materia articulata etiam per scripturas probatur.*
8 *Articulus vnicus sufficit quod non probetur, vt super omnibus remissoria concedi debeat, & vltra ea, quæ probari possunt per scripturas, testes deponant de publica voce, & fama.*

DECISIO CCLVIII.

IN decreto Regij Consilij ordinum confirmato in forma specifica per Sereniss. magnum Magistrum Hispaniarum Regem occasione visitationis Conuentus de Veles Ordinis Sancti Iacobi de Spata inter cætera, sancitum fuit, quod non admittantur in posterum in Conuentu prætendentes habitum, nisi in primis, & antea omnia personaliter compareant in d. Consilio, & ibi examinentur, & approbentur, quodque ex approbatis Capitulum d. Conuentus eligat eos, qui magis conuenientes, & idonei visi fuerint, sed prætendentes Prior, & Conuentus ex huiusmodi decreto fuisse priuatos possessione, ac libera facultate examinandi, & ad libitum admittendi Religiosos ad habitum interposita appellatione, & causa mihi commissa subscripsi dubium An ipsdem Priori, & Conuentui sit dandum mandatum de manutenendo. Cum autem pro parte Procuratoris Fiscalis Regij Consilij ordinum fuerint producti in actis articuli ad probandum in partibus materias articulatas, subscripsi aliud dubium An sit danda remissoria? & proposito in hac Rota vtroque dubio, Domini quo ad illud super manutentione dixerunt, quod videatur de bono lure, etiam ad effectum manutentionis, quo verò ad aliud super remissoria affirmatiuè responderunt.

1 Quia enim † agitur de causa graui, in qua nullæ sunt factæ probationes in partibus, & materia articulata sit releuans etiã sine fumo, qui non requiritur in profanis, remissoria non solet denegari *Rot. dec. 259. num. 2. par. 9. rec. cum alijs in Auenionen. fideic. 20. maij 1662. §. statim coram me.*

Releuantia desumitur ex eo quod probationes tendunt ad ostendendam, ac iustificandam Iustitiam dicti decreti, quod licet impugnetur prætextu antiquæ sententiæ arbitramentalis confirmatæ auctoritate Apostolica, attamen probare intenditur Sereniss. magnũ Magistrum, eiusque Consilium alias promulgasse consimiles reformationes, & decreta, illaque fuisse seruata in Conuentu de Veles præcipue cum decretum, de quo agitur emanasse dicatur ob euitandum abusus, & corruptelas, quæ ob ignorantiam professorum emerserant, quæ probationes multum conferre videntur ad ostendendum d. sententiæ arbitramẽtalis obseruantiã, quæ solet minue-
2 re fidem scripturis, quemadmodum à contrario sensu per obseruantiã augetur, *Capbal.*
3 *cons. 441. num. 106. & seqq. vol. 3. Rot. dec. 703. nu. 8 par. 2. rec. & coram Otthob. dec. 40. num. 22. & 23.*

Non obstat, quod Prior & Conuentus per d. sententiam semper extiterint in possessione liberè recipiendi Nouitios, & ideo sicuti in hac libera receptione essent manutenendi, ita quoque denegari debet remissoria, quæ
4 non conceditur ad retardandum summariissimum possessorium manutentionis ex *allegat. in Cremonen. Parochialis 15. Iunij 1646. coram me*

Etenim hæc possessio hodie non videbatur
5 tam clara, vt posset impedire petitam remissoriam, cum potius ob varias difficultates super hoc dubio manutentionis fuerit dilata resolutio. Et signanter animaduersum fuit, quod sententia arbitramentalis, in qua potissimè se fundat Prior, & Conuentus loquitur duntaxat de admissione Nouitiorum non tamen disponit de examinatione, ad quod præsens difficultas restringitur. Et vlterius cum ex Bulla Iulij II. fuerit tributa magno Magistro facultas exercendi omnimodam superioritatem, & correctionem in temporalibus per se ipsum & in spiritualibus per aliquam personam ab ipso eligendam, non ex eo, quod vsus non fuerit facultate examinãdi admittendos ad ordinem antequam reciperentur, & passus fuit, quod libere admitterentur à Priore videtur acquisita eidem Priori aliqua quasi possessio manutenibilis super lure negatiuo contra magnum Magi-
6 strum †. In his enim, quæ à libera facultate pendent non acquiritur possessio, aut non vsus in contrarium, nisi constito de prohibitione, & acquiescentia *ad tradita per Possb. de manut. obseru. 53. nu. 3. & seq. Rot. post eundem dec. 186. num. 7. & seqq. Add. ad Gregor. dec. 162. num. 15. lit. C. Caualer. dec. 286. num. 1. & dec. 473. n. 1. part. 3. rec.* licet de prædictis plenè agendum sit in discussione negocij principalis.

7. Nec etiam releuant, quod † materia articulata probari possit per scripturas, indeque non veniat concedenda remissoria ad proban-

bandum per teſtes. Tum quia non omnes articuli probari poſſunt per ſcripturas, & ſufficit vnus, vt ſuper † omnibus concedatur remiſſoria *Gregor. dec.* 129. *num.* 3. Tum quia ſufficit quod vltra ea quæ poſſunt probari per ſcripturas teſtes deponere valeant de publica voce, & fama, *vt dixit Rota coram Otthob. dec.* 82. *num.* 9. *& ſeqq.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Saluiani.

Veneris 6. *Februarij* 1665.

ARGVMENTVM.

Exceptio retentionis quando ab emptore opponi non poſſit. Pecuniarum liberè traditarum dominium in recipientem tranſit. Creditor anterior poſteriori ſemper eſt præferendus.

SVMMARIVM.

1 *Saluiani concurrentibus requiſitis immiſſio in vim illius denegari non poteſt*
2 *Soluens creditoribus anterioribus in eorum locum ſuccedit.*
Sed declara vt num. 3. *&* 4.
3 *Exceptio retentionis quando ab emptore opponi nequeat*
6 *Pecunia quando liberè tradantur illarum dominium in recipientem tranſit*
7 *Emptor rei emptæ pretium creditoribus ſoluens, id agit vt rem emptam à pignore, & hypoteca liberam reddat*
8 *Hypothecam anteriorem habens præfertur habenti poſteriorem*
9 *Immiſſio pro parte pretij poſterioribus ſoluta debet concedi hypotecam anteriorem habenti*
10 *Pecunia rei venditæ pro ære alieno ſoluendo in illam cauſam debent erogari.*

DECISIO CCLIX.

HIPPOLYTA Puteobonella, quæ anno 1655. vendidit vineam, ſuper quâ in Saluiano petitur immiſſio, Marchioni Lanciæ, erat debitrix hypotecaria Marchioniſſæ Spinulæ pro cambio ſcut. 950. & fructibus quæ pro quantitate ſcut. 500. ſerogata fuerunt in extinctionẽ alterius Cambij ab eadem Hippolyta contracti ad fauorem Toſcanellæ, cuius pecunia ſoluta fuerat Pulcheriæ Vrſinæ creditrici Puteobonellæ pro alio cãbio vſque ſub die 24. Martij 1649. contracto
1 vnde † cum ex eodem contractu Cambij cõſtet de credito cum hypotheca, & cæteris Saluiani requiſita non controuertantur, Domini pro concurrenti quantitate ſcut. 500. & fructuum dandam eſſe dixerunt eidem Marchioniſſæ Spinulæ immiſſionem, *Menoch. de adipiſc. remed.* 3 *quæſt.* 29. *num.* 561. *& ſeqq. Rot. dec.* 242. *num.* 3. *part.* 9. *rec. Romana Saluiani* 23. *Martij* 1650. *coram R. P. D. Veroſpio Romano Saluiani* 25. *Junij* 1657. §. 1. *coram R. Papien. cum cæteris in Farſen. ſeu nullius Saluiani* 30. *Maij* 1664. §. *quodque coram me.*

Nec dicatur quod concurrentibus etiam his requiſitis, non potuit competere immiſſio ſub prætextu, quod emptor vineæ ſoluit ſcut. 600. D. Duci Lanti creditori Hippolytæ quæ ab ipſo ſcut. 1000. recepit, quæ deinde ſoluta dicuntur Ioſepho Puteobonello creditori æquali eiuſdem Hippolytæ, & ad effectum retinendi, & poſteriores creditores re-
2 pellendi † ſoluens anterioribus in eorum locum ſuccedit, abſque alia ceſſione *Beneintend. deciſ.* 50. *Mantic. dec.* 69. *num.* 3. *dec.* 33. *num.* 19. *poſt Merl. de pignor.* Quoniam diſtinguendum eſſe Domini exiſtimarunt, quod aut ipſe emptor
3 ſoluit pretium rei venditæ creditoribus anterioribus (vt pro maiori parte fecit in hoc caſu Marchio Lancia) vel ſaltem ex pacto, & conuentione eiuſdem ſoluentis ad anteriores peruenit, & tunc cõcluſio procedit, quod in eorum locum ſuccedit abſque alia ceſſio-
4 ne, in quibus terminis loquuntur *Surd. conſ.* 183. *num.* 18. *Grat. diſcept.* 734 *num.* 18. *& ſeq. cæteri que relati in Bonon. cenſus* 24. *Martij* 1663. *coram me* §. *hinc nulla.*

Aut ſoluit venditori, vel creditori poſteriori ſimpliciter, vt quo ad ſcut. 600. ſoluta D. Duci Lanti, & cum idem Dux prius liberè, & abſque vllo pacto, & ſine conuentione, quod cum eadem pecunia creditores anteriores dimitterẽtur ſcut. 1000. ſoluerit Hippolytæ, hoc ſecundo caſu non poteſt ab em-
5 ptore exceptio retentionis opponi, quamuis poſtea Hippolyta Ioſephum creditorem æqualem dimiſerit, ea ratione, quia per liberam pecuniæ † traditionem in Hippolytam
6 eorum dominium tranſlatum fuit, quæ poſtea propriam pecuniam ſoluendo, non intellexit, ceſſante pacto, Intra Puteobonelli in Ducem Lantem transferre. *Gloſſ. in l. Auriga* 3. *verb. pignus, ff. quæ res pign. oblig. poſſ. Io. Franc. à Ponte, qui ita benè diſtinguit, conſ.* 87. *num.* 4. *& ſeq. num.* 14. *per tot. Magon. deciſ. Florentina* 59. *ſub num.* 14. *ſequitur Grat. diſcept.* 269. *num.* 34. *cæteri q. relati per Merlin. de pign. lib.* 4. *tit.* 2. *quæſt.* 44. *nn.* 27. *& per Modern. Hiſpan. dec. Indic. tom.* 2. *tit.* 3. *diſp.* 35. *nn.* 12. *optimè Rot. dec.* 93. *nn.* 11. *&* 12. *poſt Merl. de pign. vbi ſupra nn.* 13. *reprobatur Mantic. qui contrarium tenuit, & dec.* 324. *num.* 22. *& ſeq. par.* 9. *rec.*

7 Primo enim quod † emptor pretium rei emptæ ſoluit creditoribus, id facit, vt rem emptã à pignore & hypoteca liberam reddat qui effectus cum non ſequatur per ſolutionẽ liberè factam emptori vel creditori poſteriori, circumſcripta conuentione, quod pecunia in extinctionem debitorum anteriorum conuertatur, & non poſſit emptor contra alios creditores anteriores hac ſolutione ſe-
8 tueri tenetur pari auocationẽ in Saluiano rei emptæ in parte per ſolutionem creditoribus anterioribus non cõſeruata, donec Marchioniſſa Spinula fuerit ſatisfacta, vel de reſiduo pretij vineæ illi ſuum creditum ſoluatur, vt poſt *Cranett. Rol. Menoc. & alios Rot. dec.* 652.

num.

num.4. & 5. coram Cavaler. vbi ita concessa fuit
9 immissio pro parte † preti) posterioribus soluta *post Cencde cens. decis. 451. nu.13. & In Firmana Saluiani 24. Maii 1632. §. caeterum vbi possessor, solvit, coram Pirouano.*

Hinc frustra opponitur in praesenti praefatas DD. auctoritates non applicari ex eo, quod loquuntur quando sine vlla distinctione pecuniae soluantur liberae. Haec autem pecunia à D. Duce Lante tradita Hippolitae destinata videbatur in solutionem debiti Iosephi, cum ipsa exposuerit Iudici ad hunc effectum velle scut. 1000. ad Cambium accipere. Quoniam ex hoc nō elicitur diligētia, & animus D. Ducis soluentis subintrandi in locum Iosephi creditoris dimissi, dum ipse liberè, & sine vllo pacto, aut conditione pecuniam soluit, sciens adesse alios creditores anteriores, qui vrgebant. Vndè quatenus subsistat in facto pecuniam in extinctionem debiti fuisse erogatas id potius proueniisse, dicitur ex electione Hippolitae debitricis, quae propria pecunia obligationem suam extinguere voluit, non curando de cessione Iurium creditoris dimit-
10 ti, quam ex voluntate D. Ducis, qui † vt Iura anteriora, vel aequalia Iosephi acquireret debuisset, vel illi soluere, vel expresè per pactum in ipso Instrumēto sibi praecauere, quod in hanc causam pecuniae erogentur, *Gratian. discept. 772. sub num. 3. vers. maxime, quia declaratio & per Modern. Amat. resolut. 7. num. 47. par. 1. Rota dicta decis. 92. post Merlin. de pignor.*

Et ita pro immissione respōtum fuit, Vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Tiburtina Castrorum.

Lunae 9. Februarij 1665.

ARGVMENTVM.

Castrum assignatum loco annuae praestationis, quamuis in isto fuerit reseruatum directum dominium, assignatarijs verò fructus, regimē & exercitium fuerint concessa possunt haec ad haeredes transmitti, maximè si tempore conuento ad redimendum assignans illud recuperare non curauit.

SVMMARIVM.

1 *Verba, cessit, dimisit, & consignauit, dominii translationem important.*

2 *Assignatio Castrorum facta, non extinguenda cum fructibus percipiendis est propriè datio in solutum, non autem pignus, quod perceptione fructuum tollitur, & num. 3.*

4 *Contractus primus per nouationem sublatus, etiamsi confirmatus, non est attendendus, sed alter per nouationem inductus.*

5 *Dominium vtile, & directum per dominium ad sui fauorem reseruatum, arguit castrum in pignus assignatum fuisse.*

6 *Dominus Castri eodem tempore vnus esse potest, & alter habere illius iurisdictionem, & vtilitatem percipere, & num. 18.*

7 Textus in l. manu stata 80. ff. de contrahenda emption. *qualem intellectum recipiat.*

8 *Vendens si rei venditae dominium retinere velit, id est, ac si vendere nolit.*

9 *Assignatio Castri facta ad tempus, si tempore conuento, non redimatur in assignatarium transfertur tunc ab assignatione, non possit amplius recedi, & num. 10.*

11 *Pignus soluto debito extinguitur, & res libera ab omni obligatione medio tempore contracta ad debitorem redit.*

12 *Creditor ex pecuniae numeratione maiorem vtilitatem recipit, quam pro fundo tum alijs fundum possidere.*

13 *Castrum si conuento tempore non recuperetur, assignatio ipsius facta in assignatarii hereditate remanet ad commodum haeredum.*

14 *Assignatio facta pro se haeredibus, & successoribus, non extenditur ad haeredes extraneos.*

15 *Vsus fructus debet cum sua proprietate consolidari.*

16 *Vsusfructus à proprietate separatus de sui natura terminat in primo haerede, & cum proprietate consolidatur.*

17 *Assignatio gubernii, & exercitii iurisdictionis, trāsit ad omnes haeredes in infinitum etiam extraneos.*

19 *Donatio restricta ad ius directi dominii reseruati dō natori, non praeiudicat gubernio, & fructibus, & exercitio iurisdictionis inter assignatarios, & haeredes translatis.*

20 *Haeres etiam sine Inuentario, confundit ius sibi cōpetentia tempore additionis, non illa, quae deinde superueniunt.*

DECISIO LX.

REGIMEN, & Gubernium Castrorum, Vicouarij, Cantalupi, & Bordellae, cum exercitio Iurisdictionis Ciuilis, & Criminalis, & Iure percipiendi fructus à bo. mem. Don. Paulo Iordano Vrsino de anno 1559. assignatum bon. mem. Francisco, & filijs pro se haeredibus, & successoribus, in locum annuae praestationis scut. 1000. remansisse pro duabus ex tribus partibus in haereditate Antonij, & Ioannis Baptistae filiorum, ad commodum moderni D. Ducis Bracciani mediati haeredis fuit in tribus decisionibus firmatum, & in vltima sub die 9. Iunij proximi praeteriti abundè responsum obiectis excitatis pro parte D. Portiae & Consortiū, quod scilicet praedicta assignatio fuerat in pignus, & ad tempus, ac non trāsitoria ad haeredes extraneos. Cumque postmodum pro noua audientia fuerit exhibitum quoddam Instrumētum de anno 1589. stipulatum; Ideo hodie ad trutinam reuocata disputatione informante etiam Duce nūc possessore dd. Castrorum, iterum fuerunt reiecta & decisiones confirmatae.

Etenim pro exclusione pignoris, non solet stat Iuris praesumptio; sed illi penitus aduersatur. Tum verba Instrumenti assignationis,
1 ibi; *cessit, dimisit, & consignauit*, quae † dominii translationē important. *Honded. cons. 91. nu. 25. & seq. lib. 1.* & singula examinando late pro-

bat

bat *Giurb. decis. 24. nu. 29.* cum allegatis in tribus præcedentibus decisionibus. Tum intentio Partium, quæ ad assignationem deuenerunt ad hunc præmissum finem, vt Franciscus, & filij, ac eorum hæredes, & successores cõsequerentur fructus, & emolumẽta Castrorum in locum scut. 1000. singulis annis à D. Paulo soluere promissorum in conuentione
2 anni 1558. quæ † sicuti erat perpetua, & non extinguenda cum fructibus percipiendis, si in pignus facta fuisset, *l. 1. in fine, & leg. si fundus, §. creditor, ff. de pign. l. si residuum 5. & l. si priusquam 8. & l. fin. Cod. de distract. pign. cum pluribus in alijs*
3 *decisionibus adductis*, ita de † consequenti fatẽdum est d. assignationẽ anni 1559. non fuisse pignus, sed dationem in solutum, & in satisfactionem dd. scut. 1000. annuorum, *l. fin. C. quibus cauſis in poſſeſs. eatur. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 545. nu. 45. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 2. num. 16. in fin. Decian. reſponſ. 15. nu. 44. lib. 2.* fuit enim ex posteriori conuentione, & concordia mutata solum modo forma succedendi; nam vbi ex prima Concordia anni 1558. erat dicta annua præstatio scut. 1000. stipulata à Francisco pro se, & filijs ablentibus, & durante illorũ linea Masculina fuit ex secunda Anni 1559. facta nouatio fauore eorum filiorum, qui primam impugnando, tamquam læsiuam stipulati fuerunt assignationem Regiminis, & reddituum Castrorum loco dd. scut. 1000. pro se ipsis, & eorum hæredibus, & successoribus,
4 quæ † propterea, & non prima, etiam si confirmata, venit attendenda, vt in specie dixit *Rota in hac Cauſa decis. 21. num. 4. & ſeq. par. 1. recen. & in Romana ſcut. 1000. ſeu Tiburtina Caſtrorum 24. Nouembris 1610. coram Card. Lancellotto.*

5 Nec ad præsumẽdam assignationẽ in pignus quicquam refert, quod fuerit reseruatum Dõ Paulo directum, & vtile dominium; nec non Ciuilis, & naturalis possessio Castrorum, per *Text. in l. cum manu ſtata 80. §. vltimo, ff. de contrah. empt. quem ſequitur Menoch. conſ. 37. num. 12. & 13. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 2. num. 14. Afflict. deciſ. 338. num. 5.* nam vt fuit in omnibus decisionibus responsum dominium Castrorũ, quod Don Paulus sibi reseruauit non repugnat dict. assignat. Regiminis, & Iurisdictionis fructuumque, & emolumentorum, vt supra fact. loco solutionis scut. 1000. quæ absque tali assignatione quot annis erant soluẽda in pecunia numerata; Nam † potest eodẽ tempore vnus esse Dominus Castri, alter verò habere illius Iurisdictionem, & vtilitatem percipere, vt probant *Bald. & Aluarot. in cap. 1. §. è contrario vterque, nu. 4. de inueſtit. & re alien. facien. Scrader. de fœud. quæſt. 5. part. 9. princ. ſect. 2. concluſ. 5. num. 12. Capic. deciſ. 25. num. 36. Ioan. Baptiſt. Spad. conſ. 4. num. 7. lib. 1.* plurefque alij congesti in præcedentibus decisionibus inde-
7 que patet non applicari † dispositionem, *text. in dicta l. manu ſtata, §. final.* cum procedat in venditione fundi particularis non admittẽtis supradictam distinctionem, sed potius implicantiam, vt quis velit vendere, &
8 † dominium retinere, quod idem est, ac non vendere, vt ponderat *Magon. deciſ. Lucen. 31. num. 2.*

Neque temporalis redditur dicta assignatio ex illis verbis secundæ Trãsactionis anni 1559. hinc ad, & per totum annum 1560. quia dicta temporalitas fuit adiecta fauore D. Pauli, casu quo intra dictũ tempus loco regiminis, & fructuum Castrorum Sancti Gregorij, vel aliud æquiualentis redditus, ex facultate sibi reseruata in tertia declarantes, ibi; *Quod Don Paulus habeat dilationem hinc, & per totum dictum annum 1569. ad dandum Franciſco, & filijs, &c.* quia ergo in dicto tempore, & donec viuit, aut ipse non potuit, aut non curauit tradere dictum Castrum Sancti Gregorij, seu aliud, vtique assignatio regiminis, vt supra facta pro
9 hæredibus, & successoribus † suum fuit sortita effectum non secus, ac si nulla cõcessa fuisset dilatio, *Soccin. Iun. conſ. 201. nu. 9. 26. & 41. lib. 3.* non enim dictum Castrum erat in obligatione, sed in facultate soluendi, stante præsertim dicta conuentione, quod non aliter Franciscus, & filij tenerentur dimittere dict. Regimen cum iurisdictione, & fructibus Castrorum facta prius traditione dicti Castri cũ-
10 que dictus Don Paulus † non curauerit deuenire ad traditionem in tempore conuento, vtique dicta præcedens assignatio cessit in extinctionem annuæ præstationis scut. 1000. ita vt ab ea non posset amplius recedi, vt præter citat. in *vltima deciſ. §. neque, ex alio tradunt Alciat. conſ. 109. Soccin. Iun. dicto conſ. 41. per totum, lib. 3. & alij congeſti à Surd. in conſ. 217. nu. 26. & 27. Spada conſ. 219. num. 9. & 11. lib. 2.*

Neque DD. videbantur posse hęc euerti ex dicto Instrumento nouiter adducto, & de anno 1589. stipulato super alia concordia inita inter bon. mem. Ducem Virginium, & Olympiam Turricem Catharinæ filiæ bon. me. Ioannis Pauli Vrsini, quia integro illius tenore perpenso excluditur pignus, & temporalis assignatio, & confirmatur datio in solutum, ibi enim præuia narratiua vtriusque transactionis sequutæ de anno 1558. & 1559. dicta Olimpia nomine Catharinæ reseruato beneplacito Apostolico tertiam partem Regiminis, & fructuum, cum exercitio iurisdictionis ad illam tunc spectantem, vti hæredem Ioannis Pauli prædefuncti, & pro indiuiso cum aliis assignatarijs possessam liberè cessit, & relaxauit Don Virginio pro scut. 1000. erogan. pro rata scut. 2000. in extinctionem Censuum super dicta parte impositorum à dicto Ioanne Paulo reportata tamen à Creditoribus Iurium cessione, & pro residuo inuestiendis in locis Montium, Censibus, vel Stabilibus, vt ea remaneant hypothecata pro quacunq; euictione, & molestia dictæ suæ partis ex quouis capite sequendæ; ex quibus omnibus non con-
11 uenientibus naturæ pignoris, quod † extinguitur statim soluto debito, & res libera ab omnibus hypothecis, & obligationibus medio tempore contractis reuertitur ad Dominum, & debitorem, *cap. cum contra 6. de pignor. l. cum te quarta, C. eodem lib. 1. & l. pignoris, & l. final. C. de pignor. act. l. in ſolutum 11. §. in ſortem, ff. eodem. Surd. deciſ. 286. num. 11. & 12. Rota deciſ. 36. nu. 5. part. 5. recen.* fortissimum insurgit

argu-

argumentum, quod assignatio fuerit in solutum retenta tamen per Don Paulum facultate illud intra tempus prædictum recuperandi facta consignatione alterius Castri, *Soccin. Iun. dicto cons. 41. num. 4. lib. 3. cum allegat. in vltima decis. §. nec ex alia.*

Et quamuis in dicto Instrumẽto exponatur prætensio D. Virginij rehabendi gubernium, & fructus Castrorum, soluto tamen pretio Castri Sancti Gregorij à Don Paulo alienato, super quo erat mota lis, non ideò benè infertur, quod assignatio gubernij, & fructuum esset limitata ad annum 1569. & quod traditio Castri non esset in arbitrio D. Pauli, nam vltra quod prætensio erat fundata in consensu à Ioanne Paulo Authore Catharinæ præstito præfatæ venditioni Castri Sancti Gregorij, cuius respectu D. Paulus poterat credere se liberatum ab illius traditione, & eius loco posse tradere ratam pretij Catharinæ hæredi, quæ ratio non militabat contra Antonium, & Ioannem Baptistam, qui venditioni non consenserant, & elapso dicto tempore continuarunt in possessionem Regiminis, & fructuum Castrorum, vsque ad mortem, hæc non fuit Causa finalis, quæ mouit Tutricem ad cedendam tertiam partem ad dictam Catharinam hæredem spectan. sed quod agnoscebat eidem magis expedire habere pecu-
12 niam, à qua † maiorem vtilitatem consequi sperabat, quam possidere pro indiuiso cum præfatis Antonio, & Ioanne Baptista patruis, vt legitur in dicto Instrumento, & aduertit *Rota in dicta Romana, seu Tiburtina Castrorum 24. Nouembris 1610. coram Card. Lancellotto.*

Nil. reluante pacto adiecto, quod in eum tum, in quem contingeret, quod Don Virginius recuperaret ab Antonio, & Ioanne Baptista alias duas tertias partes ad eos spectan. & cuilibet illorum soluceret maiorem quantitatem scut. 11000. tunc illud plus teneretur etiã ipsi Catharinæ supplere, & dd. duas partes penes ipsam dimittere, iuxta formam donationis, nam suppletio pretij fuit conuenta, ne Catharina in valore suæ tertiæ partis diceretur decepta; dimissio verò aliarum duarum conuenta, casu quo Don Virginius posset illas eodem modo recuperare ab Antonio, & Ioanne Baptista ex facultate reseruata D. Paulo in dicta assignatione, & transactione anni 1558. ibidem enunciata nullum Ius de nouo tribuit Catharinæ stante declaratione emissa in dicto Instrumento anni 1589. quod nullũ nouum Ius quæsitum censeatur, nec Catharinæ, nec D. Virginio, neque illatum præiudicium dictæ assignationi, sed idem Ius integraliter conseruatum. Cumque D. Virginius non potuerit ob lapsum temporis recuperare dd. duas ex tribus partibus à prædictis Anto-
13 nio, & Ioanne Baptista, qui † illas possidere continuarunt, vsque ad obitum firma remansit assignatio in eorum hæreditate ad cõmodum hæredum, ex supra allegatis in vltima decisione.

14 Non subsistit aliud fundamentum modo repetitum, quod dicta assignatio facta Francisco, & filijs pro se eorumque hæredibus, & successoribus non debeat extendi ad hæredes extraneos, & proprietas Castrorum, vt supra reseruata pro Paulo, & suis, inutilis ejs red-
15 tur, eo † quia fructus nunquam cum illa cõsolidarentur contra *Text. in l. antiquitas, C. de vsufruct. vbi gloss. in l. nunquam, & in l. annalibus, in verbo seruari, C. de legat. Gomez var. resolut. tõ. 2. cap. 15. de seruit. num. 20. Castill. de vsufruct. cap. 61. num. 25. & 28.*

Primò, quia est maximum discrimen inter legatum proprietatis alicuius rei deducto vsufructu pro hærede, qui est casus, *l. antiquitas*, & assignationem Regiminis, & gubernij Castrorum cum exercitio Iurisdictionis, & omnium fructuum perceptione loco annuæ præstationis scut. 1000. ad effectum comprehendendi, nec ne vltra primum alios anterio-
16 res hæredes; nam † vsusfructus à proprietate segregatus de sui natura terminat in primo hærede, & cum proprietate cõsolidatur, *Bart. in l. gallus 29. §. etiam si parente, num. 7. vers. dic ergo, ff. de lib. & posthum. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 14. nn. 21.* cũ concordantibus relatis in fine vltimæ decisionis; assignatio autẽ gubernij, & exercitij iurisdictionis, cum fructibus Castrorum facta Francisco, & filijs pro se, hæredibus, & successoribus in præsenti facti specie sequuta natura dictæ annuæ præstationis
17 scut. 1000. quæ † de natura contractus transit ad omnes hæredes in infinitum etiam extraneos, & modo, quo transisset Castrum Sancti Gregorij, vel alterum, si non dum elapso decennio fuisset traditum ad formam trãsactionis anni 1559. ad *l. stichum 16. § stipulatio, & l. stipulatio ista 38. §. sed si quis, ff. de verb. obligat. l. annalibus 22. C. de legat. Iaf. in l. videamus 4. §. deferre, sub nu. 9. ff. de in lit. iuran. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 9. num. 10. ad med. vers. non sic in Legato annuo. Gomez var. resolut. lib. 3. cap. 9. tom. 2. cap. 11. de qualit. contract. num. 46. & cap. 15. de seruit. §. hinc. num. 20. ad med. vers. sed contrarium,* qui aliis concordantibus allegatis concludunt hãc differentiam inter simplicem vsumfructum, & annua legata, & præstationes.

Secundò, quia dum Paulus Iordanus anno 1566. & sic post dictam assignationem, & durante dilatione donauit Ioanni Paulo vni ex filijs Francisci, & assignatarijs dicta Castra soluatur prædicta assignatione eidem, & fructibus facta anno 1559. inde proprietas non potest dici inutilis in dicta eius tertia parte, quæ ex donatione fuit vnita cum proprietate, & fructibus in ipso donatario, & sic proprietario, in alijs verò duabus partibus, quæ remanserunt penes Antonium, & Ioannem
18 Baptistam assignatarios. Idem † proprietarius, & donatarius gaudet vtilitate constituẽdi in honorificentia recipiendi Iuramentum fidelitatis in seruitijs vassallorum in his, quæ Curiæ sint debita in retinendo fortalitium ad eius deuotionem in Castro Viconarij, quod Ius fuit etiam reseruatum Don Paulo in ipsa assignatione omnes alios fructus cum Iurisdictionis exercitio, *Iaf. cons. 161. lib. 2. Decian. respons. 35. num. 58. lib. 3. Surd. cons. 210. nu. 43.*

Scrader. de feud. par. 3. cap. 6. num. 25. vers. si autem Afflict. decis. 263. num. 35. cum seq. vbi Vrsill. num. 98.

Cęterũ demum obiecta, quæ ex dicta donatione anni 1566. per d. Don Paulum facta ad fauorem Ioannis Pauli, & ex confusione actionum D. Ducis Actoris mediati hæredis ipsius Domini Pauli, ac Ioannis Baptistæ, & Antonij ex integro repetantur, fuerunt sublata ex responsionibus datis in decisionibus, stante quod donatio facta fuit cum expressa præseruatiua, quod per illam nullum Assignatarijs in Regimine, & fructuum percep-
19 tione fieret præiudicium; Vndè † donatio quamuis ampla restringitur ad ius directi dominij, & superioritatis reseruatæ Donatori, nec in aliquo præiudicat gubernio, & fructibus, & exercitio iurisdictionis inter eos, & hæredes, & successores translatis ex d. præcedenti assignatione anni 1559. *cap. pastoralis de donat. Gozad. con. 60. num. 2. Gomes. var. resol. tom. 2. cap. 2. sub num. 35. vers. sed his non obstantibus Rota decis. 273. num. 25. par. 4. recent.* quod etiam dignoscitur ex d. Instrumento anni 1589. in quo Catharina filia, & hæres Ioannis Pauli Donatarij dictorum Castrorum cessit tertiam partem ad ipsam spectan. ex dicta assignatione mediante pretio scut. 11. mil. Actionum verò confusio in Domino Duce prorsus cessat, quia ipse non impugnat donationem, nec vti Don Pauli hæres remanet debitor dictæ annuæ præstationis scut. 1000. tanquam extinctæ mediante d. assignatione gubernij, & fructuum Castrorum ex deductis supra, & in vltima *decis.* §. *sicuti in aliquo*; Cumque rursus Dominus Virginius eius Author successerit in hæreditate Don Pauli multo antequam obiret Ioannes Baptista, & Antonius; ex quorum persona ipse tanquam hæres cõsequitur regimen Castrorum cum exercitio Iurisdictionis, & fructibus nullo modo intrat
20 exceptio confusionis actionum; † cum hęres etiam sine Inuentario solùm confundat iura sibi competentia tempore aditionis, secus verò illa, quæ deindè superuenerunt eidem *Rot. coram Card. Caual. dec. 367. num. 1. & 2. & in rec. decis. 432. num. 10. par. 4. & 198. num. 6. & 7. par. 7. & in Interamnen. vsusfructus 17. Iunij 1649. cor. Reuerendiss. D. meo Decano, post Merl. de legitim. dec. 202. num. 26. confirmata 25. Februarij 1651. §. nec obstat coram Reuerendiss. Papien.*

Et sic Rota censuit standum esse in decisis, vtraque parte informante &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Barchinonen Canonicatus.

Veneris 16. Februarij 1665.

ARGVMENTVM.

Electio Canonicatus Pœnitentiarij ad quem spectet, & de huiusmodi Canonicatibus in Hispania conferendis indultum Gregor. XV. examinatur, an possit habere locum extra Hispaniarum Regna, attamen in locis eidem Regi subiectis.

SVMMARIVM.

1 *Electio Canonicatus Pœnitentiarij ex dispositione Sac. Concil. Trid. sess. 24. cap. 8. de reform. spectat ad Ordinarios, quoties vacatio in mense ipsis assignato contingat.*
2 *Collatio prebendæ Canonicalis ad Episcopum, & Capitulum simultaneè spectat.*
3 *Capitulum tenetur conferre Canonicatum personæ nominatæ ab Episcopo, & si non conferat ipsi, tenet collatio facta per Episcopum, nec de Capitulo curatur.*
4 *Indultum Gregorij XV. de Canonicatibus Pœnitentiarys in Hispania conferendis quid disponat, & vbi locum habeat, & nu. 5.*
6 *Prouincia Cataloniæ sub nomine Regnorum Hispaniarum non venit, dum diuersis legibus ab illis moderatur, quamuis Hispaniarum Regis dentioni sit addicta.*
7 *Testes diuersis adminiculis fulciti præferuntur historicis aliter scribentibus.*
8 *Obseruantia interpretationem excludit.*
9 *Qualitas à Statuto requisita est in specie probanda, vt illius dispositio valeat admitti.*
10 *Extensio præcedentem comprehensionem excludit.*
11 *Beneficii vltimus status pro substinenda prouisione suffragatur.*

DECISIO CCLXI.

CANONICATVM Pœnitentiarium Petrus ab Ordinario impetrauit, vti in mense Septembris eidem reseruato vacantem; Illum verò Capitulum primo Concursu Iosepho attribuit. Delata verò mihi causa Dubium super Canonicatus adiudicatione alteri ex ijs decernẽ, hodie proposui in Petri fa-
1 uorem à DD. resolutum. Siquidem † Electio Pœnitentiarij ex dispositione *Sac. Conc. Tridentini in sess. 24. cap. 8. de reformat.* defertur dumtaxat Ordinarijs, quoties vacatio in mense ipsis attributo contingat, vt tradit *Nauar. in cons. vnico ad fin. vt Sed vatant.* vbi ità à Sacra Congregatione refert fuisse decisum *Gonzal. ad reg 8. Cancell. gloss. 9. §. secundo num. 84. & 85. Garz. de benef. par. 5. cap. 4. num. 140. & 144. Barbos. de offic. & potest. Episc. alleg. 55. num. 2. & de Canon. & dignitat. cap. 24. num. 4. Rota cor. Mant. decis. 56. num. 1. cum seqq. & in Maioricen. Canonicatus 19. Aprilis 1593. coram Card. Millino.*

2 Et licet Collatio † Præbendæ Canonicalis ad Episcopum, & Capitulũ simultaneè perti-
3 neat, dum tamen à Capitulo † cui onus eam conferendi personæ nominatæ per Episcopũ inhærebat, vt præter authoritates superiùs relatas, dixit *Rota coram Seraph. dec. 1218. ante n. 1.* Petro fuit denegata Collatio, debet hic in ipsius odium reputari, perinde ac si verè illam reportasset, vt aduertit *Lotber. de re benef. lib. 2. qu. 51. num. 39. cum seqq. Rot. dec. 97. numer. 3. par. 3. rec. & in Gerunden. Beneficii 37. Iunii 1644. in §.*

sun obſtat, & in Burgen. Beneſitij 28. Iunij 1652. in prima §. coram bo. me. Bichio, cum aliis recenſitis in Vrbinaten. Canonicatus 25. Iunii 1655. poſt principium coram Reuerendiſſ. Domino m. Epiſcopo Regien.

4 Nec vrgere viſum fuit † Indultum ſa. me. Greg. XV. diſponens, vt Canonicatus Pœnitentiarii menſe quocumque in Cathedralibus, ac Collegiatis Eccleſijs vacare contigerint à locorum Ordinarijs, & Eccleſiarum præfatarum Capitulis priuio concurſu conferantur; illud † enim proceſſiſſe conuincitur pro Eccleſijs in Hiſpaniarum Regnis cõſiſtentibus, nec ſuas valet proindè vires porrigere ad hunc Canonicatum in Cathalonia
6 Prouincia conſtitutum, † quod retinens dùm taxat nomẽ Principatus propriis legibus moderatur, nec ſub Hiſpaniarum Regni nomine continetur, licet Catholicæ Maieſtati ſubiaceat, vt pluribus relatis auctoritatibus, interminis huiuſmet Canonicatus fuit plenè reſponſum *in Barchinonen. Canonicatus 4. Decembris 1644. & 9. Iunij 1645. coram me, & ſuceſſiuè coram Reuerendiſſ. Royas ſub die 15. Decembris 1465. & 26. Februarij, & 16. Aprilis ſequentis anni*.

Et quamuis aliorum Hiſtoricorum monumenta in prædictis deciſionibus recenſita, nec non ab Informantibus deducta Prouinciam Cathaloniæ Regali Stemmate referant inſignitam. † Horum tamen dicta hebent in illorum concurſu poſthaberi ex diuerſis adminiculis, quibus ipſi fulciri noſcuntur, ad
7 *text. in cap. licet cauſam 19. verſ. de præmiſſis de probat. Ruin. conſ. 67. nu. 1. lib. 1. Gabr. de teſtib. concl. 4. num. 90. Rot. dec. 77. num. 8. par. 8. rec. & in Romana Camby 8. Iunij 1663. in §. hinc non vrget coram me*; Iis enim aſſiſtũt Regia diplomata quamplura, in quibus Catholica Majeſtas ſub nomine Principis Cathaloniæ deſcribitur, nec non literæ quoque Apoſtolicæ tribuentes illi nomen Principatus.

Quinimò prædictam Prouinciam ſub Indulti tenore non contineri Canonici complures concludunt, atteſtantes nunquam illud fuiſſe vſu receptum. Tùm prouiſiones etiam diuerſorum ſimilium Canonicatuum in Eccleſijs eiuſdem Principatus ab Apoſtolica Sede nullo præcedente concurſu peracta, quorum aliqua in deciſionibus editis coram me recenſentur. Alia verò noſcuntur poſtmodũ ſubſequutæ in Eccleſia Vicẽ de anno 1656. & in altera Dertuſẽ de anno 1658. vt ex Summ. Petri conuincitur in *num. 1.* Ta-
8 lis quippè † obſeruantia pro excluſiua interpretationis benè deſeruit *ff. de leg. Bartol. in l. diuturna 32. Bald. conſ. 161. numer. 2. lib. 3. Menoch. conſ. 32. num. 44. conſ. ſeqq. Rot. dec. 175. nu. 10. coram Eminentiſſ. D. Card. Otthob. & in Carpentoraten. Iuriſdictionis 18. Maij 1663. in §. tùm ex quo coram me*.

Hunc quoq; intellectum ſuadet tenor Indulti pro iis Eccleſijs expreſsè petiti, ac conceſſi, in quibus fuerant Magiſtrales Præbendæ ſeu Doctorales erectæ, vt ſcilicèt quemadmodum illæ conſueuerant præcedere con-

curſu ex ſpeciali Apoſtolico Priuilegio conferri, ita quoque deberet obſeruari reſpectu Canonicatus Pœnitentiarii in iiſdem Eccleſijs nouiter erecti. Quare dum exiſtentia Præbendarum ſimilium Magiſtralium in Cathaloniæ Principatu, quidam de tempore indulti, ſed nunc quoque ex plurium atteſtatione excludimur, & facilius in propoſito caſu locus eſſe nequit in dubio, vt gradit *Socin. ſen. conſ. 5. nu. 1. lib.* Vbi † quod qualitas à ſtatuto
9 vel Conſuetudine requiſita debet in ſpecie probari ad hoc, vt illius diſpoſitio valeat admitti. *Natta conſ. 188. num. 1. Poſth. conſ. 94. num. 4. Rota deciſ. 21. num. 1. par. 4. & deciſ. 217. par. 7. recent.*

Quamcumque præterea occaſionem dubitandi videtur remouere huius extenſio Indulti à Sanctiſs. D.N. ad petitionem Sereniſſimi Regis Hiſpaniarum ſuper conceſſa, ad Cathaloniæ Principatum abſque tamen vllo præiudicio Iuris partibus ex proviſione quæſiti, ibi, *Sine præiudicio Iuris alteri quæſiti extendimus, & ampliamus*. Extenſio † quippe præ-
10 cedentem cõprehenſionem excludit, *Decian. conſ. 26. num. 71. cum ſeqq. lib. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 397. num. 20. Rot. dec. 250. num. 28. & 29. par. 7. rec. & in Oſcen. Canonicatus 1. Iulij 1658. in §. non obſtante, coram R.P.D. meo Albergato*.

Animaduertebant deniq; DD. quod dum in antecedenti vacatione Apoſtolica Sedes Canonicatum, de quo agitur vti non comprehenſum ſub Indulto contulit Io. Arxer, eiuſque adiudicationem ab hoc Sacro Tribunali ſucceſſiuè ille recepit præuijs tribus ſententijs conformibus in iudicatum ſucceſſiuè prolaptis cum acquieſcentia Capituli permittentis à Ioanne, vſque ad ſui obitum
11 Canonicatum pacificè poſſideri poſſet † hic vltimus ſtatus Petro pro ſubſtinenda proviſione Epiſcopi ſuffragari, vt notat *Calderin. in conſ. 23. de præbend. Alex. conſ. 74. n. 16. lib. 4. Ferret. conſ. 132. num. 10. Rot. coram Gregor. dec. 77. num. 9. & 154. num. 3. par. 1. recent.* & in ſuis terminis reſponſum fuit *in Oſcen. Canonicat. 1. Iulij 1658. in §. quod in illa magis coram R.P.D. Albergato*.

Et ita vtraque &c.

R. D. D. BEVILAQVA

Comen Parochialis.

Veneris 16. Februarij 1665.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus quando ad vniuerſitatem ſpectat, ſi ad illud quis nominatus non ſit à duabus ex tribus partibus illius, & qui verè ſint homines cogniti ipſius vniuerſitatis, non eſt inſtituendus. Patronis laicis quantum temporis ad præſentandum indulgeatur.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutus ad Iuſpatronatus ad Communitatem ſpectans, vt valeat inſtitutio, debet probare in ipſum conſenſiſſe duas ex tribus partibus.*

2 *Nominatio ad Iuſpatronatus vniuerſitatis debet*

fieri ab hominibus cognitis Illustrissimi Vniuersitatis, alias nominatus non venit instituendus, & n. 3.

4 *Patronus laicus ante institutionem nominati potest secundam præsentationem accumulando alteram præsentare.*

5 *Patroni laici variatio in præsentando vti odiosa ad primam vicem restringitur.*

6 *Præsentatio anterior lite pendente inter primo, & secundo loco præsentatos facta non tenet.*

7 *Præsentatus à Patrono sub conditione si velit acceptare, si nihil acceptet, ulteriori præsentato debetur institutio.*

8 *Patronis laicis quadrimestre ad præsentandum indulgetur.*

9 *Præsentatio facta sub conditione vt valeat necessarium est purificari conditionem intra tempus datum ad nominandum, aliàs præsentatio non tenet.*

DECISIO CCLXII.

VNIVERSITAS loci Pelij Comeh Diœcesis prætendens habere iuspræsentandi ad Ecclesiam Parochialem SS. Eusebij, & Victoris vacantem per obitum Io. Cottæ, sub diuersis temporibus tres fecit præsentationes, & inter alios fuerunt nominati Philippus Grassus, & Franciscus Peronus, quibus de institutione contendentibus, Ordinarius excluso Perono instituit Grassum; Rota autem, ad quam causa per appellationem fuit deuoluta, censuit neutri esse adiudicandam Parochialem.

Non Grasso, nam quando Iuspatronatus
1 spectat † ad Vniuersitatem, itaut ab vniuersis debeat fieri præsentatio, ille, qui prætendit institutionem in vim præsentationis ad eius fauorem factæ, debet docere in ipsum consensisse duas ex tribus partibus, ex quarum consensu repræsentetur Vniuersitas, & operatur ac si à tota Vniuersit. facta esset nominatio, non obstante aliorum contradictione, *C. licet 6. §. statuimus cap. Ecclesia nostra 44. §. verò de elect. cap. 3. ibique scribent. & signanter Io. Andr. de Iurepatr. Abb. in cap. cum omnes nu. 10. de constit. Felin. nu. 3. Lambert. de Iurepatr. lib. 2. par. 2. qu. 2. art. 8. nu. 16. vers. & in actibus Lap. alleg. 78. num. 2. vers. nam si tanquam, Garz. de benef. par. 10. cap. 3. num. 13. Lotther. de re benef. cap. 6. qu. 11. num. 3. & 4. Rota decis. 147. num. 7. post Vivian. de Iurepatr. & in Bononien. Iurispatronatus de Gramigliano 7. Iunij 1658. §. præsentationes coram Ren. P. D. Priolo.* In proposito autem Grassus, deficit in hac requisita iustificatione, quia nititur præsentationi sub die 2 Maij 1662. de se facta ab vno & viginti hominibus d. Vniuersitatis, qui nõ faciunt duas ex tribus partibus, at est numerus infra medietatem, cum ex partium confessione Consiliarij repræsentantes Communitatem ascendant ad 55.

Nec quicquam releuat, quod in notula exibita appareat 36. homines interfuisse Congregationi ad effectum eligendi nouum Rectorem conuocatæ. Quoniam ex attestatione Notarij de actu præsentationis rogati constat 15. ex his non iuraſſe, nec suffragia dedisse, sed ad simplicem relationem Syndicorum fuerunt ibi pro hominibus Vniuersitatis, & Ecclesiæ patronis descripti, ab ipso tamen
2 non cogniti. Quapropter † illi non sunt connumerandi ad complẽdum numerum necessarium pro valida nominatione ex præ citatis & repetitis, *Rota in Nouarien. bonorum 1. Iulij 1644. §. ceque minus coram Dunozetto.*

Quinimò, cum neque aliqui sic descripti interfuerint habita per ipsos notitia de gestis in Congregatione, & nominatione in personam Grassi tanquam ipsis non vocatis fuit de eius nullitate fuerunt protestati, constituendo vlterius procuratorem ad eam ipsorum nomine impugnandam, vt patet ex publico actu relato in Summ. num. 5. Vnde
3 data † ex hoc inualiditate Adunantiæ ad effectum, vt ille non sit instituendus, *Cur non poterat de regul. Iur. in 6. leg. 4. §. In condemnatum, ff. de re iudic. Surd. cons. 28. nn. 88. & seq.*

Perono autem ex eo Domini denegarunt adiudicationem, quia pro illo ipse instabat vigore tertiæ præsentationis, ad quam Vniuersitas nullatenus poterat deuenire. † Nam
4 licet Patronus laicus ante institutionem iam nominati possit accumulando secundam præsentationem primę alterum præsentare *l. quod aliter 3. c. cum autem 24. & cap. Pastoralis 29. de Iurepatr. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 211. Canal. decis. 21. num. 2.* Hæc † tamen variatio tanquam odiosa restringitur ad primam vicem iuxtà *cons. Calder. 16. de Iurepatr. Cranett. cons. 63. num. 3. Garz. vbi supra num. 214. & Aloy. Riccius dec. Cur. Archiep. Neap. dec. 54. num. 10. & dec. 109. nn. 2. par. 3. Modern. Pisan. de Iurepatr. lib. 10. cap. 4. num. 10. & respondit Rota in pluribus decisionibus relatis ab Add. ad Buratt. decis. 942. numer. 6. & in Compostellana Parochialis 9. Decembr. 1661. §. fortius verò coram Eminentiss. Celso.*

Præterea ex hoc etiam corruit tertia præ-
6 sentatio, quia † emanauit postquam inter primo, & secundo loco nominatos erat lis contestata, quæ cum non extingueretur hac noua præsentatione, sed potius protrahebatur, vt exitus demonstrauit, inde fit vt nec ad fauorem collitigantis fuit permissa variatio, *Rocch. de Curte de Iurepatron. in verbo honorificum num. 55. Calderin. cons. 1. vt lit. pend. Ayn. cons. 63. num. 1. in fin. vers. itèm non obstat, Rota in d. Compostellana Parochialis §. nec talis, & seqq.*

Neque Perono suffragari potest, quod homines Vniuersitatis altera vice præsentarunt Manzinum, quatenùs vellet acceptare, & in casu recusationis ipsum Peronum,
7 eique † secutâ renuntiatione debita fit institutio: Nam cum vt fuit ex facto animaduersum, idem Manzinus distulerit hanc suam
8 mentis declarationem ad tempus quo † elapsum erat quadrimestre ad præsentandum Statutum *in cap. vnico §. verum de Iurep. in 6.* Ni-
9 hil Perono profuit, quia vt † præsentatio facta sub conditione valeat, necesse est quod conditio purificetur intra dictum tempus datum ad nominandum, aliàs præsentatio remanet inefficax perinde ac si non fuisset facta *ad tex. in Clem. Plures §. vlt. de Iurepatr. Gomez in cap. 2. num. 4. de elect. in 6. Garz. de benef. par. 8. c. 2. num. 3.*

num. 3. & 4. *Io. Aloyſ. Ricc. in præcit. deciſ.* 54. *nu.* 9. *Vivian. de Iurepatr. lib.* 8. *cap.* 6. *n.* 24.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. P.D. CERRO DECANO

Nunc S.R.E. Cardinali.

Romana Pecuniaria.

Veneris 27. *February* 1665.

ARGVMENTVM.

Mercatorum libri, vt pro tertio contra tertium probent, quid requiratur. Literæ cambij quando præſumantur ſolutæ. Actor intentionem ſuam in qua ſe fundat probare tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Quietantia benè probat ſolutionem.*
2 *Partita remanet iuſtificata ex actis in cauſa factis.*
3 *Liber Mercatoris vt probet pro tertio contra tertium, neceſſe eſt vt ſolutio per quietantiam recipientis iuſtificetur, & nu.* 10. *&* 11.
4 *Epiſtola recognitione carens non probat.*
5 *Verba ordinis ſolutionis collata in tempus futurum ſolutionem non probant, niſi etiam quietantia oſtendatur.*
6 *Solutio conſiderabilis ſummæ nõ eſt veriſimile, quod fiat ſine quietantia.*
7 *Literæ cambij quando præſumantur ſolutæ.*
8 *Pecuniarum remiſſio facta à certo mercatore non arguit ſolutionem factam certæ perſonæ, cum æquè benè alteri fieri potuerit.*
9 *Inſtrumentum habens relationem ad aliud non plus operatur, quam relatum.*
12 *Actor intentionem ſuam, in qua ſe fundat probare tenetur.*

DECISIO CCLXIII.

RESOLVTVM fuit coram me ſub die 24 Ianuarij 1663. non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam Reuerendiſs. Ghiſlerij condemnantem Dominos Zeccadoros ad ſolutionem ſex partitarum, de quibus agitur, ſed obtenta per eos noua audientia, & propoſita cauſa fuit dilata reſolutio. Vndè propoſito hodie dubio Domini dixerunt reformandam eſſe deciſionem quoad partitam ſcu. 105.

Iuſtificant enim Zeccadori eiuſdem partitę ſolutionem ex productione quietantiæ Franciſcæ Bufalinæ creditricis Arduini de Taurinis hodierno Summ. Zeccadori *num.* 10 factã
1 in actis A.C. vſque de anno 1604. † quæ benè probat ſolutionem *Seraph dec.* 1139. *num.* 2. *& in Romana pecuniaria* 24. *Nouembris* 1659. §. *quibus non aduerſatur coram Reuerendiſs. Papien. & in Bononien. pecuniaria* 20. *Febr.* 1669. *coram eodem*, §. *quia ſatisfactio*, & 14. *Febr.* 1661. *coram Beuilaqua*, §. *inter alia.*

2 Non obſtat, quod † non exhibeatur recepta originalis, quia quicquid ſit an per fluminis inundationem præſumatur deperdita, ſatis de ea dicitur conſtare ex productione, quæ vſque de anno 1604. facta fuit coram A.C. præſertim quod paulò poſt productionem A.C. mandauit excomputari, & bonificari Zeccadoris d. partitam ſcu. 105. referendo ſe ad quietantiam in actis productam eodem Summ. *num.* 11.

Quoad reliquas verò quinq; partitas confirmarunt deciſionem, quia ſubſiſtunt omnia in eadem deducta. Etenim quod attinet ad primam partitam ſcu. 200. comprehenſam in alia ſcu. 3200. non probant Zeccadori verè fuiſſe ſolutam ſiue attendatur ordo illorum de Donis directus Fundaccio, qui non docetur effectum ſortitus, neque ſolutio † iuſtificatur per quietantiam recipientis, vt opus eſſet 3
ad hoc, vt liber Mercatoris probaret pro tertio contra tertium, *vt ex Lexemplo C. de probat.* firmauit *Rota in hac cauſa* 25. *Febr.* 1644. *coram Reuerendiſs. Ghiſlerio* §. *quarta*, ſiuè attendatur
4 Epiſtola Iſabellæ, † quæ cum careat recognitione non probat, vt dictum fuit *in deciſione* §. *vltra quod*, maximè quia talis recognitio erat omninò neceſſaria, cum per Taurinum fuit facta proteſtatio generalia contra, vt in Regiſtro Remboldi fol. 253. & in Summ. Taurini *litt. B.* tantò magis quod d. Epiſtola importat ſimplicem ordinem, cuius etiam verba hodie melius exhibita non dicunt, *li quali mi ſono pagati*, vt fuit dictum in alia deciſione, ſed *li quali mi farò pagar quanto prima*, d. Summ. *n.* 4.
5 Vndè † cum ſint collata in tempus futurum ſolutionem non probant, niſi ſucceſſiuè oſtẽ-
6 datur quietantia, ſine † qua cum agatur de ſumma conſiderabili, nõ eſt veriſimile, quod ſit facta ſolutio *Rota coram Greg. deciſ.* 188. *nu.* 3. *& in rec. dec.* 290. *in fin. par.* 6.

Non obſtat, quod Iſabella ſub die 12. Decembris 1603. dederit ordinem Zeccadoro vltrà ſc. 3000. ſolueret, cui dicebat apodixa alia ſcuta 200. Summ. Zeccadori *num.* 2. & quod in executione prædictæ Epiſtolæ Zeccadorus mediante Banco illorum de Donis remiſerit hanc ſummam Nicolao Fundaccio ad effectum, vt eam ſolueret Iſabellæ eod. Summ. *num.* 4. Etenim quoad dictas duas Epiſtolas ſubſiſtit reſponſio deciſionis, quod ſcilicèt non fuerint recognitæ, ſed hodie vlterius additur, quod cum non fuerit oppoſitum contra eas generalia contra recognitio erat omninò facienda, & quod attinet ad remiſſam factam per Zeccadorum fundaccio mediante Banco illorum de Donis non probatur exindè facta ſolutio d. Iſabellæ, ad cuius fauorem facta fuit remiſſa, neque ea deduci poteſt ex prædicta Epiſtola, quod vt dixi eius verba important tempus futurum, & non eſt recognita.

7 Neque dicatur, quod ex quo † literæ non redirent proteſtatæ præſumantur ſolutæ, qua facta talis præſumptio procederet, ſi literæ d. cambij probatæ fuiſſent acceptatæ per Fundaccium, quod huc vſque probatum non fuit.

Nec huiuſmodi acceptatio deduci poteſt ex partitis extractis ex libro Ciuitatis Caſtelli

vbi Fundaccius erat Thesaurarius, quæ dantur in Sum. Zeccadori *num.*5. licet enim partita 250. & altera 200. correspondeant duabus partitis extractis ex libro illorum de Donis, de quibus fuit facta tractio, seù remissio Fundaccio, de qua tracta fit mentio in dictis partitis libri Communitatis, ibi, *compreso due lettere di rimessa di Roma di scudi* 450. tamen cũ ibi non dicatur á quo Romæ facta fuerit huiusmodi remissio, non est necessariò inferẽ, quod hæc fuerit remissio facta à Donis, præsertim cum ibi non appareat cui fuit facta so-
7 lutio prædicta, & sic † non est inferendum, quod facta fuerit d. Isabellæ, cum æquè benè alteri fieri potuerit.

Instrumenta de anno 1611. & 1630. facta inter Taurinos, & Montautos talem solutionem non probant; etenim primum datum in Summ. præteritæ positionis Zeccadori *n.*2 nihil aliud continet quam agnitionem debiti inter ipsos diuidentes, vt dictum fuit *in decis.* §.*non obstat*: alterum verò de anno 1630. eodem Summ. *num.*3. nil pariter operatur cum habeat relationem ad illud diuisionis celebra-
9 tũ de anno 1611. † eo plus operari non potest ex vulg.

Tertia partita scut.40. ex libro illorum de Donis asseritur soluta Ludouicæ della Motta non est sufficienter iustificata, cum non exhi-
10 beatur quietantia † sine qua liber mercatoris non probat pro tertio contra tertium, vt in *decis.*

Eodemq; defectu laborat alia partita sc.50. quæ prætenditur soluta Montautis, subtilit enim responsio *decisionis in* §.*respectu*, quod licet Montauti petierint à Zeccadoro hanc summam permutari, non ideò sequitur permutatam fuisse, quæ etiam non concludunt verba, *Hò hauto l'ordine al Banco*, quia talis ordo non exhibetur, & licèt die 11. Iulij probe-
11 tur facta solutio similis summæ dd. Montautis ex partitis librorum illorum de Donis, non ostenditur tamen quietantia ad hoc, vt
12 dd. libris † fides adhibeatur, & semper verum est dicere, quod solutio præfata fieri potuerit de mandato alterius ad excludendã præsumtionem solutionis huiusmodi, in † qua se fundans eam omninò iustificare tenetur tanquam fundamentum suæ intẽtionis *ad l.quingenta* 12. *ff.de probat.*

Respectu verò aliarum duarum partitarũ sc.16. 80. & sc.15. nulla alia datur iustificatio, quam ea resultans ex priuato libro Zeccadori.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO D. ALBERGATO Sacræ Rotæ Decano.

Foroliuien Domus.

Lunæ 12. *Martij* 1665.

ARGVMENTVM.

Venditor de rei venditæ qualitatibus, & oneribus emptorem certiorare tenetur, & si res vẽdita vt libera aliquo onere deinde apparcat obnoxia debet emptori loco damnorum, & interesse pretium restitui. Sententia per collusionem lata tertio non præiudicat.

SVMMARIVM.

1 *Domus à venditore emptori libera promissa, si detegatur alicui oneri subiecta debet à venditore restitui pretium emptori.*
2 *Venditor, qui emptorem de rei venditæ oneribus non certiorauit loco damnorum, & interesse pretium restituere debet, si venditor in re vendita praiudicium sentiat.*
3 *Venditor de qualitatibus rei venditæ certiorare tenetur emptorem.*
4 *Hæres non conficiens inuentarium de detractionibus sibi competentibus satisfactus censetur.*
5 *Filius ex sola inuentarij omissione non est priuandus legitima.*
6 *Omissio inuentarij existentiam alicuius bonorum, ex quibus detractiones fieri poterant, præsupponit.*
7 *Hæres in negatiua se fundans concludenter illam probare tenetur.*
8 *Inuentarium post alienationem, & litem motam effectum nullius est roboris.*
9 *Iura quæ principali competebant, ab eo causam habenti debentur.*
10 *Exceptio nullitatis inuentarij opponi potest quando opponentis interest.*
11 *Sententia lata cum legitimo contradictore facit ius quoad omnes.*
12 *Sententia ex quo sustineri non valeat.*
13 *Sententia vt sustineatur debent omnes interessi in causa habentes citari.*
14 *Sententia interesse habentibus non citatis lata nullius est roboris.*
*Secus est quando alij successissent in iuribus tunc citatorum, & nu.*15.
16 *Sententia inter coniunctos est de collusione suspecta.*
17 *Collusio elicitur ex quo Rei se defendere recusarunt.*
18 *Sententia per collusionem lata tertio non præiudicat.*

DECISIO CCLXIV.

EX fundamentis in decisione deductis sub die 28. Maij 1663. coram me * edita, quod Domus à Saxo empta fideicommisso sit obnoxia, & proindè teneatur Brunellius ad restitutionem pretij, censuerunt Domini
1 standum esse in decisis; † quia cum libera promissa fuisset à Brunello venditore, & vti liberam emere intellexerit Saxus, dum talis nõ est, sed fideicommisso ad fauorem illorum de Sermenghis supposita, tenetur venditor restituere pretium, vt probant relati in principio decisionis, & considerat *Rot.dec.*304.*n.*1. *& 2.par.4.diuer.& dec.*162.*par.*8.*recent.num.*17.
4 loco damnorum, & interesse, † quæ præstare debet venditor, qui emptorem de omnibus qualitatibus, & oneribus rei venditæ non cer-
3 tiorauit, vt tenetur *l.Iulianus* 14. *ff.de act.empt.* plenè *Surd.cons.*13.*num.*33. *cum alijs in Ferrarien. pecu-*

pecuniaria 27. Iunij 1659. §. Initia verò coram Priolo.

Nec aduersatur, quod Domus à fideicommisso libera euaserit ex capite detractionum legitimæ, & Trebellianicæ debitarum Antonio, & Io: Baptistæ nepotibus fideicommittentis. Placuit enim responsio Domini, quod cum ante permutatam domum cum Brunello constet non fuisse confectum Inuētarium, & plura bona ab ipsis alienata fuisse, intrat
4 recepta conclusio, † quod de dd. detractionibus satisfacti præsumuntur, *Grat. discept. 570. num. 19. Add. ad Greg. dec. 185. num. 6. & prætor relatos in decis. §. nec à fideicommisso plenè firmatum fuit in Bonon. fideicommissi de Cattaneis 11. Martij 1663. §. autem verò coram Reuerendiss. Gerunden.*
5 & replicatio quod † ex sola omissione Inuentarij filij non priuentur legitima, non satisfacit; quoniam non procedit quando concurrunt alienationes à grauatis prius factæ, vt in
7 præsenti. Tunc enim † talis omissio inducit præsumptionem existentiæ aliorum bonorū, ex quibus grauati suas detractiones deducere
7 potuerunt, †& in contrarium asserentes transferatur onus firmandi statum hæreditatis, & probandi concludentèr negatiuam, quod alia bona non existerent, ex quibus detractiones fieri potuerint *Surd. cons. 316. numer. 14. & seqq. Rot. coram Merlin. decis. 633. nu. 1. 2. & 5. & apud Giouagn. cons. 20. num. 31. lib. 2. cum cæteris congestis in Perusina bonor. 30. May 1650. §. legitima verò coram Reuerendiss. Decano, & in alia Perusina bonorum 23. Iunij 1651. §. nec obstat, coram Eminentiss. Celso, & in Vrbinaten. Prady 12. Iunij 1654 §. & ob omissionem coram Bichio.*

8 Inuentarium † autem post alienationes prædictas, & litem motam nullitèr confectum non retragatur, *vt in §. nec à fideicommisso*, quæ non tolluntur ex eo quod Saxus hanc nullitatem opponere non potuit. Primò quia sicuti ab eodem Brunello hæc exceptio deduci potest, ita opponi potest à Saxo habente hypothecata omnia Iura Brunelli pro manu-
9 tentione libertatis domus venditæ † proindeq; omnia Iura, & exceptiones Brunello competentes exercere potest *l. penult. C. de non numer. pecun. Cæsar. Manent cons. 124. nn. 30. Rot. dec. 189. nu. 37. post Zacch. de oblig. Camer.* Secundò quia sua interest dare de nullitate Inuentarij ne cogatur domum, super qua molestari potest à
10 vocatis retinere. Exceptio autem hæc opponi potest quando opponentis interest. *Mandell Alb. cons. 64. num. 3. Thes. decis. 4. num. 7. Gratian. discept. 700. nu. 66. Rot. in Romana Census 30. Apr. 1655. §. fin. cor. Dunozetto.*

Non obstat, quod per sententiam A.C. declaratum fuerit alienationem domus cessisse
11 in detractionibus debitis Sermenghis, † quæ tanquam lata, vt prætenditur cum legitimo contradictore facit ius quoad omnes. Tum
12 quia illa † sustineri non potest, cum de præcedentibus alienationibus nullam faciat mētionem, ex quibus detractiones consumptæ
13 fuerant, vt supra. Tum † etiam quia omnes vocati ad fideicommissum legitimè citati nō fuerunt, & tamen regula opposita non habet locum, quando plures coæquale ius haben-
14 tes eodem tempore viuunt, † qui omnes citari debent, vt sententia eos afficiat, licèt
15 secus sit † in Iure successiuo, quando scilicèt alij successissent in iuribus tunc citatorum, vt distinguendo post *Cyn. in l. 2. col. 1. in fin. C. quibus res indic. non noc. Surd. cons. 189. num. 44. & alios Rotæ in Anconitana Saluiani, seu Domorum 24. Aprilis 1654. coram Penting. & 11. May 1657. §. afficere coram Reuerendiss. Papien.*

16 Tum demum quia † sententia de collusione est valdè suspecta tanquam inter coniunctos lata, *Rota in Bononien. pecuniaria 1. Aprilis 1661. §. nam vltra cor. R. P. D. Taia*, post duas sententias Saxo fauorabiles, & nulla facta
mentione circa præcedentes alienationes, ex
17 quibus † collusionem deduci, cum appareat Reos noluisse se defendere, satis constat, *l. si seruus plurium 32. §. si quis ante ff. de legat. 1. Rot. coram Merl. dec. 13. num. 6. cum alijs relatis in Romana locorum Montium 26. Iunij 1658. coram*
18 *me, §. quod magis*, quæ † proinde operatur, vt sententia sic per collusionem lata tertio non præiudicet, *Merl. Pignatell. contr. 62. nu. 11. lib. 1. Rota coram Seraph. dec. 1020. num. 4. d. Romana locorum Montium 17. Martij 1659. §. sint etiam, coram me.*

Et ita &c. vtraque &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata sub die 28. May 1664. coram eodem Rev. P. D. Albergato erit infra in Miscellan. inxtà serie temporis.

R. P. D. BOVRLEMONT
Romana Census.

Lunæ 2. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Mulier ad hoc vt validè obligetur ex Statuto Vrbis *lib. 1. cap. 151.* interuentus proximioris consanguinei requiritur, & in defectum illius deputatur Curator. Mulier contrahens cum Ecclesia etiam sine statuti solemnitatibus efficacitèr obligatur. Decretum super falsa causa emanatum vitiat contractum in totum etiamsi causa pro parte sit vera.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 151. *proximioris consanguinei præsentiam in obligatione mulieris requirit.*

2 *Obligatio facta à muliere sine interuentu proximioris consanguinei corruit.*

3 *Proximioris consanguinei defectus in obligatione mulieris per curatorem suppletur.*

4 *Proximior si certo tempore intervenire non potest obligationi per mulierem faciendæ differri in aliā diem debet stipulatio.*

5 *Mulieri, quæ debet obligari, asserenti se non curare de interuentu proximioris non creditur, sed statutum est omninò seruandum, alias obligatio inefficax redditur.*

6 *Obligatio mulieris facta pro debitis alterius subsistere nequit.*

7 *Mulier contrahens cum Eccleſia etiam ſine ſolemnitatibus efficaciter obligatur.*

Declara tamen, vt nu.8. & 9.

10 *Hæres qui non eſt, vllo modo conueniri poteſt.*

11 *Hæres cum beneficio inuentarii non tenetur ad hæreditatis debita ſoluenda, niſi firmato prius ſtatu hæreditatis, & reddita ratione.*

11 *Decretum ſuper falſa cauſa emanatum vitiat contractum in totum, etiamſi cauſa pro parte ſit vera.*

13 *Mulier tenetur ad ſolutionem illarum pecuniarum, quæ in extinctionem proprii debiti inſeruierunt, etiamſi contraxerit ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs.*

14 *Lucrum nemini licet ex aliena iactura reportare.*

DECISIO CCLXV.

SENTENTIAM Rotalem, qua dictum fuit coram R.P.D.Beuilaqua D.Clemẽtiam nulliter ſe obligaſſe pro rata ſc.3212.ſo. accedendo vti principalis, & inſolidum Inſtrumento cenſus per bo: me: Card. Cecchinum ad fauorem Benardini Mauri, vti validam, & iuſtam confirmandam eſſe reſpondit Rota.

Validitas admittebatur, & iuſtitia ex duobus potiſſimum firmitèr videbatur fulciri.

1 Primum erat, † quod in contractu præfatę obligationis D. Clementiæ non acceſſerant duo proximiores *à Statuto Vrbis cap.151.lib.1.*

2 præcisè requiſiti, † & quorum defectu notam obligationis nullitatem induci, pluries reſpondit *Rota*, & tradit *Fenzon. ad Statutum Vrb. ſub num.13. & latè congeſti in principio deciſionis huius cauſæ 17. Martij 1664. coram R.P.D. Beuilaqua*, quæ cuitati haud quaquam potuerit ex eo, quod fuerit citatus frater Germanus d. Clementiæ ad intereſſendum, quodq; fuerit loco alterius proximioris abſẽ deputatus Curator; nam dum aderant plures alij, qui poterant commodè interuenire, vt de ſemet teſtatur d. D. Caffarellus, & de alijs nempè Franciſco Gottifredo, & Equite de Aſte, & eorum actibus antecedentibus etiam ſubſecutiuis dictæ obligationi in proceſſu relatis, ſi vtique erant citandi, & ſolùm in caſu quod accerſiti non acceſſiſſent ſuppleri potuit per † deputationem Curatoris, non auſi ante illorum vocationem, vt latè fuit firmatum *in d.deciſ.coram R.P.D. Beuilaqua,§.erat*

4 *vtrunque enim*, † qui imò ſi fuiſſent impediti, in ſequentem diem differenda ſtipulatio cõtractus, *vt ex Rauennaten.releuationis indemnitatis 1. Julij 1661. §.reſultat etiam, & ſequenti coram Reuerendiſs.Gerunden.*

Quamuis enim D. Clementia curaſſet

5 non habere conſanguineos, quia † ne huiuſmodi mulierum aſſertionibus eludatur diſpoſitio ſtatuti, eas pronunciatum fuit habere pro doloſis, & coactis, & ideò prorſus in efficacibus, vt ex mente *Rota firmatum refert. Fenz. ad d.Stat.fol.257.num.75. & fol.484. num.1. cum alijs in d. deciſ. R.P.D. Beuilaqua, §.non obſtat, in fine.*

Alterum, & fortius erat, quod cauſa narrata Iudici pro obtinendo decreto in hoc contractu non ſubſiſtit; Quia debita prò dictis rata ſcut. 3212. nul o modo ſpectabant ad D. Clementiam, ut fuerat expreſſum à d.bo.me. Card. eius cognato, indèque propterea reſultabat falſitas cauſæ, quia Domina Clementia ſe aſtringebat debitis, quibus nullo modo te-

6 nebatur, † & ob id remanſit inſubſiſtens illius obligatio, vt latè fuit firmatum *in eit. deciſ. R.P.D. Beuilaqua §.defectus, cum ibi relatis.*

Ad quam nullitatem ſaluandam incongruè iterùm replicabatur cenſum fuiſſe emptum à Bernardo vti Miniſtro Cappellaniæ S. Hilarij, ad quam ſpectabant pecuniæ, cum

7 qua ideò † contrahens D.Clementia remanſit efficacitèr obligata etiam non ſeruatis ſtatutarijs ſolelemnitatibus in contractu cũ Eccleſia non requiſitis, *ex deciſ. Verall.172. in fin.& 194.par.3.per tot.cum alijs apud Galganet.ad d.Stat.Vrb.limit.22.*

Quia ceſſat obiectum de Iure, & de facto, vti in alia deciſione fuit animaduerſum:

8 Nam † concluſio procedit forſan ſi ex motiuo charitatis, & pietatis pro ſalute animæ,

9 vt ſeruetur opus pium cum Eccleſia, † nam autem ſi cum ea contrahatur vti cum priuato, vt magiſtralitèr diſtinguit *Rota coram Coccino, in Romana nullitatis obligationis 8. Nouembris 1628. cum alijs in deciſione R.P.D. Beuilaqua §.non ſubſiſtit*, & tradit *Zabarell. in cap.perpendimus num.13. de ſent.excomun.col.15.circa fin. verſi autem nulla. & Cancer. var.lib.2.cap.1. nu.117.* & cenſus fuit emptus à Bernardo vti perſona priuata, & abſque vlla expreſſione Monaſterii, & de propriis ſuis pecunijs, vt ex inſtrumento impoſitionis, ibi, *vendidit d. Bernardo præſenti, & ſtipulanti, & ſoluere declaranti de ſuis propriis, & particularibus pecunijs Summ. D. Clementiæ num.1. & ex alio Inſtrumento ceſſionis dictæ Clementiæ*, ibi, *accepiſſe ab Illuſtriſſimo D. Bernardo Mauro Parmenſe ſcut.6000.ad rationem &c. vt d. Summ.num.2.* Et ex partita Sacri Montis Pietatis, ibi, *li medeſimi boggi pagati da Noi per il Sig. Bernardo Mauro, per vn Cenſo à fauore di d. Sig. Bernardo.*

Prout itidem viſum fuit inſubſiſtens, quod d. Clementia teneatur ſaltim vti hæres Franciſci filij, & D. Cardinalis.

Nam quamuis poſſet Bernardus agere cõtra bona hæreditaria vtriuſq; non benè poſſet conuenire D. Clementiam nec realitèr,

10 nec perſonalitèr obligatam, † dum non eſt hæres Franciſci. & hæreditatem q. Cardinalis adiuit cum beneficio legis, & Inuentarij.

11 Vndè † ante firmatum prius ſtatum hæreditatis, & redditam rationem, minimè tenetur, vt in ſpecie *Rota coram Otthob. deciſ.47. num.4.* vltra quod hoc reſpicit diſputationem diuerſam à præſenti reſtricta ad ſubſiſtentiam cenſus, & obligationem D. Clementiæ,

Cęterum quamuis ſtante hac nullitate prętenderet D. Clementia, nec teneri pro reliquis ſc.278. ſo. ex indiuidualitate decreti ſu-

12 per falſa cauſa emanati, † quæ inficit contractum in totum, etſi cauſa ſit in parte vera, vt dicit *Rota deciſ.190 num.11. & 12. par.6.recent.*

13 omni inhærendo æquitati † cenſuit eam-

teneri

teneri pro D. Romano, quia verè probatur solu-
ta in extinctionem debitorum, à quibus
ipsa premebatur, etiam cum maioribus vsu-
ris, quas aliàs teneretur persoluere, nisi cum
14 dictis pecuniis persoluisset, † quo casu ne-
cum altera iactura locupletetur, sustinetur
obligatio, etiam absque alia solemnitate etiã
saltem actione de in rem verso quicquid sit
si pecuniæ fuissent simpliciter soluta D. Cle-
mentiæ vt fuit latè deductum in penultimo,
& vltimo §. decisionis R. P. D. Beuilaquæ
cuius pro confirmatione sententiæ Rotalis
vtraque parte informante responsum &c.

R. P. D. EMERIX.

Romana Census.

Lunæ 2. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Depositum pro extinguendo censu specificum esse debet inter creditorem, & debitorem census, & quid agere debeat deponens in huiusmodi depositi constitutione. Iudicij Vniuersalis requisita quæ sint,

SVMMARIVM.

1 *Fructus census exacti post diffidatam, depositum ac interpellationem ad recipiendum factam sunt restituendi.*

2 *Partita generica, & confusa pro deposito ad extinguendum censum non probat.*

3 *Depositum ad extinguendum censum debet esse specificum inter creditorem, & debitorem census.*

4 *In Deposito deponens debet à se abdicare dominium & liberam facultatem dare creditori illud ad sui placitum exigendi.*

5 *Creditor nõ cogitur pecunias sibi debitas vllo cum vinculo recipere.*

6 *Creditoribus recusantibus recipere pro extinguendo censu depositum fructus ad illorum fauorem non currunt.*

7 *Deponenti pecunias pro extinguendo censu suffragatur depositum in genere factum fuisse quando intervenit Papæ auctoritas, vel Congregationis Baronum.*

8 *Iudicij vniuersalis requisita sunt monitorium, vocatio omnium creditorum, & quod feratur sententia graduatoria.*

9 *Depositum ad vnius creditum non factum si non illi recipiat, non sibi praeiudicat.*

10 Decisio 260. part. 4. rec. *in quibus terminis prædict.* & Scac. in respons. post tract. de Sentent. & re iudic. nu. 33. *quomodo intelligendus & nu.* 11.

11 *Creditor census quando ad damna, & interesse obligationem habeat.*

DECISIO CCLXVI.

DISCVSSIS iterum hodie fundamentis vtriusque decisionis factæ in hac causa coram R. P. D. meo Priolo DD. conuene-

runt recedendum à secundo loco decisis Tota enim vis secundæ decisionis in eo constituta fuit, quod stantibus diffidatis depositio, ac interpellatione ad recipiendum census remaneret extinctus ex dispositione Bullæ S. M. Pij V. 1 super censibus §. census verò, & quod † propterea fratres ab Agazaria auctrice R. P. D. Amadei exacti nullo iure debiti fuerint, vt notant *Couarr. Cens.* & alij in eadem decis. relati §. stante igitur quælibet in iure non controuerterentur, *in facto tamen omnia non probantur interuenisse*, & maximè legitimũ depositum, super quo ratio resolutionis præcipuè fundata fuit.

Etenim nullum aliud ab Informantibus pro D. Comite offenditur factum depositum nisi illud, quod desumitur in quadam partita scut. 2000. in Banco Bonãni ad creditum fructuum de Torutijs ad effectum emendi Casale Turriculæ, & cum isdem pecunijs satisfaciendi creditoribus Euandri, & Balthasaris de Comitibus præstita prius per ipsos creantores fideiussione de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus ad omne mandatum Congregationis Baronum; siue Iudicis ab ea deputandi præterito summario D. Comitis & hodierno summ. D. Amadei vtrobique *nn.* 3.

Hæc autem partita pro legitimo depositio
2 non suffragatur † tum quia est generica, & confusa, quod non sufficit, vt concurrentibus aliis requisitis census extinguat, cum †
3 ad hunc effectum depositum debeat esse specificum inter creditorem Census, & illius debitorem, *vt animaduertit Cene. de Cens. quæst. 111. n. 23. in fin. vers. & signanter, & Rot. post ipsum dec. 375. n. 1. ac vtrobi adducti in prima decisorã R. P. D. meo Priolo §. maximè quia.*

Tum etiam quia descriptio eiusdem partitæ non transtulit dominium pecuniarum ad liberam dispositionem creditorum, sed illæ remanserunt ad creditum Fratrum de Torutijs; Ideoque minus operatur vim depositi, † in quo deponens debet à se abdicare
4 dominium, & tribuere creditori liberam facultatem illud exigendi ad sui libitũ *iuxta doctr. Bald. in l. acceptam numer. 24. in fine C. de vsur. Rota post Cene. de Cens. decision. 238. sub numer. 1. & 2. & in recent. decision. 462. num. 10. part. 9.*

Tum denique quia dicta partita non fuit libera; sed vinculata nempe cum onere recipiendi pecunias data Cautione de restituendo prioribus & potioribus, quas † Creditor
5 cum d. vinculo recipere non cogitur *Arias de Mesa var. resolut. lib. 1. cap. 16. nu. 27. & seqq. Rota coram Duran. dec. 421. nu. 10. & Post & arif. de salu. dec. 276. n. 1. & seq.*

Nec refert quod prædicta non procedant vbi adest Iudicium vniuersale cõcursus Creditorũ, & interuenit auctoritas Sanctissimi, seu
6 Congregationis Baronum, quo casu † Creditores coguntur ad recipiendum pretium, vel inuestimentum, aliàs eis recusantibus declaratur fructus amplius nõ currere prout seruatum fuit *in res. dec. 260. part. 4.* & † suffra-

gatur

gatur etiam depositum in genere, vt firmat vltima decisio huius causæ §. nō obstat. Quia animaduertum fuit, quod tale Iudicium vniuersale, vel non adest in præsenti, cum deficiant illius requisita nimirum, † quod præcesserit libellum, seu monitorium, quod vocentur omnes Creditores certi, & quod proferatur sententia graduatoria *Salgad. in labyr. Credit. part. 1. cap. 1. num. 7. & 27.* vel non † potuit prædicare Agazaria, quæ non comparuit, nec iussit pro deliberatione Casalis, neque ad eius creditum posita sub deposito, vt aliàs respondit *Rota in Arminen. fructuum 16. Ianuarij 1658. §. quia de huiusmodi, & seqq. & 8. Martij 1660. §. denique coram Illustrissimo D. meo Decano confirmata 11. Iunij 1661. §. & aliter coram R. P. D. Priolo.*

10 Et quod in † casu prædictæ decisionis 260. par. 4. recederat motus proprius specialis Sanctissimi in quo dabatur facultas specialis Iudicibus deputatis cogendi Creditores ad recipiendum pretium, vel inuestimentum, & eis recusantibus declarandi fructus amplius non currere, qui motus proprius cum in præsenti non adsit, & Bulla Clementis VIII. in hac parte non deroget Constitutioni Pianę intelligitur procedere seruata huius forma vt alias declarauit *Rota post Cenc. de Cens. decis. 339. num. 15. vers. non obstat cum aliis allegatis primis huius causæ decisionibus coram RR. PP. DD. meis Taia & Priolo.*

Non applicantur proinde responsiones datæ in vltima decisi. D. mei Priuli §. non obstat, & seq. cum auctoritatibus ibidem adductis, 11 † neque *Scaccia in responsione post eius tract. de Sent. & re indic. num. 33.*, quia in casu, de quo loquitur Scacc. depositum fuerat rite factum, & cum omnibus supradictis requisitis, & Creditor declarauerat velle concurrere, & solum disputatum, an tenerentur recipere pretium vinculatum, qui termini à nostris sunt longè diuersi; Auctoritates verò in dicta vltima decis. adductæ similiter supponunt depositum fuisse factum cum decreto Iudicis, & transiuisse in dominium creditorum legitimè interpellatorum ad recipiendum, ideoque nec minus habitæ fuerunt in consideratione prout ipsamet Congregatio Baronum nullam habuisse rationem scriptæ partitæ scut. 20. mil. prius positæ in creditum Fratrum de Torutijs colligitur ex lectura Instrumenti venditionis Turriculæ ijsdem per d. Congregationem venditæ, in quo inter alia legitur; Quod si creditores prædicti omnes, & singuli eorum credita ex d. pretio recipere, & præmissa omnia, & singula adimplere, & obseruare voluerint; seu recusauerint, vel distulerint dictus Illustrissimus D. Donghus, quo supra nomine voluit, & decreuit, quod sequuto deposito in S. M. Pietatis, vel vbi dicta Congregatio, seu Illustrissimus Donghus mandauerit, quod depositū stet, & stare debeat omni risico, & periculo ipsorum creditorū ijsdem creditoribus nulli amplius fructus currerant, nec currere debeāt, & prædictæ hæreditates quondā Euandri, & Balthassaris, & alij obligati quoad ipsos creditores censuum censeantur liberati &c. Ex quibus verbis satis apparet, quod dicta Congregatio non habuit d. partitam pro sufficienti deposito, sed tunc demum voluit censum remanere extinctum, quando creditoribus citatis, & recusantibus recipere fieret aliud depositum cum decreto Iudicis in S. M. Pietatis, vel vbi congregatio, seu Illustrissimus D. Donghus mandasset, quod quia non adimpletum fuerit non posset hodie d. partita pro legitimo deposito Canonizari. Demum nihil facit, quod Agazaria habuerit scientiam deliberationis fundi census, quia cum Census fuerit ab initio impositus bona fide super Casali Turriculæ libero, & de dominio debitoris, subsequens deliberatio ad instantiam aliorum creditorum absq; consensu Agazariæ non potuit 12 Censum extinguere, † quin saltem interet obligatio ad damna, & interesse, donec fors restituatur, vt notat *Duard. de Cens. §. 3. quæst. 7. num. 45. & se declarando dixit Rota coram Duran. decision. 449. num. 15. & in Romana Saluiani 20. Martij 1658. §. siquidem constat coram R. P. D. meo Verospio.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Tudertina Saluiani.

Veneris 2. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Saluiani probatis extremis immissio ex hoc iudicio Creditori est concedenda. Creditor actionem habet contra bona sibi assignata, nec potest variando alia retinere. Hypotheca in bonis extradotalibus constante matrimonio ad vxorem peruentis filij creditoribus quando competat.

SVMMARIVM.

1 *Creditum ex instrumentis publicis elicitur.*
2 *Clausula constituti contra constituentem, & causam habentes ab ipso bene probat.*
3 *Possessio ex instrumento venditionis, & huius subsistentatione probatur.*
4 *Saluiani extremis iustificatis immissio creditori ex hoc iudicio conceditur.*
5 *Actio creditori contra bona sibi assignata competit, nec potest variando alia bona retinere & numer. 6.*
7 *Confessio facta à marito constante matrimonio de pecunia receptione tanquam suspecta non admittitur, & numerationem quantitatis non probat.*
8 *Pecuniarum quantitas notabilis sine quittantia non soluitur.*
9 *Hipotheca in bonis extradotalibus constante matrimonio*

monio ad vxorem peruenis creditoribus filij quãdo competat.

10 *Bona mobilia ex lapsu longi temporis consumuntur, & quamuis in dotem data à marito non sunt restituenda.*

11 *Retentio creditori posteriori non datur contra anteriorem creditorem.*

12 *Solutiones & facta non præsumuntur.*

DECISIO CCLXVII.

EXTREMA Saluiani satis probari, & proinde standum esse in decisis coram Reuerendissimo D. Ninot Episcopo Gerundensi * die 10. Martij 1664. Domini dixerunt. † Creditum enim cum hipotheca Monialium S. Mauri, & Stephani, ac litis consortiam sartis resultare ex instrumentis publicis, in quibus Brutus Penignanus earũ fauore censum imposuit, & respectiuè fideiussit cum obligatione, & hipoteca bonorum. 2 Eiusdem Bruti † possessio iustificatur ex clausula Constituti, quæ contra constituentem, & ab eo causam habentes possessionem probat. 3 Et demum † possessio Monialium Sanctissimæ Anunciatę ex instrumẽto venditionis iũcta litis substentatione † quibus concurrentibus dãdam esse creditori immissionem in Saluiano tradit *Menoch. de adipis. remed. 3. quæst. 29. num. 161. & seq. Rota alijs relatis in Romana Saluiani 25. Junij 1657. §. primo coram Reuerendissimo Papien. cum alijs in Farfensis seu Nullius Saluiani 3. Maij 1664. coram me §. quodque vel fratres.*

Nec resistit quod Moniales comentæ habeant hipotecata iura Iacobi Ianni filij Bruti, qui simul cum parte prædium vendidit, & de euictione promisit, eique creditor anterior eccasione dotis Mirabilis eius matris. Quoniam visa est Dominis subsistere responsio quod loco pecuniæ in dotem promissæ certa corpora Bruto assignata fuerunt cum expresso pacto illa restituendi in eadem restitutionis dotis ad quæ † proinde tantum com- 5 peritactio ex relatis *in decis. 27. Junij 1661. §. secunda exceptio coram R. P. D. meo Beuilaqua.* Et quoad hoc cessat omnis difficultas quia ex summario Monialium S. Mauri & Stephani num. 1. apparet Brutum anno 1648. inter alia bona concessa Iacobo Latino filio pro alimẽtis tàm paternis, quam maternis renunciasse, & tradidisse eidem Iacobo possessionem in territorio Ameriæ vocabulo San Lorenzo, & possessionem aliam Nuicchia, quæ sũt de ipsis met bonis datis prò dote Mirabilis 6 matris vt in ext. A. C. *fol. 149. & seqq.* Vnde † quoad hæc corpora iam reuersa ad Iacobum latium non possunt Moniales ex Iuribus eiusdem Iacobi variando alia bona retinere sicut ne posset ipse Iacobus. *Capic. decisione 78. numer. 8. Rota decis. 292. num. 5. parte prima recen.*

Prout non aduersatur creditum seut. mille, quæ Brutus in Inuentario à se confecto fassus fuit à Iacobo Ferratino Patruo Mira- 7 bilis tempore nuptiarum recepisse. † Quoniam confessio hæc constãte matrimonio facta tamquam suspecta quod in fraudem donationis inter virum ex vxorem prohibitæ emissa fuerit, numerationem d. quantitatis non probat *Alex. cons. 142 num. 1. & seqq. lib. 5. Rot. coram Burati. decis. 029. num. 1. & seq. Merlin. decis. 419. num. 2. Romana dotis 21. Februarij 1650. §. vel donationis animus coram Eminentissimo Domino Cardinali Corrado & in Fanen. pretensa dotis 4. Julij 1657. in priuc. coram Eminentissimo Domino Cardinali Celso.* Præcipuè quia in actu solutionis facta non apparet per instrumentum, vel per apocam priuatã quie- 8 tantia, sine † qua multum inuerisimile visũ est notabilem hanc quantitatem fuisse Bruto solutam *Rota decis. 259. num. 6. & decis. 290. in fine part. 6. rec. & in Romana pecun. 29. Aprilis 1654. §. In præsenti vero coram eodem Eminentiss. D. Card. Celso.*

Creditum verò filij pro bonis mobilibus extra dotalibus, quæ ex morte patrui Mirabilis dicũtur obuenisse non suffragatur. Nam vltra quod Inuentarium à Bruto confectum tamquam constante matrimonio factum, & discordans ab alio per Iacobum Patruum prętente Mirabili eodem anno 1621. factum. Pro illorum restitutione quatenus habita fuissent nulla creditoribus filij tacita com- 9 peteret hipoteca, † quæ in bonis extradotalibus constante matrimonio vxori peruentis non datur, nisi quando de ipsius consensu de quo non apparet in præsenti, constat à Viro fuisse administrata, *vt per Merlin. de pignor. lib. 3. quæst. 54. num. 5. Rota decis. 12. numer. 2.* 10 *& 4. coram Coccin.* † Præcipue quia ex cursu tanti temporis præsumitur vsu consumpta, nec à marito eorum pretium est restituendum. *Rinun. Iun. cons. 459. num. 18. & seq. Peregr. cons. 70. num. 21. lib. 1. Ciriac. contr. 204. num. 7. & 8. Rota decis. 285. num. 1. coram fæl. mem. Gregor. vbi Adden. sub numer. 4. decis. 156. numer. 2. & 3. part. 8. recent. & in Tudertina fideicommissi 26. Junii 1602. super reintegratione 3. pretium mobilium coram me.*

Maior difficultas visa est Dominis circa creditũ sicut 370. prouenies ex pretio vnius prædij dotalis à Bruto venditi anno 1629. summario Monialium Sanctissimæ Annunciatæ Tuderti vltimæ positionis *num. 6.* quod proinde dici non potest comprehensum in renunciatione bonorum de anno 1643. facta Iacobo filio tamquam antecedenter distractum pro quantitate ex persona Iacobi Creditoris anterioris, qui de euictione promisit competeret retentio dd. Monialibus Ame- 11 riæ, † quod creditori posteriori nõ datur aduersus creditorem anteriorem, vel alium, in quem eius iura translata fuerunt, *Rota coram Burat. decis. 844. & decis. 858. num. 1. Romana census seu Saluiani 5. Maij 1655. 3. sed ex quo coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Romana Saluiani 3. Aprilis 1658. coram me §. adhuc tamen.*

Responsiones autem quod aliud creditum loco venditi subrogatum fuerit, quodque pretium à Bruto vẽditore exactum non fue-

rit dif-

rit difficultatem non tollunt. Quia non constat in facto quod prædium subrogatum inter illa Iacobo filio renũciata fuisse comprehensum, & quod ipse d. pretij residuum receperit vt requireretur ad tollen̄ Bruti obligationem ex vulgari regula quod † solutiones & facta non præsummuntur. *l. in bello §. facta. ff. de captiu. & Postlimin. reuers. Menoch. præsumpt. 14. per tot lib. 6. cum aliis relatis per Barbos. axiom. 94. nu. 27. & seq.*

Cæterum super hoc nihil resolutum fuit, sed particulariter discutiendum Domini reseruarunt.

Et ita vtraque &c.

Decisio ista emanata sub die 10. Martii 1664. coram Reuerẽdissimo Gerunden. in hac eadem causa, quæ hic allegatur erit inter Decisiones eiusdem citò edendas.

R. P. D. CERRO DECANO

Nunc S. R. E. Cardinali.

Romana Palatij de Capranica.

Veneris 6. Martii 1665.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum ad fauorem illorum de familia conceptum & tanquam tractum habens successiuum vsque ad vltimum defertur, Fideicommissum reale ex quo inducatur. Enũciatiue in instrumentis antiquis emissæ equipollent famæ, & fama sola sufficit quando agitur de probandâ filiatione antiqua. Remedium Saluiani pro recuperatione fideicommissi datur etiam fideicommissario particulari.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum perpetuum, & absolutum ordine successiuo vsque ad vltimum defertur.*
2 *Institutio certæ personæ de familia quando factus est, eius restituendi videtur discretiuè inter vniuscuiusque lineæ descendentes tantum, non vt de vna in aliam transitus fiat.*
3 *Dispositio relatiua ad relatum referri debet.*
4 *Vocatio totius familiæ requirit fideicommissum deferri vsque ad vltimum.*
5 *Ex Familiæ vocatione censentur illi de familia reciprocè substituti.*
6 *Prohibitio alienationis bonorum facta familiæ ad omnes de familia indefinitè extenditur, & inter illos reciprocum fideicommissum inducit.*
7 *Fideicommissum reale inducitur ex verbis in rem conceptis.*
8 *Fideicommissi identitas ex diuisione bonorum inter primos heredes facta cum expressione confinium resultat.*
9 *Enunciatiuæ in diuersis instrumentis emissæ quando versentur in antiquis optimè probant descendentiam.*
10 *Enunciatiuæ emissæ in diuersis instrumentis antiquis equipollent famæ.*
11 *Fama sola sufficit quando agitur de probanda filiatione antiqua.*
12 *Admissio alicuius ad portionem fideicommissi arguit ipsum esse de descendentia.*
13 *Testator admittens ad fideicommissum de familia ad illum non potest nominare nisi sit descendens à primo fideicommittente.*
14 *Singula quæ de per se non sufficiunt, simul iuncta pro sufficienti probatione deseruiunt.*
15 *Descendentia familiæ nobilis habetur pro notoria.*
16 *Probationes etiam leuiores admittuntur ad probandam filiationem ad effectum successionis.*
17 *Filiatio non est concludentissimis probationibus probanda quando concurrit extraneus.*
18 Leg. final. C. de edict. Diui Adrian. tollend. *remedium non competit quando agitur de fideicommisso ordinato in contractu donationis inter viuos, sed actio personalis contra donantem, & donatarios.*
19 *Immissio pro executione literarum Apostolicarum datur ad instar l. final.*
20 *Saluianum pro recuperatione fideicommissi datur etiam fideicommissario particulari.*
21 *Literæ Apostolicæ tanquam habentes tractum successiuum quandocumque possunt suum effectum sortiri.*

DECISIO CCLXVIII.

LOCO Domorum, quæ ad formam dispositionis bon. mem. Card. Dominici de Capranica inseruire debebant pro habitatione scholarium Collegij ab ipso ordinati, alias magis aptas à fundamentis extruxit bon. me. Angelus itidem Card. de Capranica illius Frater, & hæres, qui successiuè obtinuit à Sixto IV. de anno 1478. Domos, vt suprà pro Collegio destinatas dismembrari, ac separari ab aliis bonis dicti Collegij, cum hoc, quod de cætero pertineant ad eumdem Angelũ Cardinalem quoad vixerit, eoque defuncto, ad illos dumtaxat de sua domo, Familia, & Agnatione in perpetuũm iuxtà prouidam dispositionem per eum faciendam. Cum autem eius dispositio fuerit, quod succederent pro tertia parte Nepotes ex q. Iuliano eius Fratre, pro alia tertia parte, Filij q. Antonij descendentes ex Ioanne altero Fratre, & pro reliqua tertia parte Dominicus, & Bartholomæus Filij q. Agabiti pariter Nepotes ex Bartholomæo Fratre, & deinceps eorũ posteri, & successores in perpetuũ in eisdem Domo, & Familia iuxtà formam, & tenorẽ litterarum Sixti IV. Ideò defecta linea Ioannis per obitũ Stephani sine Filijs masculis, fuit pro parte DD. Bartholomæi, Equitis Hyacinthi, & Caroli de Capranica, descendentium ex linea Bartholomæi Senioris introductum iudicium Immissionis contrà Ven̄ Monasteriũ, & Moniales Sanctissimæ Purificationis super tertia parte Palatij, de quo agitur ab ipsis detento iure hæreditario illorum de Cinquinis hæredum Claudiæ, & Gentilescæ filiarum dicti Stephani de Capranica, & cum Signatura Iustitiæ præuia auocatione à quibuscunque Iudicibus, Causam in Rota commiserit, dedi dubium,

dubium, An sit danda Immissio, quod hodie post trinam propositionem affirmatiuè resolutum fuit.

Extrema enim necessaria ad Immissionem visa fuerunt sufficienter iustificata, nam Fideicommissum desumitur, tàm ex litteris Sixti Quarti, quàm ex dispositione dicti Card. Angeli facta in executionem dictarum litterarum, & cum expressa relatione ad illas, vbi post mortem eiusdem disponentis fuerũt vocati Nepotes ex tribus Fratribus, illorumque posteri, & successores in perpetuum de Domo, & Familia de Capranica; Vndè resultat perpetuum, & absolutum fideicommissum
1 fauore Familiæ, † quod ordine successiuo defertur vsque ad vltimum, *per text. in l. cum ità, §. in fideicommisso, & in l. peto, §. Fratre, ff. de leg. 2.*

2 Non obstat, † quod cum fuerint institutæ certæ personæ de Familia, onus restituendi videatur adiectum discretiuè inter descẽdentes vniuscuiusque lineæ dumtaxat, non autem, vt de vna in aliam fiat transitus, *iuxtà decisionem Cardinalis Seraph. 1023. num. 3. & in Florentina, seù Bonon. de Barbaderis 25. Iunij 1640., §. Etenim cum difficultas coram bo. me. Coccino.*

Pro responsione enim animaduerterunt Domini, quod licèt dispositio Card. Angeli videatur directa ad Nepotes ex tribus Fratribus, eorumque descendentes, principaliter tamen attendi debẽt dictæ litteræ Sixti Quarti, in quibus non certæ personæ, sed quidem tota Familia de Capranica complexiuè vocatur, non solum quia in dispositione Cardinalis fuit totus tenor earumdem litterarum in-
3 sertus, sed etiam † quia dispositio emanauit, habita expressa relatione ad eas, & iuxtà illarum formam, & tenorem, ex firmatis *in Romana fideicommissi de Maximis 11. Ianuarij 1649. §. quia, vers. hinc enim vigore huius relationis, coram me*; Vndè † admissa ab initio vocatione to-
4 tius Familiæ, Fideicommissum defertur vsq;
5 ad vltimum, & sic † de necessitate censentur omnes de Familia inter se reciproce substituti ad effectum, vt voluntas disponentis impleatur, iuxtà distinctionem passim à Rota in hac materia receptam, *vt in dec. 193. sub nu. 3. vers. Cum autem non possit, part. 1. decis. 580. num. 5. part. 4., decis. 467. numer. 12. part. 5., decis. 284. n. 19. part. 6. recent., aliisque allegatis, dictum fuit in Terracinen. fideicommissi de Pilorcijs 15. Maij 1648., §. secundo quia, vers. qua quidem ratio, coram Reuerendissimo Ghisilerio Episcopo Imolen. confirmata 28. Maij 1649. coram Eminentissimo D. Cardinali Ottoboni. inter eius impress. decis. 177. numer. 18. & 19.*

Idque comprobatur, ne dum quia dispo-
sitio Cardinalis Angeli continet expressã
6 prohibitionem alienandi extrà † Familiam, quæ prohibitio cum non sit restricta ad certos casus, vel personas ad omnes de Familia indefinitè extenditur, & inter ipsos reciprocũ Fideicommissum inducit, vt *post Bald. in l. precibus num. 49. C. de impub. & aliis subst. tradit. Fusar. de subst. quæst. 689. num. 7. & 12., & dixit Rota in recent. dec. 284. numer. 22. part. 6., in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 16. Februarij 1640., §. idque ne dum fauore Familiæ, coram Card. Panziruto, & admissum fuit in Romana fideicommissi de Coronis 28. Ianuarij 1647., §. idque non solum, & fuit enim, coram me.*

7 Sed etiam, † quia Fideicommissum est reale, cum verba dirigantur ad Domos, seù Palatium de quo agitur, ibi: *Declarauit ipsum Palatium permutatum remanere debere, &c.* & propterea penès quoscunque existat eodem onere fideicommissi remanet affectũ, ità vt quilibet de Familia teneatur alteri restituere, *iuxtà theoricam Bart. in dicta l. peto, §. Fratre, ff. de leg. 2. Buratt. decis. 897. num. 7.* dictum fuit *in Romana fideicommissi de Donis 19. Februarij, §. præter hanc, & in Firmana fideicommissi 16. Aprilis 1603., §. eoque magis, coram Reuerendissimo Ephesino.*

De identitate Palatij, quod scilicet fuerit à Card. Angelo possessum tempore eius obitus, & fideicommisso subiectum, constat ex pluribus in facto deductis, & signanter ex testium
8 depositionibus relatis in *Summario n. 6.*, † necnon etiam ex diuisione Bonorum facta inter primos hæredes cum expressione confinium, *ex traditis per Rotam decis. 160. nu. 1. part. 5. & decis. 96. nu. 6. part. 7. recent.*

Quo verò ad legitimationem personarum, vbi informantes pro Monasterio maiorem vim faciebant, plura concurrunt, quæ ad illũ effectum exuberare videntur: Descendentia enim dd. DD. Actorum ex Camillo Capranica eorum Tritauo non controuertitur; illa verò Camilli ex linea Bartholomæi Senioris, quæ sola reuocatur in dubium, probatur ex pluribus enunciatiuis antiquis emissis in diuersis Instrumentis publicis stipulatis coram diuersis Notarijs in actibus propotionabilibus, vbi pro substantia actuum idem Camillus enunciatur filius, & hæres Bartholomæi de Capranica sui Patris, *dicto Summario impress. numer. 10. 11. 12. & 13.*, Et cum versemur in antiquis; ex quo plura Instrumenta excedunt centum annos, *laf. in l. Cum aliquis num. 7. vers. sed circa ista*, vbi *Alex. numer. 6. vers. & ibi tenent, C. de iur. deliber.* dictæ † enunciatiuæ optimè deseruiunt ad probandam descendentiam
9 ex allegatis in *decis. 465. nu. 2. part. 9. rec.*

10 Ea potissimùm † ratione, quia enunciatiuæ emissę in diuersis Instrumentis antiquis æquipollent famæ, *Alexand. cons. 90. nu. 1. & 2. vol. 6. Mandell. Alb. cons. 64. num. 21. & 24. Rota in Bononien. fideicommissi de Pancaldis 23. Ianuarij 1649., §. Tertium verò, & §. Quod vtique, coram Pentinero*; † Et vbi agitur de probanda Filiatione
11 antiqua, sola fama videtur sufficiens, vt docet *Salicet. in l. 3. num. 12. vers. in casibus, ff. de test. Alex. cons. 88. numer. 11. lib. 7. Surd. cons. 1. num. 48. Menoch. qui alios refert de arbitr. cas. 89. num. 80. Peregr. de fideicom. art. 43. num. 87. vers. antiquis, Rot. coram Burat. decis. 725. nu. 3.*

Et vltrà enunciatiuas id quoque habetur ex quinque testibus examinatis de anno 1538. & 1539. *dicto Summar. numer. 9.* explicitè deponentibus, eumdem Camillum natum fuisse ex Bartholomæo filio q. Agabiti, & ex Constantia de Lenis Coniugibus, quorum dicta

corroborantur ex pluribus adminiculis, quæ descendentium huiusmodi benè concludunt, omisso enim, quod Claudia, & Gentilescha Authrices Monialium eumdem Camillum admiserunt pro Agnato Familiæ de Capranica, *dicto Summario num.* 21., plurimum facit, quod Iulianus de Capranica alter ex vocatis ad fideicommissum Cardinalis semper recognouerit Camillum pro filio Bartholomæi, vt patet tàm ex Instrumento donationis Vineæ, *Summario numer.* 14. quam etiam, & melius ex eo, quod ipse Iulianus vnà cum eodē Camillo litem instituit super Immissione ad possessionem Palatij fideicommissarij ad effectum excludendi filias fœminas Stephani præmortui, *vt in Summario Monasterij numer.* 2. Et hoc idem comprobat ipsamet possessio Palatij fideicommissarij, nam Camillus semper possedit duas ex tribus portionibus, alteram nempè tanquam descendens ex Bartholomæo Seniore, & alteram, quam habuit in defectum lineæ Iuliani, & insuper Camillus, dum vixit, eoque defuncto Angelus eius filius Palatium locarunt intimul cum eisdem Gentilescha, & Claudia, *dicto Summar. num.* 7.
12 *& seqq.* † Ad quas portiones vtique Camillus non fuisset admissus, nisi vetè fuisset de descēdentia alterius ex vocatis a Card. Angelo, *vt fere in his terminis ponderat Rot. decis.* 331. *num.* 7. *par.* 6. *& dec.* 255. *n.* 10. *par.* 9. *rec.*

Prædictis accedit, quod Camillus fuit pluries electus Conseruator Vrbis, & de anno 1578. à Conseruatoribus Deputatus Nuncius ad san. mem. Paulum Tertium, *Summario num.* 17., & fuit quoque admissus ad nominationem Scholarium ad Collegium Capranicēn, quæ nominatio cum vigore Constitutionum eiusdem Collegij fuisset tributa Iuliano Fratri Cardinalis, & Agabito q. Bartholomæi & Antonio q. Ioannis Neporibus, eorumque descendentibus per lineam masculinam de legitimo matrimonio, *dicto Summario num.* 16.
13 Camillus † non potuisset nominare, nisi fuisset descendens ex dicto Agabito mediante Bartholomæo eius Patre, & respectiuè filio eiusdem Agabiti de legitimo matrimonio procreatus, vt de admissione ad præscindā ad illum effectum, *dixit Rot. coram Eminentiss. D. Card. Onboben decis.* 291. *nu.* 8.

Nec obstant ea, quæ contrà dd. enunciatiuas, & contrà Summarium testium opponuntur. Etenim quoad enunciatiuas non subsistit illas prouenire solum à Camillo, nam ex lectura Instrumentorum apparet emanasse à Mariano de Creſcēnijs, & successiuè à Card. Regino Tutoribus, & Curatoribus, necnon à diuersis consanguineis, & extraneis, *dicto Summario num.* 10. *& seqq.* Sicut etiam non possunt dici recentes, attento initio litis motæ de anno 1538. Quia dd. DD. Actores non prosequuntur litem antiquam introductam super exclusione fœminarum, sed tanquam vocati ad fideicommissum ex eorum propria persona nouum Iudicium instituerunt, ex eo quod per obitum Gentilescha, & Claudiæ defecerit linea Ioannis, vt ex Commissione, *dicto Summario num.* 4. Maxime quia lis antiqua erat super diuerso Articulo, & non nisi incidenter actum fuit de descendentia Camilli, *iuxta dec. Put.* 348. *lib.* 2. Nec vsque ad annum 1604. fuit de dicta eius descendentia dubitatum.

Quo verò ad testes, omissis aliis ab Informationibus plenè deductis, placuit responsio, quod cum vis probationis non consistat solum in eorum depositionibus, sed quidem in dd. enunciatiuis, aliisque superius cumulatis,
14 vbi † singula per se non sufficerent, omnia tamen simul iuncta pro plena, & sufficienti probatione deseruiunt, *Surd. cons.* 1. *numer.* 52. *& seq. Roland. cons.* 22. *numer.* 27. *lib.* 3. *Rota coram Eminentissimo D. Card. Otthobon. dicta decis.* 251. *numer.* 19.

Eoque facilius prædicta procedunt; Tùm
15 quia agitur de Familia valdè Nobili, † cuius descendentia habetur pro notoria, *vt dixit Rot. in Romana de Marescottis in recent. decision.* 770. *nu-*
16 *mer.* 3. *in fin. part.* 2. † Tùm quia non agitur de Filiatione principaliter, sed solum incidenter ad effectum successionis, in quibus terminis leuiores probationes admittuntur, *iuxtà cons. Genuin.* 27. *nu.* 10. *& seqq. Card. Seraph. decis.* 1099.
17 *nn.* 1. *& dec.* 430. *num.* 10. *part.* 5. *recent.* † Tùm etiam, quia nullus alius de descendentia concurrit, sed agitur cum extraneo, quo casu non requiruntur tàm exactæ probationes, *Marescott. var. resolut. lib.* 1. *cap.* 70. *nu.* 3. *Rot. coram Cesarinulo dec.* 141. *num.* 18.

Denique nō vrget obiectum desumptum
18 ex incompetentia actionis, ex quo † scilicet cum agatur de fideicommisso ordinato in cōtractu donationis inter viuos non competat, *remed. l. fin. Cod. edict. Diu. Adr. tollend.*, sed solum actio personalis contra donantem, & donatarios, *ex Gionazz. cons.* 34. *à nu.* 6. *lib.* 2.

Siquidem visum fuit remoueri, siuè ex eo, quod fideicōmissum deriuat à Litteris Apo-
19 stolicis, † pro quarum executione datur Immissio ad instar, *l. final. Gregor. decis.* 335. *num.* 15. siuè quia in Instrumento diuisionis sequutæ anno 1578. inter primos hæredes per pactum expressum conuentum fuit, quod Palatium controuersum alienari non possit extra Familiam, cum hypotheca bonorum, & obligatione obseruandi omnia in eo contenta. Quapropter vigore dictæ hypothecæ possunt Fideicommissarij agere contrà Moniales habētes cautam ab altero ex diuidentibus, & Im-
20 missionem obtinere ex remedio † Saluiani, quod pro recuperatione fideicommissi, datur etiam fideicommissario particulari, vt de communi testatur *Rot. coram Burat. decis.* 693. *numer.* 1., & plures congerit *Add. ad eundem decis.* 115. *num.* 17.

Parum obstante, quod non agatur de executione Litterarum Apostolicarum, cum illæ iàm fuerint consumptæ per dispositionem Cardinalis Angeli effectum sortitam in per-
21 sonam eius Nepotum. Quia cum in eadem dispositione Cardinalis dictæ litteræ fuerint verbis expressis præseruatæ, effectus illarum non remansit consumptus per admissionem primò vocatorum, sed tanquam habentes

tractum

tractum ſucceſſiuum reſpectu omnium de Familia, poſſunt in futurum quouſque ſuperſunt vocati ad eorum inſtantiam executioni demandari, ad tradita per *Rot. decif. 24. num. 7. part. 7. rec.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

R. P. D. OTTALORA

Rauennaten. Fideicommiſſi

Ven. 6. Februarij 1665.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus non poteſt excludere deſcendentes inſtituendo in bonis extraneos Obſeruantia in rebus dubijs attenditur, quamuis præſcripta non fuerit, & ſufficit ita aliquando fuiſſe obſeruatum.

SVMMARIVM.

1 *Verba* d'heredi in heredi *in fideicommiſſo aſcendentium poſita intelliguntur de deſcendentibus cum qualitate hæreditaria ſanguinis*
2 *Deſcendentes vocati poſſunt ab herede grauato bona alienata reuocare*
3 *Hæres grauatus non poteſt deſcendentes excludere inſtituendo in bonis extraneos.*
4 *Teſtator vocans decendentes de herede in heredem cum qualitate maſculinitatis, & legitimitatis videtur non curaſſe, quod deſcendentes ſint heredes bonorum.*
5 *Obſeruantia eſt rerum dubiarum optima interpres.*
6 Bartolus in l. ex facto §. ſi quis alij ff. ad Trebell. & alij *explicantur & num. 7. & 8.*
9 Deciſ. in interamnen bonorum 15. Martij 1656. coram Cerro *in quibus terminis procedat*

DECISIO CCLXIX.

DIXERVNT DOMINI conſtare de bono iure Io. Franciſci nam cum Antonius Pauluccius eius Proauus prælegaſſet bona, de quibus agitur Hieronymo, Petro, & Alexandro ſuis filijs, & poſtea dixiſſet *con conditione che li ſtabili, e poſſeſſioni laſciate à Girolamo, Pietro, & Aleſſandro vadino d' heredi in heredi maſchi di legitimo matrimonio*. Dicta † verba *d' heredi in heredi* poſita in fideicommiſſo aſcendentium intelliguntur de filijs & deſcendentibus cum qualitate hereditaria ſanguinis non vero cum qualitate hæreditaria bonorum *Iuxta doct. Rip. in l. ex facto §. ſi quis ita nu. 2 ff. ad Trebell. quem ſequitur Natt. conſ. 537. num. 20. & 21. Pariſ. conſ. 55. num. 5. & ſeqq. conſ. 88. nu. 14. lib. 2. & conſ. 8. num. 7. lib. 3. Dec. conſ. 38. nu. 8. Menoch. conſ. 489. num. 3. & 4. Ruin. conſ. 175. num. 12 lib. 2. Soccin. Iun. conſ. 588. num. 6. & 7. Decian. conſ. 38. nu. 3. lib. 4. Craſ. de ſucceſſ. §. hereditas queſt. 11. num. 13. in fin. Petr. de fideic. quæſt. 5. num. 179. Fuſar de ſubſtit. queſt. 340. num. 10. Rot. dec. 216. nu. 1 part. 5.* alias enim † ſequeretur euerſio fideicommiſſi, quia deſcendentes vocati non poſſent reuocare alienata à Patre grauato, vt arguit *Rip. in d. l. ex facto in fin. Natt. d. conſ. 537. nu. 21. Dec. conſ. 38. num. 5. Pariſ. conſ. 31. num. 24. lib. 2. Fuſar. de ſubſt. d. queſt. 340. num. 1.* Imo eſſet in poteſtate † grauati excludere deſcendentes inſtituendo in bonis extraneos, vt in puncto *edu. Ruin. conſ. 174. num. 12. lib. 2 Fuſar. d. qu. 340. num. 2. & conſ. 78. num. 9. & conſ. 79. num. 1. & dixit Rota in Interamnen. bonorum 15. Martii 1656. coram R. P. D. Decano & firmat deciſio in hac cauſa ſub die 20. Iunii 1661. coram Eminentiſſ. Celſo §. non obſtat.*

Quæ concluſio facilius procedit quando, vt hic teſtator dd. verbis de hærede in hæredem addidit qualitatem maſculinitatis, & legitimitatis ibi *vadino d'heredi in heredi maſchi di legitimo matrimonio*. Hoc enim caſu multominus requiritur quod deſcendentes ſint hæredes bonorum vt ponderauit *Bald. in l. Gall. §. & ſi non nu. 3. verſ. de herede qualificato puta de maſculo, ff. de liber. & Poſthum. ibique Alex. num. 3. & Iaſ. nu. 2. Pariſ. d. conſ. 155. nu. 1. & 6. lib. 2. Dec. conſ. 184. num. 3. Soccin. Iun. d. conſ. 188. nu. 7. lib. 2. Grat. conſ. 31. num. 16. & 17. lib. 2. cum aliis adductis in d. dec. 216. num. 2. par. 5. rec. & in d. dec. die 21 Iunii 1661. coram Eminentiſſ. Celſo §. unde*.

Accedit in præſenti obſeruantia nam defuncto Alexandro vno ex tribus hæredibus primo Inſtitutis, filij hæreditatem ipſius repudiarunt & nihilominus fuerunt admiſſi ad ſucceſſionem fideicommiſſi Antonij, vt in ſum. Io. Franciſci *num. 4.* quæ obſeruantia plurimũ attenditur in fideicommiſſis dubijs †, etiamſi non fuerit præſcripta, cum ſufficiat ita aliquãdo fuiſſe obſeruatum *Cephal. conſ. 251. num. 89. & 90. lib. 1. Gam. dec. 345. num. 7. Rot. dec. 574. n. 4 par. 5. rec.*

Non obſtat † *Bart. in l. ex facto §. ſi quis ita ff. ad Trebell.* & cæteri Doctores in contrarium quos longa ſerie citat *Fuſar. de ſubſtit. d. queſt. 340.* Tum quia Bart. reprobatur ab Imol. qui ſequitur gloſſ. contrarium tenentem, & *Rip. in d. l. ex facto num. 2.* & ab alijs pluribus alleg. *Peregr. de fideic. art. 32. ſub num. 90.* Tum quia eius doctrina poteſt procedere in hæredibus poſitis in conditione, in quibus terminis ipſe loquitur habere locum in contractibus non non autem in vltimis voluntatibus *Caſtill. controu. Iur. cap. 96. num. 34. cum ſeqq. Rot. in Camerinen bonorum 3. Iulij 1654. §. 1. coram Bichio* Cæteri vero doctores † non loquuntur in caſibus quibus concurrat maſculinitas, & legitimitas cum ratione conſeruationis bonorum in familia ſeu agnatione, & cum obſeruantia ſubſecuta, nam tunc intelliguntur creati hæredes ſanhuinis quamuis carẽt qualitate hæreditaria bonorum ex Doctoribus ſupra adductis.

Minus que refert, quod dictus Io. Franciſcus fuerit ſubſtitutus ab vltimo grauato poſt mortem Barbaræ hæredis Inſtitutæ, is verò hæreditatem repudiauerit, & ita ſufficiat, quod per eum ſteterit quominus hæres fuerit vt dixit Rota in dicta † Interamnen. bonorum §. reſpectu 2. in fine, quia cum ex mente teſtatoris reneretur illum inſtituere vt hæredem ſanguinis, non potuit illum ſubſtituere & ſic diſpoſitione fideicommiſſi euertere, &

testatorem illudere, ideoque dum non fuit constitutus per eum non stet, & allegata decisio non intrat.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO Imolen. Bonorum.

Veneris 6. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Lesio non attenditur, nisi dimidiam iusti valoris partem excedat. Periti quando admittantur. Factum Iudicis quoad omnes effectus pro facto debitoris reputatur. Iniustitia sententiæ ex actis iustificari debet.

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio ad possessionem ex Iudicis auctoritate alteri attributam non conceditur, nisi sententia nullitatis vitio laboret*
2 *Testes super prædij valore examinati de proprio iudicio, non de communi æstimatione deponentes non concludunt*
Amplia vt num. 3.
4 *Periti à iudice inpartibus electi nulla in æstimatione ratio haberi debet*
5 *Periti quando admittantur*
6 *Peritus valorem rei à se inspecta præsentem non vero qualitatem antiquam elicere valet.*
7 *Peritus notitiam valoris fundi antiquam habens est potius in testem, quam in peritum adhibendus.*
8 *Lesio in efficax reputatur si dimidiã iusti pretij partem non excedat*
9 Lex 2. C. de rescind. vendit. *quibus in terminis loquatur*
10 *Actio rescissoria pro lasione in modico partem dimidiam excedente laso in petitorio tantum conceditur*
11 *Emptor rei à se possessæ valorem offerre potest, vel eam pro eodem pretio venditori restituere*
Limita tamen vt num. 13.
12 *Reintegratio conceditur quoties laso deffectu veri valoris æquet.*
14 *Lesio in sexta parte pro rescissione deliberationis suffragatur*
15 *Factum iudicis quoad omnes effectus pro facto debitoris reputatur.*
16 *Interesse habentes ad causam admitti debent*
17 *Sententia iniustitia ex actis iustificanda est.*

DECISIO CCLXX.

FVERAT DD. Vainis coram R. P. D. Ottalora decreta reintegratio super tornaturis sexaginta, quæ fratres de Flaminijs de ann. 1647. sibimet ipsis pro credito scut. 1918 deliberari obtinuerant super cuius sententiæ viribus per me hodie proposito dubio, ex
1 iniustitiæ fundamento† censuerunt eam Domini infirmandam, siquidem reintegratio ad possessionẽ, ex auctoritate Iudicis alteri attributã nunquam decerni consueuit, nisi sententia ipsa nullitatis, vel notoriæ iniustitiæ vitio omnino detegatur obnoxia *vt tradit Abb. in c. cum causam num. 1. de off. deleg. Rync. cons. 5. num. & cons. 302. num. 1. & 2. Grat. discept. 974. num. 17. & 18. Cavaler. dec. 337. num. 1. Duran. dec. 454. num. & in Perusina reintegrationis 13. Ian. 1661. Sold. coram bo. me. Peutingerio.*

Hanc vero iniustitiæ labẽ prætextus lesionis nõ valet in proposito casu exhibere exinde deductæ, quod pro credito scut. 1918. Flaminijs prædiũm æquans pretiũm scut. circiter ter mille, ac centum, nec non annui redditus scutorum centum, ac sexaginta per iu-
2 dicem fuerit deliberatum. Dum enim † Testes super prædij valore examinati de proprio Iudicio dumtaxat, non autem de æstimatione communi cõcludunt inefficax eorum deppositio reputatur *ex auctoritate text. in l. pretia rerum 63. vbi Bart. ceterique DD. communiter ff. ad l. Falcid. gloss. in l. 2. ante fin. vers. sed qualiter sententiam C. de Rescind. vendit. Imol. in cap. cum causa nu. 27. de empt. & vendit. Gabr. cons. 168. nu. 114 lib. 1. Altobrand. cons. 60. num. 23. lib. 1. Thomat. dec. 50. num. 8. Rot. cor. Seraph. dec. 1377. num. 1. vers. tamen & dec. 1462. num. 3. Burat. dec. 538. num. 4. & 13. & dec. 648. num. 3. part. 1. rec.* præsertim quia
3 secundo Teste † excepto, de præsenti valore reliqui contestantur, non autem percensent tempus secutæ ad iudicationis.

Nec in proposito casu valet aliquid operari relatio periti à Iudice in partibus ob discrepantiam partium electi, constituens valorem prædij in scut. tribus circiter mille, excepta
4 domo tamen ibidẽ constituta† cuius nulla dicitur in æstimatione ratio haberi *iuxta dec. Seraphm. dec. 1377. n. 3.* siquidẽ pro decernendo bonorum valore, ac rerum, quæ subiacent in-
5 spectioni oculorum de† tempore peragendę æstimationis, solent periti dumtaxat admitti
6 adeoque ex † prædij inspectione de recenti perhabita præteritam illius qualitatem, ac valorem de anno 1647. Peritus elicere nequiuit, sed præsentem dumtaxat potuit agnoscere, ex *Theorica Angeli in l. 2. nu. 7. vers. & adde. C de rescindenda vendit Cyriac. contron. 61. num. 3. ad fin. & num. 4. Rot. dec. 253. num. 18. & 19. cum seq. & 278. nu. 4. cum seq. part. 4. tom. 2. rec. & penes Pol. de subhast. dec. 53. num. 4. & 5. & dec. 532. num. 15. & 16. par. 5. rec.*

Hinc non vrget quod idemmet Peritus super valore prædij de tempore subsecutæ de-
7 liberationis inscia † relatione deponat, si enim qualitas prædij, eiusque tunc temporis prætium ipsi innotescebat, debuerat in Testem adduci, ac vti talis legitime examinari, non autem vti peritus poterat ad æstimationem deuenire, *vt aduertit. Angel. superius adductus, & dixit Rot. in dec. 253. num. 19. & 21. & dec. 278. n. 4 cum seq. part. 4. tom. 2. rec. coram Pania dec. 291. n. 4. & 5. & dec. 199. nu. 11. cor. Eminentiss. D. meo Card. Ottobono in rec. par. 9. tom. 2. dec. 437. num. 13. & in Romana simulationis contractus 16. Iunii 1653. Sed hæc autem eorum nec.*

8 Læsionis præterea exceptio inefficax DD. visa fuit, ex quo illam dimidiam iusti pretij partem non excedit prout necessarium censuit Iuris Consultus in *l. 2. C. de rescindenda vendit.*, cuius dispositio loquitur in terminis ven-
9 ditio-

ditionis, in iudicio quoque ſubhaſtationis ſibi locum aſſumit, *vt tradit ibidem Caguol.n.*161 *Bald.conſ.*371.*num.*2.*lib.*1.*Caſtren.conſ.*156. *nu.*1. *verſ.*1 *quia lib.*2.*Aym cõſ.*219.*n.*4.*Gomeſ.var.tom.* 2.*cap.*2.*de empt.& vendit.num.*13. *Grat.diſcept.* 7. *num.*10.*Rot.dec.*648.*num.*5.*&* 6.*par.*1.*rec.cor.Duran.dec.*235.*nu.*19.*verſ. nec obſtat*, *& num.*20. *& penes Poſth. de ſubhaſt.dec.*53.*nu.*1. tum quia pro læſione in modico partem dimidiam excedente actio reſciſſoria læſo in petitorio duntaxat iudicio exercenda tribuitur, *vt tradunt gloſſ. in relat. l.*2. *verbo Iudicis ceterique ſcribentes C.de reſcindend.vendit.Rot.cor.Gregor.deciſ.*170.*nu.* 17.*& in Vercellen.manutentionis* 28. *Iunij* 1655.§. *ad ſecund.in fin.cor. bo.me. Bichio*. Non autem reintegratio ad bona ab emptore poſſeſſa permittitur, in cuius poteſtate reſidet iuſtum valorem rei offerre, vel eam pro eodemmet
11 pretio venditori reſtituere *iuxta praditam diſpoſitionem text.in dicta l.* 2. *C.de reſcind.vendit. & in cap.cum dilecti* 3.*vbi Abb.in princip. de empt.& vendit Gomes var.reſol.lib.*2. *cap.*1.*num.*22. *Conar. in cap.quamuis pactum par.*3.*cap.*4.*num.*7.*Concluſ.* 11.*de pact. Rota in Romana Tranſactionis* 28. *Iunij* 1660. *in principio cor. me.* quidquid dicendum
12 foret, quoties læſio ipſa beſſem hoc eſt duas partes ex tribus veri valoris æquaret. Tunc dolus cenſetur ineſſe contractui, ex cuius proinde inualiditate, emptor electionis beneficium amitteret nec non præciſe poſſet in lu-
13 dicio reintegrationis † pro bonorum reſtitutione à venditore compelli, *vt tradunt Caguel. in l.*2.*num.*81.*C.de reſcindend.vendit Caſtrenſ.conſ.* 156.*num.*1.*verſ.par.*1.*lib.*2.*Aym conſ.*219. *num.*4. *&* 5.*Faber.in ſuo Cod.lib.*4.*tit.*30.*diffin.*3.*& diffin.* 30.*Fontanell.dec.*64.*nu.*2.*cum ſeq. Rot. in Romana Tranſactionis* 19.*Aprilis* §. *licet enim*, *&* 28. *Iunij* 1660. *coram me*, *& in his terminis loquitur deciſio* 70.*nu.*10.*&* 11.*coram Eminentiſſ.D. Card.Ottobo. nec non altera in Interamnen bonorum* 7.*Febr.*1659 §.*cuidens coram R.D.meo Decano*.

14 Nec vrgere viſa fuit auctoritas † Vincentij de Franchis pro reſciſſione deliberationis læſionem in ſexta parte aſſerens ſuffragari *in dec.*107.*num.*2. *&* dec.224. *num.*20. quorum per modum diſcurſus meminit bon. me. Bichius *in Romana Læſionis* 12. *Iunij* 1654.§.*læſio autem*, &idemmet ſe tunc temporis in hac S.Tribunali declarauit, etenim contraria opinio, vt veritati innixa ab hoc facto Auditorio recepta conuincitur in deciſionibus ſuperius recẽſitis,ac *etiam in Fulginaten. ſubhaſtationis* 14.*Maij* 1665.*in vlt.*§.*coram R. P.D. meo Albergato*, *& in Fanen.ſeparationis Thori* 14.*Febr.*1656.*ad fin.cor. R. P. D. meo Benilaqua*, cuius ratio ea videtur
15 exiſtere, quod factum Iudicis quo ad omnes effectus pro facto deditoris reputatur ..... *in l.*1.*C.ſi in cauſ.Iudic.& in l.ſi ob cauſam num.*13 *ibique notat.Bart.C.de exhib.Surd,dec.*266.*num.*13. *Grat.diſcept.*507. *num.*21.*&* 22.*Rot.coram Duran dec.*441.*num.*46. *cum ſeqq. & penes Poſt de ſubhaſt. dec.*68.*num.*5.*cum aliis recenſitis in Fulginaten.ſubhaſtationis* 19. *Ianuarii* 1656. *in fin.coram R.P.D. meo Albergato.*

In quã ſane ſententiam aliqui ex DD. eo facilius inclinarũt quod præuia confecta edi-

ctorũ affixione maiorem nullus ſummã exhibere ſolet cuius virtute Iudex ad cauſam vt
16 creditores legitime admiſit† iuxta diſpoſitionẽ *text.in l.*2.*C.ſi in cauſ.iudicat.Rot. cor.Seraphus. dec.*1478. *num.* 1. tum quia ſuper maiore pretij valore probationes in iudicio reintegrationis emanarunt, non autem in altero ſub-
17 haſtationis, † cuius iniuſtitia ex eiſdem debuiſſet actis eluceſcere, *vt reſpondit Rot. coram Duran. dec.*454.*nu.* 4. *dec.*236. *num.*9. *&* 10. *cum ſeq.coram R.Terracinen.& in Romana Reintegrationis* 23. *Febr.* 1654. *in principio coram R. D. meo Decano*.

Ita in vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

Firmana Bonorum.

Mercurij 11. *Martij* 1665.

ARGVMENTVM.

Conceſſio gratiæ intelligitur de illa, quæ narrata fuit in ſupplicatione, & ſecundum illam reſcriptum eſt intelligendum bona in fiſcum delata reddere, & exulem reuocare quis valeat. Emens rem fiſci illius vti poteſt priuilegiis. Interdictum *quorum bonorum* quando competat.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio plena gratioſa ex quibus intelligatur conceſſa.*
2 *Reſcriptum ambiguum ſecundum ſupplicationem eſt intelligendum & nu.* 3. *&* 6.
4 *Gratia conceſſio intelligitur de narratis in ſupplicatione*
5 *Bona in tertio translata difficilius recuperantur*
7 *Condemnatus ſi reſtituatur ad rerum poſſeſſionem illas recuperare debet cum mandato, & auctoritate Principis.*
8 *Reſcripti executor illius limites egredi non poteſt*
9 *Princeps ſolus exulem reuocare poteſt*
10 *Princeps ſolus bona in fiſcum delata reſtituit & ratio nu.* 11.
12 *Emens rem à fiſco tamquam fiſci non poteſt pro ea conueniri.*
13 *Emens à fiſco, illius iure, & priuilegiis vti poteſt quia loco fiſci eſt & num.*15.
14 *Ius recipiendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem*
16 *Ius nullum competit aduerſus bona empta à fiſco, & illorum poſſeſſores*
17 *Bannito reſtituto nulla actio competit ad bona in tertium translata per fiſcum vti creditorem ipſius banniti.*
18 *Immiſſio heredi non conceditur, niſi probet ea fuiſſe in bonis defuncti tempore mortis*
19 *Interdictum* quorum bonorum *non datur niſi reus conuentus poſſideat pro herede, vel poſſeſſore.*

DECISIO CCLXXI.

PETRVS ſententiam paſſus infamiæ, inteſtabilitatis, priuationis, incapacitatis ſucceſſionum, dignitatum, officiorum, be-

neficiorum Ecclesiasticorum iurisdictionum cum demolitione Domus, amputatione capitis, & confiscatione bonorum &c. passus etiam est executionem cõfiscationis ipsius per possessionem à fisco acquisitam, cum quo composuit Francisca vxor, & creditis dotis fisco per certam solutionem excluso, & extra misso &c. & soluit 4. Decembris 1648.

Petrus supplicauit pro remissione pœnæ capitalis, & fuit ad missus ad compositionem pro scut. 1500. quæ soluit, & denuo supplicauit explicando. *Che fu assoluto della pena, e perche non fu spiegato nella lettera che fosse reabilitato agli honori, all'esser testimonio testare, e riceuer per vltima volontà riceuer beneficii, e dignità Ecclesiastiche delle quali cose era priuato. Per tanto reintegrarlo in pristinum con la cassatione della sentenza.* Et Sanctissimus mandauit reintegrari ad omnia excepto Magistratu 1 Septembris 1660 Ex quibus Gubernator pœnas prædictas, in quas Petrus vt supra condemnatus reperiebatur, gratiosè remisit, ipsumque ad statum gradus, honores, dignitates, beneficia, & ad omnia alia, in quibus vt supra condemnatus & priuatus existeret præterquam ad magistratum 1. Febr. 1661.

Petrus obijt die 12. Martij 1663. & nunc hæredes petunt immissionem contra Franciscam bona possidentem. & hodie proposito dubio Dñi denegandam esse responderunt.

1 Quia omissis omnibus de verbis, & clausulis, quibus † intelligitur concessa plena restitutio gratiosa apud *Odd. quæst. 95. cum plerisq; seqq. quæst. & art. Peregr. de Iur. fisc. tot. tit. 2. lib. 2.* & distinguendo bona confiscata non alienata, & alienata *Farin. quæst. à num. 28. à vers. distinguendi, & à num. 33. Bossi. de remed. ex solita clem. Princip. Guazz. de confisc. tota concluf. 28. Maffin. tot. quæst. 41. cum pluribus num. 1. Rot. Senen. apud D. Mart. med. tot. exam. 25. & tot. dec. 128.* considerata est supplicatio secunda pro explicatione & ampliatione prioris ad certa quædam *Che fosse reabilitato à gl' honori &c. E per tanto &c.* quibus definitur reintegratorium rescriptum ad omnia nempe narrata, & rescriptum ambiguum debet intelligi secundam supplicationem † *l. 1. C. de diuers. rescript. & ibi Ias. nu. 7. cum aliis & in puncto huiusmodi supplicationis Peregr. d. to. 2. n. 43.* & necessarium visum est, quia
3 omnia sicut relationem aliquam volunt, nec aliquam habent quam explicata, & postulata a supplicante, sic etiam limitationem inde ferunt. Et clarius, quia etiam de narratis aliquid exceptum expressumque excepto
4 Magistratu, & sicut exceptio est de consensu, ita concessio de narratis.

Et eo magis contra Ius tertio quæsitum, & quo ad bona in tertio translata, quæ multo
5 difficilius recuperantur, † vt post alios ait *Rot. Senen. de exam. 25. num. 6.* quamuis restitutus supplicasset restitui in integrum aduersus etiã
6 bona alienata, † nam si rescripto id expressum non fuit, supplicatio id non operabitur *Peregr. d. tit. 2. à num. 43. in princ. Farin. d. quæst. 6. num. 33. supra vers. ratio autem Guaz. de confisc. d. conclus. quæst. 28. nu. 23. Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 29. nu. 65. vers. vide etiam Peregrinum.*

7 Quid quid † sit si restitutus debet possessionem rerum adipisci cum mandato, & autoritate Principis restituentis &c. *apud Peregr. tit. 3. n. 65. & Guaz. d. consil. 28. num. 37.*

Neque recipienda vita sunt ampliora verba Gubernatoris reintegratoris etiam ad omnia alia de quibus vt supra idem Petrus condemnatus &c. Tum quia nec voluit ipse referendo sese ad scriptum & supplicationem, vt supra apparet, quia ipse gratiæ factæ à summo Pontifice non autem à se ipso faciendæ prouidit, ad tradita à *Franc. d. decis. 213. nu. 45. vers. apparet ex subsequen.* nec Gubernator aliter
8 fecisset, quam summus Pontifex rescripserat ad *Franc. d. dec. 213. num. 45. vers. nec Illustrissimus Prorex.* Tum etiam quia nec potuit, nec no-
9 mo potest exulem † reuocare nisi Princeps *l. 4. in fin. & ibi communiter notat. l. duci 27. sub initio l. ad Bestias 31. in fin. ff. de pœn. Peregr. d. tit. 2. num. 2 & seqq. & de huiusmodi præsidibus num. 5. & seqq. Odd. d. quæst. 92. num. 88. & 89. vbi de* Gubernatoribus, Rectoribus, & Potestatibus *Baiard. ad clar. d. quæst. 59. nn. 39.* vbi de Pontificijs constitutionibus, & multo minus contra fiscum
10 semper Sanctissimum ærarium §. *edictum instit. de vsucap.*) & bona in fiscum delata, quæ nec alius quam Princeps restituit *argum. l. C.*
11 *de bon. vacan.* quod bona sunt alienata, quæsitumque Ius 3. *Clar. d. quæst. 59. nn. 5. & 6. Rota Senen. d. exam. par. 5. num. 26.*

Et secundum hæc nullam competere adhuc actionem contra Franciscam visum est etiam si restitutio ad confiscata, & alienata
12 traheretur, † quia emit à fisco rem tamquam fisci, non potest pro ea conuenni *l. 2. C. de quadrag. præscript. d. Sedicto Peregr. d. tit. 2. num. 35. & amplius to. 4. à num. 15. lib. 6. cum pluribus apud Rot. Senen. d. exam. 25. num. 26.* & nisi majora
13 & plura sunt ementis à † fisco emptrix Iure fisci, & illius priuilegijs vti potest, quia Ius
14 recipiendi transit in singularem successorem & ita si emptrix ageret, quia loco fisci est &c.
15 *apud Peregr. de Iur fisc. tit. 3. nu. 35. lib. 9.* maximè quia quando fiscus concedit Franciscæ bona Petri confiscata, Iudex fecit decretum obligãs Franciscam pro conseruando indemnem fiscum abomni &c. semper & quandocumque.

Cum Itaque in casu præsenti nec ex motu proprio sit gratia bannito concessa, nec quo ad bona, maximè per alios possessa, minus ex causa publicæ vtilitatis nec restituto prætio, nec forte aliqua considerari queat, ex qua tertijs possessoribus præiudicari voluit,
16 cui dubium, quod † nulli illi Ius competit aduersus dd. bona, vel illorum possessores vt interrogando respondit *Burfat. fere toto cons. 54. & ad verb. num. 22. vers. cum itaq; quod superaddendo*, quod quia supponitur in facto mulierem pro dotibus suis bona hæc in solutum accepisse (vt potè præcedente æstimatione facta per peritos electos à fisco, & petitione Franciscę sibi dare insolutũ bona Petri mariti pro suis Iuribus dotalibus, & citatione Franciscæ pro parte fisci ad videndum sibi dare in-

solu-

ſolutum & decreto compoſitionis, præcipuè ſolutis per oratorem ſcut. 200. monetæ) pro illis & aduerſus ſimilem perſonam vti creditricem, & cui bannitus quoque teneretur a-
17 dio nulla competit etiam plenè, & ad bona etiam in alios trãslata reſtitutus fuit &c. *apud Burratt. d. conſ. 54. d. nu. 2. à verſ. 4. principaliter cum allegatis.*

Et ſecundum alia ſtante poſſeſſione ſatiſq; detentione aliena videlicet vxoris ex fiſco detinentis, & poſſidentis bona Petri tempore mortis, & dudum & ante mortem Petri, eo partim exulante, & partim reuocato, placuit Dominis denegare Immiſſionem hæredibus Petri, cum duo præcipuè requirerentur, & deſiderarentur, nempe quod res quarum poſſeſſio petitur, fuerint † in bonis defuncti tempore mortis, etiamſi non interſit,
18 An tunc fuerint ab eo poſſeſſæ, vel detentæ *l. 1. ff. quorum bonorum apud Ridolphin. praxi Iudic. cap. 10. num. 34. part. 2.* & quod Reus conuen-
19 tus in hoc iudicio poſſideat prò hærede, vel poſſeſſore, nam ſi alio titulò poſſideat hoc interdictum nõ datur *d. l. 1. & cum aliis Ridolphin. d. cap. 10. num 35. & 36.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Spoletana Pecuniaria.

Mercurii 11. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Exceptio nullitatis inuentarij non attenditur, quando in illius confectione dolus non interuenit, & pactum de illo non conficiendo inter hæredem, & creditorem initum tenet, nec hæres vltra illius vires tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres inuentarium conficiens vltra vires illius non tenetur*
2 *Inuentarii nullitas non attenditur, quando in illius confectione dolus non interuenit & num. 3.*
3 *Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt*
4 *Inuentarium ex defectu citationis creditorum corruit*
5 *Inuentarium etiam poſt longum tempus factum non nocet*
6 *Inuentarium habens ſigna notarii dicitur publicum.*
7 *Pactum non conficiendi inuentarium inter creditorem & hæredem initum tenet, nec hæres vltra vires tenetur.*

DECISIO CCLXXII.

PAVLVS Conuentus, vt hæres Teſtamentarius Alipraudi patrui excipit vltra vires
1 hæreditarias non teneri † quod ſolemniter fecerit Inuentarium *ad §. & ſi præfatam obſeruationem l. vlt. C. de iur deliber. & ibi not. Bart. cum aliis.* Actores autem replicabant Inuentarium nec ſolemne eſſe, nec tempeſtiuum quod intra 30. dies exordium capiat, & quod intra alios 60. dies modis omnibus impleatur *ad §. ſin autem dubius d. l. vlt.* reſpondet Paulus ſatisfactum omnibus præſentia Franciſci Creditoris inſcripta inuentario alla preſenza &c.

Et placuit Dominis, & ipſum Paulum de proprio non teneri, quia ex his apparet nullum dolum poſſe conſiderari ob prætenſum defectum Inuentarij ſtante maximè præſentia creditorum, per quam omnia ſunt con-
2 ualidata † itaut omnibus ſimul iunctis non exiſtente aliquo dolo non attendatur nullitas inuentarij *ait Grat. diſcept. 797. num. 14. à verſ. ex quibus & Rot. dec. 747. num 4. part. 2. rec. cum aliis, & bene Rota dec. 379. num. 18. tom. 2. part. 4. rec.* vt
3 pote, quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt *reg. quod ſemel 21. de reg. Iur. in 6. & Rot. d. dec. 376. d. num. 12.*

4 Præcipuo † argumento à defectu citationis (*de quo Grat. d diſc. 797. ab init. & nu.* 15. pro receſſu à deciſis *in Romana Legat. de Vrſinis* 10. *Febr. 1620. coram Vbaldo & eſt dec. 176. d. tom. 2. d. par. 4.* prout receſſum fuit *dec. 274.* & huic denique ſtatum fuit *d. dec. 376.*) ad lapſum temporis, cuius leuior videtur ſolemnitas, adeo vt in infraſcripto caſu Cephal. conſultum fuerit hæredi fratris defuncti, qui fuerat monitus ad redimenda, & recuperanda bona ad ſe pertinentia, vt fratrem & hæredem, &
5 deinde in termino octo menſium declaraſſet intentionem ſuam fuiſſe, & eſſe acceptandi d. fraternam hæreditatem, cùm beneficio legis & Inuentarij talem dilationem non nouiſſe &c. apud *Cephal. conſ. 327. ab initio & maximè nu. 22. à verſ. Adulterium cum allegat.*

Et viſa eſt ſufficere ſubſcriptio Notarij publici etiamſi poſt acta plura in quibus eſt inuentarium ſubſcribentis. Ego Petrus Gratianus de Caſſia publicus auctoritate Imperiali &c. cum omnia vna manu continuiſque foliis, & litteris continerentur etiamſi non diciſſet rogatus &c. cum reperiatur in quaternis rogatorum & habeat ſigna Notarij, ac proin-
6 de videatur publicum *Bart. ad l. ſciendum ff. de verb. oblig. nu. 12. verſ. quid ſi dixit Paul. Caſtr. conſ. 291. num. 4. ibi nec in fine &c. lib. 1. Alex. conſ. 48. num. 4. lib. 5. vbi cum Bart. tranſeunt alii.*

Et ſatisfecit Dominis poſterior comprobatio Franciſci Actoris principalis, & Mariti Mariæ actricis, qui 30. Martij 1661. defuncto pridem Alipraudo 29. Martij 1659. comparuit in Iudicio nominatim contra Paulum vti hæredem cum beneficio legis & Inuentarii, & amplius dicto, factoque comprobauit *Io infraſcritto ho ricenuto dal Signor Pietro Gratiani Notario ò Cancelliere del Signor Vicario di Caſcia le chiaui della Camera, & altra ſtanza della caſa del quondam Alibrando altre volte nella confettione dell' inuentario a lui conſegnata dalli Signori Capitano Paulo e Loreto heredi beneficiati del d. Alibrando &c.*, vt longè magis pacto remittitur
7 Inuentarium, & ſi † creditores, & legatarij remittant hæredi confectionem inuentarij perinde eſt quaſi ſecum peregiſſent ne teneatur vltra vires quod pactum indubitanter valeat *l. 1. gradu 23. ff. quæ in fraud. credit. & ad litteram Monticul. de Inuent, cap. 1. num. 17. & à num. 35. maximè nu. 39. d verſ. quod ſi creditores in vol. Tauriuen. tract. var. de Inuent. quæſt. 223.*

Et

Et in hanc Sententiam facilius itum est, quod Paulus, non erat Domesticus Alibrandi, atque vt supra, nihil contrectauit immo Claues retinuit Cancellarius Curiæ, & domũ famula Alibrandi custodiuit, nullusque do-
8 lus est inuentus, ita † vt omnibus simul iunctis, non existente aliquo dolo, non attendatur nullitas Inuentarij, &c. apud *Gratian. dicta discept. 795. dicto num. 15. cum aliis supra allegatis*, super addita, vt supra posteriori comprobatione.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. EMERIX.

Maioricen. Canonicatus Pœnitentiarij.

Mercurij 11. *Martij* 1665.

ARGVMENTVM.

Collationem esse simultaneam ex verbis indulti colligitur. Relatio ad suum relatum referri debet. Verba Indulti vltra quod ea sonant, non sunt extendenda, immo restringenda ne læsionem inferant Ordinarijs. Collatorum stante discordia collatio ad Papam deuoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Collatio, quod sit simultanea ex quo arguatur.*
2 *Votum Episcopi, quod computetur pro Voto vnius Canonici, in quibus terminis procedat, & declara, vt num. 3.*
4 *Indultum habens ad alias constitutiones relationem vltra illarum limites, extendi non debet.*
5 Concil. Trident. sess. 24. cap. 8. *primatiuè concedit Episcopo electionem Pœnitentiarij.*
6 *Verba Indulti sunt restringenda, vt minus ledant Ordinarium, nec vltra quantum verba sonant est extendendum.*
7 *Ius, & forma simultaneæ collationis in quo consistat.*
8 *Actus capitulares legitimè fiunt à solis præsentibus, non habita absentium ratione etiamsi vota transmittant.*
9 *Consuetudo contraria, vt suffragari possit specialiter probari debet.*
10 *Consuetudo non extenditur de re ad rem, nec de loco ad locum.*
11 *Collatores simultanei quando inter se sunt discordes collatio ipso iure ad Sedem Apostolicam deuoluitur.*

DECISIO CCLXXXIII.

OBTENTA per Prouisos ab Episcopo, & Capitulo noua audientia aduersus Decisionem secundo loco in hac Causa editam, in qua resolutum fuit Litteras Apostolicas, Petri Honufrij Tauler esse exequendas, fuerunt pro parte Prouisi à Capitulo examinati Testes super prætensa exclusione simultaneæ, quibus non obstan. DD. perstiterunt in secũdo loco decisis; Etenim quod collatio faciẽda per Episcopum, & Capitulum sit simultanea visum fuit satis clarè desumi ex verbis indulti Gregorii, ibi, tenore præsentium, *statuimus, & ordinamus, quod ex nunc deinceps omnes, & singuli Canonicatus, & prebenda Pœnitentiarij, &c. per Ordinarios Locorum, & Capitula dd. Ecclesiarum tantum, prauio concursu, &c.* Item, ibi, *qui peracto examine ceteris omnibus iudicio ipsorũ Ordinarii, & Capitulorum, magis habiles, & idonei reperti fuerunt assumi, seu eligi, &c.* & rursus, ibi, *intra sex menses à die eorum electionis per Ordinarios, & Capitula huiusmodi facienda*, & denique, ibi, *ad Canonicatum, & Prebendam Pœnitentiarios huiusmodi per Ordinarium, & Capitulum prædictos, si ita illis ex iustis, & rationabilibus Causis expedire videbitur eligi debere, & licitè valeant.*

Quæ sane verba apertè significant duos esse Collatores coæquales Ordinarium nempè & Capitulum, tantamque esse vocem solius Ordinarij, quanta est vox totius Capituli, ac
1 proinde † inter eos adesse simultaneam, iuxtà *Text. in cap. postulasti, penult. de concess. prab. & notata, ibi per DD. & Garz. par. 5. cap. 4. nu. 28. & 96. cum seqq. Gonzal. super Regul. Cancell. glos. 45. num. 51. Lotber. de re benef. quæst. 21. nu. 29. lib. 2. Rota coram Pen. decis. 254. & decis. 361. vtrobique num. 4. & in terminis Ecclesiæ Maioricen. admissum fuit coram Millin. decis. 53. num. 3.*

Non obstat, quod vigore eiusdem Indulti Canonicatus, & Præbendę Pœnitentiarij conferri debeant in omnibus, & per omnia prout fieri consueuit in concursu Præbendarum Magistralium, & Doctoralium, quæ vigore Constitutionum Sixti IV. & Leonis X. con-
2 feruntur per Ordinarios locorum, & Capitula Ecclesiarum. Non † simultaneè; sed computato voto Episcopi, dumtaxat pro voto vnius Canonici, vt firmat *Garz. dicta par. 5. cap. 4. §. 5. numer. 169.* referens etiam indulta erectionis eorundem Canonicatuum, Magistralium, & Doctoralium, in quibus vnicum tãtum Episcopo conceditur.

3 Quia placuit responsio, quod verba Indulti, ibi; *Et aliis in omnibus, & per omnia, prout in Concursu prebendarum, Magistralium, & Doctoralium fieri consueuit*, determinaret solum ius eligendi passiuum, tanquam appolita ad qualificandas personas concurrentium, quæ subire debeant examen; & reliqua perficere, quę seruantur in electionibus Canonicatuum, Magistralium, & Doctoralium; vt patet ex alijs verbis immediatè antecedentibus, ibi: *Dato eis puncto super Euangelio per horam similiter prædicare publicè, seu concionare debeant*, & alias in omnibus, & per omnia, &c. & in similibus terminis loquitur *Decisio in Toletana Canonicatus Pœnitentiaria, coram Reuerendiss. D. meo Decano, impressa in recent. decis. 14. num. 60. & seqn. par. 9.* Non autem respiciunt ius eligendi actiuum simultaneè attributum Ordinario, & Capitulis; de quo Pontifex separatim disponit post relata omnia concernentia ius eligendi passiuum, vt benè ostẽdunt illa verba, quibus peractis, & illa, quæ peracto examine, quæ supponunt electionem passiuam terminatam, & perfectam, & declarant fieri transitum ad electionem actiuam, vti actum diuersum

ſum, neque ibi Pontifex aliquid nouſ diſponit ſuper ſimultanea, quæ proinde non poteſt dici ſublata. Sed præſeruata prout illam præſeruarunt Sixtus IV. & Leo X. in eorum Conſtitutionibus † vltra quaſi limites hoc nouũ 4 indultum extendi non debet, vt benè aduertit *Garz. dicta par. 5. cap. 4. nu. 161. & 163. Rota coram Cardin. Millin. decis. 230. num. 1. & per tot.*

Idque eo certius, quia alias nimis graue eſſet damnum, & præiudicium Epiſcopi, † cui 5 cuſm à *Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 24. capit. 8.* priuatiuè conceſſa fuerit electio perſonæ Pœnitentiarij, vt declarauit Sacra Congregatio Interpretum Concilij Tridentini, & dixit *Rota coram Card. Mantica deciſ. 56. num. 1. 2. & 3.* non debet niſi per claram diſpoſitionem illa eidem quaſi in totum auferri attribuendo Epiſcopo vnicam tantum vocem ſicuti cuilibet alteri de Capitulo, quia Pontifex non cẽſetur voluiſſe præiudicare Ordinarijs in iure 6 conferendi, niſi in quantum verba † ſonant, eaq; ſemper ſunt reſtringenda, vt minus quã poſſibile ſit lædant ius Ordinariorum, *cap. 2. gloſſ. in figuratione Caſus, verſ. nota quod per hanc, & in verbo cuius Diœceſis, ibique Hoſtien. num. 2. in fine, verſ. ex his patet, de religioſ. domibus. Gonz. ad regul. 8. Cancell. §. 4. Proham. num. 6. Rota deciſ. 10. num. 2. verſ. nec eſt veriſimile, quod Papa, de præbend. in antiq. & coram Achill. deciſ. 1. de præb. numer. 4. & deciſ. 6. numer. 1. de Priuil. & aliis ſæpius.*

Et hunc intellectum rectè agnouit Capitulum in requiſitione, & edictis ab eodem factis tempore, quo vacauit Canonicatus, de quo agitur, in quibus non ſolum verbis fatetur. Collationem eſſe ſimultaneam, ibi: *Scient Capitulum, quod eius prouiſio ſpectat ad Dominationem Veſtram, vti Ordinarium illius Diœceſ. & ad Capitulum, &c. vt ambo videlicet electi à Dominatione Veſtra, & Capitulo expediant edicta, &c. & ſuo tẽpore ambo præuiderant, Summario Tauler dato 12.* 7 *Decembris proximi præteriti*, num. 1. Hæc † enim clarè demonſtrant Epiſcopum, & Capitulum eſſe duos Collatores diuerſos, & conſiderari vti duo corpora diſtincta, quæ ad inuicem nõ confunduntur, in quo conſiſtit ius, effectus, & forma ſimultaneæ, vt tradunt *DD. in cap. Paſtoralis, de conceſſ. præb. Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 43. in princ. num. 51. & 53. Rota coram Put. deciſ. 116. lib. 3. & in recent. deciſ. 366. numer. 29. par. 9.*

Verum etiam facto comprobauit, quia ſi collatio ſpectaſſet tota ad Capitulum, & Epiſcopus non habuiſſet niſi vnicam vocem, vtique in abſentia Epiſcopi eius requiſitio, ſeu interpellatio fuiſſet prorſus ſupertflua cum Actus † Capitulares legitimè fiant à ſolis præ- 8 ſentibus, nulla habita ratione abſentium, etiã ſi vota tranſmittant, *Rota deciſ. 225. num. 4. & deciſ. 351. num. 8. verſ. quod quidem clarum eſt, & ibi Adden. num. 12. coram Buratt.*

Neque ſimultanea deſtruitur ex dictis Teſtium ſubinde examinatorum ad probandum contrariã conſuetudinem, quia nullum ex illis loquitur de Regno Maiorice, minuſque de Canonicatu, & Præbenda Pœnitentiarii, ac proinde non probant prætenſam contrariam 9 Conſuetudinem, quæ † adhoc, vt ſuffragari poſſet, probari deberet ſpecialiter in Caſu cõ- 10 trouerſo, cum † non extendatur de re ad rẽ, neque de loco ad locum. *Rota coram Cardin. Mantic. deciſ. 56. num. 7. & 8. & in ſortioribus terminis dictum fuit in Maioricen. Canonicatus 25. Iunij 1647. §. deficiunt, coram Meltio, & 23. Ianuarij 1658. coram Reuerendiſs. D. meo Decano, §. quia teſtes, & §. quia præter quod.*

11 Firma autem remanente ſimultanea, intrat deuolutio ad Sedem Apoſtolicam ob electionem factam in diſcordia, & de diuerſis perſonis ex adductis in ſecunda declaratione, quam propterea DD. cenſuerunt confirmandam; vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Pecuniaria.

Mercurij 11. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Mandatum relaxari nõ poteſt, niſi euidenter appareat de crediti liquidatione. Proteſtatio facta clandeſtinè, non attenditur. Actus ſi ex actis non appareat conſideratur, vti extra mũdum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum pro credito iuſtificato relaxari debet, & num. 2.*
3 *Ius præſeruatum ante ſententiam, etiam ipſa lata præſeruatum cenſetur.*
4 *Debitorem ſe aſſerens, non poteſt ſuam confeſſionem retractare.*
5 *Proteſtatio facta clandeſtinè nullius eſt roboris, & pro non facta habetur.*
6 *Terminus erroneus ſub prætextu alicuius actus validi ſuſceptus, non præiudicat.*
7 *Error termini ſuſcepti, ex quo ceſſet.*
8 *Actus in actis non exhibitus, ac ſi extra mundum eſſet conſideratur.*
9 *Debitores vnius vnius creditoris cum debitore eiuſdem ſuper credito litigioſo concordare nequeunt.*
10 *de Declinatoria fori quando poſſit obijci.*

DECISIO CCLXXIV.

DIE 5. Maij proximi præteriti * Barone Tranſmundo tantùm informante, reſolutum fuit, exequendum eſſe Mandatum ab A. C. relaxatum, contra Marchionem Vrbanum Biſciam, vti debitorem Io: Baptiſtæ Rapæ ſui debitoris, quam reſolutionem hodie, etiam audito dicto Marchione, DD. approbarunt, ex eodem fundamento crediti d. Tranſmundi, contra Rapam, iuſtificati publico Inſtrumento venditionis Fœudi Collis Mancij pro ſcutis 12000. quo deinde per creditores cuicto, lata fuit Sententia in Sacro Conſilio Neapolitano, in vim cuius conceſſum fuit Sequeſtrum ſuper fructibus, hinc re-

manet

manet iustificatum creditum; pro † quo proinde rectè fuit relaxatum Mandatum, *l. datio, ff. de act. empt. l. si seruitus*, §. 1. *& leg. habere, ff. de euict. Surd. decis. 22. nu. 7. Gturb. decis. 100. n. 24.* 2 *cum seq.* Sicuti † etiam crediti eiusdem Rapę, contra Marchionem ex transactione insimul inita, in qua Marchio scuta 3500. illi infra triennium soluere promisit, *l. emancipatione* 11. *C. de instrum. Surd. cons. 451. nums 18.*

Non officit, quod hæc trantactio fuerat per diffinitiuam Sententiam A. C. in iudicatum, transactam annullata, & propterea non possit deseruire pro iustificatione crediti, qua mandatum, de cuius executione modo agitur, fuit relaxatum, ad effectum deponendi scuta 664. ante dictam Sententiam, in qua hæc summa fuit præseruata, ibi, firmo remanente Decreto per nos facto; factoque deposito penes Sacr. 3 Mont. Piet. scut. 664. &c. cuius † præseruationis virtute viget creditum, & pro eo habent hæredes Rapæ idem ius, quod ante Sententiã illi competebat. *Bartol. in l. penult. C. depositi. Olarad. cons. 214. Cranett. cons. 974. nu. 17. Becc. cons. 74. num. 6. Rota in Ampurien. Denominationis Canonicorum 28. Aprilis 1648. coram Reuerendiss. Papien. §. vltimo.*

Quod ex eo clarius fit, quia Marchio ad has pecunias deponendum, suscepit terminum, 4 quo † mediante, fassus fuit se debitorem, vt non valeat in hac acceptatione amplius insistere, ad *l. solutionem, vbi Bald. num. 1. C. de iudic. Gratian. discept. forens. cap. 537. nu. 17. Rota coram Buratt. decis. 144. & 887. vbique num. 6. & decis. 33. num. 20. part. 4. tom. 2. recent.* Non obstante, quod terminus fuerit susceptus a Procuratore sine prejudicio impugnandi mãdatum, & sequestrum, ad formam mandati Procuræ, hanc conditionem habentis; nam talis conditio, nihil profuit Marchioni constituenti resistente ei Constitutione san. mem. Pauli V. super Reformatione Tribunal. Vrb. in Tit. de Auditore Cameræ, & eius Tribunali admittente terminum simpliciter, & absque 5 que reseruatione, & protestatione ad eo † vt si fuerit clandestinè, vel aliter facta quoad prejudicium confitentis, & suscipien. pro infecta omnino habeatur, nulliusque sit roboris, & momenti, vt in §. *& si petenti*, sicuti admonẽdo Notarios, vt se abstineant ab admissione termini, cum præseruatiuis, notat *Salust. Tib. in prax. lib. 1. cap. 28. de Censur. seu de Termino ad soluendum, nu. 12. Rota coram Buratt. dicta decis. 144. num. 4. vers. non obstat protestatio.*

Et ex his patet responsio ad id, quod addebatur de erroneitate dicti Termini sub pretextu validitatis transactionis suscepti, & ideo 6 non † præiudicet. *Grat. discept. forens. cap. 501. num. 8. & 824. num. 19. & 20. Rota coram Cardinali Millino, decis. 293. in fine*; quia cum de illo tempore esset lata Sententia super dictæ transactionis insubsistentia cum dicta præseruatiua mandati, de quo agitur, & id Marchioni 7 benè innotesceret, cessat † prætextus erroris, & terminus ad deponendum censetur susceptus in executionẽ ipsius Sententiæ. *Bart. in l. 1. in prima notabili. C. de condit. indebit. Crat. discept. forens. cap. 417. num. 11.*

Nec visa sunt momenti, quæ dicebantur, vigore alterius transactionis Marchionem pro omnimoda prætensione hæredum Rapæ consignasse Fœudum de Vgnis, & isti viceuersa consenserint reuocationi Sequestri, quia præterquod de huiusmodi Concordia non apparebat in Actis, in quibus nunquam fuit 8 exhibita, ficque † dicitur extra mundum ad finem, vt non sit de ea habenda ratio. *Gratian. discept. forens. 725. num. 33. & discept. 938. nu. 3. Rota coram san. mem. Gregor. XV. decis. 226. nu. 6.* cũ afferatur facta de anno 1650. & consequẽter postquam Transmundus Sententiam, & 9 Sequestrum, obtinuerat, non † potuerunt hæredes Rapæ illius debitores super hoc credito litigioso cum suo debitore concordare, & illi præiudicium afferre. *l. 3. ff. de his, quæ in fraud. credit. Rota in Romana Hæreditatis de Gratianis, coram Reuerendiss. Tarracon. decis. 209. nu. 1. & 2. ac 28. Iunij 1649. coram bon. mem. Bichio.*

Minus tãdem releuans apparebat exceptio remissionis istius Cautæ ad Partes, quia rescriptum Signaturæ emanauit in alia diuersa Causa, vt patet ex diuersitate personarum, & aliis in facto deductis, non autem in ista pendente in Rota, pro cuius terminatione fuit vlterius impetrata alia Commissio præfixionis termini ad transportandum Acta, prout effectiue 10 Marchio illa transportauit; vnde † non valet amplius de Declinatoria fori obijci. *Marches. de Commiss. par. 2. fol. 288. num. 126. & fol. 400. num. 6. Thomat. decis. March. 47. num. 12.*

Et ita fuit conclusum non esse recedendum à Decisis, vtraque, &c.

Decisio hac sub 5. Maij 1664. coram eodem Reuerendo P. Dom. Beuilaqua in hac eadem Causa emanata erit infra in Miscellanea, iuxta seriem eiusdem.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Ciuitatis Castelli Bonorum.

Mercurij 11. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Testamentum quod dici possit tacitè approbatum ex quibus actibus apparere debeat. Conditio apposita à Testatore quãdo impleri nequeat per æquipollens. Pro consensu inducendo, quid requiratur, & præsumptus non attenditur, vbi requiritur expressus. Collusio etiam inter coniunctos, quando constat de vero credito excluditur.

SVMMARIVM.

1 *Saluiani extremis non concurrentibus immissio ex hoc indicio non datur.*

2 *Approbatio tacita Testamenti ex quibus actibus appareat.*

3 *Conditio voluntaria Testatoris imposita super expressa obligatione, quod hæres rem fideicommissi, subiceret, in forma specifica impleri debet.*

Con-

Dominicus de conditione necessaria, num. 4.
5 *Conditio, quando non possit impleri per equipollens.*
6 *Voluntas stat pro ratione.*
7 *Conditio imposita à Testatore, non potest impleri per equipollens, quando in executum non purificata conditionis facta est particularis prouisio fauore substituterum.*
8 *Consensus efficacior est is, qui elicitur ex facto, quã verbis.*
9 *Testatoris voluntas omnino est exequenda, & numer. 10.*
11 *Actus taciti exclusio est inclusio actus expressi.*
12 *ad Consensum inducendum, quid requiratur.*
13 *Scientia presumptio contra minorẽ non admittitur.*
14 *Consensus presumptus non attenditur, vbi requiritur expressus.*
15 *Consensus quando requiritur de forma, & substantia ex diuturnitate temporis desumi non valet.*
16 *Collusio quando constat de vero credito etiam inter conuictos excluditur.*

DECISIO CCLXXV.

QVAMVIS contra immissionem, quam ex interdicto Saluiano, vigore Census DD. de Actis prætendebant, & ab A. C. obtinuerant in bonis quondam Caroli Gratiani, exciperet postea in Rota coram R. P. D. meo Beuilaqua Ioannes Paulus dd. bonorum possessor de retentione ex credito anteriori, placuit tamen Dominis concessam ab A. C. immissionẽ confirmare, non tamen quoad prædium Celalbæ, sed hodie coram me litius exhibito Testamento Episcopi Anterini, nescentes Domini verè Carolum, contra alias suppositum, non satisfeciſſe præcepto Testatoris in subiiciendo fideicommissis ab eo ordinatis prædium Celalbæ, antequam hæreditatem adiret, proindeque in restitutionẽ fructuum, quos ex dicta hereditate indebitè, perceperat ascendentes ad scut. 10. 18. valde cessisse ad bonum computum bona controuersa Ioanni Baptistæ Gratiano, Ioannis Pauli patri, dixerunt DD. Sententiam tamquam iniustam esse infirmandam.

1 Quia super bonis retentis à Ioanne Paulo, vti datis in solutũ pro credito fructuum anteriori credito Census, DD. de Actis immissio concedi non poterat, ad tradit. per *Paris. de Saluian. interdict. in specie. 3. cap. 2. num. 431. & Rota penes eundem decis. 290. num. 1. & in alijs.*

2 Siquidem clara videbatur voluntas Testatoris expressa in illis verbis; *Hæc præterea Carolo hæredi à me scripto legem, conditionemque adiungo, penitusque impono, vt prædium nuncupatum Celalbæ Peschieræ coniunctum ab ipso Carolo emptũ bis ipsis fideicommissis, & primogenituræ legibus teneatur, & nullam prorsus sit inre, quo ego prædia Pocaia, & Peschiera esse iussi. Quàm voluntatem meã, atque conditionem si Carolus meo vino assensu suo non comprobauerit; id vtique facere eum, post mortem meam volo, aliter hereditatem adire eũ, aut se administrationi eius vllam in partem immiscere veto. Atque tunc à fructuum hereditatis percipiendorum iure certatum volo, datis huic voluntati meæ pe-*

nis, quas in ea scripsi, & quas ipse Carolus ex bonis meis exigere debeat. Quod si Carolus ante mortem meam decesserit, & ipsum à Celalbe prædium constituto à me fideicommisso subiecerit, fructusque interea ad eos pertinere decerno, qui Carolo ipsi substituti à me in bonis donatis sint, & latius summar. Gratiani nu. 2. quam voluntatem, & conditionem cum non impleuerit, Carolus non fecit ideo fructus suos, sed illos ad Ioannem Baptistam substitutum spectasse in comperto est.

Huic enim implemento satisfactum non putarunt Domini, ex quo Carolus nouerit Testamentum, hæreditatem adiuerit, legata persoluerit, & fructus perceperit, indeq; propterea censeatur acceptasse onus suppositionis prædij sibi iniunctum, cùm aliàs sciuerit ea omnia gerere non potuisse ob resistentiam expressam præcepti Testatoris, vt latius fuerat firmatum in alia decisione antecedentis instantiæ.

2 Quia quamuis ex prædictis Actibus resulteret tacita approbatio Testamenti, & omnium
3 in eo contentorum, tamen † cum versemur in conditione voluntaria Testatoris impolita non super tacita voluntate hæredis, sed super expressa obligatione, quod Carolus prædium fideicommisso per Testatorem ordinato subiiceret, debuit impleri in forma specifica, quic
4 quid † esset de conditione necessaria, vt benè allegando rationem differentiæ, tradit *Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 43. num. 6. 7. & 8.* quia quando in conditione voluntaria considerauit Testator, prout hic non solum effectum, sed etiam
5 modum, & formam eam † impiendi, non est locus implemento per æquipolliens, vt post *Bartol. & DD. in l. Titio, ff. de verb. obligat. latè tradit Dec. cons. 89. vbi sub num. 3.* dicit rationem
6 non esse perscrutandam, quia † stat pro ea voluntas Testatoris, quæ sufficit pro ratione, ad *text. in l. in conditionibus, in princip. & præcipuè in §. hac scriptura, ff. de condit. & demonstrat. & egregiè Ludouic. Cafanatt. cons. 4. num. 46. Alingrad. cons. 46*
7 *num. 12. & seqq.* præsertim †, quando, prout hic in euentum non purificatæ conditionis facta est particularis prouisio, fauore substitutorũ, *Gelganett. de condit. par. 1. cap. 6. num. 4. Rota decis. 433. num. 4. par. 1. diuer.*

8 Nec refert, quod efficacior sit consensus ex facto, quam verbis, seu scriptis elicitus; quia cessat regula, quando Testator non fuit contentus tacito assensu, sed requisiuit expressũ. Tunc enim, vt inquit *Tiraquell. de leg. connub. gloss. 7. num. 7. in fine*, quãuis † plus sit facto consentire, quàm verbo, tamen sufficit ità scriptũ
9 esse, vt necessariò obseruari debeat, ad *l. prospexit, ff. qui, & à quibus, &* † ideò opus erat verbis
10 consensum exprimentibus, ex doctrina *Aret. in l. is, qui heres, §. 1. sub num. 3. vers. sed aduerte, ff. de acquir. hered. de resignat. lib. 8. quæst. 10. num. 19. & 23. vers. in casu vero nostro, Gunzal. ad regul. 8. gloss. 47. num. 20. & 21. & bene Rota decis. 15. nu. 2. vers. & licet, de offic. deleg. in nou. & decis. 797. nu. 12. par. 1. diuers. & coram Gregor. decis. 384. nu. 7. ibiq; Adden. num. 11. & 12.*

Constat autem, quod Testator ad effectum vt Carolus posset lucrari fructus, expressam approbationẽ, & fundi subiectionem requisiuerit, quia cum Testator iusserit talem com-

proba-

probationem fieri vel se viuo, vel saltē post-
mortem, aliter adire Carolum, aut se immis-
cere prohibuerit, vtique prohibendo aditio-
nem, & immixtionem, actus scilicet taciti
consensus, per necesse sequitur, quod volue-
rit assensum debere præstari per actū expres-
sum, & per explicitam comprobationem.
11 cum † exclusio actus taciti sit manifesta in-
clusio actus expressi ad regulā inclusio vnius
&c. de qua in *l. cum prator ff. de Iudic. & l. cum maritus C. de procur. cum concord.*

Et hoc etiam euincunt Epistolæ bo. mem. Remboldi summario Ioanni Pauli *nu.* 3. dum scilicet scribens Carolo subdit: *Haverei ancora fin'hora fatta la minuta della scrittura da farsi per adempire la volontà di Monsignore, mà veramente non ho hauuto tempo.*

Quinimò ex dictis actibus tantum abest, quod dici possit per Carolum impleta Testatoris voluntas, quin potius videatur spreta, & inobseruata dum adijt hæreditatem, illiusque administrationi se immiscuit, fructusque percepit, antequam prædium fideicommisso subiecisset, quod ex relatis superius testamēti verbis expresse vetuerat Testator, cuius prohibitio quam mirificè eluderetur, si ex ipsa contrauentione approbationem deduci posse incongruè admittatur.

Et hinc suffragari non potuit pro inducēda validi consensus præsumptione lapsus 27. annorum, quibus durantibus, sicut Carolus se pro hærede gessit, fructusque percepit, ita Ioannes Baptista illorum restitutionem petere non curauit; Quia cum vt iam dictum fuit actus per Carolum gesti sonent in contrauentionem & non obseruantiam præcepti Testatoris, eo magis Carolus censetur spreuisse Testatoris voluntatem, quo longiori tempore 27. annorum neglexit eam adimplere.
12 Nec constat † quod Ioannes Baptista sciuerit se agere potuisse, prout cum lapsu temporis copulatiuè requiritur pro inducendo consensu, *vt dixit Rota coram Buratto decision. 566. num. 18. & decis. 353. num. 2. part. 3. & decis. 432. numer. 11. part. 4. recent.* & erat minor con-
13 tra † quem non admittitur hæc præsumptio ex deductis per *Mascard. de probat. conclus. 417. numer. 1. vers. contrarium*, & consensus semper esset præsumptus † & ideo non sufficiēs
14 vbi requiritur expressus ex supra allegatis, †
15 Immò quando, prout hic requiritur de forma, & substantia nunquam ex diuturnitate temporis desumi potest *Bart. in l. 1. nu. 2. & 3. C. de fil. famil. & quemadmodum pater teneatur pro eis lib. 10. Alex. cons. 50. nu. 7. lib. 5. Ofasch. dec. 176 in fine.*

Et ex his cum teneretur Carolus reddere fructus hæreditatis ob non impletum Testatoris præceptum, iusta sanè visa est Dominis datio in solutum ab eo facta, & ob id exclu-
16 di quamuis suspicionem collusionis, quæ † dum constat de vero credito, nec inter coniunctos præsumitur, vt fuit dictum in altera decisione huius causæ 27. Aprilis 1663. corā R.P.D. meo Beuilaqua §. firmatur igitur in fine.

Exclusa igitur in vim retentionis immissione infirmandam esse sententiam illam cōcedentem, vtraque parte informante respōsum fuit &c.

R.P.D. OTTALORA.

Firmana Seruitutis.

Veneris 13. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Pro libertate, cum strepitet legum auctoritas, ideo plenè est probanda & seruitus quatenus fuerit inducta per pactum, illud debet esse clarum & expressum, cum semper sit facienda interpretatio pro libertate rerum.

SVMMARIVM

1 *Seruitutem allegans, grauatur onere plenæ, & concludentis probationis.*
2 *Pro libertate clamat Iuris censura.*
3 *Seruitus, si sit inducta per pactum, illud debet esse clarum & expressum.*
4 *Libertatis probatio, stante pacto seruitutis, ne dum recipitur per testes, quam per coniecturas, & signa.*
Et etiam ex inspectione loci nu. 4.
5 Casanat. cons. 38. numer. 48. *in quo casu loquatur.*
6 *Ad libertatem probandam sufficiunt coniecturæ, etiam leuissimæ, & quæ aliàs non admitterentur.*
7 *Pro libertate, admittenda Iudicis arbitrium plurimum operatur.*
8 *Libertatem, testes quando dicantur bene probare.*
9 *Testes multò magis probant libertatem muri, si sint adminiculati ex coniecturis & iudicijs, suadentibus libertatem.*
10 *Pro libertate muri, iuuat d. muri planta, & quæ sint signa pro eiusdem libertate & nu. 11.*
12 *Prohibitio non aperiendi fenestram in muro, id arguit libertatem ipsius muri.*
13 *In probationis materia admittitur regula, singula quæ non prosunt, iuncta iuuant.*
14 *Contrarietas in testibus, vt non inducatur, facienda est interpretatio.*
Testis, si postquam fuerit examinatus, asserat se nihil scire, super materia de qua deposuit, vt euitetur contradictio, præsumendum est, dixisse id, præter iam dicta nu. 14.
15 *Testes deponentes de auditu, debent nominare eos à quibus audiuerunt.*
16 *Intellige verum non esse in Ciuilibus.*
17 *Paupertas non repellit testes à testificando.*
18 *Seruitus, quando dicatur realis.*

DECISIO CCLXXVI.

FVNDAMENTA decisionis editæ sub die 20. Maij 1664. coram Reuerendissimo Gerundēn, * qua fundatum fuit constare de duabus conformibus ad fauorem Hieronymæ super seruitute Domus Ludouici non aperiendi fenestras eius atrij respicientes,

tes, visa sunt Dominis subsistere, non obstan
nouiter deductis.

1 Nam licet seruitutem allegans † grauetur
onere illam probandi plenè, & concludenter,
2 cum omnis præsumptio Iuris stet pro † liber-
tate, vt dixit *Rot. decis. 596. numer. 1. & decis. 611.*
3 *numer. 2. part. 5. tom. 2. recent.*, & si ea sit † indu-
cta per pactum teneatur probare illud pactũ
clarum & expressum, *Grat. discep. 572. num. 18.*
& 61. Ciarl. controu. for. cap. 182. num. 12. Andreal.
controu. 178. numer. 2. Hæc tamen probatio non
minus fieri potest per testes, quam per conie-
4 cturas & signa ex inspectione loci † resultan-
tia, *vt tenet Bart. in l. 1. §. hoc Interdictum num. 9.*
ff. de itin. actuque priuat. Capoblan. de Baron. pag.
14. num. 13. & seqq. Panzirol. cons. 74. num. 4. & §.
5 *Casanatt.* qui loquitur de † seruitute negatiua,
cons. 38. num. 48. Cyriac. contr. 28. numer. 23. Grat.
discep. 681. num. 6. & 7. vbi quod coniecturæ
etiam leuissimæ & verisimilitudines & indi-
6 tia † quæ aliàs non admitterentur. *Thesaur.*
decis. 16. num. 4. vers. sed quoniam Cepoll. de seruit.
verb. praedicto cap. 40. num. 13. Mascard. de
probat. conclusion. 1220. numer. 9. & 10. vbi quod
7 hoc Iudicis † arbitrio plurimum remittitur
vol. 2.

Vtraque enim probatio concurrit in præ-
senti nam plures testes formiter examinati
deponunt audiuisse ab antecessoribus huius-
8 modi quod ex causa, † transactionis initæ
cum Tibaldis auctoribus Hieronymæ ipsi
prohibiti fuerũt aperire nouas fenestras dictũ
atrium respicientes, vt in summario Hiero-
9 nymi *num. 1.* qui testes, † cum deponant de
re antiqua vltra annos 40. & sint adminicu-
lati ex alijs duobus ad perpetuam rei memo-
riam plenè probant licet sint de auditu *Gabr.*
de testib. concl. 3. Pust. dec. 78. lib. 1. Seraph. dec. 799.
nu. 2. Burat. dec. 172. nu. 13.

10 Ex inspectione verò plantæ † ponderatum
fuit, quod in muro veteri domus Ludouici
versus atrium duæ antiquitus fenestræ aper-
tæ fuerant, quarum vna conspicitur obtura-
11 ta lapidibus multis ab hinc annis, altera ve-
rò adeo † in altum posita, atque ita vitris,
& cancellis ferreis recluſa, vt potius ad lu-
men, quam ad perspectum deseruire videa-
tur, vt pariter deponunt testes dicto summa-
12 rio *num. 1.* ex quibus non † leue desumitur
argumentum seruitutis & prohibitionis fe-
nestras non aperiendi, *vt ponderat Thes. decis.*
16. num. 14. propè fin. Cepoll. de seruit. Vrb. prad.
cap. 62. num. 11. Rot. in Camerinen. Iuris fabrican-
di 27. Iunij 1635. coram Dunozetto, & quatenus
singula de per se sumpta seruitutem per ne-
cesse non concludant, tamen considerata
simul cum predictorum testium depositione
& temporum diuturnitate alijsque cõiectu-
ris in decisione huius cause perpensis plenè
13 probant, † cum in materia probationum
procedat regula singula quæ non prosunt,
vnita iuuant, *Gregor. decision. 245. num. 2. &*
seqq.

Non obstant, quod duo ex dd. testibus in-
terrogati in secundo examine super d. con-
14 suetudine deposuerint nihil scire; quia ad †
eamdam contrarietatem possunt intelligi
quod nesciant aliter quam dixerint in primo
examine, *Vernigl. cons. 249. nu. 4. Gregor. decis.*
248. nu. 14. vbi Add. nu. 16.

15 Minus refert quod tertius testis deponẽs †
de auditu non det auctores, à quibus audiue-
16 rit alij verò pauperes sint; nã in Ciuilibus †
specificatio Authorum non requiritur *Capu-*
tquin dec. 7. part. 2. & decis. 289. part. 3. Rot. dec. 96.
nu. 12. part. 4. tom. 2. & dec. 190. nu. 20. part. 6. rec.
17 Paupertas verò non repellit testes à testi-
monio *Burat. dec. 359. n. 14.*

Denique subsistit, quod d. seruitus tan-
quam imposita in re certa & determinata,
& cum pacto habente causam continuam,
18 scilicet † ne atrium prospiciatur dicitur rea-
lis, & sic transitoria in quoscumque, non
autem personalis ex congestis in decisione
quæ recidetur §. nam cum.

Et ita vtraque &c.

Decisio ista sub 10. Maij 1664. coram Reuerendiss. Gerunden. in hac eadem emanata, & quæ hic allegatur erat inter eiusdem Decisiones, mox edendas.

R. P. D. OTTALORA.

Romana, seu Sabinen. Fideicommissi.

Veneris 13. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Ex remedio *leg. final. C. de edict. Diu. Adriani tollendo* ad fideicommissum venire prætendens specificis, & concludentissimis probationibus illius identitatem probare tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommissaria possessa fuisse ab hærede fideicommittentis probare tenetur immissionem ex l. final. C. de edict. Diui Adrian. tollend. prætendens.*

2 *Remedium* leg. final. &c. *non potest consequi is, qui non venit ad fideicommissum ex persona hæredis fideicommissarij.*

3 *Res vna ad aliam non infert.*

4 *Identitas fideicommissi est concludenter & specificè probanda.*

5 *Testes non concludentes, nec formiter examinati nihil probant.*

DECISIO CCLXXVII.

DECESSIT Camillus Buccamatius cum testamento, in quo sibi hæredes vniuersales Instituit Io. Petrum, Benedictum, Adrianum, & Felicem filios masculos Fabij eius fratris, quos ad inuicem substituit; his verò decedentibus sine filijs masculis legitimis & naturalibus substituit pro æqualibus portionibus filias fœminas eiusdem Fabij, nempè Hortensiam, Partiam, Mariam, & Lucretiam, cum facultate liberè disponendi de dicta hæreditate & cũ prohibitione alie-

tionis vsque quo filius minor dicti Fabii ad ætatem 25. annorum peruenerit, vt ex testamento dato in summ. nu. 1.

Per obitum dd. Ioannis Petri, Benedicti, & Felicis sine filijs, & per ingressum Adriani in Religionem Cassinen., cuique renunciationem ad fauorem fratrum, & eo quia Hortensia & Maria professionem emiserant in Monasterio Sancti Cosmati, & Portia in Monasterio B. Mariæ Humilitatis, ideo bona fideicommissaria Camilli, quam bona libera dd. vocatorum occupauit Lucretia, ex qua orta est Laurinia, & ex ea Lucretia Iunior, contra quam Monasterium B. Mariæ Humilitatis ab A. C. immissionem obtinuit pro quarta parte bonorum ex persona Portiæ in dicto Monasterio professæ. Verum delata mihi causa appellationis vti subrogato in locum bon. mem. Dunozetti, motiuaui, An dicto Monasterio danda sit immissio, & negatiue responsum fuit.

Nam licet quoad purificationem fideicommissi in persona Portiæ Domini non fuerint concordes denegarunt tamen immissionem ex quo Monasterium identificè non probat, quod bona fideicommissaria Camilli
1 possideantur modò à dicta Lucretia prout † necessario requiritur in iudicio Immissionis ex remedio *l. fin. C. de edict. Diui Adr. tollen.* vt dixit Rota *decis.* 154. *num.* 24. *n.* 2. *part.* 5. *decis.* 298 *nn.* 1. & 2. *part.* 6. & *dec.* 88. *nn.* 1. *part.* 7. *recent. in Bononien. fideicommiss. de Pascaldis.* Obstuit 1642 §. *concurrunt coram Reuerendissimo Decano, in Lucien. hereditatis* 1. *Iulij* 1644. *coram Bo. me. Prætigerio & in Romana Vinet* 19. *Februarij* 1644. §. *est etiam coram Bichio.*

Dicta autem probatio non resultat ex positionibus datis à Lucretia Seniore in iudicio contra Monachos Cassinen. neque ex possessione ab eadem apprehensa vti hærede
2 Camilli, & donata Lucretiæ Iuniori † ab eis cautam non habenti non præiudicant, *l. res inter alios, C. res inter alios alla. à Modestinus, ff. de emption. cap. Inter dilecta de fid. Instrum. Rota decision.* 90. *numer.* 15. *part.* 7. *recent.* Animaduersum fuit tam positiones quam possessio loquuntur dumtaxat de Domo magna Camilli, non verò de bonis existentibus in terra Scandelle super quibus petitur immissio, vn-
3 de † vna res non infert ad aliam *l. Papin. ff. de minor. & ibi DD. Surd. consil.* 150. *numer.* 94. *lib.* 1.

Minus prodest Inuentarium confectum à Tutore Laurinæ post mortem Lucretiæ & Horatij Passeri eius viri cum descriptione bonorum prouenientium tam ex dicto fideicommisso Camilli quam ex hereditate Lucretiæ & Horatij; quia cum ibidem descripta fuerint indistinctè & in confuso omnia bona prædictorum & dignosci non possint quæ nam fuerint hereditaria Camilli, non
4 suffragatur in hoc casu; † in quo identitas concludenter & specificè probanda est, *l. Verius ff. de probat. Peregr. de fideic. art.* 42. *num.* 1. *Pusar. de substit. quæst.* 616. *Rota dec.* 599. *num.* 1. *part.* 3. *in Auximana fideic.* 13. *Ianuarii* 1640. §. 2. *allegatum coram Dunozetti & coram Dirbach. dec.* 62. *n.* 9.

Demum non releuant testes examinati ab eadem Lucretia seniore vsque de anno 1622 & in hac instantia producti à Monasterio, 5 Tum † quia nihil concludunt de bonis Camilli, sed tantum deponunt de hereditate Fe-
6 licis. † Tum quia non sunt formiter examinati, qui proinde nihil probant *l. si quando, C. de testib. cap.* 2. & *cap. perpetuas eodem tit. Rot. dec.* 914. *num.* 7. *part.* 4. *tom.* 3. & *decision.* 310. *num.* 19. *part.* 1. *recen.*

Instrumenta vero affectuum potius retorquentur, cum loquantur de bonis spectan. ad Laurinam vti hæredem Fabij, & Lucretiæ vt in summ. nu. 10. *dicti D.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO PATRE DECANO

Nunc. S. R. Eccles. Cardinali.

Aquilana Beneficij.

Veneris 13. *Maij* 1665.

ARGVMENTVM.

Gratia iustificata debet executioni demandari, & iustificetur, vt iustificetur eo modo quo fuit narrata. Vnio facta ab Episcopo nisi approbetur, non subsistit.

SVMMARIVM.

1 *Gratia iustificata venit omnino exequenda.*
2 *Clericatus ex prima tonsura literis iustificatur.*
3 *Sedi Apostolicæ Menses Februarii & Aprilis sunt reseruati & nu.* 4.
5 *Gratia sufficit vt iustificetur eo modo, quo fuit narrata.*
6 *Dies ex persona vnius, & possessio ex persona alterius desunt valet.*
7 *Vnio Ecclesiæ facta ab ordinario, si non approbetur, non subsistit.*
8 *Exceptio vnionis executionem literarum Apostolicarum impedire non potest.*

DECISIO CCLXXVIII.

VACANTE vt alias dixi beneficio de quo agitur per obitum Caroli Alpherij, de eo fuit prouisus Gaspar Cechinus, sed cum ille matrimonium contraxisset, alia emanauit prouisio ad fauorem Iulij Cæsaris Ianutij inter quem, & Seminarium Aquilanum prætendens vigore assertæ vnionis beneficium ad se spectare introducto Iudicio in Rota fuit à me prætia decisione sub die 17. Maij 1662. lata sententia super eiusdem beneficij adiudicatione ad fauorem Ianutij, quia vero per illius obitum obtinuit Ioannes Baptista Valicastrus subrogationem ad ius, & possessionem respectu dd. Alpherii Cechini, & Ianutij, Et cuiuslibet ipsorum, necnon etiam ad prosequutionem litis, ideò ad eius instantiam hodie dubitaui an gratia sub

roga-

rogationis gratiosæ sit exequenda,& affirmatiuè responsum fuit.

Constat enim de reseruatione, seu lite,clericatu, & possessione, quæ sunt requisita necessaria pro iustificatione gratiosæ subro-
1 gationis quibus concurrentibus † gratia remanet iustificata, & proinde exequenda *Barat.dec.* 11.*nu.*1. *& in recent. decis.*460. *numer.*2. *part.*9.

2 Clericatus † ipsius Valicastri probatur ex literis primæ tonsuræ datis in eius summario *num.*7. Reseruatio desumitur non solum ex
3 obitu Alpherij in mense † Februarij, Sedi Apostolicæ reseruato in vim nonæ regulæ Cancellariæ verum etiam resultat ex persona Cecchini, qui matrimonium contraxit anno
4 1657.de mense † Aprilis Sedi Apostolicæ pariter reseruato in vim d. reg. 9. Imo sufficeret lis, quæ pendebat in Rot.inter dictum Ianutium, & Seminarium, quæ licet ad istum effectum dicatur esse super titulo beneficij, hoc tamen procedit vbi fuit narrata in genere, secus autem quando narratiua prout hic specificam, & indiuiduam litis mentionem facit ibi: Cum lis,& causa inter ipsum seminarium prætextu vnionis aliàs ordinaria auctoritate de dicto beneficio certo tũc expresso, modo vacante eidem seminario nullatenus facta, & per sacram Congregationem Episcoporum nulla, & inualida declarata extitit &c. Hoc enim casu cum Papa dicatur
5 certioratus de qualitate litis † illam sufficit iustificare eo modo quo fuit narrata, vt latè decisum fuit in *Gerundensi clericatus coram Bichio impressa in recent decision.*305.*num.*19. *&* *& seqq. part.* 9. *& in Trenerens. Canonicatus* 10. *Martij* 1640.§.1. *& vers.quinimo coram R.P.D. meo Verospio.*

Est demum possessio Alpherij iustificata ex confessione Seminarij collitigantis,quod beneficij possessionem accepit vti de vacante per obitum eiusdem Alpherij dicto summario *num.*6. cuius quidem possessio suffragatur Valicastro absque alia discussione Iurium Cecchini, & Ianutij ac cuiuslibet ipso-
6 rum vtique † potest detuni dies ex persona vnius, & possessio ex persona alterius *iuxta decisionem in Burgen. beneficiorum* 21. *Maij* §. *sed dato &* 15. *Nouembris* 1630.§.*aut vero coram Dunozetto, & coram Eminentissimo Domino Cardinali Ottobono. decis.*122.*num.*14. *vbi alia allegantur.*

7 Neque releuat prætensa † vnio ab aduersario ab Ordinario Aquilen. facta tum quia per sacram Congregationem Episcoporum tamquam inualida fuit renouata, *vt in dicta decis.huius causa* §.*fin.sicuti in specie refert Barbos. ad Concilium sess.*23.*de reformat. cap.*10.*num.*36.
8 tum † etiam quia huiusmodi exceptio tamquam respiciens titulum non est apta impedire executionem literarum gratiosæ subrogationis sed venit reijcienda ad peritorium.

Et ita altera tamen &c.

R. P. D. T A I A:

Romana Legitimæ.

Veneris 13.*Martij* 1665.

A R G V M E N T V M:

Grauamen à Testatore iniunctum, & à Papa ademptum habetur ac si insertum non fuisset. Trebellianicæ detractio generalibus verbis non videtur prohibita, & filijs primi gradus prohiberi non potest.

S V M M A R I V M.

1 *Dispositio testatoris odiosa filijs pro non scripta habetur.*
2 *Filij in conditione positi ex* Statuto Vrbis lib.1. cap.142. *censentur dispositiuè vocati.*
3 *Grauamen à testatore iniunctum, si Papa illud ademerit pro non inserto habetur.*
4 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 134. *quid disponat.*
5 *Haredi gratiato Trebellianica venit concedenda detractio.*
6 *Trebellianica non censetur prohibita generalibus verbis & num.*7.
8 *Trebellianica etiam si per verba illius detractionis prohibitionem importantia videretur interdicta vix prohibita censetur.*
9 *Trebellianica filijs primi gradus prohiberi non potest.*
10 *Trebellianica detractio permittitur, etiamsi hæres grauatus sit restituere Ecclesiæ.*
11 *Res secundum statum præsentem est indicanda.*
12 *Hæres præstare cautionem tenetur de restituendo eueniente casu fideicommissi.*

DECISIO CCLXXIX.

FRANCISCVS Martam vnicam filiam rogauit, vt nuberet consilio administratorum congrua dote eidem ab eisdem assignanda,eandemque instituit hæredem deductis legatis cum conditione, vt nequiret administrare aliud quam fructus propriæ dotis ab administratoribus assignandæ, *qual dote,* inquit, *assieme col resto della mia heredità, che si deurà metter tutta in luoghi de monti non vacabili,&c. in caso che la detta Marta moriisse senza figliuoli si deua distribuire per salute dell'anima mia, &c. volendo che la detta mia heredità sogiacia al detto fideicommisso, che non volendo la detta Marta obedire, ne essequir il consiglio in tal caso l'instituisco herede solamente in scudi* 4.*mil. d'assegnarseli dalli Amministratori, e non voglio che possa pretender altro, ma solamente gli scudi* 4.*mil., ne quali liberamente l'instituisco herede, volendo che in quello s'intenda compresa la legitima, & ogn'altra pretensione col vincolarla ad vso di dote conforme allo Statuto di Roma, & il restante della mia heredità voglio che s'accresca al legato del maritaggio delle Zitelle.*

Marta nupsit cum dote omnium bonorum scientibus, & requisitis administratoribus, &
1 ex indulgentia,& gratia Apostolica,† quæ dispositio testatoris est de ijs, quæ pro non scriptis habentur, & videtur innuisse quoque

Rnin. conſ. 189. *numer.* 13. *ſub verſic. ſecundo moneor lib.* 2.

Et cũ quæreretur an deberetur legitima, & Trebellianica certo iam fideicõmiſſo & grauata Marta decedẽte ſiue ſine filiis in cauſam piam, ſiue cum filiis in filios ipſos poſitos in
2 conditione † *ad Statut. Vrb.* 142. *de fil. in condit. poſit. lib.* 1. DD. reſponderũt legitimam & Trebellianicam deberi.

Et legitimam quidem, quia diſpoſitione illa teſtamentaria inobediens filia adiecta à Teſtatore non ſpreta à Martha, & à Summo Pontifice adempta nullum grauamen indictũ
3 eſt, & omne ſubduceretur † imò haberetur pro non inſerto *l. quoniam, nouella* 31. *C. de inoff. teſtam. & ibi notant omnes*, & ſi quid deeſſet ſupplereture, *l. omni modo* 30. *& l. ſcimus* 36. *C. eod.*

4 Nec obſtitit quod vbicunque morte mulieris Maritus dotem Lucretur exiſtentibus filijs Vxor pro anima de ipſa dote in vltima voluntate poſſet decimam partem tantum relinquere *Statutum* 134. *de qua par. dot. lib.* 1., quia reſponſum eſt non ſolum non pertinere ad propoſitum dubium, imò intentionem Statuentium fuiſſe diſponere ad fauorem Mariti, non autem filiorum maximè propter alia Verba Stat. 131. de lucro dotali anotauit *Fenzon. add. Stat.* 134. *ſub numer.* 5. *& numer.* 6. & clarius de hoc ipſo Statuto 134. *Rot. dec.* 398. *n.* 7. *& Merlin. dec.* 303. *num.* 8. 9. *& verſic. quod clarius, & dec.* 776. *à num.* 16. *& coram Royas dec.* 15. *num.* 15. Sed etiam pertinere primùm ad Statuendam dotem in primis datam vſque ad legitimam debitam, & deindè Statuatur in quartam dote, de qua parte dotis ad dictum Statutum.

5 Trebellianicam † etiam (cuius dubium partes concordarunt, iamque concordauerunt coram A. C. etiamſi ante caſum fideicommiſſi & in puncto *Paul. Caſtr. conſ.* 186. *num.* 2. *lib.* 2. *& cum pluribus Peregr. de fideic. art.* 41. *num.* 7. *verſ. quia tamen filius*) quia diſtinguendo diſpoſitionem teſtamentariam in primam partem vſque ad verſic. *E non volendo la detta Marta*,
6 *obedire*, & inde ſecundum partem † non videtur prohibita Trebellianica generalibus verbis: *Qual dote col reſto della mia heredità in caſo che Marta moriſſe ſenza figlij ſi deua diſtribuire, &c.*
7 Intelligitur † enim deducta Trebellianica non prohibita, ſicuti legitima, & ea verba non ſunt ad excludendam Trebellianicam, ſed ad includendam dotem vti hæreditariam, atque ita *col reſtò dell' heredità* ſicuti ad excludendum eſſent Del reſto, &c. ad notam reliqui ſignificationem, & notata *in tex. l. prædijs.* 91. *in princ. ff. de leg.* 3. *& ibi glo. prædiorum & bene ad Dec. conſ.* 653. *numer.* 4. *verſ. ſecundo* efficaciter & multè, & aptè collata *à Moderno Ciroc. diſcept.* 6. *numer.* 13. *à verſ. reſtat videre*, cum hæc verba *aliud poſſint importare, vt per Caſtr. &c. dicta diſcept.* 6. *num.* 16. *& diſcept.* 10. *num.* 18. *Mantuan. de Conject. lib.* 12. *num.* 10. *lib.* 7. *præclarè Peregr. de fideic. art.* 3. *num.* 88. *verſ. attamen difficultates Mangil. de imput. p.* 119. *num.* 3. *Rot. coram Pen. Lugdun. editione deciſ.* 403. *nn.* 4. *& 5. & dec.* 651. *à num.* 2. *part.* 1. *& amplius dec.* 203. *nn.* 16. *part.* 4. *recent. & dec.* 651. *à n.* 2. *tom.* 1. *dicta par.* 4. & proindè non dixit Teſtator: *Reſto intero*, neque *della mia intiera heredità*
8 in quibus † verbis vix prohibitio Trebellianicę continetur ad controuerſiam apud *Mantic. dicto tit.* 12. *& nu.* 13. *Menoch præſumpt.* 193. *nu.* 15. *lib.* 4. *Gabriel. de Trebell. concl.* 6. *n.* 1.

Imò ex verbis alterius caſus: *E non volendo la detta Marta obedire in tal caſo l'inſtituiſco herede ſolamente in* 4000. *ſcudi volendo che in quella s'intenda ancor compreſa la legitima, & ogni altra pretenſione, &c.* arguerunt DD. præcipuam Trebellianicam eius prætenſionem, quæ †citra
9 Rotæ opinionem filius primi gradus prohiberi nec poteſt ad tradita *à DD. ad l.* 6. *C. ad Sen. conſ. Trebell.* eamdemque non ſolum non videri prohibitam in priori caſu obedientiæ. *Rota coram Canalet. dec.* 411. *n.* 5. *& dicta dec.* 651. *num.* 12., ſed contraria ratione, & oratione contrario ſenſu videri promiſſam, & conſenſum obedienti vti prohibitam inobedienti, aut quod ſub conditione admittitur perindè eſt ac ſi ſub contraria conditione datum fuiſſet *l.* 10. *ff. de adim. leg. & ibi glo. admittitur*, & aptius ad ſpecialia Verba, *in tal Caſo*, ſiue emphaticè à contrario ſenſu, & à ſpeciali concludant contrarium in aliis maximè in contrario ſenſu, ſiuè ſimpliciter ſtringantur ad illum caſum ſiue ſimplicius illum demonſtrent, & relinquant aliquem caſum omiſſũ in diſpoſitione ſuis communis ſatis enim ſuperque confirmat Trebellianicam, & alias prætenſilia immunia à prohibitione.

10 Dubium ſupereſt † ex ſubſtitutione conditionali piæ cauſæ, & celebri priuilegio ipſius *ad Auth. ſimiliter C. ad l. falcid. cum ibi not.*, ſed adhuc Trebellianica permiſſa eſt, & conceſſa ex ſupraſcriptis, vel cum pia cauſa ſucceſſura poſt filios filijs ipſis poſitis in conditione, & vocatis & ſuper hanc detractionem non poterunt primi ſubſtituti reculare, quia
11 nullo priuilegio iuuantur, an etiam † quia res ſecundum ſtatum præſentem diiudicanda eſt *Peregr. dicto art.* 3. *numer.* 65. *Mangil. de imput. quæſt.* 119. *num.* 15. *& 18. Craſ.* §. 8. *Trebellianica quæſt.* 6. *num.* 3. *verſ. quod tamen intellige. Rot. dec.* 27.
12 *num.* 13. *part.* 5. videlicet hærede † Marta cautura de reſtituendo eueniente fideicommiſſi caſu *Peregr. dicto art.* 3. *numer.* 66. *Mangil. diſt.* 119. *numer.* 16. *& dicto num.* 18. *& ſeq. Craſſ. dicto loco Rota dicta deciſ.* 27. *num.* 13.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Vrbinaten. Pecuniaria.

Lunæ 16. *Iunij* 1665.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à Patre Filio contemplatione certi matrimonij, dicitur etiam ius quæſitum nurui, ita vt talis donatio ſine ea reuocari non poſſit, propter ius ei quæſitum. Tranſactio
1 inualida, nequaquam ſubſtinetur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Transactio non habet subsistentiam non adest consensus eorum de quorum interesse agitur.*

2 *Donatio filio à Patre facta contemplatione certi matrimonij, nec non etiam eius nurui, eidem etiam dicitur acquisitum ius quo ad d. donationem.*

Ita vt Vir, quo ad d. donationem absque Vxoris placito non possit disponere.

3 *Donatio facta à patre, fauore filij contemplatione matrimonij cum certa muliere contrahendi.*

4 *Ita cum ipso contractu matrimoniali confundatur, vt nurus ratione sui interesse, actionem pro assecuratione donata summa ius super ea habeat.*

5 *Vxori admodum innat, & confert habere Virum ditiem, tum propter assecurationem sua dotis.*

6 *Tum pro assequendis pinguioribus alimentis, vna cum honestiori ornatu, & nu.7.*

8 Fontanella de Pact.Nuptial.clauſ.4. lib.1.numer.19. & 20. *& alij DD. declarantur & numer.9.*

10 Bart.Theorica in l.penult.num.3.C.de pact. dotal. *communiter est recepta.*

12 *Contractus, quando non possit reualidari, & num. 12.& 13.*

14 *Transactio non validatur ex bona fide transigentis, & num.15.& 16.*

17 *Transactio, tamquam invalida, & iniusta est rescindenda, quando fuit fomniata aliqua lis.*

18 *Transactio improbatur à Iure, dum calumniosè fuit à parte inita, plura fingendo mendosè.*

19 *Transactio calumniosè à parte inita, quando non possit saluari, vti lucrosa.*

DECISIO GCLXXX.

AD disputationis trutinam reuocata decisione coram me die 24. Ianuarij 1669 ea duplici insubsistentia transactionis in decisis Domini perstitere, quarum altera ex
1 non adhibito ibidem à Lęlio † Octauiæ vxoris assensu resultat, ex inde requisito, quod donatio scut. 1300. certi contemplatione matrimonij à Francisco Patre Lęlio attributa fuerat, nec non etiam eidem Octauiæ Nurui expressè delata, ibi *E la medesima promessa facelo alla Signora Ottauia, & in suo nome al Signor Hippolito suo padre presente, & accettante.* Ex tali namque promissione in dotali instrumento successiuè approbata inseparabilis actio vtriusque fauore coniugis censetur exorta, ita vt
2 Vir absque placito vxoris in transactione nequierit donationem ad scut. nouem milla reducere, *vt tradit Natt.in cons.* 60. *num.* 41. *vers. nunc descendo, & num.*42. in cuius terminis donationis consuluit, etiam *Surd.in cons,*143.*n.*33. *vers. sexto. Molphes.cons.*11.*n.*1.*&* 7. *Ioann.dexart. decis.Sardin.*7.*n.*19.*&* 20. *Rot. dec.* 44. *per totam, & præsertim num.*18.*cum seq.nu.*6.*rec.* Et in casu fortiori tradit. *Sanchez.de matrim.lib.*6.*disput.*32.
3 *Numer.*11. *vsque ad finem,* vbi quod † donatio edita à patre fauore filij contẽplatione matrimonij cum certa muliere contrahendi ita vt cum ipso contractu matrimoniali confundatur, vt Nurus ratione sui interesse actionem pro assecutione donatæ summæ valeat exercere nec possit ipsa donatio cum viri consensu à donante reuocari, vel in parte diminui,
4 eam rationem adducens quod alias illa, † quæ matrimonium sub donationis fide contraxit, ac dotem fortasse pinguiorem viro constituit deciperetur *Fontanell.de pact.nuptial.clauſ.*4.*par.* 1.*num.*19.*&* 20.*Franc.decis.*205.*per totam, &* dec. 436. *num.*4. *&* 5. *Merlin. Pignatell.controuers.*34. *num.*8.*&* 9.*Rot.coram Cocc. decis.*44. *num.*2.*Merlin.decis.*515.*à num.*1.*vsque ad sextum, & in Romana donationis* 13.*Iunij* 1662. §. *etiam coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

Nec vrgere visa fuit matrimonij solutio per obitum filij secuta, cuius virtute contenditur, quod sicuti ratio prędicti axiomatis vxo-
5 ris interesse inhæret, cui admod. † expedit Virum ditiorem habere pro ratione suæ dotis securitate, nec non pro assequendis pin-
6 guioribus alimentis † vna cum honestiori ornatu: ita illa nequeat proprio casui congruere, quo alimentorum onus post Lælij decessum euanuit, necnon Octauia dotis restitutionem consequuta † fuit, vt *tradit in specie Sanchez.de matrim.lib.*6.*disp.*32.*nu.*6.*Giurb.ad consuetud.Messanen.cap.*1.*glos.*8.*par.*1.*num.*84. *Rouit.consil.*15.*numer.*9.*&* 10. *Dexart. decis. Sardin.*7.*numer.*17.

Siquidem Auctoritates superius recen sitæ de donatione pertractant cõtemplatione ma-
8 trimonij filij † dumtaxat attributa: nec percutiunt terminos casus controuersi, quo vtrique coniugi fuit concessa donatio; Et licèt hoc etiam casu bonorum dominiũ viro cessesit ex auctoritatibus relatis in decisione prætera. Attamen interesse vxoris ex aperta promissione deductum coæquale, ac inseparabile ab altero viri cõstante matrimonio omninò censebatur existere: cuius proindè retrodonatio vxoris assensu destituta nullius propemodum roboris reputabatur, tum eiusdem
9 respectu vxoris, de cuius tunc interesse † nequibat hæsitari: tum etiam quoad virum, ius inseparabile obtinentem ex Theorica *Bartoli communiter recepta in l.penult.nu.*3.*C.de pact.Surd. decis.*194.*nu.*35.*Rot.coram.Seraph.dec.*341.*num.*7. *& decis.*109.*part.*9. *recent. & in his terminis tradit Natt.cons.*609.*nu.*42. Nec ex ipsius prædecessu, viuente vxore sequuto, idemmet contractus
10 valuit † conualescere *ex regul. text. in l.quod ab initio* 30.*vbi latè glos.materiam tractat, & in lege, quæ ab initio* 111., *ff.de regul.Iur. cap.non firmatur* 18.*eodem tit.Bartol.in l.si certis annis* 28. *in lectura antiqua nu.*4. *C. de pact.* Quidquid dicendum foret in casu, quo vxor viro prædecessisset, vt probat *text.in cap.cum Vir* 42. *vbi glos.notat. ff.de vsucapion.*

11 Præterea Sanchez, nec † non sequacium opinio hoc etiam videtur posse distinctionis fœdere conciliari. Vel enim retrodonatio constante matrimonio ex Viri parte processit: & tunc illa in statu validitatis censetur residere donec vxor suum interesse deducat.
12 Post † viri verò sine prole decessum, plenum eadem robur validitatis assumit, quoties vxor id impetrabit dos ex bonis valeat com-

medè restitui, vel Vir, vt in proprio casu diminuta donatione ab humanis excedit Vxore superstite vna cum filijs, & tunc mulieris in-
15 teresse donec eadem superuiuat† censetur extare, vt innuit etiam *decisio 203.nu.3.part.8.rec.* Nam filijs vlla absq; prole ab intestato abeuntibus successionẽ ipsam, necnon pinguiorem in casu testati legitimam lucratur.

Nec poterit transactio in præiudicium Octauiæ, & sub prætextu sustineri quod bona fide
14 tila † processerit resultante ex lite, quæ à Lælij patre poterat super nullitate donationis institui ex non adhibita Vicelegati licentia. Omisso enim articulo, an in hoc donationis contractu licentia exquireretur: nulla poterat lis super apoca donationis legitima exori-
15 ri. † Cum enim pater ex proprio ære cuiuslibet sanationem nullitatis promisisset impetrare, necnon instrumentum cum solemnitatibus edere in hisce contractibus adhiberi cõ-
16 suetis. Ex huius vi promissionis poterat† ipse pro legitimi instrumenti editione præcisè cõpelli, & in illius defectu pro interesse pulsari *ad text.in l.qui autem 14., §.si quis, ff.de constit.pecun.Soccin.Sen.conf.288. num.32.lib.2.Card.Mant. de tacit.lib.14.tit.35.num.32.Rot.penes Zacch.de oblig.Camer.al.decis.262. nu.9.cum seqq.& in Ascul. in renunciationis 22.Maij 1651., §. Nihilominus coram Reuerendissimo D.meo Decano & not.Add.ad decis.Burat.64.num.18. & 19.*

Hinc inualiditas altera transactionis deprom-itur. Dum enim donatio rationem dubitandi nullam admittebat; ille futuræ litis prætextus à patre calumniosè præsumitur ex-
17 cogitatus, † vt filium ad transactionem impelleret, vt tradit *Roman.conf.517. nu.18. Aym. conf.152.nu.10, & conf.430.nu.8.cum seqq.Rot. decis.293.nu.31.& 20.& dec.294.num.11.cum seqq.*
18 *par.8., rec.* eaque proindè penitus † improbatur à iure *in l.in summa 65., ff.de condit. indeb. & & præter superius relatas auctoritates notat gloss. in l.1.verbo nulla, ff.de transact. Natt.conf.143. numer.35.& 36.Cancer.var.lib.1.cap.13. de empt. & vendit.nu.39.Rota coram Merlin.dec.490.num.3.& in Romana hereditatis 30.Iunij 1654., §. vnde infertur coram R.P D. meo Benilequa, & in Ronen. fideicommissi de Bonfilys 5.Maij 1662., §.duarum vers.& iniustitia coram me*, necnon etiam probat alter textus *in l.præsef.12. C.de transact.* inualidam decernens transactionem super Iure claro emanatam. *Surd.conf.451. nu.11. Peregr. de fideicommiss. art.72.nu.88.Rota in Romana transactionis 15.Decembris 1659., §.quæcumque ad finem coram me.*

Non vrget quod Lælius ex transactione scuta nouem millia retraxerit, licet summa
19 donata † ipsi dumtaxat debuisset post patris decessum deferri, ex quorum solutione præuentiua compensata contenditur illa scutorum quatuor millium remissio. Siquidem in huius præuentiuæ solutionis compensatione
20 annua scuta 350. † Lælius in alimentorum causam sibi à patre præstanda eidem renunciauit adeoque nequit ex hac eadem causa donationis diminutio subsistineri, vt aliàs huic fuit obiecto responsum in decisione edita 5. Decembris 1659., & 5. Maij 1660. coram me.

Et ita vtraque, &c.

Decisio ista allegata in hac eadem causa fuit sub die 24.Ianuarij 1663. coram bon.mem. Crescio, est supra decisio 11. in hac eadem par.14.

R. P. D. T A I A.

Romana Lucri dotalis.

Lunæ 16. Martij 1665.

A R G V M E N T V M.

De Lucro dotali *Statutum Vrbis cap.131.lib.1.* loquens, illud defert, quo ad vsumfructum coniugi superstiti, non quo ad proprietatem, & quid si postea defecerint filij quibus debetur illius proprietas. Minores nec cum decreto Iudicis possunt donare.

S V M M A R I V M.

1 *Vxori debetur lucrum dotale, marita mortua secundum Statut. Vrbis.*
2 *Quod intelligendum est, quo ad vsumfructum & numer.3.*
4 *Lucrum dotale debetur coniugi superstiti, quo ad vsumfructum, secundum Statut. Vrbis.*
5 *Vsufructuario mortuo, vsusfructus debetur, cui de Iure.*
6 *Dotes, vt plurimum sunt pecunia.*
7 *Pacta apposita in instrumento dotali, quo ad Lucrum dotale qualiter intelligendum veniat, & numer.5.*
9 *Pacta, quoad lucrum dotale inter coniuges, intelligenda qualiter veniant.*
11 *Solutio præsumitur in vim præcedentis obligationis.*
12 *Solutio debet regulari secundum suam causam, & secundum eam declaratur.*
13 *Obligatio relata ad aliquod Statutum, debet regulari secundum dictum Statutum, & nu.14.*
15 *Relatum in referente adest, cum omnibus qualitatibus, vere proprie, & naturaliter.*
16 *Relatum dicitur pars referentis, & intelligitur, & restringitur secundum illud.*
17 *Minoribus, & pupillis, neque cum solemnitatibus, & decreto Iudicis potest præiudicari.*
18 *Minor, & pupillus non possunt donare, nec cum solemnitatibus nu.17.*
19 *Pupillus, minor &c, videtur impossibile, quod possint donare.*
20 *Supponens nihil disponit in præsupposito.*
21 *Donatum, quando videatur lucrum.*
22 *ex Relato corrigitur referens.*
23 *in Casibus diuersis, & alterius naturæ, idem ius non potest constitui.*
24 Statutum Vrbis cap.131. De Lucro Dotali lib.1. *in quo casu loquatur.*
25 *ad Diuersa non fit illatio.*
26 *Doctor non est allegandus ad firmandum aliquam opinionem, si postea ipsemet contrarium tenuit, discendo ab eo.*

DECI-

DECISIO CCLXXXI.

IN deciſis 28. Nouembris proximi præteriti * ſteterunt hodie DD. & procedendum ad vlteriorem executionem, & recuperationem Lucri dotalis à Monachis hæredibus teſtamentarijs Antoninæ Nouercæ Hieronymi Auctoris Franciſci, & Petri Pauli Actorum *ad Stat. 131 de Lucr. dot. lib. 1.* ſi ma-
1 ritus vxore ſuperſtite cũ liberis decedat vxor, quantum eſt quarta pars dotis pro donatione
2 propter nuptias ad vſumfructum † tantum de bonis mariti lucratur, & Thomas Antonina vxore ſuperſtite cum ſex communibus
3 filijs deceſſit, quibus mortuis non † erat debitum Antoninæ quoad proprietatem ad tradita à *Fevzon. ad d. Stat. num. 15. & Rota apud ipſum deciſ. 74. §. non refert cum alijs deciſ. 86. n. 1. & 2. par. 8. & coram Eminentiſſimo D. Card. Ottobon. dec. 176. num. 5. & 6.*, ſed planè ad rationem
4 vſusfructus, † nec vſufructu finito lucrum dotis reſtituatur, quibus de iure reſtitui debet & reuertatur ad proprietatem, *§. vlt. inſtit. de vſufr.*, & ad verba ſtatutaria non ſolum de vſufructu vt ſupra, ſed etiam de ipſo vſufructu declarato, ita vt mulier pro ea quarta cauere teneatur, quod vſufructu finito, illam
5 reſtituet, † quibus de iure reſtitui debet, adeò vt quibuſcumque hæredibus mariti, atque vt plerumque dotes pecuniariæ ſunt † ſiue fundus dotalis, ſic & vſusfructus eius, ſiue pecuniaria dos, & quaſi vſusfructus *ad §. conſtituitur inſtit. de vſufructu*.

Neque viſum eſt ſufficere pactum inſtrumentarium vbi Thomas ſponte donauit do-
7 natione † propter nuptias Antoninæ Vxori, tantum quantum importet quarta pars integræ dotis, &c.

Quoniam præcedunt alia verba proemialia, & rationalia, quia omnis dos ſoluta meretur donationẽ propter nuptias iuxta formã
8 Statuti † Vrbis, & alia accedunt *cum pacto* de lucrando, conſeruando, & reſtituendo dictam dotem, & ſoluendo donationem propter nuptias iuxta eorundem Statutorum Vrbis formam, pro vt idem Thomas dictam dotem, & donationem prædictam reſtituere, & reſpectiuè ſoluere promiſit in caſibus ex † forma Statutorum reſtituenda venerit, &c. in Inſtrumento 3. Decembris 1598. & propterea contrahentes dum ſe ad Statutum retulerunt,
10 cenſentur cum eodem onere † contraxiſſe, vt de hoc ſtatuto, & lucro conſuluit *Gabr. conſ. 13. num. 29. lib. 2.*

Et ſuper addita plura ſunt quod vti ſolutio
11 præſumitur † in cauſa præcedentis obligationis *Rot. deciſ. 301. numer. 3. part. 1., & deciſ. 124. numer. 5. & deciſ. 292. numer. 3. part. 2. recentior.*,
12 ita ſimul tanquam † ſua Cauſa declaratur, ait *Rota deciſ. 310. num. 7. quæſt. 9.* maxime cum
13 obligatio expreſſim fuerit relata † ad Statutum, vt ſupra in dicto Inſtrumento & pariter ſolutio videlicet ſcutorum 5000. pro 4. parte dotis ſuperlucrata per obitum Thomæ iuxta formam Statutorum Vrbis, &c. in Inſtrumẽ-
14 to † 9. Iunij 1609. ſolutionis, & inſolutum dati cenſus, & loci montis pro ſcutis 2000. mille pro reſiduo dotis, & mille pro lucro dotali, modica reſtante tunc debita ſumma ſcut. 39½. ex quibus aſſignatis lucris cenſeatur facta ad vſumfructum tantum iuxta dictum
15 Statutum, & ad vulgatum axioma † relati, in referente cum omnibus qualitatibus verè propriè, & naturaliter non per fictionem, ac ſi in relato fuiſſet expreſsũ omne id, quod
16 in † referente expreſſum eſt, cum relatio ſit intelligenda ſecundum qualitates in relato expreſſas, ita tamen, vt relatum dicatur pars
17 referentis, & ideo relatio reſtringatur, † & limitetur ad illud, quod in relato continetur tantum, &c. *abundè apud Barboſ. axioma 201.* ab initio; maximè quia coniectura eſt cum mi-
18 noribus, & pupillis, qui neque † cum ſolemnitatibus, & decreto donare potuiſſent, *§. ſed & ſi non matris l. 1., ff. Tut. & rat. diſtract. & ibi gloſſ. ita eſt cum alijs apud Simoncell. de decret. tit. 2. ab initio Rota coram Burat. deciſ. 924. infine cum alijs deciſionibus allegatis*, adeo vt videatur ferè impoſ-
19 ſibilis donatio † minoris, cum ſit actus de ſua natura læſiuus etiã *apud Rot. dicta dec. 924. num. 14. à verſic. poteſt tamen & Statutum 101. de contractibus ſine certa ſolemnitate lib. 1. de donat.* videtur intelligendum de factis, vel pro benemeritis, vel ad benemerendum, vel ſanè
20 ſupponens † nihil diſponere in præſuppoſito *ad Clem. 1. de præben.*, & *cum alijs Rota deciſ. 294. num. 5. tom. 2. part. 4. recent.* Donatum autem vi-
21 deretur † lucrum in proportione, vtpote nullo iure Cogen. conceſſum donari *leg. 29. ff. de donat. repetit. in l. donat. 8 2. ff. de reg. Iur.*

Et iuxta hæc quoque conſiderata eſt ſolutio videlicèt ſcut. 1000. pro 4. parte ſuæ dotis per d. D. Antoninam ſuperlucratæ per obitũ D. Thomæ iuxta formam Statutorum, illiuſque dotalis inſtrumenti ad quæ, vt in Inſtrumento ſolutionis 9. Iunij 1609. nam ex relatione ad Stat. corrigitur erratum in ipſo, dum pure ſolutum eſt lucrum, non in vſufructu tantum ad ipſius Statuti diſpoſitionem.

Et quia ea ratione ſolutum viſum eſt aliquibus DD., quæ nec minus ſolui debuit etiã in vſufructu tam ad ipſius Statuti interpretationem, quia à caſu præmorienẽ vxoris cũ
23 liberis communis † matrimonij, & alterius, quo caſu declaratum eſt Statutum hoc non habere locum, vt ex *Grato, & Rota adnotante Fevzon. ad d. Stat. numer. 7. & 8.*, ad caſum præ-
24 moricotis mariti cum liberis † communis matrimonij, & alterius videlicet Petro, & ſupraſcripto Hieronymo filijs Thomæ, & præcipuè Antoninæ † arguebatur Statutum hoc non habere locum, & ſi in primo caſu ex *Gabr. dict. conſil. 13.* multa conſiderentur, &
26 præcipue † contrarium cenſerit *num. 26. à verſic. deſcendendo, & apud Galganet. ad d. Stat. verſ. ideò pro reſolutis, &c.*

Et ita vtraque &c.

Deciſio hæc in hac eadem cauſa emanata ſub die 28. Nouembris 1664. coram eodem R. P. D. Tuſa erit infra in Miſcellan. iuxta ſeriem temporis.

R. P. D.

R. P. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.
Romana Pecuniaria.
Luna 16. *Martij* 1665.

ARGVMENTVM.

Pœnalia nunquam extendenda, sed potius sunt restringenda, & operari debent quod quantum fieri potest minus grauamen inferant, & in materia pœnali, seu odiosa pluralitas in singularitatem non resoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio mitis, & benigna in pœnalibus est facienda.*
2 *Obseruantia est rerum dubiarum interpres optima, & magistra.*
3 *Relatio operatur, vt relatum sit in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
4 *In materia pœnali, seù odiosa pluralitas non resoluitur in singularitatem.*
5 *Die solutionis nondum aduenta, debitor non potest dici constitutus in mora, & num.6. & ratio nu.7.*

DECISIO CCLXXXII.

PONDERATIS iterùm facto, & iuribus pro Goria deductis censuerunt Domini receden. esse à decisis 14. Martij 1664. coram me. Nam primus terminus solutionis faciendæ in annuis scu. 100. illi assignatis in concordia cum D. Abbate Aghemio creditore inita maturabat die 24. Dec. 1659. & quolibet anno eadem die alii termini erant soluendi: Et pactum, quod si Goria defecerit in prima solutione, & in termino huiusmodi teneatur, prout ex nunc statim teneri voluit nomine, quo supra ad realitèr, & cum effectu d. die cadente &c. ad solutionem duorum vnica vice persoluendorum, quatenus autem iterùm defecerit, seu cessauerit, teneatur prot teneri voluit statim ad tres pagas nempè ad sc. 300. annua vnica solutione faciendas, Mitius agendo Domini intelligen. esse dixerunt, vt deficiente debitore in prima solutione anni 1659. teneatur pro duobus terminis, nempè primi maturati, & alterius postea maturandi, interueniente verò mora in secundo anno, seu termino maturato die 24. Decembris 1660. teneatur idem debitor tres soluere terminos, duos scilicèt iam decursos & tertium maturandũ die 24. Decemb. 1661. non autem quod teneatur ad scu. 500. in totũ,
1 non solum † quia in pœnalibus mitior, & benignior interpretatio semper est capienda, vt debitor quantò minus fieri potest grauetur, *cap. in pœnis* 49. *de regul. iur. in* 6. *Bertaz. conf. ciuil.* 194. *num.* 9. *lib.* 1. *Rota in Bonon. primogenitura* 17. *Martij* 1664. §. *Domini tamen coram Reu. P. D. Taia.*

Sed etiam quia ita pactum à partibus, & ab ipso creditore intellectum fuit, dum post secundam moram 24. Decembris 1661. incursam mandatum obtinuit pro scu. 300. tantum, & similem quãtitatem à debitore transmissam recepit, † quæ quidem obseruantia
2 optimè præcedentem contrahentium voluntatem declarat, *Menoch. cons.* 276. *num.* 19. *Surd. cons.* 140. *nu.* 43. *& seqq. Rota coram Buratt. dec.* 85. *num.* 1. *Romana societatis Officij* 26. *Junij* 1652. §. *vlterius coram Eminentissimo Celso, & in Bonon. primogenitura* 14. *Februarij* 1656. §. *fin. coram Bichio.*

Nec applicari visa est responsio, quod in quietantia scut. 300. adsit clausula, *sine præiudicio minoris summæ*. Quoniam verba hæc referri nequeunt ad summam decursam, pro qua satisfactionem recipiebat, sed cum addita fuerint alia verba iuxtà formam Instrumenti, præseruatiua referri debet ad terminos postea maturandos, in quibus mora iterùm committi poterat iuxtà formam Instrumenti, ad quos partes videntur habuisse relationem, quæ † operatur vt relatum sit in
3 referente cum omnibus suis qualitatibus, *l. esse toto ff. de hered. instit. cum relatis in decis.* 230. *par.* 8. *recent.*

Quibus accedit, quod pactum resolutiuum non erat purum, sed pendebat à conditione futuræ cessationis in vlterioribus paghis post incursam secundam moram, & controuentionem, & proinde cum post secundam moram Goria solùm cessauerit in tertia solutione, quæ post secundam dicitur prima, verificata non fuit conditio, nec cessatum in vlte-
4 rioribus paghis, sed vna tantùm, † & in contractibus, ac materiis pœnalibus, seu odiosis pluralitas non resoluitur in singularitatem, *Grat. discep.* 209. *num.* 22. *& seqq. Cyriac. contr.* 226. *num.* 11. *& seqq. Rota in Reatina Castrorum* 9. *Iunij* 1659. §. *& sine difficultate, & seq.* vbi respondetur contrarijs coram Priolo.

Et retento hoc intellectu firmæ remanent conclusiones circa purgationem moræ in decisione firmatæ, sed in facto non applicantur. quia dum solutione scutor. 300. satisfecerat Goria etiã pro termino anni 1661. non poterat Aghemius de mense Februarij 1664. agere, nec mandatum pro tota summa expedire
5 dum † mora nulla præcesserat, ex quo nondũ venerat dies debitæ solutionis in Vigilia Natiuitatis eiusdem anni, *l. quod in diem ff. de solut. Grat. discept.* 400. *num.* 14, *Rot. dec.* 142. *num.* 41. *post Merl. de pignor. & in rec. dec.* 3. *nu.* 6. *par.* 8. *dec.* 101
6 *num.* 43. *par.* 9. Quæ quidem mora, nec successiuè incursa dici potest ob non factam solutionem terminorum anni 1663. & 1664. decursorum, vt voluerunt relati *per Cyriacum contr.* 158. *num.* 26. † Quoniam dum ex obligatione facta à Goria pro termino anni 1662. & recusationem Aghemii, ille certus factus fuerat, hunc non fuisse recepturum sequentes terminos, non tenebatur amplius debitor
7 ad aliam eorundem terminorum obligationem, vt probat *Ruin. cons.* 40. *num.* 9. *in fin. & cons.* 183. *numer.* 1. *lib.* 1. *& post eum Surd. cons.* 86. *num.* 16 *qui hæc obtinuit in Senatu Montis Ferrati Residente tunc temporis Roland. à Vall. & existente Senatore Beccio, & aliis grauissimis viris, vt in-*

quit

quit ipſe dec. 6. ſub num. 2. verſ. Ego alias conſului.
Et ita reſolutum fuit recedẽ eſſe à deciſis vtraque &c.

Deciſio præſens quæ hic allegatur ſub 14. Martij 1664. coram Reuerendiſſ. D. Decano erit infrà in Miſcellanea.

R. P. D. LEONE VEROSPIO
Imolen Dotis.

Lunæ 16. Martii 1665.

ARGVMENTVM.

Donatio inter virum, & vxorem prohibetur à iure, nè iſti mutuo amore ſe ſpolient, robur tamen ex obitu donantis aſſumit. Laici ſuper rebus ad Eccleſiam ſpectantibus ſtatuere nihil valent. Hæres factum defuncti ſeruare tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis paratam habet executionem.*
2 *Donatio inter virum, & vxorem conſtante matrimonio prohibetur à iure, ne mutuo amore ſpolientur.*
3 *Donatio inter virum, & vxorem ex obitu robur aſſumit.*
4 *Donatio inter virum, & vxorem vt ſit valida traditio requiritur.*
5 *Donatio inter virum, & vxorem ſubſiſtit, ſi ſit iuramenti vinculo munita.*
6 *Statutum Imolenſe in rub. 62. annullat contractus inter coniuges conſtante matrimonio initos.*
7 *Laici non poſſunt ſtatuere ſuper rebus ad Eccleſiam pertinentibus.*
8 *Donatio quando ex mera liberalitate proueniat nulla laſionis exceptio admitti poteſt.*
9 *Filius donationem ante emancipationem factam vxori ſui iuris effectus illam ratificans, donatio ſubſiſtit.*
10 *Hæres factum defuncti auctoris ſeruare omninò tenetur.*
11 *Mulier iurix quod ſibi de dote ſatisfacere non poterit, ſatis eſt quod nullos poterit exigere fructus, ex quibus poſſet dotis extinctio contingere.*

DECISIO CCLXXXIII.

MANDATVM ab A. C. fauore Laurę decretum pro reliquo dotis ſuæ in lib. 11744. conſiſtentis exequendum fore hodie Domini reſponderunt, eiuſdem validitati, atque Iuſtiniæ innixi. Illa quippè exaduerſò non reuocatur in dubium, hæc verò ex dote depromitur in ſumma ſc. 3780. à Patre Laurę Ciro viro promiſſa, ac eidem ſucceſſiuè perſoluta, vt ex quietantiis in Summ. relatis pienè conuincitur, pro cuius reſtitutione potuit hæreditas viri executiuè compelli, dum
1 ipſius † promiſſio obligatione Camerali vallata præceſſerat, ex doctr. *Angel. in l. 4. §. condemnatum num. 4. ff. de re iudic. Caſtr. in l. poſt rem iudicatam 56. ad fin. ff. eod. tit. Galleſ. de oblig. Cam. qu. 2. num. 11. & 12. Rota coram Buratt. deciſ. 404. num. 4.*

Nec obeſſe viſum fuit Inſtrumentum inter Lauram, & Cyrum conſtante matrimonio contractum, in quo hic pro lib. 11256. in dotis cauſam receptis bina Prædia tradidit inſolutum vxori ad rationem lib. 42. pro qualibet tornatura licet eiuſdem valor libr. 100. tunc temporis attingeret nunc verò 150. adæquet, cuius virtute ille cõtractus de vitio nul-
2 litatis redarguitur vt ſapiens † donationem inter coniuges à Iure prohibitam ne mutuum amorem ipſi deponant, *iuxtà text. in l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. creditor 20. vbi gloſſ. notat in verbo potuit Cod. eod. tit. Menoch. præſumpt. 12. nu. 3. lib. 3. Rot. poſt. Salg. in lab. pr. credit. dec. 22. num. 3.*

Hæc enim concluſio conſueuit duplicitèr limitari, quoties ſcilicèt vir præuia donationis reuocatione, vt in propoſito caſu prædeedat vxori, tunc enim prohibitionis ratio
3 euaneſcit, ac proinde donatio † robur validitatis ex obitu aſſumit, *iuxtà tex. in l. cum hic ſtatum 21. ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. 1. & l. donationes quas parentes 25. C. eod. tit. cap. vlt. eod. quatèr tit. Rip. in l. 2. nu. 25. ff. ſolut. matr. Tiraquell. in l. ſi vnquam; verb. libertis num. 112. C. de reuoc. donat. Gomez. var. tom. 2. cap. 4. num. 23. verſ. aduertendum, Clar. recept. ſent. §. donatio qu. 9. nu. 6. Sanch. de matrim. lib. 6. diſput. 14. num. 1. Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 7. num. 1. & nu. 23. cum ſeqq.* † vbi præterea concludit, quod licet ad hunc validitatis effectum videatur requiſita traditio; illa nihilominus ex clauſula, *conſtituti*, reſultans conſueuit ſuffragari, *Rota deciſ. vnica num. 8. de donat. inter vir. & vxor. in antiq.* Tum etiam in-
5 caſu quod † donatio, vt hic iuramenti vinculo munita deregatur, vt tradunt *Bart. in l. Seius, & Angerius 27. ad fin. ff. ad leg. falcid. Alex. aueſtans de communi in conſ. 3. num. 3. lib. 2. Decian. conſ. 122. num. 8. Aym. conſ. 81. poſt num. 1. Socc iun. conſ. 44. num. 6. lib. 2. Ruin. conſ. 132. nu. 3. lib. 4. Conarr. in rubr. de teſtam. par. 2. nu. 10. Clarus in §. donatio qu. 9. num. 3.* vbi hanc opinionem in iudicando, & conſulendo veriorem appellat, *Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 9. num. 8. cum ſeqq. Rota tor. Greg. dec. 562. nu. 7. & in Ciuitatis Caſtelli de-
tis 28. Aprilis 1662. §. fallit tamen, & 4. Martij 1663. §. donationem autem coram R. P. D. Emerix.*

6 Hinc non vrget † Imolen Statutum in *Rubr. 62.* nullius roboris decernens contractus conſtante matrimonio inter coniuges initos ex doctrina generali diſpoſitione contractus iuramento vallatus non continetur, ex doctrina *gloſſ. in cap. cum non deceat 3. verb. effectus de elect. lib. 6. Alex. conſ. 38. num. 5. lib. 3. Ruin. conſ. 161. ad fin. lib. 5. Gabr. de iur. iur. concl. 5. nu. 1. Rot. dec. 199. num. 2. par. 4. diuer. & coram Buratt.*
7 *dec. 149. num. 5.* ſuper † quo nec etiam potuiſſent ſtatuentes laici ex poteſtatis defectu diſponere, vt tradit *Bart. in l. omnes Populi num. 25. ff. de iur. iur. Alex. conſ. 27. num. 7. lib. 1. & conſ. 38. num. 7. lib. 3. Socc. iun. conſ. 32. num. 21. lib. 3. Gabr. de ſtat. concl. 11. num. 1. Rot. coram Buratt. deciſ. 44. num. 4.*

Hinc paritèr corruit alterum læſionis fundamen-

damentum. Dum enim iuxtà ſenſum patris aduerſæ vir conſcius maioris valoris ad dictam donationem inſolutum deuenit animo exhibendi donationem vxori, donatio hæc ex mera liberalitate prouenisſe cenſetur,
8 in qua proindè nulla valet læſionis exceptio admitti, vt aduertit *Alex. in conſ. 125. nu. 7. lib. 1. Socc. iun. conſ. 67. nu. 23. & 24. lib. 2. Aym. conſ. 114. num. 2. Rota coram Pen. dec. 491. num. 7. Duran. deciſ. 121. num. 2. & dec. 337. num. 28. & 29. cum aliis recenſitis in Romana tranſactionis* 11. *Febr.* 1664. §. *penultimo cum ſeqq. coram me, quinimò gloſſa in l. Indices, cæteraque ſcribentes Cod. de reſcind. vend. Capyc. Galeot. reſponſ. 25. num. 39. Rot. in Vercellen. manutentionis* 28. *Iunij* 1655. §. *ad ſecundum coram Bichio, & in Imolen. bonorum* 6. *currentis menſis*, §. *læſionis præterea coram me*, nec interim valet obligationis Cameralis executionem impedire *Rota coram Greg. dec. 120. nu. 16. & 17.*

Et licet de tempore, quo datio inſolutum emanauit, Cyrus ſub paternæ poteſtatis dominio reſideret, non tamen contractus poterit ex non adhibito patris aſſenſu corruere. Vel quia Cyrus ampliſſimo patris mandato procuræ pollebat, ſiuè † ex quo poſtmodum
9 ſui iuris effectus tacitè contractum nedum ipſe approbauit, quod poſſet ad hunc effectum ſuffragari, *ad tex. in cap. cum vir. 42. ibique gloſſ. ff. de vſucapion. gloſſ. in l. quod ab initio* 30. *ad med. verſ. fallit autem ff. de regul. iur.* verùm etiam Angelus Maria ipſius filius, & hæres in Inſtrumento concordiæ de anno 1634. inter ipſum, & matrem initæ, nec non relatæ in ſum-
10 mario *num.* 5. cuius † factum fratres de Pantaleonibus eiuſdem Angeli Mariæ hæredes nequeunt impugnare *ad tex. in l. cum à matre C. de rei vindic.*

Denique non obſtat adminiſtratio bonorum filij à Laura vti tutrice plurium menſium ſpatio exercita, ex qua extinctio crediti dotalis arguitur exadueſſo; Præter quam enim quia calculorum diſpunctione ab ea reddita ratio conuincitur in Inſtrumento edito de anno 1631. ac relato in Summ. *num.* 4.
11 exindè videtur obiectio corruere, † quod nulla fructuum exactio exhibeatur, ex quibus potuerit dotis extinctio contingere, *Rota poſt Paſſ. de Salu. deciſ. 19. num. 3. & 4. coram Seraph. deciſ. 1455. num. 1. & 5. & in Aeſina dotis* 6. *Aprilis* 1663. *coram R. P. D. Beuilaqua, & in Fauentina vſusfructus* 20. *Iunii* 1664. *coram me.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Nouarien. Parochialis.

Lunæ 16. *Martij* 1665.

ARGVMENTVM.

Emolumenta, & iura Parochialia Parocho curam animarum habenti reſeruata congrua coadiutori debentur, nec duo in eadem Parochia poſſunt eſſe Parochi. Prælatus ſine beneplacito Apoſtolico iura ſuæ Eccleſiæ alteri concedere nequit. Immemorabilis ex quibus excludatur, & alia quæ patent ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas ex actorum reuolutione apparet.*
2 *Iuſtitia ſententiæ ex deciſionibus in cauſa factis iuſtificari poteſt.*
3 *Parocho curam animarum habenti emolumenta, & omnia iura parochialia dempta congrua præſtanda Rectori, debentur.*
4 *Ordinarii decreto vti informati de ſtatu, & qualitate Eccleſiarum ſuæ Diœceſis plurimum defertur.*
5 *Parochi duo in vna Parochia eſſe non poſſunt.*
6 *Concordia facta inter Parochum, & Rectorem non ſuffragatur, ſi ſit beneplacito Apoſtolico deſtituta.*
7 *Prælatus ſine beneplacito Apoſtolico iura ſuæ Eccleſiæ alteri concedere non poteſt.*
8 *Immemorabilis excluditur, ſi conſtet de initio.*
9 *Teſtes vt bene probent immemorabilem requiritur, quod ſaltem deponant de 40. annis ante motam litem.*
10 *Cura habitualis animarum penes duos in eadem Eccleſia reſidere non poteſt.*
11 *Eccleſiæ diſmembratio, & erectio, niſi cum iuſta cauſa, & debitis ſolemnitatibus fieri nequeunt.*
12 *Parochialia Iura in totum ſpectant ad verum Parochum reſeruata congrua coadiutori.*

DECISIO CCLXXXIV.

POSTQVAM ſententia Rotali pronunciatum fuit Eccleſiam S. Georgij eſſe vnicam, & ſolam matricem, eiuſque Parocho priuatiuè competere ius adminiſtrandi Sacramenta in tota Valle Vgia, & vlterius omnes prouentus vtriuſque Eccleſiæ pertinere ad eundem, ſalua tamen congrua Rectori Eccleſiæ S. Mariæ, prout de iure taxanda, idem Rector in gradu appellationis obtinuit remiſſoriam ad probañ, quod ab Immemorabili omnes ſui Prædeceſſores promiſcuè exercuerunt curam animarum cum Parocho S. Georgij abſque eiuſdem licentia, & conſenſu, quodque ſimilitèr independenter ab eo perceperit medietatem fructuum totius Parochiæ, vigore cuius examinatis pluribus teſtibus, hodie coram me dubitatum fuit, An ſententia Rotalis ſit confirmañ, vel infirmanda, & confirmandam eſſe Domini cenſuerunt.

1 Etenim illius validitas † non controuertitur, Iuſtitia verò † reſultat ex deciſionibus editis coram R. P. D. Veroſpio, ſub diebus 6. Februarij, & 5. Iunij 1662. in quibus latè demonſtratur Eccleſiam S. Mariæ eſſe conſtitutam in adiutorium Eccleſiæ S. Georgij, hanc verò eſſe vnicam, & ſolam matricem, eiuſq;
3 Parocho † tantum competere curam animarum, & per conſequens etiam omnia emolumenta, & iura Parochialia dempta ſola congrua præſtanda Rectori, vti eius coadiutori.

Idem-

Idemque corroboratur tàm ex quodam decreto Epiſcopi facto vſque de anno 1596. in qua occaſione controuerſiæ tunc vertentis declarauit Parochum S. Georgij eſſe præcipuum, & propriũ Paſtorem vniuerſi Populi, alterum verò S. Mariæ eſſe illius coadiutorem aſſignando eidem redditus ſc. 50. auri
4 pro ſua congruæ, cui † decreto emanato ab Ordinario, qui informatus præſumitur de ſtatu, & qualitate Eccleſiarum ſuæ Dioeceſis plurimum deferri debet, aduertit, *Coccin. deciſ.376.num.2.par.3.& 611.num.2.par.4.deciſ.13. num.14.deciſ.30.num.11.par.6. recent.& dec.152. num.5.par.7.*

Quam etiam ex depoſitione vnius teſtis nuper examinati pro parte Parochi S. Georgij, qui de anno 1621. inſeruiebat Eccleſiæ S. Mariæ, nunc verò eſt Canonicus Cathedralis Nouariẽ, & aſſerit, Cappellanos pro tempore in d. Eccleſia paulatim ſibi aſſumere Ius Parochiale in præiudicium Curati Sancti Georgij, deponitque etiam de auditu à ſuis maioribus, & recenſet actus obſequii, ac ſubmiſſionem, quam tunc Parochus S. Mariæ præſtare ſolebat Parocho S. Georgij, huius Summ. *num.3.* cui adſtipulatur quoque atteſtatio iurata alterius Presbyteri facta vſque de anno 1475. qui fatetur ſe ſimplicem Cappellanum Eccleſiæ S. Mariæ, & in ea nunquã exercuiſſe curam animarum, niſi de expreſſa licentia Parochi S. Georgij, qui ſolus in vtraque Eccleſia functiones Parochiales ad ſui libitum excercebat, eodem Summ. *num.4.* quibus omnibus ponderatis, & accedente conſtructione Eccleſiæ S. Mariæ explicitè facta in ſuccurſu S. Georgij ceſſare videtur prætenſa coæqualitas, ne aliàs dentur † duo Parochi in vna Parochia, quod eſſet abſurdum, & monſtruoſum afirmare, vt aduertunt *deciſiones coram R.P.D. Veroſpio, & pluribus cumulatis firmat Grat.diſcept.865.num.24.& 25.*
5

Neque contrarium probant teſtes vigore remiſſoriæ Rotalis examinati. Tum quia eorum dictum non benè concludit promittentum curæ exercitium S. Mariæ cum Parocho S. Georgij abſque illius licentia, & conſenſu. Tum etiam quia ipſi loquuntur tantum de anno 1621. citra ſe fundantes in quadã concordia inita inter dd. Parochum, & Rectorem, quæ † nullatenus ſuffragatur tanquam
6 facta abſque beneplacito Apoſtolico, † ſine
7 quo Prælatus non poteſt iura ſuæ Eccleſiæ alteri concedere, ex plenè adductis *in deciſ. 6. Februarij 1662. coram R.P.D. Veroſpio §. neque obeſſe, & §. fin.*

Et propterea dicti Teſtes non ſolùm non probant articulatam immemorabilem, ſed imò † illam potius excludunt, quia ex eorum
8 dicto conſtat ab initio ab anno 1621. vſque ad tempus motæ litis non effluxit tempus
9 ſufficiens, † cum Teſtes ad probañ Immemorabilem ſaltem deponere debeant per 40. annos ante motam litem *Rot.coram Buratt. deciſ.884.num.2.& Cocin.dec.346.num.3.& 4.cum aliis allegg. in Calagurritana decimar. 5. Iunii 1655. §. quoniam coram Reuerendiſs. D. Decano.*

Minuſque probatur, quod Eccleſia Sancti Georgij fuerit diuiſa, ſeù diſmembrata, & inde erecta in Parochialem Eccleſiam Sanctæ Mariæ; Quia, aut diſmembratio, & erectio huiuſmodi deſumuntur ex decretis anni 1489 & 1486. & in illis nulla vis fieri poteſt, cum ſe referant ad Inſtrumenta anni 1423. & 1424 ex quibus apparet Eccleſiam S. Mariæ fuiſſe erectam in adiutorium S. Georgij; & proinde ne detur repugnantia, & contradictio, non quatenus dicitur ambas Eccleſias eſſe curatas & hoc debet intelligi quoad exercitium, &
10 adminiſtrationem Sacramentorum † non autem quod cura habitualis principaliter reſideat penes Rectores vtriuſque Eccleſiæ ex allegatis *in dd. deciſionibus D. mei Veroſpii.*

Aut verò deſumuntur ex eo quod Presbyter Milanus Parochus S. Georgij reſederit in Eccleſia S. Mariæ, & hoc nihil concludit, cum Milanus tanquam Rector vtriuſq; Eccleſiæ potuerit ad libitum reſidere modo in
11 vna modo in alia Eccleſia, † & diſmembratio, & erectio huiuſmodi fieri non poſſunt, niſi cum iuſta cauſa, & debitis ſolemnitatibus, quæ in hoc caſu minimè non probantur interueniſſe, *Rot.deciſ.239.num.1.& ſeq.& deciſ.484.par.1.& dec.223.num.5.par.6.rec.& dec.6 num.16.coram Ottoboni.* cum aliis adductis in *Aquilien. diſmembrationis 18. Februarij §. nunus pro iuſta coram Meltio.*

Non obſtat quod Eccleſia S. Mariæ fuerit quandoque collata in titulum; quia id contigit, ex quo Parochus S. Georgij conceſſit diuiſionem exercitij curæ actualis, ex eo tamen ſequitur, quod Rectores S. Mariæ effecti fuerint Parochi, vt habeant emolu-
12 menta, & iura Parochialia, quæ † in totum ſpectant ad verum Parochum reſeruata ſola congrua coadiutori, vt firmat *Grat.diſcep.§65. num.20.& ſeqq. Gabr.conſ.190. num.18.& ſeqq. Mocdan.dec.5 per totam de decimis.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO, nunc S. R. Eccleſ. Cardinali.

Romana Vineæ.

Veneris 20. *Martij* 1665.

ARGVMENTVM.

Teſtator quando verbis generalibus filiorum, nepotum, & pronepotum ſuos deſcendentes vocauit nulla expreſſa maſculinitatis qualitate, etiam fœminæ debent ad ſucceſſionem admitti non concurrente eiuſdem teſtatoris contraria voluntate, quæ clara pro fœminarum excluſione, & patens eſſe debet.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario immiſſio in rem* leg. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. *fideicommiſſo ad eius fauorem purificato conceditur.*

2 *Fideicommiſſi purificatio ex quibus reſultet.*

3 *Subſtitutio nepotum, & pronepotum legitimorum,*

&

& naturalium comprehendit etiam filias fœminas.

4 *in Actibus vltima voluntatis masculinum concipit femininum.*

5 *Appellatione filiorum, & nepotum veniunt tàm masculi, quàm fœminæ.*

6 *Substitutus gradu instanti caducato ex vi vulgaris in eius locum subintrat, & capit iure proprio id quod deberetur instituto, si viueret.*

7 *Regula quod appellatione filiorum, & nepotum veniunt etiam fœminæ cum masculis non intrat, si aliàs constet de contraria testatoris voluntate.*

8 *Voluntas contraria testatoris pro fœminis excludendis debet esse clara, & concludens.*

9 *Testator ex quibus verbis censeatur contemplasse agnationem.*

10 *Filius masculus agnationem conseruat.*

11 *Testamenti verba quando non sunt clara pro exclusione fœminarum, non sunt extendenda, vt illas à consecutione hæreditatis repellant.*

12 *Ratio conseruandi agnationem expressa per modum regulæ est apta qualificare omnes substitutiones.*

13 *Dictio,* come sopra, *est relatiua superius expressorum.*

14 *Testator quando per verba communia loquutus fuit tàm fœmina, quàm masculi indistinctè continentur.*

15 *Constitutio Clementis VIII. derogatoria fideicommissorum Baronalium quomodo intelligenda.*

DECISIO CCLXXXV.

NOBILIS vir Vgoccionus à Monte instituto hærede Alexandro Episc. Eugubino eius fratre in testamento ordinauit substitutiones, nam eidem Alexandro quandocunque decedenti substituit alios fratres. Primò nempè Abbatem Honuphrium, & postea Ioannem, cui substituit eius filios nepotes, & pronepotes in infinitum, & in casu illius deficientiæ sine filijs vocauit Raynerium ipsius Testatoris nepotem ex Francisco Maria altero fratre, & demum Raynerio pariter decedenti sine filijs substituit proximiores de sua Domo, vulgaritèr, pupillatitèr, & per fideicommissum.

Defuncto Testatore hæreditatē adiuit primo loco Alexander, per cuius obitum successit Abbas Honuphrius, quo adhuc viuente decessit Ioannes tertio loco substituius non relicta prole masculina, sed solùm DD. Minerua, & Felice eius filiabus; Et quia post mortem eiusdem Ioannis occupauit bona fideicommissaria Raynerius substitutus in casu, quo Ioannes decessisset sine filijs; Ideo ad instantiam dictarum sororum fuit introductum iudicium immissionis coram A. C. tàm contra hæredes D. Raynerij defuncti, quàm cōtra Benedictum Santorium Possessorem vnius vineæ fideicommissariæ, & sententia dictis sororibus fauorabilis emanauit Aduersus quam interposita per Santorium appellatione in Rota, mihique commissa dubitaui an ijsdem sororibus danda sit immissio super vinea, de qua agitur, & hodie affirmatiuè responsum fuit, quia constat † de fideicommisso, eiusque purificatione, ac de vinea identitate, quibus concurrentibus, immissio non denegatur in vim *l. fin. Cod. de edict. Div. Adr. toller.*

2 Identitas non controuertitur, † fideicommissum verò, eiusque purificatio reiicitur eo quod Ioanni à Monte fuerunt substituti eius filij nepotes, & pronepotes legitimi, &
3 naturales in infinitum, quæ † verba sunt apta comprehendere etiam filias fœminas, cum
4 regulariter † in vltimis voluntatibus masculinum concipiat fœmininum, & sub † nomine filiorum, & nepotum, veniant tàm masculi, quàm fœminæ, ad communitèr notata per DD. *in cap. si ita scriptum ff. de legat. 2. Fusar. de subst. qu. 311. n. 1. cum pluribus seqq. Rot. dec. 485. num. 1. par. 4. diuers. & coram Merlin. dec. 464. n. 13. & seqq.*

Et propterea, cum decesserit Abbas Honuphrius fuit factus locus earū vocationi non obstante, quod per prædecessum Io. Patris,
6 illius gradus caducatus, † remāserit quia ex vi vulgaris subintrando in eius locum censentur immediatè eidem Abbati Honphrio substitutæ, & capiūt iure proprio totum id, quod Ioanni deberetur, si viueret, iuxtà theoricam *Bart. in l. quandiù num. 10. ff. de acquir. hared. Paris. cons. 73. num. 25. lib. 3. Peregr. de fideic. art. 15. n. 14. Rota decis. 222. num. 3. & 8. par. 5. & dec. 201. n. 6. & seqq. par. 8. recent. cum alijs allegatis in Aesina fideicommiss. 23. Ianuarij præteriti §. etenim quod primum vers. non obstante quod Petrus coram me.*

7 Et licet à regula, † quod filiorum, & nepotum appellatione veniant tàm masculi, quàm fœminæ, recedatur quotiescumque de contraria voluntate Testatoris appareat, vt declarat idem *Bart. in l. hæredes mei §. cum ita num. 4. ff. ad Trebell.* In proposito enim cum Testator nullibi fœminas excluserit, neque vocando filios qualitatē masculinitatis adiecerit, nullo modo videtur constare de huiusmodi contraria voluntate, quæ † ad istum effectum clara, & manifesta requiritur, *Alciat. in l. Gallus §. quidam rectè num. 5. vers. Propterea Text. lib. 3. Decian. cons. 1. nu. 47. post med. dec. 485. num. per. 4. diuers. & dec. 151. num. 6. par. 5. rec.*

8 Neque talis defumi potest ex illis verbis testamenti, *Perche desidero che detta mia hereditá, e beni si conseruino sempre nella mia famiglia, come sopra, per maggior propagatione, e mantenimento.* Ex quibus † verbis videtur inferri posse, Testatorem contemplasse conseruationem
9 agnationis, & propterea sensisse de solis masculis, per † quos agnatio conseruatur. Quia
10 cum huiusmodi verba nō stent principalitèr, & de perse ad inducendum nouum fideicommissum, sed solùm fuerint posita dependentèr, & accessoriè ad vestiendam, & cohonestandam exclusionem Religiosorum præsertim certæ Religionis, quos Testator nolebat in sua hæreditate se immiscere posse, tāquam
11 consequutiuè adiecta ad hunc casum † non sunt extendenda ad præcedentes substitutiones, vt de ratione agnationis accessoriè adiecta ad casum delicti, quod non extendat fideicommissum ad casum mortis, dictum fuit

coram

coram Eminentissimo D. Cardinali Otthobono dec. 225. num. 19. & seqq. in recent. decis. 368. nu. 6. & 7. par. 5. decis. 209. num. 12. par. 3. & in Romana Census 11. Martij 1652. §. fin. coram me.

12 Non obstat, quod † ratio conseruandi, & propagandi agnationem expressa fuerit per modum regulæ, & proindè sit apta qualificare omnes substitutiones. Attenta enim
13 dictione relatiua, † *como sopra*, eo magis dicta ratio dicitur stare accessoriè, & dependenter, & sic non potest præcedentes dispositiones qualificare, cum potius ab ipsis veniat regulanda, *Alex. conf. 59. num. 21. vers. non obstat*, cum latè congestis in Rom. fideicommissi de Coronis 28. Ianuarii 1647. §. *fuit enim responsum coram me.*

Et hinc non vrget, quod ex hoc non prætendatur educi nouum fideicommissum vltra personas, & casus superius expressos, sed solum declarationem substitutionis filiorum, an scilicèt Testator intellexerit de solis masculis ad exclusionem fœminarum. Etenim ex pluribus facti circumstantijs benè desumitur testatorem non habuisse respectum ad familiæ conseruationem, vltra casum expressum, non solùm quia vocauit Alexandrum Episcopum; & eo deficiente Abbatem Honuphrium, qui tanquam Clerici non poterant familiam propagare, sed etiam quia fideicommisso, de quo agitur, non supposuit bona paterna, & materna, cum quibus facilius propagari, & manuteneri poterat, sed illa libere prælegauit d. Abbati Honuphrio; & insuper nunquam in tot stabilibus qualitatem masculinitatis expressit, neque alienationis prohibitionem adiecit, prout facilè fecisset, si verè ad præsentem agnationis conseruationem respexisset; ex quibus aut constat, quod Testator de huiusmodi conseruatione rationem non habuerit, aut saltèm eius vo-
14 luntas dubia, †& cum fuerit loquutus per verba communia, tàm fœminæ, quàm masculi indistinctè continentur iuxtà superius firmata, & tradit *Gabr. conf. 88. num. 9. & seqq. lib. 2.*

Denique non releuat, quod Vinea controuersa fuerit distracta pro soluendo ære alieno
11 Raynerij, & sic fideicōmissarijs obstat † Constitutio Clementis VIII. derogatoria fideicommissorum Baronalium subsistunt enim responsiones datæ ab Informantibus pro sororibus, & signanter, quod Santorius in assignatione sibi facta de Vinea controuersa illam receperit cum expressa mentione huius fideicommissi Summ. Sororum *num. 3.* nullo modo iuuari potest d. Constitutione Clementis, quæ dum taxat opitulatur ignorantibus, non autē eis, qui plenam notitiam fideicommissorum de tempore contractus habuerunt vt benè declarat Sa: mem: Vrbanus VIII. in sua Constitutione 7. in Append. aliàs 117. super moderatione d. Bullæ Clem. edita, &c.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.
Auenionen Saluiani.
Veneris 22. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Mutui contractus quando in contractum venditionis tranleat. Fructus à bonæ fidei possessore percepti à die motæ litis debent restitui, à malæ fidei verò possessore vtque ab initio contractus peti valent.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum non facta restitutione tempore ad id præfixo post secutam æstimationem transiit in contractum venditionis pro pretio æstimato.*
2 *Fructus à bonæ fidei possessore percepti à die motæ litis debentur.*
Sed declara, vt nu. 3. & 4.
5 *Fructus à malæ fidei possessore vsque ab initio contractus peti possunt.*
6 *Fructus tanquam fors reputantur.*
7 *Saluianum datur pro fructibus.*

DECISIO CCLXXXVI.

POSTQVAM pluries firmatum fuit ex defectu restitutionis scut. 400. auri, quæ Nicolaus Tertullus Frācisco Scellato mutuauerat factum esse locum pacto, quod non secuta restitutione infra annum censeretur vēdita mutuanti medietas Coloniæ in Instrumento certis finibus expressa, & quod damna, & interesse debentur hæredibus Nicolai, qui possessionem Coloniæ obtinere nunquā potuit ad rationem scut. 5. pro centenario in vltima decisione coram Eminentiſs. Celso 5. Iunij 1662. * idem firmatum fuit, sed damna, & interesse deberi solùm à die motæ litis anno 1621. cæterum hodie repropositio hodie coram me dubio super decisione informante tantùm Francisco dixerunt standum esse in decisis quoad primam partem, sed quoad secundam recedendum esse. contra-
1 ctus † enim mutui durante anno ad restitutionem præfixo propriam mutui naturam retinuit, sed eo elapso non facta restitutione ex partium conuentione post secutam æstimationem transiuit in contractum venditionis pro pretio æstimato, *iuxtà text. in l. si fundum 16. §. vlt. vbi Bart. casum notabilem dicit ff. de pignor. Conarr. qui communem dicit, var. resol. lib. 3. cap. 2. num. 7. vers. secundo pactum illud. & num. 8. vers. secundo infertur, sequitur cum alijs Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 19. Rot. dec. 373. sub num. 7. vers. idcirco par. 4. rec. cum alijs allegatis in decis. 12. Decembr. 1659. §. cum enim, 28. Iunij 1662. §. Ratio resolutionis coram Eminentiſs. Celso*, in quibus benè remouentur obiecta circa æstimationem nullitèr, & tanquam de re libera, prout prætendebatur, factam.

Quo verò ad secundam partem circà tempus restitutionis fructuum loco damnorum,

& interesse, ideo recessum fuit à decisis, quia
2 licet vera sit conclusio, quod fructus à tertio
possessore bona fide percepti in iudiciis pos-
sessoris debentur solũ à die motę litis, excepto
casu Spolii violẽti &c. illa tum procedit solũ,
quãdo principaliter actum fuit in Iudicio ad
aliquod corpus & rem aliquam tanquam ac-
cessorij & in sequelam principalis Iudicij sunt
4 restituendi secus autem quando vt in præsen-
ti petuntur fructus principaliter & de perse
tanquam debiti & malæ fidei possessoris, sed
tanquam debitum principalis debitoris, qui
ad illos tenebatur. Tunc enim exceptione
bonæ fidei & consecutionis possessor se tueri
non posset, nec a die solæ motæ litis, sed vi-
que ab initio contractus peti possunt, & cre-
ditori debentur, vt declarat *Grat. in discept.* 206
num. 18. *& seq.* vbi quod in his terminis, quia
6 fructus reputantur tanquam sors, & pro illis
datur Saluianum *Cancer. var. resol. part.* 3. *c.* 16.
num. 97. *Add. ad Burat. dec.* 184. *sub littera A. vers.*
hoc tamen est intelligendum Rot. coram Seraph. decis.
835. *&* 1168. *num.* 3. *coram Merlin. dec.* 585. *num.* 3.
& seqq. dec. 663. *num.* 7. *vbi concordan. & respondit*
Spad. cons. 105. *in princ. lib.* 2. *Rot. in Toletana pen-*
sionis ibidem impressa num. 4. 5. *&* 12. *per totam*.

Et ita altera tamen &c.

R. P. D. T A I A.

Turritana Congruæ.

Veneris 22. *Martij* 1665.

A R G V M E N T V M.

Congruæ solutio quando est facienda in certa specie monetæ, si non possit in illa solui sufficit, quod fiat in æquivalenti, & in hoc attendendam esse obseruantiam optimam rerum dubiarum interpretem, deciditur.

S V M M A R I V M.

1 *Congrua soluenda in certa specie monetæ sufficit quod soluatur in æquivalenti & num.* 3.
2 *Obseruantia cum quadragenaria præscriptionem inducit*
4 *Appellatione pendente nihil est innouandum*
5 *Clausula* sine præiudicio legitimæ executionis *præseruat iurisdictionem Iudicis à quo*
6 *Interdictum vti possidetis est generale*
7 *Obseruantia pro dubii declaratione plurimum inseruit*
8 *Clausula* sine præiudicio Iurium partium *est præseruatiua iuris colligantium.*

D E C I S I O CCLXXXVII.

CVM dubitaretur ad quam summam, & ad quam rationem congrua deberetur Domini iam pridem responderunt deberi ad ducatorum centum auri de Camera ad formam Bullæ Gregorianæ & supplicationis insertæ demptis dumtaxat, & relictis ex eis centum ducatorum auri de Camera &c. dec. 26. Nouembris 1663. & in sententia subsequuta hodie dubitarunt, in qua specie monetæ fit facienda solutio, & an danda sit remissoria ad probationem? Et Domini ex ipso dubio, in qua specie monetæ sit facienda solutio in altero responderunt remissoriam concedendam. Siquidem solutio non est facienda in Curia vbi solet solui in ducatis auri de Camera prout sonant literæ Apostolicæ, sed in partibus vbi sufficit soluere in moneta, dummodo illa tantum valeat, vt ex Rota ipse Auditor inquit *Gomes. ad reg. de valor. exprim. quæst.* 8. *ad fin. vers. & est aduertend. Seacc. de insumer.* §. 2. *glos.* 2. *num.* 121. *& amplius glos.* §. *n.* 101. *& num.* 17. *Rot. dec.* 688. *a num.* 1. *& d num.* 5. *per diu. cum aliis adnot. ad Ludouic. dec.* 42. *num.* 8. *& ad Burat. dec.* 626. *nu.* 6. & pro qualitate sententiæ, quæ vertitur in executione sententiæ, & resolutione huius dubij reseruata quantitate latis superque fuisse obseruantia nunc posita
2 cum quadragenaria præscriptione præscriptũ *cap. olim* 20. *de cens. & ibi glos. penult. cum aliis apud Barbos. nu.* 1. *vers. bene tamen verum est* & amplius doctiusque *R. P. D. meus Fagnanus à num.* 14. *Budell. de monet. & re nummar. cap.* 24. *num.* 19. *vers. si autem esset lib.* 2. *Cenc. de cens. quæst.* 35. *num.* 35. *& grauius Rot. coram Pen. Lugd. edit. dec.* 5. *nu.* 4. Ideoque iam quæritur quæ moneta, vel qualitas quarum monetarum æqualis sit in Sardinia huiusmodi ducatis, & probationes offert Capitulum debitor plebano creditori iuxta moderniam æstimationem & consuetas ibi solutiones vltra exhibitã pecuniam Sardam, & regulam ponderata intrinseca & pondere vtriusque æquato &c. *apud Io. Andr. ad Special. Rubr. de concess. præbend. in fin. à vers. si verò moneta in litteris expressa Brun. de monet. augum. par.* 7. *to.* 7. *vers. & ad commensurandũ* valorem non dissentiente Plebano, vt inquit. *Che si dia il valore intrinseco &c.* etiam per articulos, ac testes proinde pertinentes, maximè. *Che le pensioni Ecclesiastiche nella Città, e Diocesi di Sassari à ragione di ducati d' oro di Camera si pagano così si riscuotono alla ragione di* 4. *lire Sarde che sono reali* 16. *per ducato alla quale ragione communemente si compra comunle il ducato d' oro di camera in Sassari &c.*

Præterim quia, vt Domini dixerunt datur fumus, & forte proluce veritatis ex pluribus attestationibus pro Capitulo. *Come nella Città di Sassari e Regno di Sardegna si pagano, e riscuotono communemente le pensioni Ecclesiastiche hodiernamente alla ragione di* 16. *reali che sono* 4. *lire di moneta Sarda per ciascun ducato d' oro &c.* & adhuc Romæ in Cancellaria Apostolica *cento lire di moneta di Sardegna si riducono a* 132 ⅔ *ducati d' oro di Camera.*

4 Nec obstitit nihil innouari à me appellatione pendente coram R. Decano ad regulam notam, & rubricam huiusmodi expressam.

Quia fuit commissa cum clausula sine præiudicio legitimæ executionis, & nunc agitur
5 de ipsa executione, & modo executionis per meum mandatum, & hæc clausula in commissione appellationis posita præseruat iurisdictionem Iudicis à quo *Mart. clauf.* 159. *num.* 9. *part.* 1. *Barbos. clauf.* 57. *num.* 16. *Rot. coram Ludouis. dec.* 132. *nu.* 1. *cum annot. nu.* 4. & mihi quidem conditio, & clausula ipsa demonstrat, & in

pun-

puncto executionis huius iudicij executiui, & articulorum ac remissione post *Gallesi. Rot. coram Burat. dec. 502. num. 3.*

Ex quibus ad alterum dubium in qua specie materiæ sit facienda solutio, dependens,
6 suspensumque & generalia sunt huiusmodi interdicta vti possidetis &c. & specialiter apud *Rebuff. de sent. præiudic. seu provisional. in præfatione à num. 21.* & in pensionibus *nu. 125.* & obseruantia multum operatur, & plusquam necesse nunc sit *ex d. dec. 366. num. 2. a vers.* non obstat, cum pluribus apud *Menoch. cons. 49. nu. 20. & 21. Budell. d. c. 24. num. 29. Thes. de augm. monet. par. 1. à num. 73.* Ita Domini respondeo-
8 runt † sine præiudicio Iurium Plebani, sicut sine præiudicio Iurium Capituli, ipsa Capituli protestatione, & appellatione cautum esse nemo est qui nesciat *l. 1. ff. de appell.* prouisionaliter, & donec factis probationibus à Capitulo videatur quæ moneta vel quantitas quarum monetarum æqualis sit in Sardinia huiusmodi ducato, vt supra quod ab alio dubio resoluto super remissoria pendet solutionem tẽporalem esse faciendam in ea specie monetæ quam receperunt alij Plebani, & ipse nunc litigans apochis propriis *dichiaro Io. Gio. Antonio che ho riceuto 325. lire per le distributioni dal principio di Nouembre 1604. quali mi deuono come Plebano &c. e per la verità faccio la presente firmata di mia propria mano hoggi in Sassari 24. Nouembre 1645.* cum alijs superuacuis eius dem alienisque contestationibus.

Et placuit Dominis pro quantitate maior oblatio Capituli vsque ad 16. reales, seu quatuor libras pro singulis scutis, cum posset Capitulum Plebano discorde prætendere prosequi soluere solas 325. libras pro centum ducatoris vsque ad probationem augumenti relinquendo ipsam Plebano & magis deponendo quid certum cum cautione pro incerto *ad §. ait Prætor l. 4. ff. de re iudic. cum traditis ibi à Bart. & Angel.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT

Mediolanen. Fideicommissi.

Veneris 2. Aprilis 1665.

ARGVMENTVM.

Testator prohibens suis hæredibus bonorum fideicommissariorum alienationem vsque ad certum tempus, eo elapso censetur libere posse de illis disponere facultatem dedisse, vt in casu decisionis tam per actus inter viuos quã per vltimam voluntatem.

SVMMARIVM.

1 *Facultatem alienandi quis habere potest, & si non alienet, attamen fideicommissum remanet*
2 *Fideicommittens liberam dando facultatem alienandi suis hæredibus limitare posse substitutionem fideicommissariam, vt tantum locum habeat, si alienatio non sequatur.*
3 *Alienandi expressa permissio reddit inefficacem legalem prohibitionem ex fideicommisso resultantem.*
4 *Alienandi expressa prohibitione cessante tacita, si non legalis remanet, quæ oritur ex fideicommisso.*
5 *Facultas alienandi restricta ad dispositionem inter viuos non est trahenda ad dispositionem vltimæ voluntatis*
6 *Medium non datur inter posse, & non posse*
7 *Medium datur inter prohibere alienationem, & illam permittere*
8 *Alienationis expressa permissio vt colligatur sufficit quod testator prohibuerit alienare per viam denegatæ potentiæ.*
9 *Alienatio vsque ad certum tempus interdicta ipso elapso censetur permissa*
10 *Testator in Codicillis bonorum alienationem permittens censetur hæredibus concessisse dispositionẽ tam per actus inter viuos, quam in vltima volun. tate & nu. 11.*
12 *Fideicommissum ex quo remissum censeatur.*

DECISIO CCLXXXVIII.

IO: Petrus de Regibus in testamento sibi scripsit hæredem Petrum Antonium filium, eoque sine vlla progenie decedente, vsufructuarium reliquit P. Iulium alterum filium Monachum, & post illius obitum substituit in proprietate hospitale maius Mediolani, Monasterium S. Mariæ in Valle, & Monasterium S. Petri Inglesiatę vnumquodque pro triente.

Post exaratam hanc dispositionem circa eam ita mentem suam declarauit Testator, *Nolo tamen, nec intendo per hanc substitutionem prohibitam esse facultatem prædicto Petro Antonio filio, & hæredi meo disponendi de ipsis meis bonis dũ vixerit ad eius libitum postquam compleuerit ætatem annorum 25. cum participatione tamen prædicti P. Iulii, si in humanis aderit.*

Cuius declarationis bene memor, in codicillis eam apertius explicauit Testator, ordinando, quod d. Petrus Antonius non posset bona hæreditaria alienare absque consensu d. Patris Iulij, donec compleuisset trigesimum ætatis annum.

Vsus est igitur hac facultate alienandi d. Petrus Antonius, interposito consensu P. Iulij iuxta modum in Codicillis ipsi iniũctum & 30. annis maior, hæredes vniuersales instituit Monachos S. Petri Inglesiatæ, contra quos insurrexere hospitale maius Mediolani, & Monasterium S. Mariæ in Valle vti per fideicõmissum pro duabus tertijs partibus vocata à Testatore, vt supra, & controuersia ad iudicialem disceptationem redacta, disputatoque coram me super ea dubio, An conster de bono Iure dd. hospitalis, & Monasterij, DD. responderunt negatiuè.

Ex eo moti, quod Testator post conditum testamentum, vt supra fecit codicillos, quorum tenor, ac totus contextus præseferunt voluntatem Testatoris fuisse, quod penes Petrum Antonium hæredem remaneret plena, & absoluta facultas alienandi bona hęreditaria, postquam compleuisset 30. annorum ætatem, non obstante substitutione concepta,

& ordinata fauore dd. hospitalis, & Mona-
1 sterij Sanctæ Mariæ, cum nullum † sit inconueniens in iure, quod quis habeat facultatem alienandi, & nihilominus si non alienauerit fideicommissum remaneat, prout tenent *Alciat. cons.66. num.11. lib.9. Surd. cons.96. nu.26. Peregrin. de fideicommissis art.40. nu.43. Rota dec.155. num.20. & dec.186. num.4. part.4. tom.2. rec.*

2 Imo potius in iure non controuertitur fideicommittentem permittendo liberam facultatem alienandi, suis hæredibus alterare, & limitare posse substitutionem fideicõmissariam, itaut illa tantummodo locum habeat quatenus alienatio non sequatur, vt tradunt *Alciat. cons.572. lib.9. tom.3. nu.6. & 29. Gabr. cons. 123. num.41. lib.1. Bellon. Iun. cons.1. nu.19. 41. & seq. Menoch. cons.151. num.27. & cons.602. per totũ Surd. cons.294. num.11. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.3. tit.17. num.10. Fusar. de substit. quæst.720. num.11. vers. Quartus Rota dd. decis.555. nu.20. & 186. num.4. tom.2. part.4. rec. coram Merlin. decis. 459. nu 3.4. & 5. & in Romana locorum montium 16. Iunii 1659. confirmata 5. Martij 1660. coram R.P.D. meo Priolo impressa penes modernum Lucen. immediatè post contro. 48.* vbi hic articulus adhærendo fundamentis prædictarum decisionum eruditè explanatur.

Præfata autem facultas alienandi absolutè, & liberè tributa est post trigesimum ætatis annum Petro Antonio hæredi in Codicillis per hæc verba, *Ordinauit, quod dictus Petrus Antonius non possit, nec valeat aliquomodo bona Testatoris absque consensu Patris Iulii alienare, donec compleuerit etatem annorum 30. summ. Monasterii S. Petri Inglesiatæ num.20.* ex quibus colligitur expressa permissio alienandi, quæ reddit in-
3 efficacem, tacitam, seu legalem prohibitionem resultantem ex fideicommisso, vt optimè ad propositum distinguit, & casum præsenti similem exemplificat *Maresc. lib.1. var resol. cap.4. num.4.* cum multis auctoritatibus ibi cumulatis, sicut, & apud *Mantic. de coniectur vltim. volunt. lib.3. tit.17. nu.71. vers. neque officit*,

Non obstat, quod ex verbis Testamenti duplex eliciatur obiectum proximæ firmatis, omninò contrarium; alterum scilicet, quod prohibitio alienandi sit facta simpliciter vsq; ad vigesimum quintum annum, vndè à contrario sensu inferri non potest, quod post illud tempus elapsum sit permissa alienatio,
4 sed solum non prohibita, quo casu†, cessante expressa prohibitione, remanet tacita, seu legalis, quæ oritur ex fideicommisso iuxta *Theoric. Castren. quam secuti sunt Paris. cons.31. n.1. lib.2. Decius cons.386. Pedemont. dec.85. nu.14. Rot. in Bononien. de Sancto Petro 14. Maii 1586. alleg. apud Seraphin. dec.1244.* vbi plura huic conclusioni suffragantia pereleganter expenduntur.

5 Alterum vero, quod † in testamento dicta facultas alienandi legatur restricta ad dispositionem interuiuos, non autem vltimæ voluntatis iuxta sensum *Bartol. in cons.76. nu.7. vers. nec tamen mouet ratio, Dec. cons.30. num.3. Soccin. sen. cons.126. num.8. lib.3. cum aliis latè congestis in decis.190. num.10. & seq. par.7. recentiorum*

Quia Domini dixerunt testamenti dispositionem in eo articulo non esse attendendam, sed illam Codicillorum, quæ ita est concepta vt neutrum ex obiectis applicetur.

Primum enim euanescit ex eo, quod in declaratione per Codicillos facta super facultate alienandi, non occurrit simplex prohibitio, veluti in testamento, sed ordinat Testator, quod Petrus Antonius non possit alienare, donec compleuerit trigesimum ætatis annum, vndè à contrario sensu congrua, & adæquata desumitur illatio, quod post tale tempus finitum potuit alienare, hæcquè differẽtia inter prohibitionem alienationis simplicem, veluti, prohibeo alienationem vsq; ad vigesimum quintum annum, & inter prohibitionem iniũctam per viam denegatæ potentiæ, vt ordino, quod non possit alienare, donec compleuerit 30. annos super iusta discurrendi ratione inniti visa est DD. cum in primo membro distinctionis à contrario sensu solum argui potest prohibita post 25. annos sed non inde sequitur, quod à Testatore sit permissa in præiudicium tacitæ, seù legalis, at in secũdo membro distinctionis colligitur à contrario sensu, quod prohibitus ad tem-
6 pus possit post illud alienare, quia † inter posse, & non posse non datur medium, sicut da-
7 tur prohibere alienationem, & illam permittere, vt optimè ratiocinatur *Ruin. in cons.76. num.6. cons.112. num.4. & cons.132. lib.2. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.3. cap.17. num.11. vers. neque officit circa finem, & vers. illud etiam per totum cum aliis citatis per Fusar. de substit. quæst.720. num.20. & Mart. med. decis.10. num.17. & 18.*

8 Et ad hoc, vt colligatur permissio expressa alienationis sufficit, quod Testator vetuerit alienare non per viam simplicis prohibitionis alienationis, sed per viam denegatæ potentiæ, prout in præsenti casu, & ita facilè conciliantur opiniones discrepãtes iuxta tradita *à Maresciotto lib.1. var. resol. cap.4. num.4. vbi pro defensione propositi thematis allegantur Ruin. cõs. 132. num.1. lib.2. Alberig. cons.41. num.30. Marian. Iun. cons.63. num.35. lib.1. & Mantica loco proximè citato.*

Nec huic distinctioni aduersatur decisio 1244. coram Seraph. licet illius casus sit conformis præsenti in illa parte expositionis facta ibi; *Prohibuit expressè, ne vsque ad vigesimum quintum ætatis annum completum posset aliquid de bonis alienare,* quia Rota non regulauit resolutionem super hac particulari dispositione, sed super aliis motiuis huic distinctioni præualentibus, nempè, quod non erat simpliciter prohibita alienatio, vsque ad ætatem 25. annorum, sed additum, *neque posteà*, nisi cum consensu &c. adeò quod etiam ex vi verborum fuit existimata prohibitio perpetua cum adiectione causæ perpetuæ, & vltra, quod illa prohibitio nõ erat limitata ratione temporis, sed ratione consensus aliquorum, & quod ibi erat expressum, quod bona remaneant, & conseruentur in familia, vt sub *num.* 6. 7. & finali, quæ paritatem facti in manifesta dissonantia constituunt, aliæ vero auctoritates in

con-

contrarium adductæ optimè accomodantur temperamento præfatæ distinctionis.

Eoque magis prædicta procedunt, quo in proposito casu præceptum, quod hæres non possit alienare est expressum sub his verbis, donec compleuerit ætatem 30. annorum, quo casu, post trigesimum annum censetur
9 permissa alienatio *Dec. cons. 584. num. 21. Pariſ. cons. 25. num. 13. & cons. 90. num. 30. lib. 2. Dec. cons. 9. num. 19. lib. 2. & cons. 10. num. 14. lib. 4. Menoch. cons. 151. num. 1. & præsumpt. 165. num. 27. lib. 5. Fusar. de substit. q. quæst. 720. num. 28.*

Ex quibus habetur, etiam solutio alterius obiecti; nam firmata in Codicillis permissa alienatione post trigesimum annum liberè,
10 & absolutè, vt supra †, non dubitandum est, quin comprehendatur quilibet actus tam inter viuos, quam in vltima voluntate, *l. si quis prioribus §. cæsum, & §. illud ff. de lec. nupt. Surd. cons. 10. nu. 11. Natta cons. 505. num. 38. lib. 3. Menoch. cons. 323. num. 9. Fusar. de substit. quæst. 549. num. 2. Peregrin. de fideicom. art. 40. num. 57. Rot. dec. 186. num. 2. tom. 2. part. 4. rec.*

Auctores verò contrarium tenentes loquũtur de facultate alienandi limitata; & conse-
11 † quenter non applicantur, & cum illi præsenti casu comprobetur libera facultas alienandi post trigesimum annum, dispositio fideicommissaria resoluitur sub conditione, si non sequatur alienatio, tàm inter viuos, quam in vltima voluntate *per allegat. apud Surd. cons. 96. num. 26. & in præcedenti §. imò potius* & sequuta
12 alienatione bonorum vsque ab initio † remissum censetur fideicommissum, & bona alienata remanent libera, itaut qui illa possidet sit tutus à quauis instantia, quam facere possent vocati ad fideicommissum sub illâ conditione *Bart. in l. qui Romæ §. duo Fratres num. 21. ff. de verb. oblig. Pariſ. cons. 46. num. 26. lib. 2. Soccin. Sen. cons. 43. num. 18. lib. 4. Menoch. cons. 356. num. 12. Rot. d. decis. 459. coram Merlin.*

Sublata igitur basi fideicommissi quæcũq; prætensiones dictorum Hospitalis maioris, & Monasterij sanctæ Mariæ in valle tàm respectu bonorum alienatorum à P. Antonio de Donnonna d. Patris labij inter viuos ante trigesimum annum, quam aliorum siue inter viuos, siue in vltima voluntate post illum cõpletum fuore necesse est.

Ita vtraque parte informante, resolutum est non constare de bono iure hospitalis, & Monasterij &c.

VR. P. D. EMERIX.

Romana, seu Ferrarien. præteritæ Donationis.

Veneris 2. Aprilis 1685.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à Minore sine Statutarijs solemnitatibus, & AEgidianæ requisitis non tenet; voluntas in futurum collata præparationem, non perfectionem actus importat. Donatio causa mortis, quæ non sit quinque Testibus munita, non attenditur.

SVMMARIVM.

1 *Validitas Sententiæ ex processus reuolutione iustificatur.*
2 *Instituta Sententia ex decisione in causa emanata resultat.*
3 *Donatio facta à Minore, quæ sit solemnitatibus destituta subsistere nequit.*
4 *Voluntas in futurum collata nõ importat perfectionem actus, sed tantum præparationem.*
5 *Actus præparatio non habetur in consideratione.*
6 *Donatio facta à Minore sine solemnitatibus à Statuto requisitis, non attenditur.*
7 *Obligatio Minoris sine AEgidianæ Constitutionis solemnitate in Statu Ecclesiastico requisita, non tenet, & num. 8.*
9 *Donatio causa mortis, quinque Testibus destituta non tenet.*

DECISIO CCLXXXIX.

COMMISSA mihi Causa à Sententia R. P. D. mei Albergati, qua pronunciatum fuit, non constare de aliquo bono iure Colinelli Tofani, etiam ad effectum Manutentionis, & molestationes, & vexationes, per eundẽ occasione præfatæ Donationis hæredibus Comitis Vidman, illatas esse nullas, & iniustas, quæsiui; An Sententia Rotalis esset confirman. vel infirman. & Dõmini confirmandam
1 esse censuerunt, quia † validitas apparet ex actis, iuxta vulgatam decisionẽ Caputaquen.
2 Instantia vero † ex decisione in præcedenti Instantia, edita coram R. P. D. Albergato, ex quâ liquet non doceri de aliqua Donatione, quæ efficiat, & præbeat titulum boni iuris, sicuti nec etiam docetur de aliqua possessione, ex causa talis Donationis.

Aut enim Tofanus se fundat in epistola, seu schedula, per Comitem Ferrariæ scripta; & quia ex illius lectura apparet, quod ipsa præcesserit Apocam de qua infra, & quod ibidem Comes nihil donauit, sed tantum declarauit in futurum velle donare, ex huiusmodi Epistola nullo modo præsumi potest titulus validus Donationis, cum † defectus solemnitatum, qui obstat Apocæ fortius obstet, & itiretet Epistolam, & † voluntas in futurum collata, non importet perfectionem actus, sed
5 solum præparationẽ, quæ † nihilo pensatur, vt inquit *Textus in §. plane Inſtit. de testamen. milit. & in l. 24. ff. eodem præter adductos, in decisione huius Causæ, coram R. P. D. Albergato, aluerius Menoch. cons. 42. num. 16. & 17. lib. 2. Rota in Romana Hæreditatis 24. Iunarij 1601. coram R. P. D. Verospio, & in Meleuitana Spolij 10. Martij 1664. S. Inſto vtrò, coram me.*

Aut verò se fundat in Apocâ factâ per Comitem sub die 18. Septembris 1643. & nec ista præbet titulum validum Donationis. Tum
6 quia † Comes vti natus 4. Iulij 1619. de illo tempore adhùc erat Minor, & Apoca caret solẽnitatibus à Statuto, & AEgidiana requisitis, & id † circo obligatio non sustineret quatenus Comes non haberet Curatorem, ex particulari dispositione Constitutionis AEgidianæ

8 næ, tantum † quam Minor siue habens Curatorem, siue non, tenetur seruare solemnitates, cum omnes æquiparentur, *Boccacc super Constitut. A Egydian. gloss. 5. num. 105. & seq. Pic. ad Statut. Verb gloss. 7. num. 121. & gloss. 3. num. 4.*

Tum etiam, quia continèt solum Donationem causa mortis, ex quo tam executio, quam substantia Donationis post mortem
9 collatæ fuerunt, & † propterea non fuit nulla vti destituta quinque Testibus, *l. fin. 6. de Donat. caus. mort. & l. fin. C. de codicill.* sed vlterius, quatenus subsisteret fuisset reuocata per Testamẽtum sub inde ab eodem Comite conditum, iuxtà *text. in l. mortis 18. ff. de donat. caus. mor. & Instit. de donat. in princip. vers. vel si donationis potuisset.*

Possessio autem, quæ desumitur ex solemnitatibus datis in summario *num.* 2. nec minus suffragatur, quia non apparent factæ ex causa prætensæ huius Donationis, sed potius ex liberalitate.

Ex quibus, & aliis ab informan. & in decisione R. P. D. Albergati deductis, pro confirmatione Sententiæ, responsum fuit, Altera tantum, &c.

R. P. D. TAIA.

Veliterna Retractus.

Luna 9. Aprilis 1665.

ARGVMENTVM.

Periti tertij relatio improbè facta ex iudicis officio retractari, & peritorum iudicio corrigi potest, maximè concurrentibus causis in decisionis casu ponderatis.

SVMMARIVM.

1 *Periti tertius ab vna ex partibus, recusari potest.*

2 *Periti Generalis recusatio ex iusta causa solet admitti.*

Amplius si aliena arbitrium petat, quem sua se referre videatur, & ea ignorat qualitatis rei, & reditus dicat, num. 3. & 4.

5 *Appellare licet à relatione tertij periti.*

6 *Appellatio relationem suspendit.*

7 *Relatio tertij periti ad peritiorum iudicium retractari potest.*

8 *Periti æstimatio improba potest corrigi per superiorem.*

9 *Periti relatio, Iudicis officio corrigitur secus si per peritos compromissarios, &c. num. 10.*

11 *Æstimatio compromissaria reducitur ad arbitrium boni viri, si modum excedat.*

DECISIO CCXC.

SENTENTIAM Rotalem confirmandam decisum fuit 20. Nouembris 1664. qua condemnabatur Petrus Paulus, Hæres non dedere suppletis, D. in executionem Bullæ Sanctissimi Domini Nostri, ideoque Emin̄entissimus Dominus elegit æstimatorem, & pro Petro Paulo compromissarium electus fuit Caldarius, qui

2 deò discordarunt, vt ille æstimauerit scu. 900. cum anno Canone scutorum quatuor, hic autem 3300. vnde pro more electus est tertius ex officio, qui etiam æstimauit dd. scut. 900. cum dicto annuo Canone, igitur petente altera parte fieri Instrumentum, & negante altera, dubitatum est, an, & quomodo sit faciẽdum, & DD. non esse faciendum responderunt.

1 Quia tertius fuit recusatus à Petro Paulo, & potuit recusari ad tradita generaliter à *Cald. in. cons. 212. alias de appellat. cons. 6. & specialiter sensit Lup. ad l. 2. C. de pact. inter empt. num. 145. vers. Index ergo. Rota coram Cavalier. dec. 178*
2 *num. 3.* Maximè cum legitima † causa; Solet enim admitti recusatio etiam æstimatoris Cameralis ex iusta Causa, ad *l. sapientissimè 16. C. de Iud. Cyriac. contover. 222. nu. 95. à vers. tum etiam.* Causa vero legitima visa est, quia relatio est intrinsecè defectuosa, cum hic ipse æstimator declaret sè *informato da più persone del luogo del solito frutto computato vn'anno per l'altro, e della*
3 *spesa solita, &c.* vt † magis alieno arbitratui, eoque inserto, quàm suo se referre, videatur
4 *Rota dec. 318. num. 18. & 19. part. 9.* & † specialiter ignarum se dicat qualitatis Rei, & reditus, *Alex. cons. 54. nu. 6. vers. & sic patet, lib. 6.*

5 His accedit, quod Petrus Paulus appellauit à relatione tertij Periti, à qua licet appel-
6 lare, & † appellatio suspendit relationem, inquit argumentum, *l. 9. C. ut sententiæ cogat. Affict. dec. 158. nu. 4. & ibi Vasil. num. 4. vers. & circa aliud. & confirmat Rota coram Seraph. dec. 513. num. 1. & dec. 11. num. 10. par. 10.*

7 Talemque relationem posse retractari ad peritiorum Iudicium, concludit *Ioann. de Amicis cons. 102. à num. 5. respondit Rimin. iun. cons. 21. num. 11. à vers. & in terminis Spada cons. 264. nu. 1. lib. 2. post Pacian.* Cui incumbit onus probandi, *cap. 47. num. 75. lib. 1. Cost. de re integr. distinct. 16. nu. 7. Rota coram Seraph. dicta dec. 513. nu. 2. vers. quia Index quandocumque, & coram Ubaldo apud ipsum Spad. num. 7. vers. quandocumque.*

8 licetei nouam electionem facere. † Immò potest ipse superior adiri, vt corrigat, quod
9 per æstimatores factum est improbè. *Rota ad dict. l. 9. num. 4. Alex. num. 7. vers. non potest.* cum † relatio corrigi Iudicis officio. Hic nã-
10 que † non agitur de tertio Perito cõpromissario, de quo quæstio valdè dubia est, apud *Alicz. & alios ad dict. l. 9. Rotæ de Appellat. quæst. 17. limit. 13. num. 6. Costa dicta distinct. num. 10.*

11 Et denique, quia æstimatio etiam compromissaria reducitur ad arbitrium boni Viri si excedat modum, ad *gloss. vltim. fin. de recept. arbitr. cum alijs apud Marescott. resolut. 70. num. 6. lib. 2. & ad Buratt. decis. 893. num. 12.* & modum quidem fuisse excessum satis dubium visũ est ex supradictis, tantaq; discordia æstimantium, & æstimationum, aliarumq; empti-
12 onum, & venditionum localium, etiam voluntariarum, quæ variissimè vtrinque deducuntur, vt DD. denique respondirent, non esse faciendum sententiam.

Mutinen. &c.

Decisio ista sub die 29. Novembris 1664. coram eodem R.P.D. Taia, in hac eadem Causa emanata, & quæ hic allegatur, erit infra in Miscellan. in sua seriem temporis.

R. P. D. CERRO DECANO

Nunc S. R. E. Cardinali;

Ghnesnen. Iurispatronatus.

Veneris 17. Aprilis 1665.

ARGVMENTVM.

Iurispatronatus probatio ex quibus resultet. Habilis ad beneficia semel reputatus, nisi probetur inhabilitatis superuenientia, talis semper præsumitur. Patronus quando ius præsentandi amittat.

SVMMARIVM.

1 *Institutio illius fieri potest, qui deuocatione, existitia iurispatronatus, & de propria habilitate docuit.*
2 *Beneficij collatio bene resultat, quando collitigantes ex eadem vacatione veniunt.*
3 *Habilis qui semel fuit reputatus semper præsumitur talis, donec inhabilitas probetur.*
4 *Confessio contra confitentem probat.*
5 *Enunciatiuæ ordinarij ad probationem Iurispatronatus, bene deseruiunt.*
6 *Collatio facta irregulari, ipso iure est nulla.*
7 *Dispensatio Pontificis restricta ad vnam rem, non est ad aliam trahenda.*
8 *Patronus amittit ius præsentandi, quando præsentatio scienter de indigno facta fuit.*
Secus quando ignoranter, quo casu potestas ad superiorem non deuoluitur, sed patronus intra legitimum tempus præsentare potest, num. 9.

DECISIO CCXCI.

AD PRAEPOSITVRAM Ecclesiæ Parochialis Sanctissimæ Trinitatis in Konnappie, vacantem per liberam resignationem Ygnatschi D. Koniecpolski, tamquam illius Patroni, præsentauerat Stanislaum Cæsari, sed cum postea idem Patronus habuerit notitiam de Fratricidio per Stanislaum commisso ante præsentationem, ideo ad eandem Ecclesiam præsentauit alium, nempe Vladislaum Silonki. Vnde orta controuersia inter præsentatos, & Causa deuoluta per appellationem ad Rotam, dubitatum. An Vladislaus sit instituendus, & affirmatiue responsum fuit, cum docent de requisitis necessarijs, scilicet de vacatione, existentia Iurispatronatus, præsentatione intra legitima tempora, & de propria
1 habilitate, quibus † concurrentibus est locus institutioni, per *Text. in cap. Pastoralis, de Iurepatron. cum relatis in Gracuien. Præpositura Sancti Elgriani 28. Nouembris 1650. in principio coram Bichio.*

2 Vacatio controuerti non potest, cum Stanislaus collitigans, etiam ipse veniat ex eadem vacatione. *Cavaler. decis. 55. num. 3.* Præsentatio Vladislai intra legitima tempora probatur ex datis in summario *num. 3.* Habilitas verò eiusdem desumitur ex eo, quod ipse possidet Canonicatum in Ecclesia Vilnen. nec non obtinuit aliam Præposituram Curam Animarum habentem, & propterea † cum semel fuerit habilis reputatus, præsumitur talis, donec
3 superuenientia inhabilitatis probetur, vt dictum fuit in *Calaguritana Beneficij Sancti Martini 15. Martij 1652. §. cogne magis, coram R.P.D. Albergato, & in Meleuitana Commenda 16. Ianuarij prateriti, §. antianitas, coram me.*

Existentia Iurispatronatus eiusq; pertinentia ad Koniecpolski in proposito visa fuit sufficienter probari ex confessione dicti Stanislai collitigantis, qui fuit ab eodem Patrono præsentatus, & vti talis petijt, & obtinuit ab Ordinario institui, dicto summario *num. 1.* Cum enim Ordinarius non sit in causa, sed solum agatur de probando Iurepatronatus in præiu-
4 dicium confitentis, sufficit † probatio ex ipsa confessione desumpta, iuxtà *decis. Cassad. 7. de Iurepatron. Mantic. decis. 318. numer. 3. vers. tamen quoad præiudicium, Rota post Vivian de Iurepatron. decis. 102. num. 10. in recens. decis. 697. num. 2. in fin. par. 1. decis. 5. num. 1. & decis. 2. par. 9.*

Præsertim concurrentibus adminiculis, ex quibus huiusmodi confessio redditur verisimilis. Siquidem plures exhibentur præsentationes, quæ fuerunt effectum sortitæ, dicto summario *num. 4.* & insuper adiunt enunciatiuæ Ordinarij emissæ tam in sententia Institutionis Stanislai Cæsari, summario *nu. 1. ibi*, *Generoso D. Stanislao in Koniecpole Koniecpolski dicta Ecclesiæ vestro Patrono*, &c. quam etiam in edicto dato eodem summario *num. 3. ibi*, *Per D. Stanislaum Koniecpolski, tamquam veiusm Patronum, & Collatorem*, &c. quibus †
5 enunciatiuis Ordinarij multum esse deferendum ad præcisum effectum, de quo agitur, dixit *Rota in prælegata decis. 13. num. 5. par. 9. recen.*

Non obstat, quod Stanislao Cæsari fuit a Patrono primo loco præsentatus, & ab eodem Ordinario Institutus. Quia cum de tempore præsentationis esset irregularis ob commissum
6 Fratricidium, collatio † illi facta remanet ipso iure nulla, *Felin. in cap. sicut natus, vers. & aduerte, nu. 2. de rescript. Suarez de Censur. disput. 40. sect. 2. nu. 30. & seqq. Garz. de Benefic. qui alios refert par. 7. cap. 11. num. 6.*

Et quamuis idem Stanislaus Cæsari ab irregularitate fuisset à Sede Apostolica dispensatus, dispensatio tamen eidem non suffragatur, quia † cum fuerit restricta ad suscipiendos ordines, non poterat eius vigore beneficia obtinere, vt docet *Abb. in cap. ut litterarum 14. nu. 6. in fin. vers. dicit enim de filijs. Præsbyt. & hoc idem declarauit Sacra Congregatio Concilij, sub die 27. Ianuarij 1663.* vt patet ex decreto relato in sum-
7 mario *num. 2.*

Neq; prætendi potest, quòd Patronus per præsentationem factam de irregulari, amiserit Ius iterum præsentandi; hoc siquidem procedit quotiescumque prætensio de indigno fuisset facta semiuer. *Cassine. decis. 22. de Iurepatron. Caputad. decis. 90. par. 2. & decis. 16. nu. 6. par. 2. recen. secus secus* quando potest hic
8 9 pra-

præsentatio fuit facta ignoranter, nam hoc casu potestas non devoluitur ad superiorem, sed patronus intra legitimum tempus potest aliũ præsentare, vt distinguendo tradunt *Lambert. de Iurepatron. quæst. 10. art. 4. par. 1. lib. 2. à num. 22. Campanil. in diuer. sur. canon. rubr. 13. cap. 13. n. 458 & aliis Rotæ decisionibus allegat. per Vivian. lib. 6. cap. 7. nn. 1.*

Et ita altera tantum parte informante decisum fuit, &c.

R. P. D. CARPINEO

Nunc S. R. E. Cardinali.

Pampilonen. Beneficiorum.

Veneris 17. Aprilis 1665.

ARGVMENTVM.

Collatio illa dicitur libera, quæ potest à solo Episcopo fieri absque alterius consilio, vel cõsensu, & ad probandam liberam, vel non liberam collationem Beneficij semiplena probatio sufficit. Litteræ Apostolicæ non expediuntur in forma Gratiosa, nisi de qualitatibus expressis constet.

SVMMARIVM.

1 *Nuncius Apostolicus in Regnis Hispaniarum Beneficia 24. ducatorum auri de Camera valorem excedentia, conferre nequit.*

2 *Prouisio Beneficij valoris 24. ducatorum auri excedentis, non prabet titulum, vel colorem.*

3 *Mensis Augusti est ex reseruatis pro Episcopis gaudentibus alternativa.*

4 *Reseruatio non cessat, nisi probetur beneficium esse libera collationis.*

5 *Collatio illa dicitur libera, quæ potest fieri à solo Episcopo absque alterius electione, consilio, vel consensu.*

6 *Beneficij vltimus status, & quasi possessio illud conferendi, quando agitur inter prouisos super validitate prouisionis, est attendendus.*

7 *Probatio semiplena sufficit ad probandam liberam, vel non liberam beneficii collationem.*

8 *Valor beneficii in litteris est exprimendus.*

9 *Facultas Nuncij Apostolici in Regnis Hispaniarum est restricta ad scut. 24. computatis distributionibus quotidianis.*

10 *Litteræ patentes Ordinarij, licèt probant ordinum susceptionem.*

11 *Valor obtentorum licèt probetur, & minori quam simplex iustificatur.*

12 *Prouisi habilitas, & idoneitas probatur ab examinatoribus Ordinarij facto.*

13 *Litteræ Apostolicæ in forma Gratiosa non solent expediri, nisi de qualitatibus expressis constet.*

DECISIO CCXCII.

DVO BENEFICIA, quæ per obitum Michaelis Apostus de mense Augusti 1661. vacarunt, collata fuerunt ab Hispaniarum Nuncio, Sebastiano de Exibye, & ab Ordinario loci Ioanni Iosepho de Tazada, inter quos lite introducta, dum alter prouisionem alterius excludere satagebat superuenit prouisio Apostolica ad fauorem Martini de Bẽtrin, cui solum informanti per Contradictas, hodie Domini responderunt esse adiudicanda.

Omissa enim prouisione Nuntij facta in personam Sebastiani iam defuncti, quæ inefficax etiam in continenti detegebatur ex eo, quod controuersa Beneficia valorem ducatorum 24. de Camera, pro quolibet longè excedebant, vt probant Testes à Taxata inducti, referentes optimam causam scientiæ omnesq; fructuum species distinctè, vnà cum illorum valore describentes, cum quibus con-
1 cordant alij inducti à Martino, & † proinde ad horum collationem, non se extendebant facultates Nuntij restrictæ, & limitatæ ad Beneficia dictum valorem ducatorum 24. non excedentes, vt registrando eatdem facultates testatur *Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 34 & ante eum Gonzal. ad regul. 8. §. 2. probemij, nu. 57. & seq. & fuit pluries in Rota animadversum, vt in dec. 512 num. 2. par. 4. & decis. 44. num. 22. part. 8. & coram Otthobon. decis. 172. num. 7. & seq. & in Palentina Beneficii 11. Decembris 1662. §. in actis autem, coram*
2 *R. P. D. Emerix, vbi in § fin.* quod † similis prouisio quando valor excedit duca. 24. non prebet titulum, vel colorem.

Vita fuit etiã Dominis altera prouisio Ordinarij, nullã penitus, & insubsistens. Quia,
3 licet mensis † Augusti, in quo vacatio secuta fuit ex reseruati fiat Ordinarius pro Episcopis gaudentibus alternativa, *Buratt. decis. 287.*
4 *numer. 2. vers. non obstat tamen*, cum non † præcesserit probatio, quod Beneficia prædicta essẽt libera collationis Ordinarij non cessat ex hoc reseruatio, neque excluditur prouisus Apostolicus, vt apertè declarãt verba, *regul. 9.* ibi, *Ad liberam ipsorum dumtaxat, vbi autem aliorum, cum eis dispositionem, seu præsentationem, & electionem, necessum cum consilio, &c.* & latissimè explicat *Gonzal. ad regul. de mensibus, glos. 45. à princ.*
5 *num. 10.* infert, quod non valet cõsequentia, Episcopus acceptauit alternatiuam, ergò in quolibet Beneficio illa gaudet, & pluribus sequentibus prosequitur, firmando, quod illa dicitur † collatio, ad effectum huius regulæ, quæ potest fieri à solo Episcopo, absque alterius electione præsentationis consilio, vel consensu, & probat *Garz. in tract. de benef. par. 5. cap. 1. num. 175. & seq. & fuit dictum in Corduben. Diuidin Pastrana 20. Iunij 1651. §. de iustificatione autem, coram Reuerendissimo Bapiza. & in Pampilonen. Beneficii 1. Iulii 1661. §. fetus, & §. seq. coram Reuerendo P. D. Priolo*, vbi referuntur concordantes.

In proposito autem casu, non solum pro- 1
batum, non fuit hęc beneficia esse liberæ collationis Episcopi, sed plene constat eam in quatuor mensibus non reiterari ad inferiores collatores pertinere, nempè ad Priorem Cathedralis Pampilonensis, ut Abbatem Parochialis Ecclesiæ Sanctæ Catharinæ, ex Tellibus formiter examinatis inferentibus prouisiones ab illis factas, fuisse semper executioni domã-

datas exclusis tàm prouisis à Nunciis, quàm ab Ordinarijs, si isti aliquando conferre prætendissent, & ita à memoria Testium in retroactis vacationibus obseruatum.

Quorum dicta concordant cum aliis prius examinatis ad instantiam Sebastiani prouisi à Nuntio, & plurimum confirmantur, ex sententia lata per Vicarium Generalem Pampilonen. super validitate alterius similis Apostolicæ prouisionis in concursu aliarum Nũtij, & Ordinarij, cumque † modò generaliter
6 non agatur super iure conferendi, sed inter prouisos super validitate prouisionum, attẽdẽdum tamen est vltimus status, & quasi possessio conferendi, licet forsan super proprietate possessor bonum ius non foueret, iuxtà communiter notata in *cap. querelam de elect. & in cap. consultationibus de Iurep. & facit conf. Calderin. 23. de præben.. Lap.alleg. 130.nn.1. post med. vers. sed ad hoc respondetur, & his præcisè terminis Gonzal.ad reg.8.§.2.gloss.24.num.1. & seqq. & signanter num.* 49. ob quod † ad hunc effectum
7 liberæ, vel non liberæ collationis, sufficit semiplena probatio, & illum sequitur plures resolutiones referendo *Garz. dicta par.5. cap.1. num.*478.

Exclusa igitur ex his vtraque prouisione tàm Nuntij, quàm Ordinarij, consurgit prouisio Apostolica, quam Domini non dubitarunt fuisse in omnibus iustificatam. Vacatio siquidem per obitum Michaelis extra Curiã de mente Augusti, & valor Beneficiorum in duca.30. pro quolibet probantur ex Testibus tàm à Martino in hoc Iudicio, quàm à Ioãne Iosepho collitigante, in alio pro excludẽda prouisione Nuntij examinatis, qui Testes licet deponant de maiori summa comprehẽdunt tamen fructus incertos, & distributiones quotidianas, quæ non computantur in valore,
8 ad effectum † expressionis in litteris faciendæ, ad tradita in *decis.*255.*Buratt. num.*12. sicut cõputarentur ad effectum excludendi prouisionem Nuntij, quia † illius facultates restrictæ
9 sunt ad fcut.24. insertis etiam, & distributionibus quotidianis computatis, iuxtà distinctè tradita in *Abulen. Beneficii 27. Iunii* 1657. *coram Reuerendissimo Zarate.*

10 Præsbyteratus vero Martini trahentis originem à Diœcesi Pampilonen. iustificatus remanet, ex litteris patentibus Eminentissimi Vrbis Vicarii, *cap. post cessionem de probat. Rota in Corduben. Dimidia Portionis 20. Iunii* 1653. §. *reliqua, coram Reuerendissimo Papien.* iuncta Curialium attestatione iurata tàm super eodem Præsbyteratu, quàm super obtentorum valore scutorum auri 30. non excedente, ex qua communis relultat reputatio, ad hoc probandum sufficiens, iuxtà *decis. Buratt.*31.*num.*2. & *Otthobon.*58.*num.*1.

11 Ad effectum enim probandi valorem obtentorum, & idoneitatem leuis, & talis qualis probatio sufficit, & minor etiam quam semiplena, vt firmatur pluribus relatis decisionibus, in *decis.*121.*Buratt.num.*5.

12 Eiusdem denique habilitatem, & idoneitatem probant, ne dum examen coram Vrbis Examinatoribus peractum, *Otthobon. decis.*187 *num.*2. sed etiam ipsæ litteræ Apostolicæ, quæ non solent in forma prætensa expediri, nisi de de qualitatibus expressis, constet *Rota in Melenitana Beneficii* 13. *Februarii* 1653. §. *Clericatus coram R. P. D. Albergato.*

Quare Martino solum per Contradictas informante, ita resolutum, &c.

R. P. D. OTALORA.

Pampilonen. Vicariæ.

Veneris 20. Aprilis 1665.

ARGVMENTVM.

Remissoria, si materia articulata sit irreleuans, non conceditur, & frustra quæritur id probare per testes, quod per scripturas euidenter patet.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur deficiente articulorum relenantia.*

2 *Vnio Parochialis pleno Iure apud Monasterium, & Iurisdictio Episcopi simul stare possunt.*

3 *Remissoria non est danda, quando probatio fieri potest per scripturas.*

4 *Testium examen non attenditur, quando omnino contrarium ex scripturis deprehenditur.*

5 *Remissoria non datur super materijs, quibus aly testes fuerunt examinati.*

6 *Testes in primo examine inducti præsumuntur meliores, & magis instructi.*

7 *Remissoria non est concedenda ad probandum id quod patet euidenter.*

8 *Articuli frustratorij, nec facientes ad causam non admittuntur pro concessione remissoriæ.*

DECISIO CCXCIII.

SENTENTIA lata coram R.P.D. Verospio pronũciatum fuit spectare ad D. Abbatem, & Monasterium Sancti Saluatoris de Vrdoræ Ius præsentandi ac nominandi in Vicarium Ecclesiæ Parochialis loci de Elizondo Sacerdotem sæcularem, vel regularẽ arbitrio ipsius Abbatis & Monasterij ab Ordinario approbandum, nunc ex parte Incolarum dicti loci varij producuntur articuli, ad quorum probationem petitur remissoria,
1 quam Domini denegandã esse censuerunt. † Deficit enim releuãtia materiæ articulorum sine qua non conceditur, *Cassad.dec.*3. *de dilat. Rota dec.*315.*num.*2.*par.*6.*rec. cum adductis in Romana seu Ianuen.* 5. *Martij* 1663. §. *nam cum coram me.*

In primo tertio quarto & quinto articulatur quod Ecclesia Parochialis oppidi de Elizondo est sæcularis, & communiter reputatur pleno Iure subiecta Ordinario Pampilonen., & illam visitet Iurisdictione non delegata, concedatque sepulturam, quod nihil habet commune cum ista causa, in qua tamen agitur de Vicaria, & cura animarum, quas Abbas, & Monachi eorum Monasterijs

anne-

annexas esse prætendunt, & quarum vniones in nihilo præiudicant Ordinarijs in suis Iuri-
2 bus, cum † sint insimul vnio Parochialis pleno Iure apud Monasterium, & Iurisdictio Episcopi, vt in terminis notarunt *Imol. in cap. de Monach. num. 6. de prabend. Rebuff. in praxi benef. part. 1. tit. de vnion. benef. gloss. 11. num. 13. & rectè explicat Flores. de Men var. qq. lib. 1. qu. 10. nu. 1. Ricc. in prax var. resol. tom. 1. resol. 293. nu. 4. vers. 4. conclus. Petr. de Murg. quæst. Pastoral. part. 1. q. 2. diuis. 1. n. 47.*

Nec releuat, quod in primo articulo continetur scilicet ad d. Vicariam fuisse nominatos Præsbyteros sæculares, qui habuerunt ab Ordinarijs titulum & Institutionem, vel quia institutiones non fiunt in voce, sed in scriptis, & ideo deberent probari per scriptu-
3 ras, quando † autem probatio fieri potest per scripturas, non est danda remissoria ad probandum per testes, *Seneral. in tract. de remissoria cap. 9. num. 4. & cap. 10. num. 1. Rota coram Caual. dec. 87. num. 1. in recent. decis. 142. num. 7. part. 6. & decis. 243. num. 2. & 252. num. 5. & seqq. part. 7.* Vel quia cum ex parte Monasterij contrariũ fuerit probatũ ex scripturis extractis ab Ar-
4 chiuio Ordinarij non est † concedenda remissoria ad probandum per testes id, cuius oppositum constat ex scripturis *Burat. decis. 351. n. 1. Merlin. dec. 369. n. 2. & 282. n. 10.*

Super secundi verò articuli materia testes fuerunt examinati, vt constat summ. Incolarum *num. 4.* & Abbatis *numer. 2. litt. B.* Re-
5 missoria † autem non conceditur super materiis, quibus alij testes fuerunt examinati,
6 quia † præsumuntur meliores, & magis instructi testes in primo examine inducti, *Rot. coram Merlin decis. 369. nu. 1. & in recent. dec. 406. num. 2. part. 2.*

In eodem etiam secundo articulo ponitur quod volentibus Abbate, & Monachis amouere Vicarios hi resistentiam fecerint, & cõtinuarunt in exercitio, & etiam irreleuans est cum nõ exprimatur tempus neque persona, & talis resistentia potuit fieri attenta constitutione Synodali, qua prohibitum erat Regularibus amouere Vicarios ad eorum libitum, at verò cum decis. in hac causa emanata sub die 23. Nouembris 1664. coram R. P. D. Verospio §. hinc non obstat, tenuere hanc constitutionem non esse attendendam vti contrariam dispositioni Iuris, & Constitutioni Pianæ, huiusmodi actus quatenus
7 probarentur non suffragantur, † nec est danda remissoria ad probandum interpretationẽ contrariam illi, quam Illustrissimi Patres dictæ constitutioni præstiterunt, *Rota in recent. dec. 219. nu. 8. part. 6. decis. 31. num. 4. & 5. decis. 217. num. 7. part. 7.*

Sextus denique & vltimus articulus continent, quod Monasterium de Vrdax habet aliam Ecclesiã Parochialem vnitam quę nuncupetur de Zugaramundi, cuius cura administratur per Religiosos, in qua Episcopus non exercet Iurisdictionem. Et hoc nihil refert, quia in dicta Ecclesia Abbas habet Iurisdictionem Episcopalem priuatiuè quoad Episcopos, quam habere non intendit in
8 Ecclesia de Elizondo, & ideo † dicti articuli vt non conducentes ad causam, & frustratorii non sunt admittendi pro concessione remissoriæ *Rot. in recens. dec. 211. num. 23. in princ. part. 8. cum vulg.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO.

Nunc. S. R. E. Cardinali.

Perusina Erectionis Canonicatus.

Lunæ 4. Maij 1665.

ARGVMENTVM.

Testator mentem suam hæredi oretenus committente debet hic iuramento deponere talem illius fuisse voluntatem, & dispositio hæredis non attenditur, si consona non sit voluntati eiusdem testatoris, cuius mens pet contrariam dispositionem hæredis alteran nequit & alia, de quibus plenissimè in sum-
mario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ob non prosecutam appellationem transit facit in iudicatum.*

2 *Sententia ne dicatur deserta appellans debet citare infra annum.*

3 *Sententia validitas lesionem excludit, sine qua non competit in integrum restitutio.*

4 *Possessorium non impedit quin possit procedi in petitorio.*

5 *Testatoris mens talis esse præsumitur, qualis expressa legitur in testamento.*

6 *Hæres præsumitur conscius voluntatis Testatoris.*

Maximè quando testator asserit voluntatem suam hæredi propalasse, & oretenus commisisse & numer. 7.

8 *Præsumptio mendacij non oritur in constituto in articulo mortis.*

9 *Testatoris voluntas etiam ex testibus comprobari potest.*

10 *Hæres voluntatem defuncti alterare non potest immo illius voluntatem sequi tenetur & nu. 11.*

12 *Dispositio testatoris est seruanda in casu testati, etiamsi hæredi oretenus aliquid exequendum commiserit.*

13 *Testator mandans quod hæres disponeret modo & forma, vt illi oretenus commiserat, videtur noluisse quod hoc faceret per modum donationis, & inter viuos.*

14 *Actus ab hærede gestus contra verisimilem testatoris mentem non substinetur.*

15 *Testator dans hæredi facultatem disponendi ante suam mortem non videtur dedisse facultatem disponendi inter viuos, sed stante mentione mortis videatur voluisse dispositionem fieri pro viuis ultima voluntatis.*

16 *Hæreditas non nisi post mortem illius, in quem collata fuit est restituenda pro effectu declarationis collato ad tempus mortis.*

17 *Hæres,*

17 *Hæres vel defectus aliquid oretenus propalauerit, si non iurauerit, talem fuisse mentem testatoris, declaratio illius sine iuramento non attenditur & num. 18. & 21.*

19 *Iuramentum non expressum est de futuro assertorij de præterito.*

20 *Iuramentum implicitum est tantum verbale, non corporale tactis scripturis.*

22 *Donatio facta ad suggestionem alterius non attenditur.*

23 *Voluntas testatoris inclinata potius præsumitur ad proximiores, quam ad extraneos.*

24 *Testator duobus suæ voluntatis declarationem committens, si illi ipsam discorditer declauerint, illius declarationi standum est, qui magis voluntati testatoris accedit.*

25 *Declarationem non facere, vel eam inepte & viliter facere est idem.*

26 *Hæres debet id facere, quod ipse testator. si viuere, facturus fuisset, vel in defectum hæredum fieri expressis & num 27.*

DECISIO CCXCIV.

GVIDVS IORDANVS de Perusia in recognitionem laborum, & longi seruitij annorum 50. à Virginia Rondanina sibi præstiti illam instituit hæredem vniuersalem, ea tamen sub conditione quod de sua hæreditate teneretur disponere in quantitate modo, & forma illi oretenus commissa, & casu, quo ab intestato moreretur substituit Cappellam Sanctissimi Anuli in Cathedrali Perusiæ pro erectione Canonicatus de iure Patronatus duorum in gradu eius proximiorũ, diuersis onetibus per Canonicum explendis onerans vlterius conscientiam eiusdem Virginæ exequendi suam voluntatem, illamque ante illius obitum declarandi.

Sequuta morte Testatoris, volens Virginia voluntatem sibi oretenus expressam exequi & in exonerationem conscientię declarare, donauit Cappellæ Sanctissimi Anuli omnia, & singula d. hæreditatis bona, & Cappellanium pro prima vice elegit Ludouicum Bennium ius electionis in futuris vacationibus reseruando fauore eiusdem societatis.

Sed obtenta postmodum à Iuramento absolutione adiuit Iudicem Perusiæ, & asserens cum Iuramento, se fuisse suasionibus, & falsis suggestionibus dicti Bẽnij seductam ad faciendam præfatam donationem tempore, quo mẽmor non erat contentorum in Testato Guidi, cuius tenore perspecto postea, & melius considerato, immo illi per Notarium lecto, & per Iudicem declarato ad exonerationem propriæ conscientiæ, & pro exequutione voluntatis d. Guidi simili Iuramento dixit, & declarauit mentem eiusdem circa erectionẽ Iurispatronatus, & deputationẽ Canonici fuisse in eius Testamento præcisè expressam, cui nihil addere, vel diminuere intendebat, quodque omne, & totum id, quod in præfata donatione contra, vel præter Testamentum, & disposita in eo continebatur, erat id contra voluntatem, & mentem d. Guidi, & propterea talẽ donationem, tanquam nullam, & inualidã, & per tales suggestiones extortam reuocauit addendo pro maiori interpretatione d. voluntatis, quod proximiores Guidi sunt DD. Io: Baptista, & Iulius Cæsar de Columbis, D. Ludouicus Ferretus, & D. Elisabeth de Alexiis.

In hac autem secunda declaratione perseuerãs vsque ad extremum vitæ, illam in Codicillis post nouem annos exaratis, pariter pro exoneratione conscientiæ reseruauit, testificans denuo talem esse voluntatem Guidi sibi commissam, & enixe exorans quoscunque Iudices ad illam exequutioni demandãdam post ipsius mortem.

Verum super hac diuersitate declarationũ introducta lite coram Vicario Ciuitatis Perusiæ emanauit sententia ad fauorem Societatis Santissimi Anuli, & d. Bennij in prima donatione nominati, qua postmodũ in gradu appellationis à R.P.D. Ghino Iudice ab A.C. deputato reuocata, cum hæc vltima sententia ob non prosequutam appellationem transitum fecerit in iudicatum, fuit in hoc S. Auditorio coram Eminentissimo Celso per binas vices propositum dubium, an constaret de re iudicata, seu potius de causis restitutionis in integrum, quo adhuc non resoluto, hodie coram me tandem in illius locum sufecto DD. quoad primam illius partẽ affirmatiuè, negatiuè verò quoad secundam.

Ratio primæ resolutionis fuit, quia sentẽtia lata sub die 9. Octobris 1660., licet interposita fuerit appellatio sub die 16. eiusdem, cui appellationi dederit Iudex terminũ iuris adhuc appellantes, non redeũdo infrà 30. dies pro Apostolis, neque causam committendo
1 censẽtur appellationi renunciasse, † itaut sententia trãsiuerit in iudicatum iuxta claram dispositionem *textus in cap. ab eo de appell. in 6. & in Clem. quamuis eodem tit. Stracc. de appell. lib. 2. quæst. 13. num. 24. & fuit sapissimè dictum in decisionibus cumulatis per Add. ad decis. Greg. 533. & Burat. 556. verobique nu. 1.*

2 Ineuitabilis quoque † ex alio capite visa fuit desertio d. sententiæ ob lapsum primi & secundi fatalis, dum appellantes nec citarunt infra annum, vt opus erat, sed triduo tantum ante lapsum Biennij; intra quem, nec acta transportarunt ad tradita *in dec. 156. n. 1. par. 2. recens. & in Romana restitutionis concordia 26. February 1654. §. 1. coram bo. me. Bichio, & in Toletana decimarum de Cappella 24. Maij 1660. §. quintimo coram R.P.D. meo Beuilaqua.*

Alterius verò partis dubij resolutio nitebatur validitati non minus, quam iustitiæ d.
3 sententiæ, ex quibus † visa fuit excludi quælibet læsio omninò ad restitutionem obtinendam requisita *Rot. coram bon. mem. Merlin. decis. 1. num. 1. & 2. & dec. 601. num. 1. par. 6. rec.*

Non potuit enim validitas aliunde impugnari, quam ex quo lata fuerit sententia in petitorio non obstante illius suspẽsione pluries ex parte Societatis repetita, seu responsum fuit oppositionem possessori † non impedire, quin posuerit procedi in petitorio in-
4 tentato

tentato ab illis, qui non contendunt se possidere iuxtà doctrinam *Bart. in l. naturaliter, §. nihil commune nu. 26. ff. de acquir. possess.*, quem omnes ferè sequuntur, vt testatur *Menoch. de retinend. possess. rem. 3. nu. 534. & fuit dictum in dec. 97. numer. 3. par. 2. diu. & in Syponti na pensionis 8. Iunij* 1648. *§. penultimo, vers. suspensio verò Petitorij coram bon. mem. Pentingerio.*

Iustitia verò eiusdem sententiæ mandantis erectionem Canonicatus cum reseruatione Iurispatronatus fauore proximiorum exindè resultat, quod hoc idem voluit ad vnguem ipse Testator, quando post obitum Virginiæ d. Cappellam Sãctissimi Anuli cum hoc præciso ordine substituit; † talis enim sẽper præsumitur mens Testatoris, qualis in Testamento, legitur expressa *ad text. in l. ex facto ff. de hæred. instit., & l. cum quæstio, C. de legatis Rip. in l hæredes mei, §. cum ita num. 31. ff. ad Trebell. Rot. decis. 324. num. 8. par. 4. tom. 2. recent.*

6 Cuius † voluntatis validum etiam præbet argumentum iurata declaratio magis notam habere defuncti voluntatem, quam ipsius hæres *l. si quis à filio §. 1., ff. de leg. 1. Bart. in l. gerit num. 18., ff. de acquir. hæred. cum alijs adductis per Mant. de Coniect. lib. 3. tit. 1. num. 26.* Tum maximè, quia in proposito casu, vt ipsemet Testator asseruit, voluntas illius fuit hæredi propalata, & oretenus commissa.

Quæ declaratio, eo magis debet attendi, quia pro exoneratione suę conscientiæ fuit in
8 articulo mortis ab eadẽ Virginia cõfirmata † nõ enim præsumi potest, quod illa tẽpore, quo vertebatur irreparabile dispẽdiũ æternæ salutis voluerit mentiri, vt aduertit *Paris. cons. 15. num. 61. lib. 1. Surd. cons. 10. n. 56. Gionagn. cons. 54. num. 32. & Rot. decis. 314. num. 4. par. 6. & decis. 9. numer. 6. part. 8. recent.*

De hac denique Testatoris volũtate, tanquam illi ab eodem viuente communicata, deponunt tres Testes formiter examinati, quibus accedunt alij, hoc idẽ affirmantes audiuisse, ab eadem Virginia, † ex quibus intentio
9 Testatoris optimè comprobatur ad tradita *per Fulgos. cons. 4. in fin. vers. nouissimè verò, & per Rot. in decis. Caual. 381. nu. 4.*

Hinc patet ex pluribus sustineri non posse primum donationis Instrumentum factum à Virginia ad fauorem Societatis Sanctissimi Anuli, in quo post erectionem Cappellaniæ nominauit Ludouicum in Cappellanum cũ reseruatione nominationis pro successiuis vacationibus fauore societatis.

Primo quia ex combinatione illius cũ Testamẽto conuincitur in multis alienum esse, & prorsus discrepans ab intẽtione Testatoris, qui voluit quidem Cappellam Sanctissimi Anuli substituere, sed pro Canonicatu erigẽdo, non autem, vt in ea erigeretur Cappellania, idque non semel, sed pluries apertissimè ibi: *Con peso all'infrascritto Canonico pro tempore, & paulo post, hà cura di tutto ciò sarà d'vn Canonico da nominarsi, è presentarsi da due delli più prossimi in grado, e à tale effetto lascia, che s'erega, e faccia vn Canonicato, la nominatione, e presentatione del quale spetti, e debba farsi come sopra*, & denique apertius in fine, *& morendo ab intestato succeda la Cappella per il detto Canonico*, ex qua replicata expressione non potest magis enixa
10 desumi voluntas Testatoris, † quam hæres variando, nec euertere, nec valuit in substantia alterare iuxta not. in proximis terminis *in Firmana Primogenitura 15. May 1662. §. nec*
11 *subsistit. coram R.P.D. meo Verospio*, quinimò † hęres tenetur ad vnguem voluntatem defuncti sequi *ad text. litteralem in l. cum seruus ff. de condit. & demonstr.* & licet illi data etiam sit libera, & absoluta facultas faciendi quicquid ei liberè visum, & placitum fuit, prædictaque dispositio ordinata fuerit in casu eius mortis ab intestato adhuc tamen quia exinde apparebat de enixa Testatoris voluntate,
12 & intentione formæ † ab eo tradita seruanda erat etiam in casu testati, vt declarando *Molin. lib. 1. cap. 5. num. 4. pluribus comprobat Castill. contr. iur. lib. 2. cap. 16. num. 56. & fuit tentum in Romana hæreditatis 16. Ian. præteriti §. non obstat coram Reuerendiss. D.mo Decano.*

13 Secundo quia mandando Testator, † quod Virginia hæres disponeret in quantitate, modo, & forma, vt illi oretenus propalauerat, videtur noluisse, quod hoc faceret per modum donationis, & inter viuos §. disponat *Auth. de nupt. §. vltimo instit. quibus ex caus. manum. non licet Iaf. cons. 130. num. 19. lib. 4. Gabr. cons. 25. nu. 17. & 132. nu. 4. lib. 1. Rot. dec. 528. nu. 1. in fin. part. 4. recent.*

14 Ideo † nec donatio, nec Cappellani nominatio irreuocabiliter facta inter viuos sustinetur. *Cald. de Iur. Emphit. lib. 3. cap. 3. numer. 14.* & Virginia potest vsque ad mortem variare *Rot. dec. 163. num. 3. & 323. nu. 2. vers. potuit par. 1. & 326. nu. 21. par. 4. tom. 2. rec.*

15 Nec repugnant † verba in fine apposita *grauandola in conscienza d'eseguire, e far dichiaratione auanti la sua morte*, quia non important facultatem disponendi inter viuos, sed potius ob expressam mentionem mortis, magis ostendunt dispositionem esse faciendam per viam vltimæ voluntatis, vt obseruat idẽ *Caldas. dicto capit. 3. numer. 21. vers. quoniam respond.*

Quæ certiora redduntur tam ex alijs verbis, quæ statim subsequuntur; *& morendo ab in-*
16 *testato*, quam ex eo quod † hæreditas non nisi post mortem Virginiæ erat restituenda, pro effectu declarationis collato ad tempus mortis *Card. Mant. de coniect. vlt. voluntat. lib. 8. tit. 5. sub num. 20. Rot. decision. 323. numer. 2. & 3. part. 1. rec.*

17 Tertio nulla † fuit, & inualida prima declaratio, quia Virginia in eius actu explicitè non iurauit talem fuisse voluntatem Testatoris iuxta *Text. in l. Theopompus ff. de dot. prælegata*
18 quotiescunque † enim Testator dicit standum esse dicto alicuius de eo, quod ipse Testator illi dixerat, tunc quia dictum illius est, quo de modo Testimonium voluntatis defuncti magisque iudicium deponentis debet deponere per Iuramentum vti Testis iuxta his formalibus verbis tradita *à Bart. in dicto l. Theopompus num. 7. quam sequuti fuerunt Iaf. in l.*

admouendi

admonendi num. 8. & 21. verſ. pondera etiam ff. de iur. iur. Caſtr. conſil. 57. numer. 2. verſ. 3. quia poſito vol. 2. Alex. conſ. 54. num. 2. lib. 4. Rota noſtra ita diſtinguens in deciſ. Mart. Andr. 73. numer. 3. & 4. in Romana bonorum 4. Maij 1646. §. illud tamen coram bon. mem. Arguëlles, & in puncto ſimilis declarationis commiſſa haredi in Romana legati 24. Martij 1634. §. in ſecunda verò coram Card. Veroſpio.

Cuius aſſertionis Iuramenti defectus non ſuppletur, vel per aliud expreſſum promiſſorium, vel ex duplici iuramento implicitè contento in obligatione Camerali, quia nullo ex his continet aſſertionem voluntatis defuncti per *d. Text. & anct.* ſuperius adductas
19 requiſitam † Iuramentum non expreſſum eſt de futuro illud verò aſſertorium de præterito, vt benè diſtrinxit *Rota deciſ. 162. num. 20.*
20 *poſt Zacch. de oblig. Cam.* & † implicitum eſt tantum verbale, non autem corporale tactis ſcripturis, *vt dicitur in eadem deciſion. num. 22. & 23.*

21 Idque † etiam procedit licet declaratio fuerit conſcientiæ Virginiæ commiſſa, vt obſeruat *Add. ad Bart. in d. l. Teopompus numer. 7. littera G. Caſtr. in l. de Pupill. §. qui opus numer. 2. ff. de non. oper. nunc. & in d. deciſ. Mart. Andr. 73. numer. 3. & in ad dicta Romana legati coram dicto clar. mem. Veroſpio verſ. etiam quod eiuſdem.*

Quarto demum quia præfata prima donatio ex Teſtibus relatis in ſummario DD. Ferretti, & litis Conſortium *nu. 3.* apparet procreata ex diuerſis ſuaſionibus, & ſuggeſtionibus Bennij extorta, vt ipſa Virginia faſſa eſt non ſolum in ſecunda declaratione & in Codicillis, ſed etiam diuerſis pertonis, quæ de conqueſtionibus eiuſdem deponunt eodem
22 ſummario *num. 5.* & † proinde eo minùs valet, quo magis ex hac redditur in ſubſiſtens ad tradita per *Molin. de Primog. lib. 2. cap. 5. n. 16. & ſeqq.*

Et quatenus ex Teſtibus pro ſocietate inductis aliqui ex DD. potuerint ſuſpicari quod etiam ſecunda Virginiæ declaratio præceſſerit ex importunis reclamationibus Conſanguineorum; tamen illis, vel omnis ſuſpicionis macula ſublata fuit ex veriſimilitudine, & conformi voluntate Teſtatoris elicita ex adminiculis ſuperius recenſitis, & ex quãtitate reddituum magis correſpondente Ca-
23 nonicatui quam Cappellaniæ, nec † non ex ſolita Teſtatoris propenſione fauore Conſanguineorum ſemper magis inclinata, quam extrancorum; vt ipſe Teſtator oſtendit damnando diſpoſitionem à ſuo fratre factam pro erectione Cappellaniæ pro extraneis, itaut inter has duas contrarias, & diſcordes declarationes à Virginia peractas putauerit poſſe explicari per egregiam doctrinam *Bart. in l. quem haredi num. 2. ff. de reb. dub.* firmatis in ca-
24 ſu valde proximo, quod ſi † Teſtator duobus ſuæ voluntatis declarationem cõmiſerit, & ipſi diuerſimodè & diſcorditer declarauerint, illius declaratio præferatur, quæ magis accedit voluntati defuncti, *vt etiam dixit ibi-*

dem Caſtr. numer. 5. & cap. execut. Teſtam. lib. 3. cap. 2. num. 34. Vel ſi vtraque etiam corruere debuiſſet exequenda eſſet voluntas defuncti: in Teſtamẽto eiuſdem ex ſuperius dictis ſatis aperta, ac ſi Virginia ab inteſtato abſque alia
25 declaratione deceſſiſſet, † cum idem ſit declarationem non facere, vel eam ineptè, & nulliter facere, vt firmat in his præciſis terminis *Fontanell. dec. 527. nu. 6. verſ. hæc omnia vſque ad fin.*

Denique tot adminiculis, & euidentibus demonſtrationibus non aduerſatur vnicum obiectũ, quod commiſſio oretenus data Virginiæ fruſtratoria redderetur, niſi diuerſa foret ab erectione Canonicatus in Teſtamento ſã expreſſa, quia remouetur ſuperfluitas cõſiderando, quod talis commiſſio ſaltem operabatur, quod Teſtatoris proximiores ab eius hæreditate excluſi, ſpe vel metu futuræ declarationis erga Virginiam famulam hæredem inſtituram non malè ſe gererent, vt ipſam ſuſpicatam fuiſſe, deponit D. Bernardinus à Pinna formiter examinatus, & med. iuramen. teſtantur alii duo Ciues Perulini, ſed potius illam proſequerentur amore, vt ponderat in his terminis *Fontanell. deciſ. 326. num. 21.*

Inſuper ex eo apparet diuerſitas inter diſpoſitionem expreſſam, & ſecreto oretenus commiſſam, quod in illa pro Canonicatu erigendo iniuncta fuit Virginiæ etiam ſuppoſitio proprij Prædij illi præcedenter ab eodem Guido, & Ruggerio fratre donati quod ipſa cum effectu tam in prima donatione, quam in executionem ſecundæ declarationis pro exequenda Teſtatoris voluntate ſuppoſuit.

Sed ceſſat penitus obiectum ex ipſa Iuris
26 diſpoſitione ſancientis idem † ab hæredibus eſſe faciendum, quod vel ipſe Teſtator viuens eſſet facturus, *iuxta text. ſingul. in l. cum*
27 *ſeruum ff. de condit. & demonſtr.* † vel in defectum hæredum fieri expreſſit, vt in terminis firmat *Caſtill. Contr. Iur. lib. ſecundo capit. 26. numer. 24.*

Ex quibus indubitanter aſſequitur, quod certa, & vniformiter deliberata voluntas Teſtatoris fuit erigendi Canonicatum de Iurepatronatus duorum in gradu proximiorũ non autem ſimplicem Cappellaniam de Iurepatronatus extrancorum.

Et ita partibus per tres vices acerrimè informantibus fuit reſolutum &c.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Liquidationis pretij.

Lunæ 4. Maij 1665.

ARGVMENTVM.

Ad cognoſcendum quid ex voluntate legantis in legato veniat cauſa legati inſpicienda eſt; vnde teſtator, qui duo prædia ſub vno nomine reliquit, videtur ambo in legatarium trãſferre voluiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Prædia duo quamuis separata, sed eodem nomine appellata à Testatore legatario relicta sub vnico nomine, ambo legatario debentur.*
2 *Fundus constituitur ex voluntate, & destinatione patrisfamilias.*
3 *Fructus duorum prædiorum quando confunduntur, videtur effici vnum prædium.*
4 *Testator legans prædia duo sub vnico nomine à se possessa censetur vtrunq. voluisse sub legato comprehendi.*
5 *Voluntas Testatoris semper est exequenda.*
6 *Legati causa est optima interpres ad cognoscendum quid veniat in legato ex voluntate legantis.*
7 *Verbum*, luogo, *comprehendit omnia prædia, quæ in eodem loco legans possidet.*
8 *Verbum*, territorium, *comprehendit prædia habentia diuersum nomen, & distantia inter se spatio trium milliarium.*
9 *Testator relinquendo prædium sub hoc nomine*, loci *videtur voluisse relinquere omnia, quæ in hoc loco continentur.*
10 *Dictio*, tutte, *omnia comprehendit, & nihil excludit.*
11 *Expressio generalis prædiorum non est necessaria, quando constat illa fuisse vnita, & eisdem tempore, pretio, & contractu adepta ita vt vno expresso, aliud etiam venire valeat.*
12 *Mandatum pro credito liquido est executioni demandandum.*
13 *Fructus bona fide consumpti non veniunt restituendi, & sufficit etiam abesse malam fidem, &* num. 14.

DECISIO CCXCV.

EX nouitèr deductis ab Informantibus pro Comitissa Camilla Zambeccaria Domini censuerunt reformandam esse decisionem editam coram me die 4. Iulij * superioris anni; Quia sub legato Comitissæ relicto á Com: Francisco de Pepulis his verbis: *Item per la medesima ragione di legato come sopra esso Testatore lascia alla Signora Contessa Camilla sua Consorte il luogo della Dozza, presso li suoi noti confini, quale al presente esso Sig. Testatore tiene, e possiede in detto Commune con tutte le sue adherenze, soprastanze, e ragioni*: Visum fuit esse comprehensum alterum Prædium nuncupatum, *della Volta*, ea potissimum ratione, quod cessat in facto diuersitas nominis vtriusque Prædij in d. decisione ponderata, & apparet quod nomen, *della Volta*, Prædio controverso attributum non est propriũ nomen ipsius Prædij, sed viæ ibi contiguæ nuncupatæ, *la Volta de Balordi*, à difficili transitu, in quo nisi prudentèr, & accuratè aurigæ se gerant, currus reuoluunt, vt deponunt Testes formitèr examinati, præterito Summ. Comitissæ *n.* 13. & testatur etiam tertius Peritus, qui declarando suam relationẽ subdit, quod verè nomen eiusdem Prædij est *della Dozza*, hodierno Summ. Comitissæ *num.* 1. & comprobatur ex Instrumento emptionis vtriusque Prædij *della Dozza*, & leguntur posita sub eodem communi Sancti Aegidij d. Summ., *num.* 2. Vnde
1 etiam † ambo Prædia quamuis separata, & distincta, quæ Testator appellabat eodem nomine, ex mente eiusdem Testatoris veniunt sub dicto legato *l. Seia* 20. §. *Tyramne, vers. & sub vna fundi appellatione haberentur, & ibi Bart. ff. de fundo instruct. Alex. conf.* 150. *num.* 1. *lib.* 7. *Cephal. conf.* 144. *num.* 17. *Menoch. conf.* 137. *num.* 22. *& seqq. Mantic. de coniect. lib.* 9. *tit.* 2. *num.* 12. *Surd. decis.* 241. *num.* 10. *& ibi Castill. contr. cap.* 62. *lib.* 5. *num.* 4. *& seqq.* Non attenta materiali distinctione Prædiorum, varietate nominum, ac
2 diuersitate acquisitionum, cùm fundus † semper constituatur ex voluntate, & destinatione Patrisfamilias, *l. quod in rerum* 24. §. *quod si quis post ff. de legat.* 1. *l. cum fundus* 100. *de legat.* 2. *Cephal. conf.* 144. *lib.* 16. *Odd. conf.* 21. *num.* 36. *& seqq. vsque ad* 52. *Petr. de fideic. qu.* 3. *num.* 522. *& seqq. Galeat. contr.* 22. *num.* 3. *& seq. lib.* 1.

Quæ in hoc casu ex tribus præcipuè colligitur, & primo ex eo quod ambo prędia semper vnita possedit, & tempore conditi testamenti subcultura vnius Coloni habitantis in domo principali eorundem Prædiorum, vt deponunt ijdem Testes prætento Sum. n. 12. Addentes quod omnes fructus vtriusq; præ-
3 dij confundebantur, † vnde arguitur voluntas comprehendẽdi vtrumq; sub legato, iuxtà *tex. in l. si Patronus* 34. §. *Sempronio*, ibi, *Sub cura tamen eiusdem Villici, & in l. Pradus* 89. §. *Titius, vers. & vtriusque possessionis confusi reddit. ff. de legat.* 3. non obstante responsione data in decisione, quæ reuidetur §. nec ex eo scilicèt, quod cum dicta vnio fieri potuerit gratia commodioris culturæ non probet destinationem perpetuam ex voluntate Testatoris ad hunc effectum necessariam. Quia talis destinatio satis probatur ex depositionibus eorum testium, & quatenùs etiam illa non probaretur, nihilominus cum Testator contentus fuerit præsentanea vnione', vt colligitur ex verbis legati, ibi, *Quale al presente tiene, e possiede*; Et de tempore † testamenti vtrun-
4 que Prædium vnitum possideret, vtique legatum vtrumque comprehendit ex mente,
5 & voluntate legantis, † quæ semper attendi debet ex supra deductis.

Secundò ex causa legati, quæ fuit exoneratio propriæ conscientiæ Testatoris ad compensandum debitum mobilium ad eius manus peruentorum tempore sponsalium, vt etiam patet ex lectura legati præterito Sum. num. 1. quod propterea latius interpretari de-
6 bet, cum † ad cognoscendum quid in legato veniat ex voluntate legantis, optima interpres sit causa legati, *Cephal. d. conf.* 144. *num.* 20. *vers. quod etiam, & Rota in Viterbien. legati* 28. *Martij* 1664. §. *secunda ex ipso, & §. sequenti coram Ren. P. D. Taia.*

Tertiò denique ex verbis generalibus ipsius legati vnitatem denotantis, ibi, *Il luogo della Dozza presso i suoi noti confini del detto Com-*
7 *mune*, hoc namque † verbum, *luogo*, magis latè patet quam fundus, & propterea comprehendit omnia Prædia, quę ipse possidebat in eodem loco, sub eodem Communi, vt de

verbo

verbo minus generali quale eſt Poderium, dicit *Bart. in l. Seia, §. Tyramne in fin. de fund. inſtruct. Natta conſ. 446. num. 5. Cephal. d. conſ. 144. num. 18. Sim. de Prat. de interpret. vlt. volun. lib. 4. interpr. 1. dub. 7. num. 78. Surd. deciſ. 241. numer. 12. verſ. quarto teſtator, & ſeqq.* Et de verbo, † *Territorium*, pro comprehenſione Prædiorum habentium diuerſum nomen, & diſtantiam cõſiderabili ſpatio trium milliarium, reſpondit *Rota in Meleuitana fideicommiſſi 13. Maij 1652. §. nihilominus, verſ. facilius coram Bichio*, accedentibus præſertim in caſu noſtro aliis verbis, ibi, *Con tutte le ſue adherenze, ſopraſtanze, e ragioni*, quæ † oſtendunt mentem Teſtatoris relinquendi omnia, quæ ſub eodem vocabulo poſſidebat, *Cephal. prafato conſ. 144. ſub nu. 19. Gizzarell. ad deciſ. Capic. Latr. 37. num. 6. & ſeqq. Bellon. iun. conſ. 10. num. 7. & ſeqq.*

Neque dicta verba referri ſolùm debent ad alias petias terræ nuncupatas, *la Lungara, e le due fette*, quæ adhærent, & ſubiacent Prædio *della Dozza*, vt reſpondit deciſio, quæ reuidetur §. non obſtat:

10 Quia vltra quod illa dictio, † *tutte*, nihil excludit, & omnia comprehendit, *Rot. dec. 143. nu. 11. & dec. 157. par. 8. rec. & in terminis Cephal. d. conſ. 144. num. 19. & 22.* Ponderatum fuit, quod ſi dicta verba non comprahenderent etiam Prædium controuerſum, ſtarent peni-
11 tùs otioſa, quia † pro ſola comprehenſione eorundem petiarum non erat neceſſaria expreſſio tàm generalis, & vniuerſalis cum illæ vti vnitæ, & incorporatæ, ac emptæ eodem tempore vnico pretio, & eodem contractu, abſque dd. verbis ſub legato eiuſdem Prædij comprehenderentur, *Mant. de coniect. lib. 9. tit. 2. num. 12. in fine*, & benè *Rota in dicta Meleuitana fideicommiſſi §. fin. cor. Bichio.*

Ex quibus licet Domini putarent vtrunq; Prædium ſub legato comprehendi, ideoque mandatum ab A.C. relaxatum pro medietate Prædij executioni demandari poſſe contra hæredes Com. Franciſci.

Nihilominus relicta pro nunc in ſuſpenſo medietate valoris Prædij *della Volta* libr. 2084. 7. cenſuerunt mandatũ ſaltèm eſſe exequendum pro medietate pretij alterius Prædij va-
12 loris libr. 9169. profqua ſumma vti verè debita ſubſtineri debet ad euitandos inanes circuitus, & inutiles expenſas, *Rota coram Pirou. dec. 170. num. 22. par. 8. rec.*

Neque credebant fructus à Comitiſſa per plures annos perceptos ex Prædio, *della Volta* imputandos eſſe in medietate alterius Prædij & ex hoc mandatum reddi illiquidum; Quia ſtantibus prædictis negari non poteſt, quin ſaltim Comitiſſa potuerit credere vtrunque Prædium eſſe comprehenſum ſub legato, ac proinde fuit in bona fide percipiendi fructus,
13 quæ † excuſat ab illorum perceptione poſtquam fuerunt conſumpti, *Rota in recent. dec. 3.*
14 *par. 7. ferè per tot.* imò † ad hunc effectum ſufficeret malam fidem abeſſe, ad not. *per DD. in l. ſed etſi lege ff. de petit. hæredit. & latè per Rotam in Rauennaten. Saluiani 17. Decemb. 1646 in fine coram Royas*, quibus non contradicunt auctoritates in deciſione contraria adductæ, quia procedunt quando conſtat, titulum à principio fuiſſe nullum.

Et ita vtraque &c.

Deciſio iſta ſub die 4. Iulij 1664. coram R.P.D. Emerix in hac eadẽ cauſa emanata, eſt deciſ. 228. in hac eadem cauſa.

R. P. D. CARPINEO

Nunc S.R.E. Cardinali.

Calaguritana Beneficiorum.

Lunæ 4. Maij 1665.

ARGVMENTVM.

An liceat appellare à mala examinatorum relatione. Omnia geſta lite pendente ſunt irrita. Inſtitutio appellatione pendente facta eſt nulla.

SVMMARIVM.

1 *Habilitas promiſſa de beneficio in Calaguritana Diœceſi ex quibus arguatur.*
2 *Appellare licet à mala examinatorum relatione, quando fuit iudicialiter proceſſum.*
3 *Appellatione pendente nihil eſt innouandum.*
4 *Lite pendente geſta omnia dicuntur attentata, & nullius ſunt roboris.*
5 *Inſtitutio lite pendente facta eſt attentata, & ſuſpenſa per appellationem remanet, & eſt ac ſi facta non eſſet.*
Et collatio beneficij quæ apud Ordinariũ extabat ad Rotam defertur vigore Clement. Auditor de reſcript. & nu. 6.
7 *Clericus ad Iudices laicos recurrens pro impedienda mandati rotalis executione incapax redditur adiudicationis beneficii.*

DECISIO CCXCVI.

APPOSITO ſequeſtro ſuper duobus ſimplicibus Beneficijs in Parochialibus Eccleſijs S. Mariæ, & S. Laurentij Oppidi de Tanguas ad inſtantiam Io: Loteri, & Antonij Sans de Victoria iuxtà deciſionem 16. Maij preteriti coram Reuerendiſs. Gerundeñ hodie coram me ſubrogato, reſoluerunt Domini dd. beneficia eſſe adiudicanda ipſis Ioanni, & Antonio, in quibus omnia concurrunt requiſita Indulti Clementini: Nam ex ſententia Ordinarij à Partibus approbata declarati fuerunt filij patrimoniales, & legitimi appoſitores, & licet à Synodalibus Examinatoribus fuiſſent in examine coràm Ordinario reprobati, tamen ſtatim reiecta appellatione coram Reuerendiſs. Hiſpaniarum Nuntio ſe nouo examini ſuppoſuerunt, & habiles ad Curata fuerunt renunciati, cuius approbatio rationabilis, & iuſta vltima detegitur, ſicut iniuſta præcedẽs reprobatio, ex quo Antonius fuerat prius approbatus ad Curata in aliis

similibus oppositionibus, illique anno præcedenti impertita fuerat licentia administrandi Sacramenta, & Parochi munus exercendi, Ioannes verò paritèr est Sacerdos, & pluries licentiam obtinuit ab ipsomet Ordinario audiendi confessiones in tota Diœcesi Calagu-
1 ritana, ex quibus † non leue surgit in vtroq; argumentum præcedentis habilitatis, iuxtà indubitatum Axioma in his Calaguritanis beneficijs sæpissimè à Rota firmatum, & signanter *in Calaguritana beneficij de Ocon §. quod enim aliud coram Arguelles 4. & in alia Alexan. 8. Martij 1652. § non obstat coram Albergato, & in alia de Arnedillo 4. Decembris 1665. coram Reuerendiss. Ephesino.*

Non obstat, quod Petrus, & Martinus habeant etiam beneficiatorum præsentationem
2 & institutionem Ordinarij; quia † cum à mala relatione Examinatorum quando fuit iudicialitèr processum licuerit appellare, ex deductis *in decis. 209. num. 2. Otthob.* & magis in specie *in Calaguritana de Arnedillo 12. Ianuarij 1665. §. de iure autem coram Reu. P. D. Emerix*,
3 statim † post interpositam appellationem ligatæ fuerunt manus tàm Beneficiatis præsentandi, quàm Episcopo instituendi, itaut om-
4 nia † per ipsos postea attentata, & irrita reputentur, *cap. non solum 7. de appellat. in 6.* & fuit dictum *in d. dec. 209. & in alia 218. Otthob. in Calaguritana beneficij 6. Nouembris 1648. coram Penzingero, & in alia della Casa della Reyna 27. Maij eiusdem anni coram Reuerendiss. Imolen. & in* cæteris relatis *in decis. huius causæ super attentatis 16. Maij 1664. coram Reuerendiss. Gerunden.*

Quapropter cum ex superius dictis præsen-
5 tatio, † & institutio Petri, & Martini fuerit nulla, & attentata, quinimò per appellationẽ suspensa quoque remansit eorum approbatio Domini censuerunt beneficia controuersa esse adiudicanda eisdem Ioanni, & Antonio approbatis, coram Reuerendiss. Nuntio, & habentibus cætera requisita, etiam sine præ-
6 sentatione Beneficiatorum, † cum Rota successerit in ipsorum locum etiam in præsentando, ex dispositione Clement. Auditor. de de rescript. iuxtà resolutionem in similibus causis captas *in decisionibus relatis in d. Calaguritana beneficii della Casa della Reyna 27. Martij 1648. coram Reuerendiss. Imolen. §. non obstat, & in alia de Ocon 1. Iulij 1652. §. nec subhastatio coram Reuerendiss. Zarate*, & vltimò materia discussa in præcitata *Calaguritana de Arnedillo 12. Ianuarij præteriti coram R. P. D. Emerix*. Maximè dum vltimò obstant eisdem Petro, & Martino recursus ad Iudices laicos, vt fuit etiam sæpiùs in terminis decisum *in d. Calaguritana beneficii 10. Aprilis 1652. §. fin. coram Reuerendiss. Papien. & in alia de Bilbao 14. Ianuarii 1658. coram Reuerendiss. Zarate.*

Quare ipsis tantùm informantibus &c.

R. P. D. T. A. I. A.

Chelmcñ Decimarum.

Lunæ 4. Maij 1665.

ARGVMENTVM.

Episcopus pro exigendis decimis intra confines suæ Diœcesis in iure fundatam intentionem habet, & illas in aliena aliquando percipere valet. Iudex laicus etiamsi sit Imperator sententiare non potest super decimis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus Graci ritus Russorum Dux Vlodimirus ad imbuendas populos Religione a Constantinopolitano Patriarcha accepit.*
2 *Episcopatus Chelmensis Graci Ritus anno M. fundatus fuit in Russia.*
3 *Episcopus, Parochus, & Clerus intra limites suæ Diœcesis, & Parochiæ pro decimis exigendis in iure fundatam intentionem habent.*
4 *Ius percipiendi decimas ab immemorabili arguitur ex pacifica possessione illas exigendi, per quam præscriptio inducta est.*
5 *Episcopus etiam in aliena Diœcesi decimas exigere aliquando potest.*
6 *Liber proprius contra tertium, an probare valeat.*
7 *Iudex laicus est incompetens in iudicando super decimis, & nu. 8.*
9 *Facultas nec Imperialii non extenditur ad disponendum de decimis.*
10 *Vnio Græcorum cum Sancta Rom. Eccles. facta est anno 1596.*

DECISIO CCXCVII.

REVERENDISS. D. Episcopo, & Parochis, siuè Clero Chelmensibus Græci Ritus vnitis S.R.E. deberi decimas cõtrouersas Domini dixerunt. Etenim Russi imperantibus apud Græcos Basilio, & Constantino fratribus post nongentesimum octogesimum salutis annum, publicè ad Christianã
1 Religionem accesserunt, † cum Vlodimirus Dux eorum Magistros Religionis Græcos accepisset, & in Vrbibus Episcopos à Constantinopolitano Patriarcha sacris initiatos collocasset conciliibus, *Martino Cromero de Origin. & reb. gest. Polon. lib. 3. & Matthia de Michouia Hist. Regn. Polon. cap. 3. lib. 2.* & anno mil-
2 lesimo fundauit in Russia † Episcopatum Chelmensem ipsius Græci Ritus in Ecclesia antiqua Epigraphe, seù Inscriptione Parietis notato facto, & anno quibus antiquis creditur, *Can. 6. 24. quæst. 1. & ibi glossa Diprychis, & post Canonistas, ad cap. cum causam de probat. & Legistas ad l. 8. C. de Religios.* & de Aedificatione, Dotatione, Consecratione, Patronatu, *Dec. cons. 135. num. 1. vers. secundo narratur, Gambert. de iur. patr. tom. art. 9. & in fin. quæst. 10. par. 2. lib. 2.* Nullo ibidem Ritu Latino, donec Vla-

dislaus

dislaus Iagello Rex Basilicas Chelmensem, atque Kioviensem in Russia instituit, & Episcopis attribuit, ex his ad Chelmensem Ioannem Theologum Sodalitii Dominicani extulit incerto anno, sed ex certis, scilicet defunctus anno millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, cum regnasset annos duo de quinquaginta, iuxtà *Cromerum lib.20. & Mechou. cap.48. lib.4.* adeoque post tercentos nonaginta sex saltem annos, etiam si instituisset anno regni primo, & adhuc decimas agrorum Ruthenorum Ritus Græci Cathedrali, & Parochialibus, siue Clero Chelmensibus eiusdem Ritus Græci subiectorum ad eosdem Dominum Episcopum, Parochos, & Clerum Chelmenses Græci Ritus pertinere, præsumptio Iuris maior, ac melior fuit, & est, quin etiam Ius ipsum, & Episcopus, Parochi, & Clerus prædicti, † petunt Decimas 3 in Diœcesi, & Parochijs suis positas fundata intentione sua, *de Iur. Communi cap. Dudum 31. de Decimis, & ad litteram, gloss. de Iure Communi cap. Cum contingat, eodem Rota coram Buratt. decis.402. num.1. cum alijs ibi annotatis.*

4 Et proculdubio Iuris, & facti, † eo quod semper fuerunt ab immemorabili tempore in pacifica possessione dictarum Decimarum, vt testificantur Testes, etiam de proprio facto, & accederet præscriptio Decimarum immemorabilis in aliena Parochia, *dicto cap. Cum contingat 29. & cap. seq. de Decimis, Monet. de Decimis cap.5.num.107.* & sine dubio quidem *Rota coram Ludou. decis.174.* 5 *num.4.* & de † Episcopo, & præsumptione decimarum in aliena Diœcesi, est *cap.1. de præscript. in 6.*

Nec obstiterunt pro Reuerendo Commẽdatario, Capitulo, & Canonicis Chelmensibus Latini Ritus opposita de ipsorum Parochialitate, & subiectione Bonorum libri visitationum factarum ab eorum D. Episcopo Chelmense eiusdem Latini Ritus annis 1603. & 1604.

Quia primum ex facto puro merò ad præsentem quæstionem nihil attinet, & Dominus Episcopus, Parochi, siuè Clerus Ritus Græci non agunt de agris, aut prædijs, aut bonis Ciuium, aut Rusticorum Latini Ritus, nunc in Ciuitate Chelmensi, & adiacentibus Villis illa colentium, neque de huiusmodi agris prædijs, aut bonis, quæ Nobiles, aut Ciues, aut Oppidani, aut Rustici Latini Ritus commodo suo colunt in Chelmense Diœcesi, sed de talibus agris, siuè prædijs, siuè bonis vbicunque in Ciuitate, & Diœcesi Chelmense cultis, siuè Nobilium, siuè Ciuium, siuè Oppidanorum, siuè Rusticorum Græci Ritus, & siuè in Regalibus, siuè in Nobilium ditionibus.

Deindè, quia quidquid aliud, aliásque fuerit, foretque adhuc incerta, ipsa librorum veritate, maximè ex certa persona exhibente, certisque dierum annorum 1603

6 & 1604. temporibus adnotatis, certè † nulla fides est contra tertium, & multò minus inter ipsum Dominum Episcopum Chelmensem Latini Ritus visitantem, & describentem pro se, & suis contra Dominum Episcopum, & Parochos, siuè Clerum Chelmenses Græci Ritus etiam absentes, cum hi libri fiant absque causæ cognitione, vt monuit post *Piasec. Rice. prax. rer. quotid. for. Eccles. resolut. 124. num.2. in fin. part.1.* & aliàs Sacra Congregatio respondit causas ordinarias extrà visitationem esse agnoscendas, & præcepit Episcopo, vt in visitatione contineret se intrà limites notissimos Visitationis, ita vt nec processus conficeret, nec sententias ferret optimo teste, qui pars magna fuit, *Domino meo Fagnano ad cap. Dilectus de rescript. num.45. & 46.*

Nec oppositum decretum antiquum anno millesimo quadringentesimo trigesimo sexto vbi Plebanus Chelmensis iueratus dicitur decimas in omnibus agris cultis, & in domibus Christianorum, vbi Rutheni degunt, obstare visum fuit.

Quia inspecta paritèr veritate, eademque 7 grauissimis argumentis concessa nulla † fuit sanè dubitatio de inualiditate ex Iudice laico in competente Decimarum, *Clem.2. & vltim. de Decimis, & ibi gloss. de Decimis, cum alijs* 8 *apud Monet. cap.8. num.1.* & † planè in quæstione inter Ecclesiasticos, & cui Decima debeatur, ad declarationem *Federici de Sen. consil.245.num.3. à vers. sine præiudicio*; Cum, 9 & nulla † sit de spiritualibus, & nuncupatim de Decimis concedendi, vel disponendi facultas etiam Imperialis, *cap. Tua 25. de Decimis, Peregrin. Patau. decis.843. num.4. Rota coram Seraphin. decis.1407. num.3. & decis.1102. num.6.* adeò vt decretum Laicum, vel fuerit contra Dominum Episcopum, & Parochos, siuè Clerum, Græci Ritus nullum, vel sine illis contra Laicos fuerit etiam res inter alios acta, vel iudicata, maximè quod has Decimas Dominus Episcopus, & Parochi, siuè Clerus Græci Ritus adhuc semper exegerunt.

Quod autem testes Domini Episcopi, & Parochorum, siuè Cleri Ritus Græci [dixe-10 rint † vnionem cum S. R. E. à quadraginta annis, & propriè paulò pluribus anno 1596. sedente san. mem. Clemente Octauo, & notauit *Barbos. de offic. & potest. Episcop. cap.7.* in Polonia, & Archiepiscopatu Leopolensi non obstitit.

Quia hæ Decimæ nunquam pertinuerunt, aut pertinere potuerunt ad Reuerendum Commendatarium, Capitulum, & Canonicos Chelmenses Ritus Latini, vt supra.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA
Colonien. Scholastriæ.

Lunæ 4. Maij 1665.

ARGVMENTVM.

Scholastria eo quod sit dignitas requirit personalem residentiam, sicuti etiam Canonicatus qui vti incompatibilis cum Scholastria non possunt ambo obtineri sine dispensatione Pontificis, quæ, si aliquando insimul fuerunt possessa, semper interuenisse præsumitur.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius potest prouidere Ecclesiæ, si videat per non prouisionem illi imminere præiudicium*
2 *Acceptatio Canonicatus infra mensem à die habitæ notitiæ vacationis beneficii fieri potest, & non acceptãs tenetur probare absentiam, vel iustam causam ignorantiæ vacationis.*
3 *Scholastria est dignitas & requirit personalem residentiam*
4 *Scholastria est incompatibilis cum canonicatu, qui residentiam pariter requirit in collegiatis, & Cathedralibus.*
5 *Dispensatio Apostolica necessaria est pro obtinendis insimul Scholastria, & Canonicatu*
6 *Beneficium primum incompatibile cum secundo, vacat per ipsius secundi consecutionem & num. 8. & ratio num. 9.*
7 *Obseruantia in beneficialibus, & in materia incompatibilitatis plurimum venit attendenda.*
10 *Collator duplici collatione grauari nequit*
11 *Beneficia incompatibilia qui retinuit, censetur dispensatione Apostolica retinuisse.*

DECISIO CCXCVIII.

AD Scholastriam Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Gereonis vacatam vt asseritur 6. Nouembris 1646. per obitum Roberti Hilberich electus fuit à Capitulo, & successiuè vti de reseruato à Sede Apostolica prouisus Albertus Rentsigh, qui postea illam resignauit in manibus Sanctiss. ad fauorẽ Sixti Granmayæ. Verum quia Theodorus Holchstein 4. Octobris 1646. impetrauerat à Sac. Cæsarea Maiestate primarias preces directas Decano & Capitulo dictæ Collegiatæ pro obtinendo Canonicatu, vel dignitate seu officio in dicta Ecclesia vacante, earumque vigore 29. Decembris eandem Scholastriam acceptauerat, commissa mihi causa dubitaui, an, & cui sit adiudicanda, & DD. Sixto adiudicandam esse censuerunt.

Nam Theodorus non acceptauit Scholastriam infrà mensem à die publicæ vacationis, vt disponitur in indulto, nec infrà tempus intimauit preces Decano, & Capitulo, sed tantum 3. Martij 1648. imo constat dictas preces non fuisse expeditas nisi de anno 1647. ideoque nullum ius super illa acquisiuit, sed † ne detur diuturna vacatio in dispendium Ecclesiarum, collatio remansit in po-

9 testate ordinarii, vt in terminis tradit *Cochier. in Schol. ad princ. prec. sect. 4. sub litt. C. vers. argumentũ lit. B. vers. intra mensem, & litt. G. vers. duxerint acceptan. & sensit Grat. discept. for. cap. 479. n. 8.*

2 Et quamuis † acceptatio fieri possit infra mensem à die habitę notitię ex verbis indulti ibi, infra mensem postquam ipsis vacatio innotuerit, etenim Theodorus, qui nititur precibus tenebatur probare absentiam, vel aliquam iustam causam ignorantiæ vacationis, vt firmat *Cochier. vbi supra dicta sect. 4. littera E. vers. intra mensem*, vel quatenus probaretur obstare ei subsequta acceptatio Canonicatus in eadem Ecclesia incompatibilis, cum Scholastria, quia ex statutis eiusdem Ecclesiæ, &
3 ex confessione emissa in † commissione Rotali officium Scholastici sit dignitas, & vti talis requirat personalem residentiam ex dispositione *Sac. Concilii Tridentini sess. 24. cap. 12. de reform. Garz. de benef. par. 3. cap. 2. nu. 180. Barbos. de offic. & pot. Episc. par. 3. alleg. 51. n. 107.* non
4 poterat † esse compatibile cum Canonicatu, qui pariter est cum residentia præcisa, præcipue in Collegiatis, & Cathedralibus iuxta decreta *dicti Sac. Concilii d. sess. 24. cap. 12. de reform.*
5 seu pro amborum prętensione necessaria erat dispensatio Apostolica & pluries resoluit Sac. Congregatio Concilii relata per *Garz. de benef*
6 *part. 1. cap. 5. num. 247. & seqq.* alias per assecutionem secundi semper vacat primum *Garz. vbi supra nu. 88. & seqq. Barat. decis. 29. num. 3. & decis. 473. num. 2.* idque comprobatur ex obseruantia subsequta in eadem Ecclesia, in qua Canonicus admissus ad Scholastriam præcedenter dimisit Canonicatum in manibus Capituli, ne sub eodem tecto duos Canonicatus haberet, vt in *summ. Sixti num. 4.* quæ
7 obseruantia in beneficialibus, & in materia incompatibilitatis multum venit attendenda *Glos. in c. 1. de Consuet. lib. 6. Oied. de incõpat. part. 2. cap. 11. n. 2 Add. ad Greg. dec. 184. & in Piscien. Iuris conferendi 14. Ianuarii 1658. §. quod autem coram R. P. D. meo Albergato.*

Non obstat, quod in indulto primariarum precum detur facultas acceptandi Canonicatum, siue simul, siuè successiuè, siue ex vnius vel plurium persona vacent, cum pro vnico computentur beneficio, quia intelligendum est de beneficijs compatibilibus statuto, vel consuetudine, non autem de incompatibilibus, quorum vnum vacat ipso iure per assecutionem alterius *Cochier. vbi supra sect. 3. sub littera E. vers. non Iuris dispositioni Seraph. decis. 728. sub num. 1. vers. non ordinarijs collatoribus Lotter. de re benef. lib. 1. par. 6. num. 49.* & ratio est,
9 quia indultum non dispensat in incompatibilibus, imo exigit quod singulæ collationes, & singulę Ecclesię ex hoc vltra quam in vno beneficio non grauentur, vt notat. *Cochier. vbi supra sect. 2. sub litt. T.* alias sequeretur, quod
10 Collator duplici collatione grauaretur, *contra textum in cap. mandatum, & aduertit idem Cochier. vbi supra.*

Minus releuat attestatio Capituli data in *Summ. Theodori num. 5.* quod in dicta Ecclesia Canonici fuerint admissi ad officiũ Scholastici

ſtici cum retentione Canonicatus, vſque ad obitum, quia ad hũc effectum eſſet iuſtificandum quod dicta beneficia retinuerint abſque
11 diſpenſatione † Apoſtolica, quæ in dubio ſemper interueniſſe præſumitur *Anchar. conſ. 11.num.3.Oied.de benef. incompat.cap.10. n.11. & ſeq.* vel eſſet neceſſe probare conſuetudinem Eccleſiæ obſeruatam per plures actus, aut per ſpatium ſaltem 40. annorum, ex quo eſt contra ius *Oied. dicto tract. de benef.incompat. cap.11. num.4.cum aliis congeſtis per Burat.dec.550.num.4 & ſeqq.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Turritana Canonicatus.

Lunæ 11. Maij 1665.

ARGVMENTVM.

Fumo veritatis concurrente in Beneficialibus Remiſſoriam concedendam eſſe reſoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria maximè in Beneficialibus quando materia articulata eſt relcuans, & datur fumus veritatis paſſim ſolet concedi*
2 *Beneficij reſeruatione ceſſante ad ordinarium ratione ſui menſis collatio ſpectat*
3 *Teſtes licet extraiudicialiter, & priuatis atteſtationibus deponant concurrente tamen veritatis fumo remiſſoria venit concedenda.*

DECISIO CCXCIX.

IOANNES Pinna, cui ſub die 28. Nouembris proximè præteriti reſolutum fuit dandum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſionem controuerſi Canonicatus ab Ordinario ſibi collati ad probandam vacationem in menſe Iunij exhibitis articulis petebat remiſſoriam, quam Domini concedendam eſſe dixerunt prius obligatione de ſtando vnicæ ſententiæ prout Rota paſſim conſueuit, & in
1 beneficialibus, quando materia articulata eſt relcuans, & datur fumus veritatis, & dixit *Rota coram bo.mem.Cecchino dec. 165.nn.5. & dec. 46. num.3.& apud Merlin.dec.87. nu.1. & 13. & dec.102.nu.3. Add.ad ſan.me.Gregor.XV.dec. 144. verſ.2. reſpondetur.*

De relcuantia materiæ articulatæ non videbatur hæſitandum quia cum Sauinus collitigans dictum Canonicatum à Sede Apoſtolica impetrauerit, vt reſeruatum per vacationem in menſe Iulij, & Ioannes Pinna, vt hoc obiectum declinet in articulis probare contendat illam ſucceſſiſſe de menſe Iunij. Vti-
2 que hac probatione facta † prouiſio Canonicatus non ſpectabat ad ſedem Apoſtolicam, ſed ad ipſum ordinarium ratione d. menſis, qui ceſſantibus reſeruationibus eſt ordinarius & fixus. *Gonzal.ad regul.8.Cancell.gloſſ.43.n.117 Rot.coram Burati.dec.242.num.1. & in recent. dec. 408.num.finali part.9.*

Fumus vero veritatis deducitur ex teſtibus de captura Leonardi vltimi huius Canonicatus poſſeſſoris a Piratis, deque illius obitu in Ciuitate Cirthę in dicto menſe Iunij deponentibus, qui licet extraiudicialiter, & priuatis atteſtationibus parte minimè citata factis id aſſerant tamen præbent ad finẽ obtinendi remiſſoriam pro illis formiter repetendis *Rota dec.11.de probat.in non.ſa.m.Greg. XV.dec.163.& ibi Add nn.10.& dec.562. nn.4.& in rec.dec.134.n.1.part.2.& in Bergomen.Canonicatus 27.Iunij 1653. §.nec deeſt coram bo. me. Bichio.*

Et ita fuit concluſum d.Ioanne tantum informante Procuratore Gauini informato &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Rauennaten. Collectæ.

Lunæ 11.May 1665.

ARGVMENTVM.

Collecta quando eſt imponenda valor fructuũ prædiorum venit inſpiciendus, & ſi ad reparandam vim fluminis fuerit impoſita, ſi iſta vi eiuſdem non afficiantur, non debet Eccleſia illorum domina ad illius collectæ contributionem adſtringi, vt in caſu deciſionis.

SVMMARIVM.

1 *Conductor gabellã ex cauſa fructuum promulgatam tantum exhibere tenetur non alteram propter bona perſonis infixam*
2 *In collecta propter bona perſonis infixa ratio fructuum inſpici ſolet*
3 *Dominus fundi ſterilis ad ſolutionem oneris impoſiti non eſt cogendus eo modo quo ſi fundus eſſet fertilis.*
4 *Eccleſiaſtici ab onere auctoritate Apoſtolica impoſito non poſſunt in præiudicium Eccleſiæ ſine eiuſdem conſenſu recedere*
5 *Solutio ſine Papæ auctoritate, miniſtrorum incuria facta non poteſt Eccleſiæ præiudicare*
6 *Collecta impoſita ad reprimendam vim fluminis, ſi iſtud prædia certa non afficiat non eſt ſoluenda ab Eccleſia prædia non affecta poſſidente*
8 *Obſeruantia in collecta ſoluenda plurimum venit attendenda.*

DECISIO CCC.

SENTENTIA Rotalis pro prædijs dumtaxat fructus reddentibus damnauit Abbatiam Claſſenſem ad ſolutionem Collectæ de anno 1586. auctoritate ſummi Pontificis vnanimi conſenſu Clericorum ſecularium, ac regularium per Communitatem impoſita vt cum illius exactione, inundationi fluminum poſſet occurri. Commiſſa verò mihi cauſa ad inſtantiam communitatis contendentis Abbatiæ onus inhærere præſtandi collectam pro bonis etiam paludoſis, nec non ſterilibus ex cauſa inundationis aſſiduæ dubiis ſuper ſententiæ viribus hodie propoſui, ipro

ciuſ-

eiuſdem confirmatione, à Dominis reſolutum.

Dum enim in tranſactione legitur adiecta conuentio, vt collecta partim à Domino fundi, partim vero à Colono præſtanda foret ex neceſſe ſuper bonorum fructibus illa cenſetur
1 impoſita. Nam conductor gabellam ex fructuſi dumtaxat cauſa promulgatam tenetur exhibere non autem alteram propter bona perſonis infixam iuxta *Theoricam Bart. communiter receptam in l. 1. par. 2. C. de ann. & tribut. lib. 10. Iaſ. conſ. 109. num. 3. lib. 1. Alex. conſ. 9. num. 4. & 5. lib. 5. Ruin. conſ. 77. num. 6. vol. 1. Rolan. conſ. 79. num. 15. lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 4. num. 67. & art. 50. nu. 18.*

Hinc non obſtat, quod collecta ſuper qualibet tornatura terræ fuerit conſtituta; ſiquidem perſpecto onere cõductoribus iniuncto ſoluendi partem illius dimidiam, ſub ea tornaturarum expreſſione prædia ſolumodo fertilia à contrahentibus cenſentur incluſa: non autem paludoſa, aut ſterilia, quæ nequeunt
2 locari. Præſertim † quia in Collecta quoque propter bona perſonis infixa, ratio fructuum inſpici regulariter conſueuit, ne Dominus fundi ſterilis præter omnem æquitatẽ
3 ad oneris ſolutionem † arctetur, *vt admonet Vulpian. in l. forma 4. §. illam ff. de cenſ. Bald. ad l. inſtructionem 7. nu. 3. C. de Sacroſanct. Eccl. matri. Lauden. in tract. de fiſc. quæſt. 75. Aym. conſ. 195. n. 6. Natt. conſ 280. num. 6. & conſ. 418. nu. 7. & 433. num. 4. & 5. Soccin. Iun. conſ. 33. nu. 12. lib. 3. Menoc. conſ. 1201. numer. 47. cum ſeqq. Pancirol. conſ. 153. num. 13.*

Nec altera viſa fuit vigere tranſactio inita de anno 1626. Ibi enim conductores pro parte quoque dimidia ad ſolutionem Collectæ adſtringuntur; adeoque ad inſtar primæ ea præſumitur edita, à qua vti ſummi Pontificis au-
4 thoritate munita, abſque eiuſdem aſſenſu Eccleſiaſtici, neque potuiſſent in præiudicium Eccleſiæ recedere *ad text. in cap. cum dilecta 22. de reſcript. Felin. in c. cum acceſſiſſent num. 4. ibique Dec. num. 3. de conſtit. Rota coram Seraph. deciſ. 530. num. 1. & dec. 104. num. 2. in fin. part. 3. & 595. n. 8. part. 5. recent.*

Hinc pariter non vrget, quod Collectam pro bonis etiam paludoſis Abbatiæ miniſtri ab anno præfato præſtiterint, præterquam enim ſolutiones in ſummario Communitatis relatæ pro qualibet tornatura peractę noſcantur, nulla mentione perhabita, vtrum il-
5 læ ſteriles extiterint, ſolutio † præfata ſine authoritate ſummi Pontificis, ex miniſtrorũ incuria ſecuta, nullum valuit Eccleſiæ præiudicium infetre ad *tex. in cap. veniens 8. vbi Canoniſtæ communiter de tranſact. Abb. conſ. 36. num. 2. lib. 1. Rot. dec. 730. num. 9. part. 3. recent.*

Hanc verò opinionem aliqui ex Dominis eo facilius in propoſito Caſto admittebant, quod ex inundatione continua, non autem ex altera cauſa prædia redacta fuere ſterilia,
6 quæ pro indeſtdum aggeris beneficijs nõ gaudent, nulla æquitas ſuadet, vt contributioni debeant ſubiacere, ex regula *text. in l. ſecundum naturam, vbi glo. notat. ff. de regulis Iur. l. is qui in poteſtate 15. §. vltimo ff. de legat. præſtand. Surd. conſ. 150. num. 10.*

Quælibet denique occaſio dubitandi viſa fuit arceri ex publici atteſtatione miniſtri, penes quem libri annales aſſeruantur. Hic quippe atteſtatur Communitatẽ ſingulis annis plures Ciues reddidiſſe immunes à ſolutione Collectę pro bonis, quæ inundationi adeo euaſerũt ſubiecta, vt fructus ex his retrahi nequierint, ac obſeruantiã proinde concludit quę plurimum in hac materia inſpici conſueuit *iuxt. text. in l. miſſi opinatores 7. in his verbis conſuetudine ſeruata regionum. C. de exaction. tributorũ lib. 10. Soccin. Iun. conſ. 49. num. 15. & 16. vol. 1. Rolan. conſ. 79. num. 80. & 81. vol. 3. Natt. conſ. 301. num. 4. & conſ. 406. nu. 6. Burſat. conſ. 186. num. 11 lib. 2.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CARPINEO,

Nunc S. R. E. Cardinali.

Sabinen. Iuris Nominandi.

ARGVMENTVM.

Ius Nominandi cenſetur perſonalis, & cum perſona expirat, ſed quando acquiſitum fuit titulo Legati ad hæredes Legatarij tranſmitti poteſt. Legatarius, vel nudus executor an quis ſit ex quo dignoſcatur. Fides licet extraiudicialis Religioſi, & notæ probitatis viri, magnam fidem meretur.

SVMMARIVM.

1 *Emolumentum, quod executor conſequitur in Teſtamento intuitu officij executoris, cenſetur relictum.*

2 *Emolumenti præſtatio intuitu officij executoris relicti per mortem ipſius expirat, nec ad illius hæredes tranſmitti poteſt.*

Quod declara, vt num. 3. & 4.

5 *Dictio, ſed etiam, eſt augmentatiua.*

6 *Ius Nominandi, quando intuitu officij executoris relictum, minimè præſumatur.*

7 *Ius eligẽdi acquiſitum titulo Legati ad hæredes Legatarij eſt tranſmittendum.*

8 *Facultas eligendi cenſetur perſonalis, & cum perſona expirat, & num. 14.*

9 *Teſtator qui circa Ius eligendi de aliquo confidit, nõ videtur de illius hærede confidere.*

10 *Ius Nominandi, & remouendi Cappellanum, toties quoties executori placuerit, denotat illud ius ad executorem proprio iure ſpectare.*

11 *Legatarius, vel nudus miniſter an quis ſit cogneſcitur ex onere momentaneo, vel ſucceſſiuo.*

12 *Onus momentaneum executori collatum cenſetur finiri ceſſiuum verò Legatario, & num. 11.*

13 *Teſtator ex quo præſumatur voluiſſe ius nominandi ad hæredes executoris tranſmittere.*

15 *Fides extraiudicialis regulariter non probat.*

Fallit tamen ſi fides facta ſit à Religioſo Sacerdote, & nota probitatis viro, & num. 16.

17 *Rota alias atteſtationem Religioſorum extraiudicialem, approbare conſueuit.*

18 *Fides*

18. *Fides licet extraiudicialis Religiosi, qui Testamentum conscripsit, & talem esse voluntatem à Testatore reportauit magnam meretur fidem.*
19. *Fides Religiosi illius morte augetur.*
20. *Religiosus non præsumitur mori voluisse cum periurio.*

Amplia, vt num. 21.

DECISIO CCCI.

POSTQVAM in suo Testamento Franciscus Fauetta reliquerat Cappellæ Construendæ scu. 3000. in tot Gensibus, vt ex fructibus illorum tres Cappellani substentarentur, iuncto onere singulo quoque die Sacrum in eadem Ecclesia faciendi, pro suffragio Animæ suæ, & Maiorum, vt idem Cappellani honestate vitæ, & morum probitate pollerēt, atque eiusmodi Testatoris essent conterranei (veluti ipse summopere exoptauit) facultatē tribuit Francisco Petruccio de Aspera illos nominandi, ac etiam ad beneplacitum remouendi sub his verbis; *Et à questo fine deputa il Signor Prăcesco Petrucci da Aspra, al quale dà piena facoltà di poter nominare, e deputare i sudetti tre Cappellani, e bisognando rimouerli, e quando non fussero di quel buon' essempio, che si ricerca, ò per altri accidenti, lo possa fare à suo beneplacito, e non solo gli dà questa facoltà sopra la detta Cappella, mà anco lo dichiara, e nomina effecutore di questa sua volontà, e di tutte quelle cose, che si contengono in questa Scrittura.*

Deindè cum deuenisset ad Nominationem hæredum in personam Philippi Angelini, & Caroli Ierzij Neporum illis, in defectu Lineæ & in casu prohibitæ alienationis, seù quandocumque erga Lucretiam Testatoris Vxorem, non benè se gererent eamdem Cappellā substituit, & tali casu ex toto asse hæreditatis mādauit creari alios Cappellanos ad proportionē fructuum ex illa percipiendorum, & iuxtà distributionem, & iudicium eiusdem Petrucci, cui omnia remisit plenam super hoc illi tribuens facultatem.

Verùm constructa post obitum Testatoris, Cappella, & Cappellanis ad illam à Petruccio nominatis, vt hoc ius nominandi, & remouēdi in ipsius quoque hæredes confirmaret, obtinuit præuia Commissione disputari dubiū; An, & ad quem spectet ius nominandi, quod primo coram Eminentiss. Card. Celso dilatum, hodie coram me in locum dicti Eminētissimi suffecto, fuit in fauorem Petrucci solū informantis, & hæredum illius resolutum.

1 Nam quamuis omne emolumentū, quod Executor in Testamentum cōsequitur intuitu officij Executoris censeatur relictum, ex *text.*
2 *in l. nescennius 32. de excusat.* adeò, vt † finito per eius mortem, officio cesset etiam præstatio emolumenti, quàm ad eius hæredes non transmittit, ex *gloss. in cap. vlt. verbo mortuo, de Testam. in 6. Cruss. de Succes. in §. executores vlt. vol. qu. 14.*
3 *num. 2.* Tamen † hoc procedit, quando constat. Testatorem solum officium Executoris fuisse contemplatum, nimirum, quia prius officij, quam personæ nomen expresserit, se-
4 cus † verò quando priùs nominata persone officii nomen demonstrationis tantum gratia fuisse appositum, ad *text. in cap. quoniam Abbas, de offic. deleg. ibidemque Anton. de Butrio, nu. 21. & Henric. Boich. num. 13. vers. ego verò non credo, Inf. in l. more maiorum, nu. 65. ff. de Iurisdict. omn. Iudic. Rota coram Buratto. vbi concordantes referuntur decis. 12. num. 10. & in puncto consimilis facultatis in decis. 196. num. 21. & seq. par. 3. recen.*

In proposito verò casu dubitari non potest, quin Testator fuerit personam Francisci, non autem executoris officium principaliter contemplatus, ne dum quia non legitur vnquam antè huiusmodi facultatem demandatam deputatus executor, sed quia post perfectum dictum Legatum Testator augumentatiuè, & tamquam ad rem diuersam elegit eundem Petruccium in Executorem ipsius Testamenti, & voluntatis ad verba superius recensita; *E non solo gli dà facoltà sopra la detta Cappella, mà anche lo dichiara, e nomina effecutore di questa sua volontà, e di tutte quelle cose, che si contengono in questa Scrittura*; Ponderando potissimum dic-
5 tionem illam, sed etiam, qu.e † fiat augumentatiuè, ad *text. in l. sciendum 63. ff. de edilit. edicto, & in l. sponsio 7. ff. de verb. signif. Mogon. decis. Florent. 17. num. 6.*

6 Ideò ius illud Nominandi, & remouendi Cappellanos in gratia Petrucci à Testatore reseruatum antequam ad officium executoris assumeretur, dici non potest eiusdem intuitu officij relictum, vt disponitur in finalibus verbis allegati, *text. in l. nescennius. ff. de excusat.* Nec illi amplius competit electio nomine Testatoris, sed proprio postquam titulo Legati ius e-
7 ligendi acquisierat, quod † consequenter ad illius hæredes trantire debet, ex dispositione *text. in l. illud 19. ff. de opt. legata, vt optimè distinguit Bartol. in l. 2. §. data, num. 6. vers. sed iuxtà prædicta, ff. de opt. legat. & sequuntur hanc distinctionem Surd. cons. 264. num. 12. Bero cons. 23. num. 21. lib. 2 Crot. cons. 11. num. 32. Molin. de Primogen. Hispan. lib. 2. cap. 4. num. vlt. & bene in punctualibus terminis Rota in decis. 196. num 13. & seq. part. 3. recent.* quæ secundum hanc distinctionem in numeris præcedentibus occurrit obiecto fieri solito
8 quod † facultas eligendi censetur personalis, & expirat cum persona ad *text. ad l. vnum ex familia, §. rogo, & l. si quis Titio, §. fin. ff. de legat. 2.* &
9 quod ille † qui circa ius eligendi de aliquo confisus est, non censeatur de eius hærede cōfidisse, *ad nat. per Bartol. & alios Scrib. in l. si quis arbitratu, ff. de verb. oblig. & respondet etiam dictus Molina loco citato.*

Et in hanc sententiam facilius Domini deuenerè, quia talem fuisse Testatoris voluntatem, licet non benè declaratam suadent nonnullæ coniecturæ, ex eodem contextu Testamenti desumptæ. Quarum prima est, quod non fuit tributa facultas Petruccio semel tantum eligendi, seù destituendi Cappellanos,
10 sed totes quoties illi placuerit, quod † sanè denotat ius illud in dubio ad eum proprio iure spectare, vt animaduertit in specie *Bart. in dicta l. 2. §. data. num. 7. vers. sed si committeretur de opt. & sequitur Rota dicta decis. 196. num. 18.*

par. 3.

par.8.recen.ac probat elegans text.in l.pecunia sortè, ff.de alimen.& cibar.leg. vbi Papinianus ad effectum cognoscendi an aliquis sit legatarius, vel nudus Minister constituit differentiam inter
11 onus † momentaneum, & successiuum; vt primo casu dicatur nudus Minister, ad *tex. in*
12 *l.Lucius Titius, §.à te peto, ff.de leg.* 2. † Altero verò casu Legatarius, quam distinctionem appellat subtilissimam *Cuiac.lib.7.respon.*5. *Papiniani ad dict. leg. Pecuniæ sortem, & ex professo pleniùs expendit, & sequitur Rota in Romana Census* 3.*Iunij* 1619. *coram bon.mem.Andr.*

Secunda oritur coniectura, quod deficientibus lineis Philippi, & Caroli hæredum, quorum vterque tempore Testamenti filios susceperat substituit eamdem Cappellam ad hoc; vt ex asse hæreditatis alij Cappellani eligerentur, cui pariter negotio præposuit eundem Petruccium, licet verisimiliter credere potuisset tempore extinctionis linearum illi
13 non esse superstiturum, quod † validum certè præbet argumẽtum Testatorem intellexisse hoc ius Nominandi in hęredes Petrucci illo prædefuncto perpetuare, ad notata *in decis.* 71.*num.*5.*par.*1 *diuer.& in decis.*174. *nu.*6.*coram bon.mem.Euratto.*

Tertia desumi potest ex facultate in fine Testamenti eidem Petruccio tributa alios in eius locum substituendi, ex qua excluditur potissima ratio confidentiæ personalis, & electionis industriæ super qua fundata est con-
14 clusio, quod † eligendi facultas, non transeat ad hæredes, & sit inaccessibilis, vt colligitur ex adductis ab eodem *Molin. disl. cap.*4. *numer.* 62. *lib.*2. *& per Oleam. de cess.iur.tit. quæst.*2. *numer.*42.

Qua mediante facultate substituendi credidit Testator fuisse ab ipso declaratam suam intentionem, quod Petruccius posset alius hoc Ius Nominandi relinquere, vt expresse cum iuramento testatur Religiosus Sacerdos, qui de ipsius ordine Testamentum conscripsit.

15 Et quamuis attestatio hæc iurata quidem, & recognita, sit extraiudicialis, quæ regulariter
16 fidem non facit, tamen † attenta qualitate personæ Sacerdotis, & in strictissima, & probatissima Religione Capuccinorum professi plurimum illi est deferendum, ad notata per *Bald.cons.*249.*nu.*3.*lib.*1. *Gabr.cons.*51.*nu.*8.*lib.*2.
17 & alias † Rota magnificit extraiudicialem attestationem Rectoris Societatis Iesu, in *decis.Mantic.*325.*num.*1. *& in decis.*11.*num.*9.*par.*7. *recen.*

Maximè quod deponit de actu coram se gesto, dum non solum à Testatore rogatus testamentum conscripsit, sed illum super hoc dubio nominatim interrogando, talem esse
18 suam voluntatem reportauit. Vnde † maiorem sinè dubio meretur fidem, vt tradit in specie *Angel. in l.cum ex filio* 39. *ff.de vulg. Card. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.*3. *tit.*1. *num.*33.*& admissum fuit in his præcisis terminis in Romana cui nua præfationis* 4.*Iunij* 1663. *coram Ren.P.D. meo Benilaqua.*

19 Cuius Religiosi fides, non minuitur, sed augetur ex eo, quod morte præuentus non potuerit se examini subijcere, quia † non præ-
20 sumitur mori voluisse cum periurio; ad *text. in l.cum qui decedens, §.Codicillis, ff.de legat.*2. *cum alijs ad propositum adductis per Menoch. lib.* 5. *præsumpt.* 5. *& fuit dictum in Ciuitatis Castelli Census* 10. *Decembris* 1649.*coram Rener.P.D meo Priolo.*

21 Præsertim quia † eadem attestatio, ne dùm est suffulta verisimilitudine, & adminiculis, sed innititur etiam simili declarationi factæ à Lucretia eiusdem Testatoris Vxore, quæ pariter Testamento interfuit, & hanc fuisse eiusdem voluntatem ab ipso dum viueret pluries significatam testata est coram Iudice vna cum Carolo Tozzio vno ex hæredibus, qui non solum in sui præiudicium hanc veritatem agnouit, sed etiam consensit, vt super hoc iure Petruccius, pro se, & hæredibus à Sede Apostolica, vel ab Ordinario confirmationem obtineret.

Ex quibus omnibus, non singulariter, & distinctè, sed vnitim ponderatis visum fuit Dominis rem poni in aperto, ità vt non dubitauerint fauore Petrucci informantis per Contradictas respondere, &c.

R. P. D. T A I A.

Fanen. Census.

Luna 18. *Maij* 1665.

A R G V M E N T V M.

Fundus Censitus pro solutione annui Census, reputatur sufficiens donec contrarium probetur, & non tenetur pro paruo Censu, si ipse fructus soluendos excedat quamuis res magna pro paruo debito teneatur. Subhastatio excessiua corruit.

S V M M A R I V M.

1 *Notula per creditorem exhibita creditur, donec per debitorem, contrarium probetur.*
2 *Creditor notulam crediti cum iuramento, exhibere tenetur.*
3 *Notula creditoris est singulis annis exhibenda.*
4 *Testes contra inducentem probant.*
5 *Creditor inuasus rationem fructuum perceptorum, & qui percipi potuerunt reddere tenetur.*
6 *Bonorum Stabilium fructus ad rationem quinque pro centenario taxari solent.*
7 *Venditori asserenti fundum, esse frugiferum est credendum.*
8 *Fundus Censitus pro solutione annui Census, sufficiens reputatur, donec contrarium probetur.*
9 *Res quamuis magna, pro paruo debito tenetur.*
10 *Fundus, cuius fructus excedant pensiones, & fructus soluendos, non tenetur pro paruo Censu.*
11 *Census constitui debet pro legitimo, & iusto pretio.*
12 *Decretum, & Subhastatio propter excessum corruũt, & sufficit excessus etiam in minimo, & numero* 13.

DE-

DECISIO CCCII.

SENTENTIAM Rotalem reuocatoriam Mandati A. C. 29. Nouembris 1659. cum exequutione, & subhastatione cessi Prædij pro scut. 1032. fructuum Census, & omnibus inde secutis, confirmandam esse Domini responderunt, vt potè quod creditum visum est illiquidum, & incertum non reddita ratione fructuum fundi censiti tamdiu possessi à creditore à die 14. Augusti 1642. & alicui ex Dominis visus est excessus in mandato adeoq; nullum.

1 Nec fructuum quantitas liquida dici potest, ex assertione, & notula exhibita, cui stādum sit, donec per debitorem contrariū probetur. *Rota decis. 161. num. 28. à vers. quoad qualitatem, par. 6.*

2 Quia creditores tenebantur exhibere hāc notulam cum iuramento, vt notauit *Scapuc. de util. Salvian. interdict. quæst. 11. nu. 2. vers. & notulam, & sub num. 4. lib. 3. & ibi Rota dicto loco, &*

3 forte † exhibenda erat singulis annis, iuxta salubre consilium in praxi ex eodem *Scapuc. dicta quæst. 13. sub §. initio, vers. quare ad tollendas lites. Marches. de util. Salu. Interdict. capit. 14. in fin. par. 3.*

Neq; Testes examinati pro adiuuandis probationibus suffragantur; namq; non solum nō iustificāt notulam, sed illam probant falsam, vel saltem erroneam, dum testificantur creditores consecutos herbam, fōlia bombicinq, fœnum, sementa, &c. non adnotata in notula, cum

4 † Testes contra inducentem probent ad *Ludov. Roman. conf. 104. in fin. ex vulgat. Rota coram Buratt. decis. 668. num. 4.* licet in aliquibus videantur notulam adiuuare, non tamen testificantur omnes fructus, neque totum tempus ab immissione anno 1642. cum incipiant ab anno 1643. & quamuis testificētur per decennium, & vltra tamen concludentiorem, & exactiorem probationem requiri dixerunt

5 Domini, cum † creditores immissi reddere debeant rationem fructuum, ne dum perceptorum, sed & eorum, qui percipi potuerūt saltem ex persona debitoris. *Marches. dill. qu. 14 à num. 2. Scapuc. qu. 3. num. 2. dicto lib. 3.* concurrentibus præsertim duobus grauissimis præsumptionibus.

Altera ex pretio, & valore fundi suc. 2285. conuento inter partes, & qui dicit contrariū probare tenetur præcipuè inhærēdo præsum-

6 ptioni iuris, quod † stabilia reddant fructus ad rationem quinque pro centenario, secundum *Textum in §. quia verò leonis, vers. si verò alicuius. Authen. de non alienan. glos. vnica. authen. propterea, C. de Sacrosanct. Eccles. Rota decis. 135. à num. 16. par. 6. & decis. 226. num. 3. à vers. quo vero ad secundam partem, & decis. 355. num. 8. à vers. ad dd. autem fructus par. 9. & coram Seraph. decis. 430. num. 3.* vbi de communi, redditnum bonorū estimatione ad rationem quinque pro centenario, & licet subiiciatur ibidem, quod hoc magis est introductum ad dignoscendum pretium rerum, quam ad taxandum reddi-

tus, quia vt prosequitur, absurdum est vel-

le taxare, non secundum rei veritatem, sed secundum opinionem, & verum quidē hoc est fuisse introductum magis ad dignoscendum pretium rerum, quia verius est, vt inquiratur pretium rerum per fructus, qui per se demōstrari solent, quam vt inquiratur fructus per pretium, nisi tamen vt in casu præsenti esset inter ipsos contrahentes conuentum.

7 Altera ex capacitate fundi, quia cum in Instrumento Census enunciauerit venditor fundum esse frugiferum, & reddere tot fructus, stari debet huic assertioni, *Cenc. de censibus*

8 *quæst. 35. num. 22.* & fundus † censuatus presumitur sufficiens pro solutione annui census, donec probetur contrarium, vt de pignore est census, *l. 2. C. de pignor. inquit Rota coram Buratt. decis. 151. num. 5. & 6. & decis. 193. nu. 27. par. 8. & decis. 29. num. 4. & decis. 373. num. 19. par. 9.* & pariter, tàm fundus, quam pignus excedunt in valore summam debiti, quod pari passu pro-

9 cedere non debet, nam † pro paruo debito res quamuis magna tenetur, vt loquitur *glos. verb. possessorem, l. quoniam 47. ff. de iur. fisc. & ibi Bart. sub num. 1. ad text. expressum, & præcipuè, l. 8. ff. de distract. pignor.* vbi notandum est ait Bart. quia

10 est contra opinionem Rutticorum. At † non ita pro paruo censu tenetur magnus fundus, cuius fructus multum excedant pensiones, & fructus soluendos, ad tradita à *Menoch. conf. 445 nu. 8. vers. primo hoc, qui etiam, nu. 10.* & hoc quidem expressim, credo statuisse Pius Quintū

11 Ian. mem. in sua Bulla, dum voluit † Census constitui debere iusto, & legitimo pretio, *Honded. conf. 25. num. 32. lib. 2. Cenc. de censibus qu. 38. num. 7. Leotard. de vsur. quæst. 56. num. 31. Cost. subsidiar. remed. quæst. 129. num. 13. à vers. vnde si pretium, Card. de Lugo de iust. & iur. disp. 27. n. 67. vers. dixi tamen,* qui ex ipso iure naturæ deducit maximè vero capacitas deducitur, quod Cēsus erat conuentus pro annuis scut. 120. & reductus fuit ad scut. 97. ba. 8. non quidem ob diminutionem fundi, sed ex Interpositione Amicorum. Et hæc licet creditores fruantur vsque ad 36. libras hoc est scut. 228.

Et ex hoc etiam visus est clarius excessus Mandati, vt suprà, quia reductione non obstante petiti fuerint fructus, iuxtà primæuam conuentionem, & insuper quia in notula data apponitur summa scut. 97 ½. pro fructibus vnius anni maturi 3. Aprilis 1642. quę iam fuerat comprehensa in mandato scu. 360. obten-

12 to 28. Iunij 1642. Decretum, & † subhastatio, & omnia sunt nulla, vti pro maiori summa, quam sit debitum, quo casu omnia corruunt

13 in totum, vt dixit Rota, & sufficit, quod † excessus sit in minimo apud *Mangil. de subhastat. quæst. 50. ab initio, & num. 3. & 9. & quæst. 51. ab initio. Rota corā Buratt. decis. 49. nu. 12. & decis. 91. nu. 2. & 3. & ibi Annot. nu. 4.*

Et ita vtraque, &c.

R.P.D.

R. P. D. CARPINEO
Nunc S. R. E. Cardinali.

Romana Succeſſionis.

Veneris 22. Maij 1665.

ARGVMENTVM.

Legitima quatuor filiorum eſt triens. Virtus Clauſulæ Codicillaris examinatur. Hæres ſcriptus vti per fideicommiſſum vocatus de hæredis abinteſtato manu hæreditatem capere debet. Teſtator de bonis emphyteuſi obnoxijs, diſponere minimè valet.

SVMMARIVM.

1 *Legitima quando quatuor ſunt filij eſt triens.*
2 *Teſtamentum quoties exhibetur cauſa inteſtati ceſſare debet.*
3 *Inſtitutionis titulo relinquendum eſt filiis, alias teſtamentum corruit.*
4 *Clauſula Codicillaris virtus ea eſt, vt rupto per filij præteritionem teſtamento, filij, & alij ab inteſtato venientes teneantur hæredibus ſcriptis hæreditatem per fideicommiſſum reſtituere.*
Sed declara, vt num. 5.
6 *Præteritio in filijs natis ſemper præſumitur ſcienter facta, ignoranter in poſthumis naſcituris.*
7 *Ignorantia qualibet præteritionis filiorum excluditur ob mentionem factam in teſtamẽto de filijs præteritis, & num. 12.*
8 Deciſ. 5. nu. 9. par. 4 tom. 2. recent. & deciſ. 74. num. 11. par. 5. & deciſ. in Romana Hæreditatis de Agazarris 11. Aprilis 1622. *quomodo intelligenda, & num. 10. & 11.*
9 *Ignorantia negatiua oritur quando Teſtator habere filium ignorat.*
10 *Reſtitutio per fideicommiſſum ad hoc, vt virtus clauſulæ Codicillaris ſit facienda, ſufficit Teſtatorem de filijs in genere, vel implicite cogitaſſe.*
14 *Hæres ſcriptus tanquam per fideicommiſſum vocatus debet hæreditatem capere de manu hæredis ab inteſtato.*
15 *Inſtitutione ex cauſa præteritionis vitiata clauſula Codicillaris per fideicommiſſum ſubſtinetur.*
Amplia, vt num. 10.
17 *Inſtitutio ob clauſulam Codicillarem reſolvitur in fideicommiſſum.*
18 *Clauſula omni meliori modo dat facultatem implicitam hæredi ingrediendi poſſeſſionem.*
19 *Teſtamentum quando clauſula codicillaris vigore quomodocunque concepta ſubſtinetur legitima tãtum venit tradenda, & ratio, & num. 20.*
21 *Inueſtitura vſque ad tertium gradum conceſſa nepoti, competit immiſſio in vim,* l. final. Cod. de edict. Diu. Adrian. tollendo.
22 *Inueſtitura quod non fuerit alterata, ex quo patet.*
23 *Domus emphiteuſi obnoxia, non poteſt venire ſub generali diſpoſitione bonorum.*

DECISIO CCCIII.

EX QVATVOR filiabus, quas Iacobus Frumentius, & Lucia Taldera Coniuges ſuſceperũt, duæ nempè Cecilia, & Hortenſia, Patre adhuc viuente contraxerunt Nuptias; Aliæ vero duæ, Artimiſia ſcilicet, & Clemẽtia, quæ remanſerunt innuptæ à Lucia Matre, hæredes fuerunt inſtitutæ cum onere tradendi, & perſoluendi Sororibus, quidquid ipſis hæredibus benè videbitur, de quo acquieſcere illæ deberent, nec aliud petere, ſeu prætẽdere ab eius hæreditate.

Hinc Cecilia, & Hortenſia prætendentes ob illarum præteritionem Teſtamentum ruptum immiſſionem ex interdicto, quorum bonorum ab inteſtato in bonis Maternis pro quarta parte, pro qualibet obtinuerunt à Iuſtice primæ Inſtantiæ, à quo deuoluta Cauſa, & à ſola Hortenſia proſequuta in hoc Sacro Tribunali reſolutum hodie fuit illi immiſſionem, dumtaxat pro Legitima, quæ eſt quarta pars trientis, & in tertia parte Domus Emphyteuticæ eſſe concedendam.

1 Hanc enim portionem illi tamen competere viſum fuit, quia dum quatuor ſunt filiæ, detrahendum eſt ex aſſe hæreditatis triens, ſeu quadruncium in ſingulas poſtea diuidẽ. vt diſponit nouiſſimum jus Authenticorum, in *cap. 1. de trien. & ſemiſ.* Non autem quartam deberi totius hæreditatis in prima Sẽtentia ex ſucceſſione ab inteſtato clargitam, quia quo-
2 ties † exhibetur Teſtamentum ceſſare debet cauſa inteſtati, ad *text. in l. quamdiu, ff. de acquir. hared. & in l. quamdiu, ff. de regul. iur. Caſtr. in l. ſi ex funo, num. 1. ff. de hared. inſtit.*

Nec obiecta nullitas Teſtamenti opitulari potuit Hortenſiæ, licet illam putauerint DD. euitari non poſſe, neque ex præcepto hæredibus iniuncto, vt tradant, & perſoluant eiſdem Ceciliæ, & Hortenſiæ quidquid ſibi videbi-
3 tur, dum † tale relictum factum non legitur honorabili titulo Inſtitutionis, ad *tex. in §. aliud quoque capitulum, Authen. vt cum de appell. cognoſ. & pluribus cumulatis, firmat Craſſ. in §. Teſtamentũ quæſt. 35. num. 3. Gturb. ad conſuetud. Meſſanæ gloſ. 4 par. 1. ſub num. 2. Merlin. de Legit. lib. 5. tit. 2. qu. 1. nu. 2. & quæſt. 2. nu. 4. Rota deciſ. 568. nu. 2. verſ. & filius, par. 1. recen.*

Quia exiſtimarunt Domini quodcumque præteritionis vitium, ex clauſula Codicillari Teſtamento appoſita fuiſſe penitus ſubla-
4 tũ. Ea † enim eſt virtus, & efficacia dictæ Clauſulæ, vt rupto etiam per filij præteritionem Teſtamento iidem filij, vel alij ab inteſtato venientes, teneantur hæredibus ſcriptis hæreditatem per fideicommiſſum reſtituere, vt reprobata, *gloſſ. final. in auth. ex cauſa, C. de liber. præter.* quam dicit fuiſſe nouam additionem Iacobi de Beluſio tenet ſecundum ſentium, *gloſ. antiq. & Cyn. Bart. in l. 1. num. 9. ff. de inr. Codicill. cuius opinionem ſecuti ſunt Bald. conſ. 391. num. 4. lib. 3. & omnes Moderni, quos plena manu congerit, Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 46. num. 1. verſ. tenendo eſt ergo; quibus addi poſſunt Turrett. de clauſ. codicil. quæſt. 54. effect. 3. per tot. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 569. per tot. Modern. Auentoneu. quæſt. ciuil. cap. 93. nu. 7. & amplexa fuit Rota in deciſ. Merlin. 294. num. 25. & ſeqq. & in deciſ. 568. nu. 3. par. 1. & deciſ. 32. & 96. vtrobique nu. 3. par. 8. recent.*

5 Et quamuis hęc clauſula operetur dictum effectum in caſu dumtaxat præteritionis ſciẽ-

ter,

tet, non autem ignoranter factæ, *iuxta doctrinã Bartol. in l. 1. nu. 10. verſ. hoc puto verum, ff. de iur. codicill. quam ſecuta fuit Rota in deciſionibus editis in Cauſa Romana de Mareſcottis, coram clar. mem. Cardinali Sacrato, quæ ſunt inter recent. 5. nu. 4. & & 25. num. 14. par. 4. tom. 2. & 405. num. 23. & 34. par. 9. & in Romana fideicommiſſi de Mattheis, quæ eſt deciſ. 74. num. 11. par. 5. & in Romana Hæreditatis de Agazarris 11. Aprilis 1622. coram bo. me. Remboldo confirmata ſub die 12. Decembris 1664. coram bon. mem. Peutingerio.* Nihilominus huiſmodi diſtinctio non applicatur, quia non conſtat, quod Lucia Teſtatrix, Ceciliam, & Hortenſiam filias ignorãter præterierit, quinimò contrarium conuincitur, non ſolum,
6 quia † præteritio in filijs natis, ſemper præſumitur ſcienter facta, ignoranter vero in Poſtumis naſcituris, vt latiſſimè probat idem *Clar. in §. teſtamento, quæſt. 46. num. 2. & Sanleger. d. l. cap. 93. num. 2. verſ. nam quod attinet, vſque ad num. 10. & firmauit Rota in eadem Cauſa Romana de Mareſcottis 18. May 1646. §. neque eſſet, verſ. quia hac tamen differentia, coram Reuerendiſſ. Imoleo.* Verum etiam †quia quælibet excluditur ignorantia ob mentionem expreſſam factam in Teſtamento de filiabus præteritis, ex adductis per *Mart. de clauſ. clauſ. 11. nn. 29. par. 3.*

Nec applicari poſſunt adductæ deciſiones, licet in illis facta etiam fuerit mentio de filijs præteritis, quia in caſu illarum concurrebat alia ignorantia præteritionis, dum in Cauſa de Mareſcottis inſtitutus fuerat Marcus Antonius à Patre, in bonis, quæ compertum fuit, non ad Teſtatorem, ſed ad ipſum filium inſtitutum, illiuſque filios ſpectare; ibi enim Teſtator, licet ſciuerit filium adeſſe ignorauit tamen illum præterire, dum inſtituit in bonis,
8 quæ non erant propria. Vndè † *Rota deciſ. 5. num. 9. par. 4. tom. 2. recen.* infert ad ignorantiam poſitiuam, & maioris efficaciæ, quam ſit illa
9 negatiua, quæ † oritur quãdo Teſtator ignoro-
10 rat filium habere, & idem † tenuit deciſio in
11 Romana Fideicommiſſi de Mattheis: In † illis verò Romana Fideicommiſſi de Agazaris Mater, putauerat obligationẽ ad ſui fauorem contractam per filiam ſubſtineri, illam titulo Inſtitutionis à dicta obligatione liberãdo, quam poſtmodum compertum fuit eſſe nullam; Secus autem in caſu noſtro, vbi Mater ſciens filias habere illas conſulto præterijt, volens quod acquieſcere deberẽt, nec aliquid petere à ſua hæreditate, quam integram forſan intendebat deuenire ad alias innuptas, vt in nubendo meliorem conditionem inuenirent, ex † quo non ſolum excluditur ignorantia, ſed arguitur in Teſtatrice perfecta, & deliberata voluntas, non inſtituendi dictas fi-
13 lias, & tamen † ad hoc, vt virtute dictæ clauſulæ Codicillaris ſit facien. reſtitutio per fideicommiſſum, ſatis eſt Teſtatricem de filiis in genere, vel implicite cogitaſſe, *vt in fortiori caſu Poſthumorum, diſponit Text. in l. qui iure, ff. de teſtam. milit. & conſuluerunt Caſtr. conſ. 200. num. 3. verſ. limitat ipſe lib. 1. Soccin. Sen. conſ. 93. num. 10. volum. 4. Marian. Soccin. in conſ. 138. num. 72. vol. 1. Dec. conſ. 490. num. 6. poſt med. verſ.*

ſed hic ſolum, & latè comprobat plurib⁹ relatis Rolan. à Valle, conſ. 7. per tot. & ſignanter nu. 25. lib. 4. Honded. conſ. 74. à num. 23. vſque ad 31. Pariſ conſ. 60. num. 14. & 23. lib. 2. cum alijs adductis per Mſnoch. lib. 4. præſumpt. 32. nu. 8. & fuit dictum in Bonon. de Beroaldis 10. Decembris 1600. coram bo. me. Litta.

Præterea non obſtat, quod admiſſa etiam clauſula codicillari immiſſio in quarta parte hæreditatis denegari nõ poſſit Hortenſiæ hæ-
14 redi ab inteſtato, de † cuius manu hæres ſcriptus tamquam per fideicommiſſum vocatus debet capere hæreditatem, vt firmauit in terminis *Rota deciſ. 26. num. 3. part. 1. recent.* Nam vltra quod non deſunt auctores cõtra-
15 rium affirmantes in proprio caſu, † quando vitiata ex cauſa præteritionis inſtitutione virtus clauſulæ codicillaris ſubſtinetur per fideicommiſſum, vt in ſpecie tenet *Curt. Iun. in l. fin. num. 47. C. de edict. Diu. Adr. tollen. & conſuluit Bero conſ. 16. num. 33. & ſeqq. lib. 2. Peregr. de fideicomm. art. 47. num. 53. in fine, & Ciriac. contro. 263*
16 *num. 28. & ſeq.* Maximè † quando prout in caſu noſtro hæres ſcriptus poſſidet, & tamquã ſuccedens ab inteſtato habet parem titulum, vt voluit *bon. memor. Argil. de Legit. contradict. quæſt. 11. num. 2. & in tractat. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 6. nu. 144.* Hoc indubitanter locum non habet quando clauſulæ codicillaris, ob quam
17 inſtitutio † reſoluitur in fideicommiſſũ immediatè adiecta fuit clauſula omni meliori
18 modo, quæ † implicitam tribuit hæredi facultatem ingrediendi poſſeſſionem, vt tradit *Curt. Iun. in dicta l. final. nu. 49. C. de edict. Diu. Adr. tollen. & probat Peregr. de fideicõm. loco citato n. 54. & Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 605. num. 44. fuit tentum in deciſ. 443. num. 6. & 445. num. 5. coram Royas.*

19 Parum etiam obſtante prætenſione detractionum, quia vbi teſtamentum vigore clauſulæ Codicillaris ſiue conceptæ per verba præſentis temporis, ſiuè futuri ſubſtinetur ſola legitima, non autem Trebellianica venit
20 tradenda ea ratione, quòd † reſtitutio vigore dictæ clauſulæ non pendet à conditione, ſed eſt puræ, & verificatur in continenti, vt conſuluit *Rald. conſ. 39. nu. 4. verſ. ſed tamen dico. lib. 3. Alex. conſ. 26. num. 7. lib. 4. & 142. num. 14. & 15 lib. 2. Gabr. conſ. 109. num. 6. Bero conſ. 10. num. 9 & ſeq. & conſ. 12. num. 8. lib. 2. Craſſ. in §. Trebellianica. num. 4. in fine. Rota deciſ. 586. num. 4. par. 1 recen.*

Reſpectu verò Domus Emphiteuticæ Domini Immiſſionem in tertia parte decreuerũt
21 Hortenſiæ, quia cum in illa † fuerit inueſtitus ab Eccleſia Diuæ Mariæ de Aſtima, Stephanus Talderus Auus Maternus, pro ſe, filijs, & nepotibus, dictæ Hortenſiæ, tamquam nepoti, vna cum alijs duabus Sororibus (attento alterius obitu) in Inſtrumento Inueſtituræ comprehenſis competit immiſſio ad inſtar, *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen. vt ſæpiùs reſpondit Rota, & ſignanter in deciſ. 585. nu. 21. par. 5 242. num. 3. par. 7. recen. in Farfen. Bonorum 9. Decembris 1644. præterea coram Eminentiſſ. Cardin. Corrado, in Romana Emphyteuſis 18. Februar. 1656 §. & eſſe dandam, coram B. P. D. meo Priolo, in Fe-*

voluitn., *seu Nullius Castrorum* 14. *Martij* 1657. §. 1. *coram R.P.D. meo Albergato*, *& in Bononien. Honorum* 15. *Junij* 1663. *coram R.P.D. meo Emerix*.

Nec refert quod dictus Stephanus primus acquirens cesserit hanc domum Luciæ filiæ, quia non exindè præiudicatum fuit Nepotibus comprehensis in prima Inuestitura, nàm solum ex dicta cessione fuit Lucia filia supposita, & subrogata in locum Patris in prima generatione, quæ deinde succedere debuerat pro secunda, reseruando tertiam generatio-
22 nem pro descendentibus ab ea, ex † quo patet, quod in nihilo fuerit alterata Inuestitura; Vnde necesse non est assumere quæstionem, An Stephanus acquisierit necnè ex causa onerosa, & potuerit præiudicare vocatis, dum ex ipsa cessione facta inter comprehensos dignoscitur hoc facere noluisse, vt fuit animadversum *in Bonon. fideicommiss. de Pulsonibus* 9. *Martij* 1642. *coram Reuerendissimo Imolen.*, *& in Ariminen. Honorum* 18. *Junij* 1660., §. *quia illa & 21. Aprilis* 1661., §. *pariqne modo coram Reuerendissimo D. meo Decano*.

Et quælibet visa fuit cessare difficultas, ex
23 quo † sub generali dispositione Luciæ hæc domus tamquam emphyteutica ex pacto, & prouidentia venire non potuit ex latè deductis *per Add. ad Gregor. dec.* 271. *num.* 27., quod & ipsa obseruantia comprobauit dum Artimisia altera ex hæredibus scriptis renouationem petiit cum expressione, quod post obitum Lutiç ad illam successerint tam ipsa, quam aliæ tres Sorores.

Ex quibus ita vtraque parte informante responsum fuit, &c.

REVERENDISS. P.D. CERRO DECANO nunc S.R.E. Cardinali.

Leodien. Canonicatus.

Veneris 22. *Maij* 1665.

ARGVMENTVM.

In concursu duarum prouisionum sub eadem data illa Papæ semper præfertur. Probatio quæ consistit in tempore si de illo testes præcisè non deponant, nullius est roboris.

SVMMARIVM.

1 *Papa prouisio sub eadem data expedita in concursu alterius prouisionis est præferenda.*
2 *Beneficij prior possessio, eiusdem prouisionem anteriorem urgnit.*
3 *Actor intentionem suam, in qua se fundat concludenter probare tenetur.*
4 *Testes deponentes de auditu, nec exprimentes à quibus audiuerint nullum probationis gradum constituunt.*
5 *Testes inter se contrarij, & contradicendo se ad inuicem collidentes non sunt attendendi.*
6 *Probatio quæ consistit tempore, nisi fiat per testes de illo præcisè deponentes non attenditur.*
7 *Ordinarius prouidens de beneficio motu proprio non ad supplicationem censetur certam scientiam præcedentis vacationis per obitum habuisse.*
8 *Præsumptio occultationis obitus ex quibus colligatur.*

DECISIO CCCIV.

RESPONSVM fuit pro confirmatione sententiæ rotalis adiudicantis Canonicatũ controuersum Aegidio Amando Pasquot. Quia concurrunt omnia requisita ad illius validitatem, & Iustitia desumitur ex decisione R.P.D. Bourlemont 7. Iunii 1662. Quamuis enim sint duæ prouisiones factæ eadem die 30. Augusti 1657. de Canonicatu controuerso, altera Papæ ad fauorem Ioannis Gennea, altera verò Ordinarii in persona D. Aegidij
1 Amandi, † & proindè in concursu istarum prouisionum sub eadem data Papæ videatur præferenda, *per text. in cap. si à Sede Apostolica, de prebend. in* 6. nihilominus attenta possessione eiusdem Aegidii licèt prouisi *ab Ordinario*, non habet locum dispositio *dict. cap. si à*
2 *Sede*, cum vigore d. † possessionis eius prouisio censeatur anterior, ac ornatur præsumptio etiam pro gratiæ iam executę iustificatione ex allegatis in d. decisione, §. quamuis.

Præsertim quia Ioannes, qui à Sede Apostolica impetrauit Canonicatum, de quo agitur vti vacantem ob resignationem Matthiæ Patrui, non iustificauit suam gratiã circa validitatem resignationis, quod scilicèt de tempore quo illa fuit admissa nempè 30. Augu-
3 sti 1657. resignans adhuc viueret prout † plenè & concludenter probare tenetur tanquam fundamentum suæ intentionis cum veniat ad excluden. prouisum ab Ordinario reum & possessorem, *Barat. dec.* 417. *n.* 1. *& 2.*

Quæ quidem iustificatio desumi non valet ex decem testibus nuper examinatis, nam omnes præter quintum, & sextum, vel ingenuè fatentur se nescire diem & horam mortis resignantis, & ex pluribus deteguntur non informati, vel tantum deponunt de auditu nõ exprimendo, à quibus audiuerint, vt patet ex eorum lectura *Summario informationis num.* 3
4 *cum pluribus seqq.* † & propterea nullum gradũ probationis constituunt *Anchar. in cap. Inter cætera, numer.* 14. *de probat. Rot. decis.* 348. *numer.* 1. *lib.* 2.

Quintus, verò, & sextus præter quod sunt viles mulierculæ in pluribus autem substantialibus inter se discordant. Nam quintus deponit, quòd dictus Matthias non fletit in agonia, sed statim obijt, & ipse solus fuit præsens morti *Summario numer.* 14. Sextus verò refertur Matthiam fletisse in agonia, & ipsum quoque fuisse præsentem cum Elisabetha conteste, quando ille expirauit *Summario num.* 15. Insuper variauit in tempore; quia tertius *in Summario numer.* 12. dicit, quod dictus q. Matthias mortuus fuit vltima Augusti anni 1657. pridie Sancti Aegidij, quæ erat die 3. Veneris inter primam & secundam horam sequentis diei.

Et sextus *in Summario num.* 13. q. Matthiam obijsse

obiisse quadam die Veneris hora secunda de mane. Et propterea ex huiusmodi depositionibus nulla potest deduci iustificatio sufficiens ad effectum, de quo agitur, non solum
5 quia vti testes sunt contrarij vnus alteri contradicendo se ad inuicem collidunt *Bald. in l. 1. C. de testib. Vermigliol. con. 70. num. 3. cum alijs per Farinac. de testib. quæst. 65. num. 2. & 3.*, sed etiam
6 quia, † cum tota vis huius probationis consistat in tempore, testium depositiones, nisi de illo præcisè & determinate concludant, non debent attendi *Bert. in l. matrem numer. 3. C. de probat. Purpurat. cons. 498. num. 2. Mant. decis. 93. num. 3.*

Prædictis accedit, quod depositio dd. testiũ redditur inuerisimilis ex pluribus ponderatis in d decisione R. P. D. Bourlemont, ex quibus patet, Matthiam decessisse ante diem resignationis, nam vltra testes deponentes de publica voce & fama quod obijt die 29. Augusti *Summario num. 22.*, id comprobatur ex collatione facta per Ordinarium de Canonicatu
7 controuerso sub die 30. Augusti, qui † cum prouiderit motu proprio non ad supplicationem partis, censetur habuisse certam scientiã præcedentis vacationis per obitum *Rot. decis. 305. num. 9. part. 4. tom. 2. recent.*, ac etiam ex eo quod post d. diem 29. Augusti, neque Medicus, neque Chirurgus, neque Confessor fuerunt amplius admissi, Imò cum sub dicta die accessisset Canonicus de Ordine Capituli, vt Matthiam infirmum inuiseret, neque ipse fuit admissus, sed à fratre & nepotibus fuit inurbanè eiectus, cumque eidem Infirmo, neque Sacramenta Ecclesiæ fuerint adminis-
8 trata, † ex his omnibus vrget præsumptio obitus occultationis, vt in his terminis *per Mandos. tradit Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 3. numer. 17.*

Et ita altera tantum, &c.

R. P. D. EMERIX.

Reatina Fideicommissi.

Veneris 29. Maij 1665.

ARGVMENTVM.

Substitutio vulgaris anomala quid operetur. Subintratio vlterior quam in portione patrui non datur in linea collaterali. Voluntas testatoris est omninò exequenda. Interpretatio quælibet pro euitanda contrarietate est facienda.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata per interpositam intra decendium appellationem excluditur.*
2 *Sententia validitas ex reuolutione processus iustificatur.*
3 *Sententia iuxta tenorem testamenti lata iniustitiæ labe dici non potest infecta.*
4 *Gradus tertius ab intestato quartum excludit.*
5 *Substitutio vulgaris anomala operatur, vt pronepos subintrando in locum patris ex propria persona possit succedere, & capere à gravato id quod deberetur patri si vixisset.*
6 *Testator quando voluit substitutionem regulare ad formam successionis ab intestato proximitas gravati non gravantis respicitur.*
7 *Voluntas testatoris tanquam lex est obseruanda.*
8 *In Linea collaterali subintratio vlterior quam in portione patrui non datur.*
9 *Testator quod voluerit eius descendentes succedere iure propria vocationis, non iure repræsentationis ex quo eliciatur.*
Et declara, vt num. 10.
11 *Interpretatio quælibet pro euitanda contrarietate est facienda.*

DECISIO CCCV.

PRAETENDENTIBVS Eminentissimo D. Cardinali, & fratribus de Vecchiarellijs transitum fecisse in iudicatum sententiam Rotalem, qua ijsdem vti Nepotibus Pompeij vltimo grauati adiudicata fuit successio in bonis fideicommissarijs Bartholomei, & Vincentij eorum Aui, & Proaui respectiuè, exclusis Bartholomæo, & fratribus dicti Pompeij pronepotibus; datum fuit Dubium, An constet de re iudicata, vel potius sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda, quo hodie per me proposito, Domini non
1 adhærentes rei iudicatæ, quæ † videbatur satis exclusa per appellationem interpositam intrà decendium, & citationem expeditam intra annum ad dicendum contra Commissionem, ac alia opposita ab Informantibus pro Bartholomæo, & fratribus.

Censuerunt sententiam esse confirmãdam,
2 stante illius validitate; quæ resultat ex actis iuxta magistralem *decis. Capuaq.* & iustitiæ,
3 quæ deducitur ex tenore Testamenti Bartholomæi senioris, cui in omnibus, & per omniã se conformauit Vincentius in eius dispositione. Bartholomæus enim vocauit filios, liberos, & descendentes in infinitum sub duplici expressa declaratione, *nempè, quod liberi, & descendentes admittantur eo modo, quo succederent ab intestato, & quod semper attendatur proximitas gravati, non autem ipsius Testatoris;* Et propterea cùm decesserit Pompeius filius Vincentij, & respectiuè nepos Bartholomæi absque filijs, in eius portione succedere debent DD. Cardinalis, & fratres illius nepotes in tertio gradu, exclusis DD. Bartholomæo iuniore, & fratribus pronepotibus in quarto
4 gradu; nam † sicut ab intestato tertius gradus excludit quartum secundum legalem dispo-
5 sitionem, ità etiam secundum hanc testamẽtariam dispositionem, quæ restricta fuit ad
1 normam successionis ab intestato. *Peregr. cons. 108. num. 6. in fin. & seq. lib. 3. & de fideicomm. art. 21. num. 5. Fusar. de substit. quæst. 485. numer. 1. in fin. & num. 50. pariter in fin. Rot. dec. 72. num. 2. p. 1. diuers.*

Non obstat repetitum obiectum, quod filij, ac descendentes substituti fuerint per vul-
5 garem anomalam, quæ operatur, † vt pronepotes subintrando in locum patris prædefun-

qui ex eorum propria persona succedere possint, ac capere immediatè à grauato totum id, quod deberetur Patri, si viueret, & per consequens, quod Bartholomæus, & fratres remotiores reputari non valeant iuxta doctrinã *Bart. in l. quandiù, ff. de acquir. hæred. cum aliis cumulatis per Ret. post Merlin de legit. decis. 96. numer. 3. cum seqq. quæ est repetita decis. 193. part. 4. recent. tom. 2.*

Etenim admissa etiam pro vera huiusmodi doctrina, quam passim amplexa est Rota, licèt non desint, qui contrarium senserint, Domini dixerunt, illam in proposito non applicari, non solum, quia prætenta subintratio in locum Patris ad effectum succedendi in portione Pompeii propatrui, prohibita fuit
6 per Testatorem, † dùm substitutionem regulare voluit ad formam successionis ab intestato, & à proximitate grauati, non autem grauantis, ad tradita per *Bellon. iun. conf. 61. numer. 8. cum pluribus aliis adductis in dec. huius causæ 12. Iunij 1656. coram R. P. D. meo Verospio in princ. vers. cum maximè.*

Verùm etiam, quia ipsemet Testator huic casui expressè prouidit, prudenter declarando, quibus in casibus filii subintrare debeant in locum Patris, ibi, *Declarauit, quod quando vocauit liberos, & descendentes, non omnes simul, & collectiuè vocat, sed ordine successiuo, & eo modo, quo succederent ab intestato, ità tamen quod filius, seù filij intrent in locum Patris, respectu Ascendentis, & Patrui, & succedant in stirpes, & non in capita.* Quapropter cum ex Testamento resultet expressa mens Testatoris, qui se restrinxit ad portiones tantum Ascendentis, & Patrui, illam prætermissis quæstionibus à DD. in hac ma-
7 teria excitatis, † tanquam legem sequi debemus *l. in conditionibus, ff. de condit. & demonstr. l. cũ quæstio in fin. C. de legat., §. disponat in authen. de nupt.*, latè *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 3. & Rota in Pisauren. Maioratus 21. Maij 1663. coram me.* Ponderando maximè quod idem Testator in casum subingressus filii in locum Patris ad effectum dumtaxat succedendi in portionibus Ascendentis, & Patrui, se doctè confor-
8 mauit cum iuris communis † dispositione, secundum quam in linea collaterali viterior subintratio non datur, *§. si igitur defunctus ii 2. in finalibus verbis vers. nulli alij. Auth. de hæred. ab intestato venien. Mart. de succes. par. 1. quæst. 23. art. 1 numer. 9. Alexand. conf. 44. numer. 19 lib. 5. Peregrin. art. 21. numer. 7. & seqq. Cast. de port. rat. quæst. 169. numer. 3. cum aliis adductis in decis. huius causæ coram R. P. D. meo Verospio, §. cum enim & seqq.*

Nec vlla vis fieri potest in dicta clausula in stirpes, & non in capita in eadem particula Testamenti appolita, ex qua informantes pro DD. Bartholomæo, & fratribus inferebant Te-
9 statorem voluisse, † quod eius descendentes succederent iure propriæ vocationis, non autem iure repræsentationis ex *Ret. in recent. dict. dec. 198. num. 30. & 31. part. 4. tom. 2. & in Senogallien. fideic. 19. Aprilis 1627. coram cla. mem. Card. Virili.*

10 Quia † huiusmodi conclusio locum sibi vindicare posset, si fideicommissum peterent æquè proximi, & existentes in eodem gradu, in quibus terminis procedunt dictæ auctoritates cum aliis ab ijsdem Informantibus deductis, vt benè declarant *Fusar. de substit. quæst. 485. num. 30. ad med.* & plenè *Robles de repræsent. lib. 3. cap. 8. num. 6. & seqq.* secùs autem, quando, prout hic, fideicommissum petitur à remotioribus, quos Testator in concursu cum proximioribus excluſit, ex quo voluit seruare ordinem successionis ab intestato, tunc enim per dictam clausulam non censetur recessisse à priore dispositione, sed illam adiecisse ad effectum, ne caderet difficultas. An existentibus pluribus nepotibus ex filio præmortuo, & vno tantum ex altero filio, vel pluribus pronepotibus ex nepote, & vno tantum ex alio, seù alijs, successio inter ipsos defera-
11 tur in stirpes, vel in capita. Quæ † interpretatio fortiùs sumi debet in præsenti, ad euitandam contrarietatem, seù correctionem, quæ incontinenti in eodem Testamento non est admittenda *argum. text. in l. non ad ea vers. quod si pure, & ibi DD. ff. de condit. & demonstr. Rota decis. 207. num. 6. 7. & 8. tom. 2. par. 4. recent. & in Benen. legitimæ 18. Martij 1661., §. nec contrarium coram me.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO nunc S. R. Eccles. Cardinali.

Arimineñ Castrorum.

Veneris 29. Maij 1665.

ARGVMENTVM.

Masculus descendens per fœminam, quando à successione repellatur. Appellatione descendentium, qui veniant. Subrogatus in subrogantis iura subintrat, Clausula *pleno iure* quid importet.

SVMMARIVM.

1 *Linea prima vocata adhuc existenti non potest dici factus locus alteri substituto.*
2 *Masculus descendens per fœminam à successione repellitur, quando vocatus fuit masculus descendens à masculo.*
3 *Appellatione descendentium veniunt tam masculi ex masculo, quam masculus ex fœmina descendens.*
Limita si non appareat de contraria voluntate testatoris & num. 4.
5 *Discretiuus modus loquendi plurimum deseruit pro arguenda voluntate testatoris.*
6 *Subrogatus subintrat in omnia iura subrogantis.*
7 *Clausula* pleno iure *importat etiam modum translationem dominij.*
8 *à Iure pariformiter determinatur aliquid fieri tempore permisso, & fieri tempore prohibito.*

DECISIO CCCVI.

CASTRA super quibus hodiè renouatur disceptatio de anno 1559. donata fuerunt

runt à Marchione Iacobo Nobilis familiæ de Malateſtis Carolo Felici eius filio, & deindè Leonido ex d. Carolo Felice Nepoti Primogenito iam nato, in quorum deficientiam vocauit Comitiſſam Victoriam eius filiam, qua non exiſtente voluit ſuccedere Leonidum de Ferrettis eius ex Leonida altera filia Nepotẽ, & poſt eum ipſius Leonidi Primogenitum; In caſu verò, quod omnes ſuprauocati deficerent, diſpoſuit vocañ proximiorem Deſcendentem, & maiorem natu, ex tribus alijs proprijs filiabus, & ſi eorum nullus reperiretur, vocauit Deſcendẽtes ex filiabus fœminis Ceroli Felicis, ac Leonidi cum onere aſſumendi Inſignia, & Cognomen familiæ de Malateſtis.

Defuncto autem Iacobo Donante, & poſt eum Carolo Felice eius filio, deceſſit quoque ſinè filijs maſculis Leonidus expreſsè vocatus, inſtituta ſibi hærede Franciſca Iſabella eius filia primogenita; Vndè prætendentibus Comitiſſa Victoria, & Leonido Ferretto ad eorum fauorem purificatum fuiſſe fideicommiſſum à dicto Marchione Iacobo ordinatũ, coram bon.me. Pirouano, ſub die 21. Ianuarij 1641. reſolutum fuit Caſtra de quibus agitur ad eos ſpectare, ſed repropoſita Cauſa coram eodem ſub die 19. Aprilis eiuſdem anni receſſum fuit à deciſis, re tamen melius examinata 14. Februar. 1642. & 15. Iunij 1643 coram bon.mem. Dunozetto, fuit confirmata prima deciſio ex rationibus, & fundamentis ibidem pleniſſimè deductis.

Deceſſerunt poſtmodum Comitiſſa Victoria, quæ diſpoſuit ad fauorem Caroli Philippi Aldrouandi Nepotis ex Laura Sorore, & demum Franciſca Iſabella, cui ſucceſſit Comitiſſa Claudia Margarita ipſius Soror, & Mater Leonidi Mariæ de Spadis. Et quia Iacobus Donator, caſu, quo Donatio tranſiret in filios Leonidæ mandauit, quod poſt extincta debita, filij Lauræ eius filiæ per 15. annos fruerentur medietate reddituum eius quod ſupereſſet integræ donationis, Ideò admiſſo ad cauſam Com. Hercule Maria Aldrouando Nepote prædictæ Lauræ dubitatum fuit corã me, an Leonidus Maria poſſit ſuccedere in Caſtris, de quibus agitur, & fuit negatiuè reſolutum.

Clara enim videtur diſpoſitio Iacobi, quod deficientibus maſculis Primogenitis ex Carolo Felice, & Leonido ſuccedat Comitiſſa Victoria, eaq; defuncta Primogenitus ex Leonida altera filia, & ſucceſſiuè deferatur ſucceſſio de Primogenito in Primogenitũ Maſculum de legitimo matrimonio; Vndè cum per mortem Caroli Felicis, & Leonidi ſinè filijs euenerit caſus conſideratus extinctionis lineæ maſculinæ, ac etiam defecerit Comitiſſa Victoria, non poteſt Leonidus Maria ſucceſſionem prætendere. Quia cum ipſe deſcendat ex Comitiſſa Claudia Margharita filia Leonidi, & Deſcendentes ex filiabus fœminis Caroli Felicis, & Leonidi ſint vocati dũtaxat in caſu quo non reperiantur deſcendentes ex filiabus ipſius Donantis, exiſtentibus hodie Carolo Ferretto, & Comite Aldrouando Nepotibus ex Leonida, & Laura filiabus
1 Iacobi Diſponentis, † nullo modo dici poteſt cueniſſe caſum ſuæ vocationis *ad Tex. in l. Pater §. hereditatem il 1. ff. de leg. 2. Ruin. conſil. 142. num. 17. verſ. præterea in caſu lib. 3. Eminentiſſimus Otthobon. dec. 244. num. 3.*

Non obſtat, quod Deſcendentes ex Leonida vocati fuerint ſub conditione ſi Carolus Felix, & Leonidus obierint ſinè filiis quodque dici non poſſit eos ſinè filijs deceſſiſſe, dum adeſt Leonidus Maria Nepos d. Leonidi; Cum enim ex prohemio donationis, à quo tota diſpoſitio regulatur, & ex eo toto ipſius Contextu appareat ipſum donantem contẽplatum familiæ Deſcendentiam maſculinam per maſculos, mentionem ſæpè ſæpius faciendo, & de linea maſculina, & de Primogenitis cum qualitate maſculinitatis, ibi, *Che li beni, e Caſtelli, &c. ſi conſernino, e mantenghino in perpetuo nella famiglia, e Caſa Malateſta per linea maſculina di primogenito, Intendendo però delli Primogeniti maſchi*, tacta de eis pluries repetitione, enixa indè reſultat voluntas diſponẽtis, quod ille, qui eius ſucceſſionem prætendit, debeat, & qualitatem maſculinitatis habere, & ex maſculo deſcendere, & propterea cum Leonidus Maria ſit filius Comitiſſæ Leonidæ Mar-
2 gharitæ, & ſic † per fœminam deſcendat, debet à ſucceſſione repelli per *Text. in l. pronunciatio 195. in fin. ff. de verb. ſignif. Fuſar. de ſubſtit. queſt. 340. num. 32. Rota in Auentionen. fideicommiſſi 7. Maij 1638. coram bon. mem. Pirouano, §. ſed præterea Bonon. fideicõmiſſi de Amorinis 30. Maij 1639 coram Reuerendiſſ. Papien., §. quia præterquod in fin. & §. hinc minus, & in Bonon. fideicommiſſi 16. Ianuarij 1662. coram R. P. D. meo Veroſpio, §. hanc autem.*

Hinc parum refert, quod donans vocauerit filios maſculos Deſcendentes ex Carolo
3 Felice, & Leonido, quorum † appellatione, tàm maſculus ex maſculo, quàm maſculus ex fœmina æquè benè contineatur, nàm licèt aliquando hoc ſoleat admitti in materia
4 indifferenti, certum † eſt prædicta non procedere quotieſcunque apparet, prout in caſu de quo agitur de contraria voluntate diſponentis, *vt dictum fuit in Hortana fideicommiſſi 28. Iunij 1661., §. recepta enim, & 22. Martij 1662., §. non impugnabatur coram me.*

Concurrit demùm prò eiuſdem Leonidi excluſione diſcretiuus modus loquendi Iacobi Donantis, qui in caſu extinctionis lineæ maſculinæ Caroli Felicis, & Leonidi non vocauit filios Deſcendentes ex eorum filiabus, ſed Comitiſſam Victoriam ipſius Donantis, & poſt eam filios aliarum filiarum, quibus deindè omnibus defunctis adiecit vocationẽ filiorum Deſcendentium ex fœminis Caroli Felicis, & Leonidi ſignum euidens, quod eos ſuccedere nolebant, niſi prius admiſſis filijs filiarum ipſius diſponentis, vt ſunt Ferrettus,
5 & reſpectiuè Aldrouandus, quem † diſcretiuum modum loquendi plurimum deſeruire prò arguenda voluntate diſponentis, & quomodò ſibi ſuccedi voluerit, firmauit *Rota in Bono-*

Bononien. fideicommissi 7. Iunij 1647. §. Caterum coram Reuerendiss. Ghisilerio Episcopo Imolen. in Bonon. bonorum 27. Ianuarij 1662., §. præcipuè coram R. P. D. meo Albergato, & in Romana hæreditatis 16. Ianuary 1665., §. Quod Paulus coram me.

Neque idem Leonidus Maria potest successionem prætendere, ex eo, quod Marchio Iacobus non potuerit alterare Inuestituram sibi concessam à san. mem. Pio V. Ipsumque Primogenitura priuare, & ex quo facultas disponendi per Pontificem ei attributa, vti restricta ad casum non existentiæ filiorum illi suffragari non potuerit, dum de tempore factæ donationis viuebat Carolus Felix eius filius, Nàm quoad primum semper subsistit responsio, quod Castra, de quibus agitur fuerunt per Pontificem abdicata totaliter à Leonida filia Iacobi, ad quam peruenerant titulo hæreditario Cleopatræ Matris, illaque pleno iure concessit eidem Iacobo vti libera, franca, & allodialia, & proindè sicut ipsa Leonida de eis liberè disponere potuisset, si ab ea abdicata non fuissent, ità, & Iacobus, cui concessa fuerunt de eis liberè disponere potuit,
6 tàm ex natura, & virtute subrogationis, † quę subrogato omnia iura tribuit, quæ anteà cõpetebant illi in cuius locum fuit subrogatus,
7 quam ex clausula pleno iure, quę † importat omnimodam translationem dominij etiam ad effectum disponendi, vt benè huic obiecto, & aliis à Leonido Maria excitatis satisfaciunt ad satietatem decisiones in hac causa emanatæ *coram bon. mem. Dunozetto 14. February 1642., §. quibus tamen vsque ad finem, & 15. Iunij 1643., §. neque obstare cum duobus seqq.*

Ad obiectum facultatis benè etiam respõdent prędictæ decisiones quod facultas fuit per san. mem. Pium V. concessa Marchioni Iacobo sub conditione defectus Primogenitorum, quoad effectum dispositionis, non autem, quoad vsum, & propterea licitè potuit disponere, quamuis illius dispositionis effectus conferre deberet, prout contulit in tempus, quo nullus Primogenitus extaret,
8 cum † pariformiter determinentur à iure aliquid fieri tempore permisso, & fieri tempore prohibito, illius tamen effectum conferendo in tempus permissum, vt præter relatos *in dec. 1642. sub §. neque subsistere cum quatuor seqq. & 1643. §. fin. dixit Cravett. conf. 175. n. 8.*

Alia omnia per Leonidum Mariam deducta plenissimè remouentur per dd. duas decisiones; Ideoque supersiua repetitione non est opus. Et ita vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

Romana Statuarum.

Lunæ 1. Iunij 1665.

A R G V M E N T V M.

Sententia lata contra reum principalem est executioni demandanda contra eum qui rem emit litigiosam, quæ nunquam præscribitur maximè concurrente litis scientia, Possessor bonæ fidei nunquam præscribit.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia iusta rei iudicatæ vires assumit*
2 *Sententia contra reum principalem lata est exequenda contra eum, qui rem litigiosam emit*
3 *Res illa dicitur litigiosa, de cuius dominio inter petitorem, & possidentem lis mota fuit*
4 *Præscriptionem mala fides & scientia rei litigiosæ excludit*
5 *Possessor bonæ fidei non præscribit.*
6 *Rei litigiosæ, & prohibita præscriptio non datur*
7 *Actio temporalis in annos quadraginta perpetuatur*
8 *Præscriptio ex actis in causa factis interrumpitur.*

DECISIO CCCVII.

MANDATVM Rotale exequendum responderunt Domini propemodum ex facto.

Nam mortuo Francisco & ei succedente Nerio hærede Instituto, sed ex fideicommisso Franciscæ matris succedens Hospitale Incurabilium cum aliis locis Piis accepit possessionem Domus fideicommissariæ, & pariter statuarum Francisci grauati iuxta inuentarium. Vnde orta lite, est lata sententia à bo. me. Cardinale Caualerio restituendas esse statuas per Franciscum in Domo positas eademque in Iudicio appellationis confirmata à bo. mem. Cardinale Verospio seniore, & relaxatum mandatum, loca pia tamen curarunt committi causam restitutionis in integrum aduersus rem Iudicatam bo. me. Vbaldo seniori, & fuit commissa cum clausula sine præiudicio legitimæ executionis, sed adhuc lite pendente loca pia vendiderunt Domum cum statuis Theophilo, & quia super dd. statuis pendebat lis inter venditores, & hæredes Francisci propterea conuenerunt, quod si foret Iudicatum spectare ad loca Pia vendentia, eo casu remanerent liberæ emptori absque solutione aliqua tanquam comprehensæ in pretio &c. In instrumẽto Baro Philippus & hæres d. Nerij hæredis Francisci citauit Theophilum ad causam coram Vbaldo & proposito dubio An mandatum exequendum esset contra Theophilum, Rota respondit exequendum *coram Vbaldo dec. 237. & prius dec. 209. part. 2. rec. & coram subrogato bo. me. Arguelles confirmata 17. Decembris 1646.* mortuo Theophilo testamentaria eius hæres Communitas Gallesij vendidit Claudio eandem Domum cum eisdem statuis cum speciali pacto, & declaratione, quod quia in dicta Domo sunt, & reperiuntur non nullæ statuę & vrnę descriptę super quibus aderat controuersia, seu lis in hoc Rotę Auditorio pro parte hæredis d. Nerei, ne propterea in quemcumque euentum euictionis dd. statuarum, & vrnarum Communitas prædicta teneretur de euictione illarum, vel ad restitutionem cuiuscumque partis pretij minuique ad sustentationem dictæ litis illiusque prosecutionẽ &c. in alio instrumento me denique subrogato, & commissa mihi causa executionis rei iudicatæ, & mandati dubioque de more pro-

propoſito reſponſum eſt vt ſupra, quia iuſti-
1 tia apparet ex † ſupraſcriptis, & maximè ex duabus deciſionibus inquit *Rota d. vlt. num. 3. part. 9.* efficientibus Claudium vti Theophi-
2 lum in hac reali actione itaut† ſententia contra ipſum principalem reum poſſit mandari executioni contra eum qui rem litigioſam emit, *l. vlt. C. de litig. & ibi Bart. verſ. ego autem dico & ad l. 3. C. de pign. num. 23. verſ. 2. caſu aut per talem actum Rot. coram Duran. dec. 88. à num. 1. & dec. 194. num. 2. part. 9.* & in puncto pariter, & cauſa *d. dec. cor. Vbald. & d. deciſ. cor. Arguelles* etiã *non citat. vt pote ſcientem ex allegat. & amplius apud Canter. var. reſol. 12. de litig. à num. 17. part. 2.*
3 *& planè* de † litigioſa re de cuius dominio cauſa inter petitorem & poſſidentem mota eſt *ad text. §. ideoque ſaxcimus auth. delitig. & Auth. litigioſa res C. eodem.*

Nec obſtitit præſcriptio communis longiſ-
4 ſimi temporis (ſtatutaria nihil attinet) quia præſcriptioni ſemper reſiſtit mala fides, & ſcientia rei alienæ, & ſaltem litigioſæ ex ipſis inſtrumentis emptionum & venditionum, &
5 poſſeſſor† bonæ fidei vllo tempore non præſcribit *cap. 2. de reg. Iur. in 6.* & multo minus
6 rei litigioſæ & prohibitæ *argum. l. vlt. C. de litig. & benè ac largè cor. Arguelles d. dec. §. non obſtante,* quæ præſcriptio nec vlla eſt, quia ab anno deciſionis coram Arguelles 1646. vſque ad annum ſubrogationis R. P. D. Prioli anno 1663. cuius abſentis teneo locum, non decurrerunt 40. anni, quibus actio etiam tem-
7 poralis perpetua † efficitur, & in annos 40. perpetuatur *l. vlt. verſ. ſed licet perſonalis actio C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, & ibi notant omnes & ad litteram Bald. atque ita etiam ſtatutaria, ſtat. 158. de præſcript. lib. 1. & ibi Galganet. verſ. limitatio 4. eſt, niſi actio in iudicium Fenz. num. 65. Rot. dec. 86. num. 2. part. 1. dim.* vbi quoad præſcriptionem ſtatutariam† dixerunt Dñi. illam fuiſſe interruptam ex eiſdem actis, & facilius.

Quantitas, & identitas ſtatuarum conſtat recepta, & deſcripta in inuentario à Præfecto Domus Hoſpitalis; & quia pars altera in actis oppoſuit legitimandas perſonas omnes ſpecialius Legitimatio Baronis Nerei probatur ex teſtamento Epiſcopi Franciſci in quo illũ hæredem inſtituit, & Baronis Philippi eiuſdẽ Nerei filij ex ſententia bo. me. Cardinalis Veroſpij ſenioris cum re iudicata & Baronis Aloyſij Mariæ q. Philippi filij & hæredis ex teſtamento Philippi in actis producto.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO,

nunc S. R. E. Cardinali.

Romana fideicommiſſi de Glorierijs.

Lunæ 1. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Duæ ſententiæ inter Ciues Romanos vim triũ habent. Deſcendentium appellatione qui veniant. Teſtator ex quibus arguatur omnes deſcendentes indiſtinctè vocare voluiſſe.

Dictiones *alios, & quomodolibet* ponderantur, & alia, de quibus latè patet ex ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ duæ inter ciues Romanos latæ ex Vrbis ſtatuto lib. 1. cap. 180. habent vim trium & obtinent vim rei iudicatæ*
Et procedit etiam contra Eccleſias, & loca pia, & num. 2.
3 *Sententia quandò, eſt iuſta, reſtitutioni in integrum non eſt locus*
4 *Deſcendentium appellatione veniunt omnes deſcendentes in infinitum*
5 *Deſcendentium nomen refertur ad ſtipitem reſpectu cuius omnes dicuntur ab eo deſcendere non ſolum deſcendentes ex maſculis, ſed etiam ex fœminis, & num 6.*
Et indiſtinctè admittitur quoad filios, & nepotes ex fœmina, niſi ſit addita maſculinitatis qualitas & num. 7.
8 *Teſtator ex quibus arguatur omnes deſcendentes vocare voluiſſe*
9 *Dictio* alios *eſt ampliatiua, nec ſe reſtringit ad ſimilia eiuſdem qualitatis*
Ampliat vt num. 10.
11 *Dictio* quomodolibet *repetitionem maſculinitatis includit, & incluſionem fœminarum operatur*
12 *Teſtator repetens vocationẽ fœminarum in maſculorum defectum veniunt omnes fœminæ deſcendentes ex maſculis, quam ex fœminis*
13 *Dictio* fœminarum *eſt generalis, & recipit latam interpretationem tanquam indefinitè prolatam.*
14 *Teſtatoris deſcendentes à locis pijs non ſunt excludendi & num. 16.*
15 *Lex cum Anus* ff. de condit & demonſtrat. & *l. cum acutiſſimi* C. de fideiçom. *quomodo procedant*
16 *Minus dilectũ non debet magis dilectum excludere.*
18 *Filij in conditione poſiti ex ſtatuto Vrbis* cap. 142. lib. 1. *cenſentur diſpoſitiuè vocati & num. 19.*
20 *Conditio quando non poſſit dici tacita*
21 *Conditio tacita nihil differt ab expreſſa*
22 *Probationes etiam leues ſufficiunt quando agitur de admittenda deſcendentia teſtatoris.*

DECISIO CCCVIII.

FVIT reſponſum Conſtare de re iudicata, non autem de cauſis reſtitutionis in integrum.

Ratio primæ partis fuit, quia adſunt duæ ſententiæ Rotales Conformes, quæ vigore Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 180.* cuius diſpoſitio
2 procedit etiam contra Eccleſias, & loca Pia, obtinent vim rei iudicatæ *Rot. penes Fehzon. ad idemmet ſtatutum dec. 6. §. neq; huic fundamento dec. 380. per tot. part. 1. recent.*

Alterius autem partis ratio fuit, quia ſententiæ, quarum validitas non controuertitur ſunt iuſtæ, ideoque non eſt locus reſtitutioni,
3 *Bero conſil. 123. num. 9. & 10. lib. 3. Rot. deciſ. 132. deciſ. 427. par. 1. & dec. 293. vbique num. 1. par. 8. recent. & in Perufina Donationis 4. Maij proximi* preteriti §. alterius verò dubij, coram me Iuſti-

Iustitia verò satis constare visa fuit ex decisionibus editis coram RR. PP. DD. meis Emerix, & Albergato firmantibus fideicommissum à Cæsare Glorierio institutum apertum fuisse ad fauorem Portiæ Testatoris Proneptis tamquam progenitæ ex Felice filia Caroli ipsius Testatoris filij primò loco instituti, & fauore descendentium grauati, quorum
4 appellatione veniunt omnes descendentes in infinitum, vt per *Alex. in addit. ad Bart. in l. liberorum 220. sub num. 18. vers. quæro quid si dicatur, ff. de verb. signif.* & præter allegatos in præteritis, *Rot. apud Seraphin. decis. 939. num. 5. & 6.* vbi
5 reddit rationem, quia scilicet nomen descendentium refertur ad stipitem, cuius respectu omnes ab eo dicuntur descendere, *Rot. in recent decis. 10. num. 4. part. 1. & decis. 6. nu. 14. & 20. part. 5. & in Romana fideicommissi 21. Iunij 1652. post principium coram Reuteren. Patre Domino meo Verospio.*

6 Et nedum † descendentes ex masculis, sed etiam ex fœminis, *ad text. in Auth. de hæred. ab intest. ven. §. si quis igitur*, ibi siuè ex masculorũ prole, siuè fœminarum descendentes, *Fusar. plures cumulans de substit. quæst. 325. nu. 3. & 4. vbi in fine*, dicit ab hac opinione communi in cõsulendo, & iudicando non esse recedẽ, *Decian. cons. 127. num. 1. & 3. vers. tum etiam quia tunc. nu. 20. lib. 3.* vbi dicit id indistinctè procede-
7 re quoad Filios, & Nepotes ex fœmina, nisi addita sit qualitas masculinitatis, & probant adducti *in prima decisione R. P. D. mei Emerix, §. Et licet Portia.*

Et hanc in proposito fuisse mentem fideicommittentis clarè desumebant DD. ex totius Testamenti contextu, dum primò in Institutione vniuersali instituit Iulium, & Carolum filios legitimos, & naturales, & eos eorumque filios masculos, Nepotes, & alios quomodolibet ex eis descendentes in infinitum; Posito enim quod Testator intellexerit de filijs masculis tàm in primo ordine, dum filios instituit, quam etiam in secundo, dum vocauit eorum filios masculos, Nepotes, & Pronepotes, attamen dum in tertio ordine vocauit descendentes, quorum appellatione veniunt fœminæ, & descendentes ex eis censetur sensisse de omnibus indistinctè, vt benè considerat *Gionagn. cons. 39. num. 6 & 7. lib. 1.* vbi occurrens obiecto, quod Testator in alijs casibus vocauerit masculos ob-
8 seruat hanc † considerationem retorqueri, quia si Testator in tertio ordine sensisset de masculis, hoc expressisset, sicut in alijs casibus fecit, quod cum non fecerit, dicendum est voluisse omnes descendentes simpliciter vocare, & latè probauit *Rota in Bononien. fideicommissi de Vetia 31. Maii 1600. coram bo. me. Corcino impress. post eundem Gionagn. d. cons. 39. num. 18. & 19.*

9 Attentis præsertim † dictionibus *alios*, & *quomodolibet*, quarum altera in materia fauorabili non se restringit ad similia eiusdẽ qualitatis, sed stat ampliatiuè, vt distinguendò docuit *Dec. in l. quicumque in secunda lectura n. 15 in fine, C. qui admitti*. Secundum quam distinctionem intelligenda est, *Rot. in contrarium allegata decis. 200. nu. 15. part. 7. recent. dum citat Dec.*
10 vbi proximè præsertim † quando prout hic apposita fuit cum copula, hoc enim casu non restringi ad similia expressis declarat *Surd. consil. 449. num. 10. vers. Item quando*.

11 Altera verò † excludit repetitionem masculinitatis, & operatur inclusionem fœminarum, *Peregrin. cons. 6. num. 5. lib. 1. Eminentiss. Otthob. dec. 260. num. 16. cum aliis adductis in prima decis. R. P. D. mei Emerix §. præsertim, & in decis. R. P. D. mei Albergati §. Vltimo*, vbi respondetur omnibus in contrarium repetitis.

Deindè verò dum adijciens prohibitionem alienationis, & designans ordinem succedendi vocauit masculos cum prælatione, ac fœminas in defectum masculorum ijs verbis: *Quia voluit, quod remaneant perpetuo in domo de Glorierijs, videlicet in masculos, & in defectum masculorum fœminas, & in euentum contrauentionis, quod proximior masculus succedat, & nullo volente, vel non existente, succedant fœmina*.

Et demum dum procedendo ad vlteriores substitutiones voluit, vt quando deficerent masculi de domo de Glorierijs, tunc filiæ fœminæ non existentibus masculis de Domo
12 Glorieria succedant; Ex † hac enim toties repetita vocatione fœminarum in defectum masculorum veniunt omnes fœminæ omniũ graduum ex proprietate sermonis, & sic neptes, & aliæ descendentes tam ex masculis, quam ex fœminis, *Castr. cons. 316. num. 1. vers. sed in contrarium lib. 2. quem alijs relatis sequitur Rot. 221. num. 2. vers. nec deerat materia par. 3. & ex Lederch & Peregr. probat secunda decisio §. appellatione*.

Nec reluat obiectum, quod vocatæ fuerint fœminæ de domo Glorieria nam benè se ipsum declarauit Testator, cum dixit velle *quod bona remaneant perpetuo in domo de Glorieris*, deindè subiecit videlicet, *masculos*, deindè addidit, *& in defectum masculorum fœminas*, & postremo *deficientibus mulieribus substituit loca pia*,
13 vt proinde dictio † illa generalis fœminarum non patiatur restrictionem à domo Glorieria quæ illas non qualificat, sed recipiat latam interpretationem tanquam indemnitè prolatam in subsequentibus ad plenè tradita per *Gabr. cons. 96. num. 34. vers. licet tamen illa declaratio lib. 1. Altogr. cons. 89. num. 23. lib. 2. facit Rot. apud Caual. decis. 125. nu. 10. &* probant adducti *in fecund. dec. §. appellatione namque fœminarum coram R. P. D. meo Emerix*.

Quæ facilius veniunt admittenda ne sequatur absurdum quod admittantur loca pia, ex-
14 clusis descendentibus Testatoris † licet fœminis, & non agnatis, vt benè ponderat *prima decis. §. & hinc non reluat. vers. immò grauius esset*.

Aduertebant præterea DD. Felicem sinè controuersia vocatam, & Portiam filiam in conditione positã ex dispositione *l. cum Aunt ff. de condit. & demonstr. l. cum acutissimi C. de fideic-*
15 *comm.* quæ procedunt ne dum in filijs primi gradus, sed etiam in vlterioribus descendentibus fideicommissi grauatis *Mantic. de coniect. lib.*

lib. 10. *tit.* 7. *nu.* 18. *Fusar. de substit. quæst.* 393. *nu.* 81 idque licet substituta sit pia causa, *Fusar.* alios adducens *dicta quæstion.* 393. *numer.* 55. *quibus addi potest. Rustic. An, & quando filii lib.* 3. *cap. ultim. num.* 3.

Ex quo Domini inferebant ad duo fauore Portiæ Alterum quod videretur esse locum transmissioni, quæ licet regulariter de Iure non habeat locum in fideicommissis conditionalibus id tamen non procedit quando in contrariũ vrget voluntas Testatoris, desumpta ex coniecturis, vt potè quia agatur de filijs in conditione positis, quod Testator digressus fuerit ad plures gradus substitutionũ quandoque alias deuenirent ad extraneos, vel
16 piam cãusam, quam † non est verisimile testatorem voluisse descendentibus suis præferre, vt latè fuit dictum *in Bituntina fideicomm. 20. Martij* 1651. §. *quia licet regula sit cum pluribus seq. coram R. P. D. meo Albergato*, vbi fuerat substituta pia causa, & agebatur in durioribus terminis, nempe de fideicommisso transuersali, stringit enim ea potissimum coniectura, vt nisi fieret transmissio sequeretur quod mi-
17 nus dilectus excluderet † magis dilectum, vt latissimè comprobat, & contrarijs respondet, *Mantuæ transmiss. cas.* 1. *nu.* 105. *& 120.*

18 Alterum †, quod Portia videretur vocata ex Statuto Vrbis *cap.* 142. *lib.* 1 cuius dispositionem, *licet Galgan ad idemmet. Statut. & in suo tract. de condit. par.* 2. *quæst.* 97. *à num.* 6. contendat non habere locum in conditione tacita, contrarium tamen videtur tenuisse, *Rot. in Romana fideicom. de Paluzzellis* 4. *Maij* 1615. *coram bon. mem. Manzanedo impress. in recent. par.* 4. *tom.* 1. *dec.* 174. vbi cum Vxor maritum instituisset, eumque si sine filijs decessisset, fideicõmisso gratuasset, stantibus coniecturis deductis ex amore, quo Testatrix Virum, & eius Agnatos, & affines prosequebatur respõdit etiam filios
19 secum in matrimonij † vigore Statuti fuisse vocatos, licet essent in conditione tacitè posiri, & ex sola hominis coniectura, vt patet ex contextu decisionis signanter, *sub num.* 23. *vers. respondemus enim DD. & num.* 24. *cum seq.*

Vndè multo magis id dicendum in conditione d. l. cum Auus, & l. cum acutissimi, quæ non potest dici tacita cum lex de mente
20 Testatoris dicatur eam describere iuxtà, *doct. Baldus l.* 3. *num.* 3. *C. de inoffic. testam.* & conuincunt verba d. l. cum Auus ibi *Minus fuisse scriptum*, quam dictum & in d. l. cum acutissimi, ibi *Non aliter*, hoc videri disposuisse, quæ expendit, *Menoch. præsumpt.* 89. *num.* 4. *&* 5 *iuncto num.* 12. *lib.* 4. vbi, *propterea*, pluribus firmat sententiam. *Bart. in l. ex facto §. si quis rogatus il primo num.* 4. *quem ibidem sequitur Castr. & alij communiter, quos cumulat idem Menoch. in antecedenti num.* 3. *Fusar. de substit. quæst.* 393. *num.* 2. tenentem hanc conditionem inesse ex mente Testatoris, non fictione legis, vbi quod hæc sententia est receptior, & tenenda reprobata contraria Cumani, Fulgos. & aliorum dicentium eam inesse ex fictione Iuris, quorum argumenta dissoluit, & retorquet, *Menoch. d. præsumpt.* 89. *num.* 12. vnde benè communiter
21 tradunt DD. hanc conditionem nihil differre ab expressa, vt patet ex cumulatis *à Fusar. d. quæst.* 393. *num.* 5.

Quę quidem si in simplicibus terminis aliquam paterentur difficultatem, eam in præsenti casu cessare videtur ex coniecturis à cõtextu ipsius testamenti superius deductis, & generali vocatione fœminarum, & mulierũ, in digressu plurium gradũ substitutionum, vocatione descendentium collata in remotissimum tempus, quas in proposito considerat, *Rot. dec.* 484. *num.* 5. *& seq. & signanter num.* 9. *& 11. part.* 9. *tom.* 2. *recent.* vbi firmat huiusmodi
22 coniecturas, eo magis admittendas cum agatur de descendentibus Testatoris, quorum fauore sufficiunt leuiores probationes.

Ex quibus cum aliis latius adductis in prætcritis decisionibus visa est. Dominis firmata vocatio Portiæ, & abundè satisfactum omnibus obiectis in contrarium denuò repetitis.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT

Bononien. Bonorum.

Lunæ 1. *Iunij* 1665.

ARGVMENTVM.

Consensus in ijs, quæ præiudicium inferunt non extenditur de casu ad casum nec consensus diuisioni præstitus non debet trahi ad renunciationẽ hypothecæ in præiudicium consentientis. *Statutum Bononiense sub rubr. de appellat.* quid disponat.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio bonorum est compatibilis cum reseruatione hypothecæ, cui non censetur renunciatum, nisi exprimatur*

2 *Consensus in præiudicialibus non extenditur de casu ad casum*

3 *Consensus præstitus diuisioni non est trahendus ad renunciationem hypothecæ in præiudicium consentientis.*

4 Statutum Bononiense Rubr. de Appellat. §. præterea *disponit quod in quolibet iudicio possessorio semel tantum liceat appellare*

5 Decis. 144. & 244. & 245. post Pacific. de Saluian. interd. *quo casu procedant*

6 *Aegidiana quando intrat, locum habere potest statutum.*

DECISIO CCCIX.

DISCVSSA sub die 6. Martij præteriti subsistentia decisionis editæ in Rota 20. Iunij 1664. qua dictum fuerat esse locum statuto de duabus, quia aderant duæ sententiæ validæ, & iustæ. Domini agnoscentes pietatis decisionis fundamenta subsistere, dubitantes solummodo circa iustitiam sententiarum, An, Antonius Marij consentiendo diuisioni, & distractioni communium bonorum in Comitem de Populis sui Fratris credito-

ditorem, sibi ita præiudicauerit vt non potuerit postea contra eadem bona de eius consensu relaxata regressum habere. Et circa illarũ executionem, An vere intraret statutum de duabus conformibus, mandarunt strictè super his duobus tantum informari, & hodiè iterùm causa proposita in decisis absolutè perstendum putarunt.

Diuisio enim visa est iterum non obstare, quia licet Antonius Maria illam petendo assentitus fuerit, quod Comes, cum quo prædium diuidebat partem retineret obuentam. Quia tamen diuisio noscebatur petita ad effugiendam communionem, quam nolebat cum Comite, inde non infertur quod hypotecam diuidendo remiserit. Quia † diuisio
1 est compatibilis cum reseruatione hypotecę, cui ideo numquam censetur renunciatum, nisi expresse id fuerit actum. *Rota Bonon. decis.* 84. *nu.* 15. *& Romana decis.* 115. *nu.* 4. *par.* 1. *& dec.* 80. *nu.* 21. *part.* 6. *recent.* Vel nisi ex præcisa necessitate inferatur. *Cranet cons.* 257. *nu.* 8. *vers.* 8.
2 *Rota decis.* 342. *n.* 8. *par.* 5. *recent.* Consensus † enim in præiudicialibus non extenditur de casu ad casum ex planè deductis per *Salgad. ad Labyr. credit. part.* 1. *cap.* 14. *nu.* 78. *Rota d. dec.* 115. *nu.* 4. *part.* 1. *rec. & coram Card. Ostthobono dec.* 131 *num.* 22.

3 Nec præstitus, † prout hic ad effectum euitandi communionem, debet trahi præsumptiuè ad renunciationem hypotecæ in præiudicium consentientis vt consuluerunt. *Aemilianus cons.* 140. *nu.* 10. *Grat. cons.* 17. *numer.* 46. *lib.* 1. *& tradit. Peregr. de fideic. art.* 42. *nu.* 72. *Ciriac. contron. For. cap.* 15. *n.* 4. *& seqq. & Rota dec.* 14. *nu.* 30. *coram Buratto, & dec.* 80. *num.* 20. *& 21. part.* 6. *rec.*

Et ex his reiecto hoc vnico obiecto, quod videbatur aliqualiter releuare, probatisque in reliquis responsionibus decisionis, protinus subsistentibus, habuerunt Domini pro sufficienter probata sententiarum iustitia.

Adeo vt non dubitauerint intrare statutũ, si non illud sub rubr. de Instr. & testam. & Laud. executioni demãdan. de quo meminit decisio, quæ reuidetur, saltem certo certius
4 illud † sub rubr. de appellat. §. Præterea literaliter disponente, quod in quolibet iudicio possessorio (prout est de quo agitur, cum sententia emanauerint super interdicto Saluiani) semel tantum liceat appellare, quod statutum pluries in proposito admisit, *Rota* prout *decis.* 266 *in princ. part.* 1. *& decision.* 133. *nu.* 20. *part.* 3. *recent. & admittitur in Bonnien. fideicommiss. de Bologninis* 18. *Maij* 1643. §. *& hinc patet coram Reuerendiss. Carillo, & in alia Bonon. Bonorum* 17. *Martij* 1649. §. *cui regula coram in. me. Bichio.*

5 Nec obstant † *decision.* 144. *& 244. & 245. post Pacif. de Salvian.* Quia procedunt circa Aegidianam, de qua hic non est quæstio, nec sumus in casu, quod prima sententia sit nulla, vel iniusta prout in dictis decisionibus, sed ambo sunt validæ, & iustæ ex superius firmatis, & latiùs in decisione, quæ reuide-
6 tur, & ideo non retorquentur. Quia † sicut in hoc casu intraret Aegidiana, ita & indubitanter intrat statutum, vt præter mox citatos fuit etiam firmatum in *decis.* 330. *nu.* 4. *part.* 2. *diuers. & in Auenonien. bonorũ* 18. *Februarij* 1639. §. *quod autem coram bo. me. Dunozetto.*

Et ita causa bis proposita partibus hinc inde informantibus statuto locum esse responsum fuit, & in decisis perstendum &c.

R. P. D. OTTALORA

Parmen. Pensionis.

Lunæ 1. *Iunij* 1665.

ARGVMENTVM.

Pensio quando debeatur. Narratiua non dolosè facta Pontifici illius gratiam efficacem reddit. Resignatarius impugnans validitatem pensionis aperit viam regressui. Resignans propter expressionem falsam valoris non potest petere regressum ad beneficium resignatum.

SVMMARIVM.

1 *Pensio debetur quoties apparet de valida resignatione de reseruatione eiusdem, & de alijs. Vide num.* 1.

2 *Pensionis reseruatio corruit si non sit verus valor expressus.*

3 *Gratia Pontificis non redditur nulla, vel subreptitia, si narratiua non sit dolosa, neque voluntas Papæ aduersetur.*

4 *Procurator fines mandati diligenter custodire tenetur, & illos egrediendo praiudicium principali inferre nequit.*

5 *Solitum quod est fieri, facile potest impetrari.*

6 *Ex solito Papæ eius voluntas deprehenditur.*

7 *Resignatarius beneficio retento de nullitate pensionis non potest excipere.*

8 *Resignatarius impugnans validitatem, vel reductionem pensionis aperit viam regressui, ad hoc vt resignans beneficium consequi valeat.*

9 *Translatarius, qui nunquam beneficium possedit nõ potest excipere de regressu.*

10 *Translatarius qui sit capax beneficij potest iuuari exceptione regressus.*

Amplia vt nu. 11.

12 *Resignans propter expressionem falsam valoris non potest petere regressum ad beneficium resignatum.*

13 *Clausula* ex quauis causa *censetur comprehendere quamlibet nullitatem.*

DECISIO CCCX.

RESIGNAVIT q. Marchio Marius Zandemaria ad fauorem Io. Baptistæ Guarescbi simplex Beneficium sub titulo S. Mariæ in Ecclesia Cathedrali Parmen. & cũ expressione quod fructus ascenderent ad ducatos 75. obtinuit sibi reseruari pensionem ducatorum 24. quam postea transtulit in personam D. March. Marij Zandemariæ eius Nepotis inter quem, & Guarescum orta cõ-

trouer-

trouerſia ſuper ſolutione d. penſionis cauſaq; in Rota commiſſa fuit ſub die 12. Decembris proximi præteriti coram Reuerendiſs. Gerſuden. diſputatum dubium An penſio debeatur, ſed dilata reſolutione hodie dubio à me in eius locum ſuffecto repropoſito Domini cenſuerunt penſionem deberi.

Quia non dubitatur Inter partes de valida reſignatione cum reſeruatione ſupradictę penſionis de conſenſu tam reſignantis quam reſignatarij, de facultate transferendi in vim Indulti Apoſtolici, & de capacitate translatarij † quibus concurrentibus penſio debetur 1 *vt dixit Rota coram Mellino dec. 277. n. 1. & in Romana Penſionis 1. Julij 1665. coram me.*

Non obſtat quod penſio reſeruata fuerit ſuper fructibus certis tantum quos non probatur aſcendere ad ducatos annuos 75. prout Papæ narratum fuit in ſupplicatione quinimo ex depoſitionibus teſtium conſtat contrarium nempe fructus certos dicti Beneficij 2 non excedere ducatos 33. vnde † reſeruatio penſionis fundata in d. valore expreſſo remanet inefficax in totum ex defectu conſenſus Pontificis *Garzias de benefic. part. 1. cap. 5. numer. 422. & 500. Tondut de penſ. cap. 15. nu. 3. & 6. cap.* 3 *45. nu. 2. Mantic. deciſ. 173. nu. 1.* Nam † quotieſcumque falſa narratiua valoris non eſt doloſa neque voluntas Papæ aduerſatur gratiæ nunquã redditur nulla vel ſubreptitia vt pluribus relatis tenuit *Rot. deciſ. 530. part. 4. tom. 3. recent* in præſenti autem excluditur dolus ex parte reſignãtis quia ipſe conſtituit Procuratorem ad reſignandum Beneficia cum reſeruatione penſionis non ſolum ſuper fructibus certis ſed etiam incertis quos aſcendere dixit ad ducatos 75. vt conſtat ex eius mandato Procuræ dato in ſummario D. Marchionis *nu. 1.* deficit pariter ex parte reſignatarij quia ipſe conſenſum præſtitit reſeruationi d. penſionis etiam ſuper incertis vt in d. ſummario *num. 1.* & quamuis expeditio in ſupplicatione reſtrinxerit ſe ad certos tantum narrando illos duntaxat aſcendere ad ducatos 75. tamen ex eius fide data in ſummario *num. 3.* patet 4 id euenisſe incuria eius iuuenis, † qui egrediendo fines præſcriptos mandatorum non potuit præiudicium inferre reſignãti *Rot. dec. 270. nu. 4. poſt. 2. vol. conſ. Farin. & in d. deciſ. 530. nu. 25. & ſeq. part. 4. tom. 3. recent.* Demum non aduerſatur voluntas Papæ quia ipſe ſolitus erat reſeruare conſimiles penſiones ſuper aliis beneficiis cõſortialibus eiuſdem Eccleſiæ, eorumque fructibus tam certis quam incertis, 5 vt in dicto ſummario *num. 4.* adeo vt † quod ſolitum erat fieri, facilè potuiſſet impetrari, † & ex ſolito ipſius Papæ arguitur eius vo- 6 luntas *Mantic. deciſ. 214. add. ad Greg. deciſ. 150. num. 10. add. ad Barat. deciſ. 510. num. 11.* & hanc cõſiderationem quod alia beneficia eiuſdem Eccleſiæ grauata eſſe ſoleant cum ſimili penſione magni fecit, *Rota in Romana Penſionis prima Aprilis 1661. §. fin. coram Eminentiſſimo Card. Celſo.*

Vlterius ponderatum fuit quod in ſuppli- catione Reſignans ſibi reſeruauit regreſſum in forma ampliſſima caſu quo titularis deficeret in ſolutione penſionis vel illam peteret annullari aut inualidari ſummario *numer. 8.* 7 Quapropter † Guareſchus retento beneficio non poſſet de nullitate penſionis excipere *Lotther. de re benef. lib. 1. queſt. 41. nu 38. Rot. coram Creſcentio deciſ. 17. de reſeruat. deciſ. 61. part. 2. diuerſ. deciſ. 287. nu. 17. part. 5. recent. & in Camerinen. Regreſſus 1. Decemb. 1645. in fin. confirmat. 19.* 8 *Junij 1647. coram Peutingero.* Quinimo † debet vel illam ſoluere vel dimittere beneficium qui impugnando validitatem vel petendo reductionem penſionis ſtatim aperit viam regreſſui cum deficiat conſenſus reſignantis conditionaliter præſtitus quatenus ſcilicet penſio ſoluatur additâ etiam clauſula non alias aliter, nec alio modo vt in his terminis *dixit Rota deciſione 286. numer. 1. & 2. part. 2. recent.*

Neque aduerſatur quod profata procedant fauore reſignantis qui iam eſt mortuus non 9 autem fauore translatarij qui † cum nunquã poſſederit beneficiũ non poteſt excipere de 10 regreſſu *Rot. deciſ. 287. num. 18. part. 5. recent* † quia ſufficit quod translatarius ſit capax beneficii ad hoc vt poſſit iuuari exceptione regreſſus qui ſemper cẽſetur translatus pro releuatione ipſius trãslatarii quatenus titularis penſionem non ſoluat *iun. deciſ. Gual. relata per Pariſ. de reſignat. lib. 6. queſt. 4. num. 51. Lotther. de re benef. lib. 1. queſt. 4. ſub num. 260. & in recent.* 11 *deciſ. 119. nu. 6. part. 4. recent.* præſertim † quando, vt hic, translatio facta fuit cum clauſulis prægnãtiſſimis nempe cum omnibus vinculis, exẽptionibus & indultis in omnibus & per omnia ad finem reſeruationis vt in ſummario *num. 10.* quo caſu præſumitur translatus etiam regreſſus *Pariſ. de reſignat. lib. 6. queſt. 4. nu. 15. Lotther. de re benef. lib. 1. qu. 40. ſub nu. 266. & ſeq.*

Minus facit quod nullitas prouenit ex facto & culpa reſignantis ob falſum expreſſionem valoris qui † proinde non poteſt pete 13 re regreſſum ad beneficiũ reſignatũ *ex Garz. de benef. part. 11. cap. 3. num. 30.* Tum quia non probatur id euenisſe eius culpa ſed potius incuria expeditoris qui non potuit eidẽ præiudicare ex ſupradictis, tum quia reſeruatio regreſſus non eſt ſimpliciter concepta iuxta formam antiquã ſed cum verbis, & clauſulis ampliſſimis & prægnantibus & ſignanter cũ 13 clauſula ex quauis cauſa † ſub qua cenſetur cõprehenſa quelibet nullitas etiã prouentens ex falſa expreſſione valoris vt in puncto dictum fuit *in Aquilana Canonicatus 26. Maij 1680. §. non obſtat coram Eminentiſſ. Card. Celſo.*

Et ita vtraque &c.

R.P.D.

R. P. D. T A I A.

Bononien. fideicommissi de Blanchetis.

Mercurij 3. Iunij 1665.

A R G V M E N T V M.

Fideicommissa duo incompatibilia apud vnum residere nequeunt. Creditum illiquidum dotis fideicommissario immissionem impedire non valet, quando pro illius detractione certa bona assignata fuerunt. Dictiones *vtriusque* & *itaut* quomodo intelligendæ, & accipiendæ. Contrahentium mens qualis fuerit vnde deprehendi valeat.

S V M M A R I V M.

1 *Fideicommisso ad fauorem fideicommissarij purificato immissio in vim* l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollend. *conceditur.*
2 *Fideicommissum vnum incompatibile cum altero non potest in eadem persona residere.*
3 *Fideicommissarius incompatibilium possessor debet vnius successione carere.*
4 *Fideicommissum cum altero non potest dici incompatibile quando à testatore fuit, translatum & concessum fideicommissarij filijs, quia pater pro filio illud possidere valet.*
5 *Nomina, cognomina, & insignia pro libito variare licet.*
6 *Exceptio recentionis dotis materna non potest retardare immissionem fideicommissario.*
7 *Creditum illiquidum immissionem retardare nequit.*
8 *Detractio dotis facienda est ex bonis pro illa assignatis.*
9 *Pactum personale personam non egreditur.*
10 *Pluralitas in singularitatem resolui nequit.*
11 *Dictio* vtriusque *requirit vtriusque concursum, & rem in solidum cuilibet attribuit secundũ propriam significationem. & nu.* 13.
12 *Dictio* itaut *accipitur restrictiuè, declaratiuè, aut ampliatiuè secundum subiectam materiam.*
13 *Dispositio negatiua in affirmatiuam non resolnitur.*
14 *Contrahentium mens ex contractu solet deprehendi.*
15 *Testes specifice & ad rem deponentes magnum probationis gradum constituunt.*

D E C I S I O CCCXI.

CVM peteret Comes Iulius immissionem in bona fideicommissa à Iacobo & Io. antiquis ascendentibus contra D. Elisabetham filiam D. Georgii eius fratris ad *l. vltimam C. de edict. Diu. Adr. vel. vtil. fab. interdict. iuxta filium Rotæ dec. 496. num. 1. part. 9. cum allegatis.* Dubitatum est An Comiti Iulio dãda sit immissio, vel potius obstet transactio; & Domini responderunt dandam immissionem excepto corpore pro retentione detractionum, suspensis bonis emphiteoticis, nec obstare transactionem.

1 Nam de fideicommissis eorumque † purificatione, legitimatione personarum, & bonorum demonstratione non erat controuersia inter partes, cum de his fideicommissis sint Rotæ Bonon. &c. decisiones apud Barz. prima & duæ sequentes, & de bonorum demonstratione multæ confessiones, & declarationes Cæsaris, & Gregorij auctorum D. Elisabethæ deducãtur in summario Comitis Iulij *nu. 36. & seqq.*

Nec obstitit immissioni prima exceptio D. Elisabethæ, quod Comes Iulius actor probare non posset ad se pertinere hæc fideicommissa obstante testamento Francisci Gambalunghi auctoris sui ibi: *Et propterea reddi inhabilem adimplere conditiones superius iniunctas cognomen sine domus, ac insignia assumendi, vt in dicto testamento* & amplius ibi: *Iniunxit Testatorum, & omninò voluit haredibus, & substitutis quod aliquo tempore, in bonis, & hereditate DD. de Blanchettis quicquam petere, aut consequi valeant vigore quorumcumque fideicommissorum, seu vigore quarumcumque inuestiturarum bonorum emphiteoticorum, seu linellariorum &c.* perinde ac si prædictorum omnium incapaces, seu ab illis in omnibus & per omnia excluſi essent &c. ex
2 quibus videatur deneganda immissio in dicta fideicommissa de Blanchettis Comiti Iulio possessori fideicommissi Gambalunghi vti incompatibilia ex Doctrina *Bald. ad l. vl. C. de edict. Diu. Adr. n. 15. vers. 2.* per instrumẽta similia, & de his, & huiusmodi fideicommissis *Fusar. cons. 175. numer. 17. Castill. quotid. controu. 579. lib. 5. Larr. dec. 51. nu. 32. 33. & 34. Rot. decis. 240. n. 23. part. 9.*

Quia visum est Dominis ea exceptione non repelli Co. Iulium, nec agi de electione iam facta in qua locus d. exceptioni esse possit in concursu duorum fideicommissorum,
3 sed de facienda, & nunc quidem Co: Iulio † debere necessario in vno deficere, atque vnius successione carere inquit, *Molin. de primog. cap. 14. num. 26. lib. 2. & cap. 2. vers. 30. lib. 3. Castill. quotid. controu. 136. num. 77 lib. 5. Thesaur. sen. dec. 270. num. 13.* & planè ad ipsam dispositionem Testatoris Gambalunghi ibi. *Tunc & eo casu Testator vocauit, seu substituit alium descendentem masculum &c.* Ex hac enim substi-
4 tutione in hoc ipso casu inducebatur † non tam prohibitum fideicommissum Gambalunghum fideicommissario Blanchetto, quã permissum, imò translatum, & concessum filijs eius *ad Castill. d. contr. 179. & Larr. loco alleg.* & maxime vbi se refert ad Castill. & hunc quoque obseruando agere de constitutore maioratus disponente, vt non possit maioratus cum alio coniungi, & concurrere &c. ita vt præuenerit electionem, secus à casu præsenti, vbi constitutor huius fideicommissi Gambalunghi cum expressa prouisione substituit alium descendentem masculum priuãdo fideicommissarium Blanchetum, cum †
5 & nomina, & cognomina, & insignia liceat variare pro libito, *Cassan. Catalog. Glor. Mund. consid. 38. conclus. 31. vers. sed quid de armis part. 1.*

& plane

& planè ad tex. l. vnica C. de mutat. nomin. & in hoc ipso testatorum mãdata consistunt.

Nec vitium est rem esse integram eo quod iam acciderit cõcursus fideicommissorum, & consũmata videatur electio mortuo Comite Cæsare Patre, quando supra dictis fideicommissis transigerunt dictus Gregorius, & Comes Iulius Filij.

Quia tunc temporis ante dictam trãsactionem Comes Iulius intendebat succedere in fideicommisso Blanchetto replicando contra Georgium fratrem se capacem effici posse in successione prędicta mediante transmissione & diuisione hæreditatis Gambalunghę ad eius filium primogenitum, & ne tunc prosequeretur, Co: Iulius intentionem suam ei promisit Georgius soluere annuas 6000. libras, atque ita transactum fuit, transactione dilatoria, & temporali ad consequen. postea suo tempore fideicommissum Blanchettum, cui nullum videtur illatum prætudicium retinente Comite Iulio tunc fideicommissum Ghambalungum, quod transmittere noluisset vti potuisset ad filium, nec eligendo potuisset habere illas annuas 6000. libras pro fideicommisso controuerso Blanchetto, sed ne eligeret hoc fideicommissum, vt patet ex transactione.

6 Neque secunda exceptio † D. Elisabethæ ex retentione dotis 8000. librarum D. Armellinæ matris Georgij, & matris D. Elisabethæ visa est sufficere ad retardandam immissionem.

Nam D. Armellina reliquit Georgio, & Co: Iulio filijs solam legitimam instituendo in vniuersa hæreditate Cæsarem qui eamdẽ adiuit vt summario Comitis Iulij *num. 9. & 10.* Vnde D. Elisabetha ex persona Georgij Patris non potest prætendere nisi dextantem, siue dimidium trientis nempe lib. 13333. & propterea saluis replicationibus Comitis Iulij ex quibus videri possit nõ satisfactum, aut
7 saltem factum illiquidũ d. creditum, & ideo † non posse retardare immissionem *Rota coram*
8 *Caualer. decis. 573. numer. 3.* cessare visa fuit † omnis difficultas concessa prouisionali retentione certi corporis pro dotium detractione vt consuluit *Rota coram Caualer. dicta decision. 573. & postea coram Merlin. decis. 265., & sæpè alias.*

Cum autem excipiente D. Elisabetha de sua successione in bonis emphiteoticis tornaturarum 1600. in Guardia Guasetti, alias à mensa Archiepiscopali Bononiæ locatis dicto Io: fideicõmittẽti pro se, & suis hæredibus ad renunciandum de 29. annis in 29. annos Domini particulariter videndum reseruarunt.

Ad aliam dubij partem, An obstet transactio Domini responderunt non obstare trãsactionem vti temporalem, quia Co: Iulius saluis infrascriptis dimisit D. Georgio omnia bona per Comitem Cæsarem vti hæredem D. Marci Antonij, & quorumcumque eius antecessorum possessa per eum vsufructuanda durante eius vita naturali, & cum conditionibus infrascriptis cum pacto inter cõtrahentes expresse conuento, quod omnia contenta in prædicto instrumento durare debeant dumtaxat tantũmodo vtriusque ipsorum fratrum vita naturali, & non vltra ita vt præmoriente vno ex dd. fratribus illius filij masculi legitimi, & naturales teneantur seruare supra conuenta vsquè ad obitum alterius superuiuentis & è concursu, mortuis verò ambobus ipsis fratribus præsens instrumentum nullius sit momenti & iura vnicuique ex dd. fratribus competentia tam ex supra expressis, quã ex alijs quouis modo exprimendis experiri
9 valeant filij & hæredes &c. ad † pacta personalia & temporales exceptiones *§. pactorum l. 7. ff. de pactis & §. temporales & seqq. §. præterea instit. de except.*

Nec obstiterunt ponderata pro Domina Elisabetha verba, *Durante vtriusque ipsorum Fratrum vita*, & verba, *mortuis ambobus*, ex quibus viuente adhuc Co. Iulio transactio, adhuc vigere videtur, cum enim dicitur in contractu post mortem eorum indistinctè de omnibus intelligi debeant, & maximè de
10 duobus, quia † pluralis locutio minori numero non quiescit, &c. quæ profequitur *Speculat. de emphit. quæst. 69. sub num. 89. cum aliis apud Fusar. de substit. quæst. 473. à num. 79. Ciriac. contr. 276. à n. 10. & ferè consuluit in rem præsentem, Menoch. cons. 995. à num. 6. Ciriac. dicta contro. 276. num. 9. à vers. quod autem*, & in fine, & amplius
11 adiecta dictione *vtriusque*, quæ † requirit cõcursum vtriusque, & cuilibet rem attribuit in solidum secundum propriam, & veram significationem, *Bartol. ad l. hoc articulo, ff. de hæred. instit. nu 10. & ad l penult. C. de impuber. & alijs substitut. num 2. vers. pro cuius declaratione. Barbosa dict. penult num. 1. & 3.*

Quia visa fuerunt prævalere prædictis verbis, sequentia verba declaratiua, & limitato-
12 ria, ibi; *Nam ly itaut*, variè † accipitur restrictiuè, vel declaratiuè, aut ampliatiuè secundum subiectam materiam, inquit, *Rota coram Seraphin. decis. 911. nu. 7. cum aliis apud Barbos. dict. 132 maximè num. 4.* vbi magis restringit, quam augeat, semper tamen declarat mentem, & regulat præcedentem dispositionem, atque ita per verba, *durante solummodo vtriusque ipsorum Fratrum vita, & non vltra*, sed dum sequitur. *Itaut præmoriente vno ex dictis Fratribus illius filij masculi teneantur obseruare transactionem, &c.* excluduntur fœminæ, quæ non pertinebant ad fideicommissum, neque ad transactionem, adeoque nec debeant durare conuenta inter Fratres, propter se, & filios masculos, si quis eorum præmoreretur, & tunc siuè Georgius, & eius filij masculi retinerent fideicommissa & soluerent annuas 6000. libras Co. Iulio, siue præmoreretur Co. Iulius, vt pariter filij masculi relinquerent fideicommissa, & reciperent annuas 6000. libras à Georgio, & filij masculi, alterutrius alterutri conuenta seruarent, atque † ità verbum, *vtriusque*, intelligi
13 potest, & debet alterius eorumdem Fratrum, *l. si ea res 31. ff. de actione empti & §. si pactum, l. 10. ff. de pact. & ibi gloss. vtraque Bart. ad dict. leg.* hoc

hoc articulo, dicto loco Barbosa dicta dict. penult. numer. 2.

Pariter nec visa sunt contradicere verba, Mortuis vero ambobus præsens Instrumentũ nullam vim habeat.

Quia hæc sunt verba finalia, & negatiua, quæ omnino negant valere transactionẽ mortuis ambobus, non autem affirmant, vt valeat ipsis viuentibus, nisi cum suis conditionibus adiectis ibi: *Ita vt premoriente vno ex dictis fratribus illius filij masculi &c.* vt supra. Ex † dispositione enim negatiua non resultat affirmatio inquit *Bald. ad l. 2. de C. de condit. insert. in fine vers. Item ex dispositionibus negatiuis Rota coram Merlin. decis. 190. num. 18.* & quatenus argumentum à contrario sensu haberet locum in negatiuis, quod repetunt altius *DD. ad §. huius rei l. 1. ff. de offic. eius*, & subsistere dixit *Mantic. de tacit. & ambig. tit. 14. à nu. 12. & nu. 23. lib. 2.* Certè non habet locum contra expressam mentem contrahentium, quæ † ex prohemio transactionis satis colligitur, *Mantic. d. tit. 14. num. 27.* proindeque mortuis ambobus, cum ex dd. fratribus illius filii masculi &c. non applicãtur Georgio mortuo cũ Elisabetha filia, quæ non potest prætendere obseruantiam transactionis vt supra.

Comprobant hanc interpretationem exẽplar, & protypus transactionis, vbi erant scripta verba *illius filij* & hæredes teneantur seruare &c. Et quamquam in subiecta materia fideicommissorũ, & masculinis fideicõmissis dicta verba facilè intelligi possent, vt etiam deberent de masculis adempta fuerunt verba, & hæredes, & addita verbi masculi legitimi & naturales, qui ad dicta fideicommissa vocati erant maximè, cum declaratione Conciliatoris, & testis asserentis, *l'vltima postilla che dice* masculi legitimi & naturales, *perche nella minuta matrice diceua, filij & hæredes, cancellai* hæredes *d'ordine de Signori transigenti, e vi aggiunsi masculi legitimi, & naturales, in riguardo che essi fratelli transigenti intendeuano, & inteserò che la transatione fosse finita ogni volta che il detto Giorgio fosse morto senza filij maschi, legitimi, & naturali, ancorche non fosse morto il Sig. Conte Giulio, ma fosse viuo, & intendeuano, & inteserò che la transatione durasse durante la vita di tutti dua Signori Fratelli, nel caso quando il Signor Giorgio fosse premoto al Sig. Conte Giulio con lasciar detto Signor Giorgio doppò se figli maschi, legitimi, e naturali che fosserò campati in fino alla morte del Sig. Conte Giulio, perche se fosserò premorti al Signor Conte Giulio s'intendeua finita, e le predette cose dico, perche Io fui mediatore come hò detto nell'aggiustamento, notai d'ordine de sudetti fratelli li capitoli, li diedi à Gio: Cesare Notaro per distender la minuta, reuiddi la detta minuta, che è questa mostratami che per tale la riconosco con le postille e parole in ventre, che aggiunsi come sopra d'ordine de sudetti Signori Fratelli transigenti, & per aggiustarla alla loro intentione così aggiustata sopra la medesima si stipulò l'instromento, & alla stipulatione fui vno de Testimonij, anzi soggiungo che è così certa la verità di quello hò deposto che quando il Signor Giorgio vendè la metà dell'luogho d'Orzano al Signor Conte Giulio, nel qual contratto fui anch'Io mediatore, e testimonio alla stipulatione dell'Instromento, volle il detto Signor Giorgio vn patto inserto in detto Instromento, che venendo il caso che egli morisse senza figli maschi, ò per altra causa, per la quale s'estinguesse l'obligo di pagare le lire* 16 6000. *annue*, & de † huiusmodi testibus eorumque fide *Farinac. quæst. 60. nu. 432. & 433. Rota coram Buratto decis. 775. num. 3. à vers. nec fides minuitur maximè nu. 6. à vers. alius vero testis qui fuit adhibitus ad scribendum & decision. 84. numer. 14.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO Nunc. S. R. E. Cardinali Leodien. Matrimonij.

Mercurij 3. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Iudex in iudicando facti contingentiam inspicere debet, & quando casus Matrimonii accidit, tali modo prouidere debet ne consensus alterutrius contrahentis extorqueatur.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pendente lite validitatis matrimonij potest penes consanguineos retineri.*
2 *Iudex secundum facti contingentiam prouidere potest.*
3 *Animus mulieris debet esse liber à minis consanguineorum, ne illius consensus liber ad matrimonium necessarius, eorum minis extorqueatur.*
4 *Sententia sine contradictore lata est executioni demandanda.*

DECISIO CCCXII.

POST latas in partibus duas sententias inter se contrarias super validitate matrimonii, vt prætenditur contracti inter Riccardum, & Annam Isabellam, causa per appellationem deuoluta ad Rotam prius quam de meritis cognoscatur proposuit dubium, An D. Isabella sit collocanda in Monasterio, vel aliquo loco tuto, & Domini sequendo in hac materia dispositionem *text. in cap. ex transmissa de restit. spoliat.* admittebant mulierem pendẽte iudicio super nullitate matrimonii esse custodiendam vsque ad causæ decisionem.

Sed restrinxerunt difficultatem ad locum vbi sit collocanda. Informantes enim pro Anna Isabella prætendebant, quod cum in Iure non reperiatur cautum quin pendẽte iudicio mulier sit custodienda potius in Monasterio
1 quam in alio loco tuto † satis dicatur prouisũ si ipsa retineatur in fortalitio de Hadage penes ipsius consanguineos, vt seruauit *Rota in decis. vnic. de diuortio coram Cæsare de Grassis & coram Durant. dec. 262. sub nu. 2.*

Verum quia destinatio loci ad hunc effectũ
2 tota pendet à iudicis arbitrio, † qui secundũ contin-

contingentiam facti debet prouidere, vt in *Neapolitana ſeparationis Thori 5. Iulij 1660. §. nihilominus, & §. fin. coram me*. Cum hodie agatur non de diuortio, & ſeparatione Thori, prout in caſu deciſionum *Cæſaris de Graſſ. & Durani*, ſed de matrimonio quod à parentibus puellæ impugnatur ex defectu conſenſus non videtur locus congruus fortalitium vbi
3 iidem morantur. Quia † cum animus dictæ Puellæ præcipuè veniat perſcrutandus ipſa debet eſſe ab eorum minis prorſus libera, & ſecura, ne per timorem dicat ſibi placere, quod odit, iuxtà claram diſpoſitionem *text. in cap. cum locum de ſponſal.*

Vnde viſum fuit Annam Iſabellam eſſe collocandam in Monaſterio cum clauſura, præſertim quia in electione loci habenda etiam eſt ratio pro faciliori executione ſententiæ, vt cauetur *in d. cap. cum locum*, ibi:
4 & ſententia † ſine contradictione cuiuſquam valeat executioni demandari. *Rota coram Pen. dec. 439. in fine*.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO

Nunc. S. R. Eccleſ. Cardinali.

[Romana Dotis:

Mercurij 3. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Inuentarium bona, & omnia iura hæredis ità præſeruat, vt nec cenſeatur hæreditatem adiuiſſe, qui vltrà vires in Inuentario deſcriptas non tenetur, nec credita hæreditaria exigere, ad quorum exactionem etiam ipſos creditores, compellere poteſt. Mulier quæ ſe pro marito obligauit, contra illius bona habet actionem.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum obligationis Camerali vallatum paratam habet executionem.*
2 *Statuti Vrbis vigore lib. 1. cap. 85. contra tertiũ fauore dotis executiuè procedi poteſt.*
3 *Actio de euictione quem tenet, eundem agentem repellit exceptio.*
4 *Inuentarium præſeruat omnia bona, & iura hæredis, perinde ac ſi hæreditatem non adiuiſſet.*
5 *Hæres beneficiatus vltra vires hæreditarias non tenetur.*
6 *Hæres beneficiatus à creditorum vexationibus liberatur bona hæreditaria dimittendo.*
7 Deciſa in Ciuitatis Caſtelli Fideicommiſſi 17 Maij 1627. coram Remboldo, *in quibus terminis procedat.*
8 *Hæres grauatus ſi credita quæ à principio exigibilia erant exigere non curauit, & tractu temporis facta ſunt inexigibilia, ad illa tenetur.*
9 *Hæres liber, & beneficiatus non tenetur ad creditorum hæreditariorum exactionem, & poteſt cogere creditores ad illa exigenda.*
10 *Executio mandati reſpectu quantitatis ſub ſideiuſſione non comprehenſa retardari nequit.*
11 *Mulier obligans ſe pro marito contrà illius bona habet actionem.*

DECISIO CCCXIII.

DOMINI confirmando deciſiones editas 20. Aprilis, & 13. Iunij 1663. coram Reuerendiſſimo Epheſino, iterùm cenſuerũt mandatum à M. Antonio Baldinaccio obtentum coram A. C. pro reſtitutione dotis Iſabellæ matris eſſe exequendum pro ſumma ſcut. 4000. ſuper domo empta à Domino Principe Iuſtiniano. Siquidèm illius veliditas non controuertitur, Iuſtitia verò reſultat ex publico Inſtrumento dotali, † quod
1 cum ſit obligatione Camerali munitum paratam de iure habet exequutionem *Ang. in l. 4 §. condemnatum num. 4. ff. de re iudic.* quamuis
2 agatur contra tertium poſſeſſorem: † Nam vigore Statuti Vrbis *lib. 1. cap. 85.* etiam contra tertium fauore dotis procedi poteſt executiuè, vt dictum fuit *in Romana Quarti Dotalis 27. Aprilis 1646. §. quia dum Comes verſ. Et quidem executiuè coram me*.

Non obſtat, quod Domus controuerſa fuerit vendita à Ioanne Franciſco Baldinaccio cũ promiſſione euictionis aliàs ad damna & intereſſe, ideoque Marcus Antonius eius filius, & hæres non poteſt moleſtare emptores; cum † repellatur exceptione *l. vindicantẽ ff. de except.* quia cum hæreditatem patris adierit cum beneficio legis, & Inuentarij non
3 prohibetur agere ex propria perſona pro conſecutione crediti materni, cum † Inuentarium
4 præſeruet omnia bona, ac iura hæredis perinde ac ſi hæreditatem non adiuiſſet, *Surd. conſ. 182. num. 94. Rolan. conſ. 73. num. 1. cum duob. ſeqq. Rot. dec. 114 in fin. par. 7. recent. & in Arimin. Fructuum 8. Maij 1660. §. non obſtat coram me*:

Nec paritèr vrget, quod Marcus Antonius retineat nonnulla bona hæreditaria patris nempè domum in Ciuitate Eugubij, Siluam in Villa Laureti, & creditum ſcu. 3500. cum illis de Cantalmaggijs, & proindè beneficio
5 Inuentarij nun gaudeat, cum † ſemper tenentur hæres erga creditores quouſque vires hæreditariæ ſuppetunt, ex doctrina *Bart. in l. eum virum. num. 14. verſ. ſed ſi facit inuentarium ff. de vſucap.*

Quoniã reſpectu domus remouetur obiectum, ex quo non ſubſiſtit *in facto* allegatamentio, cum partim fuerit alienata ab ipſo Ioanne Franciſco viuente, vt ex Inſtrumento venditionis 14. Septembris 1623. relat. in Summ. antiquo Baldinaccij *num. 2.* & præſertim ab hæredibus fuerit aſſignata Iſabellæ ad computum ſui credit vſq; de anno 1641. vt colligitur ex ipſo Inſtrumento in hodierno Summ. Domini Principis *num. 3.* Reſpectu verò Siluæ, & crediti priuari non poteſt dicto beneficio Inuentarij, dum allegat illa extare, & offert ſe paratum vtrumque dimit-
6 tere. Certum † eſt enim hæredem beneficiatum à creditorum vexationibus liberari, bona hæreditaria dimittendo ex allegatis in d. Ro-

d. Romani Quarti Datalis 19. Iunii 1645. §. nec ei suffragatur coram me.

Et licet creditum præfatum nondum fuerit exactum, non tamen est imputan. hæredi
7 si illud non exegit; Quia † *decisio in Ciuitatis Castelli fideicommissi 17. Maij 1633. §. nec obstat, coram Rembaldo*, quæ in contrarium fuit allegata, loquitur in casu hæredis grauati petentis suas detractiones, qui
8 † cum integram hæreditatem teneatur restituere curare debet nè per eius negligentiam aliquod præiudicium inferatur vocatis, & propterea non excusatur, si credita, quæ à principio exigere potuit tractu temporis effecta fuerunt inexigibilia, secus autem
9 † est in hærede libero, & beneficiato prout hic, quia beneficio Inuentarii suffultus remanet prorsus exemptus à molestijs, & vexationibus facti, & signanter, quod non teneatur exigere credita hæreditaria, sed cogere possit creditores ad illorum exactionem, præter adductos *in decis. 13. Iunij 1603. in fin. tradit Ias. in l. fin. §. etsi præfatam, colum. 1. C. de Iur. deliber. Roland. de Inuent. in tract. magn. to. 8. par. 2. pag. mihi 184. vers. hanc conclusio per tot. Concer. var. resolut. cap. 2. de Inuent. num. 139. Rot. coram Duran. dec. 1. num. 32.*

Neque releuat, quod Isabella fideiusserit pro viro ad fauorē emptorum domus controuersæ consentiendo alienationi pro rata scut. 5000. quia cum pretium domus ascendat ad scu. 10. mil. dos verò eiusdem Isabellæ sit sc. 12. mil. † vtique retardari non po-
10 test executio mandati respectu summæ sub fideiussione non comprehensæ.

Non obstante, quod ipsa receperit insolutum tot bona viri pro quantitate scut. 5000. nec non scu. 1400. pro pretio locorum montium, & Viridarij: Præter quod enim ex relationibus Peritorum iudicialiter electorum liquet bona in solutum assignata nō excedere scut. 2700. Summ. Baldinacci *num. 2.* huiusmodi summa ex bonis mariti reperta censcut. soluta in satisfactionem crediti dotalis, pro ea rata, pro qua Isabella consensit alienationi domus, & sic nō valet diminuere quantitatem crediti, pro qua petitur, executio: Nam consensus præstitus in Instrumēto alienationis domus efficit quidem, vt ipsa contra emptores non valeat consequi satisfactionem pro summa scut. 5000. pro qua consen-
11 sit, non † autēm operatur, vt contra maritum eiusque bona creditum censeatur diminutum, quinimò in eius obligatione, hoc idem particularitēr expressit, dum ipsa in tantum consensit domus alienationi, in quantum remanebat tuta, & secura in alijs bonis mariti, vt aduertitur *in decis. 20. Apr. 1663. §. pecunia autem, coram Reuerendiss. Ephesino.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Ciuitatis Castelli Dotis.

Mercurii 3. Iunii 1665.

ARGVMENTVM.

Dos quod integrè soluta fuerit ex quibus iustificetur. Restitutio de qua re fieri dicatur. Scriptura, quæ ex actis iustificata non fuit nullius est roboris, nec æquiuoca, admittitur in concursu certarum probationum.

SVMMARIVM.

1 *Solutio dotis quod integrè facta fuerit ex quibus resultet.*
2 *Restitutio de sui natura supponit solutionem antecedentem, quia nemo restituit, quod antea non recepit.*
3 *Restitutio dicitur fieri de alieno non de proprio.*
4 *Hæredes viri non debent ad restitutionem dotis teneri, quam idem vir non exegit.*
5 *pro Dotis ab extraneo promissa restitutione vir, & eius hæredes conueniri possunt.*
Secus in dote promissa à patre mulieris, & num. 6.
7 *Cessionarius in vniuersa iura cedentis succedit.*
8 *Scriptura, quæ non appareat ex actis non est habenda in consideratione.*
9 *Scriptura æquiuoca, & inueresimili non admittitur in concursu aliarum probationum certarum.*

DECISIO CCCXIV.

DOMINI persistentes in vltimo loco decisis sub die 8. Iulij anni præteriti denuò responderunt mandatum relaxatum ab A. C. contra hæreditatem Pirri de Pazzis pro sc. 600. residui dotis Ludouicæ eius vxoris
1 non esse exequendum, quia † solutio integræ dotis vltra præsumptiones generales resultantes ex lapsu temporis cum silentio Creditoris subsistentatione onerum matrimonij, & ex secuta morte omnium informatorum, ac solutione maioris partis; quas ad illum effectum ponderat, & plurimi facit *Rot. dec. 22. num. 9. & 11. par. 7. & decis. 152. num. 4. par. 9. recent.*

Desumitur ex assignatione medietatis prædij Pietrini facta Ludouicæ pro restitutione suæ dotis a Ioanne Vincentio hærede Ioannis Baptistæ viri Ludouicæ, qui matrimonū
2 obtinuit, † restitutio enim de natura sua supponit antecedentem solutionem, quia nemò restituit, quod antea non recepit, *iuxtā text. in leg. restituere ff. de re iudic. & alios in decisione adductos*, nec
3 † restitutio fieri dicitur de proprio sed de alieno, iuxtā §. *sed itaque restitutum de alienis.*

Non obstat, quod saltēm ex huiusmodi restitutione necessariò inferatur ad probationem solutionis, cum enim implicet † hæredes viri teneri ad restitutionem dotis, quamuis illam non exegerit, per text. *in l. extraneus ff. de iure dotium.*

Tum quia non versamur in dote promissa

ab

5 ab extraneo, † pro cuius restitutione vir, & eius hæredes conueniri possunt, si ipse negli-
6 gens fuerit in ea exigenda, † sed in dote promissa à patre mulieris, quo casu imputandũ est viro, si patrem ad solutionem non vrserit, vt subiungit text. *in eadem lege si extraneus §. sed si vel pater*, & sic semper militat suprædicta ratio fundata in restitutione.

Tum etiam quia solutio integræ dotis nõ desumitur nudè, & simplicitèr ex d. restitutione, sed præterea concurrunt supra relatæ coniecturæ, & vlterius conuincitur ex Instrumento publico alterius transactionis actæ intrà Dominum Ioannem Vincentium, & PP. Dominicanos de anno 1632. ex quo idem Io: Vincentius promisit nihil amplius præter ea pro præsenti residuo d. dotis vigore cuius transactionis sicuti repelleretur à PP. Dominicanis, ità excluditur à Diamante, & eius
7 filiis, † qui mediante cessione reportata à Reuerenda Fabrica successerunt in eorum locũ, ex adductis per *Rotam coram Buratt. dec. 70. n. 11. & in recent. dec. 303. nu. 7. par. 1.*

Et hinc non releuat quædam assertio, seù confessio facta ab hæredibus priori data hodierno Summ. Ioannis Vincentij *num. 3.* Iudicans dotem Ludouicæ non fuisse integrè solutam, quia præter quod replicabatur hu-
8 iusmodi scripturam nõ esse de actis, † & pro-
9 indè non haben. in consideratione, † adhuc videbatur DD. inuerisimilis, & æquiuoca, & non admittenda in concursu aliarum probationum, & præsertim promissionis, ac confessionis eiusdem Ioannis Vincentij per quatuor annos postea mediante iuramento emissæ, &c.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CARPINEO
Nunc S. R. E. Cardinali.

Anconitana Pecuniaria.

Veneris 3. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Creditor banchi in ijs quæ reperiuntur in banco debet præferri extraneis creditoribus. Obligatio prima non tollitur nisi secuta fuerit nouatio.

SVMMARIVM.

1 *Partita ex libro Rationis Mercatoris extracta creditum contra illum probans.*
2 *Creditor anterior est posterioribus præferendus.*
3 *Creditores banchi in ijs quæ reperiuntur in banco præferendi sunt extraneis creditoribus.*
4 *Pecunia ex bonis subhastatis retracta debet cedere in satisfactionem obligatorum pro illo, cuius bona subhastata fuerunt.*
5 *Indemnis quis fieri non debet ex re alterius.*
6 *Cessionarius non potest ad sui fauorem reportare cessionem crediti extincti cum pecunijs creditoris.*
7 *Creditum in antiqua ratione descriptum, & dein-*

de in noua translatum ius anterioritatis amittit.
8 *Obligatio prima non tollitur nisi secuta nouatione.*
9 *Creditor pro credito ex pecunijs prouenientè potest debitorem executiuè compellere.*

Amplia, vt nu. 10. & 11.

DECISIO CCCXV.

ANTEQVAM de anno 1615. dissoluta de consensu fuisset societas, quæ inter Ioannem de Inuictis, & Iosephum, & Octauianum fratres de Mazzonis exercebatur in Ciuitate Anconæ penes illam ita Episcopo mandante depositæ fuerunt pecuniæ tàm occasione dotium, quàm aliundè prouenientes, & spectantes ad Monasterium S. Bartholomæi eiusdem Ciuitatis, in quarum depositò prætenditur deindè Moniales continuasse, cum noua ratione Bancaria à Francisco de Inuictis cum fideiussione Ioannis Patris instaurata. Verùm cũ paucos post annos Franciscus decoxisset factus fuit creditorum concursus, quorum capita vt agnouerunt Alexãdrum Maffeum creditorem antiquæ rationis in censu 1000. sortis, obtento mandato ab A. C. deliberasse duo Prædia ad Mazzonum spectantia, ad effectum illorum pretium deponendi, donec nouus fundus, & idonei fideiussores præstarentur, consulendo creditorum indemnitati hunc censum ex pecunijs retractis ab effectibus eiusdẽ rationis in plu-
ribus vicibus extiterunt reportantes pro eisdem creditoribus iurium cessionem.

Cum autem ex pretio bonorum sub hasta venditorum existerent penes hanc Sacram Vrbis Aedem scu. 2074. moniales, tanquam in hac fere summa eiusdem antiquę donationis, creditrices obtinuerũt in Tribunali A.C. illorum consignationem, à quo causa in Rota deuoluta dubitaui ad formam commissionis, An mandatum esset exequendum, & fuit affirmatiuè resolutum.

Quoniam creditum Monialium vndequaque iustificatum, & liquidatum apparuit.
1 Constabat enim † de illo ex partitis extractis à libro d. rationis, & cedulis ab Inuicto, & Manzono subscriptis, ideoque tanquam prouenies occasione primæ Donationis Bancariæ, dum agebatur de consignatione pretij redacti ex effectibus Manzoni in illa duntaxat
2 obligati debuit † omninò præferri creditis alterius distinctæ rationis postea à solo Francisco Inuicto cum fideiussione Ioannis patris continuatæ, iuxtà text. *in l. Procuratoris §. si plures, ff. de tribut. act.* ibi, *duas negociationes exercebat Segariam, & linteariam, & separatos habuit creditores puto separatos eos in tributũ vocari vnusquisque eorum merci magis, quam ipsi credidit*; per quem text. infert *Castr. cons. 255. num. 3. post*
3 *med. & in vers. nec obstat*, quod † creditores Banchi in ijs, quæ reperiuntur in Banco præferendi sunt aliis extraneis creditoribus, & hoc idem dicit, *Anchar. cons. 184. num. 1.* pòst figurationem casus, & prosequitur pluribus cumulatis *Negusol. alleg. 11. nu. 149. Cost. de remed. subsidiar. remed. 119. num. 12.* & latissimè *Magon. decis.*

decis. Luten. 1. *à num.* 1. *vsque ad* 25.

Non obstat, quod creditores secundæ rationis habeant etiam obligatum Ioannem Inuictum tanquam fideiussorem Francisci filij. Quia † cum effectus subhastati non ad
4 Ioannem, sed ad fratres de Manzonis pertineant, vt constat ex edictis subhastationis ex toto processu, & colligitur *ex decis. Anconitana Census* 3. *Iunij* 1656. *edita coram R. P. D. Verospio in principio*, non debuit pecunia ex illis retracta cedere in satisfactionem illorum, qui illos obligatos non habuerunt ex ratione ponderata à Iurisconsulto *in d. §. si plures in fin.* nè scilicet ex alterius † re alij indemnes fiant, alij dammum sentiant, quam locum habere etiam
5 extra casum actionis tributoriæ *num.* 22. *vers. vnde exemplum, & deindè in vers. hinc propterea sequitur*.

Nec illis suffragari potuit cessio reportata à Monasterio creditore census per fratres de Manzonis in dissolutione Societatis accollati; Nam cum † census extinctus fuerit à
6 creditoribus non cum proprijs pecunijs, sed cum effectibus Societatis non poterant ad illorum fauorem reportare cessionem crediti extincti cum pecunijs creditoris *Rot. decis.* 68. *num.* 4. *&* 5. *coram Gregor. & dec.* 180. *num.* 6. *post Cenc. & dec.* 426. *nu.* 6. *par.* 2. *rec. cum aliis per Add. ad Buratt. dec.* 420. *nu.* 7.

Minus releuat altera prætensio, quod cre-
7 ditum † monialium tanquam transportatum in libris modernæ rationis exercitæ per Franciscum Inuictum Ius anterioritatis amiserit, & aliorum naturam assumpsit; Quia vltra quod Dominis visum fuit hoc non probari ex solis partitis in Codice Francisci descriptis, quæ non concludunt illas fuisse conflatas ex ipsiusmet pecunijs, quæ ad creditum remanserunt in libris rationis præcedentis, vt potius verisimile sit, quod potuerit peruenire ex pecunijs nouitèr depositis. Aduertebant etiam quod quatenùs hoc probatũ extitisset, non ex hoc monialibus sine speciali, & valido consensu potuisset aliquod præiudicium inferri, dum vtendo in iudicio partitis, & cedulis prioris negotij, colligitur illarum animus posterior obligatione quatenus inter-
8 cesserit pristinam non nouandi, cum † regulariter nisi specialitèr fuerit expressum anteriora simul stare, & posteriora incrementum sumere *in l. fin. C. de nouat. & in §. preterea vers. sed hoc quidem inter veteres instit. quib. mod. tollit. oblig.*

Nullus denique releuantiæ vitium fuit obiectum delumptum ex incompetentia actionis
9 executiuæ; quia † moniales pro credito prouenienti ex pecunijs potuerũt debitores executiuè compellere, *per text. in l. penult. C. deposit. Alex in l. ait Prætor num.* 1. *ff. de iudic. & in l. si ea dote §. ea autem, num.* 6. *ff. solut. matrim.* quamuis
10 non concurrant † requisita depositi regularis, *Vinc. de Franch. dec.* 151. *per tot. Canal. dec.* 29. *num.* 1. *& post Zacch. de oblig. Camer. dec.* 297. *n.* 20. *cum alijs adductis per Add. ad Buratt. dec.* 516. *n.* 16
11 & licet etiam † moniales ex dictis pecunijs aliquod vtile percepissent, quia non exinde cessat actio priuilegiata depositi, *ad tex. in l. Lucius Titius* 24. *in vltimis verbis, & in l. diem sponsalium §. qui pecuniam ff. depositi*, & pluribus exornat *Io. Franc. à Ponte cons.* 56. *per tot. & signanter num.* 10. & tenuit singulariter. *Rota in decis. vnica de depos. in antiq. vers. non obstat si dicatur*.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTALORA.

Romana Commemorationis Defunctorum.

Mercurii 3. *Iunij* 1665.

ARGVMENTVM.

Eo quia salubre est pro Defunctis orare facultas orandi, & faciendi solemnem festiuitatem pro illorum suffragio priuatiuè quoad alias Ecclesias cõcessa non censetur nisi ex expressis Indulti Pontificij verbis appareat, vnde manutẽtio in quasi possessione pro illis orandi alteri Ecclesiæ, cum constet de illius bono iure, merito conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Facultas priuatiuè concessa non præsumitur, nisi verbis explicitis exprimatur, nec extenditur quando agitur de Diuino cultu minuendo.*
2 *Ius desiderat argumentum Cultus Diuini.*
3 *Ecclesia semper orat in suffragium animarum Defunctorum.*
4 *Ecclesia Rotunda fuit à principio dicata Festiuitati S. Mariæ ad Martyres.*
5 *Historicis antiquis, & famosis de rebus Ecclesiæ scribentibus plurimum est deferendum.*
6 *Missas pro defunctis celebrare in Iure prohibitum non reperitur nisi certis anni festiuitatibus, & vide num.* 6.
7 *Sententia remanet per appellationem suspensa.*
8 *Manutentio conceditur quando constat de bono iure illam petentis.*

DECISIO CCCXVI.

TEMPLVM nuncupatum S. Gregorij de Vrbe fuit à magno Pontifice eiusdẽ nominis erectum in honorem Sancti Andreæ Apostoli, deindè pluribus Indulgentijs decoratum à subsequentibus summis Pontificibus in salutem Animarum, & honorem eiusdem Magni Gregorij ad augendam Deuotionem, ac pro reparatione, structura, & conseruatione dicti Templi, Monasteriique Ordinis Sancti Benedicti Sixtus IV. quascumq; Indulgentias approbauit, & in Festo dedicationis Monasterij, & octo diebus sequentibus (quibus Commemoratio Defunctorum in ipsa Ecclesia fieri tessatur) Christifidelibus visitantibus dictam Ecclesiam, & manum adiutricem pro reparatione, ac manutentione eiusdem, & Monasterij porrigentibus plenariam Indulgentiam, ac peccatorum remissionem amplissimè concessit Summ. *num.* 1.

In hac Alma Vrbe magnæ etiam Venerationis est vetustissimum Templum S. Mariæ ad

ad Martyres vulgò la *Rotonda*, vbi solemnitas omnium Sanctorum Kalendis Nouembris celebratur, quæ habet suum particulare officium etiam per totam Octauam, scilicèt duplex in Festo, & semiduplex in Octaua, tamquam Octaua de maioribus, & primæ classis, vt in fine rubricæ Breuiarij in tabula festorum primæ classis cum Missa particulari secundum ordinem officij, Quæ Octaua solemnitèr celebranda est Missis, Musica, Concionibus, Ecclesiæ apparatu, & aliis signis letitiæ, & gaudij, prout celebrantur aliæ Octauæ Sanctorum.

Reuerendissimi Canonici, & Confratres omnium Sanctorum in dicta Ecclesia Rotundæ Commemorationem Defunctorum quotannis per octo dies sequentes post Festum omnium Sanctorum peragunt ornamenta Altaris Maioris de Albo in nigrum immutant, lecticam mortuorum in medio Ecclesiæ cum luminibus accensis, ac in eius foris Pannos lugubres cum Imaginibus mortis, & aliis per totam Octauam exponunt, & sic concursum populi ad eorum Ecclesiam inuitant. Hinc introducto iudicio coram Illustrissimo Domino Vicegerente ad instantiam Reuerendissimorum Monachorum super eorum, & Ecclesiæ Diui Gregorii pacifica possessione celebrandi per octo dies Commemorationem Defunctorum priuatim quoad omnes Ecclesias, & signanter Reuerendissimorum Canonicorum, placuit iudici auditis partibus, & visis iuribus, verbum cum Sanctissimo Vrbano Octauo facere de cuius ordine anno 1640. tulit decretum diffinitiuum ad fauorem Monachorum cum pœnarum inflictione contra Canonicos, & eorum Ministros in casu contrauentionis Summ. *num.* 4.

Temporibus San. mem. Innocentij Decimi his iterùm fulcitauit, & Monachi anno 1647 sententiam diffinitiuam decreti præcedentis confirmatoriam à Reuerendiss. Vicegerente obtinuerunt Summario *num.* 5. Instantibus deindè Canonicis, & Confratribus, illisque appellationis commissa bo: mem: Arguelles visum fuit Dominis videri de bono iure etiam ad effectum manutentionis, quo dubio à me proposito in eius locum suffecto rescriptum est constare de bono iure vtriusque ad effectum prædictum.

Siquidèm non controuertitur, quod Monachi possint celebrare Commemorationem Defunctorum cum tota Octaua. Canonici verò idem facere possunt, cum nullo iure ipsis prohibeatur, maximè cum spatio longissimi temporis id facere consueuerint, vt probant Testes relati in calce eorum responsionis Facti *num.* 1.

Neq; huiusmodi celebratio Octauæ Mortuorum ceteris Ecclesijs videtur prohibita ex speciali indulgentia concessa per Pontificem fauore dictæ Ecclesiæ Sancti Gregorij; quia in Bulla nulla Monachis fuit data facultas celebrandi priuatim quoad alias Ecclesias, prout ad effectum eas impediendi

1 omninò opus erat, & ea † non præsumitur nisi verbis explicitis id fuerit expressum, nec aliàs subintelligitur, & extenditur, dum agitur de diminuendo cultu Diuino *Burset. cons.* 391. *num.* 27. *vers. nec quartum*, † cuius augmentum ius desiderat, *cap. ex parte de Constit. Caputaq. decis.* 215. *numer.* 9. *lib.* 2. *Gabr. consil.* 183.
2 *num.* 3 *lib.* 2. maximè † in suffragium animarum Defunctorum, pro quibus semper orat Ecclesia *cap. visum, vbi Archid. & alij de consecrat. dist.* 1. obseruant *Amalar. de ordin. Antiphon. cap.* 64. *Isidor. de Eccles. offic. lib.* 1. *cap.* 15.

Parum releuant duo, quæ contra Canonicos oppunnt Informantes pro Monachis, alterùm quod eorum Ecclesia fuit à principio dicata Festiuitati omnium Sanctorum. Alterum, quod à primo dependet est quod eius Octaua ponatur inter maiores, ac proindè non possint absque particulari priuilegio celebrari intra dictam Octauam Missæ pro Defunctis.

Primum enim non subsistit in facto cum
4 potius ostendatur † Ecclesiam Rotundæ fuisse à principio dicatam Festiuitati Sanctæ Mariæ ad Martyres, quæ celebratur die 13. Maij ex relatis à *Baronio in suis annalibus anno Christi* 607. & clariùs à *Panzirolo in Thesauro abscondito Vrbis lit. M. tit. de Santa Maria della Rotonda fol.* 160. his verbis, *Nel primo giorno ancora di Nouembre al tempo dell'istesso Bonifatio si celebrana questa solennità di tutti li Martiri di Christo, se bene la principale era quella della cõsecratione di Maggio, & all'hora tanta gente concorreua à Ro-*
5 *ma che pareua l'anno Santo*. † Quibus antiquis Historicis, & famosis de huiusmodi rebus testantibus credendum est *Felin. in cap.* 4. *ante finem vers. & dicit de rescript. Gratian. discept. forens.* 893. *num.* 7. *cum seq. Rota decis.* 218. *numer.* 2. *par.* 4. *diuers. & 707. num.* 4. *coram bo.me. Merlino.*
6 Vndè nec vrget secundum, quia † nullo iure reperitur prohibitum dicere Missas pro defunctis nisi infra Octauam Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostis, Hebdomadæ Maioris, Feriæ quartæ cinerum, & vigiliarum Natiuitatis Domini, & Pentecostis, vt in specie respondet *Barbosa de offic. & potest. Parochi par.* 1. *cap.* 2. *num.* 28. *& in summa Apostolic. Dec. collect.* 478. *num.* 5. *& vbique recensetur* decretum Sacræ Congregationis Rituum emanatum sub die 28. Augusti 1626.

Denique non obstant Inhibitio facta per Dominum Vicegerentem de ordine sanct. mem. Vrbani Octaui, nè huiusmodi Commemoratio celebraretur, cum priuatiuè spectaret ad Patres Sancti Gregorij, & sententia eiusdem declarantis Reuerendissimo Abbati, & Monachis Sancti Gregorij competere ius celebrandi Solemnitatem Commemorationis Defunctorum priuatiuè quoad Reuerendissimos Canonicos.

Inhibitio namque iuxtà mentem Sanctissimi reducta est ad viam iuris, quam seruari mandauit, donec de iure aliter fuerit prouisum Summ. responsionis Capituli *num.* 3. Sen-
7 tentia † verò si non extincta, saltèm suspensa fuit per appellationem ab ea interpositam, &

in

in Rota commissam, ac proinde non impe-
8 diunt, † quod constito de bono iure Capituli, eidem valeat concedi petita manutentio, vt in simili quando etiam fuisset rescriptum per Principem sine præiudicio manutentionis, *Posth. de manut observ. 12. num. 46. Rot. in Spoletana Manutentionis 12. Martij 1645. §. nam anterior coram bo. me. Bichio.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. T A I A.

Hyeracen Beneficij.

Mercurij 3. Iunij 1665.

A R G V M E N T V M.

Vnio Ecclesiæ per Episcopum etiam potest expleri quoties redditus adeo sunt tenues, vt cũ illis Canonici sustentari non valeant, quam posse fieri ad hunc effectum Concilium Tridentinum permisit, vnde possessor ex beneficio vnito redditus capiens concurrente illius bono iure venit manutenendus.

S V M M A R I V M.

1 *Facultas vniendi Ecclesiam alteri, quando redditus Matricis Ecclesiæ sunt tenues etiam Episcopo conceditur.*

2 *Ecclesia cultus propter tenuem prabendarum redditum non est deserendus.*

3 *Testibus Episcopi contra se ad extinctionem Beneficij sua collationis deponentibus plurimum propter vnionem fauore Canonicorum faciendum est deferendum.*

4 *Vnio confirmatur ex obseruantia, & fructibus perceptis ex beneficio vnito.*

5 *Vnio non probatur emanasse ex causa necessaria, quando apparet obseruantia contraria.*

6 *Vnio Ecclesiarum vti per regulas revocatorias vnionum revocata nullius est momenti.*

7 *Vnio facta per Episcopum, vt Canonici gradum sustinere, & seruitium Ecclesiæ præstare valeant, tenet.*

8 *Vnio permittitur à Concilio pro gradu, & Officio Canonicorum ad necessitatem sustinendo.*

9 *Possessor concurrente illius bono Iure est manutenendus.*

DECISIO CCCVII.

REVERENDISSIMVS D. Episcopus Hyeracen. rite Capitulo Congregato, proposuit, sepè cogitasse cum eodem Capitulo de ratione augendi distributiones quotidianas, & prębendas ex causis valdè Notorijs paupertatis & tenuitatis Prębendarum, ac distributionum quotidianarum, cum constaret ex 8. dignitatibus, & 16. Canonicis, & reperirentur 12. sine vlla præbenda, & reliqui cum tenuissima, & aliud remedium inuenire non posset, quam per vnionem beneficiorum simplicium & ideo auctoritate sibi à Sac. Cõcil. concessa & omni meliori via & forma de consilio, & assensu Capituli vniuit distributionibus prefatis beneficium Sancti Petri sine præiudicio obtinentis, & quam primum vacare contingeret 21. Septembris 1621. vigore huius vnionis factæ ab Episcopo, & posteà decreti facti à Vicario generali, Canonici nomine Capituli acceptarunt possessionem vltima Octobris 1628., eamque confirmarunt, & reuocarunt cautelam cautelis addendo, & quatenus opus sit 13. Ianuarij 1639.

Albericus Honuphrius Misitus tamen inter alia hoc beneficium vti simplex à Summo Pontifice impetrauit 12. Decembris 1659., & Reuerendissimo D. Episcopo Liparen in Curia litteras Apostolicas præsentauit extra mœnia Vrbis, à quo ciuilem possessionem consecutus est 2. Martij 1660.

Hinc disputato dubio coram R. P. D. Priolo, an & cui danda sit manutentio, Domini responderunt appositio sequestro, videlicet de bono Iure etiam ad effectum manutentionis 31. Martij 1664. & hodie illo absen, & me subrogato hoc dubio proposito, *Instante Capitulo* Domini responderunt pro *Informante*.

1 Quia † facultas vniendi *constat* ex ipso enunciato Concilio *cap. 5. de refor. sess. 21. & cap. 15. de refor. sess. 24.* Conditio autem adeo tenuium Præbendarum, vt sustinendo decenti Canonicorum gradu pro loci, & personarum qualitate non sufficit iuxta Concilium satis certa visa est ex facto, & ex Notorio tunc allegato, & confirmato nunc per testes testificando 16. Canonicos cum 30. Cappellanis, & quatuor solis Canonicis præbendatis præbendarum tenuissimarum 7. ducatorum regni, & distributiones quotidianas etiam cum oneribus Missarũ circiter 12. annuos ducatos eiusdem monetæ, † & pro huiusmodi paupertate
2 deseri cultum Ecclesiæ, quin etiam ad culturam terræ pro necessitate diuerti pluſquam ad litteram *à Rot. dec. 91. num. 8. & 13. quæst. 9. & recentius de huiusmodi testibus coram Peutingero in Sorana Beneficij 13. Iunij 1654.* & his testibus
3 eo magis † defereñ est quo plus defereñ iam erat Episcopo & amplius pro notorio, non solum vtpotè attestanti quidem pro Canonicis ad vnionem, sed contra se ad extinctionem beneficij suæ collationis.

Contulit multum dicta Confirmatio possessionis & obseruantia cum fructibus perce-
4 ptis à Capitulo, ex quibus † optimè vnio confirmatur, vt inquit *Rot. decis. 330. num. 5. à vers. etiam denique part. 9.*, sicuti † ex contraria ob-
5 seruantia non probari vnionem emanasse ex causa necessaria, vt inquit ipsa *Rota decis. 91. num. 7.* Non obstant litteræ Apostolicæ, quod-
6 que dicta Vnio † tanquam reuocata per regulas reuocatorias vnionum sit nullius roboris & momenti.

Quia fuit responsum illam non subiacere
7 prætatis regulis, † quia fuit facta per Episcopum in executione Concilij Tridentini dicto cap. 15. ob tenuitatem Canonicatuum, & distributionum, vt Canonici gradum substinere, & seruitium Ecclesiæ præstare possent. *Rot. decis. 174. num. 6. & seqq. p. 7.* cum aliis ibi allegatis, *& apud Barbos. de Iur. Eccles. vnien. c. 16.*

num.

8 *num.6.lib.3.* † & Concilium permiſit ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui videlicèt eidem gradui, & Officio ad neceſſitatem ſuſtinendo, & ſatis quantum regulæ perſtringunt vniones, vt in regula vnionum hodie 13. &
9 proindè † cum conſtet de bono Iure, & poſſeſſione Capituli venit ei concedenda manutentio, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana Fructuum dotis.

Mercurij 3. Junij 1665.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis lib.1. cap.137. taxat fructus dotis ad rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario & anno, qui per patrem ſunt ſoluendi ſtatim, ac vir filiæ onera matrimonij ſuſtinere cœpit, cum abſque alia interpellatione, vel promiſſione, vel taxatione dotis moram incurrat.

SVMMARIVM.

1 *Dotis interuſuria ex* Statuto Vrbis lib.1. cap. 137. *ad rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario taxantur.*
2 *Vſuræ dotales viro indulgentur propter onera matrimonij ſuſtinenda & moram debentis ſoluere dotem & num.3.*
4 *Pater à die contracti matrimonij dotem filiæ conſtituere tenetur.*
Etiamſi nulla precedente promiſſione cum viro digno nuptias ſine patris conſenſu inierit & n.5.
6 *Pater dicitur conſtitutus in mora ſtatim ac vir matrimonium cum filia contraxit, & nulla interpellatio requiritur.*
7 *Fructus Dotis à die contracti matrimonij debentur.*
8 *Mens contrahentium reiecto verborum cortice inſpici debet.*
9 *Mora contrahitur promiſſione dotis.*
10 *Mora à patre committitur etiam ſine promiſſione dotis & ſtatim ac vir cepit onera matrimonij ſubſtinere.*
11 *Deciſio in Romana fructuum dotis 28. Junij 1621. coram Manzanedo in quibus terminis loquatur.*
12 *Dos quando ſuit decreta in quantitate pater compellitur alimenta tribuere ad normam Statuti & num. 13.*
14 *Dotis incertitudine inſpecta pater moram contrahit à die taxationis à Iudice facta.*
15 *Onus alendi filiam patri inhæret.*
16 *Dotis declaratio facta retrotrahitur ad diem contracti matrimonij.*

DECISIO CCCXVIII.

BINIS Rotæ decisionibus à die contracti matrimonij D. Annæ alimenta decreuerat, ſeu fructus dotales ad rationem ſcut.7. cũ dimidio in ſingula centenaria dotis eidem ab hocmet Sac. Tribunali attributæ. Cum verò
1 D. Petrus † pater *Statutarium Vrbis diſpoſitionem in lib.1. cap.137.* fructus deferentium in quibus prefata contenderet in dote promiſſa dumtaxat procedere, nec proinde poſſe ſibi locum aſſumere in propoſito caſu, quo D. Annæ, nulla præcedente promiſſione dotis contra ipſius aſſenſum nuptias cum extero viro contraxit. Idcirco in relationibus Cauſarum, Domini demandarunt, vt pater ſine partium præiudicio fructus D. Annę in ſcut.5. pro ſingulis centenarijs exhiberet, ad cuius decreti normam ſolutio ſucceſſiuè ex parte patris emanauit. Hodiè verò ſuper fructuum quantitate repropoſito dubio in decisis Domini perſtitere fructus decernẽdo ad normam Statuti etiam reſpectu dotis in vltima deciſione adductę.

2 Siquidem ex duplici ratione † vſurę dotales viro indulgentur à Statuto propter onera, ſcilicet matrimonij, quibus ille ſubiacet, ac moram debentis ſoluere dotem. Cuius Statuti diſpoſitio alteri Iuris inhęret idipſum ſancientis *in capit. ſalubriter vbi Canoniſta communiter de vſur. Alex conſ.141.num.5.lib.5.& conſil.31.num.5.& 6.lib.6. Surd. conſ.290. numer.31. Rot.deciſ.19.numer.3.p.4.& coram Merl.deciſ.457. numer.1.* Adeoque † cum vtraque qualitas in propoſito caſu concurrat, debent proindè per neceſſe Statuti vires admitti, vt notat. *Grat.in conſ.9.num.37.lib.1. Surd.conſ.45.num.14. Rot.deciſion.179.num.15.par.9.rec.*

Supportatio onerum matrimonij vti omnibus ferè innotescens nequit in dubium reuocari. Patris verò mora exindè conſurgit, quod † ipſe à die contracti matrimonij
4 dotem filię tenebatur aſſignare *ad text. in l.qui liberos 19. ff.de rit.nupt. & l.dotem dedit, ff.de collat. bonorum*, licèt † illa nulla precedente promiſſione virum dignum ſibi eligendo nuptias ſine
5 patris conſenſu inierit, vt tradit *Couar. de matrim.par.2.cap.1.§.8.num.7. Sanch.eodem tract. lib.4.diſput.20.num.17. Rot.cor.Canaler. deciſ.447. numer.5.& 6. ac aliis auctoritatibus in deciſione edita die 18. Junij 1663.* ad cuius † moræ incurſum interpellatio nulla exquirebatur, cum Pater eam contraxerit ſtatim, ac vir onera matrimonij ſubeundo, illum ab impenſis erga filiã
7 exemit † in quarum compenſationem fructus ipſe præſtare compellitur ex doctrina gloſſæ communiter recepta *in l.de diuiſione 4.verb. poſſeſſio, verſ.ſed videtur, ff.ſolut. matrim. Caſtren.conſ. 11.num.4.verſ.quatenus autem lib.1. Alex.conſ.147 num.2. cum ſeqq.lib.5. Menoch.conſ.7.nu.19. Mant. de tacit.lib.13.tit.3. num.17. verſ.neque enim, Rot. coram Burat.dec.287.n.6. & in his terminis à Senatu Catalonia ita refert deciſum. Fontanell.de pact. nupt.gloſſ.2.clauſ.6.part.6.num.6. verſic. nemini & num.7.*

Hinc nequit vrgere mentio præfatæ dotis
8 à Statuto perhabita. Dum enim † mens Statutentium, ac ratio, quæ reiecto verborum cortice, inſpici debet *Rot deciſ.22. num.14. par. 9.recent.* oneribus matrimonij, nec non debitoris moræ potiſſimum inhæret illa promiſſio dotis expreſſio ad maiorem cautelam ab iiſdem cenſetur appoſita, ut ostenderent ſcilicet matrimonia plerumque cum dotis pro-
9 miſſione celebrari, † ex quo regulariter mora

contra-

contrahitur, vt innuunt verba ipsa Statuti ibi: *Et sic taxentur post moram non soluta dotis marito*
10 *promissa*. Quare † sicuti absque promissione mora à Patre committitur, statim ac vir cepit onera matrimonij sustinere ex luribus superius recensitis, ita quoque debet Statuti viribus ipse ligari, vt in specie censuit *Rot. coram Merlin. decis. 457. num. 2.*

11 Neque visa fuit obesse decisio † Romana fructuum dotis 28. Iunii 1621. coram Manzanedo mulieri fructus deferens in scu. 5. pro singulis centenarijs; Quoniam ex ipsis verbis decisionis innuitur, ibi: *Dotis promissio praecesserat in bonis stabilibus iuxta quorum proinde redditum fructus debuerant exhiberi*. In
12 proposito verò casu dos † fuit in quantitate decreta adeoque ad Statuti normam pater compellitur alimenta tribuere, vt in puncto respondit *Rot. coram Merlin dec. 457. sub num. 16. & 17., & in proximis terminis coram Burat. decis. 287. numer. 1. cum seqq.*, vbi quod si dotis pro-
13 missio † praecedat in quantitate, & in eodem successiuè Instrumento debitor facultatem illam praestandi in stabilitus sibi reseruet, nihilominus debent fructus ad Statuti normam exhiberi. *Spad. consil. 29. numer. 12. cum seqq. tom. 2.*

14 Denique non obstat quod perspecta † Incertitudine dotis pater moram contraxerit à die duntaxat taxationis ab hoc Sac. Tribunali perhabitæ, iuxta opinionem *Cassren. in consil. 11. num. 4. lib. 5. vers. ad summum à die interpel-*
15 *lationis subsecutæ*. Cum enim † onus alendi filiam Patri inhærens vir à die contracti matrimonij expleuerit, ex tunc absque alia interpellatione ipse in mora à lure censetur constitutus, & in compensationem alimentorum praestitorum à viro fructus proindè tenetur exhibere, nulla incertitudinis ratione perha-
16 bita, cum † declaratio postmodum edita in hac soleat materia retrotrahi, vt tradunt *Herman. in l. de diuisione col. 7., ff. solut. matrim. Natt. cons. 495. num. 2. Surd. d. cons. 290. num. 31.* & ita in specie casus controuersi refert fuisse decisum *Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. glos. 2. num. 6. & 7.*, licèt ipse in ea causa contrariam fuisset amplexus sententiam innixus auctoritati, *Lopes. cons. 71. num. 6.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 8. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Emptio & venditio simulata in fraudem paratæ executionis an subsistineri valeat. Sententia lata contra principalem reum potest contra eum, qui rem litigiosam emit executioni demandari. Et alia, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Venditor dominium rei venditæ retinens, ea rei ven-*
dita dici non potest.

2 *Emptio, & venditio simulata in fraudem paratæ executionis est nulla.*

3 *Emptio & venditio non sustinetur sine numeratione pretij, & per solam confessionem de recepto.*

4 *Sententia lata contra principalem reum potest exequi contra eum qui rem emit litigiosam.*

5 *Res litigiosa in actione personali an, & quæ sint ea controuersia.*

6 *Actione in rem agitur quando agitur petitione hæreditatis.*

7 *Actio mixta dicitur, quæ oritur ex præstationibus personalibus.*

8 *Possessor hæreditatis quando de pecunia hæreditaria emit rem, res illa venit in petitione hæreditatis.*

9 *Possessor rei quando pretium quo res empta fuit soluere nequit, rem restituere tenetur.*

10 *Fructus, & pretium officij tantum sunt in commercio.*

DECISIO CCCXIX.

PRO Florauante D. D. responderunt nempè esse locum executioni mandati rotalis super officio ad effectum tam consequendi fructus, & pretium, quia cum ipse hæres testamentarius bon. mem. Cardinalis egerit petitione hæreditatis, & maximè ad hoc officiū olim à Iuliano hærede ab intestato pecunijs hereditarijs comparatum, in caput Marci Antonij, & mandatum obtinuerit, & Marcus Antonius postea vendiderit, & cesserit Ambrosio extero, & Genuensi Genuæ, & in executione compertum est, & Ambrosius citatus fuerit, proinde per contradictas in primis (si consummata quidem emptio, & venditio est & à Procuratore constituto translatum est officium in dictum Ambrosium, atque ita descriptum, alias enim alienatum, non
1 proprium diceretur; quod † adhuc in dominio Venditoris maneret, vendirum tum dice-
2 retur *l. alienatum 67., ff. de verb. signif.*) † simulata emptio, & venditio atque adeo nulla vis fuit inter extraneos, & Conterraneos in fraudem paratæ executionis, *ad Rot. post Salgad. labyrint. decis. 70. à num. 18. & decis. 71. numer. 2. à*
3 *vers. simulatio*, & † maxime sine numeratione pretij, sed per solam confessionem *l. penultima & vltima C. mand. cum alijs apud Fabr. de falsit. & simulat. quæst. 162. num. 36. & 37.*

Et longe magis visus est locus executioni
4 supradictæ, quo † sententia ipsa lata contra principalem reum, potest mandari executioni contra eum, qui rem litigij emit *l. vltim. C. de litig. & ibi Bart. vers. ego autem dico, & in puncto petitionis hæreditatis Rota coram Durant. dec. 38. num. 4. & dec. 194. ab initio & num. 2. part. 2.*

5 Vnde non † obstat controuersia antiqua, an, & quæ sint res litigiosa in actione personali non satis constante *Bart. ad §. si inter l. 55. de litig. num. 2. vers. si vero agitur actione personali & ad l. 1. C. eodem simili vers. si vero agitur actione personali* & obseruarunt vtrobique *Bart, Alex. & alij Iaf. cons. 43. nu. 3. vers. circa 2. lib. 1. Costa tract. rumpend. de Iudic. num. 63. Peregr. de Iur. fisc. lib. 6. de litig. nu. 10. lib. 4. Conter. var. resol. 2. de reb. litig.*

à num.

d num. 2. part. 2. & amplius magiſtralis eſt, & inicribitur *deciſ. coram Duran. 364. & deciſ. 137. d*
6 *num. 5. part. 7.* † Quoniam actum eſt petitione hæreditatis, atque adeo in rem §. *Petitio l. ſed & ſi 25. ff. de petit. hered. §. ſed & in l. fin autem 27. ff. de rei vindic.* quod aſſumpſit *Bart. in continuat. Rubric. ff. ſi cert. pet. & poſt alios Cagnol. ad d. rubric. num. 61. ex quo*, & alijs magis communem ſententiam faſſus eſt, & ſi mixtam ſentiens actionem, *Facchin. contr. 62. lib. 11. & placuit Rota dicta deciſ. 88. num. 1. & ſenſit dicta dec 194. num. 1.*

7 Quin & ſi actio mixta diceretur ex præſtationibus perſonalibus *d. §. Petitio, & l. ſed & ſi C. de petit. hered. Facchin. d. contr. 62.* cum alijs licet ſatis declarante *d. §. Petitio quia* pariter efficitur res litigioſa. *Bart. ad dictum §. ſi inter num. 2. verſ. ſi vero agitur actione mixta, & cum alijs Peregr. dicto tit. 6. num. 15.*

Etiam ſi officium ipſum non eſſet hæreditarium, cum eſſet hæreditaria pecunia comparatum, & deciſum ſæpe, & pronunciatum eſt, quo caſu cum poſſeſſor hæreditatis de pecunia hæreditaria emit rem, res illa ſine
8 dubio veniet in petitione † hæreditatis *l. item veniunt 20. ff. de petit. hered. cap. 1. deciſ. 194. ſub num. 16. & eſt generaliter Metodica diſtinctio Bart. ad §. cum autem l. Imperator ff. de legat. 2. num. 2.*

Quin etiam ſi, & quatenus officium emptum eſt pretio rerum † hæreditariarũ, cum poſſeſſor non poteſt pecuniam ſoluere in ſubſidium, officium efficitur hæreditarium ad
9 doctrinam *Pauli Caſtr. ad §. item ſi rem d. l. & ſi Aucnion. lectura nu. 5. Rota coram Buratto dec. 784. num. 10. confirmata in deciſ. 874. ſub num. 2. & in eadem cauſa coram Duran. dec. 63. num. 4. & in præſenti coram R P. D. Nimot. 9. Aprilis 1663. §. ſuccedebat concluſio & 19. January proximi præteriti §. nec obſtat.*

Declararunt DD. mandatum exequendam ſuper officio ad effectum conſequendi tru-
10 dus, & pretium, † quæ ſolæ ſunt in commercio *ad Rot. coram Seraph. tota deciſ. 1294. numer. 3. & 7. & dec. 116. num. 13. tom. 2. par. 4. recent. & deciſ. 109. num. 65. par. 9. & recentius coram Reuerendiſſimo D. meo Cerro Decano, In Romana concurſus Creditorum 10. Iunij 1661. §. Hæc enim, & in hac ipſa Cauſa coram R. P. D. Nimot dd. deciſ. 3. Decembris 1663. ſub init. & vltima deciſione 19. January proximi præteriti, §. ac proinde.*

Et ita per contradictas.

R. P. D. CARPINEO.

Nunc S. R. Ecc. Cardinali.

Eugubina Societatis.

Lunæ 8. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Statutum Eugubij ſub rubr. 11. & rubr. 27. de compromiſ. quid diſponat. Omiſſio citationis nullam reddit ſententiam. Aſſertio periti aliundè non iuſtificata, non attenditur. Facti quæ ſunt, non quæ iuris, ad peritum ſpectant.

SVMMARIVM.

1 *In Iudicijs omninò ſeruanda eſt æqualitas.*

2 *Statutum Ciuitatis Eugubij ſub rubr. 11. diſponit, quod à ſententia lata per Iudicem appellationis ſi concordet cum prima, non liceat amplius appellare.*

3 *Appellatio nihil detrahit de luribus Partium, cum tendat ad maiorem veritatis indaginem.*

4 *Statutum Ciuitatis Eugubij rubric. 27. de compromiſſis, diſponit compromiſſum inter conſanguineos, mercatores, & ſocios habere vim ſententiæ iudicialis.*

5 *Laudum ſecundum in quibus conuenit cum primo, dicitur conforme.*

6 *Citationis omiſſio ſententiam nullam reddit.*

7 *Procurator poteſt ab hærede illius, qui talem ipſum conſtituit, reuocari.*

8 *Procurator hæredis, non ſui auctoris eſt citandus.*

9 *Citatio partis omninò neceſſaria quando peritus à Iudice fuit electus.*

10 *Aſſertio periti aliundè non iuſtificata, nullam meretur fidem.*

11 *Relatio periti ſi à præcedentibus diſcordet, non attenditur.*

12 *Perito tantum attinent ea, quæ facti ſunt, non quæ Iuris.*

13 *In ratiocinijs omnia in medium ſunt deducenda, vt videri poſſit, quæ ſint admittenda, vel reijcienda.*

DECISIO CCCXX.

1 RATIONE æqualitatis inter Partes omnino in Iudicijs obſeruandæ, reſolutum fuit ſub die 12. Iunij 1662. coram Reuerendiſſimo Gerundeſi. locum non eſſe Statuto Ci-
2 uitatis † Eugubij, ſub Rubr. 11. diſponenti, quod à ſententia lata per Iudicem appellationis, ſi cum prima concordet, non liceat vlterius appellare; quia ſicuti in propoſito Caſu Damiano, & Senſio appellationem à laudis contra eos fauore Bugianni promulgatis interponere, ita Bugianno permitti debuit ſecundo prouocare à Sententijs contra ipſum
3 latis in Curia. Cum autem † in hoc Sac. Auditorio ſemper æquitas prevaleat ad ſubſtinẽdum, maximè appellationem per quam nihil detrahitur de ſuribus Partium, cum potius tendat ad maiorem veritatis indaginem, vt refert *Caſſador. deciſ 8. num. 10. in fin. de appellat.* & teſtatur in proximis terminis, *Veſtr. lib. 7. cap. 7 num. 27. poſt med.* ideo hodie repropoſita à me cauſa eidem innixi æquitati in deciſis, Domini permanſerunt.

Huic enim ſecundæ æqualitatis rationi nõ reſiſtit, quod Damiano, & Senſio licuerit à laudis appellare, vel quia Statutum de Sentẽtijs tantum à Iudice prolatis, non autem de alijs diſponat, vel quia dicta lauda, vti inter ſe diſformia à præfati Statuti diſpoſitione, alte-
4 rius ſtatuti † in Rub. 27. dè compromiſſ. mãdantis compromiſſum inter Conſanguineos, Mercatores; & Socios habere vim Sẽtentiæ Iudicialis, *Fel. in cap. irrefragabilis, nu. 22. de offic. ordin. Cranet. conſ. 202. num. 17. Grat. deciſ.*
5 *March. 42. num. 2. &* 5. & ſecundum † laudum

licet

contrahitur, vt innuunt verba ipsa Statuti ibi: *Et sic taxentur post moram non solutæ dotis marito*
10 *promissæ*. Quare † sicuti absque promissione mora à Patre committitur, statim ac vir cepit onera matrimonij sustinere ex luribus superius recensitis, ita quoque debet Statuti viribus ipse ligari, vt in specie censuit *Rot. coram Merlin. decis. 457. num. 2.*

11 Neque visa fuit obesse decisio † Romana fructuum dotis 28. Junii 1621. coram Manzanedo mulieri fructus deferens in scu. 5. pro singulis centenarijs; Quoniam ex ipsis verbis decisionis innuitur, ibi: *Dotis promissio præstiterat in bonis stabilibus iuxta quorum*
12 *proindè redditum fructus debuerant exhiberi*. In proposito verò casu dos † fuit in quantitate decreta adeoque ad Statuti normam patet compellitur alimenta tribuere, vt in puncto respondit *Rot. coram Merlin dec. 457. sub num. 16. & 17., & in proximis terminis coram Buratt. decis. 287. numer. 1. cum seqq.*, vbi quod si dotis pro-
13 missio † præcedat in quantitate, & in eodem succèssiuè Instrumento debitor facultatem illam præstandi in stabilitus sibi reseruet, nihilominus debent fructus ad Statuti normam exhiberi. *Spad. consil. 29. numer. 12. cum seqq. tom. 2.*

14 Denique non obstat quod perspecta † Incertitudine dotis pater moram contraxerit à die dumtaxat taxationis ab hoc Sac. Tribunali perhabitæ, iuxta opinionem *Castren. in consil. 11. num. 4. lib. 5. vers. ad summum à die interpel-*
15 *lationis subsecutæ*. Cum enim † onus alendi filiam Patri inhærens vir à die contracti matrimonij expleuerit, ex tunc absque alia interpellatione ipse in mora à Iure censetur constitutus, & in compensationem alimentorum præstitorum à viro fructus proindè tenetur exhibere, nulla incertitudinis ratione perha-
16 bita, cum † declaratio postmodum edita in hac soleat materia retrotrahi, vt tradunt *Herculan. in l. de diuisione col. 7., ff. solut. matrim. Natt. cons. 495. num. 2. Sard. d. cons. 290. num. 31.* & ita in specie casus controuersi refert fuisse decisum *Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 2. num. 6. & 7.*, licèt ipse in ea causa contrariam fuisset amplexus sententiam innixus auctoritati, *Rapon. cons. 71. num. 6.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Romana Hæreditatis.

Lunæ 8. Junij 1665.

ARGVMENTVM.

Emptio & venditio simulata in fraudem paratæ executionis an subsistineri valeat. Sententia lata contra principalem reum potest contra eum, qui rem litigiosam emit executioni demandari. Et alia, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Venditor dominium rei venditæ retinens, ea rei vendita dici non potest.*

2 *Emptio, & venditio simulata in fraudem paratæ executionis est nulla.*

3 *Emptio & venditio non sustinetur sine numeratione pretij, & per solam confessionem de recepto.*

4 *Sententia lata contra principalem reum potest exequi contra eum qui rem emit litigiosam.*

5 *Res litigiosa in actione personali an, & quæ fiat ill controuersia.*

6 *Actione in rem agitur quando agitur petitionis hæreditatis.*

7 *Actio mixta dicitur, quæ oritur ex præstationibus personalibus.*

8 *Possessor hæreditatis quando de pecunia hæreditaria emit rem, res illa venit in petitione hæreditatis.*

9 *Possessor rei quando pretium quo res empta fuit soluere nequit, rem restituere tenetur.*

10 *Fructus, & pretium officij tantum sunt in commercio.*

DECISIO CCCXIX.

PRO Florauante D. D. respondérunt nempè esse locum executioni mandati rotalis super officio ad effectum tam consequendi fructus, & pretium, quia cum ipse hæres testamentarius bon. mem. Cardinalis egerit petitione hæreditatis, & maximè ad hoc officiū olim à Iuliano hærede ab intestato pecunia hæreditaria comparatum, in caput Marci Antonij, & mandatum obtinuerit, & Marcus Antonius postea vendiderit, & cesserit Ambrosio extero, & Genuensi Genuæ, & in executione compertum est, & Ambrosius citatus fuerit, proinde per contradictas in primis (si consummata quidem emptio, & venditio est & à Procuratore constituto translatum est officium in dictum Ambrosium, atque ita descriptum, alias enim alienatum, non
1 proprium diceretur; quod † adhuc in dominio Venditoris maneret, venditum tum dice-
2 retur *l. alienatum 67., ff. de verb. signif.*) † simulata emptio, & venditio atque adeo nulla visa fuit inter exteros, & Conterraneos in
3 fraudem paratæ executionis, *ad Rot. post Salzad. labyrint. decis. 70. à num. 18. & decis. 71. numer. 2. à vers. simulatio*, & † maxime sine numeratione pretij, sed per solam confessionem *l. penultima & vltima C. mand. cum alijs apud Fabr. de falsit. & & simulas. quæst. 162. num. 36. & 37.*

Et longe magis visus est locus executioni
4 supradictæ, quo † sententia ipsa lata contra principalem reum, potest mandari executioni contra eum, qui rem litigij emit *l. vltim. C. de litig. & ibi Bart. vers. ego autem dico, & in puncto petitionis hæreditatis Rota coram Durant. dec. 88. num. 4. & dec. 194. ab initio & num. 2. part. 9.*

5 Vnde non † obstat controuersia antiqua, an, & quæ fiat res litigiosa in actione personali non satis constante *Bart. ad §. si inter l. ff. de litig. num. 2. vers. si vero agitur actione personali ad l. 1. C. eodem simili vers. si vero agitur actione personali* & obseruarunt vbique *Bart, Alex. & alij Iaf. cons. 43. nu. 3. vers. circa 2. lib. 1. Costa tract. compend. de Indic. num. 63. Peregr. de Iur. fisc. tit. 6. de litig. nu. 10. lib. 4. Cenet. var. resol. 2. de reb. litig.*

d num. 2. part. 2. & amplius magistralis est, & inscribitur *decis. coram Duran. 364. & decis. 117. d*
6 *num. 5. part. 7.* † Quoniam actum est petitione hæreditatis, atque adeo in rem & *Petitio l. sed & si 25. ff. de petit. hared. §. sed & q. l. sin autem 27. ff. de rei vindic.* quod assumpsit *Bart. in continuat. Rubric. ff. si cert. pet. & post alios Cagnol. ad d. rubric. num. 61. ex quo*, & alijs magis communem sententiam fassus est, & si mixtam sentiens actionem, *Facchin. contr. 62. lib. 11. & plenius Rota dicta decis. 88. num. 1. & sensit dicta dec. 194. num. 1.*

7 Quin & si actio mixta diceretur ex præstationibus personalibus *d. §. Petitio, & l. sed & si C. de petit. hared. Facchin. d. contr. 62.* cum alios licet satis declarante *d. §. Petitio quia* pariter efficitur res litigiosa. *Bart. ad dictum §. si inter num. 2. vers. si vero agitur actione mixta, & cum alijs Peregr. dicto tit. 6. num. 15.*

Etiam si officium ipsum non esset hæreditarium, cum esset hæreditaria pecunia comparatum, & decisum sæpe, & pronunciatum est, quo casu cum possessor hæreditaris de pecunia hæreditaria emit rem, res illa sine
8 dubio veniet in petitione † hæreditatis *l. item veniunt 20. ff. de petit. hared. cap. 1. decis. 194. sub num. 16. & est generaliter Metodica distinctio Bart. ad §. cum autem l. Imperator ff. de legat. 2. num. 2.*

Quin etiam si, & quatenus officium emptum est pretio rerum † hæreditariarũ, cum
9 possessor non potest pecuniam soluere in subsidium, efficium efficitur hæreditarium ad doctrinam *Pauli Castr. ad §. item si rem d. l. & si Auction. lectura nu. 5. Rota coram Buratto dec. 784. num. 10. confirmata in decis. 874. sub num. 2. & in eadem causa coram Duran. dec. 63. num. 4. & in præsenti coram R.P.D. Nimot. 9. Aprilis 1663. §. succedebat conclusio & 19. Ianuary proximi præteriti §. nec obstat.*

Declararunt DD. mandatum exequendam super officio ad effectum consequendi fru-
10 ctus, & pretium, † quæ solæ sunt in commercio *ad Rot. coram Seraph. tota decis. 1294. numer. 3. & 7. & dec. 116. num. 13. tom. 2. par. 4. recent. & decis. 109. num. 65. par. 9. & recentius coram Reverendissimo D.meo Cerro Decano, In Romana concursus Creditorum 10. Iunij 1661. §. Hæc enim, & in hac ipsa Causa coram R.P.D. Nimot dd. decis. 3. Decembris 1663. sub init. & ultima decisione 19. Ianuary proximi præteriti, §. ac proinde.*

Et ita per contradictas.

R. P. D. CARPINEO.

Nunc S. R. Ecc. Cardinali.

Eugubina Societatis.

Lunæ 8. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Statutum Eugubij sub rubr. 11. & rubr. 27. de compromis. quid disponat. Omissio citationis nullam reddit sententiam. Assertio periti aliundè non iustificata, non attenditur. Facti quæ sunt, non quæ iuris, ad peritum spectant.

SVMMARIVM.

1 *In Iudicijs omninò seruanda est æqualitas.*
2 *Statutum Ciuitatis Eugubij sub rubr. 11. disponit, quod à sententia lata per Iudicem appellationis si concordet cum prima, non liceat amplius appellare.*
3 *Appellatio nihil detrahit de iuribus partium, cum tendat ad maiorem veritatis indaginem.*
4 *Statutum Ciuitatis Eugubij rubr. 27. de compromissis, disponit compromissum inter consanguineos, mercatores, & socios habere vim sententiæ iudicialis.*
5 *Laudum secundum in quibus conuenit cum primo, dicitur conforme.*
6 *Citationis omissio sententiam nullam reddit.*
7 *Procurator potest ab hærede illius, qui talem ipsum constituit, reuocari.*
8 *Procurator hæredis, non sui auctoris est citandus.*
9 *Citatio partis omninò necessaria quando peritus à Iudice fuit electus.*
10 *Assertio periti aliundè non iustificata, nullam meretur fidem.*
11 *Relatio periti si à præcedentibus discordet, non attenditur.*
12 *Perito tantum acquirent ea, quæ facti sunt, non quæ Iuris.*
13 *In ratiocinijs omnia in medium sunt deducenda, vt videri possit, quæ sint admittenda, vel reijcienda.*

DECISIO CCCXX.

1 RATIONE æqualitatis inter Partes omnino in Iudicijs obseruandæ, resolutum fuit sub die 12. Iunij 1662. coram Reuerendissimo Gerundesi. locum non esse Statuto Ci-
2 uitatis † Eugubij, sub Rubr. 11. disponenti, quod à sententia lata per Iudicem appellationis, si cum prima concordet, non liceat vlterius appellare; quia sicuti in proposito Casu Damiano, & Senfio appellationem ad audis contra eos fauore Bugianni proualgatis interponere, ita Bugianno permitti debuit secundo prouocare à Sententijs contra ipsum
3 latis in Curia. Cum autem † in hoc Sac. Auditorio semper æquitas preualeat ad sustinendum, maximè appellationem per quam nihil detrahitur de Iuribus Partium, cum potius tendat ad maiorem veritatis indaginem, vt refert *Cassador. decis 8. num. 10. in fin. de appellat.* & testatur in proximis terminis, *Vestr. lib. 7. cap. 7 num. 27. post med.* ideo hodie repropolita à me causa eidem innixi æquitati in decisis, Domini permanserunt.

Huic enim secundæ æqualitatis rationi nõ restitit, quod Damiano, & Senfio licuerit ad laudis appellare, vel quia Statutum de Sententijs tantum à Iudice prolatis, non autem de alijs disponat, vel quia dicta lauda, vti inter se difformia à præfati Statuti dispositione, alte-
4 rius statuti † in Rub. 27. de compromiss. mãdantis compromissum inter Consanguineos, Mercatores; & Socios habere vim Sententiæ Iudicialis, *Fel. in cap. irrefragabilis, nu. 22. de offic. ordin. Cranet. cons. 202. num. 17. Grat. decis. March. 42. num. 2. & 5.* & secundum † laudum
5 licet

licet discordet in plurib⁹, in quibus conuenit cum primo dici debet conforme, vt vltra adductos in *decisione Domini Nimot. §. nec sub sistit, probat Sacc. de appellat. quæst. 17. limit. 1. n. 32. & Rota coram Merlin. decis. 550. num. 4.* Itaut poterit locus esse eidem Statuto specialiter sãcienti exequi debere id, quod per Arbitros conformiter declaratum, & definitum fuerit.

In hanc autem Sententiam, non solum veneruntex solo æquitatis motiuo, quia vltra illud amplexi sunt alterum, non leue desumptum ex nullitate relationis Nigroni, in qua fundantur Sententiæ latæ in Curia, fuore Damiani, & Sentij. Prodijt enim dicta relatio, sub die 19. Iunij 1657. non citato Francisco Vrsacio procuratore specialiter constituto ab Vbaldo Antonio Bugianno hærede Guidobaldi præcedenter defuncti † cuius citationis 6 omissio reddit relationem insanabili vitio nullitatis affectum, ex deductis in *decis. Merl. 39. num. 8. cum alijs adductis per Adden. ad Burat. decis. 70. num. 13.*

Neq; occurretur huic nullitati, vel ex quo citatus fuerit Crispoltus Zuffia antiquus procurator Guidobaldi, quia † cum ipse potuerit 7 ab hærede reuocari, per *tex. in l. fundi venditor, §. etiam si Lucius, ff. de acquir. vel amitt. possess. quem singularem dicit Roman. cons. 202. num. 3. vers. de secundo*, & ipsius reuocatio cum noua alterius procuratoris constitutione fuerit in Actis registrata, & exhibita, & vlterius protestatus nihil fieri, nisi ipso Vrsacio nouo procuratore citato, quæ protestatio fuit parti intimata, 8 istum nouum, non autem procuratorem reuocatũ, citare opus erat, maximè dum agebatur de re satis intricata, & controuersa in cuius decisione, omnino erat necessaria præsentia partis, quæ poterat fortasse Peritum trahere ad aliud, quam illi ab initio videretur, vti conclusione penitus examinata, probat *Rota in decis. Burat. 70. num. 2. vsque ad 6. vbi Add. cumulat. concordan. & apud Merl. decis. 38. num. 6. & 7. & addit distinguendo Bald. cons. 74. nn. 1. lib. 3.*

Accedente potiùs, quod Nigronus non fuerat ex parte Bugianni approbatus, sed ad instantiam Damiani, & Sensij, à Iudice e- 9 lectus, hoc † enim casu citatio videtur omnino necessaria, vt ex mente *Bartol. tradit Mascar. de probat. conclus. 657. num. 2. & secuta est Rota in decis. Merlin. 39. num. 8. & in aliis adductis per Adden. in cit. decis. Burat. nu. 13.*

Siue ex eo, quod ipse Peritus affirmauit in eadem relatione, quod pluries partes, & earũ 10 procuratores adiuerat, huic † enim assertioni aliundè non iustificatæ, non est deferendam ad communiter notata in *cap. quoniam cõtra de probat.* maximè quod ex parte Bugianni redditur inuerisimilis, dum paulò post secutam electionem Nigroni decessit, illius verò hæres, vt dictum est Zuffiam procuratorem recusauit, & Vrsacius nunquam citatus, nunquam potuit comparere. Euentus denique subsecutus in subsistentiam istius assertionis com- 11 probauit, nam si † Nigronus partes hinc inde, vt asserit audiuisset, ipsa relatio tam notabiliter ab aliis præcedẽtibus non discordasset, vt obseruatum fuit in decisione Reuerendissimi Nimot, §. eoque libentius.

Parum obstante, quod variatio tam notabilis summæ præterierit, ex quo duo primi Arbitri, seu Periti, omnes partitas spectantes ad integrum negotium lanæ, calculauerunt, Nigronus vero se restrinxit ad summas peruentas ad manus Damiani, & Sensij. Nam hęc distinctio desumi non potest, ex dictura relationum in omnibus enim illarum legitur Peritos discussionẽ, suscepisse duplicis negocij Artis Lanæ, inter Guidobaldum, & Bugiannum, & Domitium Sensium, & Hieronymum Damianum, ex altera respectu primi negocij, respectu vero secundi, inter Bugiãnum, & Sensium tantum.

Et quando suppositam partitarũ distinctionem fecisset Nigronus, eo minus esset relatio illius attendenda; quia assumpsisset hoc modo partes Iudicis super illarum admissione, vel reiectione, quod facere non poterat, cum 12 Perito ea † tantum pertineant, quæ facti sunt non autem quæ iuris, *Coccin. decis. 422. num. 17. Otthoben. decis. 205. num. 12.*

13 In ratiocinijs autem omnia sunt in medio deducenda, vt distinctè videri possit, quæ in ratiocinijs dati, & empti, sint admittenda, vel reijcienda, vt disponit elegans *tex. in l. cum seruus §. 2. ff. de cond. & demon.* ibi; *legendas offerre rationes primo, deinde comprobandas, vt explorari possit computationes probè, an improbè referantur, accepta rectè relata, an non rectè.* Ita quidem incipit res à facto peruenit autem ad pecuniam quem *tex. commendat, Surd. decis. 184. numer. 12. vers. non etiam monet.*

Ex quibus cum firma remaneat in substantialibus variatio in notabili quantitate inter istam, & alias relationes accuratissimè in partibus peractas non leuis exoritur suspicio erroneitatis, quam dum hodie non agitur principaliter de reuocandis Sententijs, sed tantum de appellatione admittenda, habuerunt Domini in maxima consideratione ad effectũ vt esset deueniẽdum ad nouam Periti electionem, vtraque parte informante, vt in præcedenti decisione fuerat ab eisdem resolutum, & hodie pariter omnibus informantibus cõfirmatum in præsenti, &c.

R. P. D. EMERIX.

Romana Associationis.

Lunæ 8. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Associatio ad quæ, & quando debeat concedi. Donatio facta à Muliere, contemplatione certi Matrimonij, per donatariam contrahendi, non requirit solemnitates Statutarias. Renũciatio ex defectu insinuationis corruit, & ad quid inuenta sit insinuatio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Associatio ad bona, quæ erant tempore donationis apud donantem donatariæ cèdi tur quando in donationis instrumento adest pactum capiendi possessionem propria auctoritate, non solum post lapsum decennij, sed vsque ad 30. annos, & ultrà.*

2 *Proximiorum interuentus in donatione per mulierem facienda, quando prætermitti valeat.*

3 *Donatio facta contemplatione certi matrimonij per donatarium contrahendi sustinetur absque solemnitatibus à Statuto requisitis.*

Ampliatur etiam hoc procedere in augmento dotis assignato ad faciliorem matrimonij conclusionem, numer. 4.

5 *Mulier maior donans obligatur siue causa sit necessaria, siue voluntaria.*

6 *Soror renuncians ad fauorem fratrum etiam bona, quæ sibi donata fuerint, transfert in illos actualem bonorum donatorum possessionem.*

8 *Renunciatio ex defectu insinuationis corruit.*

9 *Insinuatio inuenta est, vt donans medio tempore deliberet, an sibi expediat donationem confirmare, vel non.*

10 *Confessio mulieris renunciantis non attenditur, quia præsumitur eadem facilitate inducta ad confitendum, qua fuit ad renunciandum.*

11 *Bona in dotē assignata, non censentur fideicommisso supposita.*

DECISIO CCCXXI.

DOMINI censuerunt Mandatum de Associando ad Domum, de qua agitur, obtentum ab Eugenia, contrà Aurelium, & alios eius fratres esse iustum, quia in Instrumento Donationis omnium bonorum eidem Eugeniæ, factæ per Fabiam, adest non solum clausula constituti, sed etiam pactum capiendi possessionem propria auctoritate, vigore
1 cuius † rectè fuit concessa Associatio ad dictam domum, quæ tempore donationis erat in bonis Fabiæ donantis, per *tex. in l. 3. vbi Bar. num. 18. C. de pignor. Rota decis. 173. nu. 5. & seqq. par 9. recen. & Romana Vineæ ad Aquam Sanctam 4. Iulij 1659. §. quia, coram Reuerendissimo Melzio.*

Non obstat prætensa nullitas dictæ Donationis ex eo desumpta, quod non interuenerint proximiores Fabiæ, videlicet dd. Aurelius, & fratres illius nepotes, quia si isti fuissent vocati donationem potius impediuissent ratione interesse, quod habebant, vt bona donantis ad ipsos deuenirent ex capite successionis ab intestato; prout iudici expositum fuit,
2 ideoque † prætermitti poterant, vt notat *Pic. ad Statut. Verb. gloss. 19. num. 19 & in simili ponderauit Rot. in Romana Pecuniaria 7. Iunij 1641. §. quod autem, circa finem, coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

3 Et vlterius cum donatio facta fuerit contemplatione matrimonij contrahendi per donatariam Nepotem donantis, & ob causam sæpius repetitam, vt melius, & honorificentius nubere possit sustinetur etiam absque solemnitatibus Statuti, *Rota coram Gregorio decis. 363. num. 11. & seq. coram Merlino decis. 80. num. 7 & in recent. decis. 241. num. 1. par. 7. ferè per tot.* vbi
4 amplist † idem procedere in augmento dotis assignato ad faciliorem conclusionem matrimonij, & idem firmat in *Romana Census 13. Iunij 1646. coram bon. mem. Peutingerio, §. altera verò nullitas, & in Romana Augmenti Dotis 18. Iunij 1661. §. dicetur quoque, coram Reuerendissimo D. Decano.*

Neque applicatur distinctio inter Donante ex causa necessaria, & voluntaria, quando illa sibi locum vindicare posset in muliere minore, secus verò in maiore, quæ † hoc casu indistinctè obligatur siue causa fuerit necessaria,
5 siue voluntaria, *Rota decis. 177. num. 11. par. 1. & dicta decis. 241. à num. 3. vsque ad 13. par. 7. recen. & coram Reuerendissimo Reyas decis. 450. sub num. 3. & 40.*

Minus obstat, quod Eugenia propter dotem
6 ab ijsdem fratribus receptam † renuncians eis cum clausula constituti ad eorum fauorem, omnia bona, etiam ea quæ sibi donata fuerat à Fabia in illos transtulerit actualem possessionem, & quod idem fratres per decennium, & vltrà possideant. Tum quia licet ideircò impediri posset Eugenia, ne vigore antiquæ possessionis, vel clausulæ constituti per viam manutentionis, eamdem possessionem recuperaret, ad tradita per *Coutard. in l. vnic. limit. 14 num. 6. cap. si de momen. possess. Bald. cons. 210. nu. 5. lib. 5. Gabr. cons. 51. num. 13. & 14. lib 1. Scacc. de appell. quæst. 17. lim. 6. membr. 9. num. 78. Merlin. de. cis. 336. in fine.*

Ex indè tamen non tolleretur iustitia mandati, pro qua sustinenda sufficit supradictum pactum capiendi possessionem propria auctoritate, cui Eugenia minimè renunciauit, &
7 vigore † cuius Associationem obtinere potest, non solum post lapsum decennij, sed vsque ad 30. annos, *Rota post Salgad. Labirynt. Creditor. decis. 16. nu. 3. cum alijs relatis in Romana Donationum 29. May 1657. §. associatio, vsque ad fin. coram R. P. D. meo Verospio.*

8 Tùm etiam, quia huiusmodi renunciatio visa fuit DD. nulla tantū, ex defectu insinuationis in renunciatione iuris certi, vt hic omnino requisitæ, *Rota decis. 12. num. 11. & 15. & decis. 320. num. 6. & 11. & decis. 323. nu. 38. & pluribus seqq. par. 8. recen.* quod non supplet insinuatio facta à Procuratoribus ad hunc effectū constitutis, quia antequam illa fieret renunciatio fuit in actis reuocata, summario Eugeniæ *num. 8.* prout fieri potuit, dùm † insinua-
9 tio inuenta est, vt donans medio tempore deliberet, an sibi expediat donationem confirmare, vel non, *Gratian. discep. 483. nu. 19. & seq. Rota decis. 456. num. 2. & per tot. par. 4. tom. 2. recen. & in Romana prætensæ Donationis, coram Reuerendissimo Melzio 25. Iunij 1600. §. ponderarunt, & §. quo verò.*

Quam etiam ex defectu Causæ, quia extorta legitur sub erroneo prætextu, quod Eugenia dotata fuisset ex bonis proprijs fratrum, & quod hæreditas Fabiæ esset debitrix eorumdem in notabili quantitate ratione alimentorum, & pensionum domus, quodque bona donata,

seù renunciata subiecta fuerint fideicommisso Aurelij Senioris, quorum tamen nullum iustificatur. Quo enim ad primum dd. fratres, non solum non probant Eugeniam dotasse de proprio, sed imò constat de contrario, quia bona data in dotem, nempè Vinea, & Census erant propria ipsius Eugeniæ, vti eidem donata à Fabia, summario Eugeniæ nn. 13. & 15 Quo autem ad secūdum illud non benè probatur, ex assertione Eugeniæ renunciātis, quæ
10 eadem † facilitate inducta præsumitur ad cōfitendum, qua inducta fuit ad renunciandum, *Rota decis. 713. num. 5. part. 2. recent.* Et denique quoad tertium non subsistit, quod bona donata, seù renunciata essent subiecta fideicommisso Aurelij Senioris, quia quando attinet ad domum constat illam fuisse constructam ab Hyppolito filio Aurelij, & ab eo venditā Fabiæ, dicto summario num. 2. 3. & 4. adeoque numquàm fuisse in bonis fideicommittentis,
11 quo vero ad Centum, & Vincam † illa iam assignata fuerant in dotem Iuliæ filiæ fideicōmittentis, quæ hæredē instituit Fabiam, ideoque à fideicommisso liberata ex *remed. authen. res quæ, C. communia de legatis.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Fauentina Fideicommissi.

Lunæ 8. Iunii 1665.

ARGVMENTVM.

Testator quando censeatur perpetuum instituisse fideicommissum. Confessio contra confitentem, & ab eo causam habentes probat. Contractus minorum absque insinuatione corruit. Reintegratio Pupillis, & Minoribus, quando concedatur.

SVMMARIVM.

1 *Tutrix sine legitima causa, non potest pupillorum bona distrahere.*
2 *Testator censetur perpetuum instituisse fideicommissum, quando bona aliqua voluit transmitti ad hæredes, & successores, & num. 5.*
3 *Dicitio*, in infinitum, *fideicommissum ex sui natura, fauore descendentium operatur.*
4 *Substitutus per vulgarem, & fideicommissariam decedentibus institutis ad illorum portionem aspirare valet.*
6 *Alienationis prohibitio pro bonis in familia conservandis fideicommissum, etiam in casu obitus operatur.*
7 *Confessio Testatoris cōtra hæredes illius, & ab ipsis Causam habentes, plenè probat.*
8 *Insinuatio in cōtractibus minorum ex vi AEgidiana constitutionis requiritur.*
9 *Emens rem minoris grauatur onere probandi cōtraxisse cum solemnitatibus in contractu minorum requisitis.*
10 *Reintegratio pupillis, & minoribus decernitur, quando contractus falsitati subiacet.*
11 *Consensus non præsumitur, vbi adest falsa causa.*
12 *Actio renocatoria contractus pupillo, & minori à iure indulgetur.*
13 *Minor contractui sine auctoritate Tutoris assensum præstare minimè valet.*

Declara si minor sit puber, vel saltem proximus pubertati, & num. 14.

15 *Pupillus maior infante est à Tutore in contractu ad libendus.*

DECISIO CCCXXII.

IOANNA Tutrix, & Curatrix fuorum filiorum, Pauli, videlicet, Gasparis, ac Peroni, Prædium vulgariter nuncupatum *Campione*, pro Francisci eorum Patris debito Confraternitati Diuæ Mariæ, Iure dationis in solutum concesserat, quam vitio nullitatis hodie Domini decreuerunt obnoxiam; Quia
1 Tutrix † absque legitima causa nequibat pupillorum bona distrahere, hoc est pro Patris debito, cuius hæreditatem ipsi renunciauerāt, ad *tex. in l. magis puto 5. §. vltimo, vers. & magis, ff. de rebus eorum, l. & si præses 5. vbi gloss. nec. ff. de prad. minor.*

Hoc autem prædium ad filios independenter à patre spectasse, innuit Testamentum vna cum Codicillis à Perono Seniore peredītis, cum enim in ijs Testator expresse ordinauerit, vt prædium præfatum, pro Andrea, Ascanio, Io. Baptista, ac Torquato filijs suis, nec non eorum hæredibus, ac successoribus de-
2 beret perpetuò asseruari, perpetuum † ex necesse super eo censetur instituisse fideicommissum, iuxtà dispositionem *tex. in l. fideicommissa 11. §. hæc verba, ff. de leg. 3.* inspecta præsertim
3 dictione illa, *in infinitum*, fideicommissum ex sui natura, fauore descendentium operante, vt aduertit *Cuman. in l. cum ita 33. §. in fideicommisso, num. 4. vers. si autem legauit, ff. de leg. 2. Paris. cons. 30. num. 24. lib. 2. Menoch. cons. 44. nu. 7. & præsump. 71. num. 14. lib. 4. Peregr. cons. 62. n. 20. lib. 1. & de fideicomm. art. 18. num. 5. Rota decis. 121 nu. 4. par. 2. diuer.* Tum etiā substitutione vulgari, ac fideicōmissaria ab eodē met Testatore ordinata fauore filiorum superuiuentium, nec non ipsorum hæredum, & successorum, quo alter ex eis nullis superstitibus liberis ab hu-
4 manis exederet, cuius † virtute substitutionis descendentes ab Andrea nedum valent ad ipsius portionem aspirare, verum etiam ad partes cæterorum fratrū, qui sine filijs decesserunt, vt tradit *Gabr. cons. 115. nu. 13. lib. 1. Ginnaga. cons. 81. num. 4. cum seqq. lib. 1. Fusar. de substit. quæst. 440. num. 9. Rota coram Gregor. decis. 337 num. 3. & in Prænestina fideicommissi 5. Iunij 1662 §. ad portionem verò, coram Beuilaqua.*

Nec vrget, quod Testator postquam prædij distractionē interdixerat, illud præceperit in filijs, & successoribus debere asseruari perinde, ac si ex hac dispositione posteriori, vt ab ipsa pro prohibitione pendente nulla valeat in casum obitus, intitutio fideicommissi desumi. Asseruatio siquidem bonorū per modum principalis dispositionis, ac indepēdēter à prohibitione, fuit in proposito casu a Testatore ordinata, vt ex ijs verbis conuincitur;

rut: *Imò supradicta bona fieri, & fiere debeant dicitur, usque in infinitum pro dd. heredibus, & eorū filijs masculis, legitimis, & naturalibus, ac successoribus.* Cuius † virtute ne dum in casu alienationis, sed etiam in casu obitus fideicommissum censetur institutum, vt tradunt in specie *Cur. Iun. cons. 145. nu. 6. cum seqq. Dec. cons. 23. nu. 3 & 4. cum seqq. Rota decis. 21. num. 1. & 2. par. 2. & decis. 463. num. 2. par. 4. diuers.*

6 Præterea prohibitio alienationis pro bonis in Familia asseruandis à Testatore sancita fideicommissum in casu obitus consueuit operari, quoties nulla, vt in proposito casu, præcesserit in testamento fideicōmissi institutio, ex qua pendere valeat prohibitio alienationis, vt responsum fuit in *Beneuentana Hereditatis 19. Iunij 1656. §. non obstat, quod ex sola prohibitione, coram Eminentissimo Celso.*

Hinc dum Paulus, ac Fratres originem à Frācisco traxere filio Pironis Iunioris ab Andrea Testatoris filio primogeniti, nequit inficiari, quin ipsorum fauore fideicommissum post patris obitum euaserit apertū super prædio, de quo agitur, existente super bonis Testatoris, vt ex ipsius assertione conuincitur in
7 Testamento emissa, quæ † contra hæredes, nec non ab ipsis casum habentes plenum gradum probationis constituit, vt notat *Bald. in cons. 89 num. 3. lib. 1. Nat. cons. 235. num. 11. in fin. & nu. 12 Cephal. cons. 386. nu. 29. lib. 3. Decian. cons. 87. n. 16. vers. 2. lib. 3. Peregr. de fideicomm. art. 14. num. 20. Fusar. de substitut. quæst. 618. num. 30.*

8 Datio præterea in solutum detegitur nullitati obnoxia, ex neglecta insinuatione in contractibus minorum absolutè requisita, ex vi Ægidianæ Constitutionis, vt respondit *Rota coram Gregor. decis. 260. nu. 1. & 3. & decis. 178*
9 *nu. 6. cum seqq. par. 7. recen.* vbi † quod huius solemnitatis interuentus debet ab emptore probari, & in *Romana, seu Peruſina Census 12. Decembris 1644. & 23. Iunij 1645. coram Biehio.*

10 Reintegrationem verò à Fratribus petitam exinde Domini denegarunt, quod illa cōsueuit pupillis, dumtaxat, ac minoribus decerni quoties venditio falsitatis causæ subiacet, cu-
11 ius virtute consensus excluditur, non autem in casu, quo nullitas contractus ex solemnitatuum defectu consurgat. Tunc enim à Tutore censetur verè in emptorem transiata possessio, ad quam nequit proinde pupillus
12 reintegrari † licet actio reuocatoria contractus eidem indulgeatur à Iure, vt tradit *Ruin. cons. 137. num. 12. lib. 1. Gabr. cons. 36. num. 17. lib. 1 Menoch. de adipiscend. remed. 5. nu. 20. & 21. coram Achill. decis. 15. de restit. spoliat. Seraph. decis. 135. num. 1. & 2. & decis. 93. num. 1. & 2. par. 2. diuers.* vbi plures auctoritates referuntur, nec non de veriori opinione attestatur, *& decis. 628. num. 1. & 2. par. 1. recen.*

Et licet præsentias Gaſparis, ac Peroni Tutrix in instrumenti actu neglexerit adhibere, non tamen poterit contractus, ex consensus
13 defectu corruere. Dum † enim ipsi tunc tēporis vix octauum annum excesserant, nullū contractui poterant assensū præstare, nec eorum proinde præsentia, tamquam inanis po-

tezat adhiberi, vt tradit *Pinell. in l. 1. par. 2. n. 66. Cod. de bon. quæ liber. Mandell. cons. 205. num. 18. cum seqq. Rota decis. 296. num. 5. & 6. par. 4. to. 2. recen. asserens verba tex. in l. vltima, §. vbi autem*
14 *in vnum, Cod. de bon. quæ liber.* forte † de pubertibus intelligēda, vel saltem de proximis pubertati, *& decis. 43. nu. 21. cum seqq. post Salgad. in labyrin. Creditor.* vbi quod licet in contrariū
15 adsit opinio asserens pupillum † maiorem infante à Tutore fore in cōtractibus adhibendum, de qua *decis. 470. nu. 11. par. 9. recen.* Nihilominus prior Sententia rationi maiori videtur innixa, vel hæc saltem exceptio in petitorio debet discuti iudicio.

Nec in proposito casu valet falsitas causę depromi ex venditione prędij in dissolutionē debiti paterni peracta, pro quo filij pulsari nequibāt. Quoniā Iura fideicōmissi, tunc temporis non innotuerant, nec vlla fauore filiorum super illius purificatione Sententia prodierat absolutè necessaria in casu proposito, quo fideicōmissum aliqua fortasse poterat exceptione retardari.

Et ita Paulo, ac Fratribus dumtaxat informantibus, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Arimincn. Bonorum.

Veneris 12. Iunii 1665.

ARGVMENTVM.

Renunciatio absque proximiorum interuentu stipulata, & quæ careat insinuatione in contractibus minorum, & mulierum requisita non sustinetur. Statuta in Statu Ecclesiastico non possunt sine Summi Pontificis auctoritate condi, & si non appareat de illorum cōfirmatione, nullius sunt roboris, & momenti.

SVMMARIVM.

1 *Remedium*, leg. final. Cod. de edict. Diu. Adrian. tollendo, *locum habet pro consequendis tēm bonis emphiteuticis, quàm vigore Testamenti petitis.*

2 *Hæres renunciantis renunciatione ligatur, sicuti ipsemet renuncians.*

3 *Renunciatio absque interuentu minorum stipulata, & quæ careat insinuatione in contractibus minorū, & mulierum requisita non attenditur, & nu. 13.*

4 *Statuta duo compatibilia quando sunt seruanda vno ex illis seruato, non dicitur illis satisfactum, & num. 5.*

6 *Insinuatio in vim Constitutionis prouincialis requisita est omnino exequenda, licet Ciuitatis illius Prouinciæ Statutum, de illa mentionem non faciat.*

7 *Statuta à Ciuitate Sedi Apostolicæ subiecta, condi nequeunt sine Summi Pontificis auctoritate, & si non appareat de illorum confirmatione in forma specifica nullius sunt momenti, & num. 8. & 12.*

9 *Constitutio decreto irritanti corroborata, annullat omnia Statuta aliter, quam disponitur in Constitutione ordinata.*

10 *Actus legitimam quandam substantiam præsupponit.*

11 *Confirmatio ad id non extenditur, quod in litteris confirmatis, non includitur.*

DECISIO CCCXXIII.

PERSISTENTES Domini pro tertia vice in decisis, sub diebus 22. Iunii 1661. & 26. Februarij 1663. censuerunt Eq. Philippo Bonadradæ, vigore Inuestiturarum, dandam esse immissionem in bonis emphiteoticis, de quibus agitur, ad exemplum *l. final. Cod. de caduc. Dio. Andr. zellen.* non † minus in his bonis, quã
1 in alijs, vigore Testamenti petitis locum habentis, vt probant *Roland. à Vall. conf. 1. num. 51. cum seq. lib. 1. Calder. de Iur. emphyteu. lib. 2. quæst. 8 num. 33. Rota in Imolen. Bonorum 8. Martij 1596. coram bon. mem. Card. Pamphilio post conf. 44. Giouagn. num. 75. lib. 2. & in recen. decis. 204. num. 9. par. 7.*

Nec ab hac petita immissione repelli potest Philippus ex denuo obiecta exceptione amplissimæ renunciationis à Leonora eius Matre factæ, erga fratres eam dotãtes, cum promissione, nec per se, neque per filios, & hæ-
2 redes molestandi, & † ideò ita tali renunciatione ligantur, vt contrauenire nequeant, sicuti non licebat matri renuncianti, ex allegatis in prima decisione edita sub die 24. *Maij* 1660. §. *non obstat, & §. cuius renunciationis effectus.* Quia subsistit responsio in postremis decisionibus illius reuocatorijs data, quod cum di-
3 cta renunciatio † stipulata fuerit absque interuentu proximiorum, & deficiat quoque insinuatio in contractu minorum, & mulierum copulatiuè requisita à *Constitutione Marchiæ lib. 1. cap. 25.* in toto Statu Ecclesiastico recepta nullius est roboris, & momenti, vt præter cumulatos in vtraque decisione, plures alij cõgesti per *Modern. Fulgin. discept. 7. nu. 1. cum seq.* & in terminis similis renunciationi factæ a muliere minori, *Arimineu.* respondit *Rota in decis. 519. & 610. par. 4. n. 3. & ex relata decis. 294 nu. 14. par. 6. recen.*

Non reluit, quod in renunciatione seruatæ fuerint solemnitates exigitæ † per statutum
4 *Arimineu. in stat. de contract. vel quasi contract. minor. de anno* 1606. conditum, & ob id valide sit, *Bald. cons. 201. nu. 2. vers. in contrarium, lib. 1. Gabr. cons. 29. nu. 47. lib. 2. Eugen. cons. 41. num. 46. lib. 1. Gratian. discept. 9. per tot. & præcipuè nu. 13 & discept. 474. num. 2. Rota decis. 384. par. 2. & decis. 1201. num. 3. part. 2. diuers.* Quia cum in statuto nulla fiat mentio de insinuatione adhibenda post stipulatum contractum, non derogat præcedenti dispositioni contentæ in
5 Constitutione, quæ † propterea cũ dicto statuto benè compatitur, & proinde vtrumque solemnitates erant seruãdæ, *Menochius cons. 107. num. 2. Grat. dicto cap. 9. num. 25. Rota decis. 385. num. 5. par. 2. recen. Gregor. decis. 260. num. 4. Bonat. decis. 133. numer. 6. & in puncto fuit resolutum in prætensa decis. 610. num. par. 4. tom. 3. recen. &*
6 *si statutum* † *declaret contractus validos adhibitis solemnitatibus, ibi expressis quia id intelligitur respectu solemnitatum, quæ in ipsa celebratione contractus requiruntur, nõ verò insinuationis separatim exigitæ in vim Constitutionis prouincialis, quemadmodum in terminis respondit *Rota in dicta decis. 610. n. 5 & de altero simili statuto, decis. 21. num. 6. & seq. & decis. 22. num. 15. apud Gilian. ad stat. Pens. & in Firmana Census 3. Iunii 1658. §. quod precedit, coram R. P. D. Priolo.*

7 Præterea cum statutum sit conditum a Ciuitate Sedi Apostolicæ subiecta, & prohibita, huiusmodi statuta condere absque Summi Pontificis auctoritate, *Bald. in l. omnes populi, num. 6. vers. postea nullus, de iust. & iur. vbi Ioan. Baptista de Sancto Seuerino, num. 8. vers. si autem voluerit. Gratian. discept. foren. cap. 245. num. 37. Rota apud Burat. decis. 6. num. 1. & coram Gregor. decis. 267. num. 7. & ibi Adden. & apud Pen. decis. 237. num. 5. iuxta Venet. impress.* nec appareat
8 de confirmatione † in forma specifica, nullius est roboris ad tollendas vires Constitutionis
9 Marchiæ, quæ † corroborata est decreto irritanti, & in *cap. 36. lib. 2.* annullat omnia statuta, aliter quam ibi disponitur ordinata, *Grat. in præcitato cap. 245. num. 38. Feuzon. ad Statut. Vrbis in princip. num. 35. & seqq. Rota apud Greg. decis. 267. nu. 7. & ibi Adden. nu. 14.*

Non subsistit, quod hoc Statutum fuerit à sanct. mem. Iulio Secundo de anno 1509. confirmatum, quia in illis super confirmatione emanatis, ex relatis in summario illorum de Baldis, & Battaglinis aliud in effectum nõ continetur nisi, quod Pontifex confirmabat, quædam Statuta, Capitula, Ordinationes, & Constitutiones præuia facultate eisdem concessa pro commodo, & vtilitate Ciuium Arimini factæ per Cardin. Sanctæ Ceciliæ Bononiæ, & Prouinciæ Romandiolæ de Latere Legatum, & Archiepiscopum Sypontinum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, & in quodam libro ipsorum sigillis munito alligatas, inter quas certè non est comprehensum statutum de quo agitur, multo postea conditum, nec in consequens potest cadere sub tali
10 confirmatione præcedentis actus † legitimã quandam substantiam præsupponente, *cap. ex parte de constitut. cap. dudum, vbi Doct. de decim. cap. audiens de elect. cap. prudentiam, & ibi Innoc. de offic. delegat. post Imol. cons. 24. in fin.*

Et ex hoc patet nullum posse fieri fundamentum in subiecta confirmatione Clementis Septimi cõtenta in litteris præfati Iulij eius Antecessoris; quia dum istæ loquuntur de certis particularibus statutis, & non possint verificari in alijs, & præsertim in hoc tunc non
11 existente, confirmatio † ad illud non extenditur, quod in litteris confirmatis non includitur, *Dec. in l. mores, num. 3. ff. de institit. vsufr. Magon. decis. Lucen. 14. num. 22.*

Nihil rãdem refragari visum fuit de comprehensione huius statuti inter illa condita de anno 1334. per Iudices Prouinciæ, & post decennium reuisa, ac de eius viribus obseruanda de anno 1524. & pro validitate renunciationis seruatis illius solemnitatibus factæ consuluit *Brun. in cons. 32.* Quia præterquod Brunus

Vanitius

nitiuæ principaliter pacto de non petendo in
12 renunciatione adiecto, semper ſtatuta ex de-
fectu confirmationis Apoſtolicæ in forma
ſpecifica Iuribus, non ſubſiſtunt, & remanſerunt poſt prohibitionem Cõſtitutionis Aegidianæ à Paulo III. de anno 1538. confirmatæ penitus annullata, (& ſic ſtat firmum,
13 quod d. renunciatio ex defectu inſinuationis ſit inualida iuxta authoritates ſupradictas, & in alijs deciſionibus adductas.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CERRO DECANO,

Nunc S. R. E. Cardinali.

Romana Domus.

Veneris 12. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Commiſſiones extenſionem non patiuntur, ſed debent reſtringi ad cauſam commiſſam, & illarum verba ad cauſas poſt commiſſionẽ obtentam exortas non extenduntur.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio in vim commiſſionis reſtringitur tantum ad cauſam commiſſam, nec extenditur ad diuerſam.*
2 *Commiſſionis tenor ſemper venit attendendus ad effectum cognoſcendi Iudicis iuriſdictionem.*
3 *Commiſſionis verba ſtrictè ſunt interpretanda.*
4 *Commiſſio non extenditur ad cauſas poſt commiſſionem obtentam exortas.*

DECISIO CCCXXIV.

FACTO concurſu inter Creditores loc Baptiſtæ Palloni emanauit ſententia in Curia Capitolina, vbi inter cæteros fuerunt graduati in ſexto loco Maximilianus, Teſtatus in ſeptimo Ludouica Bernardina vxor d. Ioannis Baptiſtæ, & in nono Antonius Doſius Maritus Olimpiæ Pallonæ.

Quia vero dicta Ludouica vxor ne dum erat creditrix Ioannis Baptiſtæ occaſione ſuarum dotium, nec non etiam fuerat ſcripta illius hæres in teſtamento, ſuaque intererat ne bona fideicommiſſaria ad inſtantiam creditorum vili pretio detraherentur, obtinuit à ſa. mem. Sixto V. ſignari commiſſionem directam Capitaneo appellationum, vt facta diligentia de inueniendo emptores pro iuſto pretio bona hereditaria deliberaret ſiu minus eadem bona pro rata creditoribus aſſignaret.

At ſpreta huiuſmodi commiſſione Fælix Doſia filia, & hæres dictæ Olimpiæ Pallonæ & Angelus Capiſtrellus eius maritus inſtituerat iudicium coram A. C. contra Franciſcam Zoilam hæredem mediatam dictæ Ludouicæ Bernardonæ tunc detentricem domus de qua agitur, & non obſtante inhibitione Capitanei appellationũ dictis Conſugibus præſentata vigore dictæ commiſſionis Sixti, cum etiam litis pendentiæ proſequti fuerint litem coram eodem A. C. vſque ad ſubhaſtationẽ, & deliberationem domus præfatæ.

Sequta autem adiudicatione ad fauorem eorumdem Angeli Capiſtrelli, & Fælicis Doſiæ Coniugum inſurrexit Magdalena teſtata filia, & hæres dicti Maximiliani graduati in ſexto loco, vt ſupra dictum eſt, & iſta velut anterior fuit in poſſeſſionẽ dictæ domus immiſſa, ex remedio vtilis Saluiani, ſed cum aduerſus huiuſmodi ſententiam immiſſionis non fuerit interpoſita appellatio, hinc poſt plures annos ad inſtantiam Magdalenæ Doſiæ deſcendentis ex Fælice fuit commiſſa cauſa in gradu reſtitutionis in integrum D. Vrbi Senatori contra Septimiam Mutam cauſam habentem à d. Magdalena teſtata

Demum Margarita Maphæa cauſam habens à dicta Franciſca Zoila mediante Paulo, & Conſtantia de Verobijs proſequendo iudicium attentatorum commiſſorum in ſubhaſtatione, & deliberatione domus coram A. C. loco illorum purgationis obtinuit a Capitaneo appellationum mandatum de manutenendo in poſſeſſionem ſubſequtã ſuper domo controuerſa. Cum autẽ D. Senator vigore nouæ commiſſionis ſibi vltimo loco directæ cauſam reaſſumpſerit, ac inhibuerit, ideò dubitatũ ſub 13. Iunij 1663. An inhibitio, & reaſſumptio ſit moderanda, & reuocanda, & poſſeſſio conceſſa Margharitæ ſit confirmanda, vel infirmanda vti attentata, & fauore Margharitæ prodijt reſolutio, quam hodiè Domini ex iiſdem fundamentis confirmarunt,

Ex tota enim facti ſerie apparet eſſe duas cauſas inter ſe diſtinctas & ſeparatas, alteram ſcilicet manutentionis pro purgatione attentatorum commiſſorum in ſubhaſtatione, & deliberatione domus coram A. Cam ſpretum commiſſionis Sixti V. & litis pendentiæ coram Capitaneo appellationum, alteram verò immiſſionis in Iudicio Saluiani cõmiſſam D. Senatori in gradu reſtitutionis in integrum, quæ commiſſio cum ſit reſtricta ad Iudicium Saluiani vertens inter Magdalenam Doſiam, & Septimiam Mutam hæredem teſtatæ, ea mediante nulla Iuriſdictio fuit attributa Domino Senatori reſpectu perſonæ Maphææ in commiſſione non comprehenſæ, nec reſpecta Iudicij manutentionis pro purgatione attentatorum quod nihil commune habet cum dicto Iudicio Saluiani, nam cum ex diuerſitate actionis, & perſonarum præcipuè cauſarum diuerſitas dignoſcatur ex allegatis in deciſione §. diuerſitas, non potuit Dominus Senator vigore dictæ commiſſionis inhiberi, quia 1
inhibitio in vim cõmiſſionis reſtringitur ſolam in cauſa commiſſa, non autem extenditur ad diuerſam, ad tradita *per Lancellot. de attent. lit. pendent. 2. cap. 4. limit. 2. & cap. 20. poſt inhib. lit. n. 4. cum relatis in Ancheritana Pecuniaria 28. Iunij 1652. coram Reuerend. Zacate Epiſcopo Conchen. §. non obſtat verſ. & commiſſio.*

Neque ſaluari poteſt ratione connexionis 2
& dependentiæ, ex quo in commiſſione directa Domino Senatori comprehenditur cauſa ſuper extinctione cenſuum, quæ alias

fuerat comissa Capitaneo appellationum ; vltra quod enim hoc Iudicium super censuum extinctionem fuit iam terminatum per sententiam definitiuam in iudicatum transactã latam de voto Rotæ præuia decisione editã coram *Reuerend. Ghisterio Episcopo Imolen. impressa in recent. decis. 278. part. 5.*

Adhuc non subsistit dictam commissionẽ Senatoris comprehendere huiusmodi iudicium. Etenim Magdalena Dosia supplicando Pontifici enuntiat quidem Septimiam hæredem testatæ fuisse immissam in possessionem domus occasione fructuum duorum censuũ, sed non petit committi causam restitutionis in integrum aduersus sententiam latam de voto Rotæ super censuum validitate, quinimo se restringit ad gratiosam restitutionem aduersus sententiam immissionis latam in Iudicio Saluiani vique ab anno 1641. vt ex
2 commissione relata in sum. illorum de Mutis *num.* 11. cuius tenor semper attendi debet ad effectum cognoscendi Iudicis iurisdictionem *Rota dec. 85. nu. 1. part. 6. rec.* eiusque verba
3 veniunt stricte † intepretanda *ad tex. in cap. significat. in fin. de rescript. Rot. dec. 446. nu. 8. part. 4. tom. 2. recent.*

Alia verò commissiones, quæ hodiè in medium afferuntur, quamuis fuerint obtentæ ab authoribus Margaritæ ad istum effectũ non suffragantur, quia tanquam signatæ super diuersis articulis, & inter diuersas personas de tempore non dum fuerunt commissa attentata, nullo modo respiciunt iudicium
4 de quo agitur, quia † clarum est commissiones non trahi ad causas postea exortas *cap. sin. vbi glos. verb. ad futuras de rescript. Greg. decis. 34. num. 8.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Perusina Transactionis.

Venerit 12. *Iunij* 1665.

ARGVMENTVM.

Transactionis natura quæ sit, & ad illam subsistendam quid requiratur. Onus aliquod alterius causa supportatum debet releuari per illum cuius causa ad subsistendum quis se monit. Lites in Vrbe non sine magno dispendio agitantur.

SVMMARIVM.

1 *Transactionis ea est natura aut aliquid hinc inde detur, & remittatur*
2 *Ad transactionis cognoscendam æqualitatem debet videri quid & quantum pro vtraque parte traditum fuerit, ac remissum*
3 *Labor est aliqua remuneratione compensandus*
4 *Subsistunus sub conditione, illa pendente facit fructus suos.*
5 *Exceptiones non sunt subtiliter considerandæ, sed tantum an dare potuerint litis timorem, ad hoc vt transactio possit subsistere*
6 *Iudicij fortuna est semper dubia in cognitione exceptionum.*
7 *Onus aliquod alterius causa subsistens ab illo cuius causa supportatum est releuari debet*
8 *In bonis tantum minus esse dicitur, quantum pro illorum recuperatione fuit impensum*
9 *Iudicis decretum facit præsumere omnia narrata esse vera*
10 *Societatem intuitu sustentationis litis fuisse contractam, ex illius continuatione per multos annos probatur*
11 *Lites in Vrbe non sine magno dispendio agitantur*
12 *Census à fideicommittente impositus debet per illius hæredem solui*
13 *Ad transactionis validitatem subsistendam sufficit ad illam aliquo dubij motiuo deuentum fuisse.*

DECISIO CCCXXV.

INSTITVIT hæredes Io. Baptista Parolus Mutium, & Cæsarem filios, ijsdem in casum delicti substituit Vbaldum, ita tamen, vt restituto in gratiam Principis delinquente, substitutio cessaret.

Vtroque ex institutis in delictum prolapsis confiscatisque eo nomine bonis fideicommissarijs coactus fuit Vbaldus pro illorum recuperatione iudicium instituere contra Chrispolos fisci cessionatios, à quibus tandem post diuturnum annorum quindecim litigium eadem bona auocauit

Verum quia Æmilia Cæsaris filia contendebat ad se dicta bona spectare, siue quia Cæsar eius Pater fuisset deinde in gratiam Principis restitutus, siue quia reperitur Patri in casum mortis substituta, ideo ad dirimendas prædictas aliasque controuersias, deuenit cum Vbaldo ad transactionem, in qua Vbaldus relaxauit Æmiliæ omnia bona fideicommissaria, & viceuersa Æmilia in se onus assumpsit satisfaciendi societatem officij scutorum 455. pro sustentatione dictæ litis contractam, ac vlterius conseruandi indemnem Vbaldum à fideiussione duorum censuum scutorum in totum 1200. sed pulsata deinde Æmilia coram A. C. ad obseruantiam dictæ transactionis, cum excepisset non probari societatem intuitu dictæ litis fuisse contractam, & in omnem casum, cum dicti census in nihilo ad fideicommissum pertinerent inaniter promisisse ab illorum fideiussione Vbaldum liberare, obtinuit ab eodem dictam transactionem nudam, & inualidam declarari. Verum hodie in gradu appellationis Rota consulta contrarium respondit.

1 Cum enim ea † sit transactionis natura, vt aliquid hinc, inde dandum, & remittendum veniat *l. 1. ff. de transac. l. transactio nullo dato C. eodem* ad dignoscendam illius æqualitatem discutiendum est quid, & quantum pro vtraque parte traditum fuerit ac correspectiuè dimissum *Ciriac. contr. 128. nu. 97. Rot. dec. 215. n. 1. par. 2. diu.*

Ex parte itaque Vbaldi considerãdum primo

mo proponitur quod ipſe in recuperatione horum bonorum cum maximo vt notorium eſt diſpendio 15. annorum laboris abſumpſit
3 quod ſolum dignum erat alicuius remunerationis officio compenſare. *Rot. in Romana donationis 29. Aprilis 1652. §. nec pariter coram Reuerend. Royas.*

Secundo quod ſcut. 4000. quia in vim derogationis fideicommiſſi conſequenda erant per Criſpolos de bonis fideicommiſſariis ea computauit cum fructibus dicti fideicõmiſſi per eoſdem Chriſpolos perceptis, & qui ad Vbaldum ſpectabant, vt habetur in *dec. 291. num. 2. & 3. coram Reu. Royas* cum certum ſit
4 Vbaldum † fructus feciſſe ſuos non ſolum à die commiſſi delicti vſque ad diem, qua Cæſar reintegratus fuit in gratiam Principis, verum etiam vſque ad diem qua Cæſar fuit in mora petendi fideicommiſſi reſtitutionem *l. mulier. §. ſi heres & l. poſtulante §. 1. ff. ad Trebell. Peregrinus de fidei. art. 49. part. 3. num. 79. Faſar. de fideic. queſt. 026. num. 10.* Ac proinde cum hoc creditum in tranſactione dimiſerit ſcuta 4000 in beneficium fideicommiſſi de proprio relaxauerit.

Tertio quod tranſigendo, ac reſtituendo Aemiliæ bona fideicommiſſaria voluntariè ceſſit omnibus ijs exceptionibus, quibus poterat eius vocationem impugnare. In primis enim diſcutiendum erat an tamquam in conditione poſita eſſet diſpoſitiuè vocata. Secundo an Cæſar cenſeri debeat etiam reintegratus ad portionem Mutii, vel potius illa remanere deberet penes Vbaldum. Ac Tertio an ex quo Cæſar in gratiam Principis reconciliatus, ius recuperandi bona fideicommiſſaria nunquã agnouerit tranſmiſerit illud
5 ad Aemiliũ. Hæ† autem exceptiones non ſunt ſubtiliter, ac funditus ad eandẽ veritatem conſiderandæ, ſed ſolum ſuperficialiter, & largo quodam modo ad effectum videndi, an præbere potuerit materiam, & timorem litis. *Merlin. dec. 799. num. 20. & poſt Salg. in labir. cred. dec. 25. nu. 1. & in recent. deciſ. 140. num. 6. & ſeqq. par. 8.* & tamen conſtat omnes non leui diſcuſſione indigere, cum pro earum diſcuſſione
6 ne certandum eſſet † coniecturis, in quibus ſemper eſt anceps fortuna Iudicij *Rota in Praneſtina bonorum 28. Nouembris 1618. coram Card. Sacrato.*

Vice verſa Aemiliæ iacturæ non eſt aſcribenda accollatio ſocietatis officij ſcutorum 435. Nam cum huiuſmodi debitum contractum fuerit pro recuperatione bonorum fideicommiſſi congruum erat, † vt impendens ab illo releuaretur *Peregr. de fideicom. art. 50. n. 9. & 12. Merlin. de pign. lib. 1. queſt. 5. num. 32. Greg. dec. 197. per tot. Rot. in recent deciſ. 212. num. 1. & ſeq. par. 5.* tantum enim minus dicitur eſſe in
8 bonis, quantum pro illis recuperandis fuerit impenſum. *Duran dec. 73. num. 7. & 8.*

Dictam autem ſocietatem fuiſſe tali contemplatione contractam, probatur non ſolum quia in inſtrumẽto tranſactionis hoc fuit comprobatum cum interuentu, præſentia, ac decreto Iudicis, quod facit præſumere
9 omnia narrata eſſe vera *Rot. deciſ. 245. num. 5. par. 2. & dec. 98. num. 3. par. 4. & dec. 11. nu. 2. par. 5 recent.* ſed etiam verisimile redditur ex lite per
10 tot annorũ decurſum continuata, vt in ſpecie *Rot. dec. 473. num. 3. & ſeqq. par. 9.* cum om-
11 nibus patrat lites in vrbe non ſine magno diſpendio agitari, & ſufficiat cauſam eſſe veriſimilem, & per coniecturas probari. *Rot. coram Seraph. dec. 737. num. 5. & in rec. dec. 146. nu. 9 & 10. par. 8.*

Remanet itaque ſolum promiſſio releuandi Vbaldum à fideiuſſione dictorum duorum cenſuum ſcutorum in totum 1200. ſed etiam in hoc commiſſo, quod cenſus ſcutorũ 1000. primordialiter impoſitus fuit à fideicommittente, ad eius proinde ſolutionem,
12 etiam circumſcripta tranſactione Aemilia fuiſſet obligata *Merlin. dec. 711. nu. 1. & ſeq. Eminentiſſ. Ottobo. dec. 225. num. 10. & 11.*

Collatis omnibus euidenter, patet Aemiliam plus accepiſſe quam dimiſiſſe, & maius fuiſſe lucrum, quam onus, cum tamen
13 ſufficeret hoc † eſſe dubium ad hoc vt pro tranſactionis validitate capienda eſſet interpretatio *Rot. dec. 113. num. 4. part. 5. & dec. 86. n. 4. par. 6. rec.*

Vitum fuit itaque DD. Aemiliam vtiliter contraxiſſe, ac tranſactionem ſuſtineri.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.
Perusina Fideicommiſſi.
Veneris 12. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio tacita reciproca ex quibus inducta præſumatur, & ad iſtam inducendam quid requiratur. Teſtator ſepius in teſtamento qualitatem maſculinitatis repetens cenſetur ad agnationis conſeruationem reſpexiſſe. Coniecturæ etiam leues ſufficiunt ad inducendam reciprocam in deſcendentibus. Bona quod ſint fideicommiſſaria ex quibus iuſtificari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio tacita reciproca ex quo cenſeatur inducta de vna linea ad aliam, ac etiam per tranſuerſum, & vide ſup. num. 1.*
2 *Subſtitutio tacita reciproca vt inducatur requiritur quod ſit facta vltimo morienti quod in tota hereditate, & quod illi inter quos agitur de inducenda reciproca ſint vocati.*
3 *Hereditas quando non exprimitur à quo ſit reſtituenda, onus vltimo morienti intelligitur impoſitum.*
4 *Subſtituti vt ad hereditatem admitti valeant non requiritur quod in verbis fiat mentio de tota, vel integra hereditate, ſed ſufficit indefinita.*
5 *Filij in conditione poſiti cenſentur diſpoſitiuè vocati.*

6 Te-

6 *Testator repetens masculinitatis qualitatem præsumitur ad agnationis conseruationem respectum habuisse.*

Amplia si inter primos instítutos reciprocam substitutionem fecerit, & nu.7.

Amplia denuò, si filios in conditione pluries posuit, cum qualitate quod essent legitimi, & naturales, & de legitimo matrimonio nati, & nu.8.& 9.

10 *Hæres vltimus de linea quando per verba indeterminata, & tractum successiuum continentia substitutionem fuit gratiatus fœminis restituere præsupponitur inter omnes inducta reciproca.*

11 *Coniecturæ etiam leuiores sufficiunt in descendentibus quàm in transuersalibus pro inducenda reciproca.*

12 *Verbum*, linea masculina, *de sui natura comprehendit omnes descendentes masculos.*

13 *Substitutio per verba tractum successiuum continentia concepta ad fauorem fœminarum purificatur in casu defectus lineæ masculinæ.*

14 *Testamenti vna pars ab altera interpretationem recipit, & vna aliam confirmat.*

15 *Testes licet de auditu deponant in antiquis bene probant.*

15 *Articuli magnum veritatis administculum præbent.*

17 *Verisimile non est breui tempore magnas parare quem posse diuitias.*

18 *Bona quod sint fideicommissaria iustificatur ex illorum possessione per hæredem ipsius fideicommittentis expleta.*

DECISIO CCCXXVI.

OBTINVERVNT creditores Octauiani relaxari mandatum executiuum contra eius bona hæreditaria. Cum verò Tiberius & Vincentius Rei conuenti excepissent septem corpora infra enumeranda ab ipsis retineri non tanquam hæreditaria Octauiani, sed tanquam prouenientia ex fideicommisso Alexandri de Meniconibus Abaui pet Octauiani obitum ad eorum fauorem purificato, incidit coram me in gradu appellationis dubitari, An dd. corpora subiecta essent fideicommissis Alexãdri affirmatiuè respondnm.

Testator enim post institutos in partes viriles tres eius filios Bernardinum scilicèt, Fuluium, & Petrum Iacobum, eosque eorumque filios masculos reciprocè substitutos duplicem masculinæ prolis defectum considerando, duplicem pariter ad fœminarum fauorem fecit ordinationem.

Prior erat in casu, in quem ex altero ex filijs institutis masculi non supererent, sed tantùm fœminæ, quo casu voluit solummodò fœminas condecenter dotari, vt ibi; *Et casu quo aliquis dictorum suorum filiorum moreretur superexistentibus filiabus fœminis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, nullo filio masculo legitimo, & naturali, & ex legitimo matrimonio nato ex eo superexistente, tunc & eo casu ipse testator fœminis reliquit dotes condecentis qualitati personæ.*

Altera erat in casu, in quem ex omnibus filijs institutis masculis deficerent, adeòut omnium dictorum trium masculorum linea masculina penitùs cessaret, & hoc casu fœminas ex dictis filijs masculis præcedentèr ad fideicommissum vocauit in stirpes, vt ibi, *Et in casu quo omnes dicti sui filij, & predictorum filiorum filij morerentur sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, & procreatis tunc & eo casu dictus testator voluit, iussit, & expresè mandauit, quod in euentum in quem defecta esset linea masculina dictorum suorum filiorum, tunc & eo casu filiæ, & Neptes descendentes ex dd. suis filijs masculis sint, & esse debeant hæredes ipsius testatoris, & descendentium ab eo in capita, & filiæ fœminæ ipsius testatoris, vel descendentes ab eis sint, & esse debeant hæredes cum dictis filiabus, & Neptibus descendentibus ex masculis in stirpem.*

1 Ex qua posteriori † substitutione dubitari non potest fuisse inter omnes masculos inductam tacitam reciprocam non solùm discretiuam, & descensiuam in qualibet linea, sed etiam de vna linea ad aliam, ac etiã per transuersum. Tum quia ita alias super hoc fideicommisso, respondit *Rot. coram Duran. dec. 396. num. 1. & seqq.*

Tum fortiùs quia ad eam inducẽdam concurrunt illa tria vulgaria requisita, de quibus Paulus I. C. *in l. Titia Seio, §. Seia libertis ff. de*
2 *legat. 1.* videlicèt quod † substitutio sit facta vltimo morienti, quod in tota hæreditate, & quod illi, inter quos agitur de inducenda reciproca, sint vocati *Coccin. decis. 493. nn. 9. Merl. decis. 326. num. 14. & in Bononien. fideicommissi de Bolognettis 27. Iunij 1664. coram me.*

Primum requisitum emergit ex illis verbis: *In euentum, in quem defecta esset linea masculina dictorum suorum filiorum*: Quoties † enim
3 non exprimitur à quo hæreditas sit restituenda, semper onus intelligitur impositum vltimo morienti, *Rot. dec. 266. num. 24. & decis. 300. nu. 12. & dec. 361. nn. 17. par. 1. rec. Otthob. dec. 177. num. 7. & seqq. Duran. dec. 296. nn. 2. & in d. Bonon. fideicommissi de Bolognettis §. Primum requisitum in fine.*

Secundum resultat ex distributione hæreditatis facta à testatore in quotas ad fauorem fœminarum, & descendentium ex eis cum clausula; *Ita quod ad predictam hæreditatem ve-*
4 *niant.* Non enim † requiritur quod in verbis fiat mentio formalitèr de tota, vel integra hæreditate, sed sufficit indefinita, *Coccin. decis. 419. num. 11. & seqq. Rot. decis. 266. num. 13. & decis. 300. nu. 10. & dec. 361. nn. 7. par. 1. rec.*

Tertium demum demonstratur, quia ad
5 hunc effectum sufficit, † quòd positi in conditione ex coniecturis censeantur vocati, *Rot. d. dec. 266. num. 22. & d. dec. 300. nu. 8. & d. dec. 361. num. 13. par. 1. rec. & in d. Bononien. fideicommissi de Bolognettis §. primum requisitum in princ.*

Coniecturæ in casu nostro sunt. Prima
6 quia † Testator pluries, ac pluries repetit qualitatem masculinitatis, per quam videtur habuisse tacitum respectum ad conseruationem agnationis *Surd. cons. 96. num. 50. & seqq. Rot. dec. 125. num. 7. & dec. 266. num. 15. par. 1. & dec. 385. nu. 25. & seqq. par. 9. & coram Greg. dec. 364. n. 16.*

&

& coram Duran. dec. 126. nu. 43. & ſeqq.

7 Secunda quia † inter Inſtitutos reciprocam fecit ſubſtitutionem *Merl. deciſ. 427. n. 1 & ſeqq. & deciſ. 864. num. 7. & in Camerinen. Bonorum 3. Iunij 1654. §. fin. coram Bichio, & in Fulginaten. fideicommiſſi 1. Martij 1660. §. quarta coniectura coram R.P.D. Beuilaqua.*

8 Tertia quia † poſuit in conditione filios cũ qualitate, quod eſſent legitimi, & naturales & de legitimo matrimonio nati *Greg. dec. 329. num. 6. Merlin. dec. 359. num. 5. & in recent. deciſ. 28. num. 10. & ſeqq. par. 8. & in Vrbinaten. Pradij 3. Iunij 1650. §. ſecundo coram Bichio.*

9 Quarta quia † non ſemel, ſed bis poſuit filios in conditione *Gregor. d. dec. 329. nu. 7. Merl. d. dec. 359. num. 6. & in rec. dec. 266. num. 11. par. 1. & dec. 37. nu. 7. par. 8.*

10 Poſtrema verò, quia † per verba indeterminata, & tractum ſucceſſiuum continentia ſubſtitutionem protulit in euentum, in quem defecta eſſet linea maſculina ſuorum filiorũ: Per quæ verba quemadmodum vltimus de linea cenſetur grauatus fœminis reſtituere, ita pariter ex neceſſariò antecedenti concludendum eſt fuiſſe inter omnes inductam reciprocam lineatem cum alias reſtituere non poſſent, niſi prius mediante reciproca caperent, *Bellon. Iun. conſ. 2. num. 29. & ſeqq. Eminentiſſ. Ottob. dec. 177. nu. 1. & ſeqq. ac in rec. dec. 385. num. 3. & ſeqq. ſurrep. & in Romana fideicommiſſi de Barſcianis 24. Iunii 1643. coram Arguelles.*

Quæ coniecturæ non ſunt diſiunctim, ſed inſimul conſiderandæ, ex regula, ſingula quæ
2 non proſunt &c. præſertim quia verſamur in
11 deſcendentibus † in quibus leuiores coniecturæ ſufficiunt, quam in tranſuerſalibus, *Greg. dec. 315. num. 5. & dec. 329. num. 3. & in rotta dec. 54. num. 5. par. 8.*

Nec dicatur defectum lineæ maſculinæ nõ fuiſſe indefinitè, & indeterminatè conſideratum ad quodcumque tempus, ſed ſolùm determinatè ad caſum, in quem contingeret in perſonis filiorum, & Nepotum. Contrarium enim verius viſum fuit attenta proprietate d.
12 verbi, † *Linea maſculina*, quæ de ſui natura comprehẽdit omnes deſcendentes maſculos, *Peregr. de fideic. art. 22. num. 24. Fuſar. qu. 546. n. 1. & ſeqq. Bellon. conſ. 2. num. 1. & 6. Rot. dec. 97. nu. 8.*
13 *par. 7. recent.* † adeout locum habere debeat ſubſtitutio ad fauorem fœminarum quocumque tempore, & caſu defectus lineæ maſculinæ contingat *Merlin. deciſ. 226. nu. 5. & dec. 360. num. 6. Burat. dec. 689. num. 1. & ſeqq. Rouit. conſ. 8. per tot. tom. 2. Rain. conſ. 199. num. 5. verſ. ſed prædictis non obſtan. lib. 2. & in Bonarien. fideicommiſſi de Bolognettis §. defectus autem, & in §. nec placuit, ac in §. fin.* quod apertius colligitur ex ſubſequentibus verbis, in quibus Teſtator expreſſit fœminas debere eſſe hæredes ipſius Teſta-
14 toris, & deſcendentium ab eo, † tritum eſt autem vnam partem teſtamenti aliam confirmare *Surd. conſ. 313. num. 38. & conſ. 455. nu. 7. & ſeqq.*

Bona antèm fideicommiſſaria Alexandri ſunt. Primò domum in Caſtro dirutæ. Secundo Prædium in eiſdem pertinentijs poſitum, ac diuiſum in octo petijs. Tertiò alia domus paritèr exiſtens iuxtà Eccleſiam S. Antonij. Quartò Viridarium cum Palumbario, ac tribus Catalenis propè mœnia dicti Caſtri. Quintò Domus intrà Caſtrum Leonis iuxtà PP. Bernabitas viam publicam, & alia. Ac poſtremò Prædium poſitum in pertinentijs S. Iuſtini, ſeu Villæ Montis Conrei in loco nuncupato il Palazzo del Sardo, paritèr in plures petias ſeparatum prope bona Monacorum S. Petri de Peruſia, Monialium Montis Lucidi, Franciſci Mariæ Antonelli, filiorum Hippolyti Meniconi, & alia &c.

Duo enim priora tanquam fideicommiſſaria Alexandri canonizauit *Rota coram Duran. deciſ. 325. & deciſ. 344.*

Reliqua verò fuiſſe in hæreditate fideicommittentis probatur tàm ex depoſitionibus te-
15 ſtium Summ. Tiberij *num. 6.* † qui licet deponant de auditu nihilominus probant, cum verſemur in antiquis, *Rot. apud Duran. dec. 144. num. 4. & dec. 105. num. 4. par. 8. recent. & in Placentina bonorum 4. Iunii 1655. §. non obſtat coram Reuerendiſſ. Cerro Decano.* Tùm ex articulis exhibitis ab Octauiano à quo cauſam habent Aduerſarij, qui licet articulans non fateatur,
16 præbent † tamen articuli magnum veritatis adminiculum *Add. ad Greg. dec. 143. nu. 5. Add. ad Burat. dec. 600. num. 18.* Tùm ex diuiſione facta modico tempore poſt mortem Alexandri ab eius filijs. Quamuis enim in d. diuiſionis inſtrumento non dicatur, Prædium eſſe de bonis paternis, quia tamen modicum tempus interceſſit à die mortis patris, vſque
17 ad diem factæ diuiſionis cum † non ſit veriſimile potuiſſe filios tàm breui tempore tàm ampla parare *Duran. d. dec. 325. num. 4. & ſeqq. Merl. dec. 265. num. 7. & ſeqq. Surd. dec. 15. num. 10.*
18 Tum demum quia † prædicta bona recuperata fuerunt ab Octauiano, & per illum poſſeſſa vti ſubiecta fideicommiſſo Alexandri, *Rot. dec. 87. num. 12. & dec. 129. num. 2. par. 5. recen. & in Auenionen. deciſ. 5. Iunij 1651. §. quod autem coram Dunozetto.*

Super quibus propterea non poſſe mandatum exequi infirmando ſententiam A. C. Domini decreuerunt.

Vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Romana Domus.

Lunæ 15. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Text. in l. interdum 5. ff. qui potior. in pign. hab. concedens anterioritatem creditoribus mutuantibus pecuniam pro reparatione domus, non habet locum, quando pecunia mutuata fuit expenſa in exceſſiuis, & non neceſſarijs expenſis domus, vel quando domus erat iam perfecta.

SPM.

SVMMARIVM.

1 *Creditor mutuans pecuniam pro necessaria reparatione Domus habet prælationem anterioribus creditoribus.*
2 *Quod tamen non procedit si pecunia fuerit mutuata postquam domus erat perfecta.*
3 *Scalarum adificatio in domo aliqua, quando non dicatur necessaria, & nu.4. & 5.*
6 *Domus, quando non dicatur utilitèr refarcita, ita vt non intret privilegium mutuantis pecuniam, quo ad anteriores creditores.*
7 *Creditor non habet hypothecam anteriorem pro pecunia data ad reparationem domus, dum pecunia fuit expensa in expensis excessivis, & superfluis.*
9 Text. in leg. sicut 7. C. qui potior. in pign. hab. *in quo casu loquatur.*

DECISIO CCCXXVII.

FVERAT die 10. Aprilis anni 1663. coràm Eminentissimo D. meo Cardinali Celso pro scutis quoq; quingentis Vfreduccio decreta prælatio super domo à Domina Iunipera Manfrona anteriore Creditrice possessa, quia summa prædicta, quam Columbus vna cum alij scutis biscentum ab ipso Vfreduccio ad censum receperat sub lege expressa, vt ex illa domus de qua agitur, iam construi cepta deberet ad statum omnino perfectum reduci ostendebatur operarijs adhibitis in fabrica verè persoluta. Verum hodie per me repropositio dubio in contrariam Domini iuere sententiam.

Quamuis enim *Textus in l. interdum 5. ff. qui potior in pignor. habeat* prælationem deferat posteriori Creditori mutuàti pecunias ad do-
1 mus perfectionem, † seu asseruationem necessarias specialem licèt hypothecà sibi nullam reseruauerit *Gratian. discept. 670. nu. 7. & 8. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. qu. 5. à num. 1. vsque ad num. 9. Add. ad Burat. dec. 62. num. 10.* nequit tamen eius dispositio in proposito casu admitti
2 quo de tempore † initi census, perfectionem omnimodam domus assumpserat, vt ex bina testiũ depositione post editas decisiones formitèr subsecuta conuincitur.

3 Hinc non vrget quod Columbus †ex censuali summa ratam scut. 500. in consecutione noui parietis erogauerit; tum etiam in ædificatione alterius scalæ intra vicũ domus prædictæ peractæ. Siquidem murus in latere
4 vicum respiciente ad † ornatum conuincitur erectus: pro tegmine scilicèt, seu alterius adequationé parietis, qui in directo fuerat tramite constructus. Alterius verò scalæ constructio præsertim in parte ad vicum tendente nullatenus erat necessaria, dum domus ante viæ publicæ conspectum decentem ianuã
5 obtinebat, † vna cum scala ad tectum vsque ascendente, qua mediante habitatores ad omnia comodè poterant cubicula domus accedere. Quare cum ex his operibus inutilitèr actis commodum nullum domui contigerit in perfecto tunc statu existenti, vt ex testium dignoscitur assertione, non valet Vfreduccio
6 præfati † textus dispositio opitulari prælationis priuilegium attribuens posteriori Creditori respectu summæ ad perfectionẽ domus
7 dumtaxat necessariæ non † autem excessiuæ, atque superfluæ *ad text. in l. vltima vers. quare, ibique glos. notat. in verbo debere ff. de exercitor. Affli. Iaf. in l. Creditor 25. num. 3. ff. si cert. petat. Negus. de pignor. 2. membr. par. 5. num. 15. vers. quarto restringe Card. Mant. de iucit. lib. 8. tit. 15. num. 9. & 7. Grat. discept. forens. cap. 25. numer. 23. & 24. & cap. 670. num. 9. vers. vbi etiam Molin. de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 10. num. 23. Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 1. qu. 5. nu. 74. Salgad. in Labyrint. creditor par. 2. cap. 4. num. 94.*

Hinc paritèr excluditur altera textus dis-
8 positio † *in l. licet 7. C. qui potior. in pignor. habeat*; prælationem deferens Creditori superre, ex suis pecuniis comparata dummodò ta-
9 men eas subspecialis reseruatione hypothecæ mutuò tradiderit, & notat *ibi Bartol. n. 4. vers. quandoque quis mutuat Surd. de aliment. tit. 8. privileg. 43. num. 4. & 7. Affli. decis. 306. num. 9. ibique Vrsill. num. 1. & 2. Gratian. discept. 670. n. 1. cum seqq. Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 1. qu. 5. num. 68. Franc. dec. 97. num. 6.* cum ante census erectionem domus omnimodam perfectionem in-a propositu casu receperat.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Bonorum.

Lunæ 15. Iunii 1665.

ARGVMENTVM.

Legatum quando fuit factum animo compensandi cum proprio debito debet indicari liberum maximè quando in diuersa oratione à fideicommissis fuit conceptum. Notario in quibus credatur. Voluntas Testatoris qualis veniat inspicienda, an illa tempore præparationis, aut ea stipulationis testamenti.

SVMMARIVM.

1 *Pactum negatiuè principali cui est adiectum corruente, nullius remanet roboris.*
2 *Dictio, però, limitat, & restringit.*
3 *Verba, detractis talibus bonis, demonstrant claram voluntatem testatoris non comprehendendi ea bona sub fideicommisso.*
4 *Legatum factum animo compensandi cum proprio debito debet indicari liberum, & perpetuum.*
5 *Legatum in diuersa oratione à fideicõmissis conceptum non censetur eisdem subiectum.*
Amplia si sit relictum animo compensandi cum proprio debito, & Testator voluerit rem certis personis gratam facere, & num. 6. & 7.
8 *Relatiuum, quando aliter apparet ex relato non attenditur.*
9 *Notario non creditur nisi de his, de quibus est rogatus coram testibus.*
10 *Voluntas Testatoris qualis fuerit tempore stipulationis testamenti non qualis tempore illius præparationis attenditur.*

11 Nota-

11 *Notario non eſt credendum contra tenorem teſtamenti à ſe ſtipulati.*

12 *Schedula declarationem omnino contrariam teſtamento recipere nequit.*

13 *Verba præſuppoſitiua nihil diſponunt circa præſuppoſitum.*

14 *Arbitri ſolius factum, vel dictum nullum eſt, & de iure non tenet.*

Amplia vt num.15.

DECISIO CCCXXVIII.

ITERVM cenſuerunt Domini, denegandam eſſe Philippo Ballarino aſſociationē præſentium vigore pacti capiendi poſſeſſionē propria auctoritate adiecti in inſtrumento diuiſionis inter q. Marſilium, & Iſabellam de Sala, quia illud non ſtat principaliter, & de per ſe, ſed dependenter, & conſecutiuè ad fideicommiſſum, de quo cum nuſquam appareat, neque ex teſtamento, neque ex laudo,
1 vel diuiſione, vtique † corruente principali pactum quoque, quod eſt acceſſorium remanet ineffica x, vt præter auctoritates in deciſione relatas *vetat Peregrin.conſ.40.num.17. lib.5. & Rota in Florentina, ſeu Bononien. de Barbadoris 25. Junij 1640. coram Coccino, §. neque aduerſatur verſ. quod tanto facilius.*

Quod autem nullum extet fideicommiſſum ſuper tertia parte bonorum S. Auguſtini fauore Iſabellæ, & filiorum aperte oſtendit lectura teſtamenti, in quo Teſtator primo loco declarando, eandem hanc tertiam partem non eſſe ſuppoſitam antiquis fideicommiſſis, ſed eſſe ſuam propriam, & liberam pro legitima, aliiſque portionibus ſibi debitis, illam particulariter legauit Marſilio fratri, eiuſque filijs, & deſcendentibus maſculis ob amorem erga filiam, & agnationem, & pro omni, & toto eo quod prætendere poſſent nullo eis iniuncto onere reſtitutionis, vel fideicommiſſi. Deinde ſubſtituendo Iſabellam, eiuſq; filios, & deſcendentes Iacobo hæredi vniuerſali literis rotundis declarauit illam, & illos ſubſtituere, dumtaxat in illa parte, quæ ſupererat detractis bonis S. Auguſtini, ibi, *In quella parte però d'eſſa heredità, che reſta detratti detti beni di S. Agoſtino laſciati in tal caſo al Sig. Marſilio, e ſuoi figliuli maſchi, e deſcendenti in infinitum come ſopra.*

2 Dictio † enim illa, *però*, limitat, & reſtringit ſubſtitutionem Iſabellæ, & filiorum ad
3 reſiduum hæreditatis, & † verba ſequentia, *detratti i beni di S. Agoſtino*, conuincunt claram, ac indubitatam fuiſſe voluntatem Teſtatoris non comprehendendi eadem bona ſub fideicommiſſo, ibidem ordinato fauore Iſabellæ, eiuſque filiorum, & deſcendentium, vt firmat *deciſio in §. de fideicommiſſo autem*, & docet *Bart. in l.3. §. quidem enim 11. ff. ad Trebell. Fuſar. de ſubſtit. qu.650. num.48. & Rota in Romana cenſus, ſeu Saluiani 27. Maij 1657. §. id autem coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Nec refert quod legatum ſuorum bonorū ſit reſtrictum, & limitatum ad lineam maſculinam Marſilij, quia non idcirco eſt temporale, & reuerſiuum poſt extinctionem eiuſdē lineæ ad Iſabellam, & filios, dum in hoc non concurrit imò expreſsè repugnat voluntas Teſtatoris, & vlterius legatum relictum fuit pro omni, & toto eo, quod Marſilius, eiuſq; filij, & deſcendentes à Teſtatore prætendere potuiſſent ratione fideicommiſſorum, & alia
4 quauis de cauſa, quod facit, vt eo † magis iudicari debeat liberum, & perpetuum, vti non procedens, ex mera liberalitate, ſed factum animo compenſandi cum proprio debito *Mattica de conſect. lib.10. tit.2. nu.17. Ruin. conſ.79 num.1. & 2. lib.2. cum aliis relatis in Fauentina legati 2. Martij præteriti coram R. P. D. meo Taia.*

Nec prętenta temporalitas huius legati benè deſumitur ex verbis antecedentibus teſtamenti, ibi, *Sin tanto però che durerà la linea maſculina di detto Sig. Gio. Battiſta ſuo Padre, e non fuori di quella ne in altro caſo eſpreſſo in detto Teſtamento, in modo che ſe per linea maſculina finita di detti Sala detti beni doueſſero paſſare in altre famiglie all'hora ſi laſcia ſolo di detti beni quāto di ragione ſe li viene, e non più oltre.* Quia illa reſpiciunt duas alias partes eorumdem bonorum S. Auguſtini, quas Teſtator cum immediatè ante ſubiecciſſet fideicommiſſis paternis, & Auitis, ſubſequenter declarat, eatenus velle durare huiuſmodi ſubiectionem quamuis duret linea maſculina paterna, & non vltrà, nullo autem modo repetita cenſeri debent in hoc legato tertiæ partis, quod inferius incipit
5 à verbis, *perche dichiara*. Tum † quia continet rem diuerſam, & eſt poſitum in diuerſa oratione, *iuxtà Thoricam Bart. in l. in repetendis ff. de leg.3.* quem ſequūtur *Grat. diſcept.937. num.4. Soccin. ſen. conſ.92. num.9. verſ. item quia per diſtinctos lib.1. & Alex. conſ.66. num.6. verſ. ſecundo*
6 *verò quando res legata lib.3.* † Tum etenim quia fuit relictum pro omni, & toto eo, quod Marſilius, & filij prætendere poſſent, & ſic latius eſt interpretandum, vt reſponsum fuit in *Viterbien. legati 28. Martij 1664. §. ſecunda ex ipſo cum ſeqq. coram R. P. D. meo Taia, & in Bononien. liquidationis pretij 4. Maij præteriti coram me,*
7 *§. ſecundo eſt cauſa legati.* Tum † deniq; quia ex ipſamet lectura huius legati patet Teſtatorem voluiſſe eo in caſu, quo deficeret linea maſculina hanc partem donare, & relinquere Marſilio, eiuſque deſcendentibus maſculis, ita vt vltimus, qui reſtituere debebat alias duas tertias partes vocatis in antiquis fideicommiſſis, retineret tantum hanc tertiam Teſtatoris, vt ad literam demonſtrant illa verba, *quali non dimeno nel caſo predetto eſſo Sig. Teſtatore dona, e laſcia à detto ſuo fratello*, quæ diſpoſitionem augent, eamque præciſam reddunt, *l.ſin. §. fructus iuxtà gloſ. in verb. nihilo magis ff. quæ in fraud. cred. Gonz. ad reg.8. §.7. prælimiali n.124. Barboſ. diſt. 215. num.1.*

Et hinc non vrgent verba laudi, *quod ſi aliquando eueniret caſus, quod tertia pars bonorum reſtituenda veniret hæredibus ſubſtitutis iuxtà diſpoſitionem Teſtatoris, tali caſu reſtitui debeat tertia pars bonorum S. Auguſtini arbitrio boni viri*, quia illa nihil ponunt ineſſe tanquam ſuppoſitiua diſpoſitionis controuerſæ, & deficiente ſuppoſito

sito ex prædictis nihil operantur, ex allegatis *in decisione §. minus visum*.

Sicuti nec etiam vis fieri potest in diuisione, quæ fuit facta cum expressa, & sæpius repetita relatione ad laudum, & testamentum, ex quo dum apparet Isabellam, & filios non esse substitutos in portione, de qua agitur, imò ab eadem expresse fuisse exclusos, corruit fundamentum, quod fit in diuisione con-
8 cepta verbis relatiuis, eo ipso, quo aliter apparet ex relato, vt præter adductos in decisione ponderat *Rot. decis. 105. num. 6. part. 8. recen.*

His positis nullum putarunt Domini constitui posse fundamentum in schedulis scriptis à Notario Spontono, & post decisionem productis, quia vltra exceptiones personales consanguinitatis, & affectatæ industriæ pro augendis, & promouendis iuribus Isabellæ, de quibus constat ex ipsismet schedulis, & quod regulariter Notario non creditur nisi
9 de ijs, de quibus est † rogatus coram testibus non autem de alijs *Put. decis. 5. lib. 3. in correct. & Fot. in rec. decis. 624. num. 10. part. 1. & dec. 605. num. 12. par. 5.* Prima schedula in qua Spontonus sub die 18. Decembris 1602. scribit Philippum Testatorem nolle quod in defectu masculorum de Sala filiæ Alberti, vel alij haberent tertiam partem liberam bonorum S. Augustini, sed quod hæc esse deberet Isabellæ eiusq; filiorum melius est momenti, dum in subsequenti testamento condito 13. Ianuarij 1603. & rogato ab eodem Notario, verbis adeo claris, eandem tertiam partem reliquit Marsilio, eiusque filijs, & descendentibus, nullo eis iniuncto onere restitutionis imo
10 expresse exclusis Isabella, & filijs ab eisdem bonis, non enim attenditur qualis fuerit voluntas Testatoris tempore præparationis, sed qualis fuerit tempore stipulationis ipsius testamenti *Bart. in l. cum proponebatur 63. num. 2. ff. de leg. 2. Socin. sen. in l. si ambigue 3. num. 6. ff. de reb. dub. Oldrad. cons. 119. per tot. Ruin. consil. 11. num. 12. lib. 3. Seraphin. decis. 1357. num. 11. & Rot. in rec. dec. 16. nu. 28. in fin. par. 8.*

Etsi tempore stipulationis instrumenti Testator in hac sua voluntate perseuerasset, vtique Notarius tàm sollicitus in promouendis iuribus Isabellæ illam sine difficultate claris verbis exprimere potuisset, quod dum non fecit, præsumendum potius est Testatorem
11 pœnituisse, quàm † credendum Notario contra tenorem Testamenti ab eodem subinde stipulati.

Nec placuit Dominis, quod saltèm hæc schedula inseruiat pro declaratione subsequentis Testamenti, quia cum eius lectura claram præferat exclusiuam Isabellæ, eiusque descendentium à tertia parte bonorum,
12 de qua agitur † non admittit declarationem eidem omninò contrariam *Bart. in l. 2. num. 19. ff. de vulgar. Bald. in l. heredes palam §. sed etsi num. 4. C. de testam. Rot. decis. 121. num. 9. par. 5. & dec. 402. nu. 35. par. 9. rec.*

Minus attendenda visa fuit secunda, in qua Spontonus transmittit Ballarino responsionem Poggioli ad septimum suum quæsitum expressum vnico verbo *tertio*. Tum quia continet solum verba præsuppositiua, quæ
13 nihil † disponunt circa præsuppositum, vt benè comprobatum fuit in facto, & in simili respondit *Rot. coram Greg. dec. 208. n. 2. & dec. 592 num. 14. par. 4. rec.*

Tum etenim quia esset responsio vnius
14 tantum ex Arbitris, cuius † solius factum, vel dictum nullum est, & de iure non tenet, *l. Pedius §. in seruum est l. item si vnus, §. item si plu-*
15 *res ff. de recept. arbitr.* Maximè † postquam omnes in laudo expresse se retulerunt ad testamentum, ex quo præsuppositum, & laudum declarationem, & restrictionem recipiunt ex iuribus supra, & in decisione adductis.

Denique nec etiam in consideratione habita fuit tertia schedula, in qua idem Spontonus scribit Ballarino, quod arbitri nolebant immutare laudum, sed quod concorditèr opinabantur legatum, de quo agitur esse temporaneum, & finita linea de Sala reuersurum ad Isabellam cum apostilla super addita in minuta Instrumenti diuisionis manu Pogioli. Quia hæc tertia sicuti, & aliæ schedulæ nihil aliud probant nisi sollicitam dicti Notarij, & Ballarini industriam extorquendi id, quod neque in testamento, neque in laudo continebatur.

Apostilla verò Poggioli vltra plures defectus contra illius recognitionem oppositos stat consecutiuè ad testamentum, ad quod diuisio expressam habet relationem. Ideoq; cum in testamento tale fideicommissum non contineatur, nec etiam in hoc firmum potest constitui fundamentum ex iuribus sæpius citatis.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

Calaguritana Beneficij.

Lunæ 15. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Appellatio à mala examinatorum relatione est admittenda, ne vt habilis semel reputatus, & vt inhabilis deinde ab examinatoribus iudicatus iniuriam ab eligentibus non patiatur, cũ vt habilis semel approbatus semper talis præsumatur.

SVMMARIVM.

1 *Examine trium ad beneficium promouendorum facto, & ex his duobus approbatis, tertius pro inhabili declaratur, & tacite reiectus videtur.*
2 *Dictio* solummodo *est exclusiua aliorum.*
3 *Processus informatorius quantumuis authenticus in iudicio ciuili non probat.*
4 *Habilior repertus est semper ad beneficium præsentandus & num. 5.*
6 *Appellatio à mala examinatorum relatione est admittenda ad effectum suspensiuum.*
7 *Verba motus proprij sufficiunt, & ratio est mens Pontificis.*

8 *Exami-*

Digitized by Google

3. *Examinatorum iniuriam non approbantium, & iniuriam beneficiatorum non eligentium reprobatus experitur.*
9 *Examini nouo intra tempus præfixum se subiicere non potest, qui fuit infirmus, nec tempore infirmitatis potest quis fieri doctior.*
10 *Habilis semel reputatus semper talis præsumitur.*
11 *Examinatorum relatio efficitur suspecta ex eo quod semel habilis approbatus fuerit postea verò vt inhabilis reiectus.*
12 *Habilis quod quis fuerit, ex quo præsumatur.*

DECISIO CCCXXIX.

ADIVCANDVM Beneficium Braulio responsum est, postquam adiudicandū Dominico, responsū erat semel 18. Maij 1662. & rursus 25. Iunij 1663. stante vti posito Braulio in patrimoniali incontrouerta fuerant, & incōtrouertibilia iuxta oppositionem, & sententiam Patrimonialitatis, & Relationem examinatorum in summario Brauli primæ positionis *numer. 1. 2. & 3.* fundamenta decisionis non subsistere denique vita sunt.

Non primum. Et Braulium noluisse Examinatoribus respondere, quia oppositum fe, & à prouisoribus Episcopatus Sede Vacante remissi sunt Examinatoribus synodalibus examinandis Baccalaurii Braulus & Dominicus & Iosephus, & alter Baccalaureus Dominicus Clerici filius naturalis & patrimonialibus, ad se examinandum, &c. 27. Iunij 1659. & in ipsa schedula commissionis & relationis Examinatores retulerunt Examinatos contentos in ea & declararunt pro habilibus, & sufficientibus dd. Baccalaureos Dominicum, Iosephum, & alterum Dominicum solummodo, &c. ipsa die 27. Iunii 1659. *dicto Summario num. 3. & in Summ. Dominici nn. 1.* & sic non solum examinasse Braulium, † sed pro inhabili, & insufficienti declarasse, ac tacitè reiecisse videretur, alias dixit *Rot. coram Buratt. dec. 55. num. 3. vers. quod autem & ex constit. Clementis VIII. prius in ea ipsa causa dec. 488. num. 1. & 2. part. 3. recent. & rursus coram Burat. decis. 30. ab initio* maximè examinatis contentis in schedula, & approbatis solummodo nominatis ex significato illius dictionis *solummodo*, † quæ est exclusiua aliorsi, & quod sit exclusiua sicut magistraliter grāmaticè, sed probatur *l. 2. C. de patr. qui filios suos distrax., ibi in hoc tantummodo, &c.* inquit, *Bald. cons. 334. num. 2. lib. 3.*

Neque visum fuit constare nec posse contrarium in processu criminali in Tribunali Sanctæ Inquisitionis, & ibidem ex iactationibus Brauli, quod à Dominico opponebatur.

Quia placuerunt quæ respondentur pro Braulio, nec quidquid sit esse attendeñ talem processum vtpotè ad querelam Dominici in Summario ipsius Dominici d. positionis *nn. 2.* & postquam fuit præsens causa coram Ordinario terminata & Braulius appellauit 29. *Iunii, & Dominicus obtinuit beneficium 6. Iunij sequentis dicto Summ. n. 4. & 6.*, & lite pendente nihil
3 erat innouandū, vltra quod † in Iudicio Ciuili non probat processus informatorius quamtumuis authenticus, *Rot. dec. 90. num. 6. vers. vltra quod par. 4. recent.*
4 Non secundum & approbato † etiam Braulio potuisse beneficiatos ex approbatis & magis idoneis, & idoneiore Braulio Dominicum solum præsentare, ad specialem *decisionem coram R.P.D. Meltio in Calagurritana motus proprij san. mem. Clementis VIII. 13. Iunij 1657.*, & fere ad ipsum motum propriū expressum,
5 quia motus proprius clarus † est vt Beneficiati ex pluribus approbatis quem maluerint Episcopo præsentēt in dicta decis. 5. §. 1. vt oppositores, & rursus ferè tot. decisione an †
6 autem appellatio à mala relatione sit vel non sit admittenda ad effectum suspēsiuum adeoque suspendat, reseruatum fuit in fine decisionis,
7 & nisi clarum satis erat, quia † sufficiunt verba motus proprij, & ratio est mens Pontificis contra eos, qui ex oppositione ius quæsiuerunt ad rem considerabilem *Lotber. de re benef. quæst. 51. à num. 38. lib. 2. & in puncto Rot. coram Buratt. dec. 55. num. 4. cum annotat. num. 9.* & fortè
8 per iniuriam † Examinatorum non approban. imò reproban. reprobati patiuntur iniuriam beneficiatorum non eligentium nec approbantium, vt fauet magis *Clementina Auditor de rescriptis plusquam declaratum fuit coram R.P.D. Vice-Comite in Calagurritana Beneficij de Aruedillo 4. Decembris* 1663. *à §. constitutio verò, & coram R.P.D. Emerix 12. Iunij* 1665. *ab initio.*

Non tertium & Braulium non se subiecisse nouo examini intra annum, sed post 27. menses. Quia satis superque factum visum est in d. decisione 25. Iunij à §. quanquam aliquis diceret, post impedimentum propriæ infirmita-
9 tis & querelæ Dominici, nec † potuerit se subijcere nouo examini, & multo minus fieri doctior *ad tradit. à Lotber. quæst. 32. num. 155. vers. cæterum & vers. præterquam si liqueret, Rot. coram Ludou. dec. 527. in fin. cum annotat. in fin. & in eadem causa decis. 538. num. 4.*, & præterea cum an-
10 tea fuerit laudatus Baccalaureus, † & habitus fuerit pro habili ad curata valdè inueriſimile
11 est quod postea fuerit inhabilis. Vnde † valde suspecta videtur relatio Examinatorum, &c. *Rot. coram Seraph. decis. 968. n. 3. & 9.*

Non quartum denique & vltimum. Et paupetiorem Dominicum præferen., quia satisfactum etiam visum est in *d. decisione 25. Iunij in fin. & intelligen. cæteris paribus Rot. dec. 61. nn. 4.*
12 *part. 3. recentior.* quinimò in Braulio præualet eumque præferunt Sacerdotium, Baccalaureatus, ætas multo maior, cura animarum multis annis, deputatus aduersus prauitatem hæreticam, vt in Summario primæ positionis *à numer. 10. ad 13. iuxta plenas decisiones in Calagurritana Beneficij de Auserio, 1. Iunij* 1652. *coram R.P.D. Verospio, & postea in eadem 27. Iunij* 1653. *coram bon. mem. Bichio, cum exaduerso Dominicus simplex.*

Et ita altera tantum, &c.

Digitized by Google

R. P. D. BOVRLEMONT

Romana fideicommissi de Steccatis.

Lunæ 15. *Junij* 1665.

ARGVMENTVM.

Qualitas renunciationis realis, quæ sit, & facta ob ingressum Monasterij semper præsumitur abdicatiua, & realis. Renunciatio facta per viam donationis quid operetur, & quæ nam sub titulo donationis venire nequeant.

SVMMARIVM.

1 *Renunciationis realis qualitas quæ sit.*
2 *Renunciatio personalis cum renunciatarijs extinguitur.*
3 *Renuncians non præsumitur in fauorem extraneorum velle disponere, & se in illorum concursu excludere.*
4 *Renunciatio ob ingressum Monasterij facta semper præsumitur abdicatiua, & realis.*
Sed declara, vt num. 5.
6 *Renunciatio licèt realis facta ad fauorem certarum personarum quamuis illis viuentibus duret realitas renunciationis ijs deficientibus expirat, & habetur ac si esset personalis & nu. 7.*
8 *Renunciatio per viam donationis facta operatur, vt bona donata transmittantur ad vltimi donatoris heredes.*
9 *Bona quæ de tempore donationis donanti quæsita non erant non possunt cadere sub titulo donationis.*
10 *Bona à testatore prohibita ad extraneos transmitti debent in illis de familia remanere.*
11 *Donatio complicata in renunciatione non alterat illius naturam, quando pro maiori renunciationis corroboratione procedit.*
12 *in Renunciatione quando habita est mentio de pluribus successionibus non comprehenduntur hæreditates gradus, seù persona non nominata.*
13 *in Renunciatione non censentur comprehensa illa bona, quæ si comprahenderentur fecissent in caducitatem incidere renunciantem.*
14 *Renunciatio facta à filia in fauorem patris nihil prodest, nisi esset de successuris in fideicommisso retinendo iure directo post mortem grauati de gradu in gradum.*

DECISIO CCCXXX.

DICTVM fuerat coram me sub die 10. Februarij 1662. constare de bono iure Zambotti ad exclusionem Monasterij SS. Dominici, & Sixti ex persona Mariæ Virginiæ ibi professæ, & quod renunciatio ab ea facta in ingressu Monasterij visa fuit, non solum generalis, & comprehensiua omnium bonorum, sed etiam realis, & ideo post mortem Curtij fratris, & Constantiæ Sororis non expirasse. Hodiè verò super viribus d. decis. Causa reproposita, & melius instrumento renunciationis ab Informantibus deducto, ab ea recedendum esse putarunt Domini.

Quia fuit animaduersum renunciationem quamuis in res, & bona directam, non fuisse prorsus quorumcumque iurium abdicatiuã, nulla habita consideratione ad quas personas, bona, & iura deuenirent, dummodò à renun-
1 ciante quoquo modo abdicarentur, † quæ est vera qualitas renunciationis perpetuò realis, vt tradunt. *Gabr. cons.* 89. *numer.* 12. *& 13. lib.* 1. *Surd. cons.* 517. *num.* 14. *post medium vers. Cum ergo prædictis, Peregrin. de fideicom. art.* 52. *num.* 74. *vers. Secundus est, Rot. decis.* 186. *numer.* 5. *par.* 3. *recent. & penes Galerat. de renunciat. decis.* 44. *numer.* 3. *& seqq.* Sed fuisse restrictam ad fauorem Patris, vt etiam ex Instrumento ibi *Animo reuoluens ad D. Marcum Antonium eius Patrem duobus filijs grauatum, vno Curtio, & altero Constantia, infrascriptam refutationem, & donationem erga illum, vt commodiùs gradum suæ nobilitatis sustinere posset, & familiam honorificentius substentare facere censuit,* & inferius *renunciat, & refutat ad fauorem Domini Marci Antonij sui Patris,* & rursus *d. D. Marco Antonio suo Genitori præsenti, & acceptanti elargita est,* & iterum *hanc refutationem fecit erga suum dictum Genitorem.*

Vnde primo inferebant DD. quod quando, sine veri præiudicio sub præfata renunciatione, dici debuisset comprehensum hoc fideicommissum, prout nõ comprehendi firmiùs
2 putarunt, vt infrà, adhuc quia † renunciatio non fuit meré realis, & abdicatiua, sed veriùs personalis, & translatiua, restricta ad fauorem Patris, vel eius filiorum; remansit propterea cum ipsis renunciatarijs extincta, nec potuit operari erga fideicommissarios extraneos, in
3 quorum † fauorem præsumi non debet renunciantem voluisse disponere, & semet in concursu illorum excludere, vt in terminis longè fortioribus tradunt. *Honded. cons.* 36. *numer.* 20. *& cons.* 29. *num.* 79. *lib.* 1. *Donat. Anton. de Marin. quotid. resolut. lib.* 2. *cap.* 189. *num.* 26. *& seqq. lib.* 2. *Cancer. var. resolut. lib.* 3. *cap.* 15. *numer.* 24. *& seqq. Ciriac. controuers. forens.* 475. *numer.* 1. *& seqq. Sperel. decis.* 120. *num.* 37. *Altograd. cons.* 41. *num.* 77 *cum seqq. & cons.* 43. *nu.* 55. *cum pluribus seqq. lib.* 2. *Rot. decis.* 543. *num.* 13. *vsque ad* 18. *part.* 5. *tom.* 2. *recent. & decision.* 44. *num.* 5. *cum seqq. apud Galerat. de renunciat. & in Marsicen. Successionis* 4. *Februarij prox. præteriti.* §. *responsum fuit coram R. P. D. meo Emerix.*

Non obstante quod versemur in renuncia-
4 tione facta ob ingressum Monasterij, † quæ semper præsumitur abdicatiua, & realis, vt in decis. quæ reuidetur §. eo fortius.

Quia ex renunciationis Contextu superius allato, præsertim ibi: *Animo reuoluens ad D. Marcum Antonium eius Patrem, duobus filijs grauatum,* & ibi. *Vt Commodiùs gradum suæ nobilitatis sustinere posset, & familiam substentare,* patet,
5 ingressum † Religionis dedisse quidem occasionem renunciandi, sed causam finalem renunciationis fuisse Patris, & familiæ decorem, & substentationem iuxtà dispositionem precisi textus *in l. Cum alimenta* 22. §. *Qui fratris, ff. de Alim. & Cibar. legat. & cons. Bald.* 105. *numer.* 3. *lib.* 1, *& Rot. decis* 126. *num.* 66. *& seqq. coram Merlino,* & ideo quando etiam adesset verba omnimodam realitatem importãtia, dùm postea restringitur finaliter ad fauorem certarum

perso-

6 personarum,† licet illis viuentibus, duret realitas renunciationis,iis tamen defectis expirat, & habetur ac si fuisset personalis , vt tradunt *Menoch.cons.706.num.41.vers. Respondetur, Fusar. de substit.quæst.269. num. 2. & in Auenionen. fideicom. 22.Aprilis 1652.coram Eminentiss.D.meo Celso penes Tondut.quæst.Ciuil.decis.121.num.22.lib.2* & in terminis renunciationis similis facta à Moniali *post Couar.tradit. Donat. Anton.de Marin. resol.190.num.6.cum seqq.lib.2.Altograd.d.cons.43 nu.59.lib.2.& Ciriac.contr.475.per tot. Rota apud Merlin.de legit. decis.48.numer.18.* & in fortioribus terminis *in dec.33.num.35.& seqq.& num.39 & seqq.apud Galerat.de renunciat.* & in casu quo fuerat dictum, *quod renunciatio deberet esse perpetua , realis , & realissima , & omni tempore valitura* , † quia defecerunt personæ , quorum fauore emanauerat, distinguendo pluribus adductis , firmauit *Rota in Marsicana successionis 4.Februarij prox. præteriti §. nec denique coram R. P.D. meo Emerix* .

7

Minusque obstare visum fuit,quod renunciatio processerit per viam donationis , quæ
8 operatur , vt bona donata transmittantur ad hæredes vltimi Donatarij .

9 Quia bona † de quibus agitur cadere non poterant sub titulo Donationis , dùm de eo tempore donanti nondum erant quæsita *Rot. decis.320.num.15.16.& 33. & decis.325. num.26.*
10 *& seqq.part.6.recent.* nec poterant † transmitti in Zambottum nec in Clementinum, qui nõ erant de familia Testatoris , extrà quam strictissimè vetitum erat transferri , vt infrà .

11 Et tandem Donatio † complicata in similibus renunciationibus non alterat illius naturam , quando non principaliter , sed consequutiuè ad renunciationem , & pro maiori illius corroboratione, vt in Casu, de quo agitur , procedit , prout in his terminis declarat *Romana Donationis 16.Martij 1643.coram bon.me. Richio , impref.apud Galerat. de renunciat.decis.23. num.24.& 25.*

Secundo inferebant Domini quod fideicõmissum,de quo agitur non poterat dici comprehensum sub prædicta renunciatione, quæ licèt exprimat per gradus distinctos fideicõmissa, & successiones Ascendentium, nullam tamen facit mentionem de fideicommissis Proauorum , qualis fuerat Petrus Paulus, de cuius Testamento hodie est quæstio , & hoc non sine misterio , quia cum in d. fideicom. legatur strictissima prohibitio alienationis , etiam sub poena Caducitatis , consulto præsumendum est Contrahentes de eo mentionẽ non fecisse , nè in prædictam caducitatem incurrerent, Vnde non solum intrat conclusio,
12 quod † quando de pluribus successionibus in renunciatione habita est mentio,cum enumeratione plurium graduum, seù personarum , de quarum hæreditate agitur , non comprehenduntur hæreditates gradus , seù personæ non nominatæ, *Rot.dec.33.num.11.& seqq. apud Galerat. de renunciat.* Verùm dicendum visum fuit eò minùs prædictum fideicom.esse tacitè comprehensum sub quacumque generalitate
13 verborum d.renunciationis,†quia nunquam censentur comprehensa illa bona, quæ si cõprehenderentur fecissent incidere renunciantem in caducitatem , & renunciatario non profuissent , tanquam extraneo , & incapaci illorum acquisitionis per *Text. in l. nec veilem 20.ff. Ex quibus Cauf.Min. ibi neque enim intelligitur amissum quod oblatum alteri non est , vbi glos.* in verbo *oblatum explicat* , idest quæsitum, & tradit magistraliter *Bart.in l.In Codicillis,§.Instituto num,5.ff.de leg.2.Alex cons.16.n.4.& cons.168. nu.6.lib.2.Ciriac.Contron.222. num.61.Rota coram Card.Seraph.decision.1290.nu.5.& dec.426.la prima nu.1. & seqq.part.1.diuers.& decis.186.num.2. vers.2.monetur part.3.& decis.489.n.7.& dec.623. nu.3.part.4.& decis.543.num.25.part.5.recent. & decis.290.nu.10.part.9.nou.1.& fuit pro indubitato suppositum in Vrbenatana successionis 31. Ianuarij 1662. sub §. minus denique coram R.P.D. meo Albergato* .

Reiecta impropria limitatione, quæ afferebatur contra Doctrinam Bartoli , asserendo eam non procedere , quando renunciatio fit in proximè successurum,seù vocatum,vt fuerat suppositum in Decisione , quæ remittitur §.Quia quoad primam .

Quia ex Superiùs relatis apparet Mariam Virginiam non renunciasse priori loco Curtio , nec Constantiæ , qui dici poterant vocati,sed Patri,qui nec de proximo,nec vnquam in his bonis erat successurus ,& nihilominus
14 etiamsi† Idem Pater potuisset considerari vti vnus de vocatis , nihil ei profuisset nisi etiam esset de immediatè successuris in d. fideicom. certo ordine post mortem grauati restituendo Iure directo, de gradu in gradum . *Decian. cons.57.sub num.24.lib.3.& alij relati per Fusar.de substit.quæst.380.num.18.cum aliis in Rom.fideicom. de Roncompagnis 22.Martij 1662.§.ante factit & 18. Iunij 1663. §. remanetur vbicitum , coram R.P.D. meo Benilaqua* .

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. D. CERRO DEGANO

Nunc S. R. Eccles. Cardinali.

Romana Contributionis .

Lunæ 15. *Iunij* 1665.

ARGVMENTVM.

Bona Baronum stante Clementis VIII. constitutione possunt obligari , siuè sint fideicommisso ascendentium , siue collateralium, siue extraneorum supposita , & reputantur vti allodialia , vnde successores in bonis Baronum pro rata bonorum ad solutionem debitorum concurrere tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Bona Baronum eximuntur à vinculis cuiuscumque fideicommissi fauore creditorum, & reputantur ac si essent allodialia .*

2 *Bona Baronum sublato vinculo fideicommissi sub-*

iecta remanent obligationibus illorum, & constituunt vnicum patrimonium.

3 *Successores in bonis Baronum teneatur pro rata bonorum ad solutionem debitorum concurrere.*

4 *Hæres bonorum feudalium, & hæres allodialium pro debitis contractis à defuncto qui tempore obligationis vtraque bona possidebat pro rata ad solutionem debitorum tenentur.*

5 *Bona Baronum ad soluenda debita pro bonis liberis reputantur, & concurrunt cum allodialibus ad constituendum vnicum patrimonium Baronis.*

6 *Aes alienum non respicit partem patrimonij, sed totum patrimonium pro indiuiso amplectitur.*

7 *Diuisio patrimonij non extinguit obligationem defuncti, nec tollit ius creditorum agendi contra bona obligata penes quoscumque existant.*

8 *Bona per Baronem possessa stante Clementis VIII. constitutione possunt obligari sine suppositia sint fideicommisso ascendentium, sine collateralium, sine extrancorum.*

9 *Dictionis* Ieu *natura est distinguere verba sed non mentem, & aliquando exponitur pro dictione copulatiua, & augmentatiua, & nu.* 10.

11 *Hæres ad contributionem pro solutione debitorum ex quibus teneatur.*

12 *Contributioni non est locus nisi prius facta excussione bonorum hæreditariorum debitoris.*

DECISIO CCCXXXI.

POST obitum Franciſci Mariæ Ducis Ceſiæ ſine filiis ſequutum die 28. Iunij 1657 fuerunt purificata duo fideicommiſſa Aſcendentium, nempè Pauli Emilij Ceſij, & Portiæ ab Anguillaria coniugum ad fauorem, D. Ducisſe Portiæ filiæ Andreæ, ac reſpectiuè Sororis eiuſdem Ducis Franciſci Mariæ. Aliud verò fideicommiſſum bon. nec. Cardinalis Petri Donati Ceſij tranſuerſalis ad fauorem D. Ducis Silicis ſecundo geniti Domus Ceſiæ de Ducibus Aqueſpartæ. At quia Andreas pater, & Franciſcus Maria filius maximum æs alienum contraxerant de tempore, quo penes ipſum exiſtebant bona tam dd. fideicommiſſorum Aſcendentiũ quam d. fideicommiſſi tranſuerſalis. Hinc D. Duciſta Portia hæres dicti Franciſci Mariæ poſt factam reſtitutionem de bonis ſubiectis dicto fideicõmiſſo Card. Petri Donati inſtabat contra D. Ducem Silicis, vt pro rata debitorum contractorum ab Andrea, & Franciſco Maria ipſe contribueret ex dd. bonis Cardinalis prout ibi præteruauerat in Inſtrumento celebrato 9. Auguſti 1657. vt in eius ſummar. *num.* 6. Cũ autẽ facto inter partes compromiſſo S. D. N. mandauerit procedi de voto Rotę, ideo dubitauì an ſit locus contributioni, & Domini exceptis debitis contractis occaſione Dotium aliiſque debitis particularibus vtriuſque fideicommiſſi aſcendentis, in reliquis affirmatiuè reſponderunt.

Moti fuerunt ex eo quod cum tempore contracti debiti omnia bona dd. fideicommiſſorum reperirentur penes eoſdem debitores eorum obligatio facta de omnibus bonis non reſpicit magis vnam, quam alteram partem illorum, ſed omnia bona indefinitè tenentur pro debitorum ſatisfactione, nulla facta diſtinctione fideicommiſſorum, quia vigore Conſtitutionis Clementis VIII. *Bull. nou. tom.* 3. in
1 ordine 141. Bona † Baronum eximuntur à vinculis cuiuſcumque fideicommiſſi fauore creditorum illaq; redduntur pro debitis obnoxia perinde ac ſi eſſent libera ac allodialia. *Spad. conſ.* 19. *per totum lib.* 1. *Rota coram Buratt. dec.* 401. *nu.* 3. *& in Romana Saluiani* 22. *Iunij* 1650. *coram Penting. in fin.*

2 Quemadmodum † enim ſublato vinculo fideicommiſſi omnia bona remanent libera, & ſubiecta obligationibus poſſeſſoris, ita non poſſunt amplius in Barone debitore conſiderari plures hæreditates inter ſe diuerſæ, ſed quælibet bona remanſerũt eiuſdem ſpecici, & conſtituunt vnicum Patrimonium illius ad tradita per *Cancer. in cap. Agnatus quæſt.* 22. *ſub nu.* 155. *verſ. quod dicemus, Rouit ad Prag. Reg. tit. de feud. prag.* 25. *nu.* 27. *Donat. Ant. de Marin. reſol. quotid. lib.* 1. *cap.* 162. *ſub nu.* 6. & propterea omnes qui in eiusdẽ bonis ſuccedunt tenẽtur pro
3 rata bonorũ ad ſolutionem debitorum concurrere, vt in primis terminis de contributione † facienda inter hæredem in feudalibus, & hæredem allodialibus pro debitis contractis à defuncto, qui tempore obligationis vtraque bona poſſidebat pro veriori tuentur *Io. Franc. à Ponte conſ.* 13. *nu.* 93. *& ſeqq. Fab. de Anna conſ.* 4. *nu.* 10. *lib.* 1. *Lanar. conſ.* 80. *nu.* 23. *& ſeqq. Merlin. Pignatel. contr.* 2. *cap.* 81. *nu.* 12. *Capic. Galeot. contr.* 21. *numer.* 29. *& ſeqq. & contrar.* 22. *ferè per tot. Donat. Ant. de Marin. vbi ſupra cap.* 162. *num.* 1. *& ſeqq. Capic. deciſ.* 198. *& Franch. dec.* 159. *per totam.*

Et licet Doctores mox citati loquantur de feudo hæred., & videantur contrarium ſentire in feudo ex pacto, & prouidentia vt in ſpecie diſtinguendo tradit idem *Fab. de Ann. dicto conſ.* 4. *nu.* 14. huiuſmodi tamen diſtinctio nihil operatur in propoſito vbi vigore d. Conſtitutionis
5 Clementinæ omnium † bona Baronum ad effectum de quo agitur fuerunt exempta ab omni & quocumque onere reſtitutionis imo pro bonis prorſus liberis reputantur, & inſimul cum allodialibus concurrunt ad conſtituendum vnum, & idem Patrimonium Baronis. Quapropter militat ratio
6 per eoſdem Doctores adducta, quod nempè † æs alienum non reſpicit partem Patrimonij nec facultates certi loci, ſed totum patrimonium pro indiuiſo amplectitur, *l.* 1. *§. ſi hæres ff. ad Trebell.* & ideo ſatis eſt quod de tempo-
7 re obligationis patrimonium fuerit vnicũ, † nam ſucceſſiua diuiſio illius, quæ prouenit ex qualitate, & diuerſitate hæredum non extinguit obligationem defuncti, nec tollit ius creditorum agendi contra bona obligata penes quoſcumque exiſtant, vt poſt *Io. Franc. à Pont. d. conſ.* 52. *nu.* 23. *& ſeqq. dixit Rota quamuis in diuerſum effectum, in Romana ſupplementi legitima* 18. *Maij* 1640. *§. minuſque vrgere coram me impreſſ. in recent. deciſ.* 227. *nu.* 33. *part.* 8. *dec.* 131. *nu.* 23. *& ſeqq. part.* 9. *& poſt Zacch. de obligat. Camer. dec.* 222. *nu.* 20.

Neque

Neque applicantur exempla adducta ad probandum quod ad ſolutionem debitorum perſonaliter teneantur bona fideicommiſſi Aſcendentis, alia verò bona fideicommiſſi tranſuerſalis teneantur ſolum in ſubſidium, inſpecta enim tam voluntate quam poteſtate Andreæ & Franciſci Mariæ debitorum appareat omnia bona indiſtinctè teneri. Nam de voluntate dubitari non poteſt eo ipſo quod eorum obligatio non ſe reſtringit ad ſola Caſtra Ceræ & Malleani ſuppoſita fideicommiſſo Aſcendentium, vt altera pars prætendebat, ſed quidem reſpicit omnia bona per ipſos poſſeſſa vt patet ex Bulla erectionis Montis ad cuius formam, & tenorem debitores ſe obligauerunt ibi: Dicta Caſtra Ceræ & Malleani, Pecoraruiæ Caſalia, & alia quæcumque bona etiam Iuriſdictionalia, & Iura præſentia, & futura eiuſdem Andreæ Ducis & per eum poſſeſſa, ſeu cuius fideicommiſſo ſubiecta, aut aliàs quomodolibet grauata ſummario d. Duciſſæ *num.* 1. *littera I.* De poteſtate verò non eſt ambigendum † attenta dicta 8
Conſtitutione Clemẽtis VIII. per quam omnia bona poſſeſſa per Baronem poſſunt inuiſtinctè obligari ſiue ſint ſuppoſita fideicommiſſo Aſcendentium ſiue Collateralium, ſiue etiam etrancorum, quibus Pontifex expreſsè derogauit in §. 10. ibi: omnibus & quibuſcũque inueſtituris conceſſionibus, donationibus fideicommiſſis, Primogenituris, & alienandi prohibitionibus, nec non pactis de ſuccedẽdo &c. per quoſcumque aſcendẽtes ſeu Collaterales, ac penitus extraneos.

Parum obſtante quod Bulla deroget fideicommiſſis alternatiuè per dictionem ibi: ſeu Aſcendentium ſeu Collateralium: Vnde infertur Pontificem per illam dictionẽ voluiſſe denotare ordinem, Iraut potius teneantur bona aſcendentium, & deinde Tranſuerſalitũ. Quia cum ex toto contextu Bullæ conſtet de voluntate Pontificis liberandi omnia bona Baronum à quocumque onere, & vinculo fideicommiſſorum in genere illa efficiendo alienabilia ad effectum vt creditores celerius ſatisfiant, nil refert quod enumerando ſpecies adiecerit illam dictionem *ſeu* inter fideicommiſſa aſcedentium, & illa Collateralium Natura † enim dictionis præfate eſt diſtinguere 9
tantum verba ſed non mentem, *Soccin. Iun. in l. Centurio num.* 174. *ff. de vulg. & pupill. Paul. de Caſtr. Conſ.* 162. *nu.* 4. *lib.* 2. *Dec. conſ.* 399. *numer.* 5.
Corn. conſ. 113. *nu.* 3. Et † aliquando exponitur 10
pro dictione copulatiua, & augumentatiua, vt poſt *Bart. in l. ſi quis ita legauerit, ff. de aur. & argen. legat.* tradunt relati *per Barboſ. dict.* 365. *n.* 8. & 9. & *Rot. dec.* 287. *nu.* 9.

Quod autem Bulla emanauerit fauore creditorum nullius eſt momenti, Quoniam D. Duciſſa quoad loca montium, & debita extincta cum ceſſione Iurium vigore ceſſionis eoſdem creditores repræſentat; quo vero ad alia debita extincta ſine ceſſione videtur geſſiſſe negocium vtile omnibus fideicommiſſariis, ex quo liberauit etiam fideicommiſſum trãſuerſale à debitis ſub grauioribus vſuris, pro quibus vigore ſupradictæ Bullæ reperiebantur grauata, & † proinde ſortiat contributio 11
tunſtatis. Buratti 402. *nu.* 3. & *ſeqq.* & *deciſ.* 637. *nu.* 2. & 3.

Denique non obſtat, quod Caſtra Ceræ & Malleani fuerint vendita per Portiam Andreæ filio proſcut. 150. mil. & proinde non ſit 12
locus † contributioni, niſi prius facta excuſſione dd. bonorum hæreditariorũ debitoris, *iuxta deciſionem* 153. *num.* 17. & 18. *part.* 9. *recent.* Obiectũ enim ceſſat ex facto, quia dicta venditio non habuit effectum, vt eadem Portia in eius teſtamento declarauit quam declarationem acceptauit idem Dux Andreas per inſtrumentum publicum datum in ſumm. D. Duciſſæ *nu.* 8.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT:

Romana Electionis Puellarum.

Lunæ 15. *Iunij* 1665.

ARGVMENTVM.

Electio debet eſſe libera, & in hac materia onus vni impoſitum alteri non cenſetur repetitum niſi ſpecialiter exprimatur.

SVMMARIVM.

1 *Iura omnia pro electionis libertate obſtrepunt.*
2 *Onus vni hæredi impoſitum alteri non cenſetur iniunctum niſi ſpecialiter exprimatur, & num.* 7. *& 8.*
3 *Verba debent referri ad id, cui proximè adijciuntur & num.* 4.
5 *Repetitio qualitatis perſonalis in diuerſitate perſonarum facta non cenſetur, ſed ſolius ordinis, & modi in ſuccedendo.*
4 *Repetitio facta non præſumitur in ijs quæ in teſtamento non adſunt, ſed ea ſolum, quæ erant conſcripta, reſpicere valet.*
9 *Teſtator inutiliter dicitur multiplicare ſubſtitutiones, ſi vniformiter de omnibus diſponi debeat.*

DECISIO CCCXXXII.

SVBSTITVERAT in Triente Laurentius Bonincõtrus Capitolij notarius in defectũ ſuæ deſcendentiæ Societatem Sanctiſſimi Saluatoris adſancta Sanctorum cui detractis quibuſdam annuis Elemoſinis, & anniuerſariis expenſis iniunxerat, ex reſiduo redditu dotati in ſcut. 30. tot Pauperes Virgines Monachandas, ſubdens in margine per apoſtillam *e ſiano ſempre dell' Orfane de Santi Quattro incoronati nel Sabbato dell' Olina nella Chieſa di S. Andrea*, & in alio triente Societatem Beatiſſimæ Virginis de Monte Cármelo, cui pariter id onus dotationis præcripſerat ſub his verbis: *con il reſtante poi dell' Entrate ſia parimente tenuta dotarne tante Zitelle Monachande nel giorno della Gloriosiſſima Vergine nel ſuo Oratorio con la Dote, e forma ſupra eſpreſſa con la Compagnia del Santiſ-*

sno Saluatore, indeque iuxta Testatoris præceptum eligente Societate Montis Carmeli ad sui libitum Puellas dotandas, Monasterio autem Sanctorum quatuor prætendente electionem ad suas Puellas esse restringendam, controuersia ad Eminentissimum Protectorē delata mihique ab eo commissa, & hodie Dominis expositā responsum fuit contra Monasterium.

1 Quia regula † stat pro libertate Electionis, docet *glos. in l. cum quidam 24. sub littera V. l. qui non offenditur ff. de leg. 2. vbi Bart. num 3. & 6. & consuluit Calder. cons. 29. de testam.*, habitaque pro absoluta in his terminis *Rota decis. 129. num. 2. & seqq. coram Buratt. & in alia Romana electionis Puellarum 23. Nouemb. 1624. coram bon. me. Pinelano, & in Romana dotium 15. Junij 1661. coram Reuerendiss. D. m. Decano.*

A qua non potuerunt Domini recedere ex
2 eo quod † restrictio iniuncta per Apostillam Societati Sanctissimi Saluatoris ad Puellas Monasterii Sanctorum Quatuor videatur repetita pro Societate Montis Carmeli ex illis verbis: *con la dote, e forma sopra espressa con la Compagnia del Santissimo Saluatore, ad Text. esse loto ff. de haered. instit. & tradita per Molin. de primog. hispan. lib. 3. cap. 5. num. 65. & Bellon. lun. cons. 36. num. 95.*

3 Quia cum † illa non referantur ad personas, prout in casu Molinæ, & Belloni; sed ad dotationem, cui proximè adiiciuntur, *Rot. dec. 257. num. 2. part. 2. rec. & d. decis. 129 coram Buratt.*
4 *num. 5.* Eius † solummodo qualitatem, & formam non autem personarum Electionem, vel qualitates repetere potuerunt, vt sensit, *Dec. cons. 593. num. 3. vers. non obstat Menoch. cons. 130. num. 15. Prat. vlt. volunt. interpret. 3. dub. 2. solut. 3. num. 191. lib. 2. Rot. decis. 864. num. 34. coram Merlin. & in Romana fideicomm. de Donis 28. Ian. 1664. coram R. P. D. Vicecomite §. nec ex d. dictione, & in propriis coram Buratt. dec. 129. nn. 3. post med. vers. non obstant verba.*

Præsertim quia versamur in diuersitate per
5 sonarum, quo † casu, cum diuersus concurrat Testatoris effectus circumscriptus, coniecturis solius ordinis & modi, in succedendo, non autem qualitatis personalis regulariter solet fieri repetitio, vt distinguendo firmauit, *Rota decis. 237. num. 5. & 6. part. 5. recent.*, & latè pluribus congestis adden. ad *Buratt. decis. 272. num. 19.*

Quod eo certius, ne dum ex præfata iuris dispositione, sed ex pluribus facti circumstantiis conuincitur; nam ex originali Testamenti inspectione dignoscitur diuersitatem atramenti, & Apostillam per illa verba: *e siano sempre dell' Orfane de SS. Quattro*, fuisse per Testatorem addita, postquam dispositio ad fauorem Societatis Montis Carmeli fuerat absque vlla restitutione perfecta cum illis etiam
6 verbis: *con la dote, e forma supra expressa*, quæ † propterea repetere non potuerant additionē, quæ non aderat, sed ea tantum, quæ iam erant conscripta, & absque vlla alternatione, vt dixit *Rot. dec. 47. nu. 2. par. 4. rec. & latè adden. ad Buratt. dec. 899. num. 23.*

Eo magis, quod Testator in restrictione
7 per apostillam apposita respectu Societatis Sanctissimi Saluatoris poterit, vel prouidere per modum regulę qualificando etiam dispositionem respectu Societatis Montis Carmeli, vel per aliam apostillam similem etiam restrictam apponere, quam confuso omnino, † & vni impositam alteri repetere notuisse concedendum est per *Text. in l. vnic. §. vbi autem legatary in fin. ff. de caduc. toll. Fusar. consil. 290. numer. 1. vers. maximè, & Rota in sepius citata decis. coram Buratt. 129. ante numerum primum.*

Et inerat ratio potissima diuersimodè disponendi ex eo quod in nob. Archiconfraternitate Sanctissimi Saluatoris Confratres non egent dotibus pro suis filiabus, & consanguineis, prout aliæ Societates Montis Carmeli, quibus propterea consulto reseruare potuit Testator libertatem electionis, vt ob spem consequendi hæc subsidia Oratorij munia frequentius subirent, quod in plerisque Vrbis Societatibus ad alliciendos in assidua Pietate Confratres laudabiliter institutum reseruatur
8 ex qua diuersitate rationis, † onus vni impositum alteri non præsumitur repetitū, *Cephal. cons. 717. nu. 8. Fusar. de substit. q. 450. nu. 70. Mant. de conject. lib. 6. tit. 33. nu. 8. Rota coram Preti decis. 31. num. 19.*

Præterea ponderabant Domini, quod nullam habet correlationē cum Monasterio SS. Quatuor Societas Montis Carmeli prout illa Sanctissimi Saluatoris saltem ratione Vicini-
9 tatis, & demum † quod inutiliter multiplicasset Testator substitutiones si vniformiter de omnibus hæreditatibus erat disponēdum, & inutiliter etiam legasset pro dotandis semper Puellis Monasterij SS. Quatuor si forent plerumq; pauciores, quam annuatim dotare deberent.

Et ita Vtraque Parte Informante pro libertate Electionis responsum fuit &c.

R. P. D. LEONE VEROSTIO

Asculana Dotis.

Veneris 25. Junij 1665.

ARGVMENTVM.

Præsumptio liberæ voluntatis ex quibus in testatrice morti proxima excludatur, quæ plures suggestionum molestias passa, vt virum hæredem instituere, nisi de libera illius voluntate constet, illius institutio sic per suggestionem facta non attenditur.

SVMMARIVM.

1 *Institutionis schedulæ in dubio non decernitur executio, nisi prius de voluntate libere instituentis constet*

2 *Testatrix morti proxima, si priori interrogationi non respondeat, & in alteram lecti partem se vertat eadē postea censetur factioni testamenti consensisse*

3 *Fraudibus semper est occurrendum*

4 Pre-

4 *Præſumptio liberæ voluntatis ex quibus in teſtatrice excludatur & num. 5.*

6 *Teſtes licet extrajudiciáliter deponentes ad declarandum teſtatoris voluntatem ſuffragari ſolent*

7 *Confeſſio exceptionem patiens relevantem nullam fidem meretur*

8 *Teſtium depoſitio ſudicialis primitus edita attenditur & altera ſpernitur*

Limita tamen ſi ſecunda depoſitio pluribus adminiculis fulcita noſcatur & nu 9.

10 *Teſtis depoſitio ſecunda quando eſt adminiculis fulcita, vel fidem aſſequi debet, vel utrumque dictum viribus deſtituitur, & num. 11.*

DECISIO CCCXXXIII.

AD vtriuſque partis inſtantiam hodie per me repropoſito dubio ſuper viribus vltimæ deciſionis, editæ die 16. Ianuarij præteriti, in decisis Domini perſtitere approbando ſcilicet fundamenta, ex quibus dotale lucrū fuit Antonio Thereſiæ Viro delatum; nec non etiam nullitatem Teſtamenti præfatæ Thereſiæ, quæ ex parte Viri iterum perperā reuocatur in dubium. Dum enim Teſtes in teſtamento adhibiti referunt Thereſiam tempore, quo lætali morbo detinebatur nec non diuerſos præ magnitudine morbi eiulatus emittebat, pluries ſub ignorantiæ Clypeo ſe ſigno Crucis renuiſſe ſubſcribere ſchædulæ teſtamenti, alibi latino idiomate per Patrem Albertum conſcriptæ, ad quam tandem ex nimio eiuſdem Patris impulſu deuenit. Illa Crucis appoſitio ſubſcriptionis vice deſeruiēs præter ſui voluntatem nec non, vt à vexationibus ſe eximeret præſumitur à Thereſia, ità ęgrotante perhabita, donec oſtendatur exaduerſo præcedens ipſius libera voluntas teſtandi, nec non diſponendi, iuxta modum contentum in ſchedula, cui nulla proinde debet
1 interim executio decerni, † vt in caſu magis dubitabili conſuluit *Caſtr. in conſ. 155. col. 1. ad med. verſ. ſed hic lib. 1.* vbi quod in morbo lætali
2 conſtitutus ſi nullum † priori interrogationi præbeat reſponſum, & in alteram lecti partem ſe vertat exactè poſtea cenſetur factioni Teſtamenti aſſentum præſtitiſſe *Corn. conſ. 103. ad fin. lib. 1. Iaſ. conſ. 196. col. 3. verſ. item diligenter lib. 1.* vbi hanc opinionem æquitati recenſet innixam nec non in iudicio amplectendam,
3 vt poſſit fraudibus † occurri *Ruin. conſ. 9. nu. 14. lib. 2. Aym. conſ. 127. num. 2. & 3. Socin. Sen. conſ. 129. num. 7. lib. 2. Surd. conſ. 373. num. 11. Cyriac. contr. 549. num. 88.*

Quæ ſanè opinio nullam dubitandi anſam videtur admittere in caſu propoſito, quo Pater Albertus Thereſię manum de facto apprehentam in ipſo ſubſcriptionis actu dirigebat, vt ex Teſtibus ſuperius recenſitis apertè conuincitur in iis verbis. *E mettendogli ilo penna in mano il Padre pigliò la mano di Teresia, e coſì fece il ſegno della Croce tenendoli la mano detto*
4 *Padre*. Hinc liberæ voluntatis præſumptio, excluditur in Thereſia nec non coactio ipſius ipſius plenè deſumitur eiuſdem præſertim reſpectā voluntate præcedente pluribus aperte non inſtituendi virum, ſin ſchedula ſcriptum hæredem, vt notat *Ruin. conſ. 9. num. 14. ad fin. lib. 2. Cyriac. contr. 549 nu. 87. verſ. ſecunda coniectura*; Tum etiam minarum incuſſu, ac ver-
5 berum, ab ipſomet viro illato Thereſiæ maximæ ſimplicitatis puellæ, ac in ſexto decimo dumtaxat ætatis anno de tempore obitus conſtitutæ, vt aduertit in ſpecie *Socin. Iun. in conſ. 146. num. 1. lib. 2*

Nec vrget quod minarum illatio, ac verberum probatione concludente deſtituatur, vti deſumpta ex Teſtibus ab ipſamet Thereſia dumtaxat deponentibus de auditu. Licet enim ſufficiens probatio nequeat ex tali depoſitione deſumi pro arcendo virum à lucri dotalis conſecutione non valet tamen exhitari, quin conjectura ſufficiens ex ea deſumatur pro arguenda præcedenti Thereſiæ voluntate excluſiua Teſtamenti ad viri fauorem. Ad
6 quem effectum ſola † extrajudicialis animi declaratio conſueuit ſuffragari *ex theorica Bartholi in l. non ſolum §. morte num. 13. & 14. ff. de noui oper. nunciat. Roland. conſ. 2. nu. 172. cum ſeqq lib. 1. Rota coram Canal. dec. 326 nu. 28.* quinimo plures Teſtes metu centurarum id ipſum quoque de auditu ab ipſomet Antonio viro, ac Anna ipſius ſorore atteſtantur. Quorū aliqui præterea de conqueſtibus deponunt, ac eiulatibus, emiſſis a Thereſia intra Domum viri de tempore quo ipſi verbera ab Anna inferebantur.

Hanc vero Thereſiæ voluntatem inſtituēdi virum nequit concludere bina Teſtium ſingularium depoſitio atteſtantium de eiuſdē Thereſiæ confeſſione poſt editum Teſtamentum emiſſa ſiquidem altera ex his exceptioni releuanti ſubiacet ab informantibus deductæ,
7 cuius virtute † nulla illi fides debet in propoſito caſu præſtari. Alter verò Teſtis pro exoneratione propriæ conſcientiæ medio iuramento ſe falſum depoſuiſſe declarauit. Et
8 licet regulariter inſpici debeat depoſitio ludicialis primitus edita, & altera ſperni, vt tradit *Abb. in cap cum in tua num. 9. & 10 de Teſtib. Dec. conſ. 189. num. 6. Surd. dec. 107. num. 2. Rota coram R. Tarraconen. dec. 447. num. 4.* Addūcta tamen
9 concluſio † limitari conſueuit in caſu, quo ſecunda depoſitio pluribus adminiculis fulcita noſcatur. Tunc enim, vel hæc fidem aſ-
10 ſequi debet, vt notat *Aym. conſ. 6. num. 45. & conſ. 75. num. 31. Roland. conſ. 40. nu. 13. lib. 1. Gabr. lib. 7. concluſ. 31. num. 17. & concluſ. 32. num. 15. Menoch. de arbitrar. lib. 2. Caſ. 108. num. 24. Rota in Ariminen. Cenſus 4. Iulij anni præteriti coram me*
11 vel ſaltem dictum vtrumque viribus omninò deſtituitur *Aym ad d. conſ. 6. num. 46. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 108. num. 23. Farinac. de Teſtib. queſt. 66. num. 217.* Quæ ſane adminicula ex præcedenti Thereſiæ animi aperitione videntur poſſe in propoſito caſu deſumi nec non ex verberibus pluries eidem illatis, ac deniq; ex coactione in actu teſtamenti ſubſecuta. Ex ſigno preterea Crucis nulla præcedente lectura per Theresiam ſchedulæ impreſſo nulla approbatio contentorum in ea inducta tenetur, dum ipſa litterarum ignara eiuſdem tenorem

norem ſchedulæ penitus ignorabat, vt plenè deductum fuit in deciſione præterita cuius fundamẽta etiam in hac parte Domini comprobarunt.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Perusina Hæreditatis.

Veneris 19. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Profeſſio tacita, & expreſſa Fratris Religionis Hieroſolymitanæ ex quibus eliciatur, quæ ex aſſertionibus, & enunciatiuis ſolis Fratribus conuenientibus emiſſis concluditur, vnde talis profeſſus de bonis ad commendatarium ſpectantibus, ratione commendæ illius, cui inſeruiebat diſponere prohibetur.

SVMMARIVM.

1 *Frater Cappellanus obedientiæ, & profeſſus in Religione Hieroſolymitana tenetur ex ſtatuto Religionis* cap. 3. tit. 5. *reſeruare bona Commendatori cuius commenda inſeruiebat, nec de illis teſtari valet.*

2 *Profeſſio tacita elicitur ex quo quis pro Profeſſo ſe geſſit habitum religionis geſtando*

3 *Profeſſi ſoli religionis Hieroſolymitanæ Crucem albam in pallio geſtant*

4 *Licentia teſtandi à Magno Magiſtro Religionis Hieroſolymitanæ petita demonſtrat exiſtentiam profeſſionis illius qui licentiam petit*

5 *Aſſertiones & enunciatiua conſultò emiſſa, & ſolis profeſſis conuenientes tacitam profeſſionem concludunt*

6 *Profeſſio ex aſſertionibus, & enunciatiuis reſultans eſt ſufficiens, & Religioſum Religioni obligat*

7 *Profeſſio tacite ex enunciatiuis & aſſertionibus emiſſis elicita probationem in contrarium non admittit quam reſultantem ex ipſius Religioſi reclamationibus*

8 *Profeſſio expreſsè facta ex quibus inſtificetur*

9 *Teſtes de facto proprio deponentes, & nobilitatis adminiculis ſuffulti eammodam fidem merentur*

10 *Præſumptio ſtat pro validitate profeſſionis, & qui contrarium tenet concludenter probare tenetur & num.* 11.

12 *Poteſtas acceptandi profeſſionem quoties ſerno eſt de Cappellanis* ex ſtatut. 29. de conſuetud. *eſt communis omnibus Fratribus*

13 *Statutum Religionis Hieroſolymitanæ* cap. 11. de recept. fratrum *mandat ne alicui poſt quinquennium queſtio ſuper ſtatu inferatur*

14 *Hæres factum defuncti ſeruare tenetur*

15 *Obligatio propria in odium non adimplentis retorquetur, & habetur pro adimpleta*

16 *Frater Hieroſolymitanus qui ſe pro tali geſſit debet ad obſeruantiam ſtatutorum compelli ſi non ratione ſubiectionis, ſaltem vigore fraudis ex quo pro tali ſe vſurpauerat*

17 *Deceptor dignus eſt, vt in caput ſuum mentiatur.*

DECISIO CCCXXXIV.

NON potuiſſe Iaſſeum de controuerſis bonis teſtari tertio Domini cenſuerunt
1 quia cum † eſſet Frater Cappellanus obedientiæ, ac profeſſus in Religione Hieroſolymitana, tenebatur ex religionis ſtatuto *cap. 3. tit.* illa reſeruare Commẽdatori Thomaſio, cuius Commendæ inſeruiebat.

2 De profeſſione Iaſſei conſtat tacitè, & expreſsè. Tacitè quia per lapſum annorum ſexdecim, & vltra non ſolum ipſe ſemper ſe geſſit pro profeſſo geſtando Crucem albam in pallio, † & auream in pectore, quæ ſolum
3 per profeſſos geſtari poteſt *Menoch. conſ.* 396. *num.* 15. *Rota poſt Tamburr. de Iure Abb. deciſ.* 13. n. 7. impetrando à magno Magiſtro licentiam
4 teſtandi, quæ † cum circumſcripta profeſſione non eſſet neceſſaria, illius exiſtentiam demonſtrat. *Ladereh. conſ.* 67. *num.* 6. *& ſeqq. Greg. deciſ* 385. *num.* 1. obtinendo Rectoriam Parochialem, quæ ex conſtitutione ſan. me. Greg. XIII. in ordine la 60. obligationem inducit, emittendi profeſſionem infra ſex menſes quatenus antea non emiſerit, eamque per tam longæuum temporis ſpatium annorum 16. & vltra poſſidendo profeſſione ſemota illa, eo ipſe vacaſſe diceretur. Et demum vti profeſſus litem inſtruendo in aſſemblea Prioratus Vrbis petijt contra Commendatorem Thomaſium & obtinuit congruam augeri, aliaq; bona Commendæ ſibi relaxari hodierno *ſum. Thomaſij num.* 9.

Verum etiam publicè, & palam non ſolum ab Equitibus Religionis habitus pro profeſſo & ad omnes functiones, & prærogatiuas admiſſus, ſed etiam ab ipſo magno Magiſtro, qui illi vti tali plura negotia ad Religionem ſpectantia demandauit. Huiuſmodi enim actus aſſertiones, & enunciatiuq non inciden
5 ter, ſed conſulto emiſſæ, ac ſolis profeſſis conuenientes tacitam profeſſionem per neceſſe concludunt *cap.* 1 *de regul. in* 6. *Panorm. & alij in cap. ex parte de regul. Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *cap.* 84. *num.* 5. *& ſeq. Addens. ad Greg. deciſ.* 385. *num.* 5.

6 Quæ quidem profeſſio † ex huiuſmodi actorum aſſertionibus reſultans eſt adeo vehementis probationis, vt etiamſi de alia profeſſione non conſtaret, quæ enim in præſenti cauſa concurrit, etiam ſola reputaretur ſufficiens, & Religioſum religioni obligaret, vt pluribus cumulatis auctoritatibus in his terminis firmauit, *Rota in Meliten. profeſſionis* 2. *Iunij* 1636. *coram bon. me. Carillo*, vbi quod iſta
7 profeſſio ſic tacitè elicita, dicitur præſumptio iuris, & de Iure non aliam probationem in contrarium admittens, quam reſultantem ex reclamationibus, & proteſtationibus ipſius Religioſi.

8 Expreſſe †. quia de ea teſtatur Eques Benzonius medio iuramento deponens Iaſſeum aſſiſtentibus Equitibus Caſciano, & monte Tauro in eius manibus profeſſionẽ emiſiſſe, dum locumtenens erat Eminentiſſimi Barberini. Cui concordant dicta aliorum Equi-

tum

tum hoc idem ab eodem Iaffeo pluries audi-
9 uisse affirmantium. Negari enim non potest prædictis testibus tanquam personis qualificatis, ac vel de facto proprio, vel de auditu ab eodem Iaffeo deponentibus omnimodam fidem esse adhibendam *Merlin. decis. 714. nu. 17 Rota in Mediolanen. Commenda 19. Iunij 1654. cor. R. P. D. meo Verospio, & in Romana Dotis 14. Iunij 1658. coram me §. quæ quidem.*

Nec placuit repetitum obiectum, quod nõ constet præcessisse necessarias requisitas iustificationes scilicet super qualitate personæ visas, & approbatas per assembleam Cappellanorum, ac integrum nouitiatum; Quodque in equite Benzonio deerat potestas professionem acceptandi. Præmisso enim quod eques Benzonius non ex abrupto, & de suo Capite motus fuit ad recipiendum in fratrem Iaffeum, sed de mandato Commendatoris Petuliæ, qui illum super probationibus factis certiorando per Epistolas rogauerat, vt Iaffeum in fratrem acceptaret, vt ibi: *Credo che il detto Iaffei facesse le giustificationi necessarie auanti che fosse ammesso, alla professione in conformità che mi scrisse il Commendator di Perugia, &c. Il detto Commendatore mi scrisse, che l'haueße fauorito di dare, & ammettere alla professione il detto Iaffei Summario Pasqualis num. 3.*

Omnes asserti defectus iustificationum nõ præmissarum, ac integri Nouitiatus vnica
10 responsione diluuntur. Quod † scilicet præsumptio sit pro validitate professionis, quodque omnia ad illam necessariò præmittenda præcesserint *l. ad rem mobilem 56. ff. de procur. Cirial. contra. 371. num. 17. Rota coram Merlino decis. 1. num. 7. & Castil. de manut. decis. 331. num. 6. & in Firmana professionis 2. Decembris 1639. coram Ill. Terracostn. inter rius impress. dec. 83.* Adeo vt
11 quis contrarium † prætendit tendatur id tanquam fundamentum propriæ intentionis plene, & concludenter probare *Rota coram Penia decis. 301. nu. 4. iuxta impress. Lugdunen. coram Cavalcr. decis. 246. per tot. ac in rec. decis. 725. nu. 7. part. 4. tom. 3. ac inter diuers. decis. 218. nu. 18. par. 2.*
12 Potestas † verò acceptandi professionem in Equite Benzonio frustrà impugnatur, dum illa quoties versamur in Cappellanis ex statuto 29. de consuetud. legitur communis omnibus Fratribus.

Et sane modo post lapsum annorum 16. & vltra, quo Iaffeus in habitu professorum vixit, & mortuus est, refricare hanc quæstionẽ non solum de diametro videtur esse contramentem Religionis in *cap. 11.* de receptione
13 fratrum mandantis, ne alicui post quinquennium quæstio super statu inferatur.

14 Sed etiam ex dispositione Iuris communis ipsi Francisco repugnans, † qui agendo pro vt agit hæreditario Iure Iaffei non potest defuncti factum, ac professionem toties à Iaffeo verbis ac factis comprobatam impugnare, vt in specie *Honded. conf. 78. num. 33. & 34. lib. 2.*

Sed dato ex abundanti non enim concesso, quod Iaffeus non fuerit verè professus, certè dum ad hanc rectoriam promouebatur, tenebatur saltem ex supradicta constitutione Greg. XIII. infrà sex menses fieri professus, & habitum suscipere: Vnde sibi imputet si ex parte sua non adimplenit interim enim-
15 propria obligatio quo ad effectum in odium non adimplentis, haberi debet pro adimpleto *Rustic. ad leg. cum Aurel. ff. de cond. & dem. lib. 3 tit. 4. num. 4. Buratt. dec. 5. num. 9. & decis. 339. num. 7. & ibi addit. num. 3. & 9.*

Quin imo ad hoc, vt ad fauorem Commendatoris Thomasii intret dispositio dicti statuti *cap. 3. tit. 5.* sufficit, quod Iaffeus publicè, & palam se gesserit pro professo, & tanquam talis eius Commendæ inseruierit, etenim ipse † compellendus est ad obseruantiam statuti, si non ratione subiectionis, ex quo non est de professis: ac de corpore religionis saltem vigore deceptionis, & fraudis, ex quo pro tali se vsurpabat, *arguit. text. in l. si quis minorem 2. C. si minor se maiorem dixerit l. si quis domum §. idem queritur ff. de locati & cond. cum*
17 *concordantibus*, dignus est † enim deceptor, vt in caput suum mentiatur.

Et ita dubio bis proposito vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Firmana Dotis.

Veneris 19. Iunii 1665.

ARGVMENTVM.

Venditio facienda de licentia Iudicis, si propria auctoritate fiat, est omnino nulla. Prædij diuersitas ex quibus arguatur. Spolij ratificatio ex quibus iustificetur, & iure spoliatoris qui vtitur post intentatum spolij iudicium ipsi iuri renunciare debet.

SVMMARIVM.

1 *Facultati vendendi propria auctoritate, quando renunciatum censeatur, & num. 4.*
2 *Venditio de licentia Iudicis facienda, si propria auctoritate fiat, est omninò nulla.*
3 *Pretium reperibile dicitur illud, quod reperitur re publicè ad vendendum proposita.*
5 *Clausula, omni meliori modo, non operatur validitatem actus, nisi data facultate faciendi actum.*
6 *Modus procedendi iudicialiter, & extraiudicialiter, est diuersus.*
7 *Relatio contraria relato, nihil operatur.*
8 *Prædij diuersitas, ex diuersis nominibus confinibus, mensuris, & pretijs, probatur.*
9 *Sententia producta contra producentem, probat.*
10 *Interpellatio est necessaria ad hoc, vt probetur quod fructus percepti in cansam damnorum, cesserint.*
11 *Tutor pupillo præiudicium inferre nequit.*
12 *Pupillus cum aliena iactura locupletari non potest.*
13 *Iure spoliatoris, qui vtitur post intentatum spolii, iudicium spolio renunciare debet.*
14 *Spolij ratificatio ex quibus iustificetur.*

DECISIO CCCXXXV.

EX CAPITE nullitatis, & excessus venditionis Bonorum, alias per Ioannam de Car-

Garreriis, loco pignoris assignatorum Ioanni Chrisostomo Argento, Rota sub die 20. huius mensis anni præteriti, respondit eidem Ioannæ dandam esse reintegrationem, & hodie Causa super his reproposita, stetit in decisis.

Nullitas enim venditionis adhuc visa fuit patens eo ipso, quod facta est propria auctoritate, absque speciali facultate, ita vendendi, & postquam actum fuerat iudicialiter, non tantum interpellando debitores, sed etiam pro licentia vendendi, & A. C. decreuerat vēditionem fieri per subhastationem, & deliberationem vltimo, & plus offerenti, ac vlterius vigore talis decreti cæpta fuerat subhastatio,
1 inde enim † censetur renunciatum facultati vendendi propria auctoritate, etiam si illa spe-
2 cialiter concessa fuisset, & † venditio spreto Iudicio inchoato propria auctoritate facta est omnino nulla, vt in his præcise terminis respondit *Rota decis.* 439. *num.* 8. *& seqq. par.* 9. *recent.*

Non obstat igitur, quod creditor constitutus esset procurator ad vendēn. pro pretio reperibili. Tum quia non inde benè infertur, quod data fuerit facultas vendendi propria au-
3 ctoritate, cum † pretium reperibile esse rectè dicatur illud, quod reperitur re publicè ad vēdēn. proposita, & ministerium Iudicis, non minus in pignore conuentionali, quam pretio reperiatur præsertim in Tribunali A. C. vbi hæc venditio facta fuit, vt præter *Salisl. & alios in decisione adductos, in specie aduertit Rota coram Duran. decis.* 445. *num.* 80. *&* 81.

Tum etiam, quia quando huiusmodi facultas creditori competisset adhuc illa præseruatione adiuit Iudicem, non pro simplici assistentia, in quibus terminis loquitur *decis.* 103. *coram Seraphin.* sed ad effectum subhastandi, &
4 deliberandi Iuris ordine seruato † censetur tali facultati renunciasse, & viam Iuris elegisse, *Rota dicta decis.* 439. *num.* 8. *& seq. par.* 9. *recent.*

5 Neque iuuat clausula, *Et omni meliori modo*, quia illa non operatur validitatem actus, nisi data facultate faciendi actum alio modo, quæ in hoc casu non fuit attributa, vt supra dictum fuit, ex allegatis per *Rotam coram Burat. decis.* 479. *num.* 9. *vers. quibus opus*. Eoque minus, quando modus non expressus est contrarius,
6 modo expresso, prout † sunt inter se modus procedendi iudicialiter, & extraiudicialiter ex notatis per *Barbos. clauf.* 95. *num.* 57.

Excessus autem in re, & quantitate pariter subsistit, nec respectu rei euitari potest, ex quo venditio, relationem habeat ad Instrumentū Assignationis; quia dum assignatio continet solum medietatem vnius prædij Dotalis in Contrada Sancti Francisci absque expressione quantitatis Salmarum 9. vt constat ex Instrumento Assignationis, summario Lauretani *numer.* 1. non potuit sub expressione dictæ quantitatis salmarum 9. sine manifesto excessu simul vendi aliud prædium contiguum in contrada Moysis, postea descriptum in Catasto ad fauorem Conuentati emptoris, & successiuè, ad fauorem Laurctani moderni successoris, & detentoris, summario Ioannæ *nu.* 1
7 & relatio † ad Instrumentum Assignationis, vti contraria facto, nihil operatur per ea, quæ tradit *Gratian. discept.* 632. *num.* 3. *cum seqq. & Burat. decis.* 113. *num.* 22.

Quod autem Prædium Moysis sit diuersū ab alio Prædio Sancti Francisci, patet ex Instrumento Dotali Ioannæ, in Actis producto, in quo ista duo Prædia pro diuersis, & cum diuersis nominibus confinibus mensuris, & pretijs fuerunt eidem assignata in Dotem,
8 quæ † illorum diuersitatem satis ostendunt, vt ponderauit *Rota coram Gregor. decis.* 555. *num.* 8. *& coram Seraph. decis.* 528. *per tot.* Quod verò quantitas sit salmarum nouem, non solum iustificatur ex ipso Instrumento venditionis, sed vlterius ex sententia contra eundem Conuentatum emptorem lata fauore aliorū creditorum super immissione in Saluiano, sum-
9 mario Ioannæ *nu.* 2. quæ † cum fuerit à Lauretano producta, cōtra ipsum benè probat *cap. cum venerabilis, de except. Burat. decis.* 160. *numer.* 3.

Sicut nec etiam euitari posse videbatur excessus sub prætextu quantitatis, quod fructus ex prædijs percepti cesserint in causam damnorum, & Societatum Officij, quia non sufficienter constat de requisitis ad hoc necessa-
10 rijs, & † signanter, quod fuerint factæ necessariæ interpellationes, iuxtà *decis.* 92. *num.* 1. *& seq. coram Otthob.*

Cęterum nullius momenti visum fuit ad excusandum spolium, quod venditio facta
11 fuerit à Tutore, qui † non poterat præiudicare pupillæ, nam præter quod non agitur de euitando præiudicio illato pupillæ, sed de purgando spolio commisso contra tertium, cum
12 cuius † iactura pupillus locupletari non debet, cessat obiectum; quia Lauretanus, qui vi-
13 titur † Iure spoliatoris post intentatum spolij iudicium, non solum illi non renunciauit, vt par erat, sed à sententia desuper lata ab A. C. appellauit prosequendo Causam in hoc Sacro
14 Tribunali, ex quibus † resultat eiusdem spolij ratificatio, iuxtà *decis. Gregor.* 525. *per tot. & Addens. ad eundem decis.* 336. *Cavaler. decis.* 501. *num.* 4. *& seq. & decis.* 505. *num.* 3. *in fin. ac decis.* 571. *num.* 8.

Ex quibus, & aliis ab Informantibus deductis, Domini steterunt in decisis. Vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.
Tudertina Census.

Veneris 19. *Iunij* 1665.

ARGVMENTVM.

Protestatio fit debitori debitoris auctoritate Iudicis, & quilibet tenetur obedire protestationi, & non excusatur. Tertia persona an prohiberi possit, ne suo debitori solutio fiat.

SVMMARIVM.

1 *Censu extincto persona obligata pro pretio, non debent cogi ad conuentam reinuestitionem pretij pro cau-*

cautione fauore tertij, qui pecuniam numerauerat.

2 *Conſtitutio Pontificia de Cenſibus vix permittit, quod in illorum extinctione requiratur conſenſus emptoris, ad effectum, vt pecunia remaneſtiantur.*

3 *Promittens, ad ſeruandam promiſſionem tenetur.*

4 *Proteſtatio ſit debitori debitoris auctoritate Iudicis, & debet quis proteſtationi parere, & non excuſatur.*

5 *Perſona tertia prohiberi poteſt, ne ſuo debitori ſolutio fiat.*

DECISIO CCCXXXVI.

IN DECISIS 10. Martij 1664. DD. ſteterunt videlicet Mandatum A. C. non eſſe exequẽdum pro fructibus; Nam repetendo factũ Bonauenturæ, qui emit bona a Petro Paulo ob euictionem eorundem agit cõtra Mariam Liuiam hæredem Nicolai, qui ratam pretij ſcutorum 109. receperat, vendendo Cenſum dicto Petro Paulo, & poſtea illum extinxit contra pactum; Quod in euentum redemptionis dicti annui perpetui Cenſus Venditor teneretur, & obligatus eſſet in redemptione, & extinctione requirere conſenſum emptoris bonorum, ad effectum, vt pecuniæ remaneſtirentur in bonis ſtabilibus, & Cenſibus, ſemper cum conſenſu, &c. At cum Petrus Paulus emptor Cenſus, ad huc ſit verus Dominus cenſus tamquam pretij bonorum venditorum, Nicolaus venditor, benè ſoluit, & extinxit, diſtraxitq; cum quo contraxit Cenſum ſolo periculo pretij ſub Conuento *pœna reiterationis*, vt ad litteram in Inſtrumento, & propterea ex his viſum eſt, non obſtare pactũ in fine declaratũ, ad effectum, vt ſemper pecuniæ remaneant pro euictione bonorũ emptorum, &c. ſicut nec verba, *in alijs bonis ſtabilibus, & cenſibus*, quæ non verificantur in fructibus ſpectantibus ad Dominum, ſed in ſtabilimento ſpectaturo ad Bonauenturam

1 cauentem ſibi pro euictione, ita † vt extincto Cenſu perſonæ obligatæ pro pretio, neque cogi potuiſſent ad conuentam reinueſtitionẽ ſterilis pretij, & pecuniæ pro ſimplici Cautione fauore Tertij, qui pecuniam numeraſſet, & ſolam ſibi cauerat pecuniæ ſecuritatem, & ſatisfuiſſet curare, vt pecuniæ collocarentur in tuto, & redimens potuiſſet illas deponere apud *Gratian. diſcept. 45. num. 17. verſ. ideo imputet, cum alijs apud Cenc de Cenſ. queſt. 59 num. 35. & 36. verſ. nam poteſt*, neque enim venditor Cenſus promiſit ſoluenti pretium pro Emptore facere in redemptione, & extinctione aliud, quam requirere eius Conſenſum, & ad effectum, vt pecuniæ reinueſtirentur, vt

2 ſupra, & vix hoc † permittente Pontificia Conſtitutione de Cenſibus, *Cenc. dicta queſt. 59 à dicto num. 35.* nec promiſit ipſe reinueſtire, vt

3 ex † hac promiſſione teneretur, iuxta *§. mẽdati, l. 8. §. vltimo, leg. ſi mandauero 22. ff. mandat. Houdet. conſ. 39. à num. 3. lib. 2. & ſæpe Rota poſt Salgad. deciſ. 57. num. 3. cum alijs*, & meritò mandatum A. C. exequendum, ad effectum deponendi, reſponderunt DD. 14. Febru. 1659. & dicebatur quotidiè vſitatum in locis Mõtium.

Ex quibus pretium Cenſus hodiè haberi pro extante viſum eſt.

Sed cum Bonauentura contẽderet fructus, & Cenſus haberi pro extantibus, ex Cauſa denunciationis debitori factæ 29. Nouembris 1611. ne auderet exburſare alicui perſonæ ſortem principalem, neque fructus decurſos, & decurſuros, donec, & quouſque, &c. ad varia tempora extinctionum particularium Cenſus, & vltimæ partis extinctæ 26. Maij 1620. etiam citra quamcumque aliam obligationẽ

4 conuentam, nam † proteſtatio ſit debitori, debitoris auctoritate Iudicis, & debet quis proteſtationi parere, & non excuſatur ad *leg. vlt. ibi teſtato conuentum emptorem. ff. de leg. commiſſ. Bartol. ad §. morte. l. non ſolum, ff. de non. oper. nunc. num. 15. verſ. quandoque talis proteſtatio, cum annot. à Pariſ. & Alex. & Iaſon. num. 29. Roman. conſ.*

5 141. *ad fin. ibi. Quoniam* † *licet tertia perſona regulariter poſſit prohiberi, ne ſuo debitori ſoluto fiat*, &c. Cum ibi annotatis à Mandoſ. hæc, & huiuſmodi non negarunt DD. negata exequtione mandati ſolum ex contractu, & quaſi irreſoluto iuxta deciſiones,

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Amotionis Lapidis.

Lunæ 22. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Operi publico, de Iure non eſt licitum apponere alia inſignia, vel nomen, niſi Principis, vel eius cuius pecunijs factum eſt opus. Et quid de conſuetudine ſeruetur, quæ tamen conſuetudo, ſi ſit contraria Iuri Communi, non eſt ſeruanda.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, quando fuit edificata expenſis totius alicuius Vniuerſitatis, non poſſunt Priores illius apponere ſuum nomen.*

2 *Operi publico, non licet aliquod nomen apponere, quam ipſius Principis.*

Vel eius, cuius pecunia fuit factum tale opus, & hoc eſt in iure indubitatum, num. 3.

4 *Operi publico, quod poſſit apponi nomen alicuius particularis, eſt opinio reprobata.*

5 *Conſuetudo non eſt ſeruanda, ſi ſit Iuri Communi contraria.*

6 *Operi publico, quod particularis poſſit apponere nomen ſuum, permittitur, ſi Vniuerſitas non reclamet.*

7 *Ita quoque Populo volente, admittitur contraria cõcluſio, & num. 8.*

9 *Arma, & nomina, quare ſolent apponi in operibus publicis.*

DECISIO CCCXXXVII.

AD perpetuam memoriam dedicationis Templi ab vniuerſitate Carpentariorũ pro-

proprio ære constructi, & diuo Iosepho Deiparę Sponso dicati fuit affixus lapis, & in eo incisa nomina Gubernatoris Custodum Prouisoris Camerarij, & duorum operariorum quæ cæteri de vniuersitate, haud Sculpere potuisse prætendentes intendebant illa delere; Vnde apud me quæsitum fuit An eis liceret, & licere Rota censuit, quia cum Ecclesia fuerit ædificata expensis totius vniuersitatis non possunt particulares eorum nomina apponere, vt responderunt *Marcell. I.C. in l. 32 in fine ff. de oper publicis.* vbi operi publico aliud nomen quam Principis, aut eius, cuius pecunia id opus factum sit non licere inscribere & probant *in specie Ioannes de Anan. cons.* 86. *n.* 2 *Bombin. cons.* 6. *num.* 23. *Honded. cons.* 100. *nu.* 48. *lib.* 2. *Cepoll. de seruit. urban. prædior. de Pictur. & incrustat. num.* 9. *fol.* 71. *Vinc. de Franch. dec.* 443. *& ibi Add. nu.* 5. *Capic. dec.* 27. *num.* 45. *Ioannes Aloysc. Ricc. in decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapol.* 154. *num.* 1. *part.* 3. vbi quod hoc est † in Iure indubitatum, & in *Collectan.* 1062. *in princ. &* 1605 *part.* 5. *Mainard. dec.* 60. *lib.* 2. *Sanfelic. dec.* 283. *per totam.*

Non obstat, quod inquiunt *Albericus de Rosate in l. libertatem* 2. *in fine ff. de oper. public. Cassan. in Catalogo gloriæ mundi par.* 1. *consideratione* 15. *de consuetudine seruari contrarium*; siquidem contra *Alberic. & Cassaneum indicant*: *S. Cons. Neapolit. coram Vinc. de Franch. in dicta decis.* 443. *cuius sententia postea secuti sunt omnes superius allegati, & alii relati in d. dec.* 283. *Sanfelic. vbi loquitur in terminis Guardiani per ipsum apposita in Cappella in honorem Sancti Antonii Patauini ex piorum elemosinis constructa.*

Insuper consuetudo, cui in totum hæc facultas tribuitur, vel non est seruanda tanquã Iuri communi contraria. *cap. Episcopus vbi glos. de punit. & remiss. in* 6. *gloss. in Clementina* 1. *in verb. ministro, de priuileg. Butr. in cap. ex officijs de præscript. & in puncto talem esse concludit Vinc. de Franch. in præcitata decis.* 443. *vers. vnde ex præditis*: Vel in eo casu est illi adhærendum, quo Populus tolerat, & ab † inscriptione facta nõ reclamat, vt per *text. in l. fin. ff. de oper. public. expendit Petr. Gregor. Tolos. in Sintagmat. Iur. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 7. vbi † tunc enim permittitur nomen suum inscribere, volente Populo, quem refert, & sequitur *San Felic. in eadem dec. decis.* 283. *num.* 7. dicens requiri consensum Vniuersitatis, vel alterius, cuius interest, vt nomen † inscribi possit.

Verum quia resolutio prodijt, Archiconfraternitate tantũ informante, & vnus ex DD. aduertebat, quod per illa verba inscriptionis bis repetita, *Curantibus Cosmo Cauano, &c. cæterisque Confratribus*, excluditur † intentio vsurpandi Dominium, & ius aliquod in Ecclesia acquirendi, ad quem finem signanter solent apponi Arma, & Nomen, vt considerat præ cæteris allegatis. *Bombin. in dicto consil.* 6. & potius deprehenditur id procurasse ad ostẽdendum tempore Cõsecrationis Ecclesiæ ipsos fuisse Archiconfraternitatis officiales; ideò si ipsi velint, possunt super hoc informare.

Et ita decisum, &c.

R. P. D. CERRO DECANO,

Nunc S. R. E. Cardinali.

Romana Canonum.

Luna 22. *Iunij* 1665.

ARGVMENTVM.

Canon ab emphiteuta soluitur in recognitionẽ directi dominij, nõ in compensationem fructuum. Pœna caducitatis in contractu Locationis, etiam ad longum tempus, an locũ obtineat. Pactum emphiteusis contractibus adiectum est omninò seruandum.

SVMMARIVM.

1 *In Contractu emphiteusis perpetuæ ad differentiam simplicis locationis ad modicum tempus, non fit remissio ob sterilitatem contingentem in fructibus.*
2 *Emphiteuta soluit Canonem in recognitionem directi dominij, & num.* 6.
3 *Dominium est indiuisibile.*
4 *Emphiteuta semper ad integram solutionem tenetur non habita ratione sterilitatis, & diminutionis, nisi in totum res perierit.*
5 *Canonis reductio, vt deregetur causa pro qua soluitur, inspicitur.*
7 *In Emphiteusi res concedi solet ad meliorandum.*
9 *Pœna caducitatis non habet locum in contractu Locationis etiam ad longum tempus, sed benè in contractu emphiteusis.*
10 *Pactum contractibus emphiteusis adiectum est validum, & omninò seruari debet, & num.* 8.
11 *Quæstionem diuersam quæ respiciunt à Causa non attenduntur.*

DECISIO CCCXXXVIII.

MONASTERIVM, & Monaci S. Pauli, anno 1610. concesserunt in emphiteusim, perpetuam quoddam Terrenum in loco nuncupato, *li Monti di San Paolo*, pluribus, & diuersis personis pro annuo Canone scutorũ duorum pro singula Petia terræ, cum pacto, quod in termino trium annorum Conductores deberent dictum Terrenum excassare, ibique plantare Vineas intra triennium, summa Monasterij *num.* 1. cum autem post Vinearum plantationem fuerint soluti Canones semper ad dictam rationem scutorum duorum pro singula Petia, hodie nonnulli ex Canonistis instructo Iudicio contra Monasterium, obtinuerunt à R. P. D. Bulgarino A. C. Locumtenente, Decretum super reductione Canonum: Vnde commissa mihi Causa appellationis à Sanctissimo Domino Nostro, cum clausula, non retardata integra solutione Canonum, & proposito dubio, An sit locus reductioni, Rota negatiue respondit.

1 Siquidem versamur in cõtractu emphiteusis perpetuæ, vbi ad differentiam simplicis locationis ad modicum tempus, non fit remissio ob sterilitatem contingentem in fructibus
2 cum enim † emphiteuta nõ soluat Canonem in fructuum compensationem, sed in recognitionem

1 gnitionem directi Dominij, quod † est indi-
4 uisibile † semper ad integram solutionem te-
netur nulla habita ratione sterilitatis, & dimi-
nutionis, nisi in totum res perierit, vt cõmu-
muniter tradunt *Bartol. in leg. prime. num. 4. Cod.*
de iure emphit. ibique Cin. quæst 7. Bald. num. 21.
Salicet. num. 10. Angel. in fine, numero 17. & seqq.
Natta consil. 49. num. 23. & 33. Rota coram Cardi-
nali Seraphino decis. 286. num. 12. & in recen. decis.
699. num. 1. par. 3.

Idque etiam si Canon non sit modicus, nec exiguus, sed magnus correspondens fructibus
5 quia † ad effectum denegandi petitam redu-
ctionem, non inspicitur quantitas, sed causa,
6 pro qua soluitur † in recognitionem, scilicet directi dominij, non autem in fructuum cõ-
pensationem, vt dixerunt *Alciat. consil. 49. nu. 5.*
vers. aliam rationem, lib. 5. Corbul. de cons. primat. ob
non solut. canon. num. 1. & 2. cum seqq. Capic. Latr.
decis. 18. num. 7. cum seqq. & præsertim num. 11. &
12.

Non obstat, quod dum Canon correspondet fructibus contractus, non æstimetur em-
phiteusis, sed locationis in qua fit reductio, quia hunc esse constat emphiteuticũ, cũ desu-
matur tam ex verbis Instrumenti summatim Monasterij *num. 1.* Ibi, *Et in emphiteusim perpe-*
tuam concessit, quam ex conuentionibus, & pactis in
eodem Instrumento adiectis, nam præter quod concessum fuit nudum Terrenum ad melio-
7 randum, vt † fieri solet in emphiteusi, quod-
que explicitè conuentum fuit, vt solutiones
8 fieri † deberent pro Canone, & nunquam in-
telligerentur factæ pro Censu Liuello, seu re-
sponsione, *Gabr. consil. 43. per tot. lib. 2.* plurimũ facit pactum de non alienando cum pœna ca-
ducitatis adiecta in casu alienationis factę ir-
9 requisito Domino, quæ † pœna iuxta veriorẽ
tententiam, non habet locum in contractu lo-
cationis, etiam ad longum tempus, sed bene
in contractu emphiteusis, vt testatur *Mantica*
de tacit. lib. 22. tit. 2. num. 55. & seq. Card. Seraphin.
decis. 333. num. 1. & decis. 400. num. 8. par. 1. recen.
cum alijs allegatis in Romana Emphiteusis, seu De-
uolutionis Domorum 5. Maij 1660. §. quod autem,
coram Meltio Episcopo Papien.

Et cessare omnem difficultatem Domini existimarunt, ex quo emphiteutæ cum iura-
mento se obligarunt soluere Canonem ea quantitate conuenta absque exceptione etiã
deuastationis in totum, vel in parte vineatũ, ac sterilitatis ac alterius cuiuscumque casus
fortuiti, & infortuiti ac insoliti etiam in Cor-
pore Iuris clausi, vt sunt verba Instrumenti dicto summario *num.* Inde enim sequitur vt
non valeat ex aliquo capite luenda pro redu-
10 ctione resistente dicto pacto † quod in hu-
iusmodi contractibus validum esse, & omni-
no seruan. tradunt, *Rota cons. 197. num. 14. &*
15. Valasc. de quæst. 27. num. 14. & 19. Castillo tom.
Iur. lib. 3. cap. 3. num. 21. cum plurib. seqq. Fab-
gin. de solut. con. quæst. 4. num. 118. Rota decis. 327.
num. 4. vers. sed quid si pars 4. diuers. decis. 670. n. 2.
part. 3. rec. & in Romana emphiteusis 12. Decem-
bris 1664. §. fin. coram R. P. D. meo Ecclesia-
que.

Hinc exclusa reductione ex capite diminutionis fructuum parum releuat prætentio, quod contractus à principio fuerit latiuus ex quo Monasterium ex terris controuersis ante concessionem percaperet dumtaxat annua, scuta duo, pro quolibet rubro vltra quod eum locationes ad alium effectum adductæ, non percutiunt. Terras controuersas, & loquuntur dumtaxat de herbis hiemalibus non autem de omnibus fructibus; Periti vero non fuerunt iudicialiter electi, in hoc Iudicio re-
11 ductionis Canonis † hæc non sunt attenden-
da cum respiciant diuersam quæstionem, rescissionis scilicet contractus, *ex l. 2. C. de re-*
scind. vend. vel renunciationis rei emphiteut. *ex*
l. 2. C. de Iur. emphit.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILACQVA

Meleuitana Bonorum.

Lunæ 22. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Quidquid appellatione pendente gestum est dicitur attentatum, quod venit omnino reuocandum leg. diffamari C. de ingen. & manumiss. remedium quando competat.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente nihil potest innouari citra vitium attentatorum.*
2 *Constitutio Regni Siciliæ continuat defuncti possessionem in heredes.*
3 *In Iudicio manutentiæ non datur appellatio quoad effectum suspensiuum, & ratio num. 4.*
5 *Appellatio ad effectum suspensiuum, & deuolutiuũ ex quo intret.*
6 *à Iudice, qui suo officio functus fuit appellare licet.*
7 *Attentatum quidquid fuit reuocari debet.*
8 *L. 2. diffamari C. de ingen. & manumiss. remedium non competit, nisi quis possideat rem, super qua petit absolui.*
9 *Restitutio Bonorum præsupponit antecedentem illorum possessionem.*

DECISIO CCCXXXIX.

FVIT in proposito casu resolutum pro Ioanne Baptista informante nempè constare de attentatis ... item à sententia per Reuerendissimum Inquisitorem promulgata sub die 13. Nouembris fuit triduo post inte-
1 iecta appellatio; Vnde † non potuit die se-
quenti ad executionem illius deueniri, vt fa-
ctum fuit, citra vitium attentatorum, *cap. non*
solum de appellat. in 6. l. 1. ff. nihil nouan. appell.
interpos. Grat. respons. 123. num. 9. lib. 2. Rotæ coram
Card. Seraphino decision. 130. in princ. Canal. decis.
400. num. 1. & Post modern. Pecus. de appellat. decis.
1264. pariter num. 1.

Nec obstare visum fuit, quod actum fuerit in Iudicio manutentionis per Heleuaten-

Ioannis Baptistæ sororem intentato in possessione medietatis bonorum hæreditatis com-
2 munium parẽtum ab intestato in vim † constitutionis Regni Siciliæ continuatis posses-
3 sionem defuncti in hæredes in quo † non datur appellatio, quo ad effectum suspensiuum, *Menoch. de retinen. remed. vltimo num.49. Bruntand.decis.79.num.2. Ioseph. Luda.decis.Perusin.20. num.2.*

4 Quia † cum coram Iudice fuerit pro parte Ioannis Baptistæ oppositum de testamento Dominici Patris, per schedulam illius, in quo legitur scriptus hæres vniuersalis, & desuper deuentum ad actus Iudiciales, & productionem articulorum pro examinandis testibus super recognitione manus Testatoris. Nec non de Instrumento dotali Helenæ, dum fuit nuptui tradita, cum subsecuta renunciatione successioni in bonis matris prædefunctæ, & nihilominus his non obstantibus in dicta sententia declaratur, Dominicum ab intestato decessisse ibi: *Coniugum ab intestato defunctorum*, & sic per illam deducitur personalis quæstio pendens ab existentia, & validitate dicti testamenti, vel non, ita vt Helenæ vti hæredi sit
5 delata medietas hæreditatis. Vtique † intrat appellatio ad vtrumque effectum, *Bald. cons. 140., 330. & 331. lib. 1. Menoch. de adipisc. remed.3.num. 90. vers.2.Casus Gratian. discept. Forens.cap.694. num.12. & 13. Thomat.decis. Marchiæ 38.num.16.& 17. Rota coram bo.mem. Merlino dec.41.num.16.ad finem, & coram Reuerendissimo Terracinen.decis.312.num.12.*

Attento præterea quod Iudex non per viam decreti, & modum interlocutoriæ concessit dictæ Helenæ mandatum, de manutenendo in possessione dictæ medietatis bonorum, sed pronunciauit per cedulam in scriptis, qua mediante functus fuit officio suo, & non retinuit amplius facultatem illud re-
6 uocandi, † & ob id magis licuit appellare, vt distinguendo tradunt *Grat.discept.318.num.38. Rota decis. 283. num.3. & 4. part. 2. rec., aliique concordantes adducti per Rolb.de manut.Obser.106. num. 68.*

7 Constito † igitur de attentatis sequitur, quod sint reuocanda, & pro illorum reuocatione concedenda manutentio Ioanni Baptistæ, *iuxta decis. Seraph. 1176. num 6.* quam continuò sequuta fuit Rota, & signanter *coram bon. mem. Corrino decis.380. numer.3. & 4., & in Melenitana Parochialis 21. Iunij 1651. & in Leodien.Lenorum, seu attentatorum 29. Maij 1654. finali coram Reuerendissimo D.nostro Decano.*

De illius enim possessione constat tam ex Iudicio in vim l.diffamari C.de ingen.& manum. contra Helenam moto, † cuius remedium non competit, nisi quis possideat rem,
8 super qua petit absolui, *Bald.in l.3.num.4.vers. nota quod reus C.ani bon.poss.ord. possid. Rota decis. 142.num. 2. post Pacif.de Saluiano, & coram bon. mem. Merlino decis. 144. num.4.*, quum ex ipsa sententia, in qua dictus Ioannes Baptista condemnatur ad restitutionem fructuum à die motæ
9 litis perceptorum, † quod de necessario consequenti præsupponit illius antecedẽs bonorum possessionem *l. Titia ff.de solut. Rod.&c. 13.nu.21.part.5.rec.*

Et ita dicto Ioanne Baptista tantum informante, Procuratore Helenæ sæpius citato &c. fuit conclusum.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Fanen. Hæreditatis.

Lunæ 22. *Iunij* 1665.

ARGVMENTVM.

Filia in legato dotis legitima soluta præsumitur ei à patre titulo honorabilis institutionis relicto. Trebellianica non debet detrahi, si de voluntate testatoris illam non detrahendi appareat. Statutum Fanense *lib.2.cap.45. & 47.* quid disponat.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio concepta sub conditione si sine filijs decesserit, decedente instituto sine filijs dicitur purificata.*
2 *Legitima soluta censetur filia in legato dotis ei à patre titulo institutionis relicto.*
3 *Statutum Fanen. lib. 2. cap. 45. disponit dotem succedere loco legitimæ.*
4 *Trebellianica nunquam detrahitur, etiam si substitutio sit mediata.*
Ampliat si non appareat de voluntate testatoris illam detrahendi & nu. 5.
6 *Statutum Fanense, lib. 2. cap. 47. defert lucrum dotale viro in medietate dotis.*

DECISIO CCCXL.

PLACVERVNT Dominis fundamenta decisionis editæ sub die 10. Decembris proximipræteriti coram Reuerendissimo Gerunden., & ideo coram me in eius locum substecto hodiè in decisis persistendum respõderunt.

Cum enim Victoria Massa instituerit sibi hæredem Petrum suum virum, eique substituerit Communitatem Fanen. mortuo Petro pretendens Communitas bona Victoriæ transisse ad Elisabetham alteram Petri Vxorem, egit contra eam pro immissione in bonis ad hæreditatem Victoriæ spectantibus, & cum supposito, quod ea spectarent liberè, & absque vllo restitutionis onere fuit concessa immissio Communitati, sed post modum reperto testamẽto Ioannis Andreæ Patris Victoriæ, in quo ea instituta in solis scutis 1500. in reliquis grauabatur restituere pro dotandis pauperibus puellis. Ideo post hanc facti varietatem opus fuit singulatim perquirere, ad quam summam ascenderet Victoriæ hæreditas, & an verè solutis debitis remanerent aliqua bona, super quibus posset Communitati concedi petita immissio, & iuxta decisum coram Reuerendissimo Domino meo Gerunden. fuit hodie compertum prætatam hæreditatem ascendere ad scuta 2559. ba. 50. sed

protinus

protinus absorberi ab ære alieno ascendente ad scuta 2027. ba. 70. nihilque propterea superesse in quo possit Communitati concedi immissio.

Valor hereditatis conflatur primo ex dictis scutis 1500. eidem Victoriæ à Patre relictis, nec hodie controuersis. Item ex alijs scutis 400. Victoriæ debitis pro medietate dotis maternæ cuius altera medietas fuerat per transactionem vtiliter soluta Patribus obseruantiæ,
1 qui † eam in totum pretendebant vigore substitutionis eorum fauore factę à Matre Victoriæ, si ea sine filijs decessisset prout decessit, vt fuit ponderatum in decisione tertia huius Causæ coram R.P.D.meo Albergato 3. Iunij 1661. §. præterea, & in decision. quæ reuidetur §. 2. dotem.

Rursus augebatur hæreditas prędicta ex legitima, debita Victoriæ ex persona Nicolai eius fratris præmortui, quæ ex calculo relato in decisione, quæ reuidetur in §. ad effectum autem cum quò Domini trăsierunt in hac parte ascendit ad scut. 659. ba. 50.

Et ex his tribus partitis tantum putarunt Domini perfici iustum valorem præfatæ hæreditatis, Ad cuius computum dixerunt non esse admittendas binas alias partitas nempè legitimæ, & Trabellianicæ, quas Communitas contendebat debitas fuisse Victoriæ.

2 Quia † legitima censetur soluta in legato dotis scutorum 1500. ei à Patre titulo honorabilis institutionis relicto, *per text. in l. scimus C. de inoffic. test. & prater relatos in decisione, quæ reuidetur §. tertio portionem in fine fuit etiam dictum coram Greg. decis. 545. per tot. & signanter numer. 2. Vbi Addenda ibi citatis stante etiam statuto Fanen.*
3 *lib. 2. cap. 45.* † disponente dotem succedere loco legitimæ summ. Elisabethæ *num. 1.*

Et Trebellianica visa est non deberi, quia fuit substituta Causa Pia, & ad eius fauorem
4 aperta successio, † quo in casu ex communi Doctorum opinione, quam tenet Rota etiam si substitutio sit mediata, nunquam detrahitur ex benè firmatis in decisione, quæ reuidetur §. Trebellianica, & prius fuerat dictum
5 *in decis. 373. num. 6. in fine part. 2. recent.* Dum † præsertim nullibi apparet voluntas Testatoris eam detrahendi, *Rota coram Merlin. decis. 248. num. 15. & 16.*

Posito igitur valore huius hæreditatis in scutis 2559. ba. 50. videndum est de illius ære alieno; Quod resultat ex pluribus solutionibus à Petro Victoriæ hærede factis pro variis debitis hæreditarijs, legatis, aliisque iustis expensis, quæ ascendunt ad scuta 1877, ba. 78. & debent ferri in debitum præfatæ hæreditatis, vt fuit admissum in omnibus ferè decisionibus huius causæ relatis in ea, quæ reuidetur
6 §. vice versa; Et ex lucro dotali debito Petro Victoriæ viro ei per statutum Fanen. *cap. 47. lib. 2.* delato in medietate dotis, quòd saltem ad scuta 750. ascendit, licet præsupponeretur quod Dos Victoriæ consisteret in tolis scutis 1500. à Patre legatis.

Ex his cum appareat hæreditatem Victoriæ longè protinus absorberi ab ære alieno, nec proinde superesse bona, in quibus possit Communitati concedi immissio, Domini pertistendo in decisis responderunt pro informatione sententiæ eam concedentis.

Vtraque parte informante &c.

R.P.D. BOVRLEMONT.

Reatina Castrorum.

Lunæ 22. Iunij 1664.

ARGVMENTVM.

Mandatum factum à minore cum promissione de rato cuius iuramentum dubitari non potest quin sit validum, qui in iudicijs possessorijs potest absque solemnitatibus sistere, & sine iis procuratorem constituere. Sententia contra legitimè citatum est executioni demandanda.

SVMMARIVM.

1 *Sententia propter defectum citationis interesse habentium in causa redditur inefficax.*
2 *Mandatum factum à maiore, & à minore qui promisit de rato cum iuramento est validum.*
3 *Iuramentum minoris promittentis de rato reddit illum maiorem.*
4 *Minor in Iudicio possessorio potest absque solemnitatibus sistere, & sine iis procuratorem constituere valet.*
5 *Causam eandem non dicitur quis habere cum altero ad illam veniente, quando diuersa est inter eos causa successionis, & num. 6.*
7 *Sententiæ nullitas non potest opponi quando fuit diuersa causa defensionis.*
Amplia vt num. 8.
9 *Sententia contra legitimè citatum venit exequenda.*
10 *Processus contra citatum semper subsistit, & non potest iuuari defectu citationis contra alios non exequitos.*
Amplia vt num.
12 *Exceptio nullitatis reiicitur quoties de illa clare, & euidenter non patet.*

DECISIO CCCXLI.

POST binas sententias Rotales adiudicantes Domino Tancredi vnicas quinq; hæreditatis Materiæ, disputato; an esset locus statuto de duabus, negatiuè responsum fuit, ex quo visæ fuerant sententiæ inualidæ ob defectum citationis contra Octauium, & Angelii, quam nullitatem etiam Thomæ nunc solum instanti suffragari dicebatur, quia interesse erat individuum, eademque erat causa defensionis, cum quo supposito binæ itidem emanarunt super hac nullitate sententiæ. Hodiè verò coram me super harum confirmatione consulta Rota melius dilucidata facti serie infirmandas esse respondit.

Quidquid enim sit an respectu Angeli, &
1 Octauij † dici possint nullæ præfatæ sententiæ ex defectu legitimæ citationis, quod valde

dubium visum est Dominis, quia vterque constituit procuratorem in Causa, qui in vno
2 quoque actu citatus comparuit, & defendit, † de cuius mandati viribus hæsitari non potuit respectu Angeli, quia erat maior viginti summario Tancredis *num.* 12. & *seq.* nec respectu Octauij fuerit minoris, vel quia promiserat
3 de rato cum iuramento, † quod illum repræsentat maiorem, *vt inquit Vinc. de Franch. dec.* 448. *num.* 1. & *per tot. Cancer. var. resol. lib.* 2. *cap.* 1. *de minoribus num.* 224. *Gutier. de iuram. part.* 3. *cap.* 11. *num.* 3. *cum aliis bene firmatis in decis. huius causæ* 27. *Iunij* 1663. *coram R. P. D. meo Taya* §. *vltimo & fuit etiam dictum in una Reatina beneficij Collesegati* 20. *Iunij* 1550. *coram bo. mem. Guidobono quam refert, & sequitur Mandos. in tract. de minor. ætat. quæst.* 9. *num.* 4. Vel quia † cum actus fuerit in iudicio possessorio, in quo potest
4 minor sistere absque solemnitatibus, ita sine ijs potuit procuratorem constituere, *Lap. in verb. de donat. inter vir. & vxor.* §. 6. *glos.* 6. *nu.* 16. *vers. & per hoc tollitur Rub. in singular. part.* 6. *conclus. prima numer.* 15. *Posth. de manut. obs.* 57. *in fin. Rota coram Pucc. dec.* 158. *nu.* 2. *& 3. dec.* 162. *per tot. lib.* 1.

Adhuc indubiũ visum est Dominis, quod respectu Thomæ sententiæ dici debeant valide, & efficaces, quia fuit animaduersum cessare vtrumque suppositum super quo fuerat super nullitate responsum.

Siquidem interesse compertum est omino diuiduum, imo distinctum & contrarium,
5 dum Angelus, & Octauius venerunt ad causam non soluũt contra Tancredem, sed etiã contra Thomam, cum quo non eamdem, sed diuersam habent causam successionis, & cuius respectu dicebantur actores, is verò reus. Et quamuis omnes viribus niterentur ad excludendum Tancredem eodem tamen tempore sese inuicem excludere conabantur faciũt ad hoc firmata per *Rotam dec.* 448. *n.* 2. *part.* 9. *recent.*

Quę tanè euidens diuiduitas benè Rotæ innotuit, quando exclusis in totum Angelo, & Octauio assignauit septem vncias Thomæ, vt habetur in princio decisionis R. P. D. mei Prioli 9. Iunij 1659.

Et exinde facilius visum est diui aliud
6 suppositum, † quod eadem met causa defensionis, dum diuersum erat inter eosdem succedendi, dumque Angelus, & Octauius se defendendo impugnabant iura Thomæ, pro vt ipse eorum etiam iura conabatur infringere vt benè ad propositum, *Rot. dec.* 601. *n.* 15. *& 16. part.* 4. *tom.* 3. *rec.*

7 Qua propter † data diuersitate defensionis, & interesse non potest Thoma suffragari adductã nullitas sententiarum, vt optimè probat, *Roman. cons.* 410. *num.* 2. *vers.* 3. *quia & num.* 4. *per tex. in l. de vnoquoque in prin. ff. de re iudic. Lancell. de attent. ampliat.* 11. *num.* 12. *Guidopap. quæst.* 120. *num.* 967. *vers.* 2. *fallit cum aliis diffuse relatis in decis. R. P. D. mei Taia* 27. *Iunij* 1663. §. *alicui ubi &* † Quamuis etiam probaret Thomas, quod pro indiuiso bona possederit cum
8 Octauiano. *Virgil. de legit. person. cap.* 1. *num.* 13. *Barbos. in l. vnica num.* 3. *& seqq. cap.* 11. *in comm. eademque cauſ. Mortan. de tutel. cap.* 33. *nu.* 507. *& Crot. cons.* 344. *num.* 12. *lib.* 3. *aliisque add. in d. decis. R. P. D. m. Taia* §. *non obstante.*

9 Et eo certius quod † sententiæ per Tancredem obtentæ vtique poterant exequi super portione Thomæ, quia fuit legitime citatus vt probatur ex summario Tancredis *num.* 10. absque præiudicio possessionum Angeli, & Octauij, quo casu quicquid dicendum foret
10 respectu illorum semper valuit † processus contra citatum, qui non potest iuuari defectu citationis contra alios non executæ, vt tradit, & firmat *Adden. ad Gregor. decision.* 319. *numer.* 7.

11 Dum † illi præsertim huic nullitati renunciarunt, *Rota decis.* 577. *num.* 3. *vers. intrat disput. part.* 4. *tom.* 1. *rec. & tradit Bald. in l.* 2. *num.* 1. *& 2. C. de consort. eiusdem lit. Lanar. cons.* 51. *num.* 4. *Lancellot. de attent. part.* 2. *cap.* 12. *Ampliat.* 11. *n.* 7. *& 10. Giurb. dec.* 27. *nu.* 4.

Et constat de bono iure Tancredis ex duabus sententijs, & septem decisionibus præce-
12 dentibus, quo casu, † quando prout hic non apparet declara, & indubitabili nullitate ea solet vt plurimum reijci præsertim in hoc supremo Tribunali, *Giurb. decis.* 70 *num.* 2. *Magon. dec. Lucen.* 25. *num.* 45. *ibi Add. lit. M. cum aliis in dicta decis. R. P. D. mei Taya* §. *& aliquis, quibus addi posset decis.* 682. *numer.* 6. *coram Mellino, & decis.* 363. *num.* 4. *& decis.* 345. *numer.* 1. *coram eodem.*

Et ita vtraque parte informante decisum &c.

R. P. D. OTTALORA
Sancti Seuerini Congruæ.

Lunæ 22. *Iunii* 1665.

ARGVMENTVM.

Congrua Episcopi qualis sit. Papa non præsumitur ius commune velle tollere. Testes benè informati, & de re illis nota deponentes licèt negatiuam non coarctantes negatiuam benè probant, & coarctantes negatiuam testibus de affirmatiua deponentibus præferuntur. Onera episcopi quæ nam sint.

SVMMARIVM.

1 *Congrua Episcopi ex dispositione* Cõcilij Tridentini *c.* 13. *sess.* 4. *est scutorum mille, & n.* 3.
2 *Episcopo debetur congrua ex Sacrorum Canonum dispositione.*
4 *Os bouis triturantis ligari non debet.*
5 *Derogatio explicita & specialis requiritur ad hoc vt derogatum iuris dispositioni dici valeat, nec sufficit derogatio generalis.*
6 *Papa non est verisimile quod legem scriptam, & ius commune tollere voluerit.*
7 *Consensus & obligatio per Episcopum facta non possunt operari vltra consensum Papæ.*
8 *Litera Apostolicæ iuxta modum in illis expressum sunt intelligendæ.*

9 *Episco-*

9. *Episcopus congrua augmentum petere, negat quando Ecclesiam cum tali onere accepit.*
10 *Dignitati Episcopali praiudicium non est inferendum.*
11 *Testes valorem, de quo agitur, non probantes non attenduntur.*
12 *Testes benè informati, & deponentes de re illis nota, licèt negatiuam non coarctantes benè probant.*
13 *Testes de facto proprio deponentes, & negatiuam coarctantes testibus, de affirmatiua deponentibus praferuntur.*
14 *Episcopus tenetur singulis triennijs Sacra Apostolorum limina decenter visitare.*
15 *Episcopus Ecclesiam pro una vice reparare iubetur.*
16 *Episcopus ex dispositione* Concilij Tridentini sess. 23. de reformat. cap. 18. *tenetur erigere Seminarium, & illi, ex sua mensa contribuere.*
17 *Episcopus, ad Elemosynam, & Hospitalitatem obligatur.*
18 *in Congrua pro Episcopo taxanda ratio onerum haberi debet.*
19 *Congruá pro Episcopo taxatio arbitrio iudicis remittitur ponderatis dignitate Episcopi, & alijs vide num. 19.*
20 *Congrua de Iure Episcopo debetur.*
21 *Episcopus, qui suis sumptibus sustentari potest, ab Ecclesia stipendia non debet accipere.*

DECISIO CCCXLII.

SANCTAE mem. Innocentius X. sub decreto irritanti motu proprio, & ex mera liberalitate reseruauit ad fauorem Excellentissimi Principis Camilli Pamphilij sui Nepotis annuam pensionem scut. 800. super fructibus mensæ Episcopalis Sancti Seuerini liberam, & immunem ab omnibus oneribus, ita vt sit prior, & potior soluibilis etiam si non remanerent scuta mille pro Episcopo
1 iuxta dispositionem † Sac. Concil. Trid., ac cum amplissimis derogationibus Concilij Lateranensis, aliisque latius expressis in litteris Apostolicis. Summario Excellentissimi Principis *numer. 1.*

Anno 1658. Reuerendissimus D. Franciscus Densa curauit se prouideri de dicta Ecclesia, & infirmatione status illius verificauit Ciuitatem Sanctis Seueri esse parui circuitus, & Diœcesis, mediocris Curæ animarum & annui redditus scut. 1500. comprehensa d. pensione annua scut. 800. *dicto Summario numer. 2.* Et acceptauit Ecclesiam cum promissione soluendi dictam pensionem sub obligatione Camerali iuramento, renunciatione appellationi, aliisque in instrumento expressis *numer. 30.*

Postmodum D. Episcopus agens ad reductionem pensionis succubuit, & pro Congrua sententiam obtinuit continente assignationem annuorum cumulorum 20. frumenti, & ordei. Verum appellatione interposita, causaque mihi commissa Cum clausula *non retardata solutione pensionis*. Dubitaui an debeatur Congrua, & ad quam summam & Domini congruam deberi in scut. 700. monetæ Romanæ computatis redditibus propriis responderunt.

2 Siquidem † Reuerendissimo Episcopo congrua debetur ex dispositione Sacrorum Canonum *cap. extirpanda, cap. de Monachis. De præben. cap. 1. eod. tit. lib. 6. cum adductis à Rota dec. 449*
3 *numer. 2. & 3. part. 2. recent.* Ita † vt Sac. Concil. Trident. statuerit illam deberi in summa scutorum mille *cap. 13. sess. 24. firmant Barbos. de potest. Episcop. part. 3. allegat. 120. num. 11. Huttad. de Congrua lib. 2. resol. 1. §. 1. num. 10. & seqq. Tondut. decis. Vlixbonen. 148. sub num. 15. part. 2. Rot. coram Gregor. decis. 507. num. 6. & in recent. decis. 352. numer. 5. & 763. num. 1. par. 2.*

Non obstat quod fan. memor. Innocentius Decimus reseruauerit pensionem fauore Excellentissimi Principis his verbis *etiam si mille scuta similia pro Episcopo iuxta formam Conc. Trid. non remaneant.*

Quia hæc clausula solum importat derogationem Concilij; quod non decreuit congruam deberi iam à Sac. Canonibus statutam, & determinatam, sed tantum, quantum scut. mille pro Episcopis expressit pro congrua, non operatur, quod ei non debeatur Congrua in minori quantitate, quæ à Pontifice
4 sublata non fuit, cum † ligari non debeat os bouis triturantis, vt dixit *Rota in d. cap. Extirpanda de præben. cum vulg.* Imò cum statutum sit in corpore Iuris congruam Episcopo de-
5 beri ad effectum, † vt huic expressæ Iuris dispositioni derogatum dicatur specialis explicita, & individua derogatio requiritur, nec sufficit generalis, quia non est verisimile, quod
6 Papa † tollere voluerit legem scriptam, nec Ius commune *Rom. cons. 498. num. 8. Gonzal. super reg. 8. Cancell. glos. 30. num. 34. 35. Menoch. lib. 6. præsum. 40. num. 25. Rot. decis. 513. sub num. 10. p. 1. recent.*

Minus obstant consensus, & obligatio facta per D. Episcopum de soluen̄ hanc pensionem.

7 Non † enim possunt operari vltra consensum Papæ *Mellin. decis. 127. numer. 6. repetit apud Marches. de Comiss. par. 1. fol. 627. num. 8.* & cum Papa reseruando Pensionem tantum dixerit, etiamsi scuta similia pro Episcopo non remaneant iuxta præcisam formam intelligentur
8 dictus Consensus, & obligatio, † quæ de Iure accedunt ad formam litterarum reseruationis pensionis, & recipiunt omnes qualitates, & conditiones illius *Rot. coram Seraph. dec. 1017 num. 1. vers. quia tunc consensus, & coram Cardinali Mellino decis. 28. num. 1. & 137. numer. 3. repetita apud Marches. d. part. 1. fol. 134. & 138. & vbique numer. 1.*

Parùm refert quod Reuerendissimus Episcopus sibi imputare debeat, cur Ecclesiam
9 acceptauerit cum tali onere, nec † possit modo congruæ augmentum petere, vt latè *Rebuff. de congrua quæst. 12. num. 91. Rota coram Merlin. decis. 243. num. 1. & 201. num. 4. & coram Gregor. decis. 429. num. 4. & 441. num. 12.*

10 Nam † hæc regula non habet locum in congrua debita, ne vilescat dignitas Episcopalis, & sic ne fiat præiudicium ordini, vt ne-

spondit *Rota decis.420. numer.4. part.1. & 449. num.5. part.2. & 230. num.7. & 8.part.6. recent. Addens. ad Gregor.decis.479.num.8.versic.tamen hoc procedit.*

Nihil faciunt duo testes examinati in informatione valoris Episcopatûs pro propositione Ecclesiæ in Consistorio, quando Reuerendissimus Episcopus fuit de illa prouisus deponentes Ecclesiam Sancti Seuerini esse annui redditus scut.1500. Quia non deponunt de singulis membris Episcopatus, & solum examinantur pro aliquali informatione Pa-
11 pæ in propositionibus Episcopatuum. † Sed non probant valorem *Rot.in Campanen. pensionis 22.Iunij 1609. coram Iusto impressa apud Marbec.de commiss.part.1. fol.147.* Deinde contrarium apparet ex testibus examinatis pro Reuerendissimo Episcopo deponentibus Ecclesiam Sancti Seueri esse valoris 1024. ducatorum monetæ Regni.

Et quamuis dicti Testes deponant de ne-
12 gatiua attamen probant in præsenti. † Tum quia sunt informati, & deponunt de re illis nota, quo casu sufficit depositio testis licèt negatiuam non coarctet, *Farinac. de Testibus quæst.65.num.229.& conf.151.num.18. Censal.decisione Lucen.18.num.45. Addens.ad Gregor.dec.325. num.27.Rot post Tamburin. de Iure Abb. decis.96. n.6. & ibi Buratt. dec.704.num.3.coram Merlin.decis.98.num.2.& coram Eminentissimo Otthob.decis. 247.num.4.& in propriis terminis in dicta Campanien. coram Iusto.* Tum quia testes verè coarctant negatiuam removendo actum à sensu
13 per optimas rationes scientiæ † deponentes de facto proprio, & tunc præferuntur Testibus de affirmatiua deponentibus *Farinac. dicta quæst.61.nu.231. Herrer.de proban.negat.num.194. & 237. Rot.in recent.decis.277.num.1., & seq. p.7. & 122.nu.6.& 7. par.8.* Quæ eo potiorem locum habent, quia tenuitas redditiuum corroboratur ex fide publica Summario responsionis *nu.1.*, necnon agitur de euitanda, aut reducenda pensione, sed ea firma remanente solum petitur congrua.

Onera verò, quæ Reuerendissimus Episcopus subire compellitur, quam plurima sunt,
14 tenetur † enim decenter singulis triennijs visitare Sac. limina Apostolorum ex Sixti Quinti Constitutione 15. Bull.tom.2. & singulis annis impendere scut.100.in suæ Ecclesiæ reparationem ob continuos terræmotus vltra scut.100.in pendenda in eam necessario pro
15 vna vice ne ruat, † quod onus spectat ad Episcopum, vt probant testes eius *Summario nu.3. Rot.decis.627.nu.3. & seq.par.1. recent.* Debet etiam soluere pro suo Palatio Episcopali annuum censum scutorum triginta quinque,
16 vt deponunt testes *dicto nu.1.* & ex † *Sac. Concilio Tridentino sess.21.de reformat. cap.18.* erigere Seminarium, & ei ex sua mensa contribuere allegato *Summario nu.9. Barbos.de offic. & potestate Episcop.part.3.allegat.77.nu.2.* † & obli-
17 gatur ad eleemosynas, & hospitalitatem *Barbos.eodem tract.par.1.nu.2.glos.9.per totam*, ad alias que onera erga Ecclesiam, vel vniuersalem,
18 vel finem, ac de omnibus his † onetibus habendam esse rationem in taxanda congrua firmat latè *Rebuff. de congrua portione num.62. & seqq.*

Quibus perpensis Domini quantitatem in
19 scut.700.monetæ taxarunt, † quia hoc remittitur prudentis iudicantis arbitrio, ponderatis dignitate, & qualitate personæ Episcopi, necessitate famulorum & oneribus Ecclesiæ iuxta firmata per *Rebuff.de congrua quæst.8.n.80. Gratian.discept.199.nu.6.Tondut. de pension.cap.8. nu.2, & in recent. decision.195.num.1.par.4.* Quæ summa congruere menti Pontificis reseruantis visa est, quia d.pensionem scut.800. monetæ Romanæ sub eo præsupposito reseruauit quod Ecclesia Sancti Seueri esset annui redditus scutorum mille 100.& ita scuta 700.eiusdem monetæ pro congrua Domino Episcopo reliquit.

Neque releuat pensionem esse præferendã Congruæ propter verba reseruationis, ibi: Quod pensio prior, atque potior, & primo loco solui debeat accedentibus omnibus, & singulis libertatibus, Immunitatibus, eum quibus alia pensio scut.1500. prius super Ecclesia Troiana erat reseruata, etiamsi mille scuta similia pro Episcopo iuxta formam Concilij Tridentini non remaneant. Quia per hæc Verba Papa solum voluit pensionem esse priorem, & potiorem omnibus oneribus realibus, quæ sunt decimæ Papales, subsidia, & similia, quibus alioquin pensionarius pro rata contribuere. Item voluit præferri si congrua peteretur in scutis mille monetæ Romanæ, non autem voluit præferri congruæ
20 de iure † communi debitæ, & per iudicem taxandæ, quæ à Papa sublata non fuit ex supra allegatis, §. Quia hæc clausula.

Denique Domini computarunt redditus proprios Domini Episcopi in dicta Congrua,
21 eo quod ille, † qui suis sumptibus sustentari potest ab Ecclesia stipendia accipere non debet, vt inquit *Hieronymus relatus in Cap. Clerici 61. quæst.2. cap.Pastor. vsq.si quis vult. & quæst.cap.illa autem, cap.si primatus 12.quæst.1.cap. vlt. 15.quæst.1.cum adductis per Barbos. in Collect. ad dictum cap. Clericos Sanchez cons.moral. dubitat. 44. cap.2. lib.2.* Quod siue sit præceptum vt nonnulli volunt, siue declaratio eorum, quæ magis decent statum Clericalem, vt tenuit *Suarez de religion. tract.1. lib.4. De Simon. cap.48 num.3.* Res est extra difficultatem attenta obligatione Domini Episcopi, qui se, ac sua hæredum, & successorum suorum bona quæcumque mobilia, & immobilia, præsentia, & futura, vbicunque posita, & existentia Excellentissimo Principi in amplissima forma Cameræ Apostolicæ solemniter obligauit, qua stante obligatione si Episcopus habet vnde viuat de bonis suis, quia etiam si quid liberè videtur obligatus sua voluntate, suoque iuramento.

Et ita vtraque &c.

R.P.D.

R. P. D. T A I A.

Neritonen Pensionis.

Luna 22. Iunij 1665.

Argumentum denumitur melius ex Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Pensio per Episcopum est soluenda quotiet fructus ex Episcopatu cui pensionis onus impositum est, percepit, pro rata cum cessionario.*
2 *Solutionis destinatio certo tempore facienda sit causa commodioris solutionis.*
3 *Fructus dicuntur detractis expensis.*

DECISIO CCCXLIII.

IN decisione edita 6. Martii præteriti firmatum fuit respectu pensionis annuę scuquinquaginta reseruatæ sub die 8. Ian. 1634. D. Episcopum non teneri ad duos terminos maturatos à die 8. Ianuarij 1655. vsque ad diem 8. Ianuarij 1656. cum hoc medio tempore nullos percepérit fructus Ecclesiæ Neritonen, stante quod de illa fuit prouisus die 6. Maij eiusdem anni 1656. & possessionem adeptus est 8. mensis sequentis. Quo verò ad duos terminos decursos à die 8. Ian. 1656. vsque ad diem 8. Ian. 1657. præfatum Dominum Episcopum teneri ad quartam partè eorundem terminorum cum tres ex quatuor partibus ferè omnium fructuum d. anni peruenerint ad dictum Cessionarium Cameræ.

Repropositâ verò causâ sub hodierno die, maior pars Dominorum in ipsa resolutione censuit reformandam esse decisionem declarando scilicet Episcopum teneri ad quartam partem fructuum Natiuitatis Dominicæ 1655. & Sancti Io. Baptistæ 1656. Cessionarium verò non teneri contribuere nisi pro tribus ex quatuor partibus eorumdem terminorum ita virtualiter, & implicitè declarando solutionem termini Dominicę Natiuitatis anni 1656. ad solum Episcopum spectare.

Ratio resolutionis fuit præsuppositum eli quo Domini præcesserunt, quod Episcopus participauerit etiam de fructibus anni 1655. quamuis percepti in recollecta anni 1656. cum illorum annus initium habet à die 1. Septembris 1655. facto 12 calculo à die 6. Iunij 1656. quo Episcopus adeptus est Ecclesiæ possessionem cessio effectum habuit per nouem menses, qui constituunt tres ex quatuor
1 partibus anni, † & ideo cum fructus vnius anni incipientes à dicto mense Septembris 1655. diuisi fuerint in quatuor partes, & tres ceptæ per cessionarium, & altera 4. pars per Episcopum, onus pensionis vnius anni, & fructuum terminorum venit distribuendum inter cessionarium & Episcopum pro d. rata fructuum ab vnoquoque perceptorum, pro qua pensio debita est, non attento quod so-
2 lutio sit certo tempore destinata, † cum solum fiat gratia commodioris solutionis, vt *teram Cocin. decis. 127. nu. 1. & coram Canul. decis. 129. nu. 2. & coram Duran. decis. 448. numer. 32. cum pluribus repeten. à decisione, §. posterior pars.*

Et quamuis cessionarius quoad vinum, & oleum participauerit: etiam de fructibus perceptis in mensibus Octobris, & Nouembris eiusdem anni 1656. attamen (vt ipse supponit, anni principium à die prima, & finem à die 1. Septembris, & responsum est quoque ad hominem in decisione §. & non inutiliter, præter legem & instructionem subcollectorum in ipsa decisione præcedenti, §. nec obstitit) in facto supponebatur id non fuisse Iure participationis, sed pro expensis laboreriorum de proprio factis in colendis vineis, & oliuetis, quæ deducenda sunt, & non veniunt sub nomine fructuum, ex quibus sol-
3 uenda est pensio, fructus † enim non dicuntur nisi detractis expensis *per text. in l. fructuum, & l. diuortio §. impendia ff. solut. matrim.*

Et ita verbis quoque alienis vtraque, &c.

R. P. D. B O V R L E M O N T

Pisaurēn Maioratus.

Veneris 26. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Qualitas alicui fauorabilis non debet in illius odium retorqueri concurrente testatoris voluntate in omnibus semper spectanda.

S V M M A R I V M.

1 *Sententiæ validitas ex aliorum forte iudicari potest.*
2 *Dictio, item, est representatiua omnium qualitatis antecedentis dispositionis.*
3 *Relatiuum, is, designat personam superius expressam, & nota.*
5 *Qualitas ad fauorem alicuius adiecta non est in illius odium deinde retorquenda.*
6 *Testatoris voluntas tamquam vera norma Iudicis est seruanda.*

DECISIO CCCXLIV.

TRES diuersas personarum qualitates respexerat in sua vltima voluntate Comes Petrus Antonius de Sanctinellis. Primogenitum cuius fauore disposuerat per hęc verba: *It Castello della Metola, e dominio di esso sia del maggior figlio d'età, & quello ne sia Conte, e Padrone*; Subdens infrà: *Item voglio che quello che sarà Conte, e Padrone del Castello habbia in vita sua tutte le Terre &c.* Secundogenitum cui post gubernium omnium censuum, & locorum Montium fructus 40. eorundem locorum attribuit. Cęteros natu maiores quibus mensuas itidem portiones addixit.

Post aliorum decessum Com. Hippolytus natu maior in familia petijt immitti in possessionem Callri Metulæ, & terrarum contra Matrimonem Franciscum Marietty qui eam

assere-

ostenderet se possedisse Castrum non ex dispositione Testatoris, sed ex posteriori Inuestitura Ducis Vrbini, sibique pro parte prætenderet deberi etiam Terras vti addictas possessori Castri, non natu maiori, Domini gustato de bono iure vtriusque coram R.P.D. Emerix reseruata cognitione super Castro concesserunt per sententiam Comiti immissionem in possessione terrarum eo potissimum fundamento, quod Testator legando terras, non qualitatem possessoris Castri, sed natu maioris respexisset, quam sententiam præuiis aliis duabus decisionibus confirmatam coram R. P. D. Taia, hodie iterum coram me confirmandam esse putarunt.

1 Eius † quippè validitas ex actorum serie, Iustitia verò ex relata dispositione Com. Petri Antonij sufficienter desumebatur, postquam etenim statuerat maiorem natu esse Comitem, & Dominum Castri subdit: *Item volo quod is qui fuerit Comes, & Dominus habeat etiam terras.* Vnde Domini inferebant testatorem determinasse pro causa acquisitionis terrarum maiotitatem ætatis, quam principaliter prius fuerat contemplatus non solum
2 vigore dictionis, *item*, † quæ est repræsentatiua omnium qualitatum antecedentis dispositionis *Surd.conf.455.num.12. Rot.dec.168.nu.4. & 5. par.6.recent. cum aliis in decisione Rem. P. D. Emerix*, §. *quia quicquid* 21. *Maij* 1663.

3 Verùm certius ex relatiuo, *in*, † qui designat personã maioris ætatis superius expressam, & voluntatem Testatoris adijciendi terras dictæ personæ non Comitatui, vel Castro,
4 cuius † dignitatis expressio fuit demonstratiuè, non taxatiuè adiecta, vt benè *Grat.discept.634. num.22. & melius firmat prima decisio Rem. P. D. Taiæ* 27. *Iunii* 1664. §. *nam clara, & seqq. & alia* 16. *Ian.* 1665. §. 1. *in fin.*

Certum namque est, quod ex clara Testatoris dispositione Comes Hippolytus vti natu maior habendus esset pro Domino Castri circumscripta inuestitura Ducis Vrbini, de qua est videndum, & ideò quando etiam admitteretur, prout negatur, quod Terræ controuersæ essent Castro annexæ, eiusque Dominio adhuc Comiti deberentur, quia per eum non stat, quod in hoc impleatur Testatoris voluntas, imò constat pro illius implemento, dum petit qualitatem dominij,
5 quæ † ad eius fauorem adiecta non potest odiosè contra eum retorqueri adeout ex ea dicatur exclusus à legato terrarum, *ad Text. in l. Titius §. 2. ff. de condit. & demonstr. Castr. in l. cum hi §. si vni num. 2. ff. de transact. Bart. in l. 4. n. 1 & 4. ff. de alim. & cib. legat.*

6 Semper † enim est in omnibus spectanda Testatoris voluntas tanquam vera norma Iudicis, vt habetur *in l. in creditoribus ff. de cond. & demonstr.* & in alijs latè *Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 3. per totum, quod fuit ponderatum in dicta decis. R.P.D. Emerix* 21. *May* 1663. §. *& propterea.*

Ne alias Comiti, cui per Inuestituram suspenditur Dominium Castri contra voluntatem Testatoris, contra eundem etiam auferatur terræ admittendo absurdum prorsus inuerisimile, quòd per Inuestituras possent transire ad extraneos, vel per deuolutionem ad Principem si eos Testator Castro, non Maioratui addixisset, vt fuit ponderatum in omnibus decisionibus huius causæ, quarum fundamenta visa sunt vndequaque subsistere.

Et ideò Comite tantum informante, Marchione verò pluries, atque iterum citato responsum fuit sententiam rotalem esse confirmandam &c.

REVERENDISS. CERRO DECANO

Nunc S. R. Eccles. Cardinali.

Leodien Bononien.

Veneris 26. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Remissoria etiam in profanis denegatur quoties de articulorum irrelevantia apparet, & maximè quando id quod probare intenditur per scripturas probari potest.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria concedi non solet quoties quod est probandum per scripturas probari potest.*

2 *Testibus formiter examinatis plurimum est deferendum.*

3 *Remissoria non conceditur, quoties de articulorum irrelevantia apparet.*

4 *Remissoria denegatur etiam in probatis ex capite irrelevantiæ.*

5 *Constitutio Ciuitatis Leodien. de pactis reuersiuis fauore proximiorum adiectis in capitulis matrimonialibus quando habeat locum.*

DECISIO CCCXLV.

VIGORE particularis consuetudinis Ciuitatis Leodij, per quam pacta reuersiua fauore proximiorum adiecta in Capitulis matrimonialibus sub conditione deficientiæ liberorum non dicuntur expirasse, licet alter ex coniugibus decedat cum filijs, nisi superuiuant vtrique parenti sub die 25. Iunij 1661. coram me recedendo à duobus precedentibus decisionibus editis coram Bichio dictum fuit bona, de quibus agitur, per Gasparem donata Corrado filio occasione matrimonij cum Alcide contrahendi spectare ad proximiores donantis non autem ad filios, & heredes eiusdem Alcidis susceptos ex secundo matrimonio, cum autem post dictam decisionem pro parte illorum de Robinis exhibiti fuerint plures articuli ad eorum instantiam proposui dubium super remissoria, quam hodie Domini denegandam esse censuerunt.

Etenim ex dictis articulis primus, & tertius quatenus continent, quod ante annum 1625. & successiuè fuerit semper iudicatum sufficere ad exclusionem consanguineorum, quod filius vni tantùm ex parentibus superuiuat, ex pluribus non merentur remissoriam

&

& signanter ex eo, quod materia articulata, nempè, quod ita fuerit iudicatum super dictis pactis reuertiuis de facili probari potest,
1 per scripturas, † quo casu remissoria concedi non solet *Rota apud Cassad. dec. 20. nu. 2. in princ. de præben. cum aliis per Add. ad Gug. dec. 471. n. 12.* Et insuper quia de contrario constat tàm ex pluribus sententijs, & processibus ab altera
2 parte exhibitis, † nec non ex testibus formiter examinatis, quàm ex attestationibus Scabinorum, aliorumque Iudicum collegialitèr factis, quibus videtur deferendum, vt in alia Leodien pro denegationè remissoriæ, aduertit *Rota coram Duran. decis. 127. sub num. 3. vers. quod verò.*

Secundus verò licet contineat, quod Constitutiones Ciuitatis Leodij non fuerint recollectæ, nisi de anno 1642. & de illo tempore fuerint consignatæ Congregationi Status, ad effectum illas examinandi, & approbandi, indè tamen non benè infertur, dictas Constitutiones non comprehendere donationem, de qua agitur factam de anno 1624. quia non ex eo quod fuerint recollectæ de anno 1642. excluditur illarum vius de tempore antecedenti ad formam depositionum Testium, & attestationum Scabinorum de quibus supra,
3 vndè cum ille articulus detegatur irreleuans
4 concedi non debet remissoria, † quæ ex capite irreleuantiæ etiam in prophanis denegatur *Rota coram Caputaq. decis. 63. cum allegatis in Melenitana habitus 16. Ianuarij 1600. in princ. coram R.P.D. Albergato.*

Ex reliquis verò articulis quartus, quintus, & septimus nulla egent probatione, cum ab altera parte admittantur. Sextus autem neq; videtur releuans, dum ex eo dicitur Gasparè non potuisse donare bona controuersa, dum ex consuetudine Leodiensi per prædecessum Mariæ primæ vxoris transierunt in virum quoad solum vsumfructù, & quoad proprietatem in filios primi matrimonij, quia cũ Maria condito testamento decessit, vtique bona prædicta non fuerunt delata filijs in proprie-
5 tate in vim d. Constitutionis, quæ † duntaxat habet locũ quando alter ex coniugibus præmoritur ab intestato, vt in specie dictum fuit *coram Caual. decis. 577. in fin. vers. responsum.*

Vltimus verò continens cessionem factam ab Eustachio filio primi matrimonij ad fauorem Gherardi non eget remissoria cum possint probari per exhibitionem Instrumenti.

Et ità vtraque, &c.

REVERENDISS. CERRO DECANO

Nunc S.R.E. Cardinali.

Romana prætensi Matrimonij.

Veneris 26. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Consensus patris ad matrimonij validitatem non requiritur, nec libertas matrimonij impediatur. Attamen fœmina, quæ noluit sine filio contrahere ad matrimonium non est cogenda.

SVMMARIVM.

1 *Verba conditionalia non inducunt impedimentum publicæ honestatis.*
2 *Verba collata in tempus futurum non important positiuum consensum de præsenti.*
3 *Dictio, perche, causam præcedentem demonstrant.*
4 *Dictio, poi, actus perfectiuum in tempus futurum confert.*
5 *Actus per virum gestus, in quo declarauit aliquam velle ducere in vxorem dicitur actum in futurũ faciendum, nec supponit factum.*
6 *Consensus patris pro matrimonij validitate non requiritur, ne libertas matrimonij impediatur.*
7 *Mulier nolens contradicente patre matrimonium contrahere non est cogenda ad illud contrahendum.*
8 *Positionum materia exigit, vt ad illas respondeatur per verbum credit, vel non credit.*
9 *Fides per mortem augetur.*

DECISIO CCCXLVI.

PROPOSITO dubio de ordine Sanctiss. sub die 1. Decembris 1663. An constaret de matrimonio inter Paulum, & Mariam Annam decisum fuit negatiuè, sed cum disputatio facta fuisset occasione causæ criminalis tunc pendentis inter Petrum patrem Mariæ contra Magdalenam eius vxorem, & eundem Paulum, post obitum Petri superuenit commissio manu Sanctissimi signata causa ciuilis super matrimonio inter Paulum, & Mariam Annam principaliter directa Reuerendissimo D. Vicegerenti de voto Rotæ, ideò reproposita causa iterùm Domini resolutionem firmarunt.

Subsistit enim quod verba prolata à Maria Anna coram Parocho ad crates Monasterij non præferant positiuum consensum per verba de præsenti, cum ex toto contextu depositionis Parochi apertè habeatur, quod cum à Paulo Parochus fuisset vocatus, & statim accessit ad Monasterium, in quo erat Maria Anna, dum Magdalena eius mater (quæ ibidem etiam reperiebatur) ipsum enixè rogabat, vt consensum Petri viri, & patris respectiuè pro adimplemento, & effectuatione huius matrimonij obtinere curaret, idque Parochus omnem suam operam, & conatum adhibere promitteret, incontinenti, ac nulla positposita mora dictus Paulus eundem Parochum vocauit, vt adiret Mariam Annam, qui cum propiùs accessisset ad crates his ipsis verbis Maria illum allocuta est: *Sentite Padre Parochiano perche io poi non voglio altro marito ne altro Sposo che il Sig. Paolo*; Qui verò Paulus respondit, & dixit: *quando questo sia non voglio altro che V.S.* & subdit Parochus: *Iddio vi consoli.*

Hac autem facti specie ita se habente, non potest sanè dici, quod huiusmodi vtriusque verba fuerint prolata animo tunc contrahendi per verba de præsenti, sed potius quædam facta promissio in futurum, vt, si consensus patris accederet, vellet contrahere, qui tum

con-

consensus vtrinque expetitus nunquam accessit, imò constantissimè, & apertissimè fuit à Parente denegatus, proinde non solum nō potest prætendi matrimonium tunc fuisse contractum, sed nec etiam Maria Anna cogi potest huiusmodi matrimonium contrahere, cum enim voluerit tantùm contrahere accedente patris consensu, ex † verbis ab ipsa prolatis, vt dicitur *in cap. vnic. §. fin. de sponsal. lib. 6. & in Romana matrimonii 8. Iunij 1644. cor. Peutingero § fin.* vti † collata in tempus futurum non important positiuum cōsensum de præsenti *ad tex. in cap. si inter virum, cap. 31. de sponsal.* sed indicant potius quandam animi compensationem id tunc faciendi, cum fuisset adimpleta conditio beneplaciti paterni, pro quo impetrando Parochus vocatus rogabatur, vt suam operam, & studium interponeret, quod clarè deducitur ex illa dictione, *perche*, † quæ causam præcedentem demonstrat, & ex altera, *Poi*, † quæ actus perfectionem in tempus futurum confert, & semper habet in ventre conditionem, dummodo patris consensus accederet, ex allegatis in dicto §. *Et quidem*.

Quod benè etiam colligitur ex verbis ipsius Pauli immediatè subsequentibus præfata verba Mariæ Annæ: *Et quando questo sia &c.* quæ præseruant eundem consensum, antea expressè ab ea reseruatum. Et quod Paulus agnouerit se non contraxisse habetur ex actu postea gesto, in quo declarauit velle ducere in vxorem Mariam Annam, † quod denotat actum in futurum faciendum, non quidem factum supponit *Seraph. dec. 1079. num. 3.* qui contra ipsum plenè probat ex deductis *in decisione §. Et ex hoc*.

Et licet † patris consensus pro matrimonij validitate non requiratur, nè Sacramenti libertas violari contingat, *cap. cum locum, cap. requisiuit, cap. gemina de sponsal. & Concil. Trid. sess. 24. cap. 9. de reform. matrim.* in hoc † tamen casu fit necessarius ex defectu consensus mulieris, quæ contrahere noluit, nisi pater assentiret, vnde patre contradicente, non est cogenda contrahere iuxtà dispositionem tex. *in cap. super eo de condit. appos. vbi etiam Hostien. num. 4. & Io. Andr. vers. sed Canones*.

Non obstat, quod Paulus prætenderet probare matrimonium per confessionem Mariæ Annæ faciendam in responsione ad positiones exhibitas, ac etiam per testes.

Nam quoad positiones cū ipsa iam adimpleuerit singulis positionibus respondendo mediante procuratore specialitèr constituto ad respondendum sic, & sic cum solito iuramento, ac nihil quod releuet possit reluctare ex responsionibus datis ad fauorem Pauli cum ad vndecimam responsionem in qua consistit releuantia fassa fuerit solùm dixisse, seu protulisse verba relata à Parocho in eius depositione conditionalitèr. Ad duodecimum verò continentem expressionem mutui consensus in matrimonium absolutè negauit, ideò non est quærendum ab ea alia responsio, præsertim cum responsiones fuerint factæ per verbum credit, vel non credit, & præcisè † prout exigebat materia in positionibus contenta, vt tradit *Vestr. in prax. c. 14. num. 3. & 4. vbi Granat. nn. 14.*

Quo verò ad probationem faciendam per testes licet non fuerint examinati formiter, cum pro parte Mariæ Annæ admittantur, & habeantur pro ritè, & rectè examinatis, solumque impugnentur ex capite irreleuantiæ, cessat pariter hæc probatio, quia plus non possunt deponere eo quod iam dixerunt in eorum attestationibus, eoque magis cum à Parocho non possit haberi alia depositio, † cū iam obierit *ad tex. in l. fin. C. de testam.* ac depositiones omnium aliorum testium non possunt intelligi diuerso modo, sed debent accipi in eodem sensu, & præsertim illæ Monialium, quæ non fuerunt præsentes colloquio habito inter Matrem, & Parochum, sed solum transeundo audierunt verba per eos relata.

Et ideò fuit resolutum standum esse in decisis &c.

R. P. D. EMERIX.

Auenionen. Fideicommissi.

Ven. 26. *Iunij* 1665.

ARGVMENTVM.

Dispositio testamentaria in codicillis reuocata non censetur, nisi codicillorum verba id necessariò importent. Testator ex quo inducere fideicommissum perpetuum inter suos descendentes voluisse arguitur. Fideicommissario in vim *l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* iustificatis ad hoc necessarijs immissio est cōcedenda.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas masculinitatis sæpius à Testatore repetita arguit votum conseruandæ agnationis.*
2 *Testamenti dispositio in codicillis reuocata non censetur nisi verba codicillorum id de necessitate importent, & nu. 3. & 6.*
4 *Prohibitio alienationis vti personalis facta filijs nō est apta inducere fideicommissum reciprocum inter lineas etiamsi causa sit generalis, nisi quando euenit casus alienationis.*
5 *Testator quando voluit fundum perpetuò remanere penes suos descendētes masculos voluit induci perpetuum fideicommissum.*
7 *Dictio, Sic, vti demonstratiua formæ, & qualitatis ostendit codicillantem reformare voluisse præcedētem dispositionem quoad modum, & formam ibi expressam, & nu. 8.*
9 *Testator à fideicommisso recedere noluisse censetur, quando illud in codicillis non reuocauit.*
10 *Fideicommissum prætendens alio non veniente obtinere debet.*
11 *Immissio ex remedio* l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollendo *iustificato fideicommisso, fideicommissario debetur.*

12 *Melius*

12 *Melioramenta rescindi fideicommissarius cautionem præstare tenetur secuta illorum liquidatione.*

DECISIO CCCXLVII.

POSTQVAM Ioannes Derhodes in testamento prælegauit inter cætera domum, de qua agitur, Ioanni eius filio cum onere fideicommissi, & primogenituræ perpetuæ fauore omnium aliorum descendentium masculorum, & casu quo Ioannes, vel eius filij, seu descendentes masculi decederent sine masculis substituit Michaelem alterum filium, & illius filios, ac descendentes masculos cum eodem onere, & ordine, & illis etiam decedentibus, vt supra sine masculis, similiter substituit Bernardinum filium tertium genitum, & illius filios, ac descendentes masculos seruato semper ordine primogenituræ, & cum amplissima prohibitione vendendi, alienandi, vel indicium prætendendi super eadē domo. Duos fecit codicillos, in quorum primo denuò prohibendo eiusdem domus alienationē iterum declarauit, quod super ea nec Ioannes nec cæteri substituti ius aliquod prætendere possent, nec minus legitimæ ratione, vel trebellianicæ in secundis verò præmissa narratiua, quod suum condiderat testamentum, in quo inter alia prælegauerat Ioanni eius filio domum, de qua agitur. Ita prosequitur, *Cassando, & reuocando* dictum legatum sit factum dictæ domus quo ad vlumfructum legauit Franciscæ de Lopis suæ vxori quamdiù honestè, & in viduitate vixerit, quo verò ad proprietatem illi, vel illis ex tertio prædictis eius filijs, qui erit, vel erunt ad hoc nominati & electi per dictam de Lopis eorum matrem quæ si moreretur non facta vlla nominatione vel electione, voluit dictam domum pertinere ad illum, vel illos, ad cuius, vel ad quorum fauorem in d. suo testamento, vel codicillo disposuit. Omnia, cum & sub prohibitionibus abrogandi dictam domum contentis in dictis testamento, & codicillis, quas voluit semper durare, & esse seruandas faciat d. de Lopis nominationem, vel non.

Cuius dispositionis virtute, cum Francisca nominauerit Bernardinum filium tertium genitum, à quo descendit Catharina, quæ hodie possidet contra eandem, Franciscus Testatoris proauus descendens ex Michaele secundo genito obtinuit in secunda instantia ab Auditore Eminentiss. Cardinalis Legati sententiam super immissione, à qua commissa mihi causa appellationis.

Quæsiui an danda esset immissio, & Domini alij matiuè responderunt, quia de fideicommisso satis constat ex lectura testamenti supra relati, in qua domus hæc inter alia prælegata legitur Ioanni, eiusque filijs, & descendentibus in infinitum, & in eorum defectum Michaeli, ac deinde Bernardino, eorūque respectiuè similiter filijs, & descendentibus semper cum repetita qualitate masculinitatis, & ordine primogenituræ, † quæ votum conseruandæ agnationis manifestè significat, & inducunt purum, & absolutum fideicommissum, vt contulit *Surd. cons.* 40. *num.* 14. & 15 & dixit *Rebuff. tract. de rest.* 269. *num.* 5. *par.* 10. *decis.* 2. *num.* 23. & *dec.* 135. *num.* 15. *par.* 9. in quibus aliæ cumulantur.

Neque vtilem fuit DD. quod Testator in secundis Codicillis *cassando, & reuocando legatum domus sit factum* voluerit omne onus fideicommissi in testamento ordinati admittere, quia cum in eisdem codicillis nullam fecerit mētionem de fideicommisso, non debet dici hoc
2 reuocasse, ex quo regulariter † disposita in testamento non censentur reuocata in codicillis, nisi verba Codicillorum id de necessitate importent, *per Text. in l. alumna* §. *si quis filiæ, ff. de adim. legat. & in l. Caio in princ. ff. de alim. & cibar. legat. Peregrin. de fideicomm. art.* 16. *num.* 49. & *Rota coram Burat. dec.* 188. *num.* 5. & *seq.*

In præsenti autem id de necessitate non important illa verba, *cassando, & reuocando legatum d. domus sit factum*, cum alias supra relatis, quia illa fuerunt dicta ad totum effectū modificandi præcedentem dispositionē quo ad vlumfructum, & facultatem nominandi in eisdem codicillis concessum vxori, non autem ad effectum reuocandi totaliter fideicommissum, & substitutiones, quæ vti compatibiles cum eadem dispositione in ea censentur repetitæ, *Menoch. cons.* 412. *num.* 1. & 3. *Netta cons.* 476. *num.* 3. 14. & 15. *Peregr. cons.* 69. *num.* 9. & *in tract. de fideicomm. d. art.* 16. *num.* 49. *Beldan. iun. cons.* 13. *num.* 30. 37. & 41.

Iuque bene suadet voluntas Testatoris tàm verbis expressa, quàm desumpta ex coniecturis; expressa namque verbis patet ex eo, quod non facta ab vxore nominatione voluit dominum pertinere ad illum, seu illos, quos in suo testamento vocauit, *cum & sub prohibitionibus alienandi illam in eodem testamento, quas voluit semper durare, faciat vxor nominationem, vel non, ex qua declaratione aperte colligitur, quod Testator voluit quidem legatum immutare circa vsumfructum, & ordinem succedendi.*

Non autem illud etiam innouare circa substantiam fideicommissi, cuius onus repetit, etiamsi vxor faceret nominationem.
4 Vnde non refert, † quod sola prohibitio alienationis, vti personalis facta filijs non sit apta inducere fideicommissum reciprocum inter lineas, etiamsi causa sit generalis, nisi quando
5 euenit casus alienationis, † quia ad hoc, vt domus perpetuò remaneat penes suos masculos descendentes perpetuum, & descensiuum fideicommissū induci temerēt *Fusar. cons.* 114. *num.* 16. & *de substit. qu.* 689. *num.* 12. *Mant. de coniecturis lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 24. *Rot. dec.* 10. & *dec.* 145. *prohibique num.* 1. *par. tert.* Respondetur, quod hic ex dicta prohibitione alienationis non desumitur fideicommissum reciprocum nouū inter lineas, sed tantum præsumptio talis fideicommissi antea in testamento ordinati & sic obiectum corruit ex facto.

Desumpta verò ex coniecturis multiplicitèr apparet, & primo quia reuocatio facta in codicillis loquitur de legato in numero singulari, quæ propterea referri non debet ad se-

quentes

3 † quæ votum conseruandæ agnationis manifestè significat,

6 quentes ſubſtitutiones, quas † ſi etiam Teſtator revocare intellexiſſet id ſciuiſſet exprimere cum verbis æquipollentibus ratiocinatur *Alex. conſ. 226. num. 8. lib. 6. Caren. reſol. 136. num. 2. & Rota coram Ludouiſio dec. 433. nu. 7.*

Secundò quia Teſtator non dixit ſimpliciter ſe ceſſare legatum, ſed vſus fuit his verbis,
7 *ceſſando, & revocando legatum ſit factum,* † dictio enim, *Sic*, vti demonſtratiua formæ, & qualitatis *Alberit. in d. verbo, Sic, Grat. conſ. 106. n. 52.*
8 *lib. 2. Ruin. conſ. 148. nu. 6. lib. 2.* † oſtendit codicillantem voluiſſe quidem reformare præcedentem diſpoſitionem, quoad modum, & formam ibi expreſſam, non autem quoad ſubſtantiam fideicommiſſi, de qua minimè loquutus fuit, vt præter ſupra dictos firmat *Laſ. conſ. 18. num. 2. & 3. Bellon. iun. conſ. 13. nu. 19. Gionagn. conſ. 36. num. 8. lib. 2.*

Tertiò denique quia in codicillis Teſtator profeſſus fuit nolle mutare teſtamentum niſi in his, quæ erant contraria imò illud in partibus compatibilibus confirmauit, † vnde cen-
9 ſetur à fideicommiſſo noluiſſe recedere, vt benè conſiderauit, *Rota in recent. d. dec. 168. num. 12. & in recent. dec. 51. num. 2. par. 6. cum pluribus ibi relatis.*

Firmato itaq; fideicommiſſo ſequitur quo-
10 que votatio Pronepotis Teſtatoris, † qui alio non comparente admitti debet, *Rota in recent. dec. 79. num. 12. par. 5. dec. 199. num. 10 par. 9. & in Romana fideicom. ſeh domus 10. Decemb. 1649. § erant etiam coram bo. me. Bichio.*

Nec prædictis obſtat, quod Franciſca de Iopis communis Mater trium ſupradictorũ filiorum in eius teſtamento nuper reperto, reliquerit Michaeli Secundogenito quoddã Pratum cum Vinea ingentis valoris, ideoque Franciſcus ex eo deſcendens conqueri non poſſit de iudicio matris, quæ ad domum controuerſam nominauit Bernardinum tertium genitum, quia pro reſponſione tulerit quod pratum cum vinea aſſignatum fuit Michaeli ex bonis liberis eius Matris; nomus verò prætenditur à Franciſco non vti hęrede Michaelis, ſed ex propria perſona tanquam vocato
11 ad fideicommiſſum Ioannis, † cui propterea concurrentibus ſupradictis vna cum identitate domus, à Catharina non controuerſa debetur immiſſio; ex Remedio *l. final. Cod. de edict. Div. Adr. toll.*

Minus obſtat exceptio prætenſorum melioramentorum, quia teſtes ad hoc probandũ inducti non deponunt de ſtatu antiquo eiuſdem domus, minuſque concludunt quid impenſum, & quid melioratum fuerit, & ideò
12 huic † obiecto ſatis dicitur conſultum per cautionem de aliis reficiendis, ſecuta illorum liquidatione, vt ſequendo *decis. Putei*, dixit *Rota in Anemonen. Saluiani 8. Martij 1652. coram bo. me. Bichio.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Bononien Bonorum.

Veneris 26. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Lucrum dotale quando ex iuris diſpoſitione, vel ſtatutaria debetur, tunc legatum viro ab vxore factum cum lucro compenſatur, ſecus ſi debeatur ex præſumpta hominum voluntate.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione in tempore non interpoſita, & infra annum non proſecuta ſententia tranſit in rem iudicatam, & num. 2.*
3 *Laſio eſt fundamentum reſtitutionis in integrum.*
4 *Vſufructuario defuncto vſusfructus cum ſua proprietate conſolidatur.*
5 *Lucrum dotale quando debetur ex neceſſitate legis ciuilis, vel municipalis, vſusfructus in illius cauſam imputatur, & nu. 6.*
7 *Lucrum dotale quando neceſſariò non ex præſumpta hominum voluntate debetur cum legato ad ſauorem viri ab vxore facto compenſari debet, & num. 8.*
9 *Debitum neceſſarium ad hoc vt dicatur ſuſtinis quod debeatur ex diſpoſitione ſtatuti, & ſic eſt compenſandum cum legato.*
10 *Debitum voluntarium non venit cum legato compenſandum.*
11 *Statutum Bononiæ conſtituit lucrum ex ſua auctoritate, & permittit ex partium voluntate poſſe augeri, vel minui.*

DECISIO CCCXLVIII.

PER mortem Columnelli Marci Antonij hæredis Vſufructuarij omnium bonorum dotalium, & extrà dotalium quondã Iumperæ Vxoris conſolidato vſufructu cum proprietate ad fauorem Benedicti de Victoriis hæredis proprietarij hic egit coram Auditore generali Bononiæ pro reſtitutione medietatis eorum bonorum detentorum ab Octauia Columnella hærede, qua excipiente de retentione medietatis dotis ſuperlucratæ à ſuo Auctore per deceſſum Iumperæ Vxoris ad formam Statuti Bononien. ſuperuenit ſententia ad fauorem Actoris, declarans prætenſum lucrum dotale eſſe compenſandum cum fructibus à d. Columnellio ex dd. bonis extra dotalibus, & ab altera medietate dotis perceptis, à qua eã non fuerit in tempore appellatũ, nec deindè appellatio proſecuta intra terminum à iure præfixum. Hodie propoſui dubium an conſtet de re iudicata, vel potius de Cauſis reſtitutionis in integrum affirmatiuè, quoad primam partem, negatiuè quo ad ſecundam reſolutum.

Ratio reſolutionis fuit, quia nõ controuertitur in facto appellationem infra decem dies datos ad appellandum, ac infra terminum præfixum ad illam proſequendam, neque interpoſitum, neque proſequutam fuiſſe, va-

de

1 de † ex vtroque Capite res iudicata euitari non potest, vt de non appellante in tempore est *text. in cap. ab eo in prine. vbi glos. de appellat. in 6. Clem. quamuis §. similiter eodem tit. Rota decis. 173 num. 2. & decis. 236. numer. 1. part. 9. recent.*,

2 & de † non prosequente infra annum, & ex Causa infra biennium *in cap. cum sit Romana de appel.* & latè *Rota dec. 233. num. 3. 4. & 5. part. 7. recent.*

Nec minus dubitatur de validitate, iniustitia autem sententiæ, sine qua cessat læsio,

3 & restitutio non † datur *cap. & ibi Pobb. de restit. in integr. & Rota in Florentina Oratorij 30. Ianuarij 1665. in principio coram me.* Exclusa remanet ex testamento eiusdem Iuniperæ relinquentis Marco Antonio viro vsũfructum bonorum dotalium, & extradotalium sub expresso onere, vt post sui obitum eadem bona restitui deberent Elisabethæ ac eius filijs, cuius dispositionis virtute bona post mortem Marci Antonij vsufructuarij rectè adiudicata

4 fuerunt Benedicto † Elisabethæ filio in testamento expresse ad proprietatem vocato §. finitur, & ibi scribentes *Instit. de vsufruct. Boer. decis. 172. num. 29. Rota in rec. 120. num. 25. par. 9. & alibi passim.*

Et quidem non obstante prætensa retentione medietatis dotis iuxta dispositionem statuti Bonon. ex quo de iniustitia redarguebatur sententia decernens hæredem Marci Antonij debere in causam prædicti lucri imputare fructus omnes ex bonis extradotalibus, & ex altera dotis medietate perceptos.

5 Quoniam † receptissima est foris conclusio quod semper prædictæ Imputationi sit locus, quando lucrum debetur non ex præsumpta hominum voluntate, sed ex mera necessitate legis ciuilis, vel municipalis ad tradita per DD. *in Auth. propterea C. vnde vir, & vxor Sard. consil. 112. num. 1. & 2. Gratian. disc. 316. num. 3. Rot. coram Cavaler. decis. 318. num. 1. in Romana fideicommissi de Ruschis 13. May 1643. coram bo. me. Duarezio §. 1. oritur in Fanen. hereditatis 30. Maij 1659. coram R. P. D. meo Albergato §. cuius declarationis, & in Scongallien. hereditatis seu dotis 26. Maij 1664. §. quo verò ad dotem coram R. P. D. meo Priolo.*

6 Esse autem † lucrum in præsenti esse debitum ex mera necessitate statuti Bonon. non solum alias dixit (*Rota in Bonon. Indemnitatis 27. Martij 1618. coram Dunoz. impress. apud Gionagn. cons. 10. num. 24. lib. 2. & in eadem coram Burat. dec. 937. num. 1. & in Bononien. tertia 27. Ianuarij 1651. §. minusque etiam cor. R. Papien.* Sed etiam colligitur ex illis verbis ibi; *Maritus sui patris maritè tenetur solam dimidiam dotis, & augumento dotis, si de augmento tractaretur restituere, ei cui de iure restituendi, vel restituendum fuerit infra tempus prælixum à iure reliquam dimidiam tunc facit ipse maritus, seu pars eius*; & rursus ibi: *Et si maritus dotem nõ recepisset vel non tantum quod dimidiam partem potest retinere tunc petere potest tantum de dote sibi promissa, vel minus debita ex forma nostrorum statutorum, quod dimidiam habeat non obstante, quod matrimonium fuerit dissolutum, & quod de dicta dote vel eius augum. non fuisset confecta instrumentum.*

Ex quibus cum nõ appareat statutum procedere non per viam præsumptam voluntatis contrahentium, sed ex simplici statuentis

7 auctoritate † vtique perceptum lucrum tanquam debitum omnino necessarium iudicari debet *Mantic. de Conject. lib. 10. tit. 2. nu. 7. vers. 4. similiter Menoch. præsumpt. 609. num. 15. circa med. vers. ea est vera Grat. discept. 316. nu. 2. & seqq. &*

8 propterea venit compensandum cum supradicto legato, vt firmãt auctoritates supra relatæ, & in terminis huiusmodi statuti Bonon. consuluerunt *Bertaud. 26. nu. 54. lib. 2. Mandos. cons. 19. num. 11. & Rota Bononien. apud Gyp. dec. 10. num. 9.*

Nec obstat, quod idem statutum remittat arbitrio mariti pacisceudi supra tali lucro ibi: *Si instrumentum dotis, vel augumenti ipsarum partium appositum fuerit de maiori vel minori parte lucranda tunc solum, quod in pacto deuenit, debeat obseruari.*

Nam ponderabant Domini quod cum statutum absolute in principio decernat lucrum licet postea quantitatẽ remittat arbitrio partium non tamen exinde sequitur, quod eadem quantitas non sit debita ex dispositione statuti, quod sufficit ad hoc, vt dicatur

9 debitum necessarium † omnino compensandum ex Rot. Bonon. & alijs in terminis huius statuti supra relatis.

Minus obstant auctoritates in terminis statuti Vrbis in contrarium adductæ, quia statutum vrbis cõstituit lucrum in pacto præsumpto inter coniuges, nisi contrario pacto de-

10 structum, ideoque censetur debitum voluntarium, & non venit compensandum, vt declarando tradit *Penen. ad idem statutum lib. 1. cap. 191. num. 47. & 48. Rota coram Buratto decis. 291. num. 5. & coram Cavaler. dec. 318. num. 9. & post Pacifit. de Saluian. interdic. dec. 53. num. 5. & 6. & in rec. dec. 649. nu. 3. par. 1.* statutum vero Bononien. constituit lucrum ex fut qu. oritate,

11 & deinde permittit posse augeri, vel minui ex partium voluntate, & sit longè differens à statuto vrbis ex supra deductis.

In quam sententiam eò facilius Domini inclinarunt ponderantes quod lucrum supradictum iuxta dispositionem statuti Vrbis est reciprocũ; illud verò quod defertur à statuto Bononiæ, viro tantum debetur, & non vxori, ex cuius proindè parte lucrum censetur necessarium, & intravanimus compensandi ex auctoritatibus supra deductis.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Romana Alimentorum.

Primo Iulij 1665.

Argumentum desumitur melius ex summario.

SUMMARIUM.

1 *Causa fidei fauorabilior est etiam dotibus*
2 *Finem qui vult, vult etiam media, per quæ pervenitur ad illum.*

DECISIO CCCXLIX.

DOMINI decreuerunt Attilio deberi alimenta in annuis scut. 50. quia eius paupertas vltra præsumptionem legis probatur ex instrumento concordiæ anni 1665. in quo P. Probus fatendo quondam Franciscum Attilii Patrem esse verè pauperem, & proximiorem eidem ex vsufructu sibi relicto assignauit annua scuta 50. *summ. num. 3.*

Bonum ius verò fundatur in Testamento Adriani, in quo inter alia disposuit, quod scuta mille ex sua hæreditate subiacere deberent perpetuo fideicõmisso ad fauorem proximiorum Domus suæ inter quos si tempore aperti fideicommissi adesset Doctor, vel alius aptus, & magis proximus ad gradum Doctoratus suscipiendum, ille præferri deberet *summ. num. 1.* Et quod P. Probus ratam portionem vsusfructus sibi relicti distribuere deberet, modo ei à Testatore oreteaus præscripto pro suffragio Animæ suæ Commendando eidem semper sanguine coniunctos *sum. num. 2.*

Quibus stantibus sicuti Rota alias decreuit, quod medietas vsusfructus P. Probo relicti conuerteretur pro collocandis Virginibus familiæ Testatoris ex rationibus latè deductis in alia decisione huius causæ 4. Maij 1640. coram bo. me. Arguelles ita nunc deficientes causa dotium, eadem, imò fortiori ratione conuertẽda est pro alendis pauperibus studio-
1 sis familiæ Testatoris, † cum par, imo fauorabilior in causa studij, vt inquit *Bart. in l. 1. ff. solut. matrim. & ibidem Soccin. sen. nu. 55. & Soccin. Iun. num. 277. & seqq.*

Et studiosis pinguius assistat mens Testatoris, qui sicuti illos in fideicommisso prætulit, ita quoque si interrogaretur illis media ad se habilitandos non denegasset iuxta vulgatum
2 axioma, qui vult finem †, vult & media per quæ peruenitur ad illum.

Et ita Attilio tamen informante resolutum fuit &c.

R. P. D. OTALORA.

Calaguritana Beneficij.

Veneris 26. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Habilis semel ad curata reputatus, & vt inhabilis deinde reijciatur iustam habet appellandi causam à mala examinatorum relatione eùm semel habilis iudicatus sẽper talis præsumatur

SVMMARIVM.

1 *Collatio, & institutio facta appellatione pendente sunt nulla*
2 *Appellatio datur à mala examinatorum relatione*
3 *Habilis semel approbatus, & deinde vti inhabilis reiectus habet iustam appellandi causam ab examinatorum relatione*
4 *Habilis ad curata semel iudicatus, semper talis præsumitur*
5 *Sequestrum apponitur, ne fructus dilapidentur, si possessio sit vacans, si verò plena ne attentans gaudeat commodo attentatæ possessionis.*

DECISIO CCCL.

VACANTE simplici Beneficio in Parochiali Ecclesia Oppidi de Bernedo Calaguritanę Diœcesis per obitum Io: Ruiz Samaniego, se opposuerunt inter alios Christophorus Ruiz Samaniego, & Ioannes Attauri quem tantum habilem, & Idoneum Synodales examinatores approbarunt, interposita à Christophoro appellatione à mala relatione examinatorum, ea non obstãte Ioannes à Beneficiatis præsentationem, & ab ordinario collationem & institutionem obtinuit; Vnde delata mihi causa appellationis dubitaui, An constet de attentatis, ita vt sit apponendum sequestrum, & affirmatiuè per Dominos resolutum fuit.

Nam cum à relatione examinatorũ facta sub die 20. Octob. 1663. appellatum fuerit sub die 22. eiusdem mensis *summ. Christophori n. 1 & 3.* sequitur, quod tam Beneficiatorum
1 præsentatio quam ordinarij collatio, & institutio sint nulla, & attentata tanquam facta pendente appellatione *cap. non solum de appellat. in 6. cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. lib. 1. & tit. 11. ff. nil non. appell. pend. Greg. decis. 515. num. 3. Otthob. dec. 260. num. 3. & 4. cum alijs relatis in Calaguritana Beneficij 4. Decembris 1662. coram R. Vicecomite.*

2 Quod autem † à mala relatione examinatorum daretur de Iure appellatio ad vtrumque effectum, non fuit in dubio reuocatum tum ex eo quod processum fuit iudicialiter præuijs scilicet affixione edictorum, citationibus, alijsque actis Iudicialibus, vt millies resoluit *Rot. in his causis Calaguritanis, & præsertim coram Otthob. dec. 210. num. 1. & 2. dec. 252. n. 2. & dec. 260. par. 2. num. 2. & in d. Calaguritana Beneficij 4. Decembris 1662. coram R. Vicecomite §. neque dubitari.* Tum quia per subsecutam præsentationem, & institutionem Ioannis illarũ fuit grauamen irreparabile Christophoro, qui examinatus in vrbe de ordine Rotæ non solum declaratus fuit habilis, & idoneus ad curam animarum, vt in eius *summ. num. 4.* sed etiam talis repertus fuerat præcedenter in concursu alterius dimidij Beneficij vacati in eadem Ecclesia, vt cõstat ex mandato ordinarij de præsentando dicto *summ. nu. 6.* quod
3 præbuit iustam causam appellandi, vt dixit *Rot. coram Seraph. dec. 968. Greg. dec. 527. num. 1. & dec. 538. ibique Add. & in Calaguritana Beneficij coram Rentren. Vicecomite.* Nam semel habilis ad curata semper præsumitur habilis *Seraphin. d. dec. 968. num. 9. & in Calaguritana Beneficij de Alenſanco 3. Maij 1652. à nos absente coram R. P. D. Albergato.*

Cumque ex prædictis constet, quod tam præsentatio quam institutio Ioannis sit nulla & attentata, venit iuxta stylum huius sacri Tribunalis apponendum sequestrum, ne (si
5 possessio est vacans) Beneficij fructus dilapi-

denturr

dentur, vt disponitur *in cap. cùm vos. 4. de offic. ordin. vbi DD. & dixit Rota coram Burat. dec. 900 num. 1.* si verò est plena, ne attentans gaudeat
6 commodo attentatæ †, & vitiosæ possessionis *Archidiac. in cap. quæ res num. 9. vers. ex quibus 11. quæst. 1. Otthob. d. dec. 260. num. 6. Pampilonen. Abbatia 16. Maij 1664. coram me, & in Calaguritana dimidia portionis de Aro 28. Nouembris 1664. coram R. Gerunden. §. finali.*

Et ita Christophoro tantum informante resolutum fuit &c.

R. P. D. OTTALORA

Papien. Emphiteusis.

Veneris 26. Junij 1665.

ARGVMENTVM.

Remissoria quoties de articulorum releuantia constat in profanis etiam sine fumo conceditur, quæ indulgeri solet ad probandum id quoad est verisimile.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in profanis etiam sine fumo conceditur, quoties materia articulata sit releuans*
2 *Moneta aliqua, quando amplius non est in vsu, & solutio facienda in illa conuenta fuit, sufficit quod fiat in æquiualenti*
3 *Remissoria non est concedenda quando probatio fieri potest per scripturas.*
4 *Remissoria conceditur ad probandum id quod est verisimile.*

DECISIO CCCLI.

CAPITVLO B. Mariæ Gualterij tantum informante fuit sub die 16. Decembris proximipræteriti coram me resolutum debeti à Comite Francisco Barbiano scut. aureti effectiuum, seu illius valorem inspecto tempore solutionis, & quod in instrumento inuestituræ conuenta fuit solutio Canonum in ducatis auri, & in auro, & cum suppositio, quod d. moneta adhuc existat in statu Mediolanen. sed petitur pro parte Comitis remissoria ad probat. illius non existentiam DD. concedendam esse censuerunt.

1 Quia versamur in causa † mere profana in qua remissoria conceditur etiam sine fumo dummodo materia articulata sit releuans. *Mart. And decis. 38. num. 1. Greg. dec. 174. num. 2. part. 4. tom. 1. rec. & in Neap. Pecun. 1. Febr. 1645. coram R. Papien.* Releuantia resultat ex lectura articulorum nam probato, quod hodie in statu Mediolan. ducatus aureus effectiuus non
2 sit in vsu neque amplius reperiatur † Barbianus posset soluere in alia moneta, & secundum valorem antiquæ, vt disponitur in *cap. olim causam, & in cap. cum Canonicis de Censibus & aduertit Scacc. de Commerc. §. 2. quæst. 5. num. 178. vers. quare si moneta antiqua Leotard. de Vsur. quæst 67. num. 27. Grat. discept. forens. 560. num. 10. & 11. Roer. decis. 327. num. 12. & tenuit Rot. decis. 5. n. 10. coram Penia & dec. 149. nn. 11. par. 2. rec.*

Non obstat, quod tam in instrumento inuestituræ quam in bannimento monetario publicato de anno 1647. de ordine Excellentiss. D. Gubernatoris Mediolanen. fiat specifica mentio de ducato aureo, ideoque probatur illius existentia per scripturas publi-
3 cas non sit danda remissoria ad † probandum contrarium per Testes *Burat. decis. 350. num. 1. dec. 597. num. 8. decis. 864. num. 1. & in rec. decis. 12. numer. 3. part. 6.* quia cum prædictæ tempus antiquum respiciant, & ab inde citra spatium plurium annorum effluxerit potuit ista species monetæ verisimiliter deperdi præsertim cum ex fide Regij nummularij data in summ. Barbiani *num. 2.* constet quod ducatus aureus multis ab hinc annis vsus non fuit, quod sufficit pro remissoria, quæ semper conceditur ad proban. id quod est
4 verisimile vt dixit *Roc. in Fauentina Beneficij 27 Iunii 1644. §. accedit coram R. D.meo Desano.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Romana Fideicommissi.

Veneris 26. Junij 1665.

ARGVMENTVM.

Immissio ad hoc, vt comperat in vim *legis finalis C. de edict. Diu. Adrian. tollend.* quid requiratur Fideicommissum ex quo inducatur, substitutio reciproca tacita ex quo resultet. Legitima ex fideicommisso particulari non detrahitur, nisi bonis liberis non existentibus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia valida et iusta est omnino confirmanda*
2 *Donatio inter virum, & vxorem de iure est prohibita*
3 *Fideicommissario ad hoc vt vigore* leg. final. C. de edict. diu. Adrian. tollend. *competat immissio quid requiratur & vide sup. num. 3.*
4 *Alienationis prohibitio filiis iniuncta inducit expressum fideicommissum ad fauorem filiorum institutorum.*
5 *Heredibus quando non fuit datus substitutus portio decedentis non accrescit alteri superstiti, vel saltem fideicommissum operatur duntaxat in qualibet linea.*
6 *Reciproca tacita ponderatur ad inducendam substitutionem de linea ad lineam.*
7 *Substitutio reciproca tacita resultat ex eo quod omnes sunt honorati, substitutio facta est vltimo morienti, & in tota hereditate & num. 10.*
8 *Testator quando vocauit masculos à primo vsque ad vltimum omnes honorare voluisse præsumitur.*
9 *Testatore vocante feminas post obitum omnium masculorum restitutio ab vltimo masculo est facienda*
11 *Legitimus contradictor est is, qui parem titulum habet*
12 *Titulum parem obtinere non dicitur is, qui post mortem testatoris, qui iam disposuerat illum obtinuit, nec valet fideicommissario immissionem impedire.*
13 *Immissio nõ debet retardari sub prætextu detractio-*

nis legitimæ competentis filio in bonis paternis
14 *Legitima ex fideicommisso particulari non est detrahenda, nisi bonis liberis non existentibus*
15 *Bona libera non existere pro detractione legitimæ asserenti probandi onus incumbit.*

DECISIO CCCLII.

ALEXANDER Fabrinus institutis vniuersalibus hæredibus pro dimidia suorum bonorum Antonio filio, & pro alia dimidia Dominico, Petro Antonio, & Io: Andreæ nepotibus ex Francisco altero filio præfuncto, subiecit particulari fideicommisso domum, de qua agitur, ad fauorem hæredum & successorum masculorum, & in eorum defectu ad fauorem fœminarum cum prohibitione illam vendendi, vel pignorandi grauando etiam dd. hæredes & successores ad illam habitandam, vt ex testamento summ. Io: Andreæ *num.* 1.

Defuncto Alexandro, & postea Petro Antonio, & Dominico prætendens Antonius prædictam domum vti emptam ab Alexandro tam suo, quam Angelæ suæ matris nomine spectasse pro dimidia ad d. Angelam, & proinde tanquam hæres testamentarius vtriusque coniugis integram sibi fuisse acquisitam obtinuit committi causam Reuerem. D. Decano coram quo dubio proposito. An & pro quibus partibus esset illi danda immissio, seu manutentio, duæ emanarunt decisiones, & deinde sententia, qua manutentionem d. Antonio concessit in portione debita ex testamẽto paterno, eidemque immissionem denegauit in portione prætensa ex testamento Angelæ matris.

Delata mihi causa appellationis, obiit etiam Antonius instituta sibi hærede Elisabetha Salamona, contra quam Io: Andreas asserens fuisse ad sui fauorem purificatum fideicommissum per obitum omnium vocatorum etiam pro medietate domus d. Antonio obuentę obtinuit in Rota disputari dubium An sententia Rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & an sit danda immissio, & Domini confirmandam esse sententiam, & immissionem esse concedendam respondent.

1 Quo enim ad primam partem † dubii cum sententia Rotalis sit valida, & iusta est omnino confirmanda. *Cavaler. decis.* 98. *numer.* 1 *Qubob. decis.* 11. *num.* 1.

Validitas non controuertitur, & Iustitia liquet ex duabus decisionibus editis coram R. Decano altera sub die 19. Aprilis 1660. altera 26. Februarij 1665. quibus firmatum fuit, domum de qua agitur intelligitur fuisse acquisitam Alexandro vti emptam suis propriis pecunijs, & nomen Angelæ simulatè fuisse appositum, vel sapere donationem
2 inter virum, & vxorem de Iure prohibitam respondendo etiam obiectis, quę in hac repropositione repetuntur.

Quo verò ad secundam partem dubij dixerunt Domini dandam esse Immissionem Io: Andreæ, quia probat existentiam fideicommissi purificati ad sui fauorem identitatem domus, & possessionem fideicommittentis de tempore obitus, quæ sunt requisita necessaria ad hoc, vt hæredi scripto, vel fideicommissario competat immissio vigore *leg. fin. C. de edict. din. Adr. tollen.* vt pluries resoluit *Rot. & signanter dec.* 184. *num.* 2. *part.* 5, *dec.* 298. *nu.* 1. *& 2. par.* 6. *dec.* 88. *par.* 7. *rec. & in Romana Vineæ* 19. *Febr.* 1644. *coram Bichio.*
3

Existentia fideicommissi super qua fundatur dumtaxat controuersia clarè patet ex lectura testamenti, quo Alexander post Institutionem factam in dimidia suorum bonorũ ad fauorem Antonij, & in alia medietate ad fauorem Dominici, Petri Antonij, & Io. Andreæ disposuit de dicta domo sub his verbis: *Volendo che la sudetta casa sia sotto vincolo di fideicommisso de' figli maschi legitimi, e naturali, e mancando la linea de' figli maschi succedano le femine talmente che la sudetta casa non si possa ne vendere ne impegnare &c.* Quæ verba important reale & expressum fideicommissum ad fauorem
4 omnium filiorum masculorum institutorum, vt in terminis dd. verborum aduertit *Fusar. de subst. quæst.* 277. *num.* 1. & 3.

Non obstat, quod dd. hæredibus nullus sit datus substitutus quo casu portio decedentis non accrescit alteri superstiti, vel saltem fideicommissum operatur dumtaxat in qualibet linea *Fusar. cons.* 11. *num.* 11. & *cons.* 17. *num.* 94. *Seraph. dec.* 1023. *num.* 9. & *in Florentina fideicommissi* 28. *Iunij* 1641. *coram R. Carillo.* Quia
6 versamur in fideicommisso † continente tacitam reciprocam ponderari solitam ad inducendam substitutionem de linea ad lineam, *vt dixit Rota in Amer. fideicommissi* 24. *Martij* 1664. *coram Beuil.* §. *decisum fuit.*

Tacita reciproca in hoc casu resultat ex
7 concursu illorum trium requisitorum, scilicet quia omnes sunt honorati, substitutione facta est vltimo morienti, & in tota hæreditate, vt ponderant *DD. in l. hæredes mei* 57. §. *cum ita ff. ad Trebell. & in l. Titia seio.* 89. §. *seio libertis, ff. de legat.* 2. Primum enim colligitur ex vocatione omnium masculorum vsque ad
8 vltimum quia proinde omnes censentur honorati *l. Lucius ff. de vulg. & pupill. Rot. in Romana fideicommissi de Mutis* 19. *Februarij cor. R. Papien. & coram Ottlob. dec.* 177. *num.* 2. Secundum ex vocatione fœminarum post obitum omnium masculorum, ex † quo patet restitutionem
9 esse faciendam ab vltimo masculo, vt dixit *Rota in dicta Amerina fideicomm.* §. *de* 2. Tertium
10 quia fideicommissum fuit Institutum in tota domo expressis etiam à Testatore illius confinibus, vt plurибus in his terminis tenet *Fusar. de subst. quæst.* 472. *num.* 68.

Neq; vrget quod Elisabetha habeat parem
11 titulum, cum † possideat in vim testamenti Angelæ, & Antonij, ideoque sit legitima contradictrix ad impediendam fideicommissario immissionem, quia † dum titulum obti-
12 nuit post mortem Alexandri, qui iam disposuerat de d. domo, nequit immissionem impedire, *vt not. Pereg. de fideic. art.* 48. *num.* 51. *vbi de communi, Afflict. dec.* 119. *num.* 6. *Mant. dec.* 311. *n.* 3.

Mi-

11 Minus † retardari poteſt immiſſio ſub prætextu detractionis legitimæ competentis Antonio in bonis paternis. Nam legitima non
14 detrahitur ex fideicommiſſo particulari, niſi in ſubſidium ſcilicet bonis liberis non exiſtẽtibus *Seraph. deciſ. 760. Burat. dec. 693. num. 10. & in Sueſana legitima 10. Martii 1662. §. ex quibus, coram R.P.D. Taia.* Dicta † autem non
15 exiſtentia non eſt probanda à Io. Andrea, qui habet regulam pro ſe, ſed ab Eliſabetha, quæ in ea ſe fundat, vt in puncto tenet *Barſ. dec. 105. à num. 6. cum ſeqq. Add. ad Burat. d. deciſ. 693. num. 12. & admittitur in Sueſana legitima ſupra allegata.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. T A I A.

Sancti Seuerini Saluiani.

Veneris 26. Iunij 1663.

A R G V M E N T V M.

Saluianum an competat etiam pro fructibus cenſualibus maturandis, & quomodo. Extrema Saluiani quæ ſint, & iſta vndè probentur.

S V M M A R I V M.

1 *Saluianum interdictum competit etiam pro fructibus cenſualibus maturis & maturandis, & competit recta via, abſque eo quod executiatur is, qui cenſum impoſuit, & vendidit, & numer. 2. & 3.*

4 *Creditum agentis cum hypotheca & poſſeſſio impoſitoris cenſus tempore impoſitionis, & poſſeſſio præſens rei conuenti in iudicio Saluiani eſt probanda.*

5 *Creditum cum hypotheca ex inſtrumento venditionis cenſus rectè inſtificatur.*

6 *Poſſeſſio ex teſtibus etiam probari poteſt.*

8 *Atteſtatio facta in tormentis, & verberibus, ipſa veritas atteſtari videtur & num. 7.*

9 *Poſſeſſio rei ex ſuſtentatione litis comprobatur. Amplia vt num. 10.*

11 *Creditor habens bona non ſufficientia poteſt etiam agere contra alium tertium poſſeſſorem, & contra quemlibet in ſolidum obligatum etiam coram alio iudice, Maximè vbi adeſt obligatio Cameralis, num. 12.*

D E C I S I O CCCLIII.

IVLIVS, & fratres emerunt 6. Iulij 1618. ab Anterio annuum cenſum ſcut. 35. pretio ſcut. 500. per publicum inſtrumentum cũ obligatione in forma Cameræ. Creditores agũt hodiè Saluiano interdicto pro fructibus cenſuariis contra Nicolaum, & Cæſarem vti detentores bonorum pridem ab aduerſario poſſeſſorum, & propoſito ad inſtan. dubio; An ſit danda immiſſio DD. dandam pro informantibus reſponderunt.

1 Etenim † pro eiſdem fructibus cenſualibus competit remedium vtile Saluiani inter dicti *Cenc. de cenſ. quæſt. 98. à num. 8. & à num. 34. cum plurimis allegatis, & ſæpè Rota Marchеſ. de*
2 *Salu. vtil. interdict. tot. cap. 10.*, nec † ſolum pro fructibus maturis, ſed etiam pro maturandis,
3 *Cenc. d. quæſt. 98. num. 15. verſ. Quæ concluſio*, † & competit recta via, abſque eo quod executiatur is, qui cenſum impoſuit, & vendidit, *Cenc. d. quæſt 98. num. 10. Marchеſ. d. cap. 10. num. 3.*
4 Et † quoniam in hoc remedio Saluiani debet probari creditum Agentis cum hypoteca, poſſeſſio Impoſitoris, & venditoris cenſus tẽpore impoſitionis, & poſſeſſio præſens rei
5 conuenti. *Cenc. d. quæſt. 98. num. 10.* † Creditum cum hypotheca in hoc caſu concludenter iuſtificatum dicitur ex inſtrumento venditionis
6 cenſus inquit, *Cenc. d. quæſt. 98. num. 17.* † Poſſeſſio autem venditoris, & reorum conuentorum clarè probatur tribus teſtibus legitimè examinatis, non obſtante alio teſte Petro Paulo Colono primùm examinato ad perpetuã memoriam, ex quo poſtmodum legitimè examinatus cecinerit palinodiam, quia deinde carceratus per carcerem, & quæſtionem, redijt ad primum dictum, & palinodiæ cecinit palinodiam, & Iudex Criminalis citatis partibus pronunciauit ſtãte ratificatione examinis primi ad perpetuam rei memoriam ab ipſo Petro Paulo per tres vices in tormentis facta poſteriorem depoſitionem à dicto Petro Paulo factam nullam mereri fidem, & propterea nullam, & inualidam declarauit, & depoſitionem ad perpetuam rei memoriã
7 eſſe veram, eique fidem adhibendam. † Quæ cum facta fuerit per quæſtiones, & tormenta confirmat primam atteſtationem ad tradita, per *Clar. §. final. quæſt. 53. nu. 15. à verſ. in hoc tum Farinac. de teſtib. quæſt. 66. à num. 165.* & inefficaciſſimas eſſe quæſtiones ad requirendum veritatem exiſtimauit, & habendas cenſuit Im-
8 perator relatus l. C. *in l. 8. ff. de quæſt.* † Nam tormentis, verberibus, & igne fatigati, quæ dicunt veritas ipſa videtur dicere inquit ex Cicerone ibi gloſ. efficaciſſimas.

9 Et Poſſeſſio † reorum conuentorũ in Saluiano vlterius ex litis ſuſtentatione comprobatur, *Rot. coram Burat. deciſ. 693. num. 5. cum allegatis, & annotatis, & deciſ. 728. num. 3.* Maxi-
10 me † etiam quod hodiè ipſi litem ſuſtentantes contradicebant, & petebant dilationem, quæ neceſſaria non eſt poſſidentibus,

Informantes pro creditoribus præoccuparunt aliquas exceptiones à poſſeſſoribus in alio Iudicio oppoſitas, & forte in hoc opponendas, & præcipuè non obſtante, quod creditores pro hoc credito immiſſi fuerint in alia bona, proindeque non poſſe immitti in hæc, & multo minus nulla ratione reddita fructuum perceptorum.

Nam dicebant informantes non verificare actum fuiſſe pro eodem met credito, & vlterius immiſſio fuit tantummodo in ſextam partẽ prædij valentis ſcut. 1000. 3. Iulij 1661. cum verò hoc iudicium cæptũ fuerit 15. Maij 1662. patet non potuiſſe percipi niſi ſummã tranſmiſſam vix ſufficientem pro expenſis, & adhuc creditoribus debeatur ſcut. 600. Cete-

11 rum † creditor habens bona non sufficientia
potest agere etiam contra alium tertium pos-
sessorem, & contra ipsum debitorem carce-
randum, & contra quemlibet in solidum o-
bligatum etiam coram alio Iudice; *ad hoc. in*
l.8. C. quem, & quando Iudex, & ibi trad. à Bart.
num.17. cum aliis apud Merlin. de pignor. tot. quæst.
107. *lib.4. Cenc. de Cens. quæst.93. numer.23. Rota*
12 *decis.122. & num.15. part.6.* maxime, † vbi adest
obligatio Cameralis; *Galesi. de oblig. Camer. l.*
quæst.11. & ibi Bacch. ab initio Merlin. de quæstion.
107. numer.9. Mangilde subhast. quæst.60. numer.3.
Rota dicta decision.122. numer.19. & amplius decis.
161. à num. 1. maximè num. 22. à vers. nec nouit
dicta part.6.

Et ita pro Informante &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Romana, seu Ianuen. Pecuniaria.

Veneris 26. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Ad validam mandati relaxationem quid requiratur. Mercator suspectus à lege non existimatur qui bona debito correspondentia possideat. Negotio principali in subsistente corruit etiam accessorium.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ ex actorum revolutione deprimitur.*
2 *Mandati relaxati iniustitia ex quibus consurgat.*
3 *Mandatum ad hoc vt validè relaxetur quid requiratur.*
4 *Causa suspicionis quamuis possit ante carcerationem iuramento creditoris probari, tamen cum creditor postea concludenter probare tenetur.*
5 *Mandatum vt validè relaxetur requiritur creditum omninò indubium.*
6 *Conditionis deterioratio post obligationem ad favorem creditoris contractam ab omninò probanda.*
7 *Suspectus de fuga iurari non potest, qui causa peregrinationis ad Vrbem accedit.*
8 *Lex non existimat mercatorem suspectum in loco originis possidentem bona debito correspondentia.*
9 *Mercator à patria non censetur abesse habens animum absoluto negotio in eam redeundi.*
10 *Carcerum quando declarata fuit in subsistens corruit etiam obligatio fideiussoria, quæ præfatis carceribus vt se à carceribus eximeret.*

DECISIO CCCLIV.

SENTENTIAM Rotalem infirmantem mandatum suspicionis fugæ in Vrbe contra Martinum Rebiatum Domini hodiè
1 validitatis, & iustitiæ decreuerunt inniti; validitas enim ex actorum revolutione depro-
2 mitur *in una decis. Verulli 160. part. 2.* † Iustitia verò exinde consurgit quod ex parte Bartholomæi creditoris nulla iustificatio crediti legitimi præcessit, ac causæ suspicionis vnà cum deterioratione debitoris post obligationem ipsius fauore contractam; † quæ omnia
3 pro validè relaxatione mandati exquiruntur, vt tradit, *Bald. in l. apertissimi num.9. C. de Iudic. Castr. cons.473. num.1. part.1. Alex. cons.19. num.1.*
5 *lom. sequ. lib.1.* vbi † quod licet valeat ante carcerationem causa suspicionis Iuramento creditoris probari, eam tamen postea creditor concludenti probationum genere tenetur exhibere, *Rota decision. 490. numer. 5. part. prima recent.*

Nec poterit creditum in proposito casu legitimum deduci ex obligatione Martini soluendi petias 2000. ab 8. regalibus Bernardo auctori Bartholomæi. Cum enim Bartholomæus emptionem mercium in summa scut. 5000. Martino sub expressa lege perceperit, vt rata pretij soluendi in credito, de quo agitur, extinctionem cederet, ex subsecuta emptione creditum censetur extinctum, licet illæ ad instantiam Bartholomei fuerint successiuè sub sequestro appositæ, vel saltem illud euasit incertum ratæ suspicionis mandatum
5 acquirit relaxari † exquirens pro sui validitate creditum omninò indubium vt notat, *Bald. in d.l. apertissimi ad finem C. de Iudic. Castr. cons. 31. post numerum primum part. 1. Dec. cons. 75 colum. 2. vers. 5. suadetur.*

6 Deterioratio † propriæ conditionis in Martino, quæ ex parte Bartholomæi debuisset subiecta probari post obligationem ad
tur fauorem contractam, *iuxta dispositionem text. in l. si creditores 15. vbi gloss. notat. in princ. ff. de priuil. credit. Bart. in l. si is à quo 3. §. si fundi num. 2. ff. vt in possess. legat. Angel. in l. Labeo num. 10. §. si quis ex causa nu. 2. ff. qui satisdar. cog. Castr. cons. 31. num. 5. part. 1. Cyriac. contr. 465. numer. 4. & 5.* visa fuit omninò remouenda ex plurium depositione testium asserentium, Martinum in Terra Altaffi suæ originis loco, vbi fuerat quoque determinata solutio, plura bona stabilia tunc temporis possedisse, nec non mobilia magni valoris creditum controuersum longè excedentia. Hinc dum ibi concludum erat creditori pro sui crediti consecutione,
7 Martinus, qui † causa peregrinationis ad Vrbem accesserat, nequibat suspectus de fuga iurari, *vt tradit Castr. in relato cons. 31. numer. 2. & 4. part. 1. Dec. cons. 75. colum. 1. Natt. cons. 430. num. 15. Menoch. de arbitr. cons. 87. numer. 13. Garcia Lup. de debit. suspect. quæst. 1. numer. 9. & 10.*
8 vbi quod † lex haud suspectum existimat mercatorem in loco originis possidentem bona mobilia debito correspondentia, quod censuit quoque, *Bald. in cons. 285. num. 2. lib. 1. Riccium. Duran. dec. 10. num. 6.* alias maximum resultaret absurdum quod quilibet ex negotij causa in diuersam Prouinciam accedens ibi posse in carcere vti suspectus intrudi, licèt in propria Patria diuitijs affluens; † at-
9 qua non censetur de esse habens animum absoluto negotio in eam redeundi, vt probatur *text. in l. nihil interest ff. de capt. & postlimin. reuers. l. ex facto 24. §. rem ff. de hæred. instit. l. si fundus 42.*

& l.

& l. quæsitum 76. §. si fundum ff. de legat. 3. Mascard. de probat conclus. 1215. n. 27.

10 Insubsistentia † Itaque carcerationis admissa debet quoque fideiussorum obligatio corruere, quos Martinus, vt se à carceribus eximeret præstitit creditori super solutione iudicati, vt aliis relatis auctoritatibus respondit, *Rota coram Dutra. decisio. 387. numer. 6. & 7.*

Cætera quæ forsan deduci possunt obiecta remouentur ex decisione edita die 27. Iunii 1664. coram Eminentissimo Celso nec non altera R.P.D. Ottaloræ 17. Martii 1664.

Et ita hæredibus Martini dumtaxat Informantibus, altera verò Parte licèt pluribus citationibus lacessita informare recusante resolutum &c.

REVERENDISS. P. D. ALBERGATO,

Sacræ Rotæ Decano.

Leodien. Canonicatus Aquisgranen.

Veneris 26. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Dignitatis exercitium nõ nisi per confirmationem recipitur, & Prælatus antè confirmationem administrans incurrit priuationem iuris, quod ex electione percepit. Clericus à militia mundi rediens ad statum primæuum Clericalem reintegratur ad priuilegia Clericalia, quæ per militiam erant suspensa non deperdita. Irregularitas ex bello iusto non inducitur, & alia de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Litera gratificationis sunt exequendæ quoties de votorum paritate, Beneficij vacatione, & clericatu supplicantis constat.*
2 *Decani vox ex consuetudine Ecclesiæ Leodiensis prævalet in paritate.*
3 *Dignitatis exercitium non recipitur nisi per confirmationem.*
4 *Prælatus ante confirmationem administrando incurrit in sententiam Canonis, & privationem iuris quod percepit ex electione.*
5 *Consuetudo est specificè, & individualiter probanda.*
6 *Consuetudo tantum potentiæ, quantum actus non est trahenda in exorbitantibus à dispositione Iuris de uno casu ad alium.*
7 *Scientia de visu, actuum frequentia, & diuturnitas temporis saltem per 40. annos requiritur ad probandam actus consuetudinem.*
8 *Prælati votum ante confirmationem dignitatis per ipsum obtentæ non consideratur vt prælati, sed vt Canonici votum.*
9 *Clericus transiens ad militiam armatam redit à militia relicta, & factus miles secundi desinit esse miles Dei.*
10 *Clericus redibido à militia mundi ad primæuum statum Clericalem reintegratur ad privilegia Clericalia, quæ erant suspensa.*
11 *Irregularitas non inducitur per bellum moraliter, & probabiliter iustum.*
12 *Homicidium etiam simpliciter volitum in causa irregularitatem inducit.*
13 *Irregularitatem in bello iniusto secuto homicidio omnes etiam propria manu non occidentes incurrunt.*
14 *Defectus vel à lege prouidens semper iuste præsumitur.*
Nec sufficit concursus ad causam in genere nisi probetur factum particulare occisionis propria manu sequutum ex quo oriatur irregularitas, & numer. 15.
16 *Remedium unum qui ex duobus acceptat, alterius beneficio renunciasse præsumitur.*

DECISIO CCCLV.

CONGREGATO in Ecclesia Collegiata B. Mariæ Virginis Oppidi Aquisgranen. Capitulo cum ex quatuordecim Canonicis ad Canonicatum Vacantem septem elegissent Michaelem, & alij 7. Bernardinum; obtinuit Bernardinus à Sanctissimo in paritate votorum gratificari; Vnde dubitaui, an dictæ gratificationis litteræ essent exequẽ-
1 dæ, & affirmatiuè conclusum, † cum Canonicatus vacatio Bernardini Clericatus, ac beneficii valor in dubium non reuocentur, & paritas respectu numeri oculariter pateat.

Nec vitium fuit, electionem Michaelis saltem præponderare in qualitate ex quo inter Canonicos, qui illum elegerunt, adfuerit
2 Gulielmus Decanus, † cuius vox, ex consuetudine Ecclesiæ prævalet in paritate.

Præmisso enim in facto, quod dictus Gulielmus fuerat immediatè antea in eodem Capitulo in Decanum electus, & nondum confirmatus, non potest dicta consuetudo casui nostro duplici ratione applicari.

3 Cum † enim exercitium dignitatis non nisi per confirmationem recipiatur adeò, vt ante illam non solum interdicta sit electio,
4 quælibet administratio; Verùm etiam administrando incurrat in sententiam Canonis, & priuationem cuiuscumq; Iuris, quod habuit ex electione, *per text. in cap. Auaritia excitas de elect. in 6. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 27. num. 6. & lib. quæst. 13. num. 1. Gonzal. ad reg. Cancel. glos. 15. num. 52. Tambur. de Iur. Abb. tom. 1. disput. 6. quæst. 1. num. 1. & seqq. Mantic. decis. 741. num. 2. part. 2.*

5 Erat primo † prædicta consuetudo in præcisis terminis casus nostri voti scilicet dati à Decano nondum confirmato specificè, & individualiter probanda ad *Text. in cap. fin. de Consuet in 6. Grat. disc. 79. num. 10. Rotæ in Leodien. Canonicatus Sancti Martini 15. Ianuarij 1652. coram Reuerendiss. Dunco Decano, & in Maioricen. Canonicatus Pœnitentiarij 11. Martij 1665. in fine*
6 *rerum R.P.D. meo Emerit.* † Consuetudo enim tantum potentiæ, quantum actus, nec trahi potest, præsertim adeò exorbitantibus a dispositione Iuris de uno casu ad alium, *Rota decis. 81. numer. 11. part. 6. & decis. 210. numer. 5. part. 8. recent. & in Maurican. Canonicatus 25. Iunii 1657.*

nii 1637. §. deficiunt, & §. seqq. coram Reuerendiss. Papien.

Hæc autem probatio tantum abest quod fuerit facta vt Testes in genuè fateantur, nunquam similem casum vidisse, etenim † ad
7 effectum probandi consuetudinem, actus qui allegatur, requiritur scientia de visu, actuum frequentia, & temporis diuturnitas, saltem per quadraginta annos, adcoque altero ex his cessante tota probatio corruat ex auctoritatibus plenè relatis in d. Maioricen. Canonicatus coram Reuerendissimo Papien. §. 1. ac per totam.

Secundò Quia cum Gulielmus non votasset in sede Decanali, cuius possessionem non
8 dũ acquisierat, sed in statu Canonicali eius † votum considerandum venit non tanquam Decani, sed tanquam Canonici, *iuxta glos. singularem in cap. accollatione in verbo Praturn de appell. in 6. & ibi Archid. num. 2. Franch. numer. 44 in cap. anditis de elect. n. 4. Bald. inter cons. Zarabella 53. in prim. Rota decis. 288 sub nu. 2. part. 1. recent.*

Non obstat quod Bernardinus post adeptũ Clericatum in defensione Vrbis Valencenæ contra Gallos militiam exercuerit, vel enim ex hoc prętenditur, quod ceciderit à statu Clericali, vel potius, quod arma tractando contraxerit irregularitatem, & neutrum subsistit.

Non primum quia licet per transitum ad
9 militiam armatam cadat Clericus † à militia cœlesti, & factus miles sæculi, desinat esse miles Dei, *glos. & DD. in cap. fin. de Cler. coning. Gigas. de pens. quæst. 55. num. 1. Gras. de effect. Cle-*
10 *ric. effect. 1. num. 865. & seqq.* † redeundo tamen pro vt fecit Bernardinus ad primæuum statũ Clericalem, reintegratur, quo ad omnes effectus ast priuilegia Clericalia, quæ suspensa erant, non deperdita *Clem. prima vers. quamdiù, & ibi glos. verb. recuperabunt de vita, & honestate Cleric. Conar. pract. quæst. cap. 31. num. 8. Barbos. de Iur. Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 79. vers. quia in hoc casu de Gras. de effect. Cleric. d. effect. prima num. 85. 90. & 662. Cappell. Tolos. dec. 104. n. 2.*

Non secundum quia ne innumera hominum multitudo irregularitatis vinculo illaqueetur, statutum habemus in *cap. petitio tua*
11 *de homicid.* solum concursum † ad bellum moraliter, & probabiliter iustum non inducere irregularitatem, modo ipsi propria manu non occiderint, vel mutilauerint, vel Consilium, aut mandatum dederint ad occidendum aliquem in particulari.

12 Quamuis enim † ad alios effectus irregularitatem inducat homicidium etiam simpliciter volitum in Causa, & generaliter omnes non solum milites, & Bellatores, verum etiã Duces exercitus Vexilliferi pro vt erat Bernardinus Consultores militiæ, Tubicinæ, pulsantes Tympana, cæterique Ministri in vniuersum concurrant ad integrandam Causam illam moralem, cui strages, & homicidia imputantur, & consequenter in bello iniusto,
13 sequuto homicidio, omnes † etiam propria manu non occidentes irregularitatem incurrant ex deductis *per Bonac. oper. moral. tom. 1. disput. 7. quæst. 4. punct. 6. nu. 16.*

Quoties tamen versamur in Bello iusto pro vt erat illud Valencenæ quod ex parte Hispa-
14 norum ordinabatur ad defensionem, † quæ vti à naturæ lege procedens semper iusta præsumitur *cap. scire 23. quæst. 8. Bart. in l. Hostes numer. 9. & seqq. ff. de cap. & postlim. reuer. Innoc. in cap. olim. ii primo n. 8. de restit. Spol. Menoch. de præsumpt. 96. num. 4. Castropal. part. 1. disp. 2. punct. 8. sub n. 2.*
15 non † sufficit concursus ad causam istam etiam in genere, nisi viterius iuxta dispositionem *d. cap. petitio tua* probetur factum aliquod particulare occisionis, vel mutilationis propria manu, vel Consilio sequutum *c. 83* quo surgat irregularitas, vt distinguendo *Conarr. var. resol. tit. de irregularitate part. 2. §. 3. Bonac. eodem tract. tom. 1. disp. 7. quæst. 4. punct. 6. numer. 7. Castropal. part. 6. disput. 6. punct. 14. §. 2. Suarez. de cens. disp. 47. sect. 6. n. 1. Pasqualig. quæst. moral. q. 293 nu. 6. Dian. tract. 2. de irregular. resol. 29. Rot. dec. 3. nu. 5. part. 2. rec.*

Primum sub prætextu purgationis attentatorum præsens dubli propositio non erat retardanda, quia licet Rota sub die 28. Martij anni præteriti admissionem Bernardini ad primam residentiam declarauerit attentatam attamen ad dirimendam dictam controuersiam in relatione causarum sub die 7. Iulij subsequentis potuit in electione Michaelis, vel quod contentus esset expeditione sequestri, vel quod reuideretur decisio, vnde cum ipse priorem partem expeditionis sequestri elegerit, remansit iuxta morem Rotæ terminatus articulus & adimpleta purgatio, & fru-
16 strà modo recurrit ad aliud, † qui enim ex duobus propositis remedijs, alterum acceptat alteri renunciasse censetur.

Et ita vnica tantum &c.

R. P. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Meliten. Pecuniaria.

Veneris 26. Iunii 1665.

ARGVMENTVM.

Hæres factum Defuncti seruare tenetur, & eadem obligatione ligatur, qua suus auctor tenebatur, qui onus quodcumque iniunctum acceptare dicitur, statim ac Defuncti bona consequitur, & retinet, & æquum est, quod si commoda hæreditatis sentit, illius & incommoda patiatur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum facit probationem probatam rem claram, & manifestam.*
2 *Fructus dotales eo ipso quod maritus onera matrimonij sustinere capit, debentur.*
3 *Datis interusuria in Regno Siciliæ, cum quo transit Insula Melita taxata sunt in summa scutorum septem pro qualibet centenario, & anno.*
4 *Clausula* quod quis non possit prius quam soluat opponere, excipere, aut aliquo mo-

do

do se defendere *tribuit viam executiuam*.

5 *Clausula*, vt Bancus *habet viam executiuam, & num.6.*

7 *Depositum de iure communi paratam habet executionem.*

8 *Creditor actionem dirigere debet contra haredem vniuersalem, in quem iura Defuncti actiuè, & passiuè transierunt.*

9 *Testatore haredi particulari iniungente onus soluendi eius debita, tenetur hic eadem obligatione, qua Defunctus tenebatur.*

10 *Hæres dicitur onus iniunctum acceptare per assecutionem, & retentionem bonorum.*

11 *Pro Legato non datur via executiua.*

12 *Hæres factum Defuncti seruare tenetur.*

13 *Hæres impugnando testamentum cadit à commodo institutionis.*

14 *Hæres particularis efficitur hæres vniuersalis, nequis pro parte testatus, & pro parte intestatus decedat.*

15 *Hæres vniuersalis ad solutionem debitorum Defuncti tenetur,*

16 *Sed intelige volente & declarante hærede vniuersali.*

17 *Hæres commoda, & incommoda hæreditatis sentire debet.*

18 *Non entis nullæ sunt qualitates.*

DECISIO CCCLVI.

NVPTVI tradidit Cæsar Marietinam filiam Petro promissis inter cætera in dotem scutis duobus millibus.

Agente Petro contra promissionis bona tam ad solutionem dicti residui dotis, quam fructuum dotalium dixerunt DD. ad eius fauorem mandatum esse relaxandum, quia de
1 credito dotali constat ex publico †instrumento faciente probationem probatam rem claram, & manifestam. *Bald.in l.quoties in fin.C. de Iudic.* & † fructus dotales eo ipso quod vir
2 sublinuit onera matrimonii ex sola mora regulari debeant *cap saluberiter vbi DD. de vsuris, l.dotis fructus ff.de Iur. dot. Gregor. decis.173. num.7.Gierb.decis.72.à num.11.ad fin.* iuxta mo-
3 rem & consuetudinem regionis, quæ † in Siciliæ Regno, cum quo transit Insula mellitensis est scutorum sex tem pro quolibet centenario, & anno vt testatur *Antonin. Amat. resol.41.num.8.*

Et quidem executiuè cum in instrumento vltra obligationem in forma ritus adsit clau-
4 sula, † *quod Cæsar non possit prius quam soluat opponere, excipere, aut aliquo modo se defendere*, &
5 clausula † *vt Bancus* quarum vtraque tribuit viam executiuam, vt de priori est textus *in l.sancimus 26.*, ibi: Nisi pacti tenor ad hoc reclamauerit si forsitan sine defensione facienda pro eo fideiusserit, vbi *glos. in verbo defensione, C.de fideius.in l.1.quæst.1.num.3. & 48. Cosmus Neput. ad consuet.Vrb. catena tit.50.num.56.*

6 Et de clausula: † *vt Bancus*, quam per extensum refert Marius Muta ad cap.Regni Siciliæ sub Rege Alphonso to.5.cap.142., quod habeat viam exequutiuam tradunt idem Muta loco superius allegato *nu.43.vers.4.effectus.*

Ioseph Lumia in vitus Sicilia cap.21.nu.31. Mastril. decis.120.num.1., cum clausula ista æquipol-
7 leat depositio † quod de iure communi paratam habet exequutionem iuxta *text.in l.penul. C depositi*.

Non obstat quod cum Cæsar decesserit instituto hærede vniuersali Marietina filia, & hærede particulari incertis bonis Maria Ala-
8 gona vxore † actio dirigenda sit contra Marietinam hæredem vniuersalem, in quam transierunt omnia iura Defuncti actiuè, & passiuè, non verò contra Alagonam hæredem particularem.

Dupliciter enim responsum fuit; & primo Alagonæ iniuncta fuit per Testatorem onus
9 soluendi eius debita, & † consequenter tenetur ad solutionem dicti residui dotis eadem obligatione, qua Defunctus tenebatur. *Bald. in l.de eo.ff.de Iudic. Ancharr.cons.180.nu.5. Barbos. axiom.45.nu.1.Surd. cons.112. nu.69. lib.1.& decis.310.nu.3.* cum per † assequutionem, & re-
10 tentionem bonorum onus iniunctum acceptare dicatur *Bart.in l.geris nu.2.ff.de acq. hæred. Rot.in Romana dotis 15.May 1650. S.Laura in fine coram Reuerendiss.D.meo Decano*.

11 In nihilo obstante quod † pro legato non detur via executiua *Rot decis.491.nu. part.2.rec.* Quia Petrus non agit ex legato, sed ex con-
12 tractu inito cum Defuncto † ad cuius obseruantiam hæres compellitur. *Dec. in l.qui cum alio nu.7. ff. de reg.Iur.* nec enim se legatarium dicit, sed creditorem.

13 Secundo quod cum † per impugnationem acriter factam de testamento paterno ceciderit Marietina à commodo institutionis *l. Papinianus, §. Meminisse, ff.de inoff.testam. Menoch. cons. 132.nu.15.Soccin.cons.34. num.39. vol.2.Cravetta cons.42.nu.1.* beneficio iuris accrescendi, ac ne
14 testator decederet pro parte † testatus, & pro parte intestatus effecta fuit Alagona hæres vniuersalis *l.1.§.si ex fundo & l.quoties, §.si duo, ff. de her.instit. Bartol. in l.ex facto, de hæred. instit. Surd. cons.439.nu.19.Gregor. decis.244.nu.7, & ibi Addan.litt.C*, quæ propterea tanquam talis solutionem non poterit euitare.

16 Nec dicatur † hoc intelligendum esse Alagona volente, & declarante *Rot. in Perusina fideicommissi 27.May 1601., §. hoc autem coram R. P.D.meo Verospio*. Satis enim voluisse, & declarasse censetur dum non solum præmortuo primo viro præoccupauit totam eius hæreditatem, quam in duabus domibus, & in summa scutorum 3600 Summario præteritæ positionis Petri *num.2.*, verum etiam in exactionem crediti Siracusani expressè talem se fecit, & tamquam hæres vniuersalis contraxit *eod.*
17 *Summario num.1.* † Congruum est enim vt qui se hæredem præstat ad commoda patiatur esse talis ad incommoda *l. secundum naturam, ff. de reg. Iur.*

Et eadem ponderatione superflua hodiè videtur inspectio, an institutio Marietinæ censeatur facta in compensationem debiti dotis, cum enim ipsa adhuc reperiatur manibus vacuis, & nihil habuerit ex hæreditate paterna, quod compenset frustratoriè ageretur de cō-

pensa-

18 penſatione, † cum non entis nullæ ſint qualitates. *Rot. in Fanen. hæreditatis* 10. *Decembris* 1664. §. *fin. coram Reuerendiſſimo D. Perunden.*
Et ita cauſa pluries propoſita. Vtraque.

R. P. D. ALBERGATO.
Sacræ Rotæ Decano.
Faneñ Succeſſionis.
Veneris 26. *Iunij* 1665.

ARGVMENTVM.

Statutum Fani *lib.* 2. *cap.* 66. *de Succeſſ. ab inteſtato* quid diſponat; Statutum Iuris communis correctorium non eſt extendendum. Ratio Statuti non attenditur, ſed caſus formaliter diſpoſitus. Regula *ſi vinco vincentem te, &c.* quando habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Ad Succeſſionem filij infantis dubitatur, an admittatur Mater, vel Auus.*
2 *Statutum Fani* lib. 2. cap. 66. de Succeſſ. ab Inteſtato *quid diſponat.*
3 *Statutum mentionem non faciens de aliquo caſu, caſus terminari debet à Iure communi.*
4 *Statutum diſponens quod mater excludatur à fratribus patruelibus, à fortiori excludi debet ab auo.*
5 *Statutum loquens de perſonis matrem excludentibus cum dictionibus taxatiuis, ab illis tantum excluditur, quæ ibi expreſsè enumerantur.*
6 *Statutum Iuris communis correctorium extenſionem non patitur.*
7 *Statutum licèt excludat matrem exiſtente patruo non tamen excludit ſororem & n.* 8.
9 *Mater excludi tantum debet à perſonis, quæ à Statuto enumerantur.*
10 *Ratio ſtatuti non attenditur, ſed caſus formaliter diſpoſitus.*
11 *Regula* ſi vinco viuentem te, &c. *non habet locum in Statuto correctorio, & vbi receditur à Iure communi, ſed procedit vt nn.* 12. & 13.

DECISIO CCCLVII.

CAVSA hac, in qua ad fauorem matris in prima inſtantia pronunciaui ad me iterum poſt ſecundam ſententiam primæ cõformem deuoluta ſolitũ dubium propoſui,
1 & pro confirmatione reſponſum fuit; † nam in concurſu Matris, & Aui ad Succeſſionem Ioannis Andreę filij infantili ætate Defuncti, licèt Domini agnoſcerent, caſum eſſe valdè dubitabilem, ex rationibus in ſimili Statuto deductis *à Paul. de Caſtr. conſ.* 175. *lib.* 1. & *Abb. conſ.* 75. *numer.* 5. & *ſeq. part.* 1. placuit tamen in-
2 hærere diſpoſitioni Iuris communis, † dum Statutum Fani *de Succeſſ. ab inteſt. cap.* 66. *lib.* 2. illud non corrigit, ſed vult matrem excludi ſolum à Succeſſione filij: Si remanſerit filius, frater, vel Soror perſonæ mortuæ, aut filius fratris, vel filius Sororis, aut patruus, vel frater Patruelis, vnus, vel plures ex latere pa-
3 terno perſonæ Defunctæ. † Vnde cum de Perſona Aui mentionem non faciat caſus remanet ex Iure communi terminandus, vt in prima deciſione coram me firmatum fuit, & cõcordant *Bald. conſ.* 420. *num.* 1. *poſt med. lib.* 5. *Surd. conſ.* 127. *num.* 61. *Rot. coram Merl. deciſ.* 390. *nu.* 21. & *in Reatina Succeſſionis* 4. *Iunij* 1660., §. *nec ſubſiſtit in fine coram Eminentiſſimo D. Cardinali Celſo.*

Neque vis fieri poſſe viſa eſt in maioritate rationis, quod † ſi Mater excluditur à fratribus patruelibus multo magis excludi debeat
4 ab Auo, quem non eſt credendum ſtatuentes omittere voluiſſe. Ex ipſo enim Statuto duplicem Domini reſpõſionem deducebant; prima eſt, quod ſucceſſio Matris ad tertiam partem reſtringitur eo tantum caſu, quo ad-
5 eſſet Patruus Perſonæ Defunctæ, & † proindè cum perſonæ excludentes Matrem enumerentur cum dictionibus taxatiuis ab iſtis tantum perſonis excluditur, quæ ibi expreſsè loquuntur *poſt Alex., & Corn. Rot. coram Pen. deciſion.* 207. *numer.* 8. *ſecundum impreſſ. Lugdun.*, &
6 Statutum † Iuris communis correctorium extendi nullo debet modo *Euerard. in loc. argument. in cap. à ration. leg. larg. num.* 24. *in fin.* & *num.* 25. *Gabr. conſ.* 69. *num.* 28. *lib.* 2. *Cranett. conſ.* 98. *numer.* 13., etiam ex maioritate rationis, quæ non extenſionem, ſed virtualem compræhenſionem appellant, *l. commodiſſimè, ff. de liber.*, & *poſt Bald. in l. illam* 19. *in princ. per illum text. C. de*
7 *collat.*, † vbi quod licèt Statutum excludat Matrem exiſtente patruo, non tamen excludit Sororem, & ſequitur *Dec. conſ.* 684. *numer.* 3., & *poſt Caſtrenſ. Alex. conſ* 97. *ſub num.* 9. *verſ.* & *ſubtiliter dicit lib.* 2. *Colleg. Peruſ. apud Angel. conſ.* 210.
8 *per tot.*, vbi quod † ſi Patruus excludit Matrem, non tamen excludit Sororem, quod *conſ. pleriq. omnes ſequuntur*, vt inquit *Laderch. conſ.* 37. *num.* 10. plura ſimilia adducit *Molin. de Primog. Hiſpan. lib.* 3. *cap.* 5. *à num.* 11. & *ſeq.* cum aliis 30. Doctoribus relatis *per Modern. Eugubin. controuſor.* 138. *num.* 6. & 7.

Secunda reſponſio, quæ maximè Dominis placuit eſt quod idem Statutum expreſsè diſponit, quod in caſibus ibi non expreſſis, neque ſpecificatis ſeruetur Ius commune nõ obſtante quod in hoc Statuto quod perſuaſit ratio cuius vigore aliquã fieri extẽſionem ad caſus non expreſſos. Interdicta enim ex his ad litteram remanet omnis alia, ſiue extenſio, ſiue compræhenſio, ſiue quocumque nomine appelletur aliarum perſonarum inductio,
9 & ab † aliis tantum perſonis excluſa remanet Mater, quæ ibi oculis corporeis leguntur, *Spad. conſ.* 383. *num.* 10. *lib.* 2. *Mart. Medic. deciſione Senen.* 78. *nu.* 14. in terminis huius Statuti *Neguſant. Iun. queſt.* 106. *numer.* 16., & *firmatum fuit in vtraque deciſione, & prius in Rauenaten. hæreditatis* 2. *Decembris* 1661., §. & *licet coram me*; Et huic Statuto benè applicatur dictum Bald.,
10 quod † non attenditur ratio Statuti, ſed caſus formaliter diſpoſitus, quem loc. ab eo relatum repetit *Tiraq. in repet. l. ſi vnquam* 8. *verſ. libertis ſub numer.* 4. *verſic.* & *quod voluit ipſe Bald.*

Bald. C. de reuoc. donat. & post eum Scip. Rouit. conf. 49. num. 6. lib. 1.

Qua ratione non applicatur regula *si vincat*
11 *vincentem* &c., † tum quia non habet locum in Statuto Correctorio, & vbi à dispositione Iuris communis receditur, vt in præsenti *Curt. iun. conf. 5. num. 8, Honded. conf. 2 numer. 64. lib. 2. Surd. conf. 316. nu. 15. Tob. Non. conf. 16. & 17. Mangil. de imput. quæst. 86. num. 13. vers. præterea d. regula Castill. quotid. resolut. lib. 3. cap. 30. numer. 7.*
12 Tum † etiam quia regula procedit quando victus vincitur ex eodem Iure, quo ipse aliũ vincit secus si ex diuerso, vt hic, vbi Auus vincit Patruum ex dispositione Iuris communis, Patruus autem ũ adesset Matrem excluderet à tribus partibus hæreditatis ex dispositione Statuti *iuxta conf. Angel. 252. Rot. in Bonon. hæreditatis de Bersaldis 10. May 1597 coram Litta apud Giouagn. conf. 1. num. 69. lib. 1., & dec. 54.*
13 *num. 2. in fine par. 1. recent.* † Tum demum quia regula applicatur, quando ille, qui vincit vincentem in eius locum succedit, sed quando non succedit in locum eius, qui in hoc casu Matrem excluderet non intrat regula, & Mater potest admitti *Decian. conf. 13. numer. 35. versic. attamen non obstante lib. 3. cum concordantib. per Honded. d. conf. 2. num. 61. & seq. lib. 2. Rot. post Merlin. de legit. decis. 185. nu. 5. & seq.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO.

Nunc S. R. Ecc. Cardinali.

Perusina Dotis.

Mercurij 1. Iulij 1665.

ARGVMENTVM.

Fœmina per Statutũ à successione exclusa, ne ab hac repellatur sufficit, quod deficiat qualitas, quæ est causa exclusionis, & si antequam doterur hæreditatẽ acquirat, si superueniat dotatio ius antea sibi quæsitum non amittur. Fœminæ ex bonis fideicommissariis deficiẽtibus bonis liberis patris dotem detrahere, posunt.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Perusie in* titul. de Dotibus, & Dotatis Mulieribus, rubr. 45. *quid decernat.*
2 *Qualitas Dotationis à Statuto requisita, ad effectũ excludendi fœminas, debet necessario adesse, vel tempore delata successionis, vel tempore agnitæ hæreditatis.*
3 *Mulier si antequam doretur, hæreditatem acquirat non perdit ius sibi quæsitum in hæreditate si superueniat dotatio.*
4 *Dispositio Legis, vel Statuti vetans aliquid de nouo acquiri, non prohibet acquisitum retinere.*
5 *Fœmina per Statutum exclusa ab hæreditate, ne excludatur sufficit, quod cesset qualitas, quæ est causa exclusionis, & num. 6.*
7 *Pater intelligitur de suo Patrimonio dotem constituere, quamuis aliud in dotando expresserit.*
8 *Fideicommissum dines arguitur ex pinguis legitimæ detractione filiæ competentis.*
9 *Filia vigore* Authen res quæ, Cod. commun. de legat. *dotem etiam ex bonis fideicommisso suppositis detrahere valet deficientibus bonis liberis patris, & num. 10.*
11 *Bona in dotem assignanda ad instar legatorum veniunt subtrahenda.*
12 *Dos quando non possit dici profectitia.*
13 *Legatum quando corruat, & quando sustineatur, & num. 14.*
15 *Legatum dotis quando potius in compensationem exclusionis per statutum inflictæ, quam filiæ intuitu relictum censeatur.*
16 *Statutum Perusinum in* rubr. 45. §. item si quis, *quid disponat, & illius dispositionem declara, vt num. 17.*
18 Decisio Perusina Successionis de Alphanis 264. part. 6. recent. *quibus in terminis procedat.*
19 *Statutum non est extendendum ad personas, ibi nõ expressas.*

DECISIO CCCLVIII.

SENTENTIA lata à Locumtenente Gubernatoris Perusiæ, in qua concessa fuerat immissio Comit. Scipioni de Oddis Nepoti ex Irena filia Contessinæ Borboniæ, super Bonis, in vocabulo *Pescara*, à Iacobo de Vbaldis, pro restitutione Dotis eiusdem Cõtessinæ Auiæ, hipothecatis tamquam validæ, & iustæ, & in iudicatum exinde tranſactæ, fuit mediante alia Sententia Rotali, coram R. P. D. meo Verospio, executioni demandata. Cum autem de Iuribus illius in tertia instantia per me in locum Reuerendiss. Episcopi Gerunden. subrogatum, hodiè dubitatum fuit DD. pro confirmatione respondérunt.

Quoniam illius validitate à DD. Carolo, & Iacobo Iuniore de Vbaldis informantibus non impugnata, minusque controuersis legitimatione personarum, & extremis ad hanc immissionem in Saluando obtinendam requisitis, solum excitata fuit difficultas super intelligentia Statuti Perusini, in titulo de dotibus, & dotatis mulieribus, rubr. 45. in † cuius principio disponitur, quod quælibet mulier dotata à Patre, vel à Matre, vel alio quocumque ascendente de bonis, vel rebus proprijs dotantis non possit admitti, vel reuerti ad hæreditatem, vel successionẽ alicuius personæ dotantis inferentes ex hoc, quod cum Irena, à qua Causam habuit D. Scipio de Oddis, & successiuè D. Marchio Franciscus de Coppulis, fuisset à Iacobo Patre, vsque ab anno 1623. in scutis 5000. de bonis paternis, maternis, & auitis dotata, succedebat dilemma ab ipsis informantibus habitum pro ineuitabili, quod vel illa huius vigore Statuti ob dotem, & per existentiam Tiberij fratris remanserit ab hæreditate patris penitus exclusa vel si attenta patris inopia, nil proprij præter bona fideicommisso subiecta possidentis ex dispositione ipsiusmet statuti, in §. *item si quis*, dici potuerit fuisse saltem pro medietate dotatam

tatã in aulis sequeretur, quod immissio cõcessa pro scutis 4390. remanserit exclusiua, quia ex scutis 5000. in dotem habitis attribuendo ratam scutorum 2500. bonis maternis, non poterat deinde consequi, nisi reliqua scuta 1890.

Sed vtriusquè argumenti in dilemmate contenti facilis fuit dissolutio. Nam primum ditsoluebatur ex his, quæ in proposito scripsit *Roman. in cons.* 442. *num.* 1. *& seqq.* & in terminis huius statuti *Corn. cons.* 74. *num.* 7. *lib.* 1. *&* 300. 2 *num.* 2. *lib.* 4. vbi † quod qualitas dotationis à statuto requisita, ad effectum excludendi fœminas debet necessario existere, vel tempore delatæ successionis, vel saltem tempore agnitæ hæreditatis; ideo † cum tempore delatæ 3 successionis per obitum Contessinæ, non solum dotata, non existeret, sed nec esset certa de dote, non potuit Irena ex superueniẽti dotatione perdere ius quæsitum in dicta matris hæreditate, vt videtur sensisse *Rald. in leg. non sine* 5. *num.* 2. *Cod. de bon. quæ liber. & notat Angel. in leg. sciendum*, § *fin. ff. qui statisdar. cog.* Dispositio † enim *leg. vel statuti*, vetans aliquid de nouo acquiri, non prohibet iam acquisitum retinere, vt ponderat in proposito 4 *Fusar. in leg.* 1. § *veteres, num.* 13. *ff. de acquir. possess. & consuluit Bartol. consil.* 11. *in fine*, *lib.* 1. *Corn. consil.* 94. *num.* 18. *lib.* 2. & in punctualibus terminis articulo plenè discusso, *Rota in Perusina Successionis de Alfanis* 1. *Februar.* 1634. *coram bon. mem. Dunozzetto, relat. post Gilian. ad Statut. decis.* 264. *par.* 6.

5 Et quamuis in terminis Statutorum (quid quid forsan dicendum esset de iure communi) sufficiat, quod tempore delatæ hæreditatis cesset illa qualitas, quæ est causa exclusionis, vt declarat *Corn. dicto consil.* 94. *numer.* 13. *vers. sed tandem*, *lib.* 1. Nihilominus in casu nostro cessat etiam omnis difficultas, quia 6 dubitari † non potest, quin Irena tunc infans maternam hæreditatem adierit, dum patet dotem, in qua tota hæreditas consistebat pẽnes se retinuit, ad *Text. expressum in leg. qui in aliena*, §. *si non adiecit ff. de aquir. hared. Bartol. in leg. perit, numer.* 28. *ff. eodem*, *& in consil.* 296 *num.* 2. *lib.* 1. *Natta consil.* 74. *num.* 10. *Corn. dicto consil.* 94. *num* 13. *lib.* 2. *cum aliis adductis per Surd. decis.* 140. *numer.* 1. *&* 2. *Rota decis.* 421. *num.* 7. *coram fel. mem. Gregor. XV. &* 527. *nu.* 3. *par.* 4. *tom.* 1. *recen. & latius in Interamnen. Vsufructus* 18. *Iunii* 1649. *coram Reuerendissimo Domino meo Decano, relata post Salgad. in ordin.* 10. *num.* 18.

Maiori facilitate dilnitur altera pars dilemmatis consistens in eo, quod consequta fuerit Irena portionem maternæ hæreditatis, re- 7 pugnat enim dum † Iuris dispositio sanciens patrem de suo patrimonio intelligi dotem constituisse, quamuis aliud in dotando expresserit, iuxta notabilem *Text. in leg. final. C. de dot. promiss.* & quamuis tunc demum dicta Iustiniani decisio procedat quando ille substantias idoneas possideat, quod contendunt in proposito casu scribentes pro DD. de Vbaldis tamen non applicatur responsio, quia asserta patris inopia potest sufficienter probata ex Sententia à filiis eiusdem reportata cõtra illius creditores, in qua etiam si declaratũ fuerit bona ibidem expressa ex fideicommisso per Tiberium Seniorem ordinato ad filios Iacobi, tamquam vocatos spectasse, nihilominus hoc non concludit Iacobum alia bona, quam dicta fideicommissaria tempore dotationis non possediſſe, imo ex hoc ipso 8 satis diues apparet, dum † ex pingui fideicõmisso dotis maternæ, & legitimæ illi detractio competebat, ita vt locus esse possit dictæ decisioni Iustiniani, vt ibidem tradunt communiter scribentes, & dixit *Afflict. decis.* 179. *num.* 1. *Ioseph. Lud. decis. Perusina* 20. *num.* 16. *& seqq. Mart. Medic. dec. Senen.* 57. *nu.* 2. *& alij relati per Cyriac. controuer.* 90. *num.* 10.

Insuper quando etiam alia bona libera pater non haberet tamen ad effectum, de quo agitur, constituendi scilicet dotem filiæ à fideicommittente descendenti, nunquam in- 9 ops reputabitur, quia † facultate *illi* à lege tributa in authentica res quæ poterat bona fideicommisso suppositа *distrahere*, *vel in* dotem assignare, licet filia bona materna, vel alia aduentitia possideret, vt benè examinato Articulo firmat, & contrarijs vindicat *Fusar. in consil.* 7. *fere per tot. & repetit. quæst.* 531. *numer.* 144. *cum pluribus seqq.*

In qua conclusione si aliquis fortè scrupulus adesset ob authoritatem *Rotæ in decis.* 737. *par.* 1. *diuer.* cui conatur respondere *Fusar. locis allegatis, & in decis.* 49. *par.* 6. *recen.* remaneret penitus sublata ex præcepto à fideicommittente Iacobo filio iniuncto, Irenam neptem competenter dotandi, hoc nempè casu etiam dotanda haberet bona materna, vel aduen- 10 titia, dos † ex fideicommisso suppositis deficien- 1 bonis liberis patris, dos esset detrahenda, vt declarat idem *Fusar. dicto consil.* 7. *numer.* 18. *vers. respondetur, & clarius in citata quæstione* 531. *num.* 151.

Et ponderarunt etiam DD. quod dos in proposito casu non erat debita remedio subsidiario, de quo loquuntur *dd. decisiones* 737. *par.* 1. *diuer. &* 49. *par.* 6. *recen.* sed ex voluntate fideicommittentis, qui Irenam Neptem à se cognitam nominatim à Iacobo patre de bonis ipsius mandauit competenter dotari, & 11 pro inde † bona in dictam dotem assignanda non comprehendebantur in fideicommisso postea instituto, sed ad instar Legatorum veniebant subtrahenda, ad *Text. in leg. mulier*, §. *cum proponeretur, vbi gloss. in verb. decedere, ff. ad Senat. Consul. Trebellian. Castren. consil.* 182. *sub numer.* 2. *vers. sed hic testator mandauit*, *lib.* 2. *Cephal. consil.* 485. *num.* 48. *& apertius Simon de Prat. de interpret. vltim. volunt. dubit.* 12. *num.* 2. *& voluit Rota in casu fortiori, decis.* 477. *num.* 2. *vers. vltim. non obstat, par.* 4. *diuer.*

Addito præsertim, quod testator instituto Iacobo filio hærede vniuersale ab eo dotem 12 soluendam nepti legauit. Tunc † enim dos non dicitur profecticia, quia si talis esset præintelligeretur relicta, *leg. Sed si plures*, §. *in arrogato*, *ff. de vulg. & pupillar.* & † legatum ex 13 iudo

inde corrueret cum à se ipso patri legatum esset, *leg. planè la prima, §. si duobus, ff. de legat. 1.*
14 sed vt † legatum subsistineatur aduentitium dicitur, & ipsiusmet nepti contemplatione relictum, & ex bonis fideicommissarijs eiusdem aui debitum, vt subtiliter ponderat in his præcisis terminis *Rum. consil. 72. num. 3. & 4.* & dixit esse præclarissimam coniecturam *Cephal. consil. 485. num. 52. vsque ad 60. & sequ. Mangil. de imputat. quæst. 22. num. 13.*

Quod confirmatur etiam ex eo, quod voluit Irena de bonis Testatoris quidquam petere non posse etiam ex capite reintegrationis in defectum lineæ masculinæ illi ex lure
15 municipali competentis, hoc † enim modo legatum dotis potius in compensationem exclusionis, q nam intuitu filij censetur relictum, vt aduertit idem *Cephal. consil. 475. nu. 34. vers. secunda coniectura, & seq. Honded. consil. 90. nu. 10.* & istam pro vera, & solida post *Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 18. num. 13. & seq. Merlin. de legitim. lib. 2. titul. 2. quæst. 9. num. 10. & 11.*

Huic denique Iuris dispositioni ex facto superius recensito confirmatæ non aduersatur altera eiusdem statuti dispositio in dicta
16 *rubr. 45. §. item si quis, &c.* declarans † quod si pater asserat dotasse de bonis paternis, & maternis, dos intelligatur quarumcumque constituta, adeo vt dotata ab hæreditate vtriusq; excludatur, quia vt benè respondet decisio
17 *R. P. D. mei Veroſpij, in §. final.* hoc † solum procedit quoties dotem filiæ pater constituit matre viuente, quod etiam sequentia verba eiusdem §. videtur innuere, ibi, *Declarantes tamen, quod per hoc non intelligatur, quod mater, vel auia cogantur in eorum vita aliquid dare,* & in his terminis procedit *decisio 590. part. 1. recent.* vt ponderauit in specie *Rota in sæpè citata Perusina Successionis de Alphanis 264. par. 6. recent.*

Nec contrariũ disponit idem in alio eiusdem *rubr. Item si aliquis, &c.* permittendo fratribus fœminas etiam inuitas dotandi, & illas sic dotatas à successione ascendentium, & à facultate petendi fructus pro rata hæreditatis excludendo, quia placuit responsio eiusdem
18 *decis. 264. num. 19.* quod † ibi statutum loqui-
19 tur de successione patris, & aui, & † proinde neque ex ratione identitatis extendi debet ad successionem matris ad tradita communiter per scribentes in *leg. illam, Cod. de collat.* & in his terminis, scilicet paternæ successionis procedit *Decisio Perusina Successionis 26. Aprilis 1660. §. 1. cum seqq. coram R. P. D. meo Albergato,* vt distinguendo inter vtrumque casum obseruatum fuit in *decisione R. P. D. mei Veroſpij, §. nec dispositio.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO
Nunc S. R. Eccles. Cardinali.

Romana Testamenti.

Mercurij 1. Iulij 1665.

ARGVMENTVM.

Articuli quoties materia articulata est relevan[s] de stylo Rotæ semper admittuntur, & quando continent materiam magis specificam nouum examen conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Testes post didicita testificata, non possunt denuo in eadem causa examinari.*
2 *Articuli de stylo Rotæ admittuntur in Curia quoties de aliqua materia articulata relevantia constat.*
3 *Articuli quando continẽt materiam magis specificã, & distinctam, nouum examen concedi solet.*
4 *Institutio hæredis est facienda à Testatore coram septem testibus.*
5 *Examen nouum non potest denegari super ijs, quæ de nouo adduntur.*
6 *Articulus relevans in probatis, trahit ad se irrelevantem, & sufficit relevantia vnius, vt omnes admitti debeant.*
7 *Probatio probationem non excludit.*
8 *In Iudicijs seruanda semper est æqualitas.*

DECISIO CCCLIX.

IACOBVS Constantinus Salucius hæres scriptus, tàm in primo, quàm in secundo Testamento Cassandræ eius matris, ad euitandam solutionem Legatorum, in secundo Testamento contentorum illius validitatem impugnando, coram A. C. Bulgarino, & citata Venerabili Archiconfraternite Mortis in eodem secundo Testamento substituta, nec non Alexandro Barchio marito Testatricis Legatario, Sententiam fauorabilem reportauit. Cum autem post commissam appellationem in Rota, fuisset ad instantiam dicti Legatarij examinatus Dominus Laurentius, qui confectioni Testamenti interfuit, hinc Salucius hæres volens etiam ipse examinare testes, exhibuit quatuor articulos, petendo illorum admissionem, & hodie proposito dubio dictum fuit, esse admittendos.

Etenim pro parte Legatarij non impugnatur huiusmodi admissio articulorum, ad effectum examinandi nouos testes, qui in alia instantia examinati non fuerunt, sed solum impugnatur respectu Aurigæ, & famuli, in dicta priori instantia examinatorum, ea ratio-
1 ne, quia † post didicita eorum testificata non possunt denuo in eadem causa examinari, *cap fraternitatis de testibus, Authen. qui semel, de probat.*

2 Verum placuit Dominis indistincte articulos admittere, quia de stylo Rotæ admittuntur in Curia, vbi constat de aliqua relevãtia materiæ articulatæ, *Vestr. in prax. lib. 5. cap.*

14. num.6. Parum obstante præcedenti exa-
1 mine dictorum duorum testium, quia † cum articuli continant materiam magis specificam, & distinctam, non in solo cortice verborum, sed quidem circa substantiam, iuxta decisionē passim in Rota receptam nouum examen, non solet denegari, vt dictum fuit in *Fauentina Beneficij 27. Iunii 1644. §. praterea articuli impressi, in recen. decis. 703. nu. 18. par. 9. cum aliis allegatis in Romana Testamenti 6. Febr. 1662. §. final. coram me.*

Quod autem materia sit releuans, & in substantia sit melius specificata, patet ex eo, quod ad excludendam identitatem schedulæ Testamenti controuersi, dictum fuit in prioribus Articulis, quod illa non fuisset à Casandra Testatrice consignata Notario. At quia huiusmodi probatio de necessitate forsan nō concludebat, cum Notarius potuerit dictam schedulam recipere à manibus Domini Laurentij, qui in sua depositione fatetur illam à Testatrice recepisse, ideo in nouis Articulis continetur, quod schedula Testamenti non fuit in præsentia Testium Notario consignata, non solum à Testatrice, verum etiam nec ab eodem Domino Laurentio, de cuius articuli releuantia dubitari non potest, quia no-
4 minatio † hæredis implicita resultans ex porrectione schedulæ fieri debet à Testatore coram septem Testibus, iuxta dispositionem *L. hac consultissima, §. nec per receptionem, Cod. de testibus. Afflict. decis. 143. num. 2. & consulunt Spada consil. 92. num. 5. & num. 92. in princ. lib. 1.*

Vlterius in quarto articulo cōtinetur materia magis specifica, ex quo in præcedentibus articulatum fuit solum in genere, quod Alexander malè se gerebat erga Casandram vxorem, ibi additur in specie. *Che detta Signora Cassandra hauēdo ricenute alcune percosse dal Marito, si separò dal suo letto, e viueua sola da basso, done s'ammalò, e per detta causa si morì.* Et
5 quia † super iis, quæ de nouo adduntur non potest denegari nouum examen, ita concedi debet super aliis, cum versemur in profanis,
6 vbi † articulus releuans trahit secum irrelevantem, & sufficit vnius releuantia, vt veniant omnes admittendi. *Gregor. decis. 124. numer. 3. & dictum fuit in Pisauren. Incalium 27. Augusti 1652. coram me, cum aliis relatis in Baren. Consus 27. Februarii 1662. coram R. P. D. Verospio, in fine.*

Non obstat, quod probatio facienda videatur contraria depositioni Domini Laurentij, & dd. Testes non debeāt admitti, quia in præcedenti examine affectatè deposuerunt: Vl-
7 tra quod enim est regulare, quod † probatio probationem, non excludit eo ipso, quod vni ex collitigantibus data fuit facultas probandi, vtique reiectis dd. exceptionibus ad
8 seruandam † præcipuè in iudicijs æqualitatē, ea non debet denegari alteri, quamuis intendat probare contrarium, cum totum id respiciat discussionem post perfectum examen, vt in dicta *Romana Testamenti 6. Februarij 1662. §. non obstare, coram me.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO,

Nunc. S. R. Eccles. Cardinali.

Leodien. Bonorum.

Mercurij 1. Iulij 1665.

ARGVMENTVM.

Consuetudo Ciuitatis Leodij, quid disponat. Attestatio simplex cum attestatione collegialiter facta, & aliis adminiculis suffulta, concurrere nequit.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo Ciuitatis Leodij quando bona donantur Sponsis sub pacto reuersiuo, fauore proximiorum donantis requirit, quod filij, vtrique parenti supernimant, si proximiores excludere volunt.*
2 *Consuetudo ex quibus bene probetur.*
2 *Testibus deponentibus ità vidisse, audiuisse, & indicasse plurimum est deferendum.*
4 *Pacta reuersiua ex consuetudine Leodiensi, apponuntur ad impediendum ius connubij, vigore cuius bona coniugis defuncti sine liberis, vtrique parenti superuiuentibus coniugi superstiti acquiruntur.*
5 *Testes non deponentes cum necessarijs requisitis, nō attenduntur.*
6 *Actus vnicus etiam admittitur ad effectum obseruantiæ interpretatiuæ.*
7 *Attestatio simplex non potest concurrere cum attestatione collegialiter facta coram Iudice remissoriali, plurium testium depositionibus, & scripturis adminiculata.*

DECISIO CCCLX.

EX HSDEM rationibus deductis in Decisione 27. Iunij 1663. * Domini fuerunt in resolutis. Cum † enim vigore particularis consuetudinis Leodien. vbi bona
1 donantur sponso, vel sponsæ sub pacto reuersiuo fauore proximiorum donantis, casu quo coniuges moriātur sine filijs requiratur, quod filij, qui proximiores excludere debent superuiuant vtriquæ parenti, vtique donate per Galparem Corrado filio, reuerti debēt ad proximiores sub dicto pacto reuersiuo vocatos, cum filius Corradi ante mortem decesserit, & sic vtrique parenti non superuixit, de
2 qua † consuetudine satis constare videtur ex partita Epitome consuetudinum Leodien. cap. 2. de pact. dotal. art. 10. summario Hermandi præfatæ positionis, *num. 4.* & testium depositionibus dicto summario *num. 6.* & ex traditis per *Modern. Mean. obseru. 75. par. 1. numer. 4.*

Nec releuare visum fuit repetitum obiectum, quod consuetudo procedat solum in pacto reuersiuo concepto sub indefinita conditione deficientiæ liberorum, non autem in pacto, prout hic continente alternatiuam cū conditione relata ad tempus mortis alterius ex Coniugibus. Contrarium enim desumitur ex Testibus datis in præterito summario

num. 6.

num. 6. qui vigore remissoriæ Rotalis examinati, deponunt reuersionem Bonorum in pactis Dotalibus appositam, sub conditione deficientiæ liberorum, intelligi de liberis, vtrique parenti superstitibus, siuè concepta fuerit per cõditionem indefinitam, & coniunctam, siuè per alternatiuam, & separatam, & ita vidisse practicari, & obtemari ab annis 20. 30. & 40. in circa, cum quibus concordant plures attestationes virorum grauium, & practicorum, nempè Scabinorum, aliorumque Iudicum, qui ne dum testantur, sic audiuisse, & vidisse ab annis 20. & 30. citra, sed etiam
3 ipsos hoc modo Iudicasse, quibus† in hac materia plurimum esse deferen. dictum fuit in Decisione huius Causæ super Remissoria 26. Iunij proximi præteriti, coram me.

4 Addita per eos ratione, quod similia pacta reuersiua apponuntur, solum ad Impediẽdum Ius Connubij, cuius vigore omnia bona coniugis defuncti absque liberis, vtrique superuuentibus, plenè, & liberè alteri coniugi superstiti acquiruntur, quæ ratio æquè militat in casu, quo pactum reuersiuum est conceptum sub oratione indefinita, siuè potius alternatiua, vt ex allegatis in Decisione §. *& congruit*. Parum obstante cautela trãsita à *Modern. Mean. dicta obseru. 75. num. 5.* concipiendi pactum si coniuges, siuè filijs vtrique parenti superstitibus moriantur, quia dicit hoc fieri posse ad tollendam ansam disputationibus, non autem, quod sit necessarium, vt patet ex ipsius lectura.

Nec pariter vrget, quod dictæ probationes deseruiant potius ad firmandam opinionem DD. quam consuetudinem legitimè præscriptam
5 respectu casus controuersi, cum† Testes non deponant cum necessarijs requisitis ad illam inducendam, de quibus per *Maresc. var. resolu. lib. 2. cap. 100. num. 1. & seqq.*

Etenim Testes prædicti non fuerunt inducti ad probandã ipsã consuetudinem, de cuius præexistentia dubitari non potest ex superius firmatis, sed solum ad remouendam præsentem difficultatem consistentem in eo, An dicta consuetudo procedat, tàm in conditione indefinita, quàm etiã in alternatiua; Ideoque cum super hac dubietate deponant circa obseruantiam interpretatiuam, vtique nõ videtur opus, quod Testes concludant de requisitis necessarijs ad præscribendam consue-
6 tudinem, cum† ad effectum obseruantiæ interpretatiuæ, etiam vnicus actus admittatur, *Rota Recentior. decis. 316. num. 15. par. 9. cum allegant. in Barbastrin. Decimarum 11. Decemb. 1662. §. & hac amplius, coram R.P.D. Taya.*

Quo verò ad contrarias attestationes Scabinorum subsistunt responsiones aliàs datæ, quod nempè illa de anno 1595. hodie non suffragetur, postquam ab inde citra prævaluit opinio contraria inconcussè obseruata per la-
7 psum tanti temporis, & alia† de anno 1646. tamquam simplex consultum aliquorũ Particularium non potest concurrere cum altera attestatione collegialiter facta coram Iudice Remissoriali, tot Testium depositionibus, & tot Scripturis adminiculata, vt in Decisione, §. *non obstant*.

Et ita vtraque &c.

☞ *Decisio hæc, quæ hic allegatur in eadem Causa emanata sub die 27. Iunii 1663. coram Eminent. Card. Cerro, est impressa supra in hac eadem part. decis. 202.*

REVERENDISS. CERRO DECANO

Nunc S.R.E. Cardinali.

Mediolanen. Matrimonij.

Mercurii 1. Iulii 1665.

ARGVMENTVM.

Remissoria bis non cõceditur, sed si articuli noui materiam magis specificam contineant, non denegatur, vt in casu decisionis.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria ob timorem subornationis, bis concedi non solet.*

2 *Remissoria noua non denegatur, quoties articuli additionales contigent materiam magis specificam, & distinctam.*

3 *Examen nouum post dicta testificata, non admittitur.*

4 *Articuli noui quando continent materiam diuersam & magis distinctam admittuntur etiam post dicta testificata.*

5 *Receptio summarij iuxta stylum Curiæ non operatur publicationem, nec impedit quin ad nouum examen deueniri possit.*

6 *Probatio præsumptiua quando agitur de aliqua re incidenter benè deseruit.*

7 *Articuli noui debẽt admitti quoties de illorum possibili relenantia apparet.*

DECISIO CCCLXI.

LATA Sententia à Reuerend. P.D. A.C. Arcosto, super Falsitate Partitæ Matrimonij, registratæ in Libro Ecclesiæ Parochialis Loci Gaglianæ, quod prætenditur Coniũctum inter quondam Carolum de Abdua, & Lauram de Generalibus, & Causa per appellationem mihi commissa, Carolus Franciscus alijque filij eorundem Caroli, & Lauræ exhibuerũt Articulos, ad effectum probandi dictũ Matrimonium fuisse contractum vsque de anno 1628. & cum altera pars consenserit cõcessioni Remissoriæ, successiuè expeditis Litteris Remissorialibus, illorum vigore fuerũt examinati plures Testes in partibus. Hodie verò cum ijdem Carolus Franciscus, & Fratres denuo instarent pro remissione Articulorum, dedi dubium; An illi essent admittẽdi, & affirmatiuè resolutum fuit.

1 Licet enim ob timorem subornationis Remissoria bis concedi non soleat in eadem Causã, iuxtà *decis. Gregor. 583. nn. 3. vbi Add.*
2 quando† autem nouum examen tendit, ad

coadiuuandas probationes iam factas, & Articuli additionales (prout in præsenti, ex eorum lectura deprehenditur) continent materiam magis specificam, & distinctam, non in solo cortice verborum, sed in ipsa substantia ob præcedens examen, noua Rentisloria denegari non potest, *Rota coram Coccin. decis. 23. num. 2. Pisauren. localium 27. Nouembris 1652. §. non obstat, coram me, & in Leodien. Nullitatis Ordinis 7. Iulii 1662. in fine, coram Reuerendo P. D. Teya.*

Non obstat, quod Summarium Testium primo loco examinatorum, fuisset traditum procuratoribus vtriusque partis, & propterea post † dicta testificata, admitti non debeat nouum examen. Vltra quod enim hoc non procedit, vbi noui Articuli continent materiam diuersam, & magis distinctam, nã tunc † admittuntur etiam post dicta testificata, vt dictum fuit in *Anconitana Fideicommissi 12. Iunii 1663. coram Reuerendissimo Geruasen. §. nam obiisso, & §. final.*

Adhuc remouetur obiectum ex eo, quod sola receptio Summarij, iuxtà stylum Curiæ, non operatur publicationem, nec impedit, quin ad nouum examen possit deueniri, vt traditur per *Adden. ad Gregor. decis. 497. num. 8. cum allegatis coram Eminentissimo Ottobono decis. 83. num. 17.*

Neque dicatur ex probatione facienda nõ posse concludi Matrimonium certum, & reale, ad formam Dispositionis Pagani de Abdua, qui solũ vocauit natos de legitimo Matrimonio, non autem per subsequens Matrimonium legitimatos, ac propterea articulos non esse releuantes, dum continent Matrimonium præsumptum ex tractatu mariti, & ex communi reputatione.

Omisso enim an huiusmodi præsumptiua probatio possit ad hunc effectum suffragari, maximè cum agatur incidenter de legitimatione, ad effectum succedendi, vt ad propositum facit *decisio in Parmen. Status, coram Coccino, impress. in recen. decis. 430. num. 19.* saltim remanet dubium, An probatio possit releuare, præsertim quia dicta testium possint recipere adminiculum, cum ex apoca Matrimoniali relata in Summario Caroli Francisci *num. 2.* Tum etiam ex eo, quod idem Carolus Franciscus, & fratres semper possederũt huiusmodi bona fideicommissaria in cõcursu aliorum de Abdua, ex legitimo matrimonio natorum, quod verisimiliter eisdem nõ fuisset permissum, si verè non fuissent tales, in dubio autem veniunt admittendi articuli, nam † sufficit illorum possibilis releuantia, quæ in discussione negotij principalis accuratius erit examinanda, *Buratt. decis. 28. num. 3. & in recen. decis. 303. num. 2. in fin. part. 2. cum allegatis coram Eminentissimo Ottobono, decis. 82. num. 22.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. EMERIX,

Calaguritana Beneficij de Curamita.

Mercurii 1. Iulii 1665.

ARGVMENTVM.

Rota qualitates maiores, & digniores habentibus Beneficia conferre solet, maximè in cõcursu alterius, qui ad impediendam litterarũ Rotalium executionem ad Iudices Laicos recursum habuit.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio, & institutio appellatione pendente facta nulla sunt, & attentata.*
2 *Rota solet conferre Beneficia habenti maiores, & digniores qualitates.*
3 *Litterarum Rotalium executionem impediens per recursum ad Iudices Laicos habitum reddit impedientem indignum assecutione Beneficij.*

DECISIO CCCLXII.

DOMINI censuerũt Beneficium de quo agitur, adiudicandum Petro, licet in partibus ab Examinatoribus Synodalibus reprobato: quia cum fuisset processum iudicialiter super collatione Beneficij, Petrus rectè ad hoc Sacrum Tribunal appellauit, & † præsentatio, & institutio post appellationem a Francisco obtentæ, fuerunt nullæ, & attentatæ, *Rota coram Gregor. decis. 515. per totam, in Calaguritana Beneficij de Arnedillo 4. Decembris 1662. coram Reuerendissimo Vincentio, confirmata coram me sub die 12. Iunij 1665.*

Cumque Petrus tam per gradum Baccalaureatus in Sacra Theologia per annum ante oppositionem obtentum, docuerit de gravamine, & collatio, vigore Clement. Auditor post appellationem deuoluta fit ad Rotã quæ solet † conferre Beneficia habentibus maiores qualitates. Hinc sequitur Petrum præferendum Francisco, quia vltra gradum Baccalaureatus ipse probat se esse Sacerdotẽ, & ætate maiorem, ac alias optimè se gessisse in concursu ad Canonicatum magistralem de Couarruuias; Franciscus autẽ vltra quod est in minoribus constitutus, & nullas alias ostendit se habere præponderantes qualitates, recursum habuit ad Iudices Laicos pro impedienda executione litterarum Rotalium, per quem † se reddidit indignum assecutione Beneficij, vt aliàs firmatum fuit in *Calaguritana Beneficij, della Casa della Reyna 27. Martij 1643. coram Ghisterio.*

Et ita altera tantum, &c.

R. P. D.

R. P. D. EMERIX.

Cortonen. suppressionis Conuentus.

Mercurij 1. Julij 1665.

ARGVMENTVM.

Bona Monasterij per Pontificem suppressi fisco Papæ deferuntur. Vsusfructus vsufructuarij morte finitur & cum sua proprietate consolidatur. Monasterium nunquam moritur, & Superiorum illius officia perpetua dicuntur habito ad illud respectu; vnde si monasterium supprimatur, & illius religiosi in varia loca sint diuisi non habent ius vniuersitatis, nec vti tales congregari possunt.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum Ecclesiæ, & Fratribus non intelligitur factum vti singulis, sed vti vniuersis Ecclesiam, & Conuentum repræsentantibus & nn.7*
2 *Monasterium nunquam moritur*
3 *Officium Prioris, & Vicarij Monasterii non dicitur perpetuum quam habito respectu ad Monasterium.*
4 *Bona Monasterii Pontificia auctoritate suppressi vacare dicuntur, & tanquam vacantia fisco Papæ deferuntur & num.5.*
6 *Monasteria sita in loco incongruo, vel aeris non salubris solent ad locum salubriorem transferri*
8 *Dictio* vbicumque *quamuis sit vniuersalis tamen restringitur secundum subiectam materiam, & mentem disponentis*
9 *Religiosi Monasterii suppressi in varia loca diuisi non habent ius vniuersitatis, nec vti tales congregari possunt*
10 *Vsufructuario defuncto vsusfructus cum sua proprietate consolidatur.*
11 *Rota Sacra Congregationis super statu Regulerium declarationes reuerenter amplecti solet*
12 *Bona expresse empta pro Monasterio supresso illi quoque acquiruntur & num.16.*
Ampliat si emptio non appareat facta cum pecuniis Religionis & num.13.
14 *Spolia defunctorum Canonicorum Sancti Saluatoris spectant ad eorum religionem*
15 *Regula de iure quæsito non tollendo non censetur derogatum, nisi specifice exprimatur*
17 *Clausula prædominans qualificat totum contractum*
18 *Obseruantia subsecuta declarat quid actum fuerit in precedenti contractu*
19 *Religiosi omnes Fratrum titulo solent appellari*
20 *Verba stare potius demonstratiuè, quam taxatiuè in dubio iudicari debet.*

DECISIO CCCLIX.

POST secundam causæ propositionem, & strictam, & particularem informationē super prædio Baldachini, & aliis emptis; ex pecuniis patris Generalis. Hodie responsum fuit quo ad prædium Baldachini reformandā esse decisionem editam coram me sub die 23 Nouembris proximè præteriti. In reliquis confirmandam, & quo ad prædium Sancti Marci reseruatum in decisione non esse dandam Canonicis reintegrationem.

Ratio resolutionis quo ad prædium Baldachini fuit quia eius dispositione attentiis pōderata patet, quod prædium istud fuit legatum Ecclesiæ, & Fratribus Conuentus B.M. de Calcinaio Cortonen. ordinis Canonicorū Regularium Sancti Saluatris de Bononia, nō vti singulis, sed vti vniuersis Ecclesiam, & Conuentum repræsentantibus tam ex iuris præsumptione iuxta *text.in l.annua §. Attamen ff. de Ann.legat. Grat.discept.533.nn.16.& 18. Rot. in recen.decis.309. num.11.& 13.part.6.& decis.76. num.15.& 16. par.7.*

Quam ex circumstantiis eiusdem legati, & præsertim, quia Baldachinus, Canonicos grauauit perpetuis oneribus ad quorum implementum nullo modo considerari possunt,
2 vti singuli sed tanquam vniuersi constituentes Monasterium, quod nunquam moritur, maximè cum onera prædicta essent implenda
3 à Priore †, & Vicario, quorum officia non aliter dici possunt perpetua, quam habito respectu ad Monasterium, quo ex Pontificia auctoritate suppresso bona dicuntur vacare, &
4 remanent sub dominio Ecclesiæ vniuersalis, & Papæ ex cuius proinde mandato iuxta formam bullæ supressionis legitimè applicata fuerunt Seminario ex *nat. per. Bart. in l.sicut §. fin.ff.quod cuiusque vniuersitatis nomine num.5.vers si est Collegium Clericorum, & in l.1.§.municipi ex num.4. ff.de acquiren.poss. quem ibidem sequitur Iason.num.9. Modest. Pistor.cons.45.num.65. & seqq. lib.2.* Ibi quando Ecclesia, seu Collegium destruitur auctoritate superioris, vt puta Papæ, vel Episcopi, bona ipsius deseruntur tanquā vacantia fisco Papæ Pater Ioannes Crosius, in eius comment. *Hayan.tract.2.quæst.1. principali cap.1.§.3.num.104.fo.mihi 23.& quæst. print. 4.cap.2.§.5.num.25.fo.632.*

Non obstant illa verba eiusdem legato adiecta; quod si aliquo casu euenerit quod fratres, & Canonici prædicti in dicta Ecclesia Sanctæ Marię del Calcinaio non steterint vel vel ibidem non habitauerint, quod dictum prædium sit, & esse intelligatur dd. Fratrum, & Canonicorum Regularium d. ordinis Sancti Saluatoris, vbi fuerint, steterint, vel moram traxerint. Quia conditio hæc verificationem dūtaxat assumere posset in casu quo Canonici Sanctæ Mariæ del Calcinaio, vnum corpus constituentes ex aliqua causa mutarēt incolatum nouum Monasterium alibi constituentes, quem casum verisimiliter præuidens pius Testator ex eo quod tunc Monasterium esset situm in quadam valle, extra Ciuitatem summario Seminarij præteritæ positionis *numer.* 8. & Monasteria sita in
6 loco incongruo, vel aeris non salubris, soleant ad meliorem, & salubriorem locum transferri *ad Not.per DD. in cap.1.de excess. Prælat.n.6 & Rot.in recen.decis.362.num.3.& 4. par.4. tom.2.* moueri potuit ad ita disponendum prudenter adiiciendo præfatam qualitatem ad tollēdam dubietatem, & disputationem, an relicta respectu certi loci debeantur loco mutato iuxta

decisionem *Seraph.* 1149. *num.* 2. non autem
7 ad significandum, quod intenderet † legare Canonicis, vti singulis contra præsumptionē Iuris, & superius immediatè deducta.

Neque contrarium suadet dictio illa *vbicunque* in decisione † ponderata §. minus dici
8 potest quia huiusmodi dictio licet vniuersalis restringitur tamen secundum subiectam materiam, vel secundum mentem disponentis ad locum vbi materia de qua agitur, procedere potest, vt illam declarando tradunt *Barb. de dict.* 413. *num.* 1. *in fine. Card. Tusch. pract. conclus. litt. P. conclus.* 391. *nu.* 4. & *Gemin. cons.* 92. *num.* 2. & quando etiam vniuersaliter intelligenda esset, solum locum habere posset in casu, quo secundum dispositionem Testatoris Monasterium, vel Monaci, vti constituentes vniuersitatem translati essent, non autem quando conuentus, et suppressionem remansit penitus extinctus, & Canonici in varia
9 loca diuisi amplius ius vniuersitatis non habent, nec vti tales congregari possunt vt insimili aduertit *Rot. in recen. decis.* 351. *num.* 11. & *seqq. par.* 6. & *decis.* 99. *num.* 7. & 8. *par.* 7.

Quo verò ad bona prouenientia ex personis PP. Iacobi de Monte Sanctæ Mariæ & Sebastiani Galleotti ad quæ Canonicis S. Saluatoris Bononiæ concessa fuit reintegratio visa sunt sub illere fundamenta decisionis dum enim fuerunt concessa Monasterio de Calcinaio ad vsufructuandum reseruata omnimoda proprietate, & dominio ad fauorem Monasterij Bononiæ, hoc addito, quod si contingeret Canonicos non morari in prædicta Ecclesia Beatæ Mariæ de Calcinaio, *tunc*, & eo casu vsusfructus ipso iure expiraret, ac si nunquam concessus fuisset, vt latius in sum. Canonicorum dato sub *numer.* 4. vtique Conuentu Calcinariæ per suppressionem extincto,
10 vsusfructus, vt supra concessus † consolidatus remansit cum sua proprietate ad fauorem Monasterij Bononiæ proprietarij §. *fin. instit. de vsufruc. cum alijs in decis. huius causæ relatis* §. 20. *ad bona* nec prædictæ conclusioni obstat quod suppressio Monasterij facta fuerit à Papa, & quod Canonici recesserint de eiusdem mandato quia cum Papa in bulla expresse præseruauerit iura Monasterijs principalibus, nullum propterea præiudicium intulit Monasterio Bononiæ, *vt etiam alias declarauit sacra Congregatio super statu regularium*, cuius declarationes Rom
11 reuerenter amplectitur, vt dixit *coram Buratt. Merlin. & alijs adductis in decis. causæ* 5. *idque tanto facilius.*

Neque refert, quod pro parte Canonicorum non fuerit probata identitas bonorum ad vsufructuandum vt supra, concessorum, quia hoc respicit executionem decretæ reintegrationis particulariter discutiendam ante illius expeditionem.

Subsidere quoque decisionem absque difficultate hodie DD. existimarunt respectu bonorum acquisitorum ex pecuniis Patris Generalis ad quę Canonicis denegata fuit reintegratio, quia vti expressè empta pro Mona-
12 sterio suppresso, illi quoque acquisita fuerunt vt præter auctoritates in decisione adductas, *dixit Rota dec.* 241. *num.* 6. *par.* 2. *recen.* maximè,
13 dum emptio non legitur facta, cum pecuniis religionis, sed propriis ipsius Patris Generalis, cui propterea licuit ex propria liberalitate eadem bona assignare Monasterio suppresso iuxta doctrinam *Cardinal. in Clem.* 2. §. *sed & tales in* 1. *notab. de vit. & honest. Cler. Rot. decis.* 772. *num.* 4. *par.* 1. *diuers. & coram Duran. dec.* 174. *nu.* 5 stantibus præsertim Indultis Apostolicis eidē concessis à fel. rec. Vrbano Papa VIII. & enunciatis in hodierno summ. *num.* 1. in quibus id eidem non solum permittebatur, sed etiam præcipiebatur.

Nec relevat igitur decretum religionis factum anno 1649. confirmatum à Sacra Congregatione Regularium, & à S. D. N. quod
14 spolia defunctorum Canonicorum huius ordinis Sancti Saluatoris Bononiæ spectare debeant ad vniuersam eorum religionem, quia sub illo non comprehenduntur hæc bona longè antea ex dispensatione Vrbani VIII. acquisitâ Monasterio Cortonæ cum *Sanctiss. D. noster non præsumatur voluisse præiudicare* obstante regula de iure quæsito nō tollen-
15 do, qui nunquam censetur derogatum, nisi specificè id exprimatur *Garz. de benef. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 161. *Rot. coram Seraph. dec.* 1082. *num.* 7 *& seqq. & late Add. dec.* 217. *num.* 10. *& seqq. par.* 9. *recen.*

Denique quo ad prædium Sancti Marci in decis. reseruatum DD. putarunt non esse dandam Canonicis reintegrationem, tum quia
16 vti emptum Cortonæ à † Priore Conuentus eiusdem Ciuitatis, eidem Conuentui acquisitum dicitur Rota *in Recen. dec.* 241. *nu.* 6. *par.* 2. Præsertim quia accepto ex parte Prioris enientis facta fuit nomine Conuentus, qui immediate ante fuit ab ipso expressus, cum qualitate de Cortona, quę tanquam prædominans qualificat totum contractū iuxta Theo-
17 ricam *Bald. in leg. Procurator, qui pro emptione* 6. *in fine ff. de procurat. Ruin. cons.* 94. *num.* 6. *in fine lib.* 1. *Gabr. cons.* 71. *num.* 2. *in princ. lib.* 1. Tùm etiam quia Monasterium Cortonæ dictum
18 prædium semper possedit, ex qua obseruantia subsequta declaratum quid actum fuerit in præcedenti contractu, ad *Text. in l. sed Iul.* §. *proinde ff. ad Sen. Conf. Maced. Alciat. cons.* 107 *num.* 4. *lib.* 8. & *Rota decis.* 365. *num.* 1. *in fine*. Minimè refragante quod in instrumento ex parte venditoris fuerit dictum, vendidit &c. Canonicis Regularibus Sancti Saluatoris de Bononia. Ex inde enim argui non potest venditionem fuisse factam Congregationi, & Canonicis existentibus Bononiæ, quia postea sequuta fuit explicita acceptatio Prioris pro Canonicis, & Conuentu ante expresso cum illa qualitate de Cortona, & ideo dicta verba prolata ex parte venditoris dant solummodo demonstratiuè, cum æque bene denunciatio illa Canonicis Regularibus Sancti Saluatoris
19 de Bononia congruant † etiam Fratribus dicti Conuentus de Cortona, qui omnes ita solent appellari, vt patet ex Constitutionibus Apostolicis relatis *per Barbos. appell.* 147. *num.* 15. ex

co

eo quod iste ordo cæpit Bononiæ anno 1403. vt testatur *Pater Bordonus resol. regularium. 2. resolut. 86. num. 29.* & in dubio verba stare potius 20 demonstratiuè iudicari debet *Rota coram fel. mem. Greg. XV. decis. 516. num. 8. & in Pisauren. Maioral. 16. Ianuarii proxime præterit. coram R.P.D. meo Taia.*

Et ita vtraque &c.

R.P.D. BOVRLEMONT.

Romana, seu Albanen. Dotis.

Mercurij 1. Iulij 1665.

ARGVMENTVM.

Promissio facta intuitu certi matrimonij etiam si de illa contractus factus non fuerit nisi verbalis, est omnino adimplēda, cum similis promissio gaudeat omnibus dotalibus prærogatiis Hypotheca etiam ex verisimili contrahentium mente inducitur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas ex alterum revolutione resultat.*
2 *Donationis promissæ in casu nuptiarum remanet ita obligatus ac si donasset non solum ad favorem filij, sed & nurus, quæ agere potest pro consecutione, sed etiam filiorum dicti matrimonij & n. 3. & 4*
5 *Depositio super facto deponentis non solum constituit semiplenam probationem inter qualitates, & nobilitate, & aliis similibus plenissime probat & num. 6. & 9.*
8 *Hypotheca tacita omnibus competit pro summa sibi promissa in casu nuptiarum, & potest illius vigore alijs creditoribus hypothecarijs bona occupata vindicare*
9 *Hypotheca inducta semper intelligitur in contractibus dotalibus, etiam in verbaliter factis*
10 *Promissio occasione certi, & determinati matrimonij facta gaudet omnibus dotalibus privilegijs*
11 *Promissio de conficiendo instrumentum publicum obligationis Camerali nomine de solvendo certa summa, ex nuda confessione, promissa censetur*
12 *Stipulatio licet verbalis sit valida*
14 *Hypotheca non solum certis generalibus & indefinitis, sed ex verisimili contrahentium mente inducitur*
15 *Obligatio Camerali continet in se expressam hypothecam omnium bonorum*

DECISIO CCCLX.

VALIDVM & iustum visum fuit Domini mandatum, quod ad instantiam Angelæ Sorbinæ A. C. relaxauerat pro scut. 2000. à Ioanne Baptista Sabatino Soceto promissis, & ideo exequendum esse consuerunt

1 Validitas † resultabat ex actis, & iustitia ex promissione Ioannis Baptistæ correspectiua ad dotem Angelæ ducatorum mille quingentorum, & assignandi Carolo filio scuta duo millia occasione certi matrimonij per eum cum d. 2 Angela contrahendi; † ex qua donationis ſponsione in casu de quo agitur, nuptiarum remansit ita efficaciter obligatus, ac si donasset, non solum ad favorem Caroli, *Mantic. cons. 178. num. 18. Surd. cons. 335. num. 8. Seraph. de privil. Iurem. privil. 23. num. 4. Rota dec. 19. n. 2. par. 5. & decis. 58. num. 11. & seq. par. 6. recent.*

3 Et vxoris, quæ † agere potuit pro consecutione *per Textum l. penult. C. de pact. Nat. cons. 609. num. 12. vers. præterea dicta donatio, & num. 13. Menoch. cons. 203. num. 13. & seq. plene Rota coram Merlin. decis. 515. num. 1. & decis. 393. n. 2. par. 5. recent. & in Romana donationis 14. Maij 1657. coram R. Papien. §. hinc sequitur.*

4 Sed etiam filiorum dicti matrimonij, siue considerentur, vt filij siue vt haeredes dicti Caroli donatarij *Bald. in l. si præses vers. nota bene C. de donat. Thesaur. quæst. for. lib. 4. quæst. 3. num. 2. Fagnell. 13. decis. num. 8. Rota decis. 30. num. 18. par. 9. recent. & in dicta Romana donationis dicto §. hinc sequitur vers. verum etiam filiis coram Reuerendiss. Papien.*

De huiusmodi autem promissione Ioannis Baptistæ satis constare putarunt Domini ex Iudiciali depositione nobilis Matronæ eiusdem nuptiarū mediatricis, & pronubæ *sum. num. 1.* expresse concludentis tractatum matrimonij, eius mediatione absolutum fuisse sub speciali promissione, seu assignatione scutorum 2000. ab eodem Ioanne Baptista faciendā, sine qua procul dubio, nec ab ea tractatum, nec conclusum fuisset, quia Carolus humilioris familiæ cum Angela longè honestiori originis † iungebatur, quæ depositio super facto prolata et nota, ne dum constituit plusquam semiplenam probationem *vide Rot. decis. Achil. 13. de test. & Rota coram Gregor. decis. 55. num. 14. & consolidate decis. 77. n. 4. & 5.*

6 statuto præsertim eius † qualitate, & nobilitatis, quam in simili ponderauit *Rota decis. 196. num. 4. part. diuers.*

7 Sed iuncta ad minus plenissime † probat *Rota coram Seraph. decis. 216. num. 6. & 7. & coram Buratt. dec. 775. num. 6. & in recent. decis. 115. num. 12. pars 5.*

Abunde resultauisse tum ex iterata eiusdem Ioannis Baptistæ confessione circa dicta assignata per eum Carolo facta, de qua deponunt testes in summario *num. 2. & 3.* & præcisius *nu. 4.* tum ex pluries petita iuramenti stipulatione super dicta assignatione quam numquam Ioannes Baptista negauit, imo asserunt, quod omnia, quæ parabat futura erant Caroli, ejusque filiorum *sum. num. 1.*

8 Nec dubitarunt Domini, quod pro dictis scutis 2000. competat Angelæ hypotheca tacita, & posse illius vigore ab alijs Creditoribus hypothecarijs bona occupata vindicare, quatenus assignatio non fuerit in scriptis redacta.

9 Quia semper intelligitur inducta hypotheca in contractibus dotalibus etiam in iis verbaliter factis, vt nimis aperte disponit *Text. in l. cum § & plenius C. de rei vxor. act. & in Authent. C. qui potior in pign. Negus. de pignor. part. 3. memb. 1. num. 3. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 8. num. 5.*

10 *Merlin. pignor. lib. 2. tit. 1. num. 5.* et similes † ſponsiones † occasione certi, & determinati ma-

matrimonij gaudent omnibus dotalibus priuilegijs, vt habetur in §. aliud quoque, *auth. de equalit. dot. & latè tradit Merlin. d. tract. de pignor lib. quæst. 50. per totam.*

Non obstat quod huiusmodi assignationis efficacia remanserit suspensa, & conditionalis ex eo quod Ioannes Baptista promiserit de ea conficere Instrumentum publicum, cum
11 Camerali obligatione, quo nunquam facto promissio, vel assignatio euanuerit.

Quia quando pro, vt hic verba promissionis processerunt in forma absolute obligatoria ibi: *Che haverebbe assegnato scudi 2000. acciò con la detta hauesse potuto negotiare,* & rursus *fù stabilito da me detto parentado con li 2000. scudi pro-*
12 *messeli* stipulatio † hæc licet verbalis dicitur valida, & perfecta à principio, & promissio instrumenti illam non suspendit, sed tendit potius ad conualidandam obligationem iam contractam, & ad illius maiorem, & faciliorem probationem, sine quo etiam fuit perfectè quæsitum ius Angelæ, & filiis agendi hypothecariè in vim dictæ verbalis obligationis

Quinimo cum instrumentum intelligeretur extendendum cum pactis apponi solitis,
13 clarior exinde visa † est resultare hypotheca, quia ne dum verbis generalibus, vt indefinitis *Bursat. cons. 39. num. 37. lib. 1. Cephal. cons. 41. num. 19. Merlin. d. quæst. 49. num. 5. vers. & sufficiunt verba Rota decisa 89. num. 11. post Zacch. de oblig.*
14 *Gen.* fed ex sola verisimili † contrahentium mente inducitur ad *text. in l. Creditor in prima. §. post diuisum ff. qui potior in pign. Merl. d. qu. 49. d. n. 5. vers. Imo sola Rota d. dec. 189. d. n. 11. vers. sufficit etiam post. Zacch.*

Quod hic pro indubio sirit habitum, quia fitit promissum instrumentum cum Camerali obligatione dicto sum. *num. 1.* quæ continet
15 in se expressam † hypothecam omnium bonorum vt dixit *Rota d. decis. 189. num. 10. & dec. 274. num. 8. & 9. post Zacch. & veram Barat. dec. 905. num. 2.*

Et ita vna tantum parte informante, altera sæpius citata, & expostata decisum &c.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano,

Romana Saluiani.

Mercurij 1. Iulij 1664.

ARGVMENTVM.

Pactum quod census elapso certo tempore fiat irredimibilis, an sit validum. Præscriptio quandò cœpit. Scientia non præsumitur, & allegans illam probare adstringitur.

SVMMARIVM.

1 *Immissio ex indicio Saluiani illius extremis probatis est concedenda, & hæc ex quibus probentur vide sup. num. 1.*
2 *Fundi assignatio specialem hypothecam importat.*
3 *Hæres factum defuncti ratum habere tenetur, nec illud impugnare valet.*
4 *In census impositione secundum constitutionem Calisti, & Martini non requirebatur solemnitas pecuniæ numeratæ.*
5 *Pactum quod census elapso certo tempore fiat irredimibilis, valet.*
6 *Præscriptio non currit nisi à die quo debitor in solutione cessat.*
7 *Scientia non præsumitur, & debet ab allegante probari.*
8 *Præscriptiones tot requiruntur, quot sunt anni.*
9 *Præscriptio ex quibus interrumpatur.*

DECISIO CCCLXV.

VENERABILIS Archiconfraternitas SS. Corporis Christi in Ecclesia Sancti Laurentij in Damaso ad cuius fauorem de anno 1556. pretio scutorum 200. impositus fuit per Gregorium de Pinis annuus census scutorum 20. sub fideiussione Petri de Pannisenis pro consequtione fructuum, petijt, & obtinuit coram A. C. cõtra Iacherinos detentores immitti ex remedio Saluiani in possessionem quarumdam domorum olim ad dictum Petrum fideiussorem spectantium. Interposita per Iaccherinos appellatione dubitaui an dictæ Archiconfraternitati sit danda immissio, & affirmatiuè responsum cum cõcurrant omnia extrema ad hunc effectum necessaria.

Etenim de credito cum hypotheca constat ex Instrumento impositionis census, cui Petrus vti principalis principaliter, & insolidum fideiussit; quod verò domus super quibus hodie petitur immissio, fuerint per Petrum possessæ, patet ex eo *quod d. Petrus post quadriennium* à die factæ fideiussionis super eis censum imposuit. Quod demum dictæ domus hodie per Iaccherinos detineantur vltra substentationem litis, quæ sufficit *Barat. decis. 534. num. 5.* probatur etiam ex Instrumento acquisitionis, siquidem Iaccherini has domus emerunt à Luca de Vecchijs, qui illas antecedenter emerat à Marta Cerotta olim vxore, & hærede Bertini Maffei filij, & hæredis Petri fideiussoris. Ac proinde concurrentibus omnibus requisitis
1 † immissio non est deneganda. *Barat. decis. 822. num. 1. Rota in rec. decis. 318. num. 2. part. 6.*

Nec veritas dicti crediti potest in dubium reuocari. Nam post obitum Petri, Maffeus filius, ac deinde eo mortuo, Marta Cerotta vxor, & hæres non solum continuarunt in solutione fructuum, verum etiam ipsa Marta in satisfactionem tam decursorum, quam decurrendorum assignauit Archiconfraternitati pensiones vnius ex controuersis domibus,
2 quæ assignatio specialem hypothecam importat *Bart. in l. Godicil. §. insuper ff. de leg. 1. cum aliis per Barbos. dict. 394. num. 1. & seqq.* Cumque Iacherini habeant causam ab eo
3 † tenentur eorum factum ratum habere, nec possunt impugnare *l. cum à matre C. de rei vindic.*

Non obstat nullitas census deducta tum ex defectu pecuniæ numeratæ in actu impositionis, tum ex pacto, quod elapso triennio census esset irredimibilis.

Vnica enim ponderatio, quod census iste

fuit

fuit creatus ante Bullam Pii V. soluit vtrumque obiectum, cum † in terminis constitutionis Calisti, & Martini non requirebatur solemnitas pecuniæ actualiter numeratæ. *Berrall. conf. 14. numer. 12. vers. 4. petrus. Hond. conf. 17 numer. 20. & seqq. lib. 2. Altograd. conf. 12 num. 11. vers. assumendo, & numer. 33. lib. 1. Nauar. consil. 1. lib. 1. Paris. conf. 75. numer. 32. lib. 4. Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. claus. 4. glos. 18. part. 2. à num. 9. Cene. de Cens. quæst 48. nu. 28. & seqq. Rota post eundem decis. 81. nu. 1. & 2. & decis. 92. à nu. 1. ad 7. & inter diuers. decis. 286. part. 4., & in recent. dec. 35. nu. 2. & 3. part. 4. tom. 2. & in Romana Census 25. Iunij 1640. coram bo. mem. Bichio impress. post Merlin. de pign. decis. 35. nu. 3.*

5 Nec † improbabatur pactum, quod elapso certo tempore efficeretur irredimibilis, *Molin. de contr. disput. 391. nu. 10. Cenar. var. lib. 3. cap. 10. nu. 5. Less. de Iust. & Iur. lib. 7. quæst. 5. art. 2. Castropal. oper. mor. part. 7. tom. 3. disput. 6. punct. 24. §. 1. n. 1. de Iust. commut. Grat. discept. forens. cap. 985 nu. 13. & seqq. Cene. de cens. quæst. 59. n. 18. vers. quod cum Rota post eundem decis. 152. num. 1. & seqq. & decis. 394. nu. 2. vers. & illis, ac in recent. decis. 350 numer. 20. part. 4. tom. 2., & decis. 8. numer. 6. & seq. part. 9.*

Præscriptio non intrat, vel enim deducitur ad effectum præscriptionis hypothecæ con-
6 tra tertium possessorem, † & illa non currit nisi à die quâ debitor cessauit in solutione, & Creditor sciens alienationem bonorum hypo-
7 thecatorum, cessauit in petitione, † quæ scientia non præsumitur, & venit ab allegante probanda, *Grat. in addit. ad decis. 15. nu. 5. Thesaur. decis. 246. nu. 12. in fin. & seqq. Barat. dec. 452. in fin. 9. Merlin. decis. 487. nu. 17. & seqq. & decis. 311. numer. 9. & 10. Reuerendissimus Roias decis. 71. num. 5.*

Vel prætenditur quod per lapsum annorum 30. fuerint præscripti fructus, vt in hoc
8 vltrà regulam, quod † tot requiruntur præscriptiones, quot sunt anni *Rota decis. 298. nu. 8.*
9 *part. 4. diuers.* Responsum fuit † illam fuisse interruptam ex pluribus ordinibus datis ab Archiconfraternitate pro consequenda satisfactione.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Romana Legati.

Mercurij 1. Iulij 1665.

ARGVMENTVM.

Pater siccus cum filio æqualiter ab intestato alteri filio succedit, eique vsusfructus quæritur super portione filio delata, ab huiusmodi portione repellitur, quando testator extraneus patri & filio legatum attribuit.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca pro legato à lure imparitur, & cuius virtute legatario ex remedio Saluiani contra hæredem immissio decernitur & nu. 2.*

3 Text. in l. cum oporter 6. C. de bonis, quæ liber. *in bonis aduentitijs filij patri defert vsumfructum.*

4 *Pater hæres non potest ad vsumfructum in portione filiæ legata aspirare.*

5 *Pater æqualiter cum filio ab intestato succedit alteri filio, & ei vsusfructus quæritur super portione eidem filio delata.*

6 *Pater ab vsufructu in filij portione repellitur, quando testator extraneus patri & filio legatum attribuit.*

7 *Fiscus legatus cum suo onere ad legatarium transit.*

8 *Quæ decisiones vt sit locus quid requiratur.*

DECISIO CCCLXVI.

BONAE mem. Cardinalis Caffarellus, Hospitali Sanctissimi Saluatoris ad Sancta Sanctorum, nec non Sacrario Basilicæ Diui Petri sibi scriptis hæredibus, titulo Legati D. Annę neptì attribuit super eisdem Dominis hodie immissionem decreuere. † Quia hypo-
1 theca pro legato impartitur à lure, † cuius
2 virtute contra hæredem debet legatario ex remedio Saluiani immissio decerni, vt tradit *Gabr. conf. 46. numer. 20. cum seqq. lib. 1. & conf. 44. numer. 3. & 4. lib. 2. Merl. de pignor. lib. 3. quæst. 14. num. 51. Pacific. de Saluiano inspect. 3. cap. 4. nu. 462. Rot. coram Duren. decis. 185. num. 1. & 2. cum seqq. num. 8. & in Romana Domuncularum 10. Februarij 1648. S. caterum coram bo. mem. Dunzetto.*

Hanc verò immissionem retardare non
3 valet † dispositio textus *in l. cum oportet 6. C. de bon. quæ liber.* in bonis aduentitijs filij patri deferens vsumfructum. Dum enim D. Cardinalis in eodem mei testamento particularia
4 bona Patri D. Annæ legauit, non † valet ipsi cui hæreditatem loca pia quoque cesserunt ad vsumfructum in portione filiæ legata aspirare, ex authoritate *gloss. in Auben. item hæreditas verb. forsan ad med. C. de Ean. quæ liber.*, *ibique notat Salset. num. 20.*, vbi attestans de opinione æquiori, eam refert rationem, quod † sicuti pater æqualiter vna cum filio ab intestato succedenti alteri filio præmortuo vsusfructus quæritur super portione eidem filio delata, iuxta dispositionem textus præfati, *& in §. si verò ab Ascendentibus Auth. de hared. ab Intestato.* † ita debet ille quoque ab vsusfructus consecutione in filij portione arceri, quoties testator extraneus vtrique, patri scilicet, & filio legatum attribuit, cum is dispositioni iuris superius recensitæ præsumatur voluisse inhærere. *Castr. in auth. excipitur num. 7. C. eodem tit. Bald. conf. 324. numer. 1. & 2. lib. 5. Crot. conf. 9. numer. 5. & 6. lib. 1. Gabr. conf. 118. nu. 12. lib. 2. Mascard. conf. 110. num. 1. & 2. Surd. conf. 116. numer. 41. num. seqq. & de alim. tit. 2. quæst. 15. nu. 22. cum seqq. Grat. discept. 78. 31. & 32. & decis. Marth. num. 24. & 25. Boer. dec. 185. num. 15. Rot. decis. 547. num. 9. part. 4. recent. & in Romana manutentionis 18. February 1650., S. non obstat coram R. P. D. Albergato.*

7 Nec vrget quod † Palatium ecclesiæ diuersis subiaceat, quorum ogus D. Petrus ad

filiam

ſſiam legatariam ſpectare contendit ſub prætextu, quod Palatium cum oneribus illi inhærentibus Cardinalis expreſsè legauit, ex traditis *à Rot. in deciſ. 517. nu. 10. penes Cenc. de Cenſib.* quidquid enim ſit an cenſuum onera teneantur hæredes ſeù potius legataria in propoſito caſu ſubire, ſuper quo dubio nihil hodie Domini firmarunt, hiç articulus vti altiorem exquirens indaginem poſt immiſſionem legatariæ decretam, debet examinari, quæ à creditoribus poterit pro fructibus ſoluendis pulſari, quoties ex diſpoſitione Iuris tale ei onus inhæreat.

Denique obeſſe non valet exceptio falcidiæ, ſiquidem non oſtenditur exaduerſo, legata ordinata à D. Cardinale Dpdrantem hoc eſt nouem integræ hæreditatis Vncias excedere, 2 vt † exquiritur ad hoc, vt huius detractionis quartæ locus exiſtat ad textum *in l. 1. vbi gloſſ. notat ff. ad l. falcidiam Angel. de legit. contradict. qu. 12. num. 17. artic. 13.*

Et ita D. Anna dumtaxat informante, &c.

R. P. D. EMERIX.

Imolen. Penſionis.

Mercurij 1. Iulij 1665.

ARGVMENTVM.

Penſionarius quando contra Succeſſorem, & in petitorio agit quid probare teneatur Iuriſpatronatus mentio quando requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Articuli quando ſunt releuantes Remiſſoria in prophanis ſine fumo conceditur.*
2 *Penſionarius quando agitur contra Succeſſorem, & in petitorio probare concludenter tenetur valorem penſionis expreſſum, & continuatam ſolutionem.*
3 *Iuriſpatronatus mentio requiritur in patronatu ex dotatione, vel fundatione.*
Secus in competente ex conſuetudine, vel præſcriptione & nu. 4.

DECISIO CCCLXVII.

SVPER fructibus Parochialis Eccleſiæ Archipresbyteratus Sancti Pauli nũcupati Terræ Maſſæ Lombardorum fuit de anno 1644. auctoritate Apoſtolica reſeruata penſio ducator. 50. auri de Camera Pellegrino Fauoli de conſenſu Andreæ illius Patrui, & tũc eiuſdem Eccleſiæ Rectoris ſub expreſſione valoris per aſſenſum ducatorum 200. ſimilium, & cum decreto, quod ſi dictus Andreas in eius vita, & quandiù dictam Eccleſiam obtinuerit penſionem prædictam verè & realiter, & cũ effectu non perſoluerit præſens reſeruatio nulla ſit eo ipſo &c. quam cum Bernardinus Cantellius modernus Rector ſoluere recuſaret fuit contra ipſum in Tribunali A.C. relatum mandatum de manutenendo, à quo commiſſa mihi cauſa appellationis cum clauſula ſine præiudicio mandati de manutenendo, non retardata &c. Penſionarius exhibuit in actis articulos ad effectum probandi valorem, & continuatam ſolutionem, ſuper quibus cum hodie inſtaret pro remiſſoria, Domini ſuſpenſa diſputatione dubij principalis ad Inſtantiam Rectoris antea ſubſcripti, cenſuerunt illam eſſe concedendam; † quia verſa- 1 mur in prophanis & articuli ſunt releuantes, ideoque deplano danda eſt remiſſoria, *Rota in Ariminen. penſionis 27. Iunij* 1661. *coram me.*

Releuantia articulorum eſt patens, quia pertinet, ad fundan intentionem penſionarij pro ſuſtinenda penſione, nempè ad effectum probandi valorem expreſſum & continuatam ſolutionem ad formam ſupradicti decreti, 2 quorum † vtrumque penſionarius, quando prout hic agitur contra Succeſſorem, & in petitorio plenè & concludenter probare tenetur *Rot. in Groſſetan. penſionis 3. Maij* 1651. *coram Dunozetto & in Ariminen. penſionis coram me, 10. Maij* 1662.

Non obſtat quod penſio reſeruata fuerit nulla facta mentione, quod Eccleſia eſſet de Iurepatronatus vniuerſitatis, & Hominum terræ Maſſæ Lombardorum quod ſolum ſufficit ad annullandam penſionem, & per conſequens excludit releuantiam articulorum; 3 Quia reſponſum fuit quod † mentio Iuriſpatronatus dumtaxat requiritur in Patronatu ex 4 dotatione, vel fundatione, † ſecus in competente ex conſuetudine, aut præſcriptione, vt notat *Gig. depenſ. quæſt. 24. nu. 5. & Put. dec. 307 nu. 1. & ſeq.*, quæ qualitas in hoc caſu non exhibetur, & quatenus fuiſſet exhibita, non eſſent denegandæ probationes Actori, donec illa fuiſſet plenè & concludenter iuſtificata.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Firmana Bonorum.

Mercurij 1. July 1665.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ſubſequens ex titulo præcedenti declaratur. Reintegratio ad damni paſſi menſuram conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Actus, ſeu poſſeſſio ſubſequens ex titulo præcedenti declaratur.*
2 *Dominus ſemper præſumitur, qui talis ſemel fuit.*
3 *Reintegratio conceditur ad damni, paſſi menſuram.*
7 *Debitum poteſt cum fructibus ipſum longè excedentibus compenſari.*

DECISIO CCCLXVIII.

BINAE deciſiones coram me emanauerant in hac cauſa, in quarum prima 18. Februarij anni præteriti edita pro parte dimidia

midia subsecuta firmatur euictio in Prædiolis à Bernardino titulo permutationis Francisco Orlando assignatis, & ibidem proindè decernitur regressus Horatio ad dimidiam partem Prædij Aquæsanctæ à Francisco eiusdemmet Horatij Patruo Bernardino in compensationem tributi; In altera verò emanata die 20. Nouembris præteriti præcedentis fuit reformata decisio respectu Prædij vulgariter nũcupati Rocca di gabbia, cuius portio dum Sebastiano Ianuino fuerat euicta ad ipsum, non autem ad Horatium regressus actio spectabat, donec ipse pretium illi saltem restitueret, At hodie ex facto clarius recensito prioris decisionis fundamenta Domini confirmarunt.

Siquidem in præfata Regione Rocca di Gabbia bina Bernardinus prædia possidebat subiecta fideicommisso per Andreozzium instituto alterum scilicèt Salm. 8. circiter, quod instante Cleopatra fideicommittentis vxore de anno 1593. in Ianninum fuit Præconis voce licitatum; Alterum verò Salm. 13. ex causa permutationis ab eodemmet Bernardino de anno 1594. Francisco assignatum, vt ex testium depositione in additionali Summario Horatij relata conuincitur.

Qua Prædiorum diuersitate perspecta videntur omninò conuenire secundæ decisionis vires firmantes prædium Salm. 13. præsertim à Iannino de tempore euictionis præfatæ primũ verò à Cæsare extitisse possessum, quoniam Iannini possessio verificationem assumit in prædio Salm. 8. circiter ab ipso præcedente voce Præconis exempto, nec non per Franciscum Ballicanum pro portione dimidia successiuè euicto, ad textum *in l. nulla ibique gloss. notat. verb. Primordium C. de expt. Canc. de script. lib. 10.*, vbi† quod ex titulo præcedenti declaratur subsequens actus, seu possessio *Soccin. Sen. cons. 15. num. 7. lib. 4. Surd. cons. 52. numer. 10. Menoch. lib. 6. presum. 57. numer. 1. Rot. dec. 221. num. 12. part. 5. recent. & penes Posth. de manut. decis. 238. num. 14.* Non autem in altero Prædio Salm. 13. valet admitti ex titulo permutationis in Orlandum translato, penes quem dominium etiam de tempore euictionis integrè præsumitur extitisse ex regula quod† semel Dominus talis semper reputatur existere donec exhibeatur exadverso contrarium, de qua *in l. fine possidetis, 16. vbi gloss. not. post princ. C. de probat.*

Huic præterea intellectui adstipulatur Horatij testium depositio, qui dum attestantur Orlando dimidiam partem Salm. 13. nomine Francisci fuisse iudicialiter ademptam, ex necesse concludunt eundem tunc temporis totius prædij possessorem. Dum præsertim post euictionem in dimidia parte subsecutam Ianninus reliquam portionem à Cæsare prò pretio Salm. circiter 6½ correspondente emit.

Quibus inuerisimilitudo accedit ex indepetitâ quod Ianninus contra Cæsarem iudicium pro pretij restitutione, nec vnquam instituit, quod ab ipso certè non præsumitur fuisse neglectum si portionem euictam præcedenter à Cæsare emisset.

Non obstat quod tribus ex prædiis à Bernardino Cæsari assignatis super portione dimidia duorum dumtaxat euictio contigerit, cuius virtute contenditur debere liquidationem præcedere ad hoc, vt prædij permutatio à Rota valeat Horatio decerni.

Permutatio enim ad mensuram conuincitur edita, ideoque dum portio euicta certum numerum constituit pro totidem Salmis ad
3 prædium permutatum, † reintegratio impartiri debet Horatio, *ad text. in l. 1. C. de rei permut.* & licet Bernardinus florenos 380. pro quorum prædiorum valore de tempore con-
4 tractus Cæsari persoluerit, † quoniam tota summa, quæ ab Horatio restituenda foret potuerit cum fructibus à die litis Institutæ cõpensari summam, de qua agitur longè excedentibus. *Rot. decis. 28. num. 39. & decis. 84. num. 7. coram Otthoben.*

Cætera verò obiecta in decisionibus præcedentibus fuerunt sublata.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. OTTALORA

Romana Pensionis.

Mercurij 1. Iulii 1665.

ARGVMENTVM.

Pensionis translatio ad hoc vt sustineri valeat quid requiratur. Distributiones fructuum naturam assumunt, & loco præbendæ succedunt, quando beneficia in solis distributionibus consistunt. Pro Iuribus etiam incorporalibus de iure immissio conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis translatio ex quibus vti valida sustineri valeat.*

2 *Vir vxoratus est incapax pensionis, & translationis.*

3 *Ratio eadem vbi militat, eadem esse debet & iuris dispositio.*

4 *Fructuum nomine non veniunt distributiones.*

5 *Beneficia quando consistunt in solis distributionibus ista fructuum naturam assumunt, & succedunt loco prabendæ.*

6 *Facultas transferendi pensiones reseruatas super quibuscumque fructibus attenditur etiam super distributionibus, quando illæ succedunt loco fructuum.*

7 *Translatio pensionis quando est valida, translatario in quasi possessione exigendi, in qua reperiebatur transferens, immissio debetur.*

8 *Immissio de Iure datur etiam pro iuribus incorporalibus.*

9 *Immissio absque alia litterarum iustificatione translatario conceditur vbi ex constitutione adest specialis subrogatio translationum in quasi possessione exigendi.*

DE-

DECISIO CCCLXIX.

SVPER fructibus beneficiatus Sancti Petri possessi per D. Dominicum Mazzuchellum fan. mem. Vrbanus VIII. reseruauit annuam pensionem scutorum 29. monetę ad fauorem Antonij Pandulphi, qui vigore Indulti sibi, & alijs Dapiferis concessi ab eodem Vrbano VIII. illam transtulit in personam Alexandri Mariæ Pandulphi. Cum autem Dominicus recusaret dictam pensionem trãslatam persoluere fuit ab die 30. Ianuarij præteriti coram Reuerendissimo Gerundẽ disputatum. An translatio sustineatur, ita vt sit danda immissio coram me in eius locum suffecto Domini affirmatiuè resoluerunt.

Constat enim de reseruatione pensionis ad fauorem Antonij ex litteris Apostolicis datis *in Summario num.* 1. de translatione in personã Alexandri Mariæ legitimè facta per extractionem primæ C.. & reseruationem nouæ pensionis coram Vicario generali Episcopi Esini, ac Notario, & testibus patet ex Instrumento *Summario nu.* 2. de facultate vero transferendi pensiones concessa Dapiferis ab eodẽ Vrbano VIII., liquet ex Constitutione 9. §. 11. Ac demum de Clericatu translatarij ex litteris testimonialibus Ordinarij datis *in Summario num.* 10. † Quibus omnibus concurrentibus translatio vti valida sustinetur. *Rota coram Mellino decis. 277. per tot., & fuit resolutum in hac eadem Causa contra Andream de Oddis, 13. Februarij 1664. coram Reuerendissimo Gerunden.*

1

Non obstat quod Antonius transferens haberet vxorem, † & sic esset incapax pensionis, & translationis, quia dum Indultum indistinctè dat facultatem omnibus Dapiferis pensiones retinendi, easque transferendi ratione seruitij præstiti in Conclaui Creationis Pontificis comprehendit tam vxoratos, quam non vxoratos, quia in † omnibus militat eadem ratio seruitij, qua Pontifex motus fuit ad illis gratificandum, vt respondit *Rot. in d. decisione 13. Februarij 1664. coram Reuerendissimo Gerunden.*

2

3

Minus facit quod in dicto indulto non fiat mentio de pensionibus reseruatis super distributionibus quotidianis, sed tantum de reseruatis super fructibus, † quorum nomine non veniunt distributiones *ex text. in Extraug. cum nonnulla de prabend. & in cap. licet eodem tit. Monet. de distrib. quotid. lib. 10. quæst. 6. num. 12. cum pluribus alijs relatis in Romana Pensionis 23. Maij 1644. coram Reuerendi mo Papien.* Quoniam cum illa beneficia Sancti Petri consistant in solis distributionibus, † istæ assumunt naturam fructuum, & succedunt loco præbendæ. *Duran. decis. 285. num. 99. & decis. 411. num. 7.* Ideoque facultates † transferendi pensiones super quibuscumque fructibus reseruatas, extenduntur etiam super distributionibus, quando illæ succedunt loco fructuum prout admisit *Rota in dicta Romana Pensionis, §. 1. in fine, & pariter firmatum fuit in supradicta decisione coram Reuerendissimo Gerunden.*

4

5

6

Cum autem ex supradictis † translatio pensionis sit valida, debetur translatario immissio in quasi possessione exigendi, in qua transferens reperiebatur, prout iustificatur ex *Summario num. 4.*, tum † quia de iure immissionis remedium datur quoque pro iuribus incorporalibus iuxta opinionem *Ripæ in lib. 2. num. 2., ff. quorum bon. Bellon. cons. 35. num. 5. Veron. Cons. 43. num. 16. & seqq. Menoch. de adipiscend. reuocd. 1. num. 83.*

7

8

Tum quia in dictis priuilegijs Vrbani VIII Dapiferis concessis dict. Constitutione 9. §. 11. ante finem adest specialis subrogatio translationum in quasi possessione exigendi, † qua mediante conceditur ipsis immissio absque alia iustificatione litterarum *Lotther. de re benef. lib. 1. quæst. 36. numer. 120. & in terminis dixit Rota decis. 642. numer. 1. par. 3. recent.*

9

Et ita vna tantum, &c.

R. P. D. TAIA.

Nicien. Canonicatus.

Mercurij 1. Iulij 1665.

ARGVMENTVM.

Interrogatoria nullo modo resecari possunt, nisi de partium consensu, & illorum moderatio spectat ad Rotam, & testium examen ob interrogatoriorum resecationem est omninò nullum, quæ nullitas semper durante lite potest opponi quando examen approbatum non fuit.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo quod ad canonicatus admittantur tantum Presbyteri est omninò seruanda ad Concilium Tridentinum* sess. 24. cap. 12. de reform.
2 *Interrogatoria non possunt resecari, nisi de partium consensu, & illorum moderatio spectat ad Rotam.*
3 *Examen est nullum quando forma seruata non fuit.*
4 *Testes examinati sine interrogatorijs à parte datis an probent.*
5 *Examen nullum est, & inualidum quando pars protestata fuit de interrogatorijs à se dandis.*
Amplia vt num. 6.
7 *Testium examen est nullum ob interrogatoriorum resecationem.*
8 *Nullitas examinis durante lite semper potest opponi quando illud approbatum non fuit.*
9 *Instantia quando non est vltima licet sit obligatio de stando vnica.*

DECISIO CCCLXX.

QVATER controuersus est Canonicatus & potius factum, quam ius, dicente Petro illum esse Sacerdotalem, & quod omnes hi Canonicatus ex vniuerso sint Sacerdotales, contradicente Annibale Canonicatum non esse Sacerdotalem, nec vllum huius Ecclesiæ, duobus vtrinque editis decisionibus, vt videre est in vltima 24. Nouembris 1664. respondẽte Rota pro Canonicatu Sacerdotali

maxi-

maximè ex testibus à Petro inductis, exquibus visa est haberi laudabilis illa consuetudo,
1 vt omnes † sint Presbyteri omninò obseruanda ad Sac. Conc. Trid. *cap.12. de reformat. sess.24.*

Dum autem causa esset in expeditione fauore Petri, informantes pro Annibale reclamauerunt illegitimum quidem fuisse examen testium examinatorum, nouosque examinandos, & remissoriam concedeñ, quo dubio hodie proposito, Domini annuerunt.

Compertum enim est ab informantibus pro Annibale in aduentu patris ipsius, quod etsi Annibal Interrogatoria exhibuisset ad articulos Petri, iuxtà quæ testes interrogari petijsset, & instetisset, aliàs protestatus de nullitate omni &c. & Eminentissimus Cardinalis Celsus tunc Iudex Commissarius causæ mandasset expressim testes, primò iuxtà interrogatoria, deindè super articulis diligentèr, & fidelitèr examinari, & rursus non procedi sine Interpretis præsentia, præuiaque productorũ interrogatoriorum, & aliorum, quæ ab ipso fierent euacuatione alias protestatum &c. tamen Iudicem remissorialem resecasse vt infra.

In primis 4. ibi: *An sciat aliquem ex præditis testibus fuisse, vel esse inquisitum, vel processatum, vel excommunicatum, seu falsicitatorem, vel defensorem causæ, sine habere aliquod interesse in ea.*

Item 12. ibi: *An cognouerit, vel habuerit notitiam de quibusdam quinque nominatis, qui absque Sacerdotio diù consederunt in Capitulo.*

Item 13. ibi: *An sciat quænam ætas sit necessaria ad Canonicatum, & dignitates in Cathedralibus ante & post Concilium Trid. &c.*

Item 14. ibi: *An in Ecclesia Nicien. post Concilium Tridentinum aliquid fuerit innouatum &c.*

Atque ita vigesimum nonum, & vigesimum primum huiusmodi.

Præterea resecasse vbique particulam, *donec dixerit non audiuisse ab aliis*, & huiusmodi alia vix reseruando facultatem legendi testibus, quatenùs fortè voluerint respondere de consensu Interpretis interuenientis pro articulis, quæ bonæ, claræque fidei Procurator in Curia serió aiebat ante adsentum Patris Annibalis, non autem Interpretis Petri, & mandato Iudicis remissorialis, prout resecari alitèr non
2 poterant, † adeòut si pars aduersa dat Interrogatoria, & alia sunt non pertinentia ad causam in aliqua parte in Partibus non possunt corrigi, nec resecari, nisi de consensu partiũ, & tunc est transmittenda ad Curiam copia authentica extracta à Notario causæ ad effectum obtinendi correctionem, & moderationem ab ipso Sacro Tribunali &c. quæ notissimè contestatus est practicus *Capucc. prax. Iudic. cap.2. num.179. à vers. & sic pars aduersa par.2 Ridolph. cod. tract. cap.11. num.7. par.1. Rota coram Canal. decis.254 num.2. & coram Buratt. decis.100. num.10. cum alleg. & annot. num.27. vers. nec aduertatur, iuxtà celebrem Parmen. Status coram Millin. decis.434. num.2.* etsi non adsit protestatio par-
3 tis alias &c. inualido, † & nullo semper exa-

mine ratione formæ non seruatæ, quin etsi aliqua tantùm ex Interrogatoriis admiserit Iudex apud *Ridolph. cum alijs allegat.*

Et hoc magis cum protestatione partis,
4 quę coram Iudice competeñ, † An testes examinati sine interrogatorijs à parte datis probent &c. *Farin. de testib. quæst.71. à num.3.* decer-
5 nit † certè nullum, & inualidum est examen, præsertim si pars de hoc fuerit protestata *Farin. d. qu.73. num.6. vers. præsertim si eadem pars Ridolphin. d. cap.11. nu.103. cum alleg.* † maximè cũ
6 certũ esset resecata fuisse interrogatoria non superflua, aut impertinentia, sed necessaria, & substantialia, vt DD. dicebant patere ex supradictis, licet Informantibus pro Petro viderentur potius noua capitula Annibalis interrogantis adeoque recipienda ad proprium illius examen *ad reg. Farin. d. qu.73. nu.72. Scacc. de Iudic. cap.5. num.88. lib.2. cum alijs*, sed Dominis visa non sunt noua capitula cum exceptio intrinseca sit, & procedens ex articulis
7 Petri, non autem extrinseca, & † proinde nullum, & inualidum examen testium ob resecationem interrogatoriorum. Et si videri etiam possint noua capitula ab Annibale interrogante proposita, adhuc remissoria concedenda videretur tanquam noua capitula huius partis, & releuantia.

Nec obstitit, quod Annibal adhuc non opposuerit hanc nullitatem; quia nihil impe-
8 dit, † quod semper durante lite non possit illam opponere cum non approbauerit examẽ *Rota coram Mill. d. decis 434. ad fin. §. non obstat.*

Pariter nec obstare visa fuerunt opposita singulis articulis vltra opposita generalitèr remissoriæ ex testibus examinatis testificãtibus, & aliqua respondentibus ad hos articulos in Interrogatorijs Annibalis, quia ex suprascriptis non obstant vti nulla, & inualida, & fortè falsa sunt, & non subsistunt.

Placuit autem Dominis declarare concessam fuisse remissoriam appositio iam sequestro, & facta etiam obligatione de stando vnicæ, † vtpotè quod instantia non est vltima ad
9 *Ridolphin. prax. Iudic. cap.12. num.90. par.2. Rota decis.585. num.5. par.5. & decis.203. num.14. & 15. par.9.* vbi speciale mandatum requiritur, & Pater Annibalis promisit pro filio, & ab eodem ante omnia rem ratam haberi &c.

Et ita vtraque &c

R. P. D. BEVILAQVA.

Calaguritana dimidiæ portionis de Hato.

Mercurij 1. Iulij 1665.

ARGVMENTVM.

Præsentatus à maiori parte Capituli debet institui, & connumeratur benè votum illius, qui febri detentus Procuratori de Collegio vices suas commisit, nec curatur an fuerit extra Prouinciam dummodò constet ante præsentationem interuenire potuisse.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus à maiori parte Beneficiatorum est instituendus.*
2 *Votum beneficiati absentis, & mediante procuratore traditum non attenditur.*
3 Text. in cap. quia propter 42. in §. illud de elect. & elector. potest. *prohibet absenti constitutionem procuratoris, qui in electione vices suas explere valeat.*
Declara tamen vt num. 4.
5 *Attestanti Medico de infirmitate benè creditur.*
6 *Beneficiatus de tempore præsentationis febri oppressus habet iustam causam constituendi procuratorē, qui suo nomine præsentet, & num. 4.*
7 *Beneficiatus sicuti secluſa infirmitate cum alijs beneficiatis ad nominandum admitteretur, ita potest admitti procurator de Collegio, cui infirmus vices suas committere valuit, & nu. 8.*
9 *Beneficiatus extra prouinciam commoratus ad electionem non est vocandus.*
10 *Beneficiatus si antequam præsentatio fiat accedere valet ad electionem non est curandum vbicumque existat.*
Et ratio num. 11.
12 *Verba de tempore electionis prolata ad illud sunt referenda.*
13 *Febris quartana de sui natura longo tempore durat.*
14 *Febri quartana oppressus, diebus quibus vacat, non potest dici sanus.*
15 *Iudicio medicorum in re sibi attinente standum est.*

DECISIO CCCLXXI.

SENTENTIAM Rotalem à Reuerendiſſimo Gerunden. Locumtenente promulgatam ſuper adiudicatione dimidiæ portionis de qua agitur, Dominico Lopes Cano in gradu appellationis vti validam, & iuſtam Domini confirman. eſſe cenſuerunt. Validitas reſultat ex actis; Iuſtitia verò ex eo, quia ex 11. Beneficiatis Ius præſentandi habentibus ſex in ipſum cōcurrerunt † vnde merito in inſtitutione venit præferēdus Nicolao collitiganti à quinque tantum præſentato, *cap. 3. vbi gloſſ. in verb. maioribus Card. & Abb. num. 13. de Iurepatr. modern. Piſan. eadem tract. lib. 12. cap. 4. numer. 1. Rota coram Merlin. in deciſ. 737. numer. 1. & in Sulmonen. Beneficij 10. Martij 1649. §. de Iuſtitia verò coram Arguelles.*

2 Non obſtat, quod ad explendum dictum mandatum fuerit † votum connumeratum, Io: Mariacæ alterius Beneficiati abſentis, & mediante Procuratore ad id conſtituto traditum contra formam text. *in cap. quia propter 42.* 3 *in §. illud de elect. & electo. potest.* † prohibentis abſenti conſtitutionem Procuratoris, qui vices ſuas in eligendo expleat *Garz. de benef. par. 5 cap. 9. num. 226. cum ſeq. Rot. coram Mantic. dec. 268* 4 *in prima.* Nam † quotieſcumque commorans in loco vbi poſſit certiorari, ſed iuſto impedimento detentus accedere nequit tunc ex diſpoſitione eiuſdem text. ipſi permittitur alteri ex Collegio vices ſuas committere, vt ad litteram ibidem decidituꝛ & probant Gambaſtes, & ſignantes *Aut. de Barr. num. 13. Iul. Anch. num. 44.*

In propoſito autem iuſtum, & legitimum impedimentum Ioannis, quod eſt vnum ex præſcriptis requiſitis non poteſt in dubium 5 reuocari, quia † ex atteſtatione Medici relata in Summ. *num. 4.* & adminiculata ex narratiua mandati procuræ conſtat, quod de tempore præſentationis febri erat oppreſſus, *Bart. in l. continuationem, §. penult. ff. de re iudic. & in l. 1. ff. de inſtitut. Rot. de tiſ. § 19. num. 8. par. 2. rec.* 6 ob quam † abſque dubio fuit iuſta de cauſa impeditus accedere poſſe ipſum, & neceſſe fuit ei conſtituere procuratorem, qui ſuo nomine præſentaret, *cap. ſi ægrotat 7. quæſt. 3. cap. querelam de procur. gloſ. in d. cap. quia propter, verſ. vel propter infirmitatem, & de elect. Gomez. in regul. de infirm. verſ. 17. priuilegium.*

Sicut & incontrouertibile viſum fuit, quod Io: licèt in Dioceſi Toletana poterat præſentationi interesſe. Nam ultim ac ſibi innotuit vacatio huius dimidiæ portionis, itet arripuit, ſed infirmitate oppreſſus, & in Ciuitate Toletana permanere coactus ſub die 16. Nouembris 1661. Procuratorem conſtituit, à qua die vſque ad 16. Februarij ſequentis anni, quo deuentum fuit ad actum præſentatio- 7 nis, ſicut † ſecluſa infirmitate Ioannes omni commodo accedere poterat, & cum alijs beneficiatis fuiſſet admiſſus ad nominandum, quod in effectu inſpicitur ad Canonicam electionem, vt notant *Modern. à Sextula de elect. cap. 1. num. 38.* & *alij relati in prima deciſione Reuerendiſſimi Gerunden. §. quoad ſecundum*, ita † potuit 8 admitti Procurator de Collegio, cui talis cauſæ vices ſuas committere licuit ex præcitatis, & tradit *Lother. de re benef. lib. 2. qu. 19. numer. 22. cum duobus ſeqq.*

Et hinc fit non afficere, quod Oppidum de Haro, in quo vacauit dimidia portio diſtet per 100. milliaria ab illo de Capilla, vbi Ioan- 9 nes curam animarum exercebat, † itaut ratione diſtantiæ, & moræ extrà Diœceſim Calaguritanam extrà duas dietas non erat ad eligēn vocandus, *cap. inter Vniuerſitates de elect.* 10 Nam † eo ipſo quod venire poterat antequā fieret præſentatio, & de facto Procurator cum mandato ſub dicta die 16. Nouembris facto, & exhibito præſentauit, non eſt curandū vbi- 11 cumque exiſteret, quia † ſemper remanet iuſtificatum, quod commodè erat venturus tēpore congruo, niſi d. infirmitatis cauſa fuiſſet impeditus, vt per textum *in cap. Geneſi 55. de elect. & cap. quarto 63. diſt.* probant *Zabarell. in cap. coram verſ. ſed hodie, Imol. ſub num. 4. de elect.* & melius *Gregor. Tholoſ. de elect. cap. 14. in de vacan. abſen. nu. 13. Bertachin. de Epiſc. lib. 1. par. 1. num. 9. perſ. item extra Prouinciam. Gutieſchin. Mandegot. de elect. par. 1. cap. 5. inter tractat. magn. tom. 15. par. 1. Samuel. eod. tit. tractat. 1. contro. 3. concl. 3.*

Hinc ſubſiſtit, quod Procurator defecerit iuramēto ſuper impedimento Ioannis conſtituentis ex capite infirmitatis de tempore præſentationis. Tūm quia oppoſitum oſtendūt

Verba illa: *Iurauit contenta in mandato esse vera &c.* quæ † prolata de d. tempore electionis
12 ad illud sunt referenda, ad excludendũ quod aliàs dolosè voluerit vti facultate sibi commissa absque aliqua sui vtilitate *Cravett. cons. 8. num. 13. Menoch. cons. 98. num. 23.* Tùm etiam quia attenta qualitate febris quartanæ, quæ
13 Ioannes vexabatur † de sui natura longo tem-
14 pore duraturæ, præsertim hyemali, † etiam diebus, quibus vacabat, non dicebatur sanus, vt respondit *Iurisconsult. in l. qui tertiana, & quartana ff. de ed. l. edict.* nec propterea permissum
15 fuit iter prosequi, vt testantur Physici, † quorum iudicio standum est, *Specul. in §. viden. restat enim 26. de prob. Mascard. conc. tit conel. 1039. num. 2.* & verisimiliter fuisset prosecutus, nisi morbo detentus,

Ex quibus, & alijs deductis in decisionibus Reuerendissimi Gerundeñ superius citatis, in quibus sunt sublata alia obiecta denuò reperita Domini pro cõfirmatione sententiæ Rotalis responderunt.

Vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Romana Locationis.

Lunæ 5. Iulij 1665.

ARGVMENTVM.

Bona Monasterij vt validè alienentur requisita, quæ sint. Beneplacitum Apostolicum contrà illud impetrare negligentes pro impetrato habetur. Exceptio non implementi quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Locatio ex publico instrumento bene probatur.*
2 *Bona Monasterij vt validè alienentur, requiritur Monachorum capitulariter congregatorum consensus, & vtilitas Ecclesiæ.*
3 *Beneplacitum Apostolicum defectus omnes supplet.*
4 *Bona Ecclesiæ per Pauli II. & Vrbani VIII. constitutiones vltra triennium locari prohibentur.*
5 *Pactum non adimplens ob illius non implementum ad damna & interesse tenetur.*
6 *Beneplacitum Apostolicum contra illud impetrare negligentes pro impetrato habetur.*
7 *Beneplacito Apostolico superuenìente non est amplius locus pœnitentiæ contractus.*
8 *Beneplacitum Apostolicum subsecutum retrahitur ad tempus celebrati contractus.*
9 *Ecclesia ante impetratum beneplacitum Apostolicũ ab initio reseruatum potest contractum rescindere ex priuilegio Iuris cum res adhuc dicatur integra.*
Illo tamen obtento non potest amplius pœnitere, & num. 10.
11 *Exceptio non implementi operatur, vt actor audiri non possit, nisi doceat ex parte sua adimpleuisse.*

DECISIO CCCLXXII.

MONACI S. Stephani del Cacco locarunt ad nouẽnium Isidoro, & Simeoni de Manilijs domum in via Cestariorum pro annua responsione scut. 130. reseruato beneplacito Apostolico sumptibus & opera eorũdem Monacorum expediendo & cum facultate vt cõductores possent ibidem necessarias restaurationes, & melioramenta facere expendendo vsque ad summa scut. 1000. quæ tamen præuia æstimatione Peritorũ hinc inde eligendorum eis restitui debuerit in fine locationis vt apparet ex Instrumento summario Manilliorum *num. 1.*

Post factas nonnullas expensas à Cõductoribus in restauratione & melioratione d. Domus prætendentes Monaci posse recedere a contractu vti facto ad nouennium & absque beneplacito Apostolico illis inhibuerunt ne vlterius procederent in restaurando, & meliorando, & deindè sententiam super nullitate contractus in Tribunali Vicarij Vrbis reportarunt consultis Dominis an locatio subsistineatur, & veniat relaxandum mandatum pro pensionibus decursis DD. censuerunt illam subsistineri, & mandatum esse relaxandum ad effectum deponendi.

1 Locationis † enim subsistentia clarè resultat ex publico Instrumento solemniter celebrato à Monacis Capitulariter Congregatis cum præsentia, & assistentia propri Abbatis habita prius matura discussione circa Vtilitatem Ecclesiæ, & præstito Iuramento quod Manilij meliorem alijs conditionem
2 attulerunt † quæ sunt requisita necessaria in locandis bonis Monasterij, vt notatur *in Capitulo sine exceptione ibi*: & enim totius Cleri tractatu, & consensu *num. 12. quæst. 2. in cap. 1. & 12. de rebus Eccl. non alien. in 6. in Clem. 1. eod. tit. ellam in cap. 1. de his quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit. Angel. cons. 133. num. 3. Rotan. cons. 36. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 7. num. 5. cum alijs pluribus relatis in Nouarien. bonorum 13. Ianuarij 1642. §. Imo coram Merlin.* & vlterius reseruatum fuit
3 beneplacitum Apostolicum per † quod supplentur omnes alij defectus, & solemnitates *Abbas cons. 41. num. 2. lib. 1. Dec. cons. 341. num. 12. Rotan. cons. 96. num. 21. lib. 1. Ruin. cons. 25. num. 22. & consil. 267. num. 3. lib. primo Rota decision. 65. num. 1. part. 1. diuers. & decis. 590. numer. 9. part. 5. recent.*

Neque obstare visæ sunt duæ nullitates a Monacis adductæ quarum vigore prætendebant locationem infringere, & à contractu recedere; altera quod locatio sit facta ad Nouennium contra formam Constitutionum Apostolicarum Pauli II. & Vrbani VIII. in
4 quibus expresè prohibetur † Ecclesię locare res suas vltra triennium quoniam prima, vltra quod respicit propriã turpitudinem Monacorum quæ suis sumptibus, & sub obligatione Camerali promiserunt beneplacitum obtinere ac proindè ab ipsis allegari non po-
5 test cum † ob pacta non impleta teneantur saltem ad omnia damna, & interesse vt dictũ

fuit *in Romana permutationis* 20. *Februarij* 1647. *coram bo. me. Bichio*. Imò † contra eos negligentes habeatur pro impetrato *Tiraq. in tract. cessant. conf. part.* 1. *limit.* 32. *Bald. conf.* 112. *num.* 1. *& seqq. lib.* 2. *Buratt. decis.* 110. *numer.* 9. Iubilata remanet ex eo quod illod expeditum fuit ab eisdem conductoribus ante Motam litem, & antequam Monaci declarassent velle à con-
7 tractu recedere, vt in facto ostensum fuit † quaproter non poterant amplius pœnitere etiamsi nondum emanauerit *sententia* per executorem ferenda *Paris. cons.* 1. *num.* 129. *lib.* 1. *Cephal. cons.* 91. *nu.* 9. *lib.* 1. *Grat. discept.* 514. *nu.* 7. *& seqq. Rota in nullius emphiteusis de Guastalla* 16. *Nouembris* 1607. *coram Cardinali Lancellotto impress. penes Merlbes. de Commiss. tom.* 1. *fol.* 100. *dec.* 201. *num.* 35. *part.* 5. *recent. & in Romana domorum* 15. *Nouembris* 1646. *coram bo. mem. Bichio*. Neque est necesse vt Breue Apostolicum præcedat aut interponatur de tempore locationis, sed sufficit quod ex post interueniat, & interim contractus habet vsque ab initio implici-
8 tum statum validitatis itaut † beneplacitum postea subsecutum retrotrahatur tempore ad tempus illius celebrationis *ad text. in cap.* 2. *extra de pactis vbi Auton de Butr. num.* 6. *& 7. Imola num.* 3. *& 4. Philip. Franc. in cap. Dudum de reb. Eccles. non alienan. num.* 112. *in fin. Vinc. de Franc. dec.*
9 163. *num.* 12. *Duran. decis.* 397. *num.* 11. Vnde † quamuis ante impetratum beneplacitum ab initio reseruatum Ecclesia possit pœnitere, & cõtractum rescindere non ex vi nullitatis, sed ex speciali iuris priuilegio quasi quoad eam res dicatur adhuc integra vt voluerunt, *Abbas in Capit. super eo de Condit. apposit. Gratian. discept.* 514. *num.* 9. *cum seqq. Marescott. var. resol. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 1. *& seqq. Arbil. decis.* 2. *numer.* 3. *de pact. Lut. dec.* 2. *de transact. Capuaque decis.* 12. *num.* 3. *part.* 3. *Rota decis.* 755. *numer.* 2. *parte secunda*
10 *recent.* † Illo tamen obtento non est amplius locus pœnitentiæ *Alberic. in auth. hoc ius porrectum num.* 12. *vers. si Ecclesia vendit. & in auth. qui vero post princip. C. de Sacro-Sanct. Eccles. cum alijs adductis in Romana rescissionis Contractus* 4. *Iunij* 1570. *coram Blanchet. impress. apud Marsbes. de Commiss. part.* 1. *fol.* 98.

Secunda quoque corruit quia in eodem beneplacito à conductoribus impetrato expressa derogatur dictæ Constitutioni Pauli II. & aliorum Pontificum vt patet ex verbis ibi: non obstantibus Constitutionibus fel. recor. Pauli II. & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Eccles. non alien. seu vltra triennium non locandis &c.

Hinc sequitur esse relaxandum mãdatum pro pensionibus in quãtitate Conuenta in Instrumento parum obstante quod propter impedimenta præstita à Monacis in perficiendis melioramentis prætendatur à conducturibus remissio, siuè diminutio quia illa forsan intrare posset si pensio fuisset promissa correspectiue ad melioramenta construenda nõ autem quando (vt hic) promissa fuit contemplatione membrorum iam existentium, & habuabilium prout colligitur ex pacto quod melioramenta conficienda non augeant nec minuant pensionem quodque in casu cessationis prætij dd. melioramentorum illam conductores augeant ad rationẽ quatuor pro centenario. Verùm quia Monaci promiserunt manutenere Inquilinos in pacifica, & quieta possessione rei locatæ cum facultate etiam restaurandi, & meliorandi postmodum verò inhibuerunt ne vlterius meliorationes perficerent imò iudicium super rescissione contractus instituerunt nequeunt pensiones prædictas liberè prætendere quia obstat eis-
11 dem exceptio non implementi quæ † operatur vt actor audiri non possit nisi doceat ex parte sua adimpleuisse, *l. cum proponas C. de pact. L. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Burt. in l. quæro §. inter locatorem numer.* 1. *ff. de locat. Buron. cons.* 15. *numer.* 14. *lib.* 3. *Redoan. de Reb. Eccles. non alien. cap. Colonus autem num.* 1. *fol.* 511. Ideò Domini censuerunt mandatum esse relaxandũ ad effectum deponendi donec à Monacis remoueantur obstacula supradicta pro melioramentis perficiendis ad formã pacti in Instrumento Conuenti.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILACQVA

Romana Pecuniaria.

Luna 5. *Iulij* 1665.

ARGVMENTVM.

Sententia nulla, & iniusta non vulnerat obligationem Cameralem, & illius iniustitia nullitati comparatur adeò, vt valide ferri possit sententia secunda contra primam. Cedentis creditor cessione resoluta ad integras primæuas eius actiones redire potest.

SVMMARIVM.

1 *Via executiua vulnerata obligatio Cameralis non habet amplius paratam executionem, & ordinarie est agendum, tresque sententiæ conformes requiruntur.*

2 *Sententia promulgata si nulla sit, & iniusta non vulnerat obligationem Cameralem.*

3 *Sententia nullitas quando non adest semper sententia vulnerans stat in suo robore, & tollit viam executiuam.*

4 *Sententia iniustitia æquiparatur nullitati, & valide ferri potest sententia secunda contra primam.*

5 *Cessio nulla, & resoluta est ac si nunquam facta fuisset.*

6 *Creditor cedentis resoluta cessione ad primæuas eius actiones integras redire valet.*

7 *Creditor cedentis adstringitur docere se esse verum creditorem debiti cessi, & illud esse sibi obligatum.*

DECI-

DECISIO CCCLXXIII.

CATTANEVS Pauię creditor petijt condemnari Campionum ad sibi soluendas pecunias per ipsum de effectibus eiusdē Pauię exactas cum obligatione de restituendo prioribus & potioribus creditoribus ad quem effectum proposito hodie dubio, An esset relaxandum mandatum negatiuè fuit responsum.

Siquidem A.C. coram quo fuit actum petitus Campionum absoluit per diffinitiuam sententiam pronuncians nullam actionem aduersus illum Cattaneo competere nec competijsse pro petita pecuniarum restitutione,
1 quæ sententia vti principaliter, & Immediatè lata super meritis causæ, tangit & infringit substantiam obligationis, & propterea vulnerata fuit via executiua cuius vulnerationis ratione restitutio à Campiono promissa in forma Camerę non habet amplius paratam executionem, nec illius vigore executiuè agi potest, sed ordinarię est agendum, tresque sententię conformes requiruntur, *per Gonzal. ad reg.8. Cancellar. gloss.3.num.202. & 235. Grat. discept.for.cap.765.num.42. Rot.decis.132.num.12. vers.siquidem part.2.diuer.coram Pen.decis.673.numer.2. quæ est decisio 68. apud Gallef.de oblig.Camerę Coccin. decis. 78. per tot. & præcipuè in fin. Millin.dec.28. numer.2. & in recent. decis.515.numer.8.part.4. & dec.156.nu.4.part.7. & in Romana Gensus 11. Martij 1652. & 14. Febr. 1653. utroliq. in prim. coram Reuerendiss. Decano.*

2 Non obstat quod si sententia † promulgata est nulla & iniusta non vulnerat obligationem Cameralem, sed semper remanet processus summarius & executiuus in quacūque Instantia ad fauorem actoris ex adductis, per *Rot.in d.dec.78. num.2. coram Coccin.in decis.302. numer.9. part.6. recent.* Quia nullitas sententię hic nec est, & tamen super hoc necessaria est declaratio per aliam sententiam cum sub-
3 secuta re Iudicata, & † quando illa non adest, semper sententia vulnerans stat in suo robore & tollit viam executiuam *Gonzal. d.gloss. 6.num.122. & 136. Grat.in d.discep.num.44. & 45. Zacch.de oblig. Cam.quæst.28. vers. retentis igitur.* Iniustitia verò sententię debet esse notoriè, & euidenter iniqua, adeò vt nullo velamine va-
4 leat offuscari, quasi † tunc huiusmodi notoria Iniustitia æquiparetur nullitati, & validè ferri possit secunda sententia contra primam, *vt voluit Archidiac. in vers. etiamsi esset secunda quæst.6. Felin.in cap.inter Monialium num.25. limit. 10. de re Iudic. Surd.cons.160. nu.5. lib.2. Grat.disc. foren.531. num.71. Seraph.decisio.616. num.8. & 9. Coccin.d.dec.78. nu.5. & dec.45. num.5. post Zacch. de oblig.Camer.*

In hac autem facti specie visum fuit non solum non esse manifestam Iniustitiam sententię, quinimo excluditur ex sententia illius deducta in summario vtriusque partis se creditorem Eminentissimi Cardinalis Barberini in scut. 962. hoc sui creditoris nomen Campiono cessit, & in solutum dedit, cum quo postea decretum fuerit assertum creditū non extare, nec esse verum, quia D. Cardinalis, à quo Campionus quæsiuit exigere debitum cessum, fuit in Tribunali A.C. vbi cum conuenit, absolutus, vt in sententia relata in summario dicti Campioni *numer. 4.* sequi-
5 tur † quod cessio, & datio in solutum fuerit nulla, & resoluta perinde ac si nunquam facta fuisset, *l. cum autem.23.§. Iulianus, & l. falla ff.de edilit.edict.l.si hominem 19.ff.de vsucap.Cyriac. contr.63.num.31. & contr.50.num.2. decis.163.numer.14.* & consequenter non potuit primi de-
6 biti extinctionem causare, † sed pro illius consequutione prętatus Campionus creditor primæuas eius actiones integras contra Pauiam
7 retinuit, *l.debet 27. ff. de edil.edict. & in l. si quis ante 10. §. si quis conduxerit vbi Laf. num.13.ff. de acquir.possess. Gabr.cons.16.numer.60. lib.1. Surdus cons.179.num.37. & decis.51.num.20. modern. Mantuan.in controuer.55.num.33. contr.37.num.4. & dicto cons.500.à n.13. vsque ad 38. Rot.dec.370.n.5. part.1. rec.dec.603. nu.6. in fin.part.3. & decis.273. num.23. part.5. recent.*

Nec dicatur Pauiam ex conuentione in transactione adiecta cessisse creditum quod contra Cardinalem habebat tale quale erat, nec vltra teneri voluit, ibi: *non volendo esser tenuto ad altro che à mantener questo credito tale quale è &c.* Quia tametsi per huiusmodi conuentionem non teneretur præstare nomen
7 debitoris cessum, & de facto exigibile, † adstrictus tamen erat cum effectu docere se esse verum creditorem debiti cessi illudque sibi efficaciter obligatum, *l. nemo 42. l.seq. & ibi Bald. & scribentes, C. de hared., vel act.hared. l. si plus 74. in fin. ff. de euict. l. Pupillus 96. §. Soror. ff. de solut. Bece. consil. 105. numer. 12. & 35. Grat. discep. 53. Mangil. de euict. quæstion.79. num. 14.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTALORA.

Calaguritana dimidiæ portionis de Haro.

Veneris 20. Nouembris 1665.

ARGVMENTVM.

In Electione Capitulariter facienda propter consensum capitulariter præstandum quilibet interesse debet, sed si iusto sit aliquis impedimento detentus vices suas vni de capitulo committere valet, vt pro committente suffragium ferat, alioquin si principalis commodè per se interuenire possit constitutio procuratoris non attenditur, & est omninò nulla.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ ex actorum inspectione appareat.*

2 *Iniustitia sententiæ ex decisionibus in causa facilis resultat.*

3 *Præsentatus à maiori numero patronorum venit instituendus.*

4 Textus in cap. quia propter §. illud de elect.

prohibet absentibus constitutionem procuratorum in electionibus capitulariter faciendis.

9 *In Electione capitulariter facienda stante consensu capitulariter præstando requiritur, vt quilibet personaliter accedat.*

Sed declara, vt num. 6. & 7.

8 *Infirmitas dat iustum impedimentum ad effectum constituendi procuratorem, qui nomine infirmi præsentet.*

9 *Ad Præsentationem vocari debet absens si commodè interuenire valeat.*

10 *Beneficiatus si ad præsentandū admittitur, debet & illius procurator stante infirmitate, admitti.*

11 *Iur. non definit à quo loco sit absens euocandus, sed solum respicitur an commodè venire possit ad præsentationem.*

12 *Præsentationis tempore quilibet interesse debet, & absens vbicunque existat ab vocandus si sine Ecclesiæ detrimento interuenire possit.*

13 *Procurator ad hoc vt valide pro absente suffragium ferat debet iurare se credere, quod impedimentum infirmitatis duraverit vsq; ad diem faciendæ præsentationis.*

14 *Principalis quando per se ipsum ad præsentationem accedere potest procuratorem constituere nequit.*

15 *Verba prolata tempore præsentationis possunt comprahendere tempus tam mandati, quam præsentationis.*

16 *Febris quartana de sui natura per longum tempus durat, & maximè si supervenit tempore hyemis.*

18 *Medicorum peritiæ in iis, quæ ad ipsos attinent standum est.*

DECISIO CCCLXXIV.

SENTENTIAM R. P. D. mei Beuilaq quæ confirmatoriam alterius * emanatæ coram Reuerendissimo Gerundēn adiudicantis dimidiam Portionem, de qua agitur Dominico Lopez Cano, hodie Domini coram me tanquam validam, & iustam confir-
1 mandam dixerunt; Validitas † patet ex inspe-
2 ctione actorum; Iustitia verò resultat ex tribus Decisionibus hucusque emanatis tàm coram Reuerendissimo Gerundēn, quam coram R. P. D. meo Beuilaqua, in quibus Luculenter firmatum fuit, quod cum ex vndecim Beneficiatis habentibus ius præsentandi sex Dominicum, & quinque Nicolaum
3 præsentauerint, venit † de iure præferendus in Institutione Dominicus, in quem plurimorum patronorum cadit assensus, vt expressè disponitur in cap. quoniam iuncta glos. in verb. qui maioribus de Iurepatron. & tradunt *Gutier. can. quæst. lib. 2. cap. 11. numer. 20. Garz. de benefic. part. 9. cap 2. num. 257. Seraphin. decis. 875. num. 2. Merlin. decis. 733. numer. 1. Rota in Neapolitana Iurispatronatus 27. Ianuarij 1644. §. Supposito, & §. Vndè licèt coram Eminentissimo Ottobon. in Pampilonen. Parochialis de diuorbe 3. Decembris 1640. coram Reuerendissimo Papien. & in Sulmonen. Beneficij 10. Martij 1649. §. de Iustitia verò coram bo. me. Arguelles.*

Neque vrgere vitium fuit obiectum, quod inter vota Dominici computaretur, Illud Ioannis Mariacæ absentis, qui votauit per Procuratorem contra dispositione cap. quia
4 propter §. illud de elect., † vbi expressè prohibetur absentibus constitutio Procuratoris
5 in electionibus capitulariter faciendis, † in quibus stante consensu simultaneè præstando requiritur, vt quilibet personaliter accedat ex notatis, *per Butr. in dicto cap. quia propter §. Illud num. 2. quem refert, & sequitur Garz. de benef. part. 2. cap. 9. numer. 227. & Rota coram Mantic. decis. 208. num. 1. & seqq.* quoniam † prædicta
6 non procedunt, quando quis detentus aliquo legitimo impedimento nequit accedere per
7 se ipsum, & abest à loco, † ex quo commodè vocari possit, hoc enim casu posse deputare vnum de gremio, qui vices suas explicat in electione faciendā tenent communiter Canonistæ *in dicto cap. quia propter §. illud, & signanter Hostien. num. 60. Abb. num. 1. & seqq. Butr. num. 13. Ios. Andr. numer. 44. Barbos. numer. 37. idem in tract. de Iur. Eccles. cap. 19. num. 100. vsque ad num. 108. Laur. var. Lucubrat. tit. 4. cap. 17. numer. 34. & seq. Passarin. de elect. Canonic. cap. 10. numer. 35. cum alijs pluribus relatis in decis. edita sub die 28. Nouembris 1664. §. nec valeat coram Reuerendiss. Gerunden.*

Impedimentum Mariacæ, & quidem legitimum non fuit in dubium reuocatum, cum processerit ex causa febris quartanæ eidem superuenæ in itinere arepto ad præsentationi interessendum, vt constat ex attestatione Medici Ciuitatis Toletanæ adminiculata ex narratiua mandati procuræ dati in summario præ-
8 terito *num. 3. & 4.* † quæ infirmitas præbuit iustum, & legitimum impedimentum ad effectum constituēdi Procuratorem ad suo nomine præsentandum, vt admittit glos. in dicto cap. quia propter verb. venire vers. vel propter infirmitatem, & habetur etiam in *cap. si agrotus 5. quæstion. 3. & in cap. querelam de præb. Gomez. in reg. de infirmis vers. trigesimum sextum priuilegium Barbos. de Iur. Eccles. dicto cap. 19. nu. 209. Laur. d. tit. 4. cap. 17. nu. 36.*

Quod autem Mariaca licèt absens extra Diœcesim Calagurritanam vltra duas dietas potuisset nihilominus commodè interesse ad
9 personaliter votandū, † sic esset necessariò vocandus ex eo patet, nam statim ac sibi innotuit vacatio Beneficij iter arripuit ab Oppido de Capilla, vbi munus Parochi exercebat, sed infirmitate oppressus in Ciuitate Toleti constituit ibidem Procuratorem, qui tempore congruo mandatum procuræ præsentauit; Hinc sequitur, quod sicut Procurator constitutus cōmodè, & opportunè interfuit ad votandum, ita potuisset interesse Mariaca, nisi impedimentum infirmitatis illi superue-
10 nisset, & † quemadmodum absque vlla controuersia fuisset idem à Beneficiatis admissus ad præsentandum, eadem ratione admittendus erat eius Procurator, vt præter adductos in decisionibus coram Reuerendissimo Gerunden., & R. P. D. meo Beuilaqua notat *Passarin. de elect. Canon. cap. 10. num. 38.*

Neque est curandum an quis sit intra, vel extra

11 extra Prouinciam † quia cum non ſit à Iure definitum à quo loco ſit abſens euocandus, ſed ſolùm reſpiciendum ſit, an commodè vocari poſſit. vt firmatur in dictis deciſionibus Reuerendiſſimi Gerunden, & R. P. D. mei Beuilaquæ, & vlterius aduertunt, *Sigiſmund. à Bonon. de elect. dub. 9. num. 3. Miranda manual. Prælat. tom. 2. queſt. 23. artic. 6. conc. 1. per tot. Biuarin Director. elect. part. 2. cap. 7. numer. 3.*

12 Inde † fit vt quilibet, abiens vbicumque exiſtat ſit vocandus, ſi commodè, & abſque Eccleſiæ detrimento poteſt tempore præſentationis intereſſe iuxta mentem, gloſſ. in cap. cum in Eccleſijs verb. ſi commodè de præben. in 6., & notant Canoniſtæ, *in cap. coram de elect. præſertim Abb. num. 3. Zabarell. num. 1. Imola num. 4. cum aliis relatis in deciſ. ſub die 28. Nouembris 1664. coram Reuerendiſs. Gerunden. §. Quoad ſecundum.*

13 Minus facit quod Procurator † non iurauerit ſe credere, quod impedimentum infirmitatis durauerit vſque ad diem faciendæ præſentationis iuxta formulam traditam, à *Guliel. Mandos. de elect. cap. 11. verb. exprimenda Inter. E. Caſtellin. eodem tract. cap. 34. numer. 94.* qui tale Iuramentum exquirunt ad dignoſcendum an principalis poſſit per ſe ipſum ac-

14 cedere, † quo caſu non poteſt Procuratorem conſtituere, vt tenet *Innoc., & Hoſtien. in dicto §. Illud Lanor. var. Lucubrat. cap. 17. num. 42. Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 19. nu. 109. Paſſarin. de elect. cap. 10. nu. 40.*

Qua contrarium in facto deprehenditur ex illis verbis *iuranit contenta in mandato eſſe ve-*

15 *ra*, quæ † vti prolata tempore præſentationis apta ſunt comprehendere vtrumque tempus tàm mandati, quàm præſentationis propter veriſimilem notitiam Procuratoris, quod adhuc impedimentum non ceſſaret, & ita veniunt interpretanda ad euitandum periurium, & quod dolosè voluerit vti facultate ſibi in mandato conceſſa abſque aliqua ſua vtilitate, *Cravet. conſ. 8. num. 13. Menoch. conſ. 98. nu. 23.* quæ omnia clariora redduntur ex qua-

16 litate quartanæ, † qua Mariaca premebatur, de ſui natura longo tempore duraturæ, maximè quia ſuperuenit hyemali tempore, *iuxta ſententiam Hyppocratis 2. ſect. aphoriſm. ſent. 25.* & prout teſtati ſunt de hac qualitate morbi peritiſſimi Medici Vrbis, vt conſtat ex ſum-

17 mario præterito *numer. 5.* † quorum peritiæ ſtandum eſt, vt firmatur in deciſione coram R. P. D. meo Beuilaqua §. non ſubſiſtit.

Quodque denique deputatus fuerit vnus de Collegio, quod eſt alterum ex requiſitis in dicto cap. quia propter conſtat pariter ex ſummario præterito *nu. 2.*

Et ita Dominico tantum informante, Nicolao verò pluries citato reſolutum fuit &c.

R. P. D. TAIA.

Auctionem Fideicommiſſi.

Mercurii 2. Decembris 1665.

ARGVMENTVM.

Quidquid attentatum fuit eſt ante omnia reuocandum, & in priſtinum ſtatum reducendũ. Litteræ ſubreptitiæ iuriſdictionem non conferunt. Reſcriptum auocatorium eſt ipſo iure nullum. Cauſa ad Curiam deuoluta, vt ibi tractetur, non poteſt extrahi niſi de certa ſcientia Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa diuerſitas quando eſt manifeſta de una ad aliam, non bene infertur.*
2 *Attentata autem omnia ſunt reuocanda, & in priſtinum ſtatum reducenda.*
3 *Via non eſt aperienda in partibus indicandi ſuper inhibitionibus ſuperiorum per inferiores.*
4 *Littera per ſubreptionem obtenta, non conferunt iuriſdictionem, & nu. 5.*
6 *Litteræ ſubreptitiæ iuriſdictionem tribuunt, ſed poſſunt per exceptionem elidi.*
7 *Reſcriptum auocatorium eſt ipſo iure nullum.*
8 *Reuocatio eſt odioſa, quia ſit contumelia Iudici, quũ ſine cauſa reuocatur.*
9 *Reuocatio litterarum Papæ eſt odioſa.*
10 *Cauſa deuoluta ad Curiam, vt ſit ibi tractanda nõ poteſt extrahi niſi de certa ſcientia Papæ.*
11 *Cauſa ſemel commiſſa ſine ſpeciali mandato, non committitur.*
12 *Mandatum de Manutenendo pro reuocatione, ſeu loco reuocationis attentatorum conceditur.*

DECISIO CCCLXXV.

APPELLATIONE dudũ ab anno 1654 pendente in Rota à Sententia R. P. D. Vicelegati ſuper immiſſione certarum Familiarum in Fideicommiſſo, vti purificato per mortem Marchionis Dominici vltimi maſculi Familiæ de Caſtellana, contra Marchioniſſam Mariam eiuſdem Marchionis Matrẽ, Marchioniſſa Franciſca filia, & Marchionis Dominici ſoror Monaca, auditis intereſſe haben. fuit abſoluta à Profeſſione, & Religione per Decretum Sacræ Congregationis Concilij, cum approbatione Sanctiſſimi Domini Noſtri 3. Auguſti 1661. & ſucceſſiuè citatis omnibus, & comparente, atque opponente Marchioniſſa Maria matre ſe coheredem eſſe cum ſorore defuncti, & Dotis creditricem fuit immiſſa in poſſeſſionem fraternorum, fideicommiſſorũ & bonorum omnium per decretum Reuer. P. D. Vicelegati 6. Auguſti ſequẽ.

Agitata poſtmodum Cauſa, etſi intraret Marchioniſſa Franciſca, pro remiſſione ad partes, vtraque tamen parte informante cõmiſſio fuit ſignata, & Rota in Signatura 15. Decembris 1661. & data fuit Rotalis Inhibitio 7. Octobris 1662. factaque Intimatio perſonalis Marchioniſſæ Mariæ 23. Aprilis 1665.

ſicut

ſicut & Domino Auditori Generali die ſequenti, & Domino Decano Rotæ Auenionen. 7. Maij ſeq.

Cum autem Auenione tunc degeret Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Legatus, Marchioniſſa Maria ſine mentione inhibitionis, aut Cauſæ pendentiæ in hac Rota narrato ſolo illo decreto Domini Vicelegati, & immiſſione Dominæ Marchioniſſæ Franciſcæ ſupplicauit pro commiſſione Cauſæ appellationis, & nullitatis, & reſcribi impetrauit ad Dominum Auditorem de voto illius Rotæ Auenionen. ſine præiudicio Mandati de Manutenendo per Dominum Vicelegatum Decreti, &c. 12. Septembris 1664. & Dominus Auditor, introducta Marchioniſſa Maria coram ſe Cauſa, requiſitus ab ipſa declarauit ſe Iudicem competentem Cauſæ, ac Partium ad terminos Commiſſionis 6. Martij 1665. & poſtea per Sententiam diffinitiuam de voto illius Rotæ reuocauit Decretum Domini Vicelegati, & manutenuit Marchioniſſam Mariam, condemnauitq; Marchioniſſam Franciſcam ad fructuum, & expenſarum reſtitutionem 12. Maij ſequentis, quæ die 18. appellauit ſalua nullitate, & Dominus Auditor reſpondit 15. Maij, non retardata executione.

Ad hæc adito Romæ Eminentiſſimo Domino Cardinali Legato, citatis partibus commiſſa fuit Cauſa in Rota, cum facultate, & ante omnia reuocando attentata quatenus ad ſint 8. Iunij 1665.

Hodie diſputato Dubio iam propoſito 1. Iulij, An conſtet de attentatis, itaut ſit dandũ Mandatum de Manutenendo, &c. Domini conſtare dandumque dixerunt, maximè ex Inhibitione Rotali, perſonaliter præſentata Marchioniſſæ Mariæ, & Domino Auditori Generali; & Domino Decano Rotæ Auenionen. quin etiam Notario eodem ipſo Teſte, qui requiſitus reſpondit, quod nolebat amplius ſcribere, & quod ad inſtantiam Marchioniſſæ Franciſcæ fuerint ſibi intimatæ Inhibitiones à Curia Romana.

Neque viſa ſunt poſſe excuſari attentata ex diuerſitate Cauſarum manifeſta quidẽ ratione, & † regula in iis, quæ ſunt ſeparata de vno ad aliud non inferri, *leg. Papinian. 20. in fin. ff. de minor. & ibi not. Bartol. nu. 2. & in puncto attentatorum cap. 6. de appellat. cum ibi not. deciſ. 364. nu. 5. par. 9. cum aliis.*

Quia quicquid poſt Inhibitionem huiuſmodi fuerit tunc innouatum, eſt per eundẽ appellationis Iudicem ante omnia in ſtatum priſtinum reducẽn. *cap. 7. in fin. de appellat. in 6.*

& in †partibus nõ eſt aperienda via inferioribus iudicandi ſuper inhibitionibus ſuperiorũ quia facile negligerentur, &c. apud *Rotam coram Achill. de Graſſ. deciſ. 225. alias de appellat. deciſ. 89. in fine, & deciſ. 785. num. 2. verſ. & Iudex debuit abſtinere, part 1. diuer. & abunde pro more Autoris, deciſ. 355. nu. 11. & num. vlt. par. 9. cum allegatis.*

Nec pariter excuſari attentata viſa ſunt ex dicta Commiſſione 12. Septembris 1664. quia ex taciturnitate pendentiæ litis, & cauſę commiſſæ in Rota commiſſio fuit ſubreptitia, & † litteræ per ſubreptionem obtentæ nõ conferũt iuriſdictionem, vt patet in *cap. 5. de offic. Vicar. & ibi not. in caſu noſtro gloſſ. vltim. & cap. ad audientiam 31. de reſcript. & ibi gloſſ. vlt.*

& in puncto † ſi aliquis ſuper aliqua cauſa ab Apoſtolica Sede impetrauerit litteras, & Aduerſarius eius eãdem cauſam poſtea obtinuerit committi aliis, de commiſſione priori nõ habita mentione, priores Iudices ad deciſionem cauſæ poſſe procedere, *Text. eſt cap. 3. de reſcript.*

Et quamuis videatur, quod per tales litteras detur iuriſdictio, licet poſſit elidi per exceptionem, proſequitur *dicta gloſſ. vltima, dicto cap. ad audientiã, verſ. & contrarium, & verſ. Tu dicas, Abb. ad cap. 3. nu. 6. & 8. Rota in Antiqua de appellat. deciſ. 65. alias 513. nu. 7.*

In primis fuit obſeruatum reſcriptum, aut non eſſe auocatorium, aut ſi † auocatorium eſſe ipſo iure nullum; *Scacc. de Iudic. cap. 64. nu. 9. verſ. hanc concluſionem, lib. 1.* & de huiuſmodi tacita auocatione melius, idem *Scacc. de appellat. cap. 14. num. 27. verſ. confirmatur, & nu. 28. cum pluribus ſeqq. coram Burat. deciſ. 74. nu. 4. & annot. nu. 7.* quia † reuocatio eſt odioſa, quoniam fit contumeliã Iudicis, qui ſine cauſa reuocaretur, *Rota coram Caſſador. de appellat. deciſ. 2. nu. 6.* & ſpecialiter, quia reuocatio litterarũ Papæ eſt odioſa, *Rota cor. Caſſad. de reſcrip. deciſ. 1. num. 1.* & quia † ex quo cauſa ſemel fuit deuoluta ad Curiam, vt ſit ibi tractanda non poteſt extrahi niſi de certa ſcientia Papæ, concludit *Rota coram Biſignet. de reſcrip. deciſ. 13.*

Deinde ſatisfactum eſſe fuit demonſtratũ per expreſſas exceptiones, & oppoſitiones ſpeciatim, cũ Procurator Marchioniſſæ Frãciſcæ citra conſenſum indebitum, & alicuius iuriſdictionis prorogationem, & citra præiudicium litis pendentię in Vrbe, coram Sacro Tribunali Rotæ Romanæ, &c. vt quid deterius ſibi contingat oppoſuit, quod in Reſcripto Eminentiſſimi Domini Cardinalis Legati non fuit narratum in ſpecie, quod dicta cauſa pendebat coram dicto Sacro Tribunali Rotæ Romanæ, per Reſcriptum Commiſſionis à Signatura Sanctiſſimi Domini Noſtri, &c. in actis 8. Maij, & ad ipſam citationem ad Sententiam die ſequenti pro hora ſecunda poſt meridiem illius diei, cum fuiſſet citatus alius, vti procurator, reſpondit ſe eſſe multum attonitum, cum videat ſe citari ad audiendam Sententiam abſque eo, quod nũquam antea habuerit notitiam prętenſæ cauſæ.

Adeo nullus fuiſſe conſenſus Marchioniſſæ Frãciſcæ, quem proponebat Marchioniſſa Maria, præcipuè in dicta declaratione Iudicis competẽtis 6. Maij 1665. in qua quidem tolitus procurator, ſed vti Aduocatus, & aſſertum ſe Aduocatũ Marchioniſſæ Franciſcæ conſenſit, &c. quæ non pertinent ad Aduocatum comparentem proprio nomine, & ita ſine opportuno mandato, cum idem

ipſe

ipſe vti procurator comparuerit poſtea opponens tàm diuerſa, tàm contraria ſupradicta 2. Maij.

Sed nullus viſus eſt fuiſſe conſenſus Eminentiſſimi Domini Cardinalis Legati, qui tacita ſibi Commiſſione Sanctiſſimi Domini Noſtri cum inhibitione, & alius commiſit,
11 commiſſam iam Cauſam, quam † ſine ſpeciali mandato, nũquam commiſiſſet expreſſa ſibi illa commiſſione, *ad cap. 2. de offic. legat. & ibi Barboſ. à nu. 2. Gambar. de offic. ac poteſt. Legat. à lat. lib. 8. nu. 88.*

Præterea viſus eſt ſatisfeciſſe ipſe Eminentiſſimus Dominus Cardinalis Legatus Romę cognita cauſa per dictum Reſcriptum 8. Iunij 1665.

12 Porrò conceditur mandatum de manutenendo pro reuocatione, ſeu loco reuocationis attentatorum, &c. apud *Poſſibum de Manut. obſeru. 20. à nu. 82.* & habet attentatorum reuocatio vim retinẽdi, &c. idem nu. 87. cum alijs.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Romana, ſeu Ianuen. Dotis.

Mercurij 2. Decembris 1665.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum Camerali obligatione vallatum paratam habet executionem. Clauſula, *ſi quid exequendum*, quid ſoperetur. Statutum Vrbis lib. 1. cap. 85. quid diſponat. Dos in quantitate conſtituta, an ad ſpeciem redigi valeat. Mulier quidquid defuncto Marito, acquirit ex bonis illius acquiſiuiſſe præſumitur, vt præſumptio turpis queſtus euitetur, & hæc ex quo ceſſet.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta Dotalia ſine obligatione Camerali, vel quarantigia de iure paratam executionem non habent.*

2 *Sententia Iudicis fundata in erroneo ſuppoſito, dicitur ipſo iure nulla, nec executionem meretur, & nu. 3.*

4 Statutum Vrbis lib. 1. cap. 85. *concedit poſſe pro dote executiuè procedi, & nu. 10.*

5 *Verba præciſa temporis reſtrictionem habentia, non poſſunt ad aliud tempus diuerſum referri.*

6 *Executio individualiter ex vno capite relaxata, nõ poteſt ex alio ſuſtineri.*

7 *Clauſula ſi quid exequendum præſeruat viam executiuam, quando competat.*

8 *Clauſula, ſi quid exequendum, operatur, vt licet mandatum relaxatum non ſit exequendum, concurrente tamen iuſtitia, aliud ex integro relaxari valeat.*

9 *Inſtrumentum Obligationis Camerali munitum, paratam habet executionem.*

11 *Viri domicilium, non locus vbi contractus fuit celebratus, attenditur in reſtitutione Dotis.*

12 *Aduocatus libri contra ipſum, & ab eo cauſam habentes plenè probant.*

13 *Verba*, aſſignant, cedunt, & renunciant, *tranſlationem dominii important.*

Maximè in iuribus incorporalibus, in quibus ſola conſenſo, operatur translationem dominij, & numer. 14. & 15.

16 *Dominij translatio, & traditionis effectuatio, ex quibus probetur.*

17 *Deliſtum allegans concludenter, probare tenetur.*

18 *Viri, vel Soceri, negligentia in exigenda Dote, nõ impedit, quin vxor poſſit repetere ſuam Dotem, licet ab eis exacta non fuerit.*

Sed declara, & intellige, vt num. 19.

20 *Ratio quando ceſſat, & iuris diſpoſitio ceſſare debet, & nu. 21.*

22 *Ad Patris dotem non ſoluentis heredes beneficium reuerentia non tranſit.*

23 *Dos in ſpecie conſtituta, in ſpecie debet reſtitui.*

24 *Expreſſio quantitatis dotem in quantitate conſiſtere demonſtrat.*

25 *Species licet in ſolutum detur pro ſolutione quantitatis dotis, non tollitur, quin dos in quantitate conſiſtat.*

26 *Verba* concedentia facultatem alienandi, vẽdendi, relocandi, *verum*, & *liberum dominium important.*

27 *Verbum* poſſit, *affirmatiuè prolatum, facultatem denotat.*

28 *Dos de quantitate in ſpeciẽ nõ poteſt immutari muliere non conſentiente, nec deteriorari valet conditio ipſius dotis.*

29 *Tutrix non reddita ratione adminiſtrationis, de credito Dotali ſatisfacta præſumitur.*

30 *Dotis reſtitutio non poteſt retardari per exceptionẽ non reddita rationis adminiſtrationis tutelæ, niſi probetur, remanſiſſe tot bona, ex quibus mulier ſatisfieri poſſit.*

31 *Mulier quidquid acquirit defuncto marito ad euitandam præſumptionem, turpis queſtus ex bonis illius, acquiſiuiſſe præſumitur.*

32 *Præſumptio turpis queſtus, ex quibus ceſſet, & vide nu. 33.*

DECISIO CCCLXXVI.

IN CAPITVLIS Matrimonialibus Ianuę cõfectis occaſione Matrimonij inter Comitem Benedictum Coſtam, & Comitiſſam Mariam Caraneam, promiſſa fuit Dos librar. 60000. Ianuenſium, ſoluenda partim in contanti, & partim in quibuſdam redditibus Hiſpaniarum, & Mediolani, ſoluto Matrimonio per obitum Viri, egit Comitiſſa Maria vxor, coram A. C. Bulgarino pro repetitione ſuæ Dotis, & Sententiam obtinuit, & deinde mandatum executiuum contra bona hæreditaria Octauij eius Soceri, & reſpectiuè Patris dicti Benedicti, commiſſa mihi Cauſa per Signaturam, cum clauſula, ſi quid exequendum, dedi dubium ſub die 24. Aprilis proximi præteriti, An Mandatum A. C. ſit exequendum.

Exiſtimarunt enim non eſſe exequendum mandatum A. C. quia in Capitulis Matrimonialibus, quorum vigore actum fuit, nulla adeſt obligatio Cameralis, vel Quarantigia,
1 ſine qua † inſtrumenta Dotalia de iure non habent

habent executionem paratam, *Alex. in leg. si cum Dotem, &c. §. eo tempore, nu.6. ff. solut. matrimon. Rota in Lucana Dotis* 19. *Ianuarij* 1629. *coram Virili, decis.* 250. *nu.* 1. *post Zacch. de obligat. Cameral. & decis.* 348. *num.*10. *par.* 9. *recen.*

2 Vndè † Sententia Iudicis declarãs huiusmodi obligationem in Capitulis Matrimonialibus contentam, esse exequendam, & pro illius executione relaxañ. mandatum executiuum, tamquam fundata in erroneo supposito, dicitur ipso Iure nulla, vna cum mandato, vt in puncto tradit *Gratian. discept.* 363. 3 *nu.*3. *Buratt. decis.* 561. *num.*1. Nec † proinde meretur executionem, *leg. si cum nulla, ff. de re iudic. Bartol. in leg.* 1. *Cod. de execut. rei iudic. Rota decis.*689. *nu.* 2. *par.*1. *& decis.* 500. *num.*5. *par* 4. *recen*

Neque subsistere valet ex Camerali Obligatione adiecta in Instrumento Dotali post Capitula Matrimonialia confecto in Vrbe, 4 vbi viget † Statutum tribuens facultatem Mulieri, vel suis Hæredibus dotẽ repetentibus procedendi executiuè etiam contra Terminos. Nam Iudex fundauit suam Sententiam in dicto Instrumento, vel Statuto, sed simpliciter, & præcisè in Capitulis Matrimonialibus, dum dixit exequendam esse Obligationem Cameralẽ in Capitulis Matrimonialibus subscriptis sub die 4. Iulij 1631. cõ-5 tentam; Quæ † quidem verba habentia præcisi temporis restrictionem non possunt referri ad Instrumentum diuerso die stipulatũ, minusque ad statutum, de quo nulla facta est 6 mentio; Ideoque † executio indiuidualiter ex vno capite relaxata non potest, ex alio sustineri *Anchar. consil.*357. *nu.* 2. *Menoch. de arbitr. lib.*1. *qua.*47. *nu.*3. *Surd. decis.* 7. *num.*27. *vers. item conclusio.*

7 Verum quia Causa fuit per Signaturam commissa cum clausula, si quid exequendũ, dicatur præteruata via executiua, quotiescũque competat, *Rota coram Mellino decis.* 361. 8 *nu.*3. & † operatur, vt quamuis mandatum relaxatum non sit exequendum, tamen concurrente Iustitia possit aliud ex integro per Rotam relaxari, vt seruatum fuit in *Assulata Renunciationis* 27. *Maij* 1651. §. *verum, coram Reuerendiss. D. Decano.*

9 Quod competat via executiua, patet, tum ex Instrumento obligationis Camerali vallato; Tum ex statuto Vrbis lib.1. cap.85. Vbi 10 expresse † disponitur posse prõ dote executiuè procedi, non reluante, quod Contractus Dotalis fuerit Ianuæ celebratus, quia cum Maritus natus esset Romæ, ibique degeret, 11 non attenditur † locus celebrati Contractus, sed locus domicilij Viri, ad quem Sponsa iura erat, & in qua Coniuges, de tempore restitutionis Dotis domicilium habebant, vt in terminis alterius Contractus Ianuæ celebrati, resoluit *Rota in decis.*160. *nu.*2. *& seqq. & decis.*172. *num.*1. *& per tot. par.* 8. *& in Romana Dotis* 22. *Iunij* 1661. *coram Reuerend. P. D. Verospio.*

Iustitia verò resultat ex Capitulis Matrimonialibus, & ex eodẽ Instrumento, ex quibus patet de promissione Dotis in summa libr. 60000. Ianuensium, & de obligatione Octauij, illam restituendi in casu dissolutionis Matrimonij, quam Dotem verè, & integraliter fuisse solutam, non fuit in dubium reuocatum. Nam quoad libras 18650. illæ fuerunt solutæ in contanti, vt constat ex partita Librorum Mercantilium eiusdem Octa-12 uij, data in summario *numer.* 3. qui † plenè probant contra ipsum, & habẽtes ab eo Causam, *Rota in Romana, seu Nepesina Tutele* 4. *Iulij* 1642. §. *nec dubitari, coram Reuerendiss. D. Decano.* Pro reliquis vero libris 41350. assignati fuerunt tot redditus Hispaniarum, & Mediolani, ad formam Capitulorum. Ibi, *Assegnano, cedono, e rinuntiano à dd. Ottauio, e Be-*13 *nedetto, presenti, & accettanti, &c.* quæ † verba important actum perfectum, actualemque traditionem, cum Dominij translatione, *Peris. consil.*33. *nu.*26. & 27. *Corn. consil.* 228. *numer.*11. *late Giurb. decis.* 24. *nu.*19. *Caual. decis.* 633. *& decis.*647. *num.*7. *& decis.* 157. *num.* 28. 14 *par.*6. *recen.* maximè † cum versemur *in iu-*15 *ribus* incorporalibus, in † quibus sola Cessio operatur translationem Dominij, *Rota coram Buratt. decis.*133. & 347. *ibique adden. in Cortonen. Iurispatronatus* 28. *Ianuarij* 1647. *coram R. P. D. Verospio, & in Vrbenetana Census* 23. *Februarii* 1654. *coram bonemem. Bichio.* Postquam dictam Assignationem Octauius mediante Manchello eius Complementario descripsit dicta Iura, tamquam sua propria in prædictis suis libris, illorumque fructus continuò exegit, vt patet *ex* summario *numer.* 3. *&* 6. *Ex* 16 quibus † iuris superque probatur effectuatio traditionis, & Dominij translatio in ipsum Octauium, *Vasquez quæst. Illustr. lib.*2. *cap.*58. *num.*3. *Bald. in tract. de præscript. par.*2. *qua.*2. *num.*3. neque ex eo, quod post obitum Octauij, Libri remanserint in manibus Comitissæ Mariæ redargui possunt de antidata in Partis, 17 de quibus agitur, quia † cum hoc sapiat delictum, debet plenè, & concludenter ab allegante probari.

Non obstat, quod Iura Hispaniarum, & Mediolani, numquam fuerint translata in faciem Benedicti Viri, prout in dictis Capitulis promissum fuerat. Ibi: *Promettendo di più di fare, che si trapassi ad ogni volontà di detti Signori Ottauio, e Benedetto, ò di qualsinoglia di loro detto Giure di Spagna, e detta credita di Milano, in faccia, e credito del detto Signor Benedetto, à disposizione del detto Signor Ottauio.* Quinimo vsque in præsens probentur cantare sub nomine Octauiani Corrigiæ, & proinde dici nõ possit effectuata traditio, saltem quoad dicta credita. Nam vltrà quod dicta Promissio cẽsetur adiecta ad maiorem cautelam, & securitatem dicti Benedicti, & Octauij, quæ nõ operatur, vt per eum dicatur recessum à trãslatione Dominij irreuocabiliter iam facta per verba de per se sufficientia, ex supra allegatis; In omnem casum negligentia Viri, vel Soceri, in procurando dictam translationem 18 iurium non præiudicat, quin † Vxor possit ab eisdem repetere suam Dotem, licet ab eis

non

non fuiſſet exacta, *leg. ſi extraneus, ff. de iure dot. Rota deciſ. 35. nu. 3. & 114. nu. 6. part. 7. re-*
19 *cen.* Et quamuis dicta † concluſio locum habeat dumtaxat quando Dos eſt promiſſa ab extraneo, non autem quando, vt hic, promiſſa eſt à Patre, *contra quem ratione reuerentiæ non imputatur Marito, ſi non egerit* pro ſolutione, vt inquit Iuriſconſultus in dicta *leg. ſi extraneus, cum ibi notatis, ff. de iure Dotium. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloſſ. 1. par. 2. nu. 70. cum aliis adductis per Olean. de Ceſſ.*
20 *Iur. in 5. quæſt. 2. nu. 16.* Tamen cum † Pater obierit multis ab hinc Annis ceſſauit ratio reuerentiæ, in qua fundatur *Textus in dicta leg.*
21 *ſi extraneus*. Ideo † ceſſare debet etiam Iuris diſpoſitio, & Marito imputandum eſt ſi non
22 egit contra eius hæredes, ad † quos non tranſiit Beneficium dictæ legis, vt declarat *Gald. Nouell. de Dote, par. 8. priuileg. 24. in fine. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloſſ. 1. par. 24. nu. 7. Franch. deciſ. 424. nu. 5. Millin. de Contract. diſputat. 27. in princ. Boer. deciſ. 329. num. 3. verſ. falſa ſecundo. Rota in Romana Pecuniaria 18. Iunij 1651. coram Reuerendiſſ. D. Decano.*

Primus facit, quod prædicta Dos, vti aſſignata in tot luribus, & Creditis, non dicatur conſtituta in quantitate, ſed in ſpecie; in qua
23 proinde † venit reſtituenda, quia contrarium aſſumitur, ex lectura Capitulorum Matrimonialium, in quibus litteraliter Dos conſtituitur in libris 60000. Ibi, *Con Dote di lire 60000 moneta corrente in Genoua, da pagarſi ſotto li modi,*
24 *e forma, &c.* Expreſſio † enim quantitatis à principio demonſtrat Dotem conſiſtere in quantitate, *Gratian. diſcep. 932. num. 1. & ſeqq. cum aliis cumulatis in Peruſina Reintegrationis 4. Februarij 1656. §. non ſubſiſtit, coram R. P. D. meo*
25 *Beuilaqua.* & licet † pro ſolutione dictæ quantitatis dentur in ſolutum ſpecies, non ex hoc tollitur, quia Dos conſiſtat in quantitate, *Mantic. de tacit. lib. 17. tit. 18. nu. 5. Buratt. deciſ. 287. nu. 2. deciſ. 42. nu. 2. par. 6. recen. & deciſ. 114. nu. 6. poſt Merlin. de pignor.* Ponderata præſertim aſſignatione dd. Iurium facta, cum clauſula, *ad haben. & facultate vendendi, alienandi, & relocandi ſuper omnibus Bonis, arbitrio viri,*
26 quæ verba † oſtendunt, fuiſſe in ipſum translatum verum, & liberum Dominium, & pro illis eſſe effectum debitorem quantitatis, *Honded. conſil. 41. num. 7. & 8. lib. 1. Roland. conſil. 86. nu. 16. lib. 4. Rota in recen. deciſ. 436. nu. 1. & 4. par. 4. & in Vrbeuetana Legati 4. Maii 1648. coram bon. mem. Bichio.*

Neque prædicta ceſſare videntur, ex conuentione appoſita in Inſtrumento ſucceſſiuè confecto. Ibi, *Quod reſtitutio à DD. Octauio, & Benedicto fieri poſſit eiſdem modo, & forma, & cum eiſdem Iuribus, & effectibus, quemadmodum dicta Dos aſſignata, & reſpectiue ſoluta fuit;* Tum quia pactum eſt facultatiuum reſtituendi dotem, vel in pecunia, vel in corporibus, vt col-
27 ligitur ex illo verbo *poſſit*, quod † affirmatiuè prolatum facultatem denotat, *leg. non quicquid, ff. de re iudic.* Ideoque ipſa corpora potius dicuntur eſſe in facultate ſoluendi, quam in obligatione, *l. ſi quis ſtipulatus, & ibi gloſſ. de ſolut. Rota in Romana Dotis 4. Maij 1650. §. neque, coram R. P. D. meo Beuilaqua.* Tum quia cum in Capitulis Matrimonialibus, Dos conſtituta fuiſſet in quantitate, ac ita lus quæſitum
28 Mulieri, non † potuerunt Promiſſores, & Receptores in eius præiudicium aliter in Inſtrumento ea abſente ſtipulato ſtatuere, & alterando ipſa Capitula, immutare Conſtitutionem, & Reſtitutionem Dotis de quantitate in ſpeciem, eaque non conſentiente efficere deteriorem conditionem ipſius Dotis. *Merlin. deciſ. 77. nu. 9. & deciſ. 792. num. 17. & ſeq. Buratt. deciſ. 775. nu. 20. vbi adden. num. 25. deciſ. 137. nu. 1. par. 8. recen. & in Romana Reſidui Dotis 8. Iunii 1643. & 8. Iunii 1654. coram Reuerendiſſ. Papien.*

Non obſtat, quod Comitiſſa Maria vti Tutrix, & Curatrix minorum filiorum, per plures Annos hæreditatem Octauij adminiſtrauerit.
29 Ideoque † ratione non reddita, præſumitur ſatisfacta de ſuo credito Dotali; Nam præ-
30 ter quod † per huiuſmodi exceptionem Dotis reſtitutio non poteſt retardari, niſi concludenter probetur penes vxorem remaniſſe tot bona, ex quibus potuerit ſatisfieri, vt diſponitur in *leg. vnica, §. exactio, Cod. de rei vxor. Act. amplexa à Rota coram Buratt. deciſ. 362. & 914. & poſt Zacch. de obligat. Camerali deciſ. 263. numer. 10. & in Romana Cenſus 17. Martij 1649. §. deinde, coram bon. mem. Donozetto*, obiectum tollitur ex facto, dum de redditione rationis iam conſtat ex rationibus Procuratorum iudicialiter electorum, ex quibus patet ipſam attentis quam pluribus inueſtimentis potius remaniſſe creditricem, vt in eius ſummario *nu. 8.*

Denique non vrget, quod eadem Comitiſſa acquiſierit Loca Montium, & Officium
31 Scutiferatus. Ideo † ad euitandam præſumptionem turpis quæſtus, iuxta diſpoſita in *leg. Quintus Mutius 52. de donat. inter vir. & vxor.* Acquiſitio cenſeatur facta de Bonis adminiſtratis, quia in facto iuſtificatur acquiſitiones prouenuiſſe ex eius proprio peculio, quod conſiſtit in 10. Locis Montium, eidem ab Octauio ad huc viuente donatis, & in aliis locis 18. donatis à Petro Francisco Epiſcopo Albinganen. eius filio, nec non in penſionibus annuorum ſcut. 200. Domus magnæ ibi ab eodem Octauio in Teſtamento Legatæ, vt
32 in ſummario *num. 9.* Vnde † ceſſat dicta præſumptio, *Rota deciſ. 607. num. 3. part. 1. recent. deciſ. 59. num. 7. & ſequen. poſt Zacch. de Societ. Officii. Duran. deciſ. 429. num. 1. & ſeq.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana Emphiteuſis.

Mercury 2. Decembris 1665.

ARGVMENTVM.

Emphiteuſis de ſui natura tranſitoria ad quoſcumque hæredes, etiam ſi ſit Eccleſiaſtica ex iuris diſpoſitione, etiam ad manus mortuas tranſmitti poteſt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Communitas vti manus mortua ist incapax emphiteusis Ecclesiastica.*
2 *Communitas vti manus mortua non perit, nec deficit linea.*
3 *Emphiteusis transitoria ad quoscunque hæredes potest quamuis Ecclesiastica etiam ad manus mortuas, ex iuris dispositione transmitti.*
4 *Bona emphiteusis Ecclesiastica mediante concordia redigantur ad instar allodialium, & efficiantur transmissibilia etiam ad manus mortuas, ad effectum vendendi; & pretium consequendi, si non perpetuò retinendi.*
5 *Communitas non potest dici locus Pius.*
6 *Bona in emphiteusim concedi solita, possint de nouo relocari.*
7 *Bona emphiteusis Ecclesiastica possint denuo relocari quando non adhuc ad Ecclesiam erant deuoluta, vel vigore concordiæ erant renouabilia.*

DECISIO CCCLXXVII.

DENEGARVNT Domini Capitulo Metropolitanę Rauennaten. Reintegrationem ad bona controuersa, quia non constat de eorum deuolutione, sed obstat vltima concessio facta Communitati.

Quam licèt Capitulum allegaret esse nul-
3 lam, quia † Communitas, vti manus mortua, sit incapax Emphiteusis Ecclesiæ ob præiudicium, quod infertur Ecclesiæ, quæ frau-
2 datur Laudemio, quia † manus mortua non perit, nec deficit linea, ad firmata, *per Rotam decis. 403. num. 1. & 2. part. 1. recent. & in dec. 649. nu. 1. coram Merlin.*

Responsum tamen fuit, quod quia agitur
3 de Emphiteusi transitoria ad quoscunq; hæredes, potuit, quamuis Ecclesiastica, transmitti etiam ad manus mortuas non solum ex iuris dispositione, vt tenuerunt, *Bart. in Alb. ingress in 2. lect. num. 33. vers. quare ergo C. de Sacros. Eccles. Clar. in §. Emphiteusis quæstion. 15. Gratian. disc. for. 481. num. 61. Rota decis. 261. num. 7. & dec. 280. num. 5. part. 1. recent. & decis. 394. num. 5. coram Buratt. cum aliis per add. ad Greg. decis. 520. num. 14.*

Verùm fortius in hoc casu vigore concordiæ initæ inter Clerum, & Communitatem
4 Rauennæ, qua † mediante bona Emphiteutica fuerunt redacta ad instar allodialium, & effecta transmissibilia ad quoscunq; etiam ad manus mortuas, si non ad effectum perpetuò retinendi, saltem vendendi, & prætium consequendi, vt in casu huius concordiæ pòderat, *Spad. cons. 109. num. 7. lib. 2. Gratian. d. disc. 481. num. 67. Rota d. decis. 261. num. 7. parte prima recent. & coram Merlin. decision. 649. numer. 4. & fuit admissum in decis. 402. & 444. num. 8. coram Royas.*

Nec obstat replicatio, quod concordia concedat solummodo hanc acquisitionem ad effectum vendendi locis pijs, non autem potentioribus, & per consequens excludat
5 Communitatem, quæ nò dicitur locus pius, sed imò potentior, vt tradit *Fulgin. de Iur. Emphit. tit. de alien. quæst. 1. num. 21.*

Quia præter quod prohibitio venditionis bonorum æquè tuetur Ecclesiam tam respectu manus mortuæ, quam potentioris, cessat prorsus obiectum aduertendo, quod concordia, non solùm prohibet per venditionem quando bona relinquuntur alitèr quomodocunque ad pias causas, prout sunt ea, quæ cõtrouertuntur; quæ destinantur pro nubendis puellis, vt ex testamento relato in summario Communitatis *nu. 1.*

Nèc paritèr subsistit quod Canonicus Raiius nullitèr renouauerit hanc inuesituram Communitati, quia huiusmodi bona erant iam diù antea ad Capitulum deuoluta, de quibus in mandato generalitèr interdicebatur inuestire.

Quia † cum bona essent solita in Emphi-
6 teusim concedi etiam ante concordiam, & dum pacto renouandi, vt ex prima inuestitura summario Communitatis *num. 6.* & ex tribus alijs subsequutis renouationibus, *num. 7.* nec Capitulum denegauerit eorum renouationem, vel deuolutionem acceptauerit, quin per sexdecim annos postea receperit canones, non potest modo renouationem de illis
7 iam factam impugnare, vel † quia bona dici non poterant deuoluta, *Fulgin. de iur. emphit. tit. de contract. emphit. qua. 34. nn. 32. & dictum fuerat in Romana Domus 21. Nouembris 1571. coram Coradino, relata per Corbul. de emphit. tit. de caus. priuat. ob lin. finit. nn. 11. & seq.* vel † quia vigo-
8 re concordiæ erant renouabilia, vt in simili fuit suppositum in *decis. 85. nu. 8. coram Merlin. & in dd. decis. 402. & 444. numer. 8. & 9. coram Royas.*

Et ita non constare de deuolutione, & denegãdam esse reintegrationem, vtraque parte informante responsum fuit.

R. P. D. BOVRLEMONT

Romana Locorum Montium.

Mercurij 9. Decembris 1665.

ARGVMENTVM.

Curator, qui loco proximiorum contractui mulieris interuenit, si non iuret, quod contractus in damnum mulieris non tendat, sustineri nequit, cum requiratur in huiusmodi obligationibus euidens ipsius mulieris vtilitas.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio mulieris vel minoris sine solemnitatibus inita sustineri nequit*
2 *Citatio substantialis non continens nullius est momenti*
3 *Causa falsa, & nimis generica non suffragatur ad sustinendam citationem & num. 4.*
5 *De substantia contractus ea quæ sunt in citatione exprimi debent*
6 *Actu uno vitiato, ceteri corruunt*
7 *Dictio* insuper *adiecta in instrumento coniungit, & continuat contractus*

8 Cura-

8 *Curatore, qui loco proximiorum contractui mulieris interuenit, non iurante, quod contractus in præiudicium mulieris non tendat, contractus annullatur*

9 *Causa Iudici exposita si sit falsa in parte, decretum tanquam indiuiduum vitiatur in totum.*

10 *Obligatio mulieris vt sustineatur, debet in illius vtilitatem tendere*

11 *Obligatio mulieris non sustinetur, quando non habet relenatorem*

12 *Contractus inter duas fœminas initus non requirit solemnitates.*

DECISIO CCCLXXVIII.

SVBSISTERE visæ fuerunt Dominis nullitates Census impositi à quondam Catherina Guarneria ponderatæ in decisione edita 1. Februarij 1664. coram R. D. meo Gerunden. ideoque coram me in eius locũ suffecto tum ex iis, tum ex aliis denuò ab informantibus allegatis steterunt in decisis.

1 Nullitas enim ex defectu solemnitatum ob non interuentum Astulphi filij dictæ Catharinæ excusari non potuit ex citatione, quæ ostenditur contra illum executa ad interessendum huio contractui, quia in ea nec in genere fuerunt expressæ qualitates contractus,

2 riusque substantialia †, prout erat necesse, *Rota dec. 203. num. 4. par. 4. rec. cum aliis adductis in dicta decisione R. Gerunden. § nec obstat.*

Non obstat, quod in citatione fuerit dictũ, quod Catharina pro liberãdo filio à quadam pœna, & aliis suis vrgentissimis necessitatibus intendebat imponere Censum, vt sunt verba citationis, ex quibus prętenditur fuisse expressas qualitates contractus; Primo quia neutra istarum satisfacit statuto: Prima enim detegitur falsa, cum iam filius fuisset liberatus à

3 gitur falsa, cum iam filius fuisset liberatus à pœna mediante compositione inita cum fisco & abolitione Processus. Altera verò tanquam

4 nimis generica † non suffragatur, vt in *dicta decis. 203. num. 2.* Secundo quia non fuit expressum, quod intendebat donare Ludouico Bona censita, quod † cum esset de substantia contractus, debebat exprimi in citatione, ex allegatis.

5

Nec subsistit, quod donatio licet fuerit facta in eodem Instrumento Census, tamen cum sit ab eo separata, donatione corruente, Census valeat sustineri; Quoniam cum omnia vnico Instrumento & decreto, & vnico iuramento fuerint concepta, constat de actuum

6 indiuiduitate, & propterea, † vno actu vitiato, corrunt omnes, *Rota in Auenionen. Pecuniaria 31. Maij 1647. coram bo. me. Verospio.* Et dictio *insuper*, adiecta in Instrumento non facit con-

7 tractus separatos, & distinctos †, sed imò eos coniungit, & continuat, *Rota decis. 348. nu. 4. part. 4. rec. & in Romana hereditatis de Lanuuijs 21. Iunij 1661. coram R. P. D. meo Taia §. quia renunciantes.*

His accedit altera nullitas pariter respiciens solemnitates, quod scilicet Curator, qui loco proximiorum interuenit, non præstitit iuramentum, quod contractus in damnum, & præiudiciũ Catharinæ non tendebat, cuius iuramenti defectu contractum annullari *dixit*

8 *Rota coram Buratto dec. 120 nu. 4. & dec. 924. n. 12. fan. mem. Gregor. decis. 333 num. 6. & in rec. dec. 723 num. 2. part. 2. & Latius in Romana Saluiani interdicti 15. Iunii 1615. coram sa. me. Innoc. X.*

Huiusmodi vero iuramentum præstitum dici nequit ex verbis appositis in Instrumento ibi: *Et infrascripta non tendere in damnum, & præiudicium d. D. Catharinæ, & medio iuramento talis &c. affirmantis se in præsenti Instrumento nullũ proprium, aut particulare interesse habere.* Ex prędictis enim verbis si accuratè perpendantur, benè colligitur, iuramentum referri ad secundam assertionem, quod nempe Curator nullum habebat interesse, eique iuramentum adiecit, quod etiam verisimiliter obseruasset in alia præcedente, si voluisset, vt in proposito ponderauit *Rota coram Buratto d. decis. 924. num. 14.*

Subsistit pariter aliud decisionis fundamentum quoad falsitatem causæ Iudici expositæ quod nempè pecuniæ erogandæ essent pro liberatione filij à molestijs illatis, & inferendis per fiscum. Veritas enim in contrarium apparet ex eo quod fiscus non poterat amplius molestias inferre; Tum quia Processus erat abolitus; Tum quia illi fuerat satisfactum de scut. mille, adeout remanerent ei tantum soluenda alia mille, vnde non debebant accipi scut. 2500. ad Censum, Ideoque cum euiden-

9 ter appareat, causam Iudici expositam fuisse falsam saltem in parte, decretum, tanquam indiuiduum vitiatur in totum, & contractus corruit *Grat. discept. forens. cap. 122. num. 15. Add. ad Gregor. decis. 496. num. 12. Rota decis. 190. n. 11 & in Romana Domus 11. Decembris 1662. coram R. P. D. meo Beuilaqua §. minusque.*

Hinc non obstat versio pecuniarum in causam expressam, quæ allegatur à creditore; quia ea non probatur, imò potius conuincitur contrarium ex deductis in facto ab altera parte; sed quatenus probaretur, non esset cõsiderabilis, cum pecuniæ non cesserint in vtilitatem mulieris, nec illam fecerint locuple-

10 tiorem, sicuti ad sustinendam ex hoc capite vtilitatis obligationem omnino requiritur, *ad Text. in l. si prædium, C. de Præd. minor. in Romana Domus 14. Maii 1657. §. nec sententiæ coram R. P. D. meo Beuilaqua, & in Romana Mutui 5. Maii 1658. coram R. D. meo Decano.*

Augentur prædicta ex eo quod Catharina se obligauit sub credulitate, quod esset tuta pro sua dote in Bonis Ludouici filij, qui tamen decessit nullis relictis Bonis, vt patet,

11 quia hæredem non habuit, † qua propter obligatio mulieris non sustinetur, quando non habet releuatorem, *Rota coram Gregor. dec. 333. num. 8. cum aliis adductis in Romana Societatis Officii 19. Februarii 1663. coram R. P. D. meo Priolo §. & licet.*

12 Demum visa fuit irreleuans exceptio, quod ageretur inter duas mulieres æque priuilegiatas, quia cum Catharina sit rea, & agat pro damno vitando, venit alteri præferenda, *Rot. coram Gregor. decis. 473. num. 14. & in Ariminen.*

Bononien 26. *Februarii* 1663. *coram R. P. D. meo Benilaqua* §. *à qua nullitate.*

Et ita vtraque &c.

Decisio hæc in hac eadem causa facta coram Reuerendiss. Gerunden. sub die 1. *Februarii* 1664. *videripoterit inter decisiones impressas eiusdem Auditoris.*

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana Societatum Officij.

Mercurii 9. *Decembris* 1665.

ARGVMENTVM.

Pecuniæ datę super officio incapaci in mutuum resoluuntur, & fructus percepti imputantur in sortem. Societas officij ob deficientiam subiecti est nulla, & ab initio contractus nullus non potest ex superuenienti causa conualescere. Vsuræ illicitæ imputantur in sortem.

SVMMARIVM.

1 *Contractus in fraudem legis initus renuquet nullus*
2 *Pecuniæ datæ super officio incapaci resoluuntur in mutuum, & fructus percepti imputantur in sortem.*
3 *Societates ab initio inualidæ ob superuenientiam subiecti conualescunt*
4 *Societas vt valida sit non valor officii, sed fructuũ quantitas debet attendi*
5 *Officium sine Papæ licentia non est in commercio & num.* 14.
6 *Fructus sunt substantia, & materia societatis*
7 *Societas officii ob deficientiam subiecti est nulla*
8 *Societas non potest dici contracta super excessu valoris officii, cum deficiat id, super quo contrahi possit*
Et tali modo contractum opus est cum nouo partium consensu denuo contrahere & num. 9.
10 *Pensiones non facta mentione antiquarum nulliter reseruantur.*
11 Conc. de cens. quæst. 26. num. 5. *explicatur*
12 *Contractus nullus non potest ex superuenienti causa conualescere.*
13 Bulla Pij IV. in ordine 12. in §. volentes *assignando formam contrahendi societates non facta mentione fructuum dicit eas esse imponendas super officiis*
15 *Societates vltra valorem scienter contracta sustineri nequeunt in vim cuiuscumque alterius contractus,*
16 *Fructus officii regulariter pro medietate industriæ Officialis tribuuntur*
17 *Lucri medietas datur personæ, alia pecunia*
18 *Socius tot fructus, quot officialis, qui ponit industriam pretendere nequit*
19 *Bulla Pii IV. officialibus pœnam amissionis officii imponit, & creditorum iura præseruat.*
Sed declara vt num. 20.
21 *Solutio indebiti est concludenter probanda*
22 *Vsura illicita imputantur in sortem*
23 *Societatem esse validam asserens, validitatem, & valorem officii capacem probare tenetur*
24 *Lucrum ex pecunia factum ad dominum pecuniæ spectat.*

DECISIO CCCLXXIX.

DICTVM fuerat coram R. D. meo Gerunden. sub die 20. Iunij 1664. computandos esse in sortem fructus Societatum officij ab Hæbreis solutos Ludouico, quia cum ab eo præcedẽter super eodem officio aliæ Societates totum illius valorem absorbentes fuissent contractæ posteriores fuerunt nullæ, & inualidæ ex defectu subiecti, nec
1 potuerunt ex æquitate sustineri, quia stante scientia incapacitatis officij tam in officiali quam in Socio, fuit vterque in aperto dolo, & contractus, vt in fraudem legis, & constitutionum Apostolicarũ factus remanet nullus, datæque in eo pecuniæ in simplex mutuum resoluuntur, adeout fructus exinde per-
2 cepti imputentur in † sortem, vt ex pluribus *Rotæ resolutionibus firmatum fuit coram R. D. meo Gerunden. sub die* 20. *Iunii* 1664. *& præsertim in dec.* 251. *coram Millin.* 167. *coram Greg. ibique Adden. num.* 8.

Hodie verò coram me in eius locum successo duo potissimum opponebant Informãtes pro Ludouico. Primum quod cum aliquæ ex præcedentibus Societatibus fuissent postea extinctæ, officiumque propterea cua-
3 serit liberum, posteriores † Societates, licet ab initio inualidæ ob superuenientiam subiecti reconualuerint ex traditis per *Zacch. de Societ. offic. à num.* 100. *vsque ad* 105.

4 Alterum, quod † pro societatis validitate non valor officij, sed fructuum quantitas debeat attendi, super quibus, & non super officio, quod sine Papæ licentia non est in com-
5 mercio, imponuntur † Societates adeoque fructus esse substantiam, & materiam Socie-
6 tatis dixerit † *Rot. in dec.* 763. *par.* 1. *din. & in dec.* 421. *coram Penia impressa etiam post citatã Zacch. dec.* 32. *num.* 3. & 4.

Quibus non obstan. DD. in decisis persistendum putarunt.

Ad primum enim respondebatur, quod
† stante † nullitate Societatum à principio ob deficiẽtiam subiecti bene notam officialibus & Socio, vt fuit latè firmatum in decisione, quæ reuidetur, & *tradit etiam Seacc. de commerc. & camb.* §. 1. *quæst.* 1. *numer.* 331. *vers. aut enim loquimur*, quia in † excessu valoris officij nul-
2 la dicitur contracta Societas cum deficiat id, super quo contrahi possit, vt benè *Castracan. de Societ. quæst.* 6. *num.* 7. *Rot. dec.* 259. *num.* 7. & *seq.*
9 *coram Merl.* opus erat cum † nouo partium consensu eas denuo contrahere, vt à simili dici poterat de mandato *in dec.* 395. *num.* 1. *cor. Greg.* & de pensionibus, quæ non facta mentione antiquarum pensionum nulliter reseruarentur, nec deinde si antiquæ cessent, vel extinguantur posteriores reconualescerent; vt tradunt *Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 6. *Tondut. de pension. cap.* 44. *num.* 9. & *in terminis de Societ. officii fuit dictum in dec.* 167. *coram Greg. iam allegata, & firmat distinguendo Cantilor. de Societ.*

quæst.

quæſt. 2. num. 106. & melius 109.

11 Nec obſtat † *Cenc. de cenſ. quæſt. 26. num. 5.* firmans cenſum impoſitum ſuper fundo empto cum reſeruatione dominij vſque ad prætij ſolutionem non afficere fundum onere reali, niſi poſt quam fuerit ſolutum prætium, quia agitur de contractu habente implicitum ſtatum validitatis ſuſpẽſum ſolummodo vſque ad dominij trãslationem ſecus autem procedit in contractu, qui prout hic nullum, vel
12 implicitum habens validitatis fundamentum non potuit ex ſuperuenienti cauſa conualeſcere, vt tradit ibidem *Cenc. de Cenſ. quæſt. 14. num. 5. & ante eum dixerat Giurb. dec. 24. num. 1. & bene Rot. dec. 259. num. 14. & ſeq. coram bo. mem. Melino.*

Alterum, quod fructus, & non valor officij attendatur ceſſare ibidem videbatur ex te-
13 nore Bullæ Pij IV. in ordine 12. vbi *in §. volentes* aſſignando formam contrahendi Societates nulla facta mentione fructuum dicit eas eſſe imponendas ſuper officijs, & licet Socij admittantur ad participationem fructuum, & non tituli, qui non cit in commercio, in-
14 de tamen non ſequitur, quin ſolum officium non ſit ſubiectum Societatis productiuum illorum fructuum qui inter Socios ſcommunicantur, vt aduertit citatus *Zacch. ſub nu. 131. & bene ponderat Vernigl. conſ. 306. num. 10. & firmat Rot. in dec. 17. num. 1. & 2. & dec. 38. num. 3. poſt Zacch. & melius in dec. 291. poſt Pacif. de Salu. interd. ſub num. 4. & 5. & ſeq.* & ideo nulla facta fructuum diſcuſſione ſemper Rota nullas
15 eſſe dixit Societates vltra valorem officij ſcienter contractas non poſſe ſubſtineri in vim cuiuſcunque alterius contractus, vel ſponſionis, vt pluribus Rotæ deciſ. adductis firmatum fuit in *dicta deciſ. 291. poſt Pacif. ſub num. 17 verſ. 3. dicebant, & in aliis penes Zacch. & in deciſ. 287. part. 4. div. & coram Millin. dec. 251. num. 15. & ſeq. & dec. 320. & coram Greg. dec. 176. per tot. Et in aliis in deciſ. quæ reuidentur abunde relatis §. tamen vbicunque.*

16 Præter quod non omnes dicuntur fructus officij, ſed regulariter pro medietate induſtriæ officiali tribuuntur, vt ad propoſitum *Bart. in l. 1. §. nec in terminis nu. 5. in fine ff. de collat.*
17 vbi quod medietas † lucri datur perſonæ, alia pecuniæ, & iniquè prætenderet Socius tot
18 fructus, quot † officialis, qui ponit induſtriam, vt ratiocinatur *Zacch. cit. tract. num. 107. & ſeqq.*

19 Nec ſubſiſtit, quod Bulla † Pij præiudicet ſolum officialibus, quibus pœnam amiſſionis officij impoſuit, non Creditoribus, quorum Iura præſeruat.

Quia vt bene reſpondet *Rota in allegata dec. dec. 37. poſt Zacch. ſub num. 4.* id procedit, quan-
20 do officialis inſcio † Socio, plures cum alijs Societates contractas non reuelat, non autem ſi, prout hic vtrique innotuerit contrahenti, quia tunc cum Socius etiam ſit in dolo, nulla dicitur in illius odium contracta Societas, vt explicat *Caſtrean. loco citato*, & ita eſſe intelligendum ſenſum Bullæ *dixit Rota in dicta dec. 37. impreſſ. etiã poſt 2. vol. conſ. Farinacc. dec. 53. n. 4.*

Quoad valorem officij inhærentes DD. fundantis Prioris deciſionis dixerunt ſufficienter probatum ex præcedenti † & ſubſequenti venditione illius, & aliorum ſimilium, neque exactiorem deſiderarunt probationem,
21 ex quo ageretur in conditione indebiti concludenter probandi, vt dixit *Rota in Panormitana 1. Decembris 1642. coram bo. mem. Dunozett.*

Quia potius verſamur in compenſatione, quam in repetitione indebiti Ludouico enim agenti pro ſorte eam illico probant ſolutam
22 Hæbrei ex receptionibus † vſurarum, quas, vti illicitas lex imputauit in ſortem, quatenus
23 verò ipſe replicat ſocietates eſſe validas eius intentionis fundamentum eſt probare validitatem, & valorem officij capacem, vt in ſimili dixit *Rota coram bo. mem. Bichio in deciſ. 69. par. 9. rec. num. 31. & 32.*

Nec ex eo, quod cum Hæbrei retlaxerint ex dd. pecunijs longè grauiores vſuras tenebantur eas Ludouico participare, adeout liciti propterea dici poſſunt fructus Societa-
24 tum, quia non probatur † identitas pecuniarum, & ſi probaretur, tamen lucrum ex ea factum ſpectaret ab Hæbreos, tanquam ex pecunia propria, quia in eorum dominium translata, non ex aliena, vt bene *Rota deciſ. 408. num. 4. & 5. coram Soccin. & in egregia dec. 491. num. 39. & 40. coram bo. mem. Merlino.*

Et ita vtraque parte informante deciſum fuit &c.

Deciſio, quæ hic allegatur in hac eadem cauſa emanata ſub die 20. Iunii 1664. coram Reuerendiſſimo P. D. Ninot. Epiſcopo Gerunden. videatur inter eius impreſſas.

R. P. D. EMERIX.

Romana, ſeu Reatina donationis.

Veneris 11. Decembris 1665.

ARGVMENTVM.

Donatio pura Minoris vt valida ſit quid requiratur, & quamuis ſit ob cauſam non ſuſtinetur ſine ſolemnitatibus Statutarijs, & ad hoc vt validè per minorem contractus donationis ratificetur, debet eſſe annorum 25. & ſi ſit minor 20. requiruntur eædem ſolemnitates, quæ in donatione neceſſariæ erant.

SVMMARIVM.

1 *Donatio intuitu certi & determinati matrimonij facta non requirit inſinuationem & ſubſcriptionẽ donantis, & teſtium* à Statuto Vrbis lib. 1. cap. 149. & 150. *requiſitas.*

2 *Inſinuatio requiritur tantum in donationibus puris, non in donationibus ob cauſam.*

3 *Donatio quando eſt oneroſa non requirit ſolemnitates ad ſubſtinendam minoris donationem requiſitas.*

4 *Ratificatio facta à maiore tollit omnes præcedentes nullitates.*

5 *Donatio minoris, vt ſit valida ex* Statuto Vrbis

lib. 1. cap. 151. *proximiorum consensum requirit.*

6 *Consensus proximiorum in contractu minoris requisitorum per curatorem suppletur.*

7 *Donatio facta ob causam non potest subsistere si causa effectum habuerit ante donationem.*

8 *Donatio pura per minorem facta solemnitates Statutarias Vrbis requirit.*

Secus in donatione facta ob causam, & qua sit facta à maiore & nu. 9.

10 *Donatio licet ob causam facta à minore non sustinetur sine solemnitatibus statutarijs.*

11 *Correspectiuitas in donationibus ex quibus inducatur, & ex quibus cesset & nu. 12.*

13 *In Donationibus correspectiuis requiruntur solemnitates Statutaria, quando sunt facta à minoribus.*

14 *Minores etiam in donationibus correspectiuis laedi possunt.*

15 *Statutum Vrbis habilitat minorem post vigesimum annum.*

16 *Minor vt valide contractum donationis ratificet debet esse annorum 25. & si sit minor 20. vt inducatur ratificatio debent concurrere solemnitates requisitæ in donatione, & nu. 17.*

18 *Affinis proximior loco proximiorum consanguineorum est adhibendus.*

19 *ad Curatorem deputandum loco affinis parum benevoli, qui in contractu donationis per minorem faciendâ interuenire debuerat iudex adiri debet, vt super hoc cognoscat, & deputet.*

DECISIO CCCLXXX.

CONTRA decisionem editam coram me die 28. Nouembris anni præteriti, *

17 in qua dictum fuit donationem factam à Ioanne Vincentio minore 16. annorum Bartholomæo eius fratri maiori, esse nullam, & inualidam ob defectum solemnitatum requisitarum à Statuto Vrbis informantes pro Bartholomæo tria opponebant.

1 Primo præfatam donationem fuisse † ob Causam nempe intuitu certi, & determinati matrimonij, ac pro Conseruatione, & augmento decoris eorum familiæ, ideoque in ea non requiri insinuationem, & subscriptionem donantis; ac Testium, de quibus *in Statuto cap. 149. & 150. lib. 1.* Et † quæ solum requiruntur in puris, non autem in donationibus ob Causam *Gratian. discept. 498. nu. 36. Rot. coram Ludouis. decis. 563. num. 11. & 12. in recent. decis. 65. nu. 4. & 5. part. 6.*

Secundo donationem non fuisse merè gratuitam, sed onerosam, & correspectiuam ad promissionem Donatarij soluendi scilicet Donanti annua scut. 200. vnà cum certa quantitate frumenti, Vini, & Casei, ex † quo onere inferebatur non esse necessarias solemnitates prædictas, vt dixit *Rota coram Cerrino decis. 240. num. 2. & dec. 433. num. 7. & in recens. dec. 323. num. 78. & decis. 292. num. 32. & 33. part. 6.*

Tertio quod Donans maior effectus in receptis dictæ annuæ prestationis donationem ratificauerit cum illis verbis, ibi, *non ostante che io habbia notitia poter annullare detto Istromento.* † Quæ ratificatio facta à maiore tollit omnes præcedentes nullitates, vt consuluere *Menoch. cons. 161. num. 18. & seq. vsque ad fin. Cabr. cons. 146. num. 14. & seq. lib. 1., & tenuit Rot. in recent. decis. 121. num. 8. & seq., & decis. 478. num. 6. & 16. part. 4. tom. 2.*

Atque ex his ijdem Informantes inferebant recedendum esse à decisis non obstante altero defectu Consensus proximiorum,† de quo 5 in eodem *Statuto cap. 151. lib. 1.* Cui prætendebant 6 satisfactum per deputationem † Curatoris in locum proximiorum non bene cum præfatis contrahentibus conuenientium iuxta *decis. in Romana Pecuniaria 6. Decembris 1637. §. neque obstat coram bon. mem. Coccino approbatam in Tiburtina donationis 17. Iunij 1652. coram Reuerendissimo Domino meo Decano impress. post Cutel. de donat. decis 7. num. 14.*

Verùm istis minimè obstantibus Domini censuerunt standum esse in decisis, nàm quoad primum obiectum desumptum ex Causa matrimonij placuit responsio data in decisione huius causæ nempè quod† cum matrimonium fuisset per tres menses ante contractum 7 nullo modo deseruire potuit pro Causa donationis, vt in terminis alias ponderauit *Rota coram Durano decis. 155. nu. 13. & 14.*

Non reluante replicatione hodie exaduerso aliata scilicet, quod donatio ideò stipulata fuit post contractum matrimonium quia, Donans, & donatarius reperiebantur in diuersis locis, nec prius potuerunt insimul conuenire, quoniam hoc non probat præcedentem tractatum donationis faciendæ imò in Capitulis matrimonialibus nulla legitur de ea facta mentio prout tamen verisimiliter cõtrahentes fecissent si intuitu matrimonij donatio promissa fuisset. Aliæ verò Causæ pro decore, & conseruatione familiæ censentur potius appositæ ad colorañ donationem, quã ad constituendam donationem ob causam, ac proinde donatio remanet pura, † in qua solemnitates Statuti omnino requiruntur, vt in specie dictum fuit *in Tiburtina donationis 31. Ianuarij 1659., §. Secus autem, & 6. Ianuarij 1660. coram R. P. D. meo Albergato, & 4. Aprilis 1661. coram R. P. D. meo Bourlemont.*

9 Præterea auctoritates firmantes quod † in donatione facta ob causam non requiruntur solemnitates Statutariæ loquuntur in terminis donationis factæ à maiore, & idcirco non applicantur in donatione facta prout hic à mi- 10 nore, quæ † licet ob causam non tamen sustinetur absque solemnitatibus Statutarijs, vt distinguendo firmauit *Rota in Romana Iucri. Dotis 15. Maij 1681., §. non obstat vers. auctoritates vero coram Reuerendissimo Rotæ Episcopo Abulen. in Tiburtina donationis 17. Iunij 1652. §. fundamentum in fine vers. quidquid dicendum esset coram bon. mem. Dunozetto*, & latè *Add. ad decis. 470. numer. 1., & seq. part. 4. tom. 2. recent. & decis. 441. numer. 3. & 11.*

Quo verò ad secundum respondebant Domini quod licet donatio non fuerit merè gratuita tamen pro parte Bartholomæi non fuisse probatum quod illa contineret tale commodum donantis, vt eius liberalitatem excludeꝛ

11 cluderet † prout requiritur ad inducendam prætensam correspectiuitatem *Tiraq. in l. si vnquam in verb. donatione largitus num. 145. C. de rev. don. Rot. coram Seraphino decis. 1170. num. 5. & post Penzon. ad Stat. Vrb. dec. 133.*, §. *Quare, & per*
12 *tot.*, *& apud Pic. decis. 22. num. 9.* Immò † correspectiuitatem cessare ex facto ponderando quod Bartholomæus nihil de proprio dedit, sed tantum de bonis donatis detraxit prædictā annuam prestationem, ex quo dici quidem potest minus donarum non autem quod donatio efficiatur correspectiua, vt in simili ponderatum fuit in Rauennaten donationis 9. *Decembris* 1661., §. *quia non subsistit coram R.P.D. meo Bourlemont, & coram Durano Lucen. decis. 135. nu-*
13 *mer. 14.*, & nihilominus † etiam in donationibus correspectiuis requiruntur solemnitates Statutariæ, quando sunt factæ à minoribus cum † in illis minores lædi possint, *Pic. ad Stat. Vrb. glos. 7. num. 37. & 39. Andreol. contron. 400. num. 3., & ferè per tot., & in Anconitana nullitatis Concordia 16. Aprilis 1646. coram bo. mem. Arguelles.*

Minus obstare visum fuit tertium obiectū desumptum ex ratificatione facta in receptis, quia vltra responsiones datas in prima decisione huius Causæ à §. minus relevat vsque in finem animaduertum fuit quod prætensa ratificatio superuenit dum Io. Vincentius adhuc erat in minoritate constitutus non solum attenta dispositione Iuris, quæ in præsenti videbatur attendenda, ex quo ipse Io. Vincentius vti forensis non est comprehensus sub
15 Statuto Romano † habilitante minorem post vigesimum annum, vt dixit *Rot. post Pic. ad Stat. Vrb. dec. 63. num. 17. & post Zacch. de obligat. Camer. decis. 162. numer. 6. & 7. & in recent. decis. 294. num. 5. & 6.* Nec minus vti Clericus ligatur à simili Statuto Reatino, *Rota in Romana Pecuniatia 18. Iunij 1665. coram Reuerendissimo*
16 *Domino Decano*, & sic † de tempore ratificationis requirebatur ætas 25. annorum completorū, quæ deficiebat in Io. Vincentio, quod non controuertitur, Verùm etiam admissa dispositione Iuris municipalis, quia hodiè non fuit controuersum in facto vltimam receptam confectam fuisse sub die 2. Maij 1663., Vndè siuè attendatur fides Baptismi, ex qua apparet Io. Vincentium natum fuisse 20. Iunij 1643. Siuè attendatur notula reperta in libro Tutoris vbi dicitur fuisse natum 6. Maij eiusdem anni semper verum erit dicere quod de tempore ratificationis Io. Vin-
17 centius adhuc erat minor 20. annorum, † & propterea ad inducēdam ratificationem concurrere debebant omnes solemnitates requisitæ in donatione *Rot. in d. Anconitana nullitatis Concordia 16. Aprilis 1646. coram bo. mem. Arguelles, §. minus obstant alias cum aliis relatis in decis. huius Causæ §. minus relevat.*

Vlterius subsistere quoque visus fuit alter defectus consensus proximiorum, quia etiamsi probaretur quod D. Mutus proximior affi-
18 nis † qui erat adhibendus in locum proximiorum Consanguineorum, vt dictum fuit in alia decisione non erat benevolus erga cō-
19 trahentes, id † tamen erat exponendum Iudici ad quem spectabat hoc cognoscere, & examinare pro deputatione Curatoris, vt tradit *Pic. ad Stat. Vrb. glos. 19. num. 24. & Rot. post eundem decis. 6. num. 3. & decis. 11. nu. 8.*

Et ita vtraque &c.

Decisio in hac eadem causa emanata coram eodem R.P.D. Emerix sub die 28. Nouembris 1664. ☞ *Supra in hac eadem parte decisio 230.*

R. P. D. OTTALORA

Romana locorum Montium.

Luna 14. Decembris 1665.

ARGVMENTVM.

Actor incipiens Iudicium quid agere debeat, quod si fuit à principio nullum omnia, quæ ex illo sequuntur, sustineri non possunt.

SVMMARIVM.

1 *Actor quando incipit iudicium quid agere debeat.*
2 *Processus captus, prosecutus & consummatus contra præmortuum per contradictas est nullus, & nullitas est insanabilis & nu. 3.*
4 *Sententia lata contra mortuum sustinetur, & sola ignorantia mortis ad sustinendum processum sufficit & nu. 5.*
Sed declara, vt nu. 6. & 7.
8 *Iudicium remanet defectuosum deficiente vna ex tribus personis ad iudiciorum validitatem requisitis.*
9 *Iudicium quando fuit nullum, omnia, quæ exinde sequuntur sustineri nequeunt.*
10 *Actor sub pœna nullitatis processus tenetur inuestigare reum.*
11 *Loca Montium in emptores ex constit. 159. Vrban. VIII. liberè transeunt.*
Quod declara vt nu. 12. 13. & 14.

DECISIO CCCLXXXI.

ALCIDES Torutius emit ab hæredibus clar. mem. Cardinalis Beuilaquæ armarium pro scutis 1712., quod postea vendidit scut. 400. quondam Vincēntio Iustiniano cum pacto redimendi quandocunquè, & Vincentio mortuo Lucas Iustinianus eius hæres illud Ianuam asportauit, & per Epistolam pro retrouenditione requisitus à Torutio, respondit se illud vendidisse existere tamen, & iudicio sistere paratum esse, hinc Torutius post mortem Lucæ & probato non tuto accessio ad illum citandum Ianuæ affigi fecit in locis vicinioribus monitorium prædictum, quo reproducto obtinuit mandatum exequutiuum contra eum pro scutis 1312., quæ deductis scut. 400. erant residuum pretij armarij, ac etiam exequatur contra personam, & bona propria Lucæ non docentis se hæreditatem Vincentij cum beneficio Inuentarij adiuisse, & subhastari fecit loca 13. montis Nouenna-

lis, quæ fuerunt deliberata Ludouico Rainaldo maiori obbatori, qui illa postea vendidit Baroni Patriarchæ, & aliis cumque Dominos consuluissem an subhastatio substineatur negatiuè responsum fuit.

1 Actor enim, quando incipit Iudicium debet inquirere de persona rei Illudque contra legitimam personam instituere, quod non potest mouere contra mortuum, quia deficiet reus, & sic vna ex tribus personis quibus Iudicia cõstant, *l. Paulus respondit, il primo ff. quæ sent. sin. appell. l. rescind. Franch. decis. 245. num. 6. & 7.* In præsenti verò processus fuit cœptus, prosequutus, & vsque ad deliberationem consummatus per cõtradictas contra
2 Lucam † præmortuum, & ideo nullus est, *l. in summa, §. vltimo, vbi DD. ff. de re iudic. l. penult. ff. quæ sent. sin. appell. rescind. Gabr. consil. 56. nu. 15. lib. 1. Rota coram Cassadoro decis. 2. nu. 11. de appell. Pegna decis. 237. per tot.* quæ † nullitas dicitur insanabilis, & vna ex tribus prouenientes ex defectu Iurisdictionis ex traditis per *Surd. consil. 99. nu. 11. Gratian. discep. num. 40. Caualer. decis. 396. nu. 3.*

Nec vrget, quod Torutius potuerit credere Lucam non decessisse ex eius littera scripta Torutio, quia ex summario præteritæ positionis nu. 3. liquet epistolam fuisse transmissam sub die 14. Maij 1640. & sic post viginti annos debet Torutius de Vita Lucæ certiorari, antequam de anno 1660. iudicium institueret.

Minus facit allegata ignorantia obitus desumpta ex eo, quod partitæ locorum montium de tempore cœpti Iudicii ad huc cantarent in personam eiusdem Lucæ, cum alias cantare debuissent sub nomine hæredum iuxtà motum proprium Pauli V. quo cauetur, quod in casu obitus montistarum hæredes, & successores teneantur renouare litteras patẽtes in eorum personas; Tum quia in motu proprio non fuit restrictum, & limitatum aliquod tempus; Tum quia ex eo solum inducitur quędam negligentia hæredum in renouatione litterarum patentium, non autem desumi potest circa vitam, vel mortem mõtistæ, & quatenus oriri potuerit aliqua dubietas, facilè Torutius potuisset certiorari siquidem fructus locorum montium exigebãtur à Sansonio Procuratore hæredum, & a tempore mortis Lucæ, vsque ad tempus moti Iudicii erant elapsi nouem menses, & sic illa verisimiliter in Vrbe habebatur pro notoria, tum ob frequens cõmercium cum Ciuitate Lanue, quam ob notas qualitates illius, qui Dux annus in ea Republica explenerat.

4 Patum relenat, quod sententia lata contra
5 mortuum substineatur cum † sola ignorantia mortis, ad substinendum processum sufficiat, vt probant *Grat. disc. 18. num. 29. & seqq. Gailhabsirp. 109. num. 4. lib. 1. Rota coram Merlino decis. 627. num. 10. vers. nullitas, & in recens. dec. 18. num. 6. part. 7. & in Lauretana Domus 24. Decembris 1643. coram bon. mem. Bichio.*

6 Quæ allegatæ auctoritates † loquuntur, quando ignorantia prouenit ex parte Iudicis, & Iudicium fuit inchoatum contra viuentẽ,
7 quo medio tempore decessit, † secus autem quando, prout hic, fuit cæptum Iudicium contra defunctum, quia in hoc casu remanet
8 defectuosum ab Initio, † cum deficiat vna ex tribus personis, quæ ad iudiciorum validitatem requiruntur *cap. forus de verb. signif.* † & sic
9 est Iudicium nullum cum omnibus inde sequutis, vt distinguendo tradunt *Rebuff. in const. Regn. tit. de sent. glos. vnica num. 4. Scacc. de sent. & re iudic. glos. 14. quæst. 25. numer. 86. Castill. dec. 60. numer. 26.*, & ratio est quia, vbi Iudicium fuit legitimè introductum in vita rei habet Iudex iustam causam credendi illum viuere, vsque ad sententiam cum ipse non teneatur inuestigare, quid medio tempore acciderit. Actor verò qui ad validitatem Iudicij tenetur per necesse Reum, seù illius Procuratorem per citationem appræhendere, ignorantia excusari non valet, vndè fit aliud esse allegare ignorantiam pro substinenda sententia Iudicis, qui nullo iure cogebatur inquirere de statu & persona rei, nullo contradicente, aliud vero allegare ad effectum substinendi Iudicium intentatum ab Actore nàm
10 ille † sub pœna nullitatis processus tenetur inuestigare Reum, nam cum agat de lucro captando excusari non potest prætextu ignorantiæ, vt docet *Cravetta consil. 272. numer. 8. & dixit Rota decis. 285. nu. 17. par. 5. rec.*

Demum non officit, quod agatur contra
11 emptores locorum Montium † in quos libere transeunt ex Constit. 159. san. mem. Vrbani
12 VIII., quia d. Constitutio † procedit in resi-
13 gnationibus, quæ sponte fiunt à † Dominis,
14 non autem in illis, quæ fiunt à Iudice † tunc enim si Iudex nulliter, aut iniustè processit loca montium possunt ab Emptoribus auocari, vt sequendo decisionem 284. *sub num. 13. vers. tandem, & numer. 14. par. 5. decis. 70. num. 3. & decis. 307. per tot. part. recent.* in puncto respondit *in Ianuen. Pecuniaria, seù attentatorum 24. Ianuarij 1642. coram bon. me. Dunozetto apud Pasth. de subhast. decis. 112. num. 21. & in Romana locorum Montium 14. Decembris 1657. coram Reuerendiss. mo Papien. §. vltimo.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Melenitana Pecuniaria.

Veneris 15. Ianuarii 1666.

ARGVMENTVM.

Instrumentum publicum benè creditum probat. Decima interusuria secundum consuetudinem Regni Siciliæ, ad quam summam sint taxata, quæ succedunt loco alimentorum, & pro istis via executiua competit, Hæres particularis quando fiat hæres vniuersalis.

SVMMARIVM.

1 *Creditum ex publico Instrumento iustificatur.*

2 Pro-

1 *Fructus Dotis, eo ipso quod Maritus onera matrimonij sustinet, debentur.*

5 *Dotis interusuria iuxta consuetudinem Regni Siciliæ, cum quo transit Insula Melenitana taxantur ad rationem sepcem pro centenario, & numer. 4. & 5.*

6 *Mora sine alia interpellatione incurritur à patre dotem non soluente statim, ac maritus onera matrimonij sustinere cepit.*

7 *Fructus dotis succedunt loco alimentorum, quæ mariti, uxoris, & filiorum sustentationi deseruire debent.*

8 *Via executiua pro alimentis competit.*

9 *Hæres particularis dato hærede uniuersali, habetur pro legatario.*

10 *Onus heredi à Testatore iniunctum, debet omnino per heredem impleri.*

Ampliùs si acceptauerit id, in quo fuit institutus hæres, quo casu onus recusare non potest, & numer. 11.

12 *Testator ne pro parte testatus, & pro parte intestatus decessisse dicatur ex iure accrescendi hæres particularis fit hæres uniuersalis.*

13 *Hæres particularis euadit hæres uniuersalis si velit.*

14 *Hæres particularis ex quo fiat hæres uniuersalis, & num. 15. & 16.*

DECISIO CCCLXXXII.

PRO relaxatione mãdati contra bona Cæsaris pro reliduo sortis, & fructibus ad fauorem Petri Marietinæ viri iterum respondendo in decisis persistendum esse DD. existimarunt Creditum † enim respectu sortis con-
1 trouersæ liquet cum de illo constet ex Instrumento publico, vt in his terminis responsum fuit *in Bononien. residui dotis* 13. *Maij* 1665., §. *creditum coram R. P. D. meo Ottobono*, & fructus † co
2 ipso, quod maritus subsiner onera matrimonij debentur ex *dispos. cap. salubriter* 16. *de vsur. Sess. decis. Aragonen.* 68. *nu.* 10. *& seqq. Thesaur. decis.* 45. *sub nu.* 3. *plene Giurba ad consuetud. Messan. cap.* 3. *glos.* 5. *part.* 1. *num.* 14. *&* 21. *Rot. in Romana dotis* 21. *Iunij* 1660. *coram me*, §. *frustra enim*. Et
3 quidem † ad rationem scut. 7 pro centenario iuxta consuetudinem & obseruantiam Regni Siciliæ (cum quo transit insula Meleuitana) vt *Testatur Gamma tit.* 94. *num.* 19. vti quod hoc iure hodie vtuntur *Giurb. vbi supra nu.* 26. *post*
4 *med. vers. ideo alia inoleuit*, vbi quod † interesse ad hanc rationem sæpe taxatum vidit *Auton. Amat. resolu.* 45. *nu.* 8. iuxta † quam circumscripta conuentione, vel statuto fructus debẽtur, *Bald. consil.* 94. *nu.* 1. *post med. vers. & his quæ in regione frequentantur, lib.* 1. *Rota decis.* 300. *num.* 11. *par.* 6. *recen. & in Ferrarien. Pecuniaria* 15. *Martij* 1660. *in prim. coram Eminentiss. Domino Cardin. Celso*.

Sine alia Interpellatione, quæ non requiritur quando ex parte viri contra promissorẽ
6 dotis actio intentatur, tunc † enim mora ipsa irregularis, quæ ob onera matrimonij incurritur Interpellationis necessitatem excludit, *Castren. consil.* 11. *sub nu.* 4. *vers. quatenus allegantur, lib.* 1. *Rota post Fenzon. ad statut. Vr-bis decis.* 85. §. *nec ad rem, & in Romana Fructuum dotis* 7. *Iunij* 1658. §. *nec relenat, &* 7. *Febr.* 1659. §. *nec obstare, coram Reuer. P. D. meo Verospio*, vbi hunc casum distinguit ab alio quando vidua ab hæredibus viri dotem repetit, in quibus terminis procedunt *decis.* 202. *&* 203. *& coram Eminentiss. Ottobono*, & eadem distinctio comprobatur in *Rauennaten. Dotis* 7. *Februarii* 1659 *coram me*, §. *nec fructus*.

Nec opponi potest viam executiuam non competere nam in Instrumento promissionis dotis continentur clausulæ, quod Cæsar non possit priusquam soluat opponere excipere, aut aliquo modo se defendere, & clausula, vt Bancus, quæ viam executiuam indulgent, ex relatis in §. *& quidem*. & his etiã deficientibus, quo ad fructus idem esset, succe-
7 dunt † enim loco alimentorum, quæ substentationi mariti, vxoris, & filiorum deseruire
8 debent, & pro † illis viam executiuam competere, tradit *annot. ad decis.* 666. *nu.* 171. *part.* 4. *recen. to.* 3. *Rota coram Merlin. decis.* 875. *nu.* 5. *Anconitana Fructuum Dotis* 14. *Iunij* 1624. §. *nam quo ad validitatem, coram Manzanedo, & in dicta Rauennaten. Dotis* 7. *Febru.* §. *pro dictis*.

Præterquam, quod cum eadem Marietina fuerit hæres uniuersalis Cæsaris debitoris, debeat ipsa conueniri, non autem Maria Alagona vxor, & certorum bonorum hæ-
9 res particularis, vtpote † quæ dato hærede vniuersali habetur loco Legatarij, *l. quoties* 13 *C. de hæred. instit. Castill. lib.* 3. *contr. iur. cap.* 17. *Merlin. de pignor.* Placuerunt DD. responsiones, quod eidem Mariæ iniunctum fuit a Testatore onus soluendi, &c. es alienum ipsius,
10 quod † proinde ad illam spectat, *l. cum ab vno* 55. *ff. deleg.* 2. *Cravett. consil.* 187. *nu.* 4. *Paris. consil.* 94. *nu.* 59. *lib.* 2. *Gratian. discep.* 62. *nu.* 33. *vers. expressum enim, Cyriac. controuer.* 268. *nu.* 56. Pœ-
11 cipue quia † bona in quibus hæres instituta fuit acceptauit, & proinde onus adiectum agnouisse dicitur, illudque amplius recusare non potest, cum puram obligationem contraxerit de obseruando præceptum Testatoris, *Menoch. consil.* 80. *nu.* 97. *Rondod. consil.* 3. *nu.* 64. *&* 65. *lib.* 1. *Rota decis.* 239. *num.* 7. *post Zaech. de obligat. Cameral. & in Romana Dotis* 15. *Maij* 1656. §. *altera, in fin. coram Reuerendissimo D. meo Decano*.

Et quod cum Marietinæ impugnãdo Testamentum Patris à commodo institutionis
12 cecederit ex relatis in decis. ne † Cæsar pro parte Testatus, & pro parte intestatus decessisse dicatur Maria ex iure accrescendi hæres vniuersalis euasit, *l. quoties* 9. §. *si duo, ff. de hæred. instit. Surd. consil.* 439. *nu.* 19. *Cyriac. controu.* 305. *nu.* 1. *& seqq. Rota decis.* 103. *nu.* 9. *post Merlin. de pignor. & coram Eminentiss. Ottob. decis.* 164. *n.* 6. *vbi concordantes, & decis.* 203. *nu.* 11.

Frustra autem deducebatur hæredem in re certa institutum cohærede contrauenicnte,
13 vel deficiente, tunc † demum fieri vniuersalem si ipse velit, & declaret; dupliciter enim Mariam voluisse, & declarasse, responsum
14 fuit, primo post mortem † viri bona illius hæreditaria occupando, & de duabus domi-

bus

15 bus, & sent. 3600. † secundò viro assignatis disponendo *Natt. cons. 448. sub num. 18. vers. & est Vinc. de Franch. decis. 80. num. 1. Rotæ decis. 105. numer. 21. post Merlin. de pign. Romana Census 1. Julij 1641. in princ. coram bon. mem. Bichio, & 20. Junij 1659. coram R.P.D. meo Benilaqua*, Secundo in
16 ex actione Crediti Syracusani ad maritum spectantis, egit enim tanquam hæres Vniuersalis & vti talis contraxit *Roman. cons. 96. num. 4. Grat. discept. 711. num. 55. Cyriac. contr. 501. num. 4. Rota coram Penia decis. 1622. numer. 2. cum aliis in dicta Romana Census, §. vlterius, & §. quibus accedit coram R.P.D. meo Benilaqua*.

Et ita altera tantum altera tamen parte pluries intimata resolutum fuit, &c.

REVERENDISS. CERRO DECANO

Nunc S.R.E. Cardinali.

Romana pratensi Matrimonij.

Veneris 15. Januarij 1666.

ARGVMENTVM.

Materia articulorum quoties est releuans illorum admissio non denegatur, & ad hoc vt admittantur, sufficit quod directè, siue indirectè faciant ad causam.

SVMMARIVM.

1 *Articulorum admissio non solet denegari quoties materia est releuans.*
2 *Sponsalibus contractis potest alteruter ex contrahentibus ad promissionem obseruandam compelli.*
3 *Articuli vt admittantur satis est quod directè, vel indirectè faciant ad causam.*
4 *pro Articulorum admissione necessarium est decretum Iudicis.*
5 *Positiones ad hoc vt fiant de actis requiritur admissio iudicis.*
6 Statutum Vrbis lib. 2. cap. 68. de Position. *quid requirat.*
7 *Positionibus quando sufficienter responsum non fuit debet iterum responderi.*

DECISIO CCCLXXXIII.

DOMINI dixerunt admittendos esse arbitros, & non fuisse sufficienter responsum positionibus, quia cum materia tendat ad probanda præcedentia sponsalia, & matrimonium vt prætenditur contractum per verba de præsenti ideò in illis partibus in quibus positiones negatæ fuerunt, admittendæ sunt loco articulorum ad effectum examinandi testes, vt in earum exhibitione protestatum fuit ibi, & in eo casu quo negentur testes super
1 illis recipi, & admitti, &c. cum † enim materia in eis contenta possit esse releuans admissio præsertim in Curia non solet denegari iuxta *decis. 47. Caputaquen. lib. 1.*

Non obstat quod non nullæ ex positionibus dicantur non pertinere ad causam cum ex earum probatione contractus matrimonij per verba de præsenti resultare non possit, quia cum valdè conferant ad demonstrãdum præcedentem tractatum, & mutuam promissionem de nubendo cum multis circumstantijs ex quibus inferri possit ad sponsalia quo-
2 rum † vigore alter eorum de Iure potuisset compelli ad promissionem obseruandam ita possunt conducere ad probationem facilioré matrimonij contracti per verba de præsenti,
3 & satis † est quod articuli, siue directè, siue indirectè faciant ad causam, vt sit expectanda probatio iuxta *decis. 1255. Pan. & 503. part. 2. recent.*

Quo verò ad responsionem factam positionibus omisso, an debuisset præcedere Iudicis decretum super illarum admissione pro-
4 ut † esse necessarium firmat *Modern. Michal. de posit. cap. 15. num. 13. vers. nec dicatur, & in cap. 3.*
5 *numer. 47.* vbi quod † requiritur admissio Iudicis ad hoc, vt positiones fiant de actis ex Doctoribus *Bald. in l. generaliter, §. sed Iuramento in 4 C. de reb. Credit. & iur. iur.* visum fuit in pluribus non fuisse sufficienter responsum præcisè, & simpliciter per verbum credit, vel non cre-
6 dit vt † disponit *Stat. Vrb. cap. 68. de posit. lib. 2. & dictum fuit in Romana multiplici 26. Januarij 1665. coram R.P.D. meo Taya*, & † propterea in illis partibus in quibus non fuit sufficienter responsum debet iterum responderi.

Et ita vtraque, &c.

R.P.D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Sancti Seuerini expensarum.

Ven. 15. Januarij 1665.

ARGVMENTVM.

Expensæ Iudiciales in causa factæ benè ex Notarij fide probantur, & extraiudiciales ad quã summam taxentur.

SVMMARIVM.

1 *Excessus non præsumitur, & ab allegante debet probari*
2 *Expensa satis ex fide Notarij comprobantur & nu. 5*
3 *Expensa à victo victori resici debent*
4 *Processus sine expensis fieri non solent*
6 *Expensa extraiudiciales taxantur à Rota in scutis 50. pro qualibet instantia pro honoraria Aduocati, Procuratoris, Sollicitatoris, & Copista mercede.*

DECISIO CCCLXXXIV.

LATIS duabus sententijs ad fauorem dd. de Benis illisque in Iudicium transactis superuenit taxatio expensarum in scut. 216. & appellante Ioanne Piccutello ab excessiua commissa mihi causa dubium proposui pro ijsdem dd. de Benis informantibus negatiuè
1 resolutum quia † excessus non præsumitur, sed ab allegante probari debet, vt alijs adductis firmat *Rota in his terminis in Romana Expensa-*

penſarum 16. Feb. 1654. in prin. Veram bon. mem. Dunozetto.

In præſenti autem non ſolum exceſſus non probatur, quia expenſæ pro extractu citatio-
2 nibus, articulis literis † remiſſorialibus rubricatura, & publicatione proceſſus regiſtro, & aliis actibus in quantitate taxata ſatis probantur ex fide Notarij *in rit. prax. Veſtr. lib. 3. cap. 2. n. 11. Rota coram Buratt. dec. 921. num. 1. vbi adden. n. 17. dec. 212. num. 3. & ſeqq. part. 3. rec. Ouetten. mercedis 9. Martii 1658. §. ſiquidem coram R. Papien. Vrbenetana Cenſus 20. Iunii 1653. in princ. coram R.P.D. meo Taia.*

Et cum iſtæ ſint ludiciales, & vtiæ appellari ſoleant integraliter, & ſine vlla diminu-
3 tione a victo victori † refici debeant *l. properandum 9. § fin autem C. de Iudic. adden. ad Buratt. dec. 221. num. 12. Rota in Oſcen. expenſarum 5. Iulij 1649. coram Eminentiſſ. Celſo Meleuitana expenſarum 11. Februarij 1662. §. has vero coram bo. mem. Veroſpio, & Perufina reintegrationis 4. Iulij 1663. in princ. coram me vbi aliæ deciſiones allegantur.*

Sed reſpectu expenſarum in locunda militia coram bon. mem. Rinaldo, & aliarum proceſſus remiſſorialis apparet alias expenſas quæ hodie iuſtificatæ fuerunt, omiſſas fuiſſe, vt in ſumm. *numer.* 2. vbi apparet ſe ſoluiſſe ſcut. 80. ex quietantia Notariorum, & tamen in ſcut. 66. tantum taxatæ fuerunt, quam repetitionem dicti de Benis ſibi reſeruarunt & tamen in quantitate taxata eodem modo iuſtificantur ex natura negotij, cum tales proceſſus ex natura ſine expenſis fieri non ſoleat,
4 ſed etiam † ex taxa, & quietantijs Notariorū vt dixi, & in ſpecie tradit *Rota in Atauen. Archid. 19. Decembris 1630. §. & 2. reſtitui debere coram bon. mem. Card. Veroſpio, & in Spoletana ſubſtentationis 24. Martij 1664. coram R. P. D. meo Priolo.*

6 Extraiudiciales † demum in exceſſu taxatæ non fuerunt attenta huius Sacr. Tribunalis conſuetudine pro honorario Aduocati, & Procuratoris mercede ſolicitatoris, & copiſtæ taxandi expenſas in ſcut. 50. pro qualibet inſtantia, *vt per Rotā coram Eminentiſſ. Card. Cauallerino dec. 92. in fin. d. Romana expenſarum 16. Febr. 1654. §. fin. coram bon. mem. Domenichino in dict. Meleuitana, & Perufina, & in Romana deuolutionis dominus 4. Iulii 1663. §. quæ vero ad expenſas coram R. P. D. meo Taia.*

Et ita altera tantum &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Comen. Parochialis.

Sabbathi 21. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Qualitas narrata Pontifici eſt concludenter probanda, eo quia cauſa fuit conceſſionis gratiæ quæ ſi non iuſtificetur, nullius remanet roboris. Iuſpatronatus vt acquiratur quid ſit neceſſarium.

SVMMARIVM.

1 *Gratia vt ſuſtineri valeat, quid quid Pontifici expoſitum fuit verum eſſe concludenter probari debet.*
2 *Oblatio dotis pro ſufficienti Rectoris ſuſtentatione, cum reſeruatione Iuſpatronatus nō importat effectiuam dotationem.*
3 *Dotatio eſt probanda per publicum inſtrumentum &c. ratio num. 4.*
5 *Iuſpatronatus vt acquiratur pro forma tituli fundationis, vel dotationis vna cum præſentationibus per longiſſimum tempus continuatis, & effectum ſortitis.*
6 *Dotatio neceſſario eſt probanda præuia actuali aſſignatione facta ad fauorem Eccleſiæ.*
7 *Dotatio promiſſa, ſed non effectuata non attenditur.*
8 *Qualitas narrata Pontifici, eo quia conceſſionis gratia cauſa fuit, eſt concludenter probanda.*
9 *Deuolutio ex quo intrare nequeat.*
10 *Gratia non iuſtificata nullius eſt roboris.*

DECISIO CCCLXXXV.

A DIVDICATIONEM controuerſæ Parochialis per duas vices veriſque partibus denegatam Philippus Graſſius prætendebat in vim prouiſionis Apoſtolicæ per ipſum impetratæ, ſub narratiua quod ſit de Iuſpatronatus vniuerſitatis, & hominum loci Pellij, & ob non factam ab ipſis intra tempus à Iure præfixum legitimam præſentationem ad Sedē Apoſtolicam deuoluta, ſed propoſito hodie dubio an talis gratia eſſet iuſtificata, ita vt ſit ei danda immiſſio negatiuè fuit reſponſum.

Non enim conſtat de Iuſpatronatus de Communitatis, & hominum mediante fundatione, & dotatione, vt fuit ſumma Pontifici expoſitum expreſſe, & abſque dubio
1 debet plenè probari ad finem † vt gratia ſubdata in d. expreſſione poſſit ſuſtineri ad nōta *in cap. 1. vt lit. conteſt. in 6. & in retentis narratiua Iuriſpatronatus Caſſador. dec. 41. de probat. & dec. 7. de Iurepatronatus Rot. cor. Pau. dec. 17. lib. 5. in correct. & inter diuerſ. dec. 431. in princ. part. 1. & dec. 87. l. 1. num. 2. poſt Vivian. de Iurop. Mareſcotti. reſol. cap. 11. num. 7.*

Nec pro huiuſmodi requiſita iuſtificatione deſeruire poſſet decretum de anno 1646. ab Epiſcopo Comen. factum ſuper dismembratione Eccleſiæ S. Euſebij ab Eccleſia Parochiali S. Vincentij de Grabedonio paratos ſe offerebant dotem ſufficientem pro ſuſtentatione
2 Rectoris conſtituere cum reſeruatione Iuriſpatronatus neceſſarium *Maſcard. de probat. concl. 177. num. 1. & concl. 585. num. 1. M. Antonel. Cauterean. reſol. lib. 1. reſol. 3. num. 7. Rot. in Geranden. Beneficii 20. Decembris 1610. cor. Ottemberg. §. non obſtat* nullatenus tamen importat effectiuam
3 dotationem † probandam per publicum inſtrumentum e filiis aut Nepotibus *Mant. conſ. 94. num. 10. lib. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 18. num. 32. Lother. de re benef. lib. 2. quæſt. num. 1. Bonatt. deciſ. 1. num. 7. & 2. Colin. dec. 100. num. 26. bo. mem. Merlin. dec. 693. num. 5.*

4 Maximè quia in veritate quamuis pœna cadit vſurpationis præſumptio *Maſcard. conclu-*

reſol.

resol. lib. 2. cap. 25. num. 3. Rot. coram Mantic. decis. 234. & 253. num. 1. & in rec. dec. 197. num. 36. & 477. n. 10. par. 5. quo casu ad acquirendū Iuspatronatus exigitur pro forma titulus fundationis, vel dotationis, vel transmissionis vnacum præsentationibus continuatis per longissimum tempus, & effectum sortitis *iuxta dispositionem S. Conc. Trid. sess. 26. cap. 9. de reform. Feder de sen. conf. 234. numer. 3. vers. nec ad propositum Maresc. var. resol. d. lib. 2. & c. 52. n. 1. Rot. decis. 197. num. 36. par. 5. rec. & post Vivian. de Iurepatronatus decis. 4. num. 2. & decis. 87. num. 3. & in Bonon. Iurispatronatus 1. Iulii 1654. §. Iurisp. coram Eminentiss. Card. Celso & in Lucana Iurisp. 26. Iunii 166..§. fin. cor. R. P. D. meo Albergato.*

Cæterum ex ex eo visum est elidi dotationis titulum quia ex datis in hodierno summ. *Graff. num. 2.* constat quod homines vniuersitatis pro necessaria Parochi substentatione, & emolumento soluunt annuas libras 700. ex
6 qua mercedis † solutione ne dum inferri nequit ad dotationem necessario probandam præuia actuali assignatione, & à principio facta ad fauorem Ecclesiæ *Rot. in Nouarien. Iurispatronatus 1. Iulii* 1650. §. *omnis quæcumque &* 16. *Ianuarii* 1654. §. 3. *quia coram bo. me. Peting.* Sed
7 potius arguitur promissam non † fuisse effectuatam neque non attendendam, vt respondit *Rot. coram Duran. dec. 122. num. 4.*

Non obstat asserere quod Patronus collitigans fateatur nominationem ad hanc Parochialē spectare ad vniuersitatē eo ipso intendit adiudicationem ex cap. præsentationis ab ipso factæ quia vt fuit in vltima decisione sub die 9. Iunij proximi præteriti responsum §. *non obstat.*

Petronus non fuit directè præsentatus, sed conditionaliter quatenus Martinus non acceptaret nullibique apparet factum fuisse Iuspatronatus titulo dotationis fuisse ab vniuer-
8 sitate acquisitum quæ qualitas † Pontifici narrata, & fuit causa concessionis gratiæ debet plenè probari *d. cap. 1. vbi Io. And. & alii de lit. contest. in 6. & Rot. sæpe respondet & signanter in decisionibus relatis ab addend. Burat. dec. 778. num. 9.*

Narratiua itidem deuolutionis ex eo quod tēpus præsentationis Laicis à Iure præfixum iam lapsum esset nulla saltem legitima præsentatione per communitatem facta non solum non visa fuit iustificata, sed destruitur per nominationem Manzoni paulo post. vacationē Parochialis factam à maiore parte hominum, & vtrimque admittitur, & exclusionem D. Petroni bene fuit animaduersum in postrema decisione §. *non obstat* replicatio & licet Mar-
9 tinus extra tempus præfatæ suæ electionis renunciauerit id tamen non tollit validitatē nominationi nec operari potest negligentiam Communitatis in præsentando, vt intret ex hoc capite deuolutio *Rebuff. in praxi de resolut. num. 39. Rot. coram Card. Otthob. dec. 264. in fine.*

Deficiente igitur ex præfatis iustificatione Iuspatronatus & deuolutionis gratia non est
10 iustificata sicque † remanet inanis vt sit deneganda immissio *cap. 2. de refeript. Rot. dec. 350. num. 1. & dec. 370. num. 12. part. 4. rec.* prout fuit conclusum omissa discussione aliorum deductorum tanquam non necessaria & plura fuerunt sublata in decisionibus editis ideo non est opus illa denuo repellere

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Bononien. Residui Dotis.

Sabbathi 23. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Ex quibus probetur vera numeratio dotis. Cōfessio de recepta dotis quantitate, quando vera censeatur, & quod eiusdem solutio facta fuerit ex quibus arguatur, Mulier habens actionem ad consequendam dotem; rem ipsā habere dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Relatum potius quam referens attenditur, & si hoc aliter disponat, errori tribuitur, & num. 2. & 3*
4 *Relatio regulariter non afficit precedentem confessionem, quando est certa, ne ab illa recessum censeatur*
5 *Error non præsumitur, nisi in facto probetur*
6 *Dotis vera numeratio ex quibus probetur*
7 *Confessio defuncti etiam ab eo causam habenti nocet*
8 *Confessio de recepta dotis quantitate vera censetur quoties solutio eiusdem dotis in maiori parte facta fuit*
9 *Solutio dotis quod facta fuerit ex quibus arguatur*
10 Text. in l. 1. C. de fals. caus. adiect. legat. *quando habeat locum*
11 Decisio Putei 316. lib. 2. *in quibus terminis procedat*
12 *Mulier habens actionem ad consequendam dotem, rem ipsam habere videtur*
13 *Solutio integra dotis quod facta fuerit, admittitur, si maritus per actum inter vivos eam recepisse fatetur.*

DECISIO CCCLXXXVI.

DECISIO coram me emanata 18. Maij 1665. qua resolutum fuit constare de credito Comitissæ pro residuo Dotis lib. 5000 nitebatur fundamento, quod cum Dos fuisset constituta in summa lib. 45. mil. & 40. mil. tantum appareant soluta reliquum non probatur Comiti Odoardo eius viro traditum ex clausula Testamenti vbi dotem vxori legauit quod etiam si impugnaretur DD. in decisis persliterunt.

Expendebantur contra resolutionem testamenti verba ex quibus dicebatur apparere libras 5000. pro residuo dotis lib. 45. mil. fuisse solutas Com. Odoardo Marito Comitissæ Martiæ ibi reliquit suas Dotes ab ea habitas summæ libr. 45. mil.

Neque repugnare verba immediate sequentia ibi vt constare debuit ex instrumento rogato per Scipionem Caracciam Ciuem, & Notarium Bononiæ, in quo cum contineatur

Digitized by Google

tur tantum numeratio lib.40.mil.& promiſſio librar.5000.infert Deciſio quæ reuidetur, §.quia cum teſtator quod potius attendendũ eſt † relatum quam referens, & ſi hoc aliter diſponat errori tribuendum ſit.

2 Nam cum verba † legati importent ſatisfactionem non patiuntur interpretationem ab inſtrumento Dotis relato cum executio poſſit verificari etiam poſt inſtrumentum & 3 ſic relatio † ad illud qualificat tantum quantitatem, Dotis nominatim expreſſam in libris 45.mil., vt obſeruat *Corn.conſ.209. num.7. lib.3.* & regulariter ‡ relatio non afficit præcedentem confeſſionem, quando eſt certa ne cenſeatur ab illa receſſum *Put. deciſ.306.in fin. lib.2.Card.Millin.dec.57.num.2.*

5 Error † deindè excludebatur, tum quia non præſumitur in facto proprio *Corn.vbi ſupra num.5.* tum quia confeſſio redditur veriſimilis ex pluribus coniecturis, † quo caſu vera probat numerationem Dotis *Rota dec.24. num.3.& dec.160.num.3.par.7.rec.*

Coniecturæ autem totalis ſolutionis hæ adducebantur promiſſio Dotis in ſumma lib.45 mil. quæ iuncta confeſſione facta à Co: Odoardo de Dote habita in d. ſumma † quæ probat illius numerationem contra Comtiſſam 7 Mattiam hæredem teſtamento ſcriptam, *vt pluribus adductis reſp. Rota dec.53.nu.7. apud Merlin.de pign.* ſolutio Dotis in maiori parte, & 8 ſic vera cenſetur confeſſio de integra quantitate recepta *Rot.dec.160.num.2.& ſeqq.part.7.rec.* 9 lapſus diuturni temporis poſt maturatum terminum ſoluendi reſidui, qualitas debitoris diuitis, & indigentia creditoris, obitus vtriuſque, petitio contra hæredes non informatos *Sard.dec.105.num.1.& ſeq. Merlin.dec.124. nu.19.& ſeqq. Andreol.contr.57.nu.1. & 22. Altograd. conſ.53.num.33.& ſeqq.lib.2.Ciriac.contr.510. nu.14.& ſeqq.* inſtantia facta per Procuratorem Co: Martiæ ad conſequendum libr.45. mil. in bonis viri tandem deſcriptio facta in inuentario pro integra ſumma.

Sed hæc omnia vnica ſolutione tolluntur, quia verba *reliquit D. Co; Martiæ ſuæ vxori dotes ab ea habitas lib.45.mil.* leguntur vnico contextu, & ſtructura verborum facta relatione ad inſtrumentum ibi *vt conſtare dixit ex inſtrumento rogato per Scipionem Caracciam,* & ſic ceſſant ſupradicta de relatione ad id tantum reſpectu 10 quantitatis Dotis promiſſæ, & locum habet *text. in l.1.C.de falſ.cauſ.* adiecta legato quem ſic ſumit Bald.ſi legatur dos facta relatione ad inſtrumentum Dotis nihil aliunde requiritur niſi quod inſtrumentum loquitur, ſed ſi ſit relatio ad Dotem requiritur veritas, & fuit expreſſum in deciſ. quæ reuidetur §. quia cũ 11 Teſtator. Et ideo non † applicatur *deciſ. Putei 316.lib.2. adduct. in dec. Mill. 57.num. 2.* quæ loquitur cum præceſſerat ſimplex confeſſio, & deinde in clauſulis appoſitis fuit conditionalis, & ſic in diuerſis terminis Accedit deinde quod verba prædicta etiam ſine relatione ſubſequenti non importarent confeſſionem receptionis integræ Dotis quia illa ab ea habita non reſpiciunt maritum qui debuiſſet recipere Dotem, ſed Comtiſſam & iuxtà communem vſum loquendi dici ſolet de mulieribus nubentibus habere V. G. lib. 40. mil. pro Dote licet realiter non ſint ſolute, ſed tantum promiſſæ ex eo quod cum actionẽ ad eas cõ- 12 ſequendas habeant rem † ipſam habere videtur *iuxta vulgat.in l.qui actionem 15. vbi gloſſ.ff.de reg. Iur.* Ex quibus apparet quod maritus legando vxori dotem, vt ſupra dictum eſt expreſſit quantitatem libr.45. mil. non ad confitendam integræ dotis exactionem, ſed potius ad recenſendam illius conſtitutionem, & ſic ceſſant quæ dicuntur de confeſſione receptę integræ dotis facta in teſtamento, & præſumptiones, & coniecturæ pro ſolutione do- 13 tis adductæ † quæ præterquam aliis eliduntur tunc poſſent admitti ſi concurreret confeſſio mariti per actum inter viuos *in quibus terminis ſolent à DD. ponderari, vt in Fanen. Dotis 4. Iulij 1646. coram R.D.Decano poſt Merlin. de pign. dec. 253.& dec.160.par.7.rec.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT

Piſana Tenutæ.

Sabbathi 23. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ex quibus probari valeat, & quando ſpecilicè probata fuit, præfertur illi generaliter probatæ, dum generalis non ſufficit vbi ſpecialis requiritur. Probationes poſſeſſionis æquiuocæ poſſeſſionem concludenter verificatam non elidunt.

SVMMARIVM.

1 *Probationes validiores potiorem locum in concurſu non adeo euidentium ſibi vindicant*
2 *Probatio illa præfertur, cui magis lux veritatis aſſiſtit.*
3 *Poſſeſſio ex inſtrumentis locationum affinis, & aliis probari poteſt*
4 *Poſſeſſio ſpecificè, & particulariter probata præfertur illi, quæ generaliter probata fuit & num. 8.*
5 *Poſſeſſio cum generalitate confinium probata non aſtenditur*
6 *Confinium demonſtratio generalis non ſufficit, vbi requiritur ſpecialis*
7 *Locorum diuerſitas bonorum diuerſitatem arguit*
9 *Confinium expreſſio in actis iudicialibus facta in poſſeſſorio eſt magni momenti*
10 *Probationes ſingulæ, quæ de perſe non ſufficiunt, vnita tamen ad plenè concludendum ſunt aptæ*
11 *Poſſeſſio quando identificè inſtificata fuit cum confinibus determinatis, & particularibus non curatur deinde de nomine.*
12 *Enunciatiua ex inſtrumentis elicita non elident ea probationem ex multis actibus concludenter verificatam non attendantur*
13 *Proteſtatione à parte facta pro poſſeſſorio terminando iudex reſpectu petitorij caret iuriſdictione.*
14 *Probationes illiquidæ, & æquiuocæ poſſeſſionem concludenter verificatam non elidunt.*

DECI-

DECISIO CCCLXXXVII.

POST resolutionem, quæ prodiit in hac causa coram me, sub d.e 17. Nouemb. 1664. vbi dictum fuit non constare de re iudicata; fuit ordinatum, quod disputaretur dubium: An sit standum, vel recedendum à decisis, & sit danda manutentio; Deinde verò fundamenta decisionis sub maturo examine, semel, atque iterum repetito, cum facti potentioribus circumstantijs collata, & accuratè perpensa; hodie ab integro DD. placuere, & consequenter responderunt: In Decisis, & dandum esse mandatum de manutenendo Mensæ.

Quidquid enim in hodierna, & præcedenti disputatione pro parte D Ducis de Saluiatis sub copiosa rationum, & Iurium expositione congestum est ad euertēdam possessionem Mensę, nihil operari posse visum est DD. cum in facta comparatione Iurium, prætensionibus vtriusque suffragantium, semper in numero, & in pondere, probationes pro possessione Mensæ adductæ, dignoscantur vrgētiori qualitatum prærogatiua dotatæ, & propterea † potiorem locum meritò valeant sibi vindicare ex tradit per *Bart. aliosque DD. in l. si duo in princ. num. 4. vers. quandoque ff. vti possidetis*, & sequitur *Menoc. cum multis citat. de retinen. possess. remed. 1. quæst. 87. num. 718.* cum adiuncta consequentia; † quod non mirum videri debet, si obtineat, cui magis lux veritatis assistit, vt est *Textus in l. ob carmen §. vltimo ff. de Testib.*

Et re vera in facti euidentia denuo aduertentes DD. non dubitandum esse de certa, specifica, & particulari possessione Mensæ, tàm quoad Paludem Malauentris, quàm quoad Foueam Magnam, ex Instrumentis locationum, æstimis, depositionibus Testium, & variis scripturis ponderatis *in discursu §. 8. 9. & 26. & in decisione que venidetur §. Ceterum & §. Etenim*, rursus admiserunt efficaciores probationes pro Mēsa deductas absorbere præsumptiuas D. Ducis, & proinde possessionem Mensæ super dictis duobus corporibus, vti certam, specificam; & particularem † esse præferendam in concursu generalis ex proximè allegatis.

Eoque magis, quo possessio Ducis super dictis Palude, & Fouea Magna, viceuersa semper apparuit solūmodo propugnata præsumptionibus, & illationibus genericis, annexorum, pertinentiarum, & finium sub dubia expressione descriptorum, quę non merentur attendi, † stante incertitudine, & generalitate confinium, tenuit *Rota dec. 295. num. 9. vers. Tamen par. 1. rec.* & specifica possessione tùm Mensæ, cum aliorum in eadem Tenuta rei veritatem in contrarium elucidāte, prout limitando regulam *Textus in l. Aede Sacra ff. de contraben. empt.* declarat decisio præcedens §. *tamen* quibus non sufficiunt illæ genericæ demonstrationes, sed requiruntur speciales, quæ alijs bonis non conueniant *Surd. cons. 423. num. 20. Roland. cons. 93. num. 24. lib. 3. Ruin. cons. 30. num. 6. lib. 1. Rota coram Seraph. decis. 1137. num. 1. & d. decis. 295. num. 11. par. 1. recent.*

Nec illam possessionem specificam Mensę turbari posse dixerunt DD. ex eo quod informantes pro Duce acriter contenderent Paludem, & Foueam Magnam intra Tenutam Migliarini situm habentes esse omninò diuersas à Palude Malauentris, & fouea Magna verificabilibus extra Migliarinum, & cohęrentibus Tenutæ Malauentris † ad Mensam spectantis, & ex ea locorum diuersitate, bonorū diuersitatem optimè argui ex *Bart. in l. demonstratio falsa l. si in rem in fine ff. de condit. & demonstr. Gratian. discept. 502. num. 10. & Merlin. dec. 15. num. 5.*

Quoniam in facto sub reassumpto paralello iustificationum non constare de diuersitate obiecta est animaduersum, quinimo identitas localis, & determinata Paludis, & Foueæ Magnæ, de quibus est quæstio incontrouertibilis, est agnita ex iuribus abundanter in discursu, & decisione passim occurrentibus, addita attestatione collegialiter facta à Gubernatoribus Cōmunitatum vicinarum *allata* pro adminiculo, data in hodierno Sum. Mensæ *nu. 2* identitatem dictæ Paludis, & Foueæ Magnæ intra Migliarinum iuxta fines circum circa ambientes præferente, & ità corroborate ab vniformitate tot Iurium, vt concludenter conuincat possessionem specificam, & indiuiduam Mensæ, † Ideoque præferendam, *Post de manut. obser. 73. num. 174. Rot. decis. 556. in fin. par. 3. dec. 82. nu. 15. part. 4. tom. 2. & decis. 272. n. 7. par. 7. recent.*

Quibus accedit pro comprobanda identitate Paludis, & respectiuè possessione Mensæ super illa vti in Migliarino existente, argumētum desumptum ex sententia lata inter Mensam, & D. Ducem de anno 1621. in summariissimo possessorio, expresse concedente manutentionem Mensæ in Palude Malauentris, reseruatis iuribus vtriq; parti in plenario possessorio, ac successiuo libello producto per Ducem in possessorio plenario in exequutionem dictæ reseruationis Iurium, in quo ipse D. Dux, petiit manutentionem, & reintegrationem in eadem Palude posita in Migliarino intra confinia maris, & Foueæ Magnæ, ac sēntia postmodum ab eodem Duce reportata in consequentiam dicti libelli plenè probantibus quæstionem possessionis esse in eadem Palude Malauentris in Migliarino, in qua Mensa obtinuerat sententiam manutentionis Summ. responsionis Mensæ *numer. 1. 2. & 3.* quæ expressio in libello monitorij; & aliis actis ludicialibus †, quanti sit momenti in possessorio, bene ad propositum differit *Post de manut. obser. 19.* & aduertit *Rot. dec. 347. nu. 1. p. 2. rec. coram Cavaler. dec. 106. num. 1. decis. 609. nu. 4.* quæ omnia de per se † vti singula, licet non sufficerent, tamen simul vnita ad plenè concludendum apta sine dubio iudicarentur, iuxtà vulgatam regulam, quod quæ non prosunt vti singula, simul iuncta iuuant, *cap. cum causam vbi gloss. & DD. de probat.*

Ex ijs inutilis visa est quęstio: An Palus sita

sita intus Migliarinum denominetur Malauentris, nec ne, dùm sufficit Mensæ probasse suam possessionem Paludis controuersæ existentis in Tenuta Migliarini, & confinantis cum Fouea Magna, Lacu Maciuccoli, Lama trincabonaldi, Poggio à Padule, Debbi, e Trauersagna, ex Testibus, æstimis, locationibus, partitis librorum Magonæ, Inuentario bonorum Prioriæ S. Nicolai, aliisque ponderatis in discursu à §. 8. ad 14. & in antecedenti decisione §. *quia*, Data † enim probatione possessionis identificæ facta à Mensa super isto certo corpore ex confinibus determinatis, ac particularibus non est curandum de nomine iuxtà doctrinam, *Baldi in l. si quis in fundi vocabulo ff. de legat. 1. Surd. cons. 235. nu. 20. Marescott. variar. resol. lib. 1. cap. 12. num. 30. & 31.*

Hinc non officiunt enunciatiuæ elicitæ ex Instrumento, & æstimis particularium possidentium in loco nuncupato Malauentre repetitæ in hodierno Summario Ducis à *num. 1. ad 6.*, quia † illæ non elidunt probationem Mensæ concludenter verificatam ex tot actibus, & scripturis supernis adnotatis, & in antecedenti decisione, Imò potiùs corroborãt intentionem Mensę dum vocant pro confine *il Padule dell' Arciuescouado*.

Minusquè mouerunt DD. conclusiones Iuris, quibus informantes D. Ducis illius possessionem super dictis Palude, & Fouea Magna, perinde, ac si specialis, & indiuidua forent exornabant.

Quia vel illæ conclusiones respiciunt petitorium, & ad illud sunt remittendæ, attentis præsertim protestationibus Ducis pro terminando possessorio ante omnia, † quo fit vt Iudex respectu petitorij careat iurisdictione, *Pont. de Spol. lib. 2. cap. 6. de suspensione petit. n. 5. Rot. dec. 35. in fine part. 2. diuers.*

Vel coarctant possessorium, & redarguuntur inniti probationibus illiquidis, æquiuocis, ac inferioris notæ, quæ † possessionem Mensæ nullatenus offendunt, vt sufficienter explicat discursus in §. 28.

Cætera verò, quæ singillatim, aduersus possessionem Mensæ, & prætensos errores in æstimis eiusdem, fæcundè sunt exagerata, ex eo visa sunt irrelevantia, quod in facti determinatione inapplicabilia reddantur, & protius exarescant ex firmatis in præcedenti decisione, ac etiam benè sublata fuerint ab Informantibus pro Mensa.

Et ita vtraque parte Informante &c.

Decisio ista in hac eadem causa emanata, & quæ hic allegatur sub die 17. Nouembris. 1664. coram eodem R. P. D. Bourlemont est supra in hac part. 14. decis. 129.

R. P. D. CARPINEO.

Nunc. S. R. Eccles. Cardinali.

Romana attentatorum.

Sabbathi 23. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Creditor anterior præfertur in hypotheca, & Saluiano, qui tanquam tertius, & extraneus ad licitandum admittitur non solum quando alter emptor non inuenitur, sed etiam in concursu aliorum, qui pretium iustum non offerant Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 191.* quid disponat.

SVMMARIVM.

1 *Remedium Saluiani non datur aduersus possidentes ex credito anteriori.*

2 *Creditor anterior præfertur in hypotheca, & Saluiano & num. 3.*

4 *Creditum illiquidum immissionem impedire nequit.*

5 *Deliberatio nullitatis vitio laborans effectum immissionis impedire non valet.*

6 *Nullitatis processus deliberationis allegans ad illius transportationem adstringitur.*

7 *Deliberatio semper rectè gesta præsumitur donec ex processu contrarium resultet.*

8 *De Adiudicatione quando tractatur requiritur decretum de adiudicando, & precedens bonorum æstimatio.*

9 *Creditor tanquam tertius, & extraneus ad licitandum admittitur, vt quilibet alius & non solum in subsidium quando alter emptor non inuenitur, sed etiam in concursu aliorum, qui iustum pretium non offerunt, & numer. 10. 11. 12. 13. & 14.*

15 *Remedium licitationis magis prodest creditoribus, quam si accipiant in solidum sibi ipsis.*

16 *Aestimatione opus non est quando adsunt alij licitatores.*

17 *Fraus in creditore excluditur, quoties de iusto pretio rei licitatæ apparet.*

18 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 191. *disponit quod de nullitate agi non possit, nec replicari post annum.*

Et hoc procedit in quibuscumque nullitatibus etiam notorijs, & euidentibus, & nu. 19.

Et ita in omnibus Vrbis Tribunalibus seruatur, & num. 20.

DECISIO CCCLXXXVIII.

SOLINDIVS Tibalduccius tanquam hæres Elisabethæ matris Creditricis Prosperi Cicalotti in scut. 587. 50. egit in Curia A. C. citatis pro eorum iure, & Interesse fratribus de Egidiis possessoribus vnius Vineæ, ac Hospitij propè Basilicam Sancti Pauli, ac reportata fauorabili sententia, eius possessionem apprehendit, quam illi de Egidijs attentatã prętendentes, obtinuerunt super hoc proponi particulare dubiũ, cuiq; Domini resolutioni

solutioni respondẽtes, mandarunt vt de bono Iure videretur, super quo assumpta disputatione illud DD. de Egidijs assistere visum fuit, quoniam probata est in actis eorum possessio vigore Instrumenti deliberationis de Anno 1638. ad fauorem Oribatij eorum Patris sequutę pro credito fructuum dotis eidem promissæ à Prospero Cicalotto, & pro alio societatis officij ab eodem Prospero Cicalotto, & pro alio Societatis officij ab eodẽ Prospero intuitæ fauore eiusdem Venantij Fabritij in Oribatium postea cessa, quibus creditis vtpotè sumentibus originem ab anno 1617. & 1618. poterant Tibalduccium excludere à petita Immissione in Saluiano pro credito cõrento in Apoca, nam priusquã de anno 1621. fauore Elisabethæ eiusdẽ auctricis à Prospero communi debitore confecta regulare nãque est quod huiusmodi † remedium noa-
1 detur aduersus possidẽtes ex credito anteriori, nam sicut creditor † anterior prefertur in-
2 hypotheca *C. qui prior, & l. quoties de reg. Iur.* † ita
3 venit in Saluiano præferendus *l. 2. ff. qui pot. in pign. hab. Ripa in l. priuilegia num. 5. ff. de priuil. credit. latissime Negusan. de pign. membr. 1. part. 5. numer. 1. & passim Rota in dec. adducta per Pacific. de salu. inspect. 5. cap. vnico nu. 6. & in rec. dec. 484. n. 319. tom. 2. pag. 9.*

Huiusmodi vero credita non potuerunt ex fructibus per multos annos perceptis satisfieri, vel saltim reddi naturaliter illiquida † vt
4 non valuerint Immissionis effectũ impedire ex adductis *in decis. Duran. 178. numer. 6. & post. Zacch. de oblig. Camer. decis. 189. num. 81.* Procederet enim obiectũ quotiescumq; supradicta
5 deliberatio † aliquo posset nullitatis vitio notari ad *text. in l. fructus non modo 33. ff. de re vend. cũ alijs ad propositũ per Posth. de subhast. in spect. 55. n. 73.* At pro ista stat præsũptio quod omnia necessaria ad perfectam deliberationem Intercesserint Cumque plerique ex obiectis nullitatibus seriem actorum concernant nunquã dicitur de illis constitisse donec integer de-
6 liberationis processus exhibeatur, ad cuius † transportationem Solindius nullitatem allegans, non autem possessores tenebantur, vt voluit *Rota in decis. 97. num. 2. post Mangil dec. 91. num. 1. post Posth. de subhast.* in actibus enim deficientibus, & præcedentes oblationes, & decretum de deliberando infra mentem ac illius intimatio debitori, aliisque in causa habentibus interesse opportunè factam, & quod circa hunc actum defectus obijciebantur. Imò omnia, quæ ad illius validitatem poterant desiderari præsumuntur interuenisse, nec dici vnquam poterit de illorum deficientia, vel inualiditate constare, nisi post reuolutionem
7 omnium actorum, & integri processus † sine quo nunquam tollitur præsumptio, quod omnia ritè processerint, *& recte Rota d. decis. 97. post Mangil.*, *& decis. 33. post Posth. de subhast. num. 6.* & in effectu hæc omnia processisse cõuincit ipsa lectura mandati ibi: eidem instanti tanquam vltimo, & plus offerenti deliberasse pro scut. 1200. monetæ per eum oblatæ, quoniam ipso debitore, nec non Eminentissimo D. Cardinali Io. Baptista Pallotto, & Fabritio Venantio citatis relatis, & Intimatis, prout in actis propterea R. P. D. ita mandauit his diebus 27. Iunij 1637., & 30. Ianuarij 1638.

Reliquæ verò nullitates ex eo desumptæ,
8 quod † defuerit decretum de adiudicando, & præcedens bonorum æstimatio forsan obstarent si de adiudicatione tractaretur, *Iuxta dispositionem text. In l. Ordo C. de exec. rei iudic., & l. si quos 16. C. de rescin. vend.* sed in comperto est quod processum fuit per viã licitationis, vt benè demostrat idem decretum mandans Oribatio tanquam vltimo, & plus offerenti hęc omnia deliberari, & comprobat subsequens deliberationis Instrumentum ad fauorem D. Oribatij tanquam vltimi, & maioris oblatoris, & efficientis meliorem conditionem debitoris.

9 Neque est dubium quin † Creditor tanquam tertius, & extraneus ad licitandum admittatur, vt disponit clarè, *Textus in l. secunda C. in caus. Iudic. & voluit expresse glos. in l. à Diuo Pio §. si pignora in verbo abdicantur ff. de re Iudic.* tribuens Victori quatuor vias dicit,
10 tertiò † quia potest licitari, & emere vt quilibet alius, vt tradit *Bald. in d. l. 2. ac Salicet. in*
11 *l. ordo numer. 5. C. de exec. rei Iudic.*, & quæ † non solum in subsidium quãdo alter emptor non inueniretur iuxta opinionem Salicet in
12 *l. 1. C. si in casus Iud.* sed etiam † In concursu aliorum, qui iustum pretium non obtulissent *vt ex text. in d. l. 2. probat latissime Surd. cons. 256. n. 6.* vbi quod opinio Salicet est cõtra omnes,
13 qui indistinctè tenent admitti † Creditorem tam quando alius non reperiretur; quam etiam quando reperiretur, sed pretium indignum offeret ea ratione, quod iustum non-
14 sit, quod Creditor in pari causa deterioris efficiatur conditionis, quam tertius, *& Surd. sequuntur Mangil. de subhast. quæst. 154. numer. 4. & seqq. Grat. discept. 3. num. 7. Add. ad decis. Luden. 12 nu. 2. ac optime distinxit Rota in decis. 411. num. 11. part. 5. rec.*

15 Imò hoc † licitationis remediũ est creditoribus magis proficuum ac vtilius quam il accipiant in solidum sibi ipsis, vel sibi res adiudicentur. *Surdus loco citato ante num 61. Mangil. quæstion. 58. numer. 3. & Posth. inspect. 95. numer. 26.*

Cum igitur ex tenore mandati, ac Instrumenti liquet Oribatium tanquam extraneũ. & licitatorem hæc bona emisse subhasta, non autem illa insolutum habuisse per modum adindicationis, quod fit quando nemo auocationem facit, vt traditur pro secundo remedio à glos. in d. verbo addicantur non potest deliberatio corruere sub prætextu, quod bona non fuerint æstimata, quoniam æstimatio non est necessaria, quando venditur res Creditori sub hasta plus offerenti, sed solum quãdo illi insolutum datur, in quibus terminis procedit, *decis. Afflict. 358. num. 5. & bene probat Surdus d. cons 256. num. 5. & 6. Matth. Coler. de proc. execut. part. 3. cap. 13. num. 97. Iodoch de subhast. C. 3. num. 11. Rota pluribus comprobans apud Buratt. decis. 96.*

decis. 96. numer. 4. tam pluribus seqq. & genera-
16 liter † quando adsunt alij licitatores opus
non esse æstimatione, quia ex præcedentibus
17 oblationibus apparet de iusto pretio, † & ex-
cluditur fraus in Creditore tenuerunt, *Roland. cons. 32. num. 33. & 34. lib. 1. Mangil. de subhast. quæst. 154. num. 7. Grat. discept. 7. num. 23. & Rota in d. decis. 96. numer. 11. & seqq. coram Buratto.*

Preterea ad Confirmationem boni Iuris illorum de Egidijs, & ad exclusionem quarũcumque nullitatum visum fuit DD. non modica dignum ponderatione aliud motiuũ ex
18 statuto † Vrbis *in cap. 191. lib. 1. desumptum*, quod de nullitate agi non possit, nec replica-
19 ri post annum quod † statutum procedere in quibuscumq; nullitatibus etiam notorijs, & euidentibus firmat latissimè pluribus auctoritatibus, & ex Rotæ sententia *Fenzon.*
20 *ad idem statutum littera E.* atque † in omnibus Vrbis Tribunalibus seruare dixit eadem, *Rota apud Achil. decisione 10. constitut.*, & *coram Merlin. decision. 217. num. 4. & in terminis similium nullitatum ad adiudicationem in dec. 79. num. 6. & 7. part. 7. rec.*

Ex quibus vindicatur à Co. variis obiectionibus deliberationis validitas, & vndique subsistens remanet acquisitionis titulus apud illos de Egidijs bonorum de quibus agitur quorum etiam actualis possessio perperam impugnata fuit quia docetur illam statim secuta deliberatione captam fuisse, ac Otibatiũ deliberatarium recognitum in Dominum, & de successiua illius continuatione liquet ex locationis Instrumento ab eodem facto de anno 1648. illamque fassus est ipse Tibalduccius actor, non solum quia contra ipsos vti possessiores, sed quia ad illam Iustificandam ipse met produxit Instrumentum locationis *summ. illius n. 9. & 10.*

Vnde cum tam respectu tituli quam possessionis vndique Iustificatum remaneat bonum Ius illorum de Egidijs non fuit opus referre Credita Tibalduccij neque an illa fuissent, vt pretendebatur statutaria præscriptione sublata sat enim DD. visum fuit ad resolutionem præsentis dubij, quod illa sint indubitanter posteriora ad hoc vt ex eis aliquid nõ valeat Tibalduccius in hoc Saluiano iudicio obtinere.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Liquidationis prætij.

Sabbathi 23. Ianuarii 1666.

ARGVMENTVM.

Euictio an debeatur pro legato certæ speciei. Depositiones extraiudiciales quando probẽt. Mandatum pro credito illiquido an sit executioni demandandum.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ex quo recte relaxatum appareat.*
2 *Euictio non debetur pro legato certa speciei. Limita nisi sit legatum onerosum, & nu. 3.*
4 *Legatum esse onerosum vnde arguatur.*
5 *Testator præsumitur simulato titulo legare voluisse. quando etiam sine causa legare potuisset.*
6 *Fœmina nobiles plures diuitias ad domum viri vltra dotem asportare solent.*
7 *Depositiones licet extraiudiciales iunctis adminiculis probant.*
8 *Singula quæ non prosunt vnita iuuant.*
9 *Mandatum pro credito illiquido executioni non est demandandum.*
10 *Fructus bona fide percepti non veniunt restituendi.*
11 *Mandatum pro parte crediti liquidi non executum sustinetur ad euitandas inanes circuitus, & inutiles expensas.*

DECISIO CCCLXXXIX.

QVAMVIS ex causa, & amplitudine verborum Legati relicti à Comite Frãcisco de Pepulis Comitissæ Camillæ Zãbeccariæ eius vxori, ac alijs ponderatis in secunda decis. huius causæ edita corã me superioris anni informantes pro eadem Comitissã rursus arguerent legantem voluisse comprehendere ambo prædia sub eodem Legato, attamen Domini iterum nihil super hoc firmãtes declararunt mandatum ab A. C. relaxatum pro medietate pretij vtriusque prædij euicti à Sororibus de Iulianis pro nunc dumtaxat exequendum esse pro medietate valoris prædij della Dozza suspensa medietate pretij alterius prædij della Volta circa quod maior versatur difficultas.

1 Ratio resolutionis fuit quia † cum legatum quo ad prædium della Dozza sit vndiq; clarum, nec controuertatur euictio vtiquè mandatum rectè fuit ab A. C. relaxatum ad fauorem eiusdem Comitissæ contra hæredes Com. Francisci, *l. euicta ve 70. ff. de euict. Rota dec. 21. nu. 12. & 13. part. 10. rec.*

2 Nec obstat quod † pro legato certæ speciei prout hic regulariter non debeatur euictio, *l. si à substituto 41. in fin. de legat. 1. Rota in Bononien. Legati vsusfructus 5. Decemb. 1650. §. ex alio coram Bichio.*

Quia animaduersum fuit quod in præsenti casu non agitur de legato merè gratuito in quibus terminis loquitur lex, & proximè allegata decisio, sed de Legato oneroso, & correspectiuo ad debitum mobilium tempore sponsalium peruentorum ad manus Com. legantis quod cum potius importet quamdam dationem insolutum ad instar illius regulari
3 debet, & consequenter † pro ea etiam competit euictio, *Nouar. de dat. insolut. sect. 1. quæst. 11. nu. 6. & 7. & 8. Rota dec. 198. num. 24. & 26. part. 9. rec.*

4 Præfatum † autem legatum esse onerosum, & correspectiuum ad debitum mobilium ad manus Comitis peruentorum tem-

pore ſponſalium reſultat ex lectura legati adminiculati tum ex qualitate legantis, qui erat ex nobili, & diuite familia, nec reperiebatur ære alieno grauatus, vndè † præſumi
5 non debet quod voluerit ſimulato titulo legare cum etiam, ſine cauſa legare potuiſſet, & enictionem hæredibus imponere iuxta, *text. inſtit. eodem, & notatur per Honded. conſil. 41. num. 29. lib. 2.* Tum ex qualitate Legatariæ quæ cum eidem viro dediſſet in dotem libr. 50000. Summario primæ poſitionis *num.* 10. veriſimile eſt etiam quod alia mobilia ad do-
6 mum eiuſdem aſportauerit † vt fieri ſolet per nobiles matronas ex pōderatis, per *Rotam poſt Zacch. de Societ. deciſ. 59. num. 5.* Tum etiam ex atteſtationibus trium teſtium deponentiū Comitiſſam aſportaſſe ad domū Com. Franciſci ſui viri multa mobilia, & capſas plenas magni ponderis d. primo ſummario *num.* 11.
7 quæ † depoſitiones licèt extraiudiciales iunctis tamen ſupradictis plurimum faciunt ex
8 regula † ſingula, quæ non profunt vnita iuuant coram *Greg. dec. 245. nu. 2. & ſeqq. & in rec. dec. 238. nu. 30. part. 8.*

Minus obſtat quod ex fructibus per plures annos à Comitiſſa perceptis ab altero prædio
9 della Volta reddatur illiquidum mandatū † quo ad aliam medietatem prædij della Dozza Ideoque non veniat exequēn. ex firmatis in prima dec. §. Imò ex hoc.

Nam placuit reſponſio data in ſecunda
10 decis. §. final. nempè quod cum † fructus fuerint bona fide percepti, & conſumpti ſicut modo non eſſent reſtituendi ita non poteſt ex illis illiquidum reddi creditum Comitiſſę pro
11 alia parte pro qua † mandatum tanquam nō executum ſubſtinętur ad euitandos inanes circuitus, & inutiles expenſas, ex ibi allegatis.

Et ita vtrique &c.

R. P. D. OTTALORA.

Varmien. Diſtributionum.

Sabbathi 23. Ianuarij 1666.

Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Sententia iniuſta nunquam trāſit in iudicatum, ſed vt læſiua reſtitutionem in integrum meretur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia euidenter iniuſta nunquam rei iudicatæ vires aſſumit.*
2 *Sententia iniuſta tanquam læſiua meretur reſtitutionem in integrum.*
3 *Cauſam iuſtam abſentiæ ad effectum conſequendi diſtributiones ſolus belli timor præbet.*
4 *Diſtributiones non conceduntur abſentibus quoties ceſſat impedimentum perceptionis illarum.*
5 *Epiſcopi iudicio circa iuſtam cauſam non reſidendi ſtandum eſt.*
6 *Cauſa oneris illi tantum ſuffragatur cui fuit onus iniunctum, & numer. 7.*
8 *Actor in negatiua ſe fundans plenè & concludenter illam probare debet.*

DECISIO CCCXC.

CVM in ſententia lata per Contradictas à bo.me. Veroſpio condemnatum fuiſſet Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Varmien. ad ſoluen. Io. Baptiſtæ, & Laurentio Ludouico Canonicis abſentibus omnes diſtributiones decurſas ab anno 1655. & à die quo inuaſerūt Sueci Regnum Poloniæ, & adhuc d. bello Suecico durante vſque ad præſentem diem vt latius in dicta ſententia adita Signatura pro parte Capituli fuit mihi reſcriptum de præfixione termini vndè dedi dubium ſub die prima Iulij 1665. An conſtet de re iudicata, ſeu potius de cauſis reſtitutionis in integrum, ſed nulla tunc capta reſolutione hodie dubio repoſito Domini dixerunt conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum iuxta modum inferius exprimendum.

Quo enim ad rem iudicatam prætenſam ob non interpoſitam appellationem in tempore dictum fuit illam non intrare ex quo
1 ſententia eſt euidenter iniuſta quæ † proindè non potuit in iudicatum tranſire *vulg. l. 4. §. condemnatum ff de re iudic. Caſ. de Graſſ. dec. 10. num. 11. de ſent. & re iudic. Seraph. deciſ. 351. co-*
2 *ram Domino Papien.* † ſed tanquam læſiua meretur reſtitutionem in integrum *Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 34. art. 2. num. 37. & quæſt. 36. num. 10. Verall. deciſ. 94. part. 3. Eminentiſs. Otthob. deciſ. 123. n. 8. & dec. 152. num. 1. coram Reuerendiſs. Royas.*

Iniuſtitia patet ex eo quod ſententia mandat ſolui omnes diſtributiones decurſas ab anno 1655. & die inuaſionis Suecorū, & adhuc bello Suecico durante vſquè in præſentem diem eſto etiam quod ab initio ſubita inuaſio
3 iuſtum potuiſſet timorē incutere ſolus † que timor belli præbeat iuſtam cauſam abſentiæ ad effectum conſequendi diſtributiones, *vt notat Barboſ. in Collect. ad Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. num. 100. de reformat. Monet. de diſtrib. quotid. part. 2. quæſt. 5. num. 73. cum aliis adductis in deciſ. edita in hac cauſa ſub die 27. Iunii 1659. coram bo. me. Veroſpio §. bellum verò* cum tamen bellum paulò poſt ſedatum fuerit eoque non obſtante prædicti Canonici ad reſidentiam redire neglexerint nequeunt à tempore ceſſati impedimenti vſq; ad præſens diſtributiones præ-
4 tendere quia deficit † cauſa ob quam illę abſentibus permittuntur vt colligitur ex *text. in cap vnico de Cleric. non reſiden. & ait Monet. de diſtrib. quotidian. part. 2. quæſt. 5. num. 32. 33. & 79.* maximè cum poſt paucos menſes nempè 8. & 15. Februarij 1656. fuerint pluries ad reſidentiam per Epiſtolas reuocati ne dum à Capi-
5 tulo, ſed etiam ab eodem Epiſcopo cuius † iudicio circa iuſtam cauſam non reſidendi ſtandum eſt ex decreto Sacr. Congregationis Conc. relato per *Barboſ. de Canon. & dignit. c. 24 num. 91. & per Ciarl. contr. for. part. 1. cap. 20. num. 22.*

Neque

Neque ad hunc effectum pro iusta causa absentiæ suffragari potest custodia supellectilis Ecclesiæ Gedanum transportatæ nè ab hostibus raperetur. Quia ex summario Capituli *nu.* 1. apparet huiusmodi Custodiam alteri Canonico fuisse commissam cui † soli, & non alteri prodesse potest allegata causa absentiæ, vt fuit dictum *in Licien. fructuum* 2. *Aprilis* 1603. §. *accedit coram Pamphilio* Et quamuis ex litteris Nuntij Apostolici, ac Serenissimi Regis Poloniæ constet fuisse postea sequestratam in manibus dict. Laurentij Ludouici vna cum inhibitione contra prætendentes illam amouere, Inhibitiones tamen, & sequestra extorserunt ijdē Canonici eo quia supposuerunt quod cæteri Canonici, & Episcopus tentabant illam consignare Principi de Brādemburgho Hæretico, quod nullo modo iustificatur vnde tanquam ab ipsis procuratæ supposito insubsistenti potius præsumūtur affectatæ ad palliandum eorum † absentiam, ideoque illis non suffragantur, vt latè probat *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 15. *glos.* 4. *num.* 29. *Ludou. decis. Perus.* 36. *num.* 3. *Monet. vbi supra dicta part.* 2. *qu.* 5. *nu.* 25.

Minus facit quod prędicti Canonici habuerunt iustam causam non redeundi ad Ciuitatem ex quo d. Princeps de Brandemburgho, post occupatum Episcopatum proposuerit illum sæcularizare requirendo à Canonicis Iuramentum fidelitatis, vt de facto vnus Canonicus d. Iuramentum præstiterit, vt constat ex breue absolutionis ab eodem postea reportato à Sanctissimo Summario Ludouici *numer.* 2. Quia exindè non iustificatur ipsum fuisse coactum ad d. Iuramentum præstandum † prout esset necessariò, & plenè probādum ab eo qui in hoc se fundat *vulg. Lactor. C. de probat.*

Ex quibus Domini censuerunt deducto tēpore belli non deberi distributiones, & ita in hac parte constare de Iustitia Sententiæ.

Vtraque parte informante &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Bononien Fideicommissi de Pepulis.

Mercurii 27. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommissaria diuisa ab onere fideicōmissi fiunt immunia. Appellatione hæredum, & successorum qui veniant. Variæ dictiones examinantur, & alia de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas ex actis iustificari potest.*
2 *Limitatio, & restrictio facta contrà tertios, illos non egreditur.*
3 *Dictio* solamente *est taxatiua.*
4 *Dictio* Non mai *aufert omnem potestatem.*
5 *Instrumentum habens relationem ad capitula ad illa referri debet & num.* 6. & 7.
6 *Declaratio, & inclusio capitulorum non immutant illorum substantiam.*
7 *Dictio* fortasse *est nota dubitationis.*
8 *Hæredum nomine in materia fideicommissi veniunt hæredes sanguinis.*
9 *Appellatione hæredum comprehenduntur etiam extranei.*
10 *Appellatione hæredum, & successorum continentur solum singulares successores, non autem hæredes extranei.*
11 *Clausula* ad habendum *quomodo intelligenda.*
12 *Bona fideicommissaria, quando diuiduntur libera ab omni onere euadunt.*
13 *Testium depositiones actus dubios declarant.*

DECISIO CCCXCI.

DVAE in hoc Sac. Tribunali emanarunt sententiæ fauore hæredum q. Comitis Francisci de Pepulis, in quibus pronunciatū fuit fideicommissum cōuentionale per Iacobum, & fratres de Pepulis institutum fuisse remissum per trāsactionem initam inter Co. Io. & dictum q. Co. Franciscum, causaque mihi commissa in gradu appellationis censuerunt DD. illas esse confirmatidas.

1 Validitas † enim resultat ex actis, & à partibus non controuertitur; Iustitia verò constat ex clara conuentione inita in capitulis transactionis per hæc verba *s'habbia per espressa ogni preferua delle sue ragioni, &c., e questo però contro à terzi solamente, e non mai con il Signor Co.* 2 *Francesco, e suoi heredi, e successori*, quæ † limitatio, & restrictio facta contra tertios operatur, quod pro parte Francisci remaneat libera, & fideicommissum quo ad ipsum censeatur extinctum, nec post eius mortem possint hæredes molestari *Crot. in l. qui Roma* §. *duo fratres ff. de verb. oblig. Gionagn. consil.* 100. *numer.* 17. *lib.* 5. *Fusar. de subst. quæst.* 793. *numer.* 31. *cum alys allegat. in dec. coram bon. mem. Veraspio, & coram R. P. D. meo Ottalora*, attenta præsertim dictione 3 *solamente*, quæ † est taxatiua, & restricta ad tertios *dec.* 426. *num.* 5. *part* 2. *recent.*, & in dictione 4 *Non mai*, quæ † aufert omnem potestatem ab actu vtendi scilicet iuribus reseruatis contra Co. Franciscum, eiusque hæredes, & successores, atque omne futurum tempus, & omnem casum includunt, vt *in Romana residui dotis* 11. *Decembris* 1658. *confirmata* 7. *Ianuarij* 1660. *coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quibus non obstat repetita exceptio, quod nempè contrahentes recessissent per Instrumentum, deindè celebratum, in quo voluerunt remanère saluo iure fortasse purificando ad fauorem alterius ex transigentibus, altero decedente sine filijs capacibus fideicommissorum, &c. quoniam cum † Instrumentum 5 esset incompatibile cum capitulis factis à partibus, & Instrumento à Notario extenso *per text. in l. Item quia* §. *vltimo vbi communiter DD. ff. de pact. Alex. consil.* 156. *numer.* 8. *lib.* 9. *Rot. coram Merlin. decis.* 608. *num.* 77. *recent. decis.* 250. *num.* 16 *part.* 6. *& decis.* 287. *num.* 7. *& 8. par.* 9. *recent.*, *& in Romana Casalis veteris* 4. *Iunij* 1655. *&* 11. *Decembris* 1658. *coram R. P. D. meo Albergato*, maximè

6 ximè quia † Instrumentum se refert ad Capitula *Add. ad Gregor. decis. 168. num. 8. in fine*, vel ad euitan. contrarietatem dicendum est verba Instrumenti fuisse concepta retento eodem themate Capitulorum, quod nempè reseruatio fieret contra tertios cum † ea non possint
7 intelligi de iuribus antea remissis, & renunciatis, *Socsin. Sen. conf. 43. num. 4. lib. 4. Cyriac. controu. 283. num. 57. & 58. cum alijs allegatis in secunda decisione bon. mem. Verospij 11. Februarij 1664., §. tunc verò remissioni in fine* præsertim, quia vt præmissum instrumentum se refert ad Capitula ibidem inserta, & in eorum exequutione processit, imò cum declarationibus, & re-
8 seruationibus, de quibus in eisdem Capitulis, & non aliàs aliter, nec alio modo, & obseruarunt decisiones bon. mem. Verospij, scilicet prima §. hinc obesse, & secunda §. à tenore.

Nec aduersatur quod contrahentes protestati fuerint velle stipulari Instrumentum cũ additione, & declaratione vltra prædicta, quia hoc semper intelligitur circa clausulas, & alias cauthelas non immutantes substantiam Capitulorum, quam saluam esse voluerunt, imó
9 ex eis † sola declaratio, & inclusio non autem immutatio potest inferri *ad text. in l. heredes §. si quid post, ff. de test. Surd. decis. 285. num. 9. Rot. coram Buratt. decis. 199. num. 5.*, & omnem casum possent verificari in alijs fideicommissis in Capitulis non expressis, & transigentibus ignotis, non autem in conuentionali purificato, & remisso, vt benè colligitur in illa dictione *fortasse* purificanda, quæ tradit dispositionem ad fideicõmissa futura, & ignota, de quibus con-
9 trahentes dubitabant cum † talis dictio sit nota dubitationis *l. gallus §. fortasse, ff. de lib., & post Rot. decis. 533. num. 7. in fine part. 4. rec.*

Quæ omnia comprobantur ex incompatibilitate, quæ alias resultaret in tota dispositione si enim bona diuita per obitum Comitis Frãcisci sine filijs ad eumdemmet Comitem Io. deuoluẽda forent euaderet frustatoria promissio antea facta de non inferendo molestias hæredibus, & successoribus Francisci, vt cum *Ruin. conf. 134. numer. 13. & 14. lib. 2. & alys ponderat prima decisio bon. memor. Verospij 5. Martij 1660. §. 1.*

Nec ista incompatibilitas saluari potest ex
10 responsione data, quod nomine † hæredum in hac materia fideicommissi veniant solum hæredes sanguinis, tum quia transactio nè dum emanauit super fideicommissis, sed etiã liberis, illisque in diuisione positis, & eo casu
11 subtappellatione hæredum certum est compræhendi etiam extraneos, *Bero. conf. 61. n. 74. lib. 1. Alex. conf. 120. numer. 5. lib. 1. & firmauit Rota in Romana Legati 1. Martij 1660. §. non subsistit in fine coram R. P. D. meo Benilaqua*, tum quia in reseruatione fideicommissi etiam complicata Iura legitimæ emphiteusis, & alia credita respectu quorum nullo pacto intrat restrictio ad hæredes sanguinis, & propterea, nec intrare debet, quo ad reseruationem ad tradita per *Surd. conf. 471. num. 42.*, eoque minus dum reseruatio est contra tertios tantum, vt nunquã contra Com. Franciscum, suos hæredes, & Successores, sicque nomen hæredum ponitur aduersatiuè ad contradistinguendum eos à
12 à tertijs, † quorum appellatione continentur solum singulares successores, non autem hæredes extranei *Carlocan. de Iudic. tom. 2. disput. 11. numer. 3. vers. tertium possessorem Gusman. de euict. cap. 11. num. 75.* tum demum quia in Instrumentis transactionis, & diuisionis adiectæ sunt clausulæ remissionem importantes, & hęredes extraneos includentes hoc est pro hęredibus, & successoribus, quibuscumque ad habendum, vt pluribus relatis firmauit *Rota in Romana fideicommissi de Villanis 15. Ianuarij 1660 §. ex quibus denique, & in 2. §. hinc perspecta.*

13 Et in casu nostro dicta clausula † *ad habendum* etiam specialitatem à partibus conuentã, vt ex Instrumento trãtactionis impress. pag. 8. nec potest intelligi, quod bona libera sint, dũ controuertitur, quo ad omnia bona diuidenda, & pariter quo ad omnia bona fuit expressum pro qualibet eorum parte, vt in dictis Instrumentis transactionis, & diuisionis, & in puncto respondet *Rota in dicta Romana fideicommissi de Villanis coram bon. me. Bichio.*

Præterea magna concurret inæqualitas respectu Com. Francisci, qui posuit in diuisione eius detractiones, & alia bona libera ingentis valoris, quæ Com. Io. irreuocabiliter acquisiuit, & viceuersa debuisset recipere modicum vsumfructum sua vita durante in bonis fideicommissi, pro cuius consequutione, nec eius poterant esse capaces tanquam prouenientes ex radice infecta, quare ad euitandam inuerisimilem inæqualitatem dicen-
14 dum est, quod † verè intellexerint relaxare inuicem bona diuisa libera ab omni fideicõmisso *Decian. conf. 2. num. 86. lib. 2. cum alys allegatis in dicta decis. 1. bon. mem. Verospij 1660. in fine* aduertendo, quod calculo dato pro Com. benè responderunt pro parte hæredum Comitis Francisci.

Eoquè facilius attentis depositionibus plurium testium, & signanter vnius Instrumentarij probantis voluntatem contrahentium fuisse, quod quisque suam ratam obtentam liberè retineret, qui licet patiantur exceptiones tamẽ præterquam quod hæc fuerunt sublatæ per informantes pro hæredibus in hunc
15 casum † benè deseruiunt pro adminiculo in declaratione actus dubij, *Alex. conf. 74. num. 14. lib. 4. Gabr. conf. 51. numer. 8. Rota coram Seraph. decis. 1302. numer. 1. & coram Buratt. decis. 168. numer. 22. & decis. 616. num. 16. vbi Add. littera B, & in Auenionen. legitimæ 8. Iunij 1657. §. Tùm quia coram bon. memor. Verospio 1660. §. Præterea & in secunda §. penultimo.*

Cætera verò, quæ denuo ab Informantibus pro Comite Ioanne obiciuntur fuerãt abunde sublata in decisionibus in præteritis instantijs emanatis, quarum fundamenta iterum Dominis placuerunt.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. BOVRLEMONT

Bonien. Fideicommissi de Sauijs.

Mercurij 27. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Professus in Religione bonorum capaci ni bona fideicommissaria est admittendus cum appareat de verisimili mente testatoris illum admittendi, & reijciuntur fœminæ, quæ aptæ non sunt ad conseruandam agnationem, & familiam, vti Religiosus, qui quandiu viuit dicitur conseruare familiam.

SVMMARIVM.

1. *Appellatio debito tempore interposita excludit rem iudicatam.*
2. *Causa desertio vt euitetur sat est quamcumque diligentiam adhibitam fuisse.*
3. *Sententia iniusta transitum non facit in iudicatum.*
4. *Religiosi professi in religionibus bonorum capacibus ad fideicommissa admittuntur.*
5. *Religiosus donec viuit dicitur conseruare familiam, agnationem, & eo defuncto bona ad vocatos reuertuntur & nu. 6. & 7.*
8. *Religionis exclusio non præsumitur, sed euidenter apparere debet.*
9. Decis. 135. part. 7. recent. & decis. 55. num. 20. post Salgad. in labyrint. Credit. *in quibus terminis procedant.*
10. *Religiosi in bonis iurisdictionalibus succedere prohibentur.*
11. *Religiosus nihil proprij habere potest.*
12. *Religiosus conseruat iura sanguinis, & agnationis.*
13. *Linea masculina in fœminis verificari nequit.*
14. *Fœmina apta non sunt ad conseruationem agnationis.*
15. *Successio quamuis religiosi est admittenda, quando congruit menti testatoris.*

DECISIO CCCXCII.

PER mortem Iosephi de Sauijs vltimi masculi vocati in fideicommisso Ordinato per q. Ludouicum de Sauijs orta est controuersia inter eius Vxorem & filiam ex vna & fratrem Ioannem Baptistam Professum in Religione Sancti Francisci, quis eorum deberet succedere, & excluso Monasterio per sententiam latam ab Eminentissimo D.meo Cardinali Celso fuit in gradu appellationis sępius coram Reuerendissimo Gerundeñ propositũ dubium, An constaret de re iudicata & tandem coram me in eius locum suffecto negatiue DD. responderunt.

Siquidem cum fuerit debito tempore appellatum, & causa appellationis commissa
1 bene † excluditur res iudicata ex relatis per addentem *ad Gregor. decis. 575. num. 14.* cum
2 ad euitandam † cautæ desertionem satis sit quæcumque diligentia *Rota in Lucana pensionis 5. Decembris 1653. coram R. P. D. meo Benilagua,*
3 & fortius attenta iniustitia sententiæ, † quæ impedit illi transitum Iudicatum *decis. 132. num. 10. part. 7. recent.*

Iniustitia autem deducebatur, ex quo fuit exclusus frater Ioannes Baptista, qui est vnus de comprehensis in substitutione, de qua agitur non obstante quod fideicommissum factum fuit pro conseruanda agnatione & familia ipsius Testatoris eiusque hęredum, quia vbi non repugnat qualitas bonorum, & Te-
4 statoris voluntas, semper in huiusmodi † fideicommissis admittuntur Religioti Professi in religionibus bonorum capacibus in cõmuni *Argelus de aquirenda possessione quæst. 3. art. 29. n. 775 Redenasc. cons. 52. nu. 50. & magistraliter fuit dictum in Bononien fideicommissi de Blanchettis 25. Ianuarij 1632., §. quo vero, & 9. Decembris 1633. coram bon. mem. Cardinali Verospio, & in Leodien. hæreditatis 16. May 1643. & 26. Ianuary 1654. coram bon. mem. Dunoz. & in Romana fideicommissi de Carpianis 13. Ianuary 1651., §. obstan. verò coram bon. me. Verospio.*

5 Ea potissimam ratione quia † Religiosus donec viuit vere & propriè est de sanguine, & agnatione & familiam dicitur conseruare, & per eius exilẽtiam satisfit voluntati Testatoris, vt præter allegatos probat *Decian. cons. 3. nu. 10. & seq. lib. primo & firmauit Rot. decis. 151. num. 1. & 7. part. 3. recent. & in Romana donationis 25. May 1657. §. hinc non viget coram bon. memor. Verospio.*

Quæ fortius videbantur sibi locum vindicare in præsenti, quia non agitur de perpetua administratione Monasterij, sed tantum
6 durante vita Religiosi, † qui donec viuit agna-
7 tionem conseruat eoque † defuncto bona aduocatos reuertuntur, & in hoc etiam satis fit voluntati Testatoris *decis. 1143. num. 1. in fine part. 3. recent.*

Nec ad arguendam voluntatem enixam testatoris pro exclusione in Religione professi donec viuit sufficere videntur verba relata in decisione, quæ coram Eminentissimo D. meo Celso emanauit, & ab informantibus pro fœminis ponderata, & signãter, illa quod Testator voluit omninò, & cum effectu bona
9 in agnatione conseruari, † quia ad hunc effectu debet apparere de euidenti exclusione Religionis *Rota decis. 135. num. 17. part. 7. recent. & in Romana donationis 28. Ianuary 1646. §. animadverti coram bon. mem. Verospio confirmata 25. Maij 1657. coram eodem.*

Hinc cessante tali euidentia exclusionis decisiones per informantes pro altera parte allegatæ, & præsertim † *decis. 135. part. 7. recentior. & post Salga. in labyrint. Cred. decis. 55. numer. 20.* quia cum loquantur in Casu quo, vel clarissimè constabat de voluntate Testatoris excludendi Religiosos, vel nominatim eos excluserat non sunt impropolito casu applicabiles.

Sicut pariter non applicantur Altograd. Pereg. & alij ab iisdem informantibus, & in dicta decisione allegati quia plerique eorum
10 loquuntur in bonis Iurisdictionalibus in quibus Monaci succedere prohibentur de cętero verò semper fuerunt à Rota reiecti.

Nec

Nec vrget, quod interim bona remaneant penes Monasterium non autem penes Reli-
11 giosum, † qui nihil proprij habere potest, quia licèt retineantur à Monasterio durante vita Monaci tamen ipse de eadem commoditate participat, & interim acquisitio hæredi-
12 tatis fundatur in persona Religiosi † in quo conseruantur iura sanguinis, & agnationis vt in his terminis *Decian. dicto cons. 31. num. 54. Rot. decis. 551. num. 7. & 8. part. 3. recentior.* imò cum Monasterium habeatur loco filij satis est ad reiiciendas fœminas ab immissione in bona fideicommissi controuersi, quia non habent qualitates requisitas ad effectum succedendi nempè quod vocatus sit de linea masculina,
13 quod † in fœminis nequit verificari cum in ea non contineantur optimè firmauit *Rot. in Auximana pradij 4. Februarij 1661. coram Eminentissimo D.meo Celso cum alijs ibi relatis in §. licet femina.*

Quare cum hic non agatur in concursu alterius vocati a Testatore, sed fœminarum
14 quæ † nec sunt aptæ ad conseruationem agnationis ex allegatis nec sunt à Testatore voca-
15 tæ eo facilius videtur admittenda † successio Monaci tanquam magis congrua intentioni Testatoris, vt ponderat *Bald. cons. 339. l. 3. Siluat. cons. 19. num. 2. & 3. Rot. decis. 151. nu. 3. p. 3. recent. & faciunt dicta in Romana fideicommissi de Soricijs 22. Maij 1649. coram Carillo, §. quinimo est in Ariminen. hæreditatis 5. Iulij 1660. coram Reuerendiss. Papien., §. sed visa est DD.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CERRO DECANO,

Nunc S. R. E. Cardinali.

Rauennaten. seu Fauentina Cambij.

Mercurij 27. Ianuarii 1666.

ARGVMENTVM.

Cambia non debentur quãdo creditor illorum cum semetipso cambiauit, nisi tamen de voluntate Testatoris constet, quæ etiam tacitè, ex coniecturis elicitur. Ratificatio non inducitur nisi ratificans scientiam Iuris, & Facti plenam habeat ad Scripturas se referens omnium in illis contentorum notitiam habere præsumitur.

SVMMARIVM.

1 *Solutio quando dubium est an in causam capitalis, vel fructuum cesserint, referri debet ad satisfactionem fructuum, ità vt residuum intelligatur, & sit sors principalis.*

2 *Cambia non debentur quando creditor cum semetipso cambiauit, nisi constet de voluntate debitoris, & eius voluntas sufficit, quod tacitè ex coniecturis eliciatur, & nu. 3. & 4.*

5 *Ratificatio æquiparatur mandato in his, vbi speciale requiritur.*

6 *Ratificatio retrotrahitur ad tempus actus celebrati.*

7 *Scientia plena, & distincta tam iuris, quam facti in ratificante requiritur.*

8 *ad Libros, & partitas se referens præsumitur notitiam omnium in illis contentorum habere, & numer. 9.*

DECISIO CCCXCIII.

EO SVB prætextu, quod creditum Lucatelli, & de Via non excederet in sorte principali libras 8770. quodque cambia ab ipsis prætensa ab anno 1639. vsque ad annum 1648. non deberentur ob defectum facultatis cambiandi cum semetipsis, fuerunt iidem Creditores condemnati per sententiã latam à R. P. D. meo Priolo, præuia decisione edita coram bon. mem. Bichio 16. Iunij 1653. ad restitutionem librarum 7372. quas vltrà sortem ab illis de Lega debitoribus receperant. Et ex eisdem rationibus resolutum fuit 5. Decembris 1663. coram me constare de re iudicata, non autem de causis restitutionis in integrum. At hodiè denuò discussa causa super resolutis, visum fuit, suppositum cessare, & proindè recedendum esse à decisis.

Quantitas enim sortis principalis desumi videtur ex publicis Instrumentis solidationis computorum anni 1639. 1644. & 1648. stipulatis inter Creditores, ac Legam debitorẽ, vbi expressè firmatum fuit debitum in summa librarum 12593. Sũmario Lucatelli *nu. 1. & 2.* Quam summam esse sortem principalem, non autem constatam ex cambijs antea decursis, liquet nedum ex Instrumento anni 1644. ibi, *Pro quibus quinque annis fructus siue cãbii dicta sortis librarum 12593. ascendunt, &c. dicto Summario num. 2.* Verùm etiam ex eo, quod Marcus à Lega vsque à principio suæ obligationis, nempè de anno 1635. præcisè ad huiusmodi summam teneri voluit dum fideiussit pro tribus diuersis personis, quorum debitum in simul coaceruatum ad vnguem constituit dictum capitale librarum 12593. dicto summario *nu. 1. litt. A.*

Et ideò parùm videtur obstare declaratio appositа in Instrumento anni 1639. quod debitum fuerit solidatũ occasione residui maioris summæ sortis principalis, & cambiorũ, prouisionum, & aliarum expensarum iuxtà calculum inter partes factum, vndè inferebatur residuum, pro quo Lega fideiussit, non esse simplicem sortem, sed etiam constitutũ ex Cambijs, vt firmant contrariæ decisiones.

Quoniam dicta declaratio exprimit solùm quod debitum ante solidationem cõsistebat in maiori quantitate, occasione sortis principalis, & cambiorum vsque tunc decursorũ, non autem aperit, in quam causam cesserint solutiones factæ, ac bonificatæ de tempore solidationis in excomputationem dictæ maioris summæ, & propterea cum remaneat dubium, an cesserint in causam capitalis, vel potius cambiorum, in hac dubietate intrat
1 legis operatio, quæ † facit vt solutiones præcedenter factæ referri debeant ad satisfactionem fructuum, itaut residuum intelligatur,

& sit

&c sit sors principalis, vt probatur in *l. in iis* 5 *§. apud Marcellum, ff. de solut. & in l. 1. in fin. Cod. eod. tit. vbi Bart. nu.* 1. *Ruin consil.* 136. *nu.* 14. *lib.* 4 *Rota in Romana Cambii* 17. *Februarii* 1642. *§. at si solutio, coram Bichio, & in Ciuitatis Castelli Census* 29. *Maii* 1665. *§. non poterant, coram Leone Verospio.*

Corruit quoq; alterum suppositum, quod
2 scilicet cambia nō deberentur ab anno 1639. vsque ad 1648. ex quo Creditores cambiauerint cum semetipsis. Quia licet sit vera con-
3 clusio, quod † creditor id facere non possit, nisi constet de voluntate debitoris, certum
4 est † tamen, ad istum effectū sufficere, quod huiusmodi voluntas etiam tacitè ex coniecturis eliciatur. vt dixit *Rota post Turr. de Cāb. decis.* 33. *numer.* 7. *in Romana Cambii* 30 *Ianuarii* 1665. *in principio, coram R. P. D. meo Beuilaqua*, & etiam admittitur in decisione huius causæ.

In proposito autem videtur constare de tacita voluntate debitoris, dum ipse in vltima solidatione computorum facta de anno 1648. omnes partitas Cambiorum approbauit, ac ratificauit, constituendo pro illis se verum, & legitimum debitorem, summario
5 Lucatelli *num.* 4. Ratificatio enim æquiparatur mandato etiam in his, vbi speciale requiritur, *l. quod si de speciali, vbi Bald. ff. de minor, Surd. consil.* 60. *num.* 14. *Gratian. discept. forens. cap.* 704. *numer.* 24. *& sequ. Rota coram Merlino decis.* 363. *num.* 3. *cum allegatis in decis.* 116. *num.* 21. *coram Eminentiss. D. Card. Ottobono*. Quinimò retrotrahitur ad tempus actus celebrati, vt benè tradit *Surd. vbi supra numer.* 14. *& Gabr. consil.* 194. *num.* 5. *lib.* 1.

Nil reuelante responsione alias data, quod debitor non habuerit notitiam de Cambiis contractis ab ipsis met creditoribus, ideoque deficiat principale requisitum in hac materia
7 videlicet plena, & distincta scientia in ratificante, tàm Iuris, quàm Facti ex relatis in *decis.* 5. *Decembris* 1663. *§. expressa.*

Quia ex lectura dicti Instrumēti anni 1648 satis comprobatur scientia debitoris, dum ibidem ad solidationem computorum deuenit, habita ratione ad partitas existentes in li-
8 bris rationis Bancariæ; cum † enim hoc præsupponat eorundem librorum, & partitarum inspectionem, inde præsumitur quoque totalis scientia contentorum in dictis libris, & signanter litterarum, quæ vocantur dell'Andata, siue Spacci, in quibus apparet, creditores cambiasse cum semetipsis, vt in his præcisis terminis firmauit *Rota in Romana Cambiorum post Turr. de Camb. decis.* 34. *§. quod in casu nostro, vers. ex huiusmodi enim computorum*
9 *visione.* Et † generaliter in omni materia, vbi quis ad aliquas Scripturas se refert, censetur habere notitiam eorum, quæ in scripturis continentur, vt late dictum fuit in *Romana Apothecarum* 8. *Iunij, §. scientia vero* 1654. *&* 25 *Iunij* 1655. *coram Bichio in princip. vers. ad quæ cum in dicto probemio.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Romana Saluiani.

Mercurii 27. *Ianuarii* 1666.

ARGVMENTVM.

Saluianum competit contra debitorem debitoris, non secus, ac contra principalem debitorem, & agēs ex iure alterius in eius iura succedit, & eædem actiones competunt, quæ cedenti. Retentio quando competat.

SVMMARIVM.

1 *Saluiani extremis necessarijs probatis immissio ex hoc indicio conceditur, & num.* 6.
2 *Creditum cum hypotheca ex publico Instrumento instificari potest.*
3 *Possessio anterior probatur ex associatione petita ad bona alteri in satisfactionem concessa, & nu.* 4.
5 *Possessio ex litis substentatione, benè desumitur.*
7 *Saluianum competit contra debitorem debitoris non secus, ac contra principalem debitorem.*
8 *Agenti ex iure alterius, competunt omnia iura, in cuius locum successit.*
9 *In Saluiano ad auocandam possessionem bonorum debitoris, sufficit extrema probata fuisse absque alia diligentia.*
10 *Creditor quod possit executiue procedere contra debitorem sui debitoris, in forma Camerę obligatiū, regula quando intret, & vide sub num.* 9.
11 *Partitæ in Actis non productæ, nihil probant.*
12 *Retentio solum competit quando ad creditorem perueneruut ex eodem titulo, pro quo vult illa retinere.*

DECISIO CCCXCIV.

IN SATISFACTIONEM Gābirasij Creditoris pro Cambio scutor. 1000. & mercibus ab eius Fundaco receptis, cesserunt Fratres de Filonardis creditum scut. 4000. illis debitum à Sabellico, cuius vigore cessionis cum obtinuisset Gambirasius associationem super certis Bouis in Territorio Frosinonis, ad Sabellicum spectantibus. Guarnerius Canallerinus eorumdem fratrum de Filonardis creditor anterior, immissionem obtinuit in possessionem Bonorum, vt supra à Gambirasio possessorum excepto Palatio, ad effectū sibi de suo credito satisfaciendum. Cumque iudicium immissionis etiam super Palatio intentasset, commissa mihi fuit causa Appellationis, cum clausula, *Constito*, quod sit locus Ægidianæ, & remissa etiam deinde per Signaturam causa super immissione; vnde proposito hodie dubio, an sit locus AEgidianæ, seù potius sit danda immissio DD. omissa prima parte dubij ad secundam affirmatiuè responderunt.

1 Quia constat de extremis in Saluiano ne-
2 cessarijs; creditum † enim cum hypotheca resultat ex publico Cambij Instrumento Camerali obligatione vallato, & anteriori cre-

dito

dito Gambirasij, *Roland. à Vall. consil. 14. nu. 3. lib. 10. Altograd. consil. 4. num. 10. vbi alios plene enumulat, lib. 1. Rota decis. 133. num. 3. apud Merlin. de pignor. & in Tudertina Saluioni 27. Iunii 1663. §. de credito, coram R. P. D. meo Beuilaqua.* Possessio anterior Sabellici, ex mandato de associando, vt supra per Gambirasium obtẽto satis probatur, ex † quo petens associationem expulso alio tamquam detentore, hunc possidere fatetur, *Alex. consil. 133. nu. 13. lib. 6. Cauett. consil. 188. num. 5. Menoch. de recuper. remed. 1. nums. 215. & seqq. Rota decis. 561. nu. 2. part. 2. recent. cum alys in Monopolitana Bonorum 25. Iunij 1663. coram R. P. D meo Priolo.*

4 Possessio autem Gambirasij probata remanet ex associatione ab ipso iudicialiter obtẽta super bonis, de quibus est quæstio, vt in his terminis dixit *Rota in Romana Saluiani 20. Martij 1651. sub §. sententiarum, vers. vtraque vero possessio, coram bon. mem. Vemspio, & in Farfen. seu nullius Saluiani 30. Maii 1664. §. quodque, coram me.* Iuncta præcipuè † litis substẽtatione, *Altograd. dicto consil. 4. numer. 12. lib. 1. cum alys in Romana Saluiani 29. Nouembris 1655 § possessio denique, coram bon. mem. Dunozetto, & in Romana Saluiani 1. Aprilis 1658. §. de possessione, coram me.* Quibus in † hoc iudicio probatis passim immissionem concedi, firmant *Engen. consil. 65. num. 86. lib. 1. Menoch. de adipiscen. remed. 3. quæst. 29. nums. 161. Rota in decis. relat. in Ciuitatis Castelli Bonorũ 17. Martii 1662. coram R. P. D. meo Beuilaqua dicta Farfen. seu nullius, vbi supra Romana Saluiani 6. Februarii 1665 & in Tudertina Saluiani 20. Martii eiusdem anni in princip. coram me.*

Nec deficit extremum possessionis debitoris, nam licet bona, de quibus agitur, nunquam fuerint possessa à Filonardis debitoribus Cauallerini, sufficit tamen ad effectum, de quo agitur, quod possessa fuerint à Sabellico debitore fratrum de Filonardis, cum 7 Saluianum † competat cõtra debitorem debitoris non secus, ac contra principalem debitorem directè intentari posset, *leg. nomen 4. vbi D D. ff. quæ res pignor. oblig. possint. Roland. à Vall. consil. 9. num. 18. lib. 1. Surd. consil. 131. num. 1. Gratian. discept. 507. num. 6. Rota decis. 50. num. 65. post Merlin. de pignor. & in Romana Domorum de Regardis 28. Ianuarii 1650. §. & iustitia, coram bon. mem. Dunozetto.* Quia † cum 8 Cauallerinus agat ex iuribus fratrum de Filonardis, dicitur in eorum locum succedere, eidemque competunt illorum iura, & vtiles actiones, quarum vigore datur Saluianum, vt declarat *Rota Maceraten. apud Thomat. decis. 44. num. 9. & seqq. lib. 1. Merlin. decis. 2. num. 1 & duobus seqq. & post Zacch. de obligat. Camer. decis. 174. num. 1. & seq.*

Prout opponi nequit, quod dum Cauallerinus agere intendebat contrà nomen debitoris illorum de Filonardis id tenebatur facere eodem nomine debitoris citato. Hoc enim procedere potuisse dicebant Domini si in actione personali iudicium fuisset institutum, secus autem dum hypothecariè actum 9 fuit, & in remedio vtilis Saluiani, in † quibus terminis ad auocãdam possessionem bonorum debitoris, sufficit † prædicta extrema fuisse probata absque alia discussione, vel diligentia, iuxta distinctionem *Surd. consil. 4. num. 28. & seqq. Rota decis. 760. num. 2. in fine, par. 2. recent.* Praxis enim faciendi huiusmodi citationem, quam ponit *gloss. relat. per Grattan. dicta discept. 507. num. 14.* non videtur procedere quando debitor non potest negare debitũ, sed de illo constat ex publico Instrumento obligatione Camerali vallato, & ex confessione eiusdem Gambirasij, qui in bonis Sabellici tanquam debitoris sibi cessi à Filonardis associationem obtinuit; Tunc enim po- 10 tius intrat regula, quod † potest creditor executiuè procedere contra debitorem sui debitoris in forma Cameræ obligatum, *Paris. consil. 107. num. 88. lib. 3. Rota coram Buratt. decis. 937. num. 5. post Zacch. de obligat. Cameral. decis. 161. num. 14. decis. 190. num. 14. & 15. cum aliis in Romana Mercium 28. Iunii 1655. §. executio vero, coram Eminentiss. D. Card. Celso, & in Romana Camby 4. Iulii 1659. in principio, coram me.*

Sub prætextu demum, quod nomen debitoris pro tertia parte spectet ad Flaminium de Filonardis sibi obligatum, Gambiratius retentionem opponere non potest, tùm quia obligatio Flaminij, non probatur ex promissione de rato ab eius fratre facta sine eiusdem ratificatione, *Buratt. decis. 810. num. 1.* nec ex 11 partitis † fundacalibus, quia non sunt in Actis productæ, *Adden. ad san. mem. Gregor. XV. decis. 224. numer. 6. Rota in Melfiten. Litterarum Cambit 2. Maii 1665. §. nec obstant, coram Eminentiss. Cardinal. Celso*, quodque magis vrget bona, de quibus agitur, ad Gambirasiũ peruenerunt in vim crediti, quod habebat cum alijs fratribus diuersi à debito Flaminij, qua 12 ratione excluditur retentio, quæ † solum competit, quando ad creditorem peruenerũt ex eodem titulo, pro quo illa vult retinere, iuxta distinctionem *Bartol. in l. si non sortem 26 §. centum, num. 8. ff. de condit. indebit. Rota coram Card. Caualer. decis. 539. num. 4. & aliis relatis in Amerina Successionis 22. Iunii 1647. §. ex alio, coram R. P. D. meo Beuilaqua, Romana, seu Veliterna Afflictus 15. Decembris 1659. §. retentionem, coram bon. mem. Verospio, & in Romana, seu Perusina Donationis 29. Ianuarii 1663. §. à quo iuris rigore, coram Reuerendiss. Ainot.*

Et ita altera tantum Gambirasio pluries citatum, resolutum fuit, &c.

R. P. D. BEVILAQVA
Romana Fideicommiss. de Alberinis.
Mercurij 27. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario bonis fideicommisso subiectis, ad suis fauorem purificatis, immissio in vim, *l. final. Cod. de edict. Diu. Adrian. tollend.* competit, & debent prius per hæredem grauatum fieri detractiones, dummodo credita non sint illiquida, quæ si sint talia immissionem fideicommissario impedire nequeunt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſo ad fideicommiſſarij fauorem purificato, immiſſio denegari nequit.*
2 *Remedium*, leg. final. Cod. de edict. Diu. Adrian. tollend. *competit fideicommiſſariis, & hæredibus directis.*
3 *Fideicommiſſario antequam immiſſio concedatur debent ab hærede grauato fieri detractiones.*
4 *Declara tamen ſi detractiones, & credita ſint clara.*
5 *Credita, & detractiones illiquidæ non valent immiſſionem fideicommiſſariis impedire.*
6 *Fructus per hæredem grauatum percepti ſunt cum detractionibus illi competentibus compenſandi.*
7 *Fructus per meliorantem lite pendente percepti debent cum meliorationibus compenſari.*

DECISIO CCCXCV.

TRES aliæ Deciſiones in hac Cauſa emanarũt, in quarum Prima ſub die 23. Iunij 1662. abſolutè fuit DD. Laurentio, & Angelo, decreta immiſſio in omnibus bonis per Paulum Alberinum fideicõmiſſo ſubiectis. In ſecunda 21. Maij anni ſequentis fuit excepta quarta pars Bonorum ad Equ. Fuluium, Pauli fideicommittentis fratrem ſpectan. & à D. Clementia, ex perſona Iacobi Viri, & D. Fuluij Donatarij prætenta. In vltima vero ſub die 10. Decembris 1664. ex pluribus Creditis, & detractionibus, per eandem Clemẽtiam deductis, fuit ſolum admiſſa partita ſcu. 6500. dicto qu. Iacobo debitorum ex cauſa medietatis dotis Pantę de Citara eius Matris. Reliquę autem partitę viſæ fuerunt in ſubſiſtentes ad retardandam immiſſionem aduerſus, quas reſolutiones audita denuo Clementia, Domini hodie cenſuerunt fideicommiſſarios immittẽdos eſſe in tribus partibus omnium bonorum prouenientium ex hæreditate Pauli, & Equ. Fuluij relicta in ſuſpenſo alia parte dd. bonorum, per ipſam Clementiã retinenda, vſque ad aliam diſputationem particulariter ſuper ea inſtituendam.

Nam cum nunquam fuerit in controuerſiam poſita exiſtentia fideicommiſſi Pauli Alberini illiuſque purificatio ad fauorem Laurentij, & Angeli, ac bonorum identitas,
1 quæ ſunt requiſita Immiſſionis, vtique † nõ poteſt denegari, vt cauetur in *l. final. Cod. de*
2 *edict. Diu. Adr. tollen.* cuius † remedium æquè competit fideicommiſſarijs, ac hæredibus directis, *Peregrin. de fideicomm. artic. 43. numer. 49. Rota decif. 134. num. 269. par. 3. recen. & decif. 19. poſt Cenſal. ad eundem Peregrin. vbique num. 1.*

Non obſtat exceptio detractionum, quæ prætenduntur ratione dictæ medietatis dotis Panthę de Citara Matris Iacobi vltimi hæredis grauati, iuxta formam in principio vltimæ deciſionis. Item dictæ partis tam Catalis Trefuſæ, & Trefuſellæ, ex perſona Equ. Fuluij, quàm Caſalis Fiaſcalis Prædiorum delle Morene, pro rata ſcut. 4068. nec non Palatij ad Valles, ac Domorum in via Bancorum exiſtentium, ac demum meliorationtorum in dicto Palatio ad Valles, à dicto Iacobo factorum, aliarumque Partitarum in calculo ad partes dato, ad creditũ dictæ Clementiæ relatarum, ex quibus iterum dicebatur ius fideicommiſſariorum, reddi incertũ,
3 vt antequã † illis detur immiſſio debent fieri ad tradita per *Surd. in decif. 333. num. 15. & Rota in decif. 378. num. 1. coram bon. mem. Merl.*
4 *& apud Buratt. decif. 946. in fine*, quia † concluſio procedit quãdo detractiones, & credita sũt clara. At quando vel non debentur, vel ſaltem ſunt turbida, & illiquida, vt in præſenti patet ex reſpõſionibus ſigillatim ſingulis partitis datis in dd. tribus deciſionibus, & ſignãter in poſtrema, & in hodierna diſputatione
5 per informantes pro † fideicommiſſarijs, & hoc caſu non ſunt aptæ detractiones ad impediendam Immiſſionem fideicommiſſarijs habentibus fundatam intentionem in claro, & non in cõtrouerſo fideicõmiſſo in eis perſonis purificato. *Menoch. conſil. 180. num. 27. & tractat. de adipiſcen. remed. 4. numer. 759. & 760. Argel. de legit. contrad. quæſt. 2. num. 187. 206. & 224. Cyriac. controuer. 426. num. 58. Rota coram Buratt. deciſ. 326. numer. 5. & in recent. deciſ. 36. num. 1. part. 1. & in aliis paſſim.*

Accedit pro huiuſmodi exceptionis omni moda turbiditate ad vlterius impediendam Immiſſionem perceptio fructuum ex bonis fideicommiſſarijs in maxima quantitate per Clementiam ab initio incoatæ litis, vſque in præſentem diem ad quorum reſtitutionem
6 tenetur, & cum detractionibus † ſi quæ verè deberentur ſunt compenſandi in illarum extinctionem, *Caſtr. in l. quod de bonis, §. quod Auus num. 1. ff. ad l. falcid. Pariſ. conſil. 25. nu. 65. lib. 2. Rota deciſ. 27. num. 1. & deciſ. 391. ſub numer. 6. par. 5. deciſ. 249. num. 25. par. 6. recen. coram bon. mem. Merlin. deciſ. 378. num. 2. & poſt Cenſal. ad Peregrin. de fideicommiſſ. deciſ. 5. nu. 1. & deciſ. 43*
7 *nu. 12.* Sicuti † etiam cum fructibus per meliorantem lite pendente perceptis ſunt compenſanda meliorationa, quæ ab ipſo prætẽduntur facta in re reſtitutioni ſubiecta, ad *tex. in l. ſumptus 49. & l. emptor 61. vbi gloſſ. in verb. ſuperflue, & in verbo eos, ff. de rei vindicat. Garz. de expenſ. cap. 23. num. 58. Rota deciſ. 136. nu. 5. & deciſ. 650. nu. 6. par. 2. deciſ. 547. in fine, par. 5 & deciſ. 318. num. 29. par. 6. recen.* Et nihilominus ne huiuſmodi detractionum exceptione amplius retardetur Immiſſio in omnibus bonis Domini illam in tribus partibus, modo quo ſupra decreuerunt.

Vtraque parte informante, &c.

REVERENDISS. CERRO DECANO

Nunc S.R.E. Cardinali.

Romana Fructuum Cenſus.

Veneris 27. Ianuarii 1666.

ARGVMENTVM.

Bona quod ſint hæreditaria, ex quibus probari poſſit. Res in Dotem aſſignata, an dicatur fundus Dotalis, licet à principio tradita fuerit

rit æstimata. Mulier si ex sua obligatione ad fauorem viri contracta bonorum Dotalium distractiones fuerit passa potest in crediti sui Dotalis satisfactionem tot bona viri in solutum accipere. Confessio receptionis Dotis an in creditorum anteriorum præiudicium retrotrahi possit.

SVMMARIVM.

1 *Bona quod sint hæreditaria probari potest ex eo, quod vti talia fuerunt in Inuentario ab hærede descripta.*
2 *Confessio contra confitentem, & ab eo causam habentem probat.*
3 *Bona per hæredem in sui crediti satisfactionem detenta, præsumuntur per imaginariam solutionem appropriata.*
4 *Confessio facta de receptione Dotis, illius traditionem non probat in præiudicium tertii.*
5 *Confessio de receptione Dotis, præsumitur facta sub spe futuræ numerationis, vel in fraudem creditorum, vel prohibitæ Donationis inter virum, & vxorem.*
6 *Confessio dotis stante simili promissione facta viro aliquam meretur fidem.*
7 *Mulier pro consecutione sui crediti dotalis fundum sibi in dotem assignatum, non alia viri bona appropriare potest.*
8 *Res assignata in Dotem, dicitur fundus dotalis, licet à principio tradita fuisset æstimata.*
9 *Onus dotandi filiam ad patrem spectat.*
10 *Mulier in solidum promittens, præsumitur pro viro intercessisse.*
11 *Mulier ex sua obligatione bonorum dotalium passa distractiones statim efficitur creditrix hæreditatis viri, & potest in sui crediti satisfactionem tot bona viri in solutum accipere.*
12 *Creditor anterior posteriori semper est præferendus.*
13 *Hypotheca ad fauorem mulieris, & illius hæredum an à die distractionis bonorum dotalium, vel à die contractus dotis incipiat.*
14 *Confessio receptionis dotis in anteriorum creditorum præiudicium retrotrahi nequit.*

DECISIO CCCXCVI.

HILARIVS & Ioannes Iunior de Ciarlãtibus, vt impedirent executionem mandati in Tribunali A.C. relaxati fauore Agatę, & Hieronymi de Grossis contra bona hæreditaria Io. Ciarlantis Cessionarij pro fructibus Census in sorte scut. 400. vtendo Cautela ab Angelo de Perusio adinuenta *in l. à Diuo Pio, §. si super rebus numer. 5., ff. de re ind.* iudicialem declararunt fornacem, ac domum cum domunculis simul iunctis, Vineam, ac Viridarium extrà Portam Militum leuis Armaturę proprio iure non autem hæreditario Ioannis debitoris possidere protestantes quod super illis ad executionem non procederetur super cuius cautelæ iustificatione licèt in eodem Tribunali pronunciatum esset attamen in gradu appellationis repropositio dubio, An super bonis in illa contentis mandatum esset exequendum fuit resolutum affirmatiuè.

Quoniam controuerti non poterat quin bona specificata in dicta Cautela fuissent hæ-
1 reditaria Ioannis debitoris Census dum † vti talia leguntur descripta in Inuentario hæreditario à Margarita Vxore, & Tutrice filiorum D. Ioannis de anno 1627. confecto *ad text. in l. Tutor qui repertorium, ff. de admin. Tutor. & in*
2 *l. fin. C. de anbr. Tutor.* quæ † confessio sicut probaret coram Margaritam, ita etiam probat contra Hilarium, & Ioannem Iuniorem ab ea causam habentes *Rot. coram Card. Caual. decis. 178. numer. 5. & coram Otthob. decis. 225. numer. 8.*

Non obstat quod bona contenta in Cautela teneantur per Hilarium & Ioannem Iuniorem pro credito dotali Margaritæ eorum Auiæ tamquam sibi ipsis hæredibus beneficia-
3 tis Ioannis debitoris † per Imaginariam solutionem appropriata ad notata *in decis. 2. num. 10. & seq. part. 6. & 427. numer. 10. part. 7. recent. & dec. 47. Eminentiss. Otthob. par. nu. 10.*

Nam omisso quod de hoc credito dotali nõ constitit ex sola confessione Ioannis 30. post
4 Annos à die contracti Matrimonij † emissa, quæ regulariter dotis traditionem non pro-
5 bat in præiudicium tertij cum † potius præsumatur, vel sub spe futuræ numerationis, vel in fraudem creditorum, vel prohibitæ donationis inter Virum & Vxorem, vt disponunt clare *tex. in l. 1. & 2 ff. præscript. & notat. singulariter Bart. in l. 2. §. creditum sub numer. 5., ff. si cert. pet. & passim Rot. & signanter in decis. 279. numer. 9. & seq. par. 6. recent. & in Tudertina Saluian. 20. Martij 1665. coram R.P.D. meo Albergato.*

6 Animaduerterunt DD. quod † talis confessio quatenùs ob similem promissionem factam primo Viro aliquid illi esset deferẽdum ex *text. in l. dotem 30. ff. de iure dot.* aliud in effectu non continet quam traditionem trium domorum in Burgo Pio, quæ cum traditæ non fuerint existimatæ nunquam potuerunt in eiusdem Viri dominium transire, sed tem-
7 per remanserunt fundi dotales † contra quos mulier eiusque hæredes debuerunt pro dotis restitutione reuertere non autem ad alia Viri bona pro consequutione huius crediti sibi ipsis appropriare, vt dixit *Rot. in Meleuitana fideicommissi 13. May 1652. §. vltimo coram Reuerendiss. D. meo Bourlemont.*

Præcipuè quia in Instrumento receptæ dotis fuit speciali pacto conuentum quod in euentum restitutionis dotis illæmet domus,
8 vt supra assignatæ restituerentur, quo † casu res assignata dicitur fundus dotalis licet à principio tradita fuisset æstimata, quando vt *Textus in l. si inter Vir. C. de Iur. dot. probat Rot. post Fenzon. ad Statutum Vrbis decis. 189., §. quia licet vers. quorum regula*, & in fortioribus terminis dotis promissæ in quantitate ad Inuestiendum destinata, quando ex pacto debent ipsa inuestimenta restitui *Rot. coram bon. memor. Merlin. decis. 792. nu. 8. & 9.*

Huic irrefragabili motiuo visa fuit non obstare replicatio ex eo desumpta quod de anno 1620. Ioannes, & Margarita coniuges

Timoteam communem filiam Ioanni Lucæ de Fabijs desponsauerint illique insolidum promiserunt tradere dotem in scut. 2000. cuius vigore promissionis eadem Timotea agēs de anno 1635. aduersus Gaudentium, & fratres de Ciarlantibus hæredes Margaritæ obtinuerit easdem domos positas in Burgo Pio
9 deliberari inferendo quod † sicut præcipuum onus dotandi spectabat ad Patrem iuxta *tex. in*
10 *l. fin. C. de dot. promissione* & licèt cum † illo Vxor insolidum promisisset præsumebatur tantum pro Viro interceſſisse *Ofae. decis. Pe-*
11 *dem. 44. numer. 7.* ita † Statim ac illa, vel hæredes ex huiusmodi obligatione passi sunt distractiones bonorum dotalium illico effecti sunt Creditores hæreditatis Viri *Barbos. in l. 1. num. 102. ff. solut. matrim. late Giurb. pluribus comprobans ad consuetud. Mess. cap. 1. gloss. 6. part. 1. n. 1.*
12 adeo vt † potuerit in satisfactionem huius crediti tot ex eiusdem Viri bona Insolutū accipere ex traditis *in dicta decis. 2. numer. 10. part. 2. & 127. num. 14. part. 7. recent.*

Quoniam ex facto responsum fuit quod siue hoc creditum sumat initiū de anno 1635., quo tempore prætenditur subhastatos fuisse fundos dotales siue potius de anno 1620., quo interceſſerit promissio Margaritæ & Viri fauore Timoteæ communis filiæ illud semper remanet longè posterius credito Census impositi de anno 1614. pro quo relaxatum
13 fuit mandatum † cuius executionem potuit exindè impedire *ad regul. vulg. in l. qui prior & l. quoties, ff. de reg. Iur. tradit in specie Bart. in l. si cum dotem §. fin. num. 5., ff. solut. matrim.*

Et quatenùs admitteretur hypotheca hoc casu fauore mulieris, & hæredum primordiū tumpsisse non à die distractionis bonorum
14 dotalium, sed † à die contractus dotis inter Ioannem, & Margaritam, vt voluit *Guttier. de Iuram. contr. part. 1. cap. 2. num. 14. quem sequuti sunt Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 2. part. 4. numer. 24. & Merlin. de pign. lib. 2. tit. 1. quæst. 19. numer. 66.* tamen hoc admisso creditum Census anterius extitit, vtpote contractum de anno 1684. quam dotale initium inter Margaritam, & Ioannem non prius fuit celebratum quam de anno 1624.

Nihil obstante quod in illo asseruerit Ioannis matrimonium fuisse vsque ab anno 1591. concluſum, ac etiam fassus fuerit eo tempore
15 dotes recepisse, quia † huiusmodi confessio nō potest in Creditorum anteriorum præiudicium retrotrahi *ad notat. per glos. & Bart. in l. si in debitum, §. fin. ff. rem ratam haberi, & in proximis terminis est Text. in l. si ego, §. si res alicui, ff. de Iur. Costa Renunciat. cap. 8. cas. 2. num. 11. Merlin. decis. 543. num. 13.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Turritana Canonicatus.

Mercurii 27. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Remissoria in beneficialibus fumo veritatis cōcurrente passim conceditur, & ad hanc obtinendam quid veniat probandum.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria in beneficialibus concurrente fumo concedi solet.*
2 *Collatio facta in mense Sedi Apostolicæ reseruato non tenet.*
3 *Remissoria concedi solet quoties materia articulata est relenans.*
4 *Testes licet ad perpetuam rei memoriam examinati nec releuantes præbent fumum ad obtinendam remissoriam pro illis formaliter repetendis.*
5 *Littera contra scribentem probant.*
6 *Remissoriæ petitio ad aliam probationem faciendam vti calumniosa non est concedenda.*
7 *Remissoria vt concedatur sufficit probare esse dubium id quod in veteribus articulis continebatur.*
8 *Probatio in materia remissoriæ probationem non excludit, sed in discussione principalis dubij debet videri quænam prævaleat.*
9 *Suspicio calumniæ ex quibus excludatur.*

DECISIO CCCXCVII.

CONCLVSVM fuit Gauino Tolæ prouiso Apostolico de controuerso Canonicatu dandam esse remissoriam, quia materia contenta in articulis propositis visa fuit releuans, & datur etiam fumus veritatis, qui-
1 bus † concurrentibus Rota consuevit in beneficialibus illam impartiri, vt post *Cassad. dec. 3. de dilat. dixit coram Coccino decis. 165. num. 5. decis. 246. num. 3. bon. mem. Merlin. decis. 15. num. 1. & decis. 87. num. 13. in Bergomen. Conuentus 27. Iunij 1653. coram Bichio, §. è conuerso, & in Regien. beneficij 19. Ianuarij 1654. in principio coram me.*

Ex eo enim deducitur releuantia, quia dict. Tola iustificare intēdit obitum Leonardi Sequi vltimi possessoris d. Canonicatus in Ciuitate Cirtæ de mense Iunij 1663., quod si
2 probetur necessariò insurgit † collationē Canonicatus ad Sedem Apostolicam à qua ipse illum impetrauit spectare *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 11. n. 1. & gloss. 45. §. si num. 22. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 122. Rota decis. 389. n. 6. par. 9. recent.* & consequenter materia tendens ad iustificandam prouisionem Apostolicam
3 in hoc fundatam est releuans, vt † veniat concedenda remissoria *Rota in Leodien. Abbatiæ 28. Nouembris 1622. coram Vbaldo, & apud Buratt. decis. 65. nu. 1. ibique Add. litera N.*

Fumum vero pro veritate obitus Leonardi in dicto mense DD. deducebant tum ex Testibus ad instantiam dicti Tolæ inductis de
4 visu attestantibus, qui † licèt ad perpetuam

Digitized

rei memoriam examinati non releuent fumum tamen sufficientem præbent ad finem obtinendi remissoriam pro illis formiter repetēdis *Rot. dec. 11 de probat. in nou. dec. 283 par. 1 diuers. coram Greg. dec. 163. nu. 1. & ibi Add. n. 10. apud Merlin. d. dec. 15. nu. 3. in Cæsenaten. Pecuniaria 4. Iulij 1659. §. eoque facilius coram me*. Tum ex literis missiuis Comitis Boruię vna cum dicto Leonardo à Piratis capti formiter recognitis in quibus inter cetera asserit Canonicum pestilentia oppressum sub die 3. Iulij ex hac
5 vita migrasse, quibus literis ob sequutum, deinde obitum Co. scribentis maior fides est adhibenda *Cravett. cons. 6. n. 52. & 61. & cons. 275. num. 6. Panzirol. cons. 112. nu. 44. Grat. discept. Forens. cap. 94. & 429. ibique num. 13. Rota dec. 96 num. 7. par. 4. tom. 2. rec.*

Non obstat quod pendente hac causa corā Iudice litterarum Apostolicarum executore pro parte Tolæ fuerunt alij Testes examinati,
6 & facta probatio, vnde petitio † remissoriæ, ad aliam probationem faciendam vti calumniosa indulgeri non debet *Felin. in cap. de cætero num. 12. de re iudic. Verall. dec. 32 nu. 4. par. 2.* siquidem articuli tunc exhibiti continent probationem obitus faciendi per testes de auditu deponentes in nouissimis verò postquam liberati fuerunt à captiuitate, Testes optimè informati, & qui de visu possunt testificari, hoc fuit specificè positum, qua propter non potest denegari remissoria, ad quem effectū
7 sufficit ostendere † in articulis vltimo loco datis esse lucidius specificatum id, quod illam petens probare intendit, aut esse dubium, idem quod veteres contineant *Abb. in cap. fraternit. nu. 8. de testib. Rot. coram Coccin. dec. 29. n. 2. apud Buratt. dec. 864. nu. 3. penes Merlin. dec. 656. num. 3. & 4. in rec. dec. 181. num. 2. & 3. par. 4. & in Maioricen. Beneficij 14. Decembris 1654. coram me §. non urget.*

Nec demum ad retardandam remissoriam vis potest fieri in attestationibus à Ioāne Pinna collitigāte productis, in quibus dicitur Canonicum decessisse in mense Iunij cum decisione ad eius fauorem 11. Maij anni præteri-
8 ti emanata, quia in † hac materia probatio probationem non excludit, & in discussione dubij principalis videndum erit, quæ nam præualeat, sicuti in specie fuit dictum in *dec. 10. nu. 8. part. 6. rec. & coram Otthob. dec. 24. nu. 2. & 13. & in d. Cæsenaten. Pecuniaria coram me §. hac autem probatio*, iuncto potissimum quod non petitur remissoria à possessore Canonicatus,
9 quo casu cessat etiam suspicio calumniæ, vt aduertit *Rota coram Buratt. d. dec. 68. num. 2.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO

Nunc S. R. Eccles. Cardinali.

Romana Seruitutis.

Veneris 29. Ianuary 1666.

ARGVMENTVM.

In præsenti Decisione amplè ventilatur materia seruitutis itineris, vt patet ex summario,

SVMMARIVM.

1 *Bona omnia censentur libera iuxtà primæuum naturæ statum, non autem in seruitute constituta.*
2 *Asserenti rem aliquam esse in seruitute incumbit onus per concludentes probationes seruitutem iustificare.*
3 *Seruitutem allegans pro se debet probare eam acquisiuisse vel pacto, vel testamento, vel præscriptione.*
4 *Seruitutem transitus prætendens, debet probare transitum iure seruitutis successisse cum potuerit esse iure familiaritatis.*
5 *Ad seruitutem itineris probandam non sufficit qualibet probatio, sed debet esse immemorabilis*
6 *Seruitus discontinua, vt acquiratur sufficiunt decem anni inter præsentes, & viginti inter absentes Sed declara vt num. 7.*
8 *Testes de immemorabili deponentes, ita debent deponere quod actum fuerit à tanto tempore, cuius initii memoria non extet.*
9 Decis. Card. Caualer. 111. *explicatur.*
10 *Testes contra inducentem plenam faciunt probationem.*
11 *Seruitutem itineris qui alitunde quam per vicini prædium habere nequit, per illud transire valet.*
12 *Seruitutem itineris per prædium vicini prætendente vicino requiritur electio situs domino prædij minus damnosi, & solutio.*
13 *Seruituti non est locus, quoties illam obtinendi necessitas cessat.*

DECISIO CCCXCVIII.

PRÆTENDENTE D. Mario de Maximis sibi competere Ius transeundi per tenutas Casalis Rotundi, & Turriolæ ad effectum accedendi cum plaustris, & curribus ab eius Tenuta Floranelli Iudicium instituit contra D. Principem Iustinianum Dominum d. Casalis Rotundi, & Turriolæ coram Consulibus Agriculturæ, à quibus mandatum de manutenendo cum sententia fauorabili reportauit. At quia in Signatura Sanctissimi rescriptum fuit, quod reuisores Agriculturæ procedant de voto Rotæ hodie proposui dubiū, an liceat D. Mario transire per d. Casale, & DD. dixerunt non licere.

1 Habet enim D. Princeps pro se validam Iuris præsumptionem, secundum quam omnia bona censentur libera iuxta primæuum statū, naturæ, non autem in seruitute constituta, cum à principio quælibet fuisset seruitus igno
2 ta *cap. 1. §. inter filium vers. defuncto si de feud. defunct. content. sit inter Dominum, & Agnatum*, & proinde † contrarium asserenti incumbit onus per plenas, & concludentes probationes allegatam seruitutem iustificare, eamque
3 acquisiuisse, vel pacto, vel Testamento, vel præscriptione *Bartbol. in l. 1. §. Hoc interdict. n. 7. ff. de itin. act. privat. & in l. si prius num. 14. & 17. ff. de non. oper. nunciat. Rota in his terminis dec. 101. num. 1. & 3. part. 4. tom. 2. rec.*

In proposito autem nihil aliud exhibetur, quam examen nonnullorum testium deponentium, quod Marius, siue eius Factores consueuerint transire per tenutam D. Principis, quæ probatio in hoc Iudicio petitorio

non

non videtur sufficiens, quia cum Testes deponant de simplici transitu, qui fieri potuit iure familiaritatis non dicitur ex eis probata
4 aliqua seruitus, ad quem effectum requiritur, vt transitus in specie successerit iure seruitutis *iuxt. doctr. Barth. in d. l. 1. §. hoc interdicto num. 5 vers. non enim habet, & num. 11. Alex. cons. 142. num. 3. lib. 7. d. dec. 101. num. 14. & in Romana decursus Aquarum 23. Iunij 1662. §. demum non urget coram R. P. D. meo Taia.*

Neque intercessit tempus sufficiēs ad præscribendum, cum Testes deponant de tempore eorum afflictuum qui durarunt per nouennium, cum enim versemur in seruitute itineris, quæ dicitur discontinua factum hominis requirens iuxta veriorem opinionem nō sufficit, quælibet probatio, sed illa debet esse
5 immemorabilis *Glos. magn. in l. seruitutes 14. vers certum vbi Bart. in 3. Castr. nu. 10. ff. de seruit. Eugen. cons 40. num. 9. lib. 1. cum alijs congestis in d. dec. 101 num. 5.*

6 Parum obstante, quod aliquando ad acquirendam seruitutem discontinuam sufficiant decē anni inter præsentes, & 20. inter absentes quia id solum admittitur, vbi titulus saltem in principio litis allegatur cum expressione a quo fuerit habitus, & insuper vbi constat
7 præscribentem † vsum fuisse seruitute, cum scientia, & patientia illius, contra quem prętenditur acquisita, vt distinguendo *tradit Alex. cons. 75. num. 4. Honded. cons. 79. num. 7. lib. 1. Rota in d. dec. 101. §num. 10. & in Narnien. Iurispascendi 26. Maij 1645. §. neque etiam coram bo. me. Verospio.*

Titulus autem in prȩsenti non adest, & nullibi constat de scientia, & patientia d. Principis, quinimo de contrario potius constare videatur ex Testibus datis in eius summ. *nu. 2.*

Non obstat quod via vbi transitus prætenditur sit publica, vltra quod enim Testes ad hoc probandum inducti non asserunt ab omnibus fuisse practicatum, sed solum ad certas personas se restringunt, adhuc remaneat fuisse constructam ex publico, & à facultatē habente, siue quod talis fuerit habita à tanto tempore, cuius initij memoria non extet, vt
8 ad istum effectum esse † necessarium probat *Cepol. de seruit. rust. præd. cap. 3. alias 85. num. 23. Riminal. Iun. cons. 283. num. 52. & seq. Menoch. cons. 44. num. 13. Franch. Mars. de Delphin. 594. num. 3. part. 1. cum alijs per Surd. dec. 42. num. 15.*

9 Quia propter non applicatur † *decis. Card. Cauatet. 634.* quia ibi vltra possessionem longissimi temporis fuit plenè iustificatum viam esse publicam, quod defuit in casu de quo agitur, ne dum ex prefatis, sed etiam quia non nulli ex Testibus prædictis huiusmodi publicitatem excludunt ex illis verbis ibi *vi era vn stradello, ò carrareccia, per la quale noi passa-*
10 *mano*, qui † Testes tanquam à Mario inducti contra ipsum inducentē plenam faciunt probationem ex congestis *in Ciuitatis Plebis Cappellanæ 23. Februarij 1663. §. eodem modo coram R. Germinio.*

11 Denique non obstat, quod † Marius non possit habere ius aliunde, & ob id ei liceat transire per [illegible] d. Principis ad *Text. in l. si quis sepulcrum 12. ff. de relig. & sumpt. funerum,*
12 quia quid quid sit de hoc remedio, pro quo duo sunt necessaria, nempe electio situs Domino fundi minus damnoti, & solutio iusti pretij *vt ad litteram disponit Text. in d. l. si quis sepulcrum ibi: præses etiam compellere debet iusto pretio iter ei præstari, ita tamen vt Iudex etiam de opportunitate loci prospiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum* remouetur accessu facto per Consules Agriculturæ in quo dicitur ibi adesse etiam viam nuncupatā della Falcognana sum. additionali Principis *num.* 1. & propterea cessante necessitate eo minus est † locus prætensæ seruituti, vt respondendo præcisè huic obiecto *respondit Rota sæpe alleg. dec. 101. num. 76. part. 10. tom. 2. rec.*
13

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO.

Nunc S. R. Ecc. Cardinali.

Nullius, seu Tauren. Prioratus.

Veneris 29. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Appellatione pendente beneficij possessio apprehensa est sequestranda, ne in beneficialibus detur vitiosus ingressus. Partium consensus Iudici delegato iurisdictionem tribuere non potest.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente nihil innouari potest citra vitium attentatorum.*

2 *Possessio beneficij lite pendente apprehensa est sequestranda, ne in beneficialibus detur vitiosus ingressus, & ne attentatus commodo vitiosæ possessionis gaudeat & num. 3.*

4 *Appellatio quando ad effectum suspensiuum, & deuolutiuum admittatur & vide sup. num. 4.*

5 *Exceptio attentatorum non opposita, illorum renunciationem arguit*

6 *Attentata non dantur, vbi diuersa sunt iudicium, causa, & actio.*

7 *Index delegatus fines suæ delegationis excedere minime valet.*

8 *Consensus partium Iurisdictionem Iudici delegato tribuere non potest.*

DECISIO CCCXCIX.

AD simplex beneficium Prioratus nuncupatum vacans ob matrimonium Ioseph: Gaij præsentarunt Laici Patroni Franciscum Mariam Gaium & Io. Baptistam Rasinum inter quos exorta super institutione controuersia fuit ex sententia Vicarij Abbatialis ad fauorem Gaij definita à qua non obstante appellatione statim interposita possessionem beneficij sequenti die adeptus est, quam hodie DD. Iuris innixi dispositioni *in cap. non solum*
1 *de appell. in 6.* attentatam declararunt mandantes illam sequestrari, ne detur in beneficialibus

2 bus vitiosus ingressus † *Archidia in cap. quæ res n. 9. vers. ex quibus iuribus 11. quæst.* ne gaudeat
3 attentaus commodo † vitiosæ possessionis, vt de stilo Tribunalis testatur *Cassador. decision. 3. n. 10. de restit. Spol. Canal. dec. 98. ac decis. relata in Pampilonen. Abbatia 16. Maij 1664. coram R. P. D. meo Ottalora* Parum obstante quod de institutione tractaretur quia recepta est distinctio, quod vbi Iudex ad illam summariè deuenit naturam acquirat interloquutoriæ non admittentis appellationem, secus quando, vt hic causæ cognitæ aggressus in cõtradictorio partium, ac iuris ordine seruato processit ad
4 definitiuam quia † tunc ad vtrumque effectũ appellationem admitti tradit *Lambert. lib. 2. qu. 11. art. 5. num. 1. & bene distinguendo probat Lother. de re benef lib. 2. qu. 13. nu. 8. & ab hac distinctione nunquam Rot. recessit vt in decis. Seraph. 112. ac in alijs cumulatis per add. ad decis. 13. Buratt. & illam nouissime amplexa est in Cracouien. Præpositura 4. Iulij 1664. §. fin. coram R. P. D. meo Emerix & in Caserl. Iurisp. 20. Nouemb. 1663 §. non obstat cor. R. D. meo Decano.*

Præcipue in hoc casu quo tam Iudex primæ instantię appellationi simpliciter deferẽdo totaliter a se iurisdictionẽ abdicauit quam etiam Reuerendiss. Nuntius causam cognouit appellabilem dum possessionem attentatam, & sequestrandam declarauit.

Nec vero euidentissima attentata excusari non valent, vel ex quo Rasinus coram Archiepiscopo comparendo amplius de illis nõ
5 exceperit adeo † vt videatur inducta illorum renunciatio *ex doctrina Angeli in l. eius §. si cuius ff. de appellat recept.* vel sub prætextu rei iudicatæ, dum idem Archiepiscopus contra ipsũ Rasinum tertio pronunciauit, quia vnica responsione vtrum est remoueri vtrumq; obiectum aduertendo in facto quod non fuit Reuerendiss. Archiepiscopo commissa hęc principalis causa super institutione, sed illa adhuc coram Nuntio Iudice secundæ instantiæ pendente obtinuit Rasinus prouisionem Apostolicam cum tolita clausula verificato prius coram Archiepiscopo Iurepatronatus qui proinde soluun ab ipso auditus fuit pro d. verificatione obtinenda pro discussione causæ alibi pendentis ex quo sequitur, quod ex gestis
6 in causa diuersa induci non potest renunciatio attentatorum eo modo quo diximus ex causarum diuersitate non dando de attentatis *ex adductis in decis. 170. num. 9. par. 8. & decis. 364. num. 5. par. 9. rec.*

Quæ causæ diuersitas remanet mirificè cõprobata non solum ex combinatione temporum ex qua patet deductum fuisse ad plures actus Iudiciales coram Archiepiscopo antequam sub die 17. Februarij 1664. Reuerendissimus Nuntius suam proferret sententiam verum etiam magis eluceſcit ex quo à sentẽtia Nuntij commissa fuit causa appellationis huic tribunali a quo etiam. emanauit inhibitio Rotalis executa antequam ab Archiepiscopo sub die 23. Maij sequentis pronunciaretur, ex qua actorum serie ex processu originali optimè iustificata merito inferebatur à Dominis quod sententia Archiepiscopi non veniret ad hunc effectum, & enumeranda, vel gratia tanquam restricta ad articulum verificationis Iurispatronatus ad tenorem litterarũ Apostolicarum ac monitorij, & iuxta reiteratas instantias de quibus in summ. Rasin. nu. 5. 6. & 7. non poterant tangere negotium principale, vel quatenus ad merita causę se referret saluari non potest ac dum ab, euidenti nullitate, quia excessisset Archiepiscopus fines suæ
7 delegationis verum etiam a nouis attentatis, dum lata esset post commissam causã in Rota, & inhibitionem Rotalem exequutam.

Neque agnoscẽs ipsa signatura Iustitiæ reiecit communem reformatoriam quam Frãciscus Maria porrexit sub prętextu rei iudicatæ resultantis ex tribus sententijs.

Neque obstat, quod ex parte Io. Baptistæ fuerint coram Archiepiscopo exhibita iura concernentia iustificationem gratię quia hoc dignoscit factum non ad finem obtinendi ab eo exequutionem litterarum, sed ad remouendã exemptionem ex altera parte allegatam de subreptione gratiæ Apostolicæ attẽta maximè expressa protestatione Rasin. sub die 26. Ianuarij, vt verificato prius Iurepatronatus causam remitteret ad alterum ex executoribus proces. fol. 8. repetita in actu promul-
8 gationis sẽtentiæ sub die 26. Maij eodem processu fol. 26. siue quia partium consensus tribuere non potest iurisdictionem Iudici delegato ex communiter notatis *in cap. 1. & 2. de offic. & post Iud. deleg.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. EMERIX.

Neapolitana Grani, & Hordei.

Veneris 29. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Extraiudiciales expensæ, quando debeantur: Appellatio à Iudice superiori ad interiorem an concedatur. Procurator ad hoc vt suo principali præiudicare valeat, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Expensa extraiudiciales tunc solum debentur ratione damnorum, & interesse, quando attentata nullo velamine offuscari possunt.*

2 *Clausula* sine præiudicio decreti interpositi *præfertur iurisdictionem Iudicis à quo vt possit ad executionem procedere non obstante pendentia appellationis*

3 *Appellatio ab inferiori ad superiorem de iure canonico datur.*

4 *Appellatio à superiori ad inferiorem nec de iure Ciuili, nec Canonico conceditur*

5 *Procurator præiudicium suo principali inferre non potest absque speciali mandato.*

DECISIO CCCC.

RESOLVTVM fuit nullas expensas esse reficiendas a D. Episcopo Acerrarum.

Con-

Conuentui S. Augustini Neapolis, quia ex parte eiusdem Episcopi deficiunt attentata sine quibus non debent reficiendi maxime extraiudiciales, & non viuæ quę tunc solum debentur ratione damnorum, & interesse, quando attentata sunt clara, & nulla excusatione velari possunt, vt erant in casu *dec.744. num.10. & 11. & seqq. part.4. tom.3. rec. & in Bononien. attentatorum 1. Iulij 1658. §. firmatis attentatis coram R. D. meo Decano.*

In præsenti autem attentata DD. nõ solum videbantur clara, sed exclusa reflectẽdo quod causa hæc reperitur in Rota commissa bon. mem. Vbaldo cum clausula *sine præiudicio decreti interpositi* vsq; de anno 1617. à Sacr. Cõgregatione Episcoporum, & regularium ad fauorem tũc Episcopi Acerrarum super manutentione exigendi à prædicto Cõuentu annuos tumulos 40. grani, & decem hordei. Vnde licet modernus Episcopus intendens causam prosequi in petitorio citationem Rotalem obtinuerit à R. D. meo Ephesino in locum Vbaldi suffecto, & deinde coram A. C. tamquam executore decretorum S. Congregationis sententiam super obseruatione antedicti decreti nec non mandatum executiuum pro annatis abinde citra decursis, illudque exequi fecerit super quantitate frumenti eiusdem Conuentus, vnde tamen nulla resultant attentata stante supradicta clausula in cõmissione Rotali, quæ præseruat iurisdictionem Iudicis à quo, vt possit procedere ad
2 excommunicationem non † obstante, quod pendeat appellatio *Mart. de clauſ. 15. num.39. Seraph. dec.1015. num.2. & admittit Rota [in hac causa coram bo. mem. Vbaldo, & in dec.98. nu.9. & 10. par.4. tom.2. rec.*

Nec obstat quod alias coram bo. memor. Vbaldo in *d. dec.98. par.4. tom.2.* nec Rota similem exequtionem declarauerit attentatã quia cum illa facta fuisset vigore sententiæ latę à Vicario Neapolitano in possessorio plenario, vt refertur in principio eiusdẽ decisionis cui concordat altera emanata coram eodem Vbaldo sub die 6. Decembris 1632. pariter in principio à quo de Iure Canonico datur appellatio
3 *Clem. vnic. vbi Card. in 1. oppoſit. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Rot. coram Martin. Andr. dec. 60. num. 4.* vbi quod hæc opinio de Iure Canonico nullum habet contradictorem merito reputata fuit attentata, vt in præsenti executio facta conuincitur vigore decreti S. Congregationis interpositi super simplici manutentione reseruata in commissione cum clausula sine præiudicio à quo † cum nec de Iure Ciuili, neque de Iure Canonico detur appellatio
4 *l. vnic. cap. ſi de nouem. poſſeſſ. fuerit appel. cap. fin. §. de poſſeſſ. & tit. 2. quæſt. 6.* executio illius vigore facta non potest dici attentata.

Neque sufficit, quod partes post d. decretum Sacr. Congregationis transegerint in iudicio possessorio quia vltra quod in facto hoc non probatur etiam si fuisset probatum non releuaret in disputatione præsentis dubij cuius resolutio pendet ab existentia attentatorũ quæ prætenduntur commissa in spretum inhibitionis Rotalis.

Minus supponi possunt attẽtata ex eo quod vltimo loco post decretam ab A. C. exequtionem præsentis decreti Sacr. Congreg. remiserit ad instantiam Conuentus omnia ad Rotam, & quod Procurator Episcopi acquieuerit subscriptioni præsentis videlicet an, & quæ expensæ veniant reficiendæ pro purgatione attentatorum.

5 Quoniam vltima quod Procurator † non potuit præiudicare Episcopo absque speciali mandato omne id venit intelligendum quatenus adsint attẽtata, prout de clauſ. purgatis in primis, & ante omnia attentatis dixit *Rot. in rec. dec.218. num.13. & ſeq. part.8.* vnde cum ex supradictis attentata remaneant exclusa merito nullas expensas esse reficiendas responsum fuit.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Romana Amotionis Lapidis

Veneris 29. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Operi publico nec de iure, nec de consuetudine nomen inscribere licèt, si Communitas reclamet, secus si toleret, cum res illius esse dicatur, cuius sunt insignia.

SVMMARIVM.

1 *Operi publico non potest inscribi aliud nomen, quã Principis, aut eius, cuius pecunia illud factum fuit.*

2 *Operi publico ex generali consuetudine præter nomen supremi Principis, illud Præfecti operis etiam alienis expensis constructi, apponitur.*

3 *In Operibus publicis apponendis consuetudo attenditur.*

4 *Operi publico nec de iure, nec de consuetudine nomen inscribere licet.*

5 *Consuetudo est contra Ius, ideoque non attenditur.*

6 *Consuetudini de apponendo operibus publicis nomine standum est si communitas toleret, secus si reclamet, & num.7.*

8 *Consensus vniuersitatis, vel illius, cuius interest, vt nomen operi publico inscribi valeat, requiritur.*

9 *Ecclesiæ licet inscribere nomen, dummodo non adsit animus acquirendi ius aliquod in ipsa.*

10 *Res dicitur esse illius, cuius sunt insignia.*

11 *Decis. San. Felicis 283. in quo casu loquatur.*

DECISIO CCCCI.

VEN. Archiconfraternitate Carpentariorum Vrbis solùm informante sub die 22. Iunij anni præteriti * fuit in hac causa relolutum Gubernatori, & alijs illius Officialibus non licuisse eorum nomen inscri-

bere super lapide in Ecclesia S. Iosephi ad perpetuam memoriã dedicationis affixo. A qua resolutione auditis hodie dictis Officialibus Domini recesserunt. Quia licèt vera sit
1 conclusio ibi firmata, quod † operi publico aliud nomen, quam Principis, aut eius, cuius pecunia illud factum fuit inscribi non possit per. *Textum ad litteram hoc diffinientem in l. ejus fine ff. de oper. public.* Ex generali † tamen consuetudine contrarium obseruatur, passimque fit, vt post nomen supremi Principis illius Præfecti operis etiã alienis expensis construct apponatur, vt post adductam iuris dispositionem de huiusmodi inueterata cõsuetudine testantur, *Alberic. de Rosate in l. qui libertate in fine ff. de oper. public. Salicet in l. si quis indicer 10. C. eod. Cepoll. de seruit. urban. Prad. cap. 7 §*
2 *num. 9.* ibi quia seruatur totum contrarium in practica *Cassan. in Catalog. glor. mund. part. 8. Consider. 16. vers. Contractum tamen de Consuetudine Decian. tract. Crim. lib. 7. cap. 51. num. 20. in fine*, hoc tamen subdens ita passim ipsum vidisse seruari, *Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 149. Tiber. in addit. ad Io. Franc. de Ponte in tract. de Potest. Proreg. tit. de diuers. rubric. de insignys & armis num. 5.* ibi vnanimiter tamen concludit secus esse de consuetudine, *Castald. de Imper. quæst. 110. cas. 100.* ibi, & ita videtur obseruare *Theodor. Hospung. in tract. de Iur. insul. cap. 10. numer. 64. ibi* atque de consuetudine *Donat. Ant. de Marinis alleg. 13. n. 3. tom. 3.*

Quam consuetudinem cõprobant in præsenti aliæ similes antiquissimæ descriptiones pariter occasione Consecrationis in aliis Ecclesijs Vrbis factæ, ac ser. ser. extractæ, quarum exempla eodem ordine descriptionis sequuti sunt Officiales huius Archiconfraternitatis quæ † tametsi regulam non restringãt,
3 declarant tamen in quibus casibus procedat, & sicuti ad digitum rem ostendunt, & tactui quodammodo subijciunt, *l. 1. ff. de præscript. verb. glos. in l. quod Dei immortalem ff. de stat. homin. Gratian. disc. for. cap. 64. num. 33. & 35. Mar. Antonin. Macerat. var. resol. lib. 2. cap. 46. n. 26. & 27. Rota in Romana Præcedentia 5. Febr. 1665. Spenult. coram me.*

4 Non obstat † decisio 443. Vincentij de Franchis in alia decisione allegata dicens nèc de iure, neque consuetudine licere nomen inscribere quia vltrà, quod quando arma sunt iam incisa, & depicta permittendum est, vt ibi remaneãt quemadmodum facta relatione in Consilio Collaterali, indulsisse refert idem-
5 met Vincent. de Franch. quatenus subdit, † consuetudinem esse contra ius, ideóque non esse attendendam in specie reprobantur a Io. Franc. de Ponte de potest. Proregis loco superiùs citato, ibique *Thor. in addit. numer. 7.* vbi recenset plures casus aduersantes assertioni de Franchis, *Mastrill. de Magistr. d. cap. 4. nu. 147. vers. de qua opinione Theod. Hospin. in supracit. loco num. 46. vers. tamen de hac opinione Franc. Mar. Prat. disceptat. 49. n. 14. vers. licet huiusmodi Casal. dicto casu 100. Donat. Anton. de Marin. loco citat. num. 6.*

6 Non vrget replicatio, quod tunc domum esset consuetudini inhærendum vbi facta descriptione. Confraternitas descriptionem tolleret † secùs ea reclamante, *ex Petr. Gregor. Tolos. syntag. part. 8. lib. 3. cap. 21. num. 7. Sanfelic.*
7 *decis. 283. num. 7.* affirmante † requiri consensum Vniuersitatis, vel illius, cuius interest, vt nomen inscribi possit, quia præter quod ab aliis Doctoribus supra relatis non fit huiusmodi distinctio, sed absolutè concludunt de consuetudine esse permissum, ex hoc vtiùm fuit etiam de tali consensu constare, quia propositio ab aliquibus Confratribus Consecrationis negocio, fuit facta prius Congregatio Secreta, & deindè generalis Confratrum in qua vnanimiter eam cupientes tribuerunt dictis Gubernatori, ac alijs Officialibus, quãcumque necessariam facultatem faciendi quidquid requireretur, isti verò ad æternam memoriam decreuerunt lapidem in Ecclesia apponere, in quo præmissa Omnipotẽtis Dei inuocatione, ac seruato iuxta morem describendi nomen Summi Pontificis, Cardinalis Protectoris adhoc annuentis, & Episcopi cõsecrantis ipsorum quoque, & aliorum omnium Confratrum sub nomine Confraternitatis Sculpere fecerũt per hæc repetita verba *Curantibus Cosmo Gubernatore ceterisque Confratribus curantibus.* Ex qua facultate gerendi omnia opportuna pro consecratione bene inuigilare contentus licèt non requisitus quod possent nominatim describi officiales ad hunc solum finem, vt censemur, ipsos tunc fuisse tales, & Consecrationi præpositos, non autem animo acquirendi ius aliquod in Ecclesia, quo secluso licita, † est incisio nominum
9 ex superius citatis, & præcipuè approbat, *Thor. in addit. ad Io. Franc. de Ponte in practat. loco num. 6. Gratian. disc. for. 49. num. 15.* & fuit in fine alterius decisionis animaduersum. Et hoc comprobat sola descriptio nominum absque
10 armis, & insignijs, aliisque signis, per quæ † arguitur rem esse illius, cuius sunt insignia, *Peregr. de fideicomm. artic. 44. num. 47. Manard. decis. 60.*

Qua ratione deprehenditur nullo modo
11 aduersari allegatam † decisionem Sanfelic. 283., in qua referuntur plures auctoritates in principio contrariæ decisionis citatæ, quia loquitur in casu penitus ab hoc diuerso, nempè de scriptione nominis Guardiani Conuentus in Sacello Sancti Antonij Patauini, piorum eleemosinis ornati absque eo quod esset operi præpositus, ex quo optimè intelligitur animus Guardiani ius acquirendi, illiusque ambitio in hoc damnata vt aduertitur in dicta decis.

Et ita fuit decisum Vtraque Parte Informante &c.

Decisio in hac eadem causa emanata. & hic allegata 22. Iunij anni præteriti 1665. coram eodem R. P. D. Beuilaqua est supra in hac part. 14. decision 337.

R.P.D.

R. P. D. BEVILACQVA

Romana Pecuniaria.

Veneris 29. Ianuarij 1666.

ARGVMENTVM.

Solutione eius quod debetur tollitur obligatio. Pactum sub conditione conceptum illa resoluta euanescit. Associatio in quo consistat.

SVMMARIVM.

1. *Creditum, solutione eius quod debetur, tollitur.*
2. *Mandatum relaxatum pro consecutione crediti extincti sustineri nequit.*
3. *Creditor anterior potest agere posteriorem ad restitutionem pecuniarum ad hæreditatem communis debitoris spectantium.*
4. *Conditione pendente, donec impleatur, suspenditur effectus illius rei, pro qua concepta fuit.*
5. *Pactum non adimplectum pro non adiecto habetur, num. 6.*
7. *Creditor pro tuta damni passi tantummodo receptus nihil aliud pretendere valet.*
8. *Associatio consistit in nuda detentione donec associati de fructibus satisfiant.*
9. *Donator reuocare donationem undequaque perfectam prohibetur.*
10. *Pactum sub conditione conceptum cessante conditione euanescit.*
11. *Exceptio de iure tertij competere nequit.*

Declara tamen vt numer.

DECISIO CCCCII.

IN TRANSACTIONE de anno 1618. inita inter Eminentiss. D. Cardinalē Franciscum Barberinum vti hæredem quondam Laurētij Braui, & Iosephū, & alios de Puteobonellis ex credito scut. 20000. puri, quod isti consequi debebant ab hæreditate D. Laurentij habuerunt in solutum duas domos pro scut. 1700. & alia scut. 800. in contanti. Residuum verò ascendens ad scut. 1377. donauit eidem Cardinali tanquam tertiæ personæ, reseruata tamen facultate redeundi ad primæua Iura in euentū euictionis, & molestiarum super effectibus, vt supra assignatis, & cum pacto resolutiuo transactionis quatenus ab aliquo creditore, vel interesse habente impugnaretur, & Cardinalis molestaretur ac si facta non esset, volente, ac consentiente d. Cardinali sub prætextu quod anno sequenti Prudentia, & Catharina de Duginis creditrices D. Laurentij ex causa census fuerint associatæ ad possessionem dd. domorum, & per has molestias esse locus regressui ad primæua Iura d. Puteobonelli, satisfactis Duginis de eorum Credito, obtinuerunt tunc contignari scut. 248. hæreditaria Laurentij in Sac. Monte Pietatis deposita, & successiuè de anno 1660. ad fin. consequendi integrum creditum scut. 2021. aurei, conuenerunt coram A. C. moniales oblatas Tunis speculorum de Vrbe Creditrices d. Laurentij ad ipsis restituendum scut. 1727. à d. Cardinale recepta cū obligatione restituend prioribus, & potioribus, & contribuendi cum æqualibus, & mandatum reportarunt, cuius executionē in gradu appellationis coram me petitā, DD. denegandam esse censuerunt. nam † eo ipso quod Puteobonelli in vim concordiæ pro quocumque eorum credito, contenti fuerint recipere in solutum domos, & pecuniam in contanti, extinctum fuit eorum creditū, & liberata hæreditas Ludouici debitoris, *l. eleganter 24. in princ. ff. de pign. act. l. si pretium 4. C. de euict. Surd. conf. 145. num. 14. Cyriac. contr. 374. numer. 12. 13. Buratt. 889. numer. primo.* Vnde 1 2 inuitum detegitur mandatum contra oblatas relaxatum pro restitutione pecuniarū in solutionem crediti sic extincti, *Instit. quib. mod. tollit. oblig. in princ. Surdus decis. 113. num. 3. & 4.*

Non obstat, quod propter illatas molestias super dd. domibus potuerunt † Puteobonelli vigore dictæ facultatis experiri primæua 3 Iura, & in vim illorum cogere dd. moniales oblatas creditrices posteriores ad restituendum pecunias ad hæreditatem cōmunis debitoris spectan., & cum prædicta obligatione receptas, *DD. & præcipuè Castrens., & Alberic. in d. l. eleganter ff. de pignor. act. Surd. conf. 22. numer. 34. & conf. 45. num. 20. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. part. 14. num. 91.* nam licèt verùm sit, quod concessa Duginis associatione ad dd. domos Puteobonelli intendentes vti facultate reseruata redeundi ad primæua Iura, citatis nonnullis creditoribus Laurentij, obtinuerunt contignari scut. 248. existen. in Sac. Monte Pietatis, à Iudice tamen non fuit eis purè, & simpliciter decreta consignatio, sed hac lege, & conditione, quod prius declarent velle vti primæuis Iuribus relicto transactionis Instrumento, ac retrocederent domos, & debitorum nomina ad fauorem hæreditatis Laurentij ibi: facta declaratione &c. *nec non facta retrocessione &c.* cuius † conditioni suspendenti effectum Decreti donec impleretur *l. cedere diem ff. de verb. oblig. l. si quis sub conditione ff. si quis omissa causa Testam.* esto quod fuit satisfactum circa declarationem super regressu ad primæua Iura, nullatenus tamen fuit impleta in parte concernente retrocessionem domorum, & nominum debitorum ad commodum hæreditatis Laurentij, dum ex datis in Summario *num. 3. & 4.* appareret eosdem Puteobonellos vsque ad annum 1654. domos retinuisse percipiendo ex illis 5 annuam pensionem scut. 80. hinc pactum † de redeundo ad primæua Iura, per non adimplementum Decreti habetur ac si adiectum non fuisset *glos. & Bald. in l. siquidem C. de except.* 6 *Gratian. conf. 138. num. 13. lib. primo,* sed etiam † pactum contrarium resultans ex retentione domorum habetur pro non apposito, & excluditur intentio illa vtendi, *Abb. conf. 116. part. 2. Buratt. conf. 66. num. 33. Magon. decis. Lucen. 25. num. 12. & dec. 34. num. 10.* & potius censetur

tur denuo approbata transactio illo non obstante *l. de lege §. fin. & l. post diem de lege commiss. Ruin. cons.* 151. *num.* 5. & 6. *lib.* 3. *aliique concordantes add. in dec.* 291. *n.* 17. & 18. & *dec.* 383. *n.* 34. *cum seqq. part.* 9. *rec.*

Amplius ex hoc detegitur iniustitia mandati quia condemnat moniales oblatas ad restituendum integram summam à D. Cardinali hærede consequutam, ad quam minimè condemnari poterant. Et quia associatio concessa sororibus de Duginis super his domibus fuit pro scut. 50. ex causa fructuum Census in sorte scut. 100. de quibus Puteobonelli fuerunt abundè reintegrati mediante d. consignatione scut. 248. Ideoque non erat locus vlteriori reuisioni transactionis, nec regressui ad primæua Iura conuento ad consulendum indemnitati, & defensioni domorum
7 in casum euictionis, dum † pro d. rata, quã passi sunt tantumdem receperunt, & quicquam aliud prętendere poterant etiam de Iuris dispositione *Grat. disc.* 787. *num.* 8. *Surd. decis.* 295. *num.* 5. *vers.* 3. *dicebat, & num.* 18. *ad med.*
8 *Rota coram Duran. decis.* 30. *numer.* 8. Imò † cum associatio consistat in nuda detentione, donec associati de fructibus satisfacti fuissent, non auocauit dominum, nec possessionẽ DD. à Puteobonellis *Negus. de pign. numer.* 4. *part.* 9. *princip. sub num.* 26. *vers.* 14. *concl. Cenc. de Cens. quæst.* 109. *num.* 78. *Rota decis.* 380. *, & 387. numer.* 2. *post eundem* nec ob id fuit inducta euictio *l. si cum venditorum* 66. *ff. de euict. Buratt. decisione* 240. *num.* 11. *Rota in foro Sempronien. Census* 27. *Februarij* 1660. *§. nec adhuc coram me.* de qua proinde agitur potiùs ad *l. qui rem* 3. *ff. de euict. Rota coram bon. mem. Merlin. decis.* 296. *numer.* 1. *cum seqq. & in d. Porosempronien Census.*

Angetur Iniustitia mandati ex hoc etiam quod excipiũtur de mandato restitutionis pecuniarum scut. 1377. in d. tranlactione donata Cardinali non tanquam hæredi Laurentij sed vti tertiæ personæ, quæ absque dubio Puteobonelli haud prætendere possunt absq; retractione donationis vndequaque perfectę,
9 quod † Donatori non licèt per *Text. in l. penult. C. de donat. quæ sub. mod. fiunt l. possum. C. de revoc. donat.*

Nec ad rescinden. trãsactionem potest Puteobonellis suffragari pactum resolutiuum, vt possint integrum creditum consequi, & Creditores posteriores molestare, quia legitur adiectum in eo casu, quo ludicialiter impugnaretur transactio per aliquem interesse ha-
10 bentem, & volente Cardinale. Cumque † nullibi appareat de huiusmodi impugnatione minusque de voluntate Cardinalis, quod illo vti nolucrint nihil operatur *l. 2. C. de leg. commiss. Mantic. decis.* 23. *Seraph. decis.* 1130. *nu.* 1. *Cardin. Canaler. decis.* 70. *num.* . . . *Rota decis.* 109. *num.* 8. *part.* 7. *recent.*

11 Neque oblatis obiici potest, quod hæc sit exceptio de Iure tertij ipsis non competẽs *l. loci Corpus §. competit, vbi DD. ff. si ser. vendit. l. si quis emptionis §. Si verò nullum C. de præscript.*
12 30. *annorum* quia cum † sit exclusiua Iuris ipsorum de Puteobonellis rectè valent monia-

les contra ipsos de illo opponere *d. l. fin. C. de except.*, sicuti Cardinalis ad effectum excludendi agentes ab actione intentata contra eas vt tradit, *Bart. in d. l.* 2. *vers. quandoq; Inf. Cyriac. contr.* 168. *n.* 33. & 34.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA

Melcuitana Beneficiorum.

Lunæ 1. *Februarij* 1666.

ARGVMENTVM.

Subrogatio non suffragatur, quando lis super qua fundatur, calumniosa detegitur. Præsumptio calumniæ ex quibus cesset. Beneficia affecta per Pontificem solum conferri valent. Subrogatio quando ex persona plurium conceditur, satis est deducere ius ex persona vnius, & possessionem ex persona alterius.

SVMMARIVM.

1 *Immissionis in possessionem beneficij requisita quæ sint & vide sup. num.* 1.
2 *Subrogatio non suffragatur, quando lis super qua fundatur, calumniosa detegitur.*
3 *Lis vt ex non iure litigantis calumniosa dicatur, non ius debet esse clarum, & notorium ante motum iudicium.*
4 *Præsumptio calumniæ cuitatur à probabilitate boni iuris.*
5 *Subrogationem impetrantis bono iure decere necesse non est.*
6 *Subrogationis effectus ex quibus retardari nequeat.*
7 *Beneficia affecta, per inferiores collatores conferri nequeunt.*
8 *Subrogatio quando conceditur ex persona plurium satis est deducere ius ex persona vnius, & possessionem ex persona alterius.*

DECISIO CCCCIII.

ADVERSVS decisionem sub die 16. Iunij præteriti * editam in qua fuit resolutum Saluatori Pontremolo præsentato ad duo beneficia per obitum Ioannis Baptistæ Cagliares vacasse dandam esse Immissionem in vim subrogationis gratiosæ à Sanctissimo reportatam petijt Petrus Antonius Aldana audiri, sed pluries ad informandũ citato, & non comparente DD. reproposita hodie causa permanserunt in decisis attenta iustificatione obitus d. Cagliares in possessione
1 beneficij, Clericatus Saluatoris, & litis, † quæ sunt requisita ad immissionem necessaria, vt probant auctoritates in principio decisionis adductæ, & hanc conclusionem pro indubitata semper Rotam habuisse testatur *Lotter. de re benef. lib.* 3. *quæst.* 13. *num.* 57.

Non obstat calumnia ex hoc Saluatori obiecta, quod coram me tres contra ipsum emanarunt decisiones ostendentes illius malum

Ius,

lus, ideoque non debet in possessionem beneficij immitti vigore subrogationis, † quæ non
2 suffragatur vbi lis super qua est fundata detegitur calumniosa iuxtà *decis. Bisign. 2. numer. 2. de rer. permut. Cassad. decis. 7. de dol. & contumac. Lotter. de re benef. lib 2. quæst. 20. num. 97.*, quia ex facto constat Saluatorem impetrasse subrogationem lõgè priusquam causa fuisset commissa in Rota in qua parui refert quod indè
3 emanauerint tales resolutiones, cum † adhoc vt ex non iure collitigantis lis in proposito dicatur Calumniosa, illud non ius debet esse clarum, & notorium ab initio ante motum Iudicium *Rota coram Card. Caual. decis. 126. nu. 5. & 6. & decis. 568. numer. 1. part. 2. recent.* ex post
4 vero sola † instantia & probabilitas boni iuris adumbrata aliquo illius colore apta est ad euitañ calumniæ præsumptionem *Rebuff. super regul. de subrog. collitig. glos. 7 num. 3. Marches. de Commiss. part. 1. cap. 1. de Commiss. appell. ab execut. Bren. fol. 185. nu. 182. Lotter. de re benef. d. lib. 2. & quæst. 20. num. 98. cum seq. & præcipuè numer. 110. Achill. decis. 7. vt lit. pend. Rota apud san.me Gregor. XV. decis. 125. num. 5.* vbi † quod non est necesse
5 docere de bono Iure Impetrantis subrogationem, *& decis. 426. numer. 8. & ibi add. numer. 11. Caual. in præcit. decis. 126. num. 7. & in rec. decis. 607. num. 17. part. 5. decisione 17. num. 12. & 13. part. 9. & coram Reuerendissimo Terracinen. decis. 294. num. 21.*

Hic autem ne dum non constabat de tàm certo, & indubitato malo iure Saluatoris adhoc beneficium præsentati quod imò ex vltima decisione sub die 30. Aprilis 1660. inter collitigantes facta visum fuit tolli omnem calumniæ vmbram dum fuit firmatum duo esse beneficia, vnam nuncupatum de Bayda ad quod vti præsentatus Saluator petit Immissionem alterum verò de Cortiherin, & ad istud fuit nominatus, & successiuè institutus Aldana, † qui proinde non valet hac
6 exceptione effectum subrogationis retardare.

Minus illam potest Impedire sub prætexto quod Beneficium non esset reseruatum, & in solo Cagliare possessum nõ autem ab Auardo ad cuius ius, & possessionem fuit concessa, nam vltra quod de possessione Auardi cõstat ex datis in præterito Summario Saluatoris, & de lite ex decis. 3. fin. cuius ratione
7 inducta fuit affectio, & † ex ea impedita inferioribus Collatoribus facultas conferendi, *iuxta notata in cap. 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil. Mandos. in probem. reg. Cancell. §. 5. num. primo Rota coram Pen. decis. 436. num. 1. & dec. 901. iuxta impress. Lugdun. & decis. vlt. num. 1.*
8 *& 23. part. 7.* quando vt hæc † subrogatio conceditur ex persona plurium fat est deducere ius ea persona vnius, & possessionem ex persona alterius ex latè deductis, *per Garz de benef. part. 6. cap. 9. per tot. Rota apud Card. Caual. decis. 477. num. 1. & post Moder Perus. de manut. decis. 633. num. 17. & in rec. decis. 599. nu. 18. part. 5. & in Aquilana beneficij 13. Martij anni præteriti coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Decisio hæc emanata sub die 26. Iunij 1664. coram R. P. D. Beuilaqua in ista causa facta erit in Miscellan. iuxta seriem temporis.

R. P. D. CARPINEO,

nunc S. R. E. Cardinali.

Perusina Erectionis Canonicatus.

Lunæ 1. Februarij 1666.

ARGVMENTVM.

Hæres facultatem declarandi testatoris mentem habens frustra facultate sibi coretenus commissa vtitur, si sine iuramento voluntatem illius declaret, & si declaratio sit testatoris menti difformis, eius voluntas magis conformis debet attendi.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum quod à superfluitate ducitur tenue est & fragile.*
2 *Dispositio testatoris ne dicatur superflua sufficit, vt quid minimum operetur*
3 *Hæres si semel facultate sibi a testatore tributa vsus fuerit non potest amplius variare*
4 *Limita si declaratio hæredis inuerisimilis non sit, & ab intentione testatoris difformis*
5 *Voluntas testatoris ex depositionibus testium deprehenditur.*
6 *Facultatem habens declarandi frustra facultate vtitur, si sine iuramento voluntatem testatoris declaret.*
7 *Iuramentum tunc solum requiritur, quando committitur facultas declarandi, non quando datur facultas exequendi*
8 *Dispositio captatoria fauore pie causæ sustinetur*
9 *Executio sequi debet declarationem, quæ in testimonium voluntatis defuncti debet esse iurata.*
10 *Declaratio mentis testatoris coretenus hæredi commissa si non sit iurata pro inualida habetur.*
11 *Declaratio mentis testatoris per hæredem facta si sit inuerisimilis, voluntas testatoris magis conformis est attendenda & num. 12.*

DECISIO CCCCIV.

SECVNDVM declarationem voluntatis Guidonis Iordani à Virginia hærede peractam pro erigendo Canonicatu ad nominationem proximiorum tuitionis atque etiã attendendam post trinam Causæ discussionẽ Rota resoluit corã me sub die 4. Maij præteriti respondendo constare de re iudicata, & in hac eadem resolutione reuisa hodie decisione censuit persistere. Hæc enim iterum vita fuit magis conformis voluntati testatoris, tam ante confectionem testamenti diuersis communicata, qui formiter examinati de illa deposuerunt, quam in ipso Testamento præfata dum Virginiæ decedenti ab intestato substituit Cappellam hoc onere adiuncto erigendi Canonicatum, quam etiam ab eadem

Virgi-

Virginia medio iuramento declarata, & in ipso mortis articulo confirmata pro exoneratione conscientiæ, vt abunde demonstratum fuit in præterita decis. § Iustitia vero cũ tribus sequentibus.

Cui irrefragabili rationi parum aduersari visum est repetitum argumentum ducendũ ex superfluitate, quasi quod inutile fuisset Testatori executionem, & declarationem suæ institutionis Virginiæ committere illamque inculcato grauamine ad eam peragendam etiam in conscientia obligare si in effectu aliud non contineret, quam id solum quod prius expresserat in Testamento, nam vltra illud commune dictum, quod tenue admodum &
1 fragile est quod à superfluitate ducitur argumentum *ex adductis per Fusar. quæst.* 236. *num.* 3. satisfecit DD. responsio data in d. decis. §. denique quod scilicet prouidus Testator dubitando ne ex institutione illius famulæ odium proximiorum erga illam exoriatur voluit illos spe futuræ nominationis allicere ad eam diligendam, ac protegendam iuxta monitum quod rogatu eiusdem Virginiæ illi dedit Bernardinus à Pinna; & iuxta id quod de auditu ab eadem Virginia vltra deducta in eodem examine testantur medio iuramento duo Ciues, vt in summ. positionis impressæ *num.* 22. & bene in his præcisis terminis considerat *Fötanell. decis.* § 26. *nu.* 21. vbi quod ad hoc vt dis-
2 positio non dicatur† superflua sufficit, vt quid minimum operetur.

Minus, & alterum desumptum ex minuta Testamenti vigore Rotalis compulsoriæ originaliter ad vrbem transmissę oculisque DD. subiecta, quia non ex hoc quod in illa conspiciatur onus iniunctum Cappellæ Sanctissimi Annuli substitutę erigendi Canonicatum ad præsentationem proximiorum superadditum fuisse per modum Apostillæ, siuè vt dicitur *di rimessa* inferri potest per necesse illud non fuisse à Testatore precogitatum, & proinde non potuisse Virginiæ prudenter communicare, vt in Testamento profitetur, sed potius fuisse in ipso actu testandi suggestum, quia ex testibus constat hoc ipsum per multũ tempus ante Testatorem in animo habuisse, non mirum si Bernardinus à Pinna de illo conscius agnoscens hoc in testamento scriptũ non esse, ad memoriam Testatoris reduxerit, vt ante stipulationem (quemadmodum factum est) mandaret per additionem supplere, hoc enim non fuit explicare actum superuentæ voluntatis, sed declarare quod iam erat in mente Testatoris per incuriam verò scribentis, vel Notarij in scriptis non redactum, ex quo desumi nõ valet, quod hæc præcisa voluntas, & intentio communicari prius non potuisset Virginiæ eiusque fidei secreto committi sicut scripta non esset.

Hinc patet non applicari cõclusionem depromptam *ex text. in l. huiusmodi* 84. §. *fin. ff. de legat.* 1. quod attributa hæredi facultate de-
3 clarandi si semel † illa fuerit vsus non possit amplius variare, quoniam hęc dupliciter respicit limitationem huic casui congruentem
4 quando scilicet prima declaratio inuerisimilis est, & ob intentionem Testatoris difformis *iuxta auctoritates in alia decis. adductas* §. 1. *quia & Fusius in Romana bonorum* 4. *Maij* 1646. §. *& cum declaratio coram bo. mem. Arguelles* qualis profecto erat illa pro Cappellania erigenda, tum ex superius ponderatis pro erectione Canonicatus. Tum ex quantitate reddituum magis Canonicatui in Cathedrali, quam simplici Cappellaniæ correspondentium, tum fortius ex naturali propensione erga consanguineos ab illo præcipuè patefacta, quando fraternam dispositionem fauore eiusdem Societatis damnauerat, ita vt ex his fere rationibus
5 moti fuerint quam plures Testes relati in eodem summ. impresso *num.* 16. cum duobus sequentibus ad formiter credendum esse prorsus inuerisimile, quod Guidonis voluntas fuisset erigendi Cappellaniam quorum dictis cõueniunt, ea quæ in proposito ponderat *Rot. in d. dec. Romana bonorum* §. *illud tamen coram Arguelles*.

Vel quando eadem prima declaratio alicui subiaceat Vitio nullitatis, est quando habens
6 facultatem declarandi hoc non facit cum iuramento *ex text. in l. Theopompus iuncta glos. in verb. iuratus ff. de dol. præleg. ibique Thorica Bart. num.* 7. *quem sequuntur relati per Iasonem in l. admonendi in 1. lectura num.* 8. *& 11. ff. de Iur. Iur.* quæ nullitas non euitatur, vel quia declaratio emanauerit fauore piæ causę, vt videtur sensisse *Bart. in d. l. Theopompus num.* 6. vel quia tunc solum exigatur iuramentum, quando
7 committitur facultas declarandi non autem quando datur facultas exequendi quia sicut primum in Iure non subsistit cum Bart. hoc
8 non dicat, sed † solum quod fauore piæ causę substinetur dispositio captatoria, ita nec secundum subsistit in facto aduertendo, quod Testator non solum obligauerit Virginiam ad disponendum modo, & forma oretenus illi iuncta, sed inferius conscientiam illius onerauit exequendi eius voluntatem, illamque ante obitum declarandi ibi *Granendola in conscientia d'esseguirla, e di farne dichiaratione auanti la sua morte* exequutio enim sequi debet
9 declarationem quæ† in testimonium voluntatis defuncti debet esse iurata, vt distinguendo admittitur *in dec.* 73. *n.* 3. *& 4. Martin. Andr. ac in adducta Romana Legati* 27. *Martij* 1634. §. *in 2. verò cor. clar. mem. Card. Verospio* & in specie
10 quod declaratio sine † iuramento habeatur pro inualida latissimè probat *d. dec. Romana Bonorum* 4. *Maij* 1646. §. *illud autem tamen coram bo. mem. Arguelles*

Itaque sublata ob nullitatem, & inuerisimilitudinem prima declaratione, vel debet attendi 2. voluntas Testatoris magis con-
11 formis iuxta optimam doctrinam *Bart. in l. quem hæred. ff. d. de reb. dub.* vel si etiam circa istã aliquis ob incertitudinem scrupulus adesset succedere debet clara eiusdem Testatoris substitutio fauoræ Sanctissimæ Cappellæ cum onere erigendi Canonicatum ad nominationẽ Proximiorum, quæ licet facta in casu obitus Virginiæ absque declaratione debet hunc casum

sum comprehendere quando illa nulliter, vel
12 vitiosè declarasset, vt contrarijs respondendo, & post multa ad propositum congesta, in præcedenti *dec. firmat Fontanell. dec. 527. per tot. & signanter num. 7.*

Et ita vtraque &c.

Decisio in hac eadem causa coram Eminentissimo Carpineo emanata est supra in hac eadem parte in ordine decis. 294.

R. P. D. BEVILAQVA
Romana Domus.

Lunæ 1. Februarij 1666.

ARGVMENTVM.

Status antiquus rei meliorata est inquirendus ad hoc, vt dignosci valeat quid melioratum & quid impensum fuerit, quod si turbida, & illiquida sit meliorationum probatio non valet hæc impedire immissionem Domino fundi meliorati, vt in casu decisionis.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnicus non probat*
2 *Meliorationes debent esse iustificatæ, ad hoc vt melioranti detur retentio*
3 *Meliorationum iustificatio ex quibus resultare nequeat.*
4 *Expensarum incertitudo in meliorationis factarum non bene arguit quantum in melioratione fuerit impensum*
5 *Meliorationes vt validè iustificentur status antiquus rei meliorata est inquirendus*
6 *Penitus ad testes se referens non attenditur.*
7 *Meliorationes ad hoc vt sint reficiendæ, necessarium est aperire quid fuerit impensum*
8 *Ad meliorationum probationis effectum differt valor domus, a valore materia ipsius domus.*
9 *Exceptio illiquiditatis meliorationum non potest retardare immissionem præstita per petentem fauore possessoris meliorantis cautione de illis reficiendis, postquam effecta fuerint liquida*
10 *Possessor bona fidei desinit esse talis a die litis contestatæ, & fructus ab ipso de re meliorata percepti veniunt cum illis compensandi & num. 15.*
11 *Fructus meliorationum commodo meliorantis cedunt, qui non cogitur illos restituere.*
12 *Lucrum melioratis consistit in fructibus rei meliorata.*
13 *Meliorationum illiquiditas retentionem excludit*
14 *Bona fidei possessor facit fructus suos.*
16 *Mala fides præsumpta ex quo resultet.*
17 *Mala fides inducitur ex sola litis contestatione.*
18 *Mala fides operatur vt quis fructus suos facere nequeat.*
19 *Mala fides ex quibus insurgat.*
20 *Papa non censetur ius alteri quæsitum tollere.*
21 *Creditor rei meliorata fructus indebitè percipiens præsumitur de illis satisfactus*
22 *Creditor meliorationum non efficitur dominus rei meliorata.*
23 *Meliorationes illiquidæ immissionem retardare nequeunt domino melioranti.*

DECISIO CCCCV.

IN postrema disputatione habita sub die 20. Iunii 1664. visum fuit DD. fuisse pro parte Ignatij, & fratrum de Petronijs sufficienter liquidata meliorationum in Domo controuersa facta. Ideo reformando in hac parte decisionem 11. Decemb. 1662. editã dixerunt illis competere retentionem ad effectum impediendi immissionem Francisco Gottifredo in sententijs promulgatis decretam hodie verò aduertendo qualem in hoc exigi probationem non adesse, vel illiquidam apparere ex vtroque imperfectæ probationis & illiquidationis capite a decisis recesserunt.

Imperfecta quidem est probatio meliorationum, cum in effectu detur solum depo-
1 sitio vnius Testis qui † sicuti in aliis ita in hac materia non sufficit *vt in puncto ait Socc. Iun. cons. 62. num. 5. vers. sed ad hoc. lib. 1.* eoque minus quia deponit de auditu à Fabro Murario dicente fuisse impensa circa scut. 6000. & cum eo Lælium fuisse conquæstum, quod certe deseruire nequit pro specifica meliorationum iustificatione requisita ad hoc, vt
2 melioranti detur retentio contra petentẽ super re meliorata retentionem donec reficiantur in quibus terminis loquuntur *auctorit. in decis. allegata §. moti quo ad ius* quinimo nec ex dicto Fabri Murarij iustificatio resultaret tum ratione singularitatis, quia impossibile est,
3 quod omnia ipse fecerit, † vt ratiocinatur *Soccin. Iun. in mox citato cons. 62. cum seqq.* tum incertitudinis expẽsarum circa quas vt refert
4 Testis loquitur per dictionem circiter, quam & alia similia verba *possono essere, e saranno tante &c.* bene ad repellendos Testes de meliorationibus deponentes ponderant *Curt. Iun. cons. 165. nn. 16. cum seq. & illam referendo Rot. coram Duran. dec. 338. num. 16. & 26.*

Nec requisita probatio meliorationum in scut. 3536. deduni potest ex relatione Periti, nam præter quod pro verificatione status antiqui Casaleni meliorati, & ad Domum re-
5 dacti, nec non ad limanda meliorationa *Bart. in l. si negotia 2. ff. de neg. gest. Curt. Iun. cons. 165. num. 20. Rot. coram Card. Seraph. dec. 952. nu. 3 decis. 1356. nnn. 2. & decis. 453. num. 5. & apud bon. mem. Merlin. dec. 095. nu. 8.* innititur descriptio-
6 tioni factæ per Testes ante fabricam inductos quod haud sufficit in his terminis *dixit Roc. in dec. 319. nu. 19. par. 9. rec.* In examinando quantitatem, & qualitatem Murorum, & aliarum partium Domus solum concludit fuisse expẽsa dicta scut. 3536. non aperit quantum fuit melioratum, vt necesse est quia hoc tantũ esset reficiendũ quamuis exiguum respectu expensarum ad tam ingentem summam ascendentium *l. in fundo 39. §. fi. ff. de rei vindic. l. Domum 62. ff. de leg. 1. Ciarlin. controv. 169. num. 49. Rot. d. decis. 319. num. 20. & 21.* vbi quod ad ef-
8 fectum probationis meliorationum differt valor Domus à valore materiæ, seu cementorum illius & in *Auenionen. Salutian. 27. Maij 1657. §. 1. & §. minus subsistit coram R. Papien.*

Sed fortius apud DD. contra hanc retentio-

nem

nem ex causa melioramentorum prætensam vrgebat alias antecedentibus decisionibus data responsio illiquiditatis illorum qua posita
9 non † potest retardari Immissio præstita per petentem fauore Possessoris meliorantis cautione de illis reficiendis postquam liquidata fuerint, *Bald. in l. acceptam* 19. *sub num.* 11. *C. de Vsur. Gozzad. conf.* 100. *num.* 21. *Capic. decis.* 17. *Cyria. contro.* 195. *num.* 7. *Grat. discept. forens. cap.* 957. *num.* 40. *Ciarl. contro.* 169. *num.* 45. *Scapucc. de Salu. lib.* 2. *cap.* 24. *numer.* 5. *Put. dec.* 471. *numer.* 5. *lib.* 2. *Rot. decis.* 137. *num.* 31. *post Merlin. de pign.*

Illiquiditas ex eo insurgit quia in confesso est quod Lelius primus & deindè Ignatius & alij fratres de Petronijs receperint pensionem non modicę quantitatis tam ex domo meliorata qua ex altera, quæ pensiones ab anno 2614. quo fuit mota lis, & sic desierunt
10 esse bonæ fidei possessores veniunt† cum illis compensandæ *Conart. var. resol. cap.* 8. *num.* 3. *in fine Pereg. de fideicom. art.* 50. *num.* 68. *Scapucc. vbi supra num.* 3.

Neque ad effugiendam obiectam liquiditatem refragatur responsio, quod respectu pensionum quas consequuti sunt ex Domo meliorata non intrat compensatio eo quia sunt fructus melioramentorum, qui cedunt commodo meliorantis, vt non cogatur illos restituere *l. cæterum* 22. *verb. improbe ff. de rei vindic. & probauit vltra alios in decis. alleg.* §. *non obstat Milanen. decis.* 7. *num.* 82. *lib.* 1. *Surd. dec.* 282. *& 294. num.* 11. *Gamm. dec.* 69. *num.* 3. Siquidem huiusmodi lucrū restringitur ad fructus proueniētes ex rata melioramentorum factorum in Domo non comprehensis illis quæ percipiebant ex veteri ædificio antequam desuper eleuaretur Domus ascendentibus ad scut. 80. annua, & per fabricā fructus sint aucti ad scut. 190. iuxta modernas locationes, & in fructibus huius augumēti consistit lucrum meliorantis *vt explicat gloss. quam Bald. approbauit in l. fin. ff. d. fund. dot. Negus. de pign. in* 5. *part. memb.* 4. *nu.* 20. *Peregr. de fideicom. art.* 50. *nu.* 68. *in fine Scapucc. de Salu. in pracit. cap.* 24 *in fin. Afflict. dec.* 86. *num.* 6. *& 7. Buratt. dec.* 558. *num.* 5. *Add. Borgn. Canalcan. dec.* 28. *num.* 5. *circa finem*, & hinc pro dicta rata pensionum ante melioramenta, & post
13 perceptarum ex capite † compensationis stat firma illiquiditas excludens retentionem.

Nec dicatur, quod cesset omnis illiquiditas, & compensationis exceptio deducta ex dictis fructibus quocumque modo perceptis ex eo quia Lælius titulo emptionis Domus acquisiuit & tantum ipse, quam Successores bona fide possederant, sicque fructus suos se-
14 cerunt *gloss. in l. Emptor* 66. *in verb. superfluus in fine ff. de rei vindic. qu.* 153. *pariter nu.* 4. quia cum de anno 1614. fuerit, vt dictum est contra ipsū mota lis super nullitate venditionis mediante monitorio per venditricem obtento, & illi præsentato, & in actis reproducto *Grat. discept. forens. cap.* 531. *num.* 75. *& 77. & cap.* 639. *n.* 1 *Rot. dec.* 644. *num.* 10. *apud Posth. de manut. Decian. decis.* 174. *num.* 6. *& post Nig. de subhast. dec.* 40. *n.* 7.
15 a quo tempore effecti sunt possessores malæ fidei quæ impedit, vt non valeant refectionē petere *l. domum* 5. *C. de rei vind. l. adeo* §. *ex diuers. ff. de acquir. rer. domin. Pereg. conf.* 42. *n.* 21. *lib.* 1. *Rot coram Seraph. dec.* 898. *num.* 3. *in Calagurritana Cappellania* 14. *Decembris* 1648. §. *dictaq; specialis cor. bon. mem. Bichio & in Neritonen. melioramentorum* 7. *Iunij* 1662. *coram Eminen. Celso* §. *cum enim.*

16 Non obstat repetitio† data in contraria decisione §. fin. quod ex hoc resultat solum mala fides prę̄sumpta non autem vera stante, quod venditrix, & sui litem cæptam non sunt prosequuti, sed tacuerunt vsque ad annum 1636. vt obseruat *Magon. decis. Lucen.* 81. *n.* 11. *vsque ad* 17. Nam præter quod quæstio ibi erat super retentione rei melioratę donec meliorans fuisset satisfactus de melioramētis quo
17 casu ad effectum, vt non amittantur non sufficit præsumpta mala fides inducta ex sola litis contestatione, vt declarat idemmet *Magon. num.* 15. *vers. cum probat.* secus quam vt hic meliorans recepit fructus, & illos lucrari intendit, nam tunc non permittitur post motam litem quæ ex tunc causat malam fi-
18 dem resistentem tali lucro *l. sed & si lege* §. *ante ff. de pet. hared. l. nemo C. de acq. possessione l.* 3. *ff. de Interd. Scapucc. de Salu. d. cap.* 24. *nu. final. Cent. de cens. quæst.* 66. *num.* 86. *& 87. Duran. dec.* 311. *n.* 1 *& 2.* difficultas visa est cessare ex facto dum ex datis in hodierno summ. Franciſci *num.* 3. constat, quod vltra Monitorium fuerint exhibita alia Iura & deuentum ad alios actus à
19 Lelio impugnatos † ex quibus bene ostenditur Ius venditoris, & insurgit mala fides sicuti quoque aduertit *Magon. ibidem num.* 13. *ibi* absque eo quod ipsis alias de Iure suo aliquid ostendat *Marc. Ant. Maceraten. var. resol. lib.* 1. *resol.* 22. *num.* 6. *Rot. dec.* 57. *num.* 26. *par.* 7. *rec. & cor. R. Tarraconen. dec.* 36. *num.* 9.

Non officit repetitum obiectum quod domus fuerit empta, & meliorata etiam pretio retracto ex locis Montium subiectorum fideicommisso, & de Pontificis licentia venditorum cum subrogatione Domus in illorum locum ad commodum fideicommissariorū in quorum præiudicium non potest prætendi imputatio fructuum à Francisco nullam cōtra illos actionem habente *l.* 1. *C. de compensat. cum concordāt. alleg. in dec.* §. *minus in horum melioramentorum* nam vltra, quod adhuc negatur probatio veritonis corruit obiectio non solū
20 ex eo quod Papa† non censetur voluisse prę̄iudicare Francisco, & Ius quod super Domo habebat tollere *cap. dudum de priuil.* sed etiam quia de rata scut. 1400. & Census scut. 1000.
21 possit sine veri præiudicio † iustificari quod Lælius, & deinde filij sunt satisfacti cū pensionibus indebite perceptis, & legis ministerio compensatis *l. si debitor ff. qui pot. in pign. hab.* vel
22 solum remanent de pecunijs Creditores non autem sunt effecti DD. Domus vt late huic obiecto respōdet *dec.* 11. *Decembris* 1662. §. *fin.*

Ex quibus omnibus vel penitus prosternitur melioramentorum exceptio vel ad minus hoc certum est quod remanent turbida, & il-
23 liquida, & proinde sit deneganda retentio Petronijs, & concedenda immissio Francisco

Pacif.

Puteff. de Sain. Inſpect. 2. cap. 2. num. 206. Rot. coram bon. mem. Merlin. deciſ. 118. numer. vltimo & in diſſ. Anuinen. Saluian., §. 1. coram Reuerendiſſimo Papien.

Et ita ſi vtraque, &c.

Deciſio hæc erit in Miſcellan. inxta ſeriem Temporis.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Fideicommiſſi.

Lunæ 1. *Februarii* 1666.

ARGVMENTVM.

Teſtator in parte diſpoſitiua deſcendentes ex maſculo per lineam maſculinam vocans in parte etiam conditionali eos vocare voluiſſe præſumitur, maximè ſi verba ſint germinata, quæ enixam teſtatoris voluntatem demonſtrare ſolent, nec ad Præſumptiones eſt recurrendum, quoties de clara teſtatoris voluntate apparet.

SVMMARIVM.

1 *Verba geminata magis enixam teſtatoris voluntatem oſtendunt.*
2 *Deſcendens ex fœmina non poteſt dici de linea maſculina.*
3 *Verba* quocumque tempore *extendunt vocationem linea quoad tempus, ſed non circa qualitatem perſonæ.*
4 *Dictio* illius *præciſam perſonalitatem importat.*
5 *Verbum* ex *reſtrictionem voluntatis teſtatoris ad filium ex corpore filiarum immediatè natum reſtringit cæteroſque nepotes excludit.*
6 *Filiorum nomine in fauorabilibus veniunt etiam nepotes.*
Limita vt nu. 7.
8 *Dictio* vt ſupra *reſtringitur ad limites prioris diſpoſitionis.*
9 *Ratio ſubſequens à præcedenti diſpoſitione regulatur.*
10 *Voluntas teſtatoris ſtat pro ratione.*
11 *Teſtator quando reſpectum habuit ad certam qualitatem, ex qua regulatur diſpoſitio non intrat motiuum de excluſione proximioris à remotiori, ſed ſucceſſio defertur etiam ſi fiat tranſitus ad lineas per perſonas remotiores.*
12 *Perſona qualificata potius conſideratur, quam vna vel altera linea.*
13 *Teſtator in parte diſpoſitiua vocans deſcendentes ex maſculo per lineam maſculinam in parte etiam conditionali eoſdem vocare voluiſſe præſumitur.*
14 *Filius non poſitus in conditione non cenſetur vocatus, nec ſubſtitutis impedimentum præſtare valet.*
15 *Filij cenſentur prædilecti.*
16 *Præſumptio ceſſat quoties de contraria teſtatoris voluntate apparet & nu. 17.*

DECISIO CCCCVI.

NEQVE ſub nomine filiorum in fideicommiſſo ab Antonio Volta ordinato, neque lineæ maſculinæ appellatione comprehendi Comitem Capellũ Antoniæ filiæ fideicommittẽtis Pronepotem, iterum exiſtimantes Domini in deciſis 10. Decembris 1664. ad fauorem DD. de Campegijs ſubſtitutorum ſtandum eſſe cenſuerunt. Non quidem nomine filiorum, quia ipſe talis non eſt, ſed pronepos Antoniæ, vt dixi & tamen Teſtator vocando primum filium maſculum ex Iſotta, vel Antonina eius filiabus naſciturum, intellexit de maſculo immediatè ex eorum ventre genito, & proueniente, ibi: maſculum, qui ex tali eius filia, vel vna ex filiabus, &c. & deindè finita dicta linea quondam filij maſculi
1 ex ipſa filia fœmina eiuſdem teſtatoris: † Quæ verba ſolos filios admittunt non autem alios deſcendentes & geminata magis enixã ſuper hoc oſtendunt teſtatoris voluntatem, vt de dictione *ex* reſponſum fuit *in Romana fideicom. de Griffonibus* 20. *Maij* 1656., §. *quod autem coram Dunoz.* 2. *& in Firmana Primogenit.* 30. *Maij* 1657. *in principio coram Veroſpio vbi alij referuntur.* Nec pariter lineæ Maſculinæ appellatione, quia, cum ab Antonia per duas fœminas deſcendat,
2 dicitur † de eius linea fœminina non autem maſculina ex relatis *in* §. *neque Comes, & concordat Grat. diſc.* 901. *numer.* 12. *Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Amorinis* 30. *Maij* 1659. §. *quia præter quod verſic. verum etiam quia coram Reuerendiſſimo Papien. &* 22. *Maij* 1662., §. *nam quod primam partem coram R. P. D. Priolo & in Ariminen. Caſtrorum* 29. *Maij proximi præteriti coram Reuerendiſſimo Decano.*

Pro limitatione regulæ quod appellatione filiorum nõ veniant Nepotes non ſuffragantur coniecturæ pro Paſello ab informantibus deductæ. Non prima quod vocauerit filium, qui ab vna ex illis filiabus quocumq; tempore naſceretur eiuſque deſcendentes. Tum quia
3 verba illa † *quocumque tempore* extendunt quidem vocationem quoad tẽpus, ſed non circa qualitatem perſonæ, nec excludunt quin filius debeat eſſe immediatè genitus ex filia teſtatoris cum concluſio procedat etiamſi filij ſint vocati in futurum euentum *Menoch. conſil.* 215. *numer.* 40. 100. *& ſeq. Laderc. conſ.* 136. *num.* 6. *& 7. plene Ciriac. conſ.* 8. *num.* 109. *& ſeq. vbi de communi & reprobatis contrarium tenentibus Grat. diſcept.* 765. *num.* 7. *Rot. deciſ.* 507. *numer.* 14. *part.* 2. *recent.*, & niſi aliæ concurrant, & quidem efficaciores coniecturæ, *in Bononien. fideicommiſſi de Bargellinis* 24. *Nouembris* 1651., §. *neque contrarium ſuadent coniecturæ coram Bichio*, tum quia
4 attenta dictione *illius* quæ † præciſam perſo-
5 nalitatem importat, † & verbo *ex* quod reſtrictionem voluntatis teſtatoris ad filiũ ex corpore filiarum immediatè natum reſtringit, nepotes, & cæteri excluduntur *Alex. conſ.* 40. *num.* 3. *lib.* 6. *Pereg. conſ.* 52. *num.* 8. *verſ. nam dupliciter & numer.* 10. *lib.* 5. *Menoch. diſt. conſ.* 215. *nu.* 52. *& 54. Ceſal. conſ.* 607. *num.* 61. *Ciriac. diſt. contr.* 8. *num.* 71. *cum alijs in Bononien. fideicommiſſi* 16. *Iu-*

Digitized by Google

nij 1662. §. *hunc intellectum vers. inspecta potissime coram bon. mem. Verospio.*

6 Altera pariter quod † in fauorabilibus sub nominē filiorum compræhendantur Nepotes quodque testator expresè prohibuerit alienatione pro manutentione, & conseruatione Domus, & familiæ de Voltis descendentiæ eiuidem Testatoris, ac eius filiorum & filiarum earumque descendentiæ, & lineæ, ac alias omni meliori modo, &c. non aduersatur.

7 Nam prima † non habet locum, quando cōcurrunt dictiones restrictiuę, & relatiuę ad filios ex certa fœmina natos. Tunc enim cæteri non censentur vocati, vt mox dictum fuit, & comprobat *Honded. conf.* 60. *numer.* 68. *lib.* 1. *alijs relatis Grat. descept.* 629. *numer.* 11. *& discept.* 76<. *num.* 8. *& 9. Rot. in d. Romana fideicommissi de Gissonibus*, §. *quod autem*. His vero verbis

8 adiecta sint dictio, *vt supra* quæ † operatur, vt ratio conseruationis Domus familiæ, & descendentiæ restringatur ad limites prioris dispositionis, in qua linea masculina prioris filij vocata fuerat, & illius qualitatis repositionem inducit, ita vt sequens † ratio à præcedenti dispositione reguletur

9 *Cravet. consil.* 623. *num.* 19. *lib.* 4. *Surd. conf.* 362. *num.* 9. *Grat. discept.* 475. *nu.* 36. *plene Rota in Romana fideicommissi de Coronis in recent. decis.* 7. *nu.* 36. *& seq. part.* 10., *&* 12. *Junij* 1651. §. *secundum coram Reuerendissimo Decano, & in Amerina fideicommissi* 9. *Maij* 1664. §. *præsertim attentis verbis prohibitionis coram R. P. D. Priolo.*

Tertia demum deducta ex absurdo ob prę-lationem transuersalium descendentibus cel-

10 sit ex voluntate testatoris, quæ † quantumuis sola sufficeret cum in his terminis stet pro ratione nihilominus rationabiliter etiam moueri potuit ex eo quod transuersales per vnā fœminam tantum coniuncti sunt descendentes vero per plures, vt in §. absurdum & his

11 accedit quod quando † testator habuit respectum ad certam qualitatem, ex qua dispositio regulatur non intrat motiuum de exclusione proximioris à remotiori, sed succesſio defertur etiam si fiat transitus ad lineas per personas remotiores, vt firmant relati *per Castill. contr. Iur. lib.* 5. *cap.* 91. *numer.* 47. *Rot. deci-*

12 *sion.* 206. *part.* 3. *recent.* vbi quod † consideratur persona qualificata potius quam vna vel altera linea.

Nec ex eo quod in parte conditionali testator expressit, *& casu quo filiæ quandocumque decederent absque filijs, & descendentibus masculis, &c.* sola existentia Comitis Paselli quamuismon vocati ad exclusionem substitutorum suffragatur. Quia † cum in parte dispositiua testator vocasset descendentes primi filij masculi per lineam masculinam in parte etiam conditionali intelligitur sensisse de descendē-tibus scilicet per masculos *Ruin. conf.* 131. *n.* 15. *lib.* 1. *Cap. conf.* 2. *nu.* 31. *Gabr. conf.* 69. *num.* 5. *lib.* 2. *Surd. conf.* 564. *nu.* 7. *Rot. decis.* 402. *numer.* 9. *&* 10. *part.* 9. *recent. dicta Bononien. fideicommissi de Amerinis* 30. *Maij* 1659. §. *& vlterius coram Reuerendissimo Papien. & in Bononien. fideicommissi de Castaneis* 17. *Martij*, §. *quia cum fideicommissum, &* 13. *Decembris* 1662. §. *sed DD. coram R. P. D. Bourlemont*, quod sine difficultate in casu nostro procedere vim. ut ex sequentibus verbis. Et sic in effectu deficiente quandocumque linea, & descendentia masculina filiorum; Quæ ostendunt testatorem de linea masculi-

14 na prius expresè vocata sensisse, & † operantur vt Pasellus tanquam non positus in conditione substitutis non præstet impedimentum *Gab. conf.* 116. *nu.* 26. *& seq. lib.* 2. *Cyriac. conf.* 511. *num.* 24. *& seqq. per tot. Rot. in Perusina fideicommissi* 14. *Martij* 1662. §. *præterquam coram bo. mem. Verospio cum allegatis in* §. *prout non aduersatur.*

Non obstat quod cum ageretur de filijs testatoris mortua Antonina relictis liberis Comite scilicet Pasello pronepote fideicommissi conditionem ex coniectura Pietatis defeciſſe videatur & subintelligi debeat conditio

15 si sine filijs, qui † censentur prædilecti *iuxt. text. in l. cum Auus* 102. *ff. de cond., & demon. l. cum acutissimi* 30. *C. de fideicom. cum concordan. apud Fusar. d. substit. quæst.* 393. *n.* 1. *&* 2. Quia † præsumptio ex dictis legibus deducta cessat, quando

16 ex coniecturis costat de contraria voluntate testatoris *Roman. conf.* 570. *nu.* 4. *Dec. conf.* 504. *numer.* 8. *versic. postremo non obstat Ger. Spin. consil.* 65. *numer.* 14. *cum alijs per Aliogr. conf.* 61. *numer.* 2. *ex alijs lib.* 1. *& per Fusar. vbi supra numer.* 108., quæ hic benè deiumitur ex quo testator cogitando de liberis filiarum contemplatus fuit non solum masculinitatem, sed qualitatem descendentiæ per lineam masculinam vocando non solum primum filium masculum ex altera filiarum nascicurum, sed etiam totam eius descendentiam, & lineam masculi-

17 nam, quæ † qualitas cum in Comite Pasello deficiat cessat hinc præsumptio ex dd. legibus deducta *Paris. conf.* 19. *nu.* 94. *libro* 2. *Mantic. de coniect. lib.* 10. *titulo* 8. *nu.* 6. *Rota in Licien. bonorum coram Eminentissimo Ottobono. decis.* 270. *numer.* 4. *& 8. vbi concordantes, & 7. Februarij* 1653., §. *nec per existentiam filiorum & seq. coram Eminentissimo Celso.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Censuism.

Lunæ 1. *Februarij* 1666.

ARGVMENTVM.

Census sub conditione, quod pecuniæ in certam causam erogentur impositus, si conditio non impleatur, impositio census est ipso facto nulla, & versio pecuniæ in causam conuentam est necessario probanda.

SVMMARIVM.

1 *Census sub conditione quod pecuniæ in certam causam erogentur impositus ea non impleta impositio remanet nulla.*

agens præter id, quod à Prætore decretum fuit, nihil agit.
3 *Versio pecuniarum debet probari quando in pactum dedutta fuit.*
4 *Licentia concessa sub aliqua conditione, ea non impleta concessa minimè censetur.*
5 *Contrahens cum minore debet esse sollicitus, quod expressa in contractu impleantur.*
6 *Liber etiam titularis non probat solutionem magnæ quantitatis.*
7 *Libri tutelares ex* Statuto Bononien. rub. de Tutel. lib. 4. §. præterea, *vt probent quid requiratur.*
8 *Referens non magis probat, quam relatum.*
9 *Liber parvus memoriæ causa conscriptus nec contra scribentes probat.*
10 *Testis referens assertionem alicuius non affirmantis quod ita sit, sed quod ita dixerit, nihil probat.*
11 *Verba enunciativa, qua vltra principale propositum contrahentium proferuntur nihil disponunt.*
12 *Versio vt excludatur sufficit, quod solutio ex alijs pecunijs contingere potuerit.*
13 *de Minoris pecunia quando agitur verisimile non est notabilem quantitatem pecuniarum sine quietantia fuisse solutam.*
14 *Versio ex quibus improbata remanet.*

DECISIO CCCCVII.

CONCESSA manutentione Vincentio in possessionem prædij del Molino, & aliorum bonorum quæ ad instantiam Assumptorum Abbatiæ S. Naboris, & Felicis, pro censibus à Vincentio impositis, subhastata fuerunt, boni Iuris assumpta disputatione, de illo ad favorem Assumptorum pro libr. 1000. constare responsum fuit die 15. Iunij proximi præteriti, sed repropositа hodie causa à Decisis DD. recedendum esse censuerunt, impositio enim censuum à Vincentio, tunc minore facta in vim licentiæ à DD. Octauiano Vexillifero Iustitiæ, ac Tribuno Plebis Populi Bononiæ obtentæ habentis expressam conditionem dummodo omnes pecuniæ erogẽtur in extinctionem æris alieni, nec alias, nec alio
1 modo, qua † conditione non completa, nec vectione totius pecuniæ non seruata, impositio remanet nulla *l. si pupill. 7. §. si Prætor, ff. de rebus eorum. Alex. conf. 105. n. 5. lib. 1. Berous conf. 18. nu. 9. & 10. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 8. & 9.* vbi quod si Prætor Tutoribus permiserit vendere, & illi obligauerint, non
2 valet quod actum est, quia † qui aliud facit, quam quod à Prætore decretum est nil agit *Rota in alia relatis decis. 41. sub nu. 10. vers. secundo defert, & seq. decis. 325. num. 1. & 2. & decis. 363. nu. 15. part. 10. & dictum fuit in Firmana fideicommissi 3. Ianuarij 1633., §. vltimum pariter coram bon. mem. Pentingerio.*

Duplici autem ratione hic in causa expressa † versio probanda erat primo quia in con-
3 ditionem deducta fuit *Surd. conf. 181. n. 11. & 12. lib. 2. & decis. 268. nu. 8. Grat. discept. 45. num. 2. Rota decis. 178. nu. 18. & seq. part. 7. recent. & in Firmana Census 31. Iunij 1658., §. & ad hunc effectum coram R. P. D. nec Priolo, & quidem cum clausula*

4 *nec alio modo*, quæ † tanquam resolutiva, & consensum ab actu adimens operatur, vt non impleta conditione, licentia non censeatur concessa *Alex. conf. 3. nu. 4. & 5. lib. 7. Natt. conf. 172. nu. 5. Soccin. Sen. conf. 251. nu. 4. lib. 2. Grat. discept. 523. num. 21. & discept. 372. num. 5. Rot decis. 115. part. 1. recent.*

Quia agitur de impositione censuũ, non ex causa voluntaria pro vtilitate minoris, sed ex causa necessaria solutionis Aeris alieni, quo
5 ipse premebatur hoc enim † secundo casu tenetur contrahens cum minore esse sollicitus, quod pecuniæ in causã expressam implerentur *iuxt. distinctionem Conar. var. resol. lib. 2. cap. 17. num. 3. cum adductis per annot. ad decis. 31. nu. 117. part. 8. recent. Rota coram Eminentiss. Otthobon. decis. 125. num. 6. & 7. & prater relatos in prima dec. 14. Marty 1664., §. Iniustitia vero dictum fuit in Romana locorum montium 1. February 1664., §. ac comprobarunt etiam euentus coram Reuerendissimo D. Ninot.*

Quæ tamen probatio concurrere nullatenus vila est erogatio enim libr. 5000., quæ in satisfactionem Dotis Christinæ eiusdem Vincentij Sororis pro Dote illi promissa asseritur facta, vel deducitur ex partitis librorum Vincentij, de quibus in Summario Assumpto-
6 rum *numer.* 9. Et non sufficit, Tum † quia huiusmodi liber quatenus vere sit Titularis non probat solutionem huiusmodi magnæ quantitatis *iuxt. distinctionem relatam per Add. ad san. mem. Gregor. dec. 475. num. 11.* Tum quia non constat ab ipsis Tutoribus redditam fuisse rationem cum subscriptione & approbatione, partitarum à duobus Agnatis Adultis, vt requiritur, ac sine † quibus libri Tutelares, ex dispositione *rubr. de Tutel. lib. 4. §. præterea* nihil probant. *Surd. conf. 748. sub num. 8. vers. ad secundum dictum fuit Grat. discept. 171. num. 9. vers. tum hoc procedit Rot. decis. 498. numer. 3. part. 4. recent.* Tum demum quia partitæ non sunt absolutæ & simpliciter scriptæ, sed stant relatiuè ad
7 quietantias, & ad libros Antonij Mariæ Castelli, & † proindè non probant magis quam
8 relatum, vt in iltis terminis partititarum firmant *Dec. conf. 5. numer. 4. & 5. Alex. conf. 31. nu. 1. & seq. numer. 2. Dec. conf. 718. numer. 15. in fin. vers. modo aduertendum est Rota coram Reuerendissimo D. nec. Decano, & in Bonon. Bonorum 15. Iunij proximi præteriti, §. sicuti nec vis coram R. P. D. meo Emerix.*

Ex libris autem Castelli talis probatio non non resultat, non solum quia partita apertæ solutionis, quæ ita cantat 1632., *Illustrissimo Signore Cino Marescotti dare 17. Aprile lib. 5000. detti quattrini disse per dare al Signor Conte Andrea Ghisilieri; per dote della Signora Christina sua moglie*; non sequitur scripta, neque in libro magistro, neque in giornali, sed in quodam libercu-
9 lo nuncupato Vacchetto, memoriæ tantum causa conscripto, † qui nec contra scribercuto probat *Ias. in l. admonendi numer. 81. in vers. 5. limita, ff. de Iur. Iur. Grat. conf. 123. nu. 11. & 12. lib. 2. Menoch. conf. 296. num. 68. & seqq. Honded. consil. 39. nn. 53. & 54. lib. 2. Rot. apud Postb. de manut. dec. 314. n. 4. Bonon. pecuniaria 1. Aprilis 1665*

§. 1. *nothis coram me vt in Romana pretenſa Dotis* 26. *Iunij* 1664. §. *minus afficit coram R. P. D. meo Ottalora.* Verum etiam quia in omnem euentum ex illa reſultaret quidem ſolutio facta Senatori Cino, ſed ex verbis enunciatiuis, *diſſe per darli*, concludi poteſt eaſdem pecunias ſucceſſiuè Comiti Ghiſlerio fuiſſe ſolutas cũ
10 Caſtellus † retulerit ſolum aſſertionem Cini non affirmantis quod ita ſit, ſed quod ita Cinus dixit vt ponderat *Bald. in l. nulla* 13. n. 3. *verſ. ſed quæro C. de Teſtibus Cephalus conſil.* 113. *num.* 16. *verſ. debuit enim ſcribere lib.* 2. *Rota in Romana Cenſus, ſeu depoſiti* 8. *Martij* 1641. §. *neque*
11 *etiam videtur coram bon. mem. Dunozetto*, † Verba enim enunciatiua, quæ proferuntur vltra principale propoſitum contrahentium, tanquam intentionis eorum inductiua, nunquam probant, nec diſponunt, vt poſt *Bald. tradit Rota Gen. de Mercat. deciſ.* 37. *ſub num.* 3. *vero, & quid Bald.*

Et quamuis ex Inſtrumento quietantiæ in Summario Aſſumptorum *n.* 10. conſtat Maritum Chriſtinæ integram à Vincentio dotem accepiſſe, non inde tamen probatur verſio, quia facta Cino fuit anno 1632. Inſtrumentũ vero quietantiæ de anno 1651. poſt 20. ferè annos ſtipulatũ fuit, tanto enim temporis interuallo, cum Vincentius eſſet Diues, & in Inſtrumento quietantiæ nulla ſit facta mentio, ex quibus pecunijs, maritus ſatisfactus fuerit quinimò confeſſio eſt relatiua ad alias
12 ſcripturas, quæ non exhibentur infra ad † excludendã verſionem ſufficit, quod ex alijs pecunijs ſolutio potuerit contingere, vt in iſtis terminis *Rota in Romana Cenſus* 5. *Maij* 1662. §. *neceſſitas coram R. P. D. meo Bourlemont*, partim
13 quia † cum ageretur de pecunia minoris veriſimile nõ eſt hanc notabilem pecuniarum quantitatem Cinum ſoluiſſe ſine quietantia, *vt in terminis partita ſout.* 1000. *coram Merlin. de Luc.* 259. *num.* 6. *part.* 6. *recent. cum alijs in Romana pecuniaria* 27. *Aprilis* 1654. §. *in præſenti vero cor. Eminentiſſ. Celſo.*

Quo verò ad libras 2000. ſolutas, vt aſſeritur Comiti Bonfilio ad computum Dotis Lucretiæ eodem modo reſpondetur non conſtare de identitate aſſerta in partita librorum Caſtelli in Summario Aſſumptorum *num.* 7. his verbis ſcripta 1663. *à dì* 15. *Febraro lib.* 2000 *quatrini pagati d' ordine del Signor Cino al Signor Petronio, Neri*, non probat, quia vltra exceptiones, de quibus ſupra Petronius non erat creditor vt infra, & quamuis dicatur conſtare prædictam quantitatem pro dote Lucretiæ fuiſſe ſolutam ex alia partita librorum Titularium 19. Februarij 1537. *al Signor Ercole Bonfiglioli libr.* 2000. *quatrini à ſua Signoria cõtati mediante vna polizza al Magnifico Antonio Maria Caſtelli*, hæc tamen illa deſtruit, quia ſi hæc quantitas ſoluta fuit die 5. Februarij, vt ex libris Caſtelli ſubſequens Apoca, de qua in libris Vincentij, vel non habuit effectum, ſed cum per quatuor dies ante fuiſſent ex burſatæ pecuniæ, vel ſolutio in illis pecunijs, ſubtè quota fuit, quam de acceptis ad vſum etiam cõſumptis,
14 & ſic † improbata remanet verſio, cumque in alia partita enuncietur ordo, & poſitum, qua mediante Caſtellus ſoluiſſe dicitur dum non exhibentur hoc fieri præſumitur, quia Aſſumptis obeſſe poſſent *Cephal. conſ.* 133. *nu.* 24. *lib.* 2. *Burat. conſ.* 96. *num.* 16. *lib.* 1. *Menoch. præſumpt.* 91. *num.* 4. *lib.* 2. *Cyriac. contr.* 201. *num.* 195. *Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ.* 521. *num.* 6. *& deciſ.* 537. *numer.* 3. *& in Peruſina fideicommiſſi de Rodulphis* 26. *Januarij* 1654. §. *eoque facilius coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Et denum quoad reſiduum cum nõ iuſtificetur debitum D. D. cenſuerunt recedendum eſſe ab vltimo loco Deciſis.

Vtraque, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT
Bononien. Bonorum.

Lunæ 1. *Februarij* 1666.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononiæ ſub diuerſis rubricis examinatur, Dos ex quibus ſoluta præſumatur etiã in præiudicium tertij. Conſenſus præſtitus de caſu ad caſum non extenditur. Priuilegiũ Primipili cui competat.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Bononien. ſub rubr. de appell.* §. *præterea prohibet vltra primam vicem appellare in in iudicijs poſſeſſorijs.*

2 *Creditor anterior à poſteriori bonorum poſſeſſionem auocare poteſt.*

3. *Confeſſio facta de receptione dotis ſufficienter non probat illius traditionem.*

4 *Dos ex quibus ſoluta præſumatur etiam in præiudicium tertij.*

5 *Conſenſus præſtitus alienationi bonorum operatur, vt creditor anterior ſua anterioritate frui nequeat, quæ cenſetur per conſenſum remiſſa.*

6 *Conſenſus præſtitus de caſu ad caſum non eſt extendendus.*

7 *Hypotheca nunquam cenſetur remiſſa, niſi expreſsè hoc fuerit aſſum.*

8 *Debitor quando vocatur ſolutus non eſt, nec eſt neceſſe illum excutere.*

9 *Priuilegium Primipili ſolum competit ei, qui præeſt annonæ militari.*

10 *Statutum Bononien. ſub rub. 61. diſponit quod frater teneatur pro fratre.*
Sed intellige vt num. 12.

11 *Statutum Bononiæ ſub rub. 61. diſponit, quod creditores debeant indifferenter concurrere per ær, & libram in bonis decoſſi.*

DECISIO CCCCVIII.

CONTENDENTIBVS ſuper prælatione in quibuſdam bonis Lucij Sanctæ Mariæ Antonio eius fratre ex vna in vim releuationis ſibi à Lucio promiſſæ occaſione fideiuſſionis pro eo factæ in Inſtrumento receptionis dotis Ditmantis Lucij Vxoris, & ex alia D. Comite de Pepulis pro alijs Creditis

ditis deuoluta causa ad Rot. cum clausula constito quod sit locus statuto de duabus esse locum fuit coram me 20. Iunij 1664., & 1. Iulij 1665. per duas vices responsum, & hodie iterum in Decisis persisten putarunt DD.

Stantibus enim duabus sententiis quarum validitas non impugnabatur, & Iustitia resultabat ex dd. duabus decisionibus ex inferius
1 deducendis, inerat protinus Statutum † *sub rubr. de appell. §. praterea* prohibens vltra primã vicem appellare in Iudicijs possessorijs qualis est de quo agitur cuius statuti pluries ad propositum meminit *Rota in decis. relata in anteriore resolutione huius causa, §. adeo & dec. 330. num. 4. part. 2. diuers. dec. 31. & 32. nu. 1. post Marches. de commis. par. 1. fol. 978. & seqq. & in Bonon. 9. Maij 1659. coram Reuerendissimo Ghislerio, & in eadem 18. Februarij eiusdem anni coram Dunozetto.*

Iustè enim videbatur præpositus dict. Comes in hoc concursu, quia eius Creditum erat posterius illo Antonij prouenien ex Instrumento dotali Diamantis cuius vigore, vt dicebatur in prima decisione huius Causæ,
2 §. & Iustitia iure † potuit ab eo vti posteriore Antonius auocare bonorum possessionem *per tex. in l. 2. & toto fere tit. ff. de iis qui pot. in pign. cum aliis in dicta decisione adductis.*

Quamuis d. Instrumentum dotale continet
3 ret solam confessionem de recepto† quæ sufficienter non probat dotem fuisse traditam, quia in circumstantiis fusius à DD. in prima decisione ponderatis nempè quod Instrumẽtum fuerat celebratum de tempore, quo Lucius erat soluendo quodque pro eo fideiusserat eius frater & probatur dos inconsiderabili quantitate effectiue consignata cum ordinata expressione temporis, & modi, factæ solu-
4 tionis, † quæ arguunt vere solutam & in præiudicium tertij ex latè firmatis *in dicta prima decisione §. nam prater cum multis seqq.*

Minus obstare visum fuit, licet magis in eo insisterent informantes, quod Antonius
5 consenserit † alienationi bonorum de quibus agitur, & ob id, frui non possit sua anterioritate per consensum remissa ad firmata *per Rotã coram Gregor. dec. 67. nu. 8. & dec. 263. nu. 1.*

Quoniam subsistit responsio pluries data in prædictis Decis., quod scilicet consensus Antonii non fuit præstitus pure, & absolutè fauore omnium Creditorum Lucij fratris, sed limitate ad Commodum eorum, qui habebant illum obligatum, & sic ad effectum satisfaciendi Creditoribus tam Chirographarijs, quam Instrumentarijs, & emptoribus cũ pacto francandi, & censuarijs ipsius Antonii Indeque cum Comes non sit de his Creditoribus non potest ostendere consensum ad sui fa-
6 uorem † cum non extendatur de casu ad Casum, vt inquit *Bald. in cap. 1. nu. 19. vers. Item tit. an Agnati, vel filii defuncti de feud. Panzirol. cons. 154. nu. 10. Menoch. cons. 75. n. 74. Grat. discept. 697. nu. 3. Cyriac. contr. 15. nu. 4. & 6. Rota dec. 14. num. 130. coram Buratt. cum aliis in decisione huius causa adductis.*

Prout nihil iterum releuat obiecta decisio in qua Antonius dimittens Comiti bona,

controuersa cẽsetur renunciasse per dimissionem hypothecæ, de qua non fuit actum imò cum sit compatibilis cum reseruatione illius, & minus pariter dicitur commissa, quo cer-
7 tius est, † id nunquam præsumi, nisi expressè fuerit actum ex latè cumulatis in secunda decisione §. Diuisio autem.

Nec tenetur Antonius, siue modo Fabianus antequam agat contra Comitem excute-
8 re alia bona Lucij, quia † cum is sit Notoriè non soluendo, non est necessaria alia excussio, vt tradunt *Gabr. concl. 1. numer. 53. de fid. Inf. Thequæst. for. 54. num. 3. Grat. disc. 123. nu. 9. Ciarl. contr. 95. num. 21. Giurb. dec. 57. nu. 11.*

Ad priuilegium Primipilare cuius vigore Comes prætendebat præferri in Credito dotali, satis fuit responsum in prima decisione & signãter quod hodie, vel non est in vsu vel so-
9 lum † competere potest ei, qui præst annonæ militari *Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 98. numer. 8. & 9.* & præcisius, quod non fideiussit minusque ad fauorem Cameræ, sed tantum promisit releuare indemnem tertium fideiusorem pro Fabiano, ideoque posset forsan hoc priuilegium allegari contra bona Fabiani pro Camera obligata, non Lucii, qui soli Comiti promisit, vt fusius in decisione prima §. verius.

Cætera quæ approbantur certa sunt reuocata, sed non noua quia aliundè sublata, in aliis decision., nam quidquid dicendum pro credito dotali, satis est quod non probet, &
10 statuta, quæ adducuntur alterum † sub rubr. 61 ad proband. quod frater teneatur, pro fratre, nimis aperte compertum fuit, & absolutè
11 responsum † procedere inter fratres mercatores insimul conuiuentes, & auctoritates hodie adductæ ad probañ indistincte seruari etiam inter alios non mercatores non faciunt ad Casum, quia loquuntur de alio Statuto Mercatorum disponente, quod vigore Chirographi competat via executiua, quod dd. auctoritates firmant procedere inter omnes etiam non mercatores vt videre est, *Canaler. decis. 64. in fin. & dec. 83. num. 1. post Bucch. de oblig. Camer.*

12 Alterum † sub rubr. 68. disponens quod Creditores debeant indifferenter concurrere per æs, & libram in bonis decocti, vel non habet locum exaduerso forum Mercatorum, vel clarius non obstat, quia in eo litteraliter excipiuntur dotes, & Creditum ex causa Dotis alias aduertit *Rota Bonon. diuers. dec. 83. versic. 3. supposito* iterum, tertio esse, locum Statuto dixerunt Domini in decisis persistendo.

Vtraque parte, &c.

R. P. D. EMERIX.

Romana Associationis.

Luna 8. Februarii 1665.

ARGVMENTVM.

Associatio ad bona, quæ erant de tempore donationis in potestate donãtis ex quibus com-

petat, Decretum iudicis ex falsa causa interpositum corruit in totum, quamuis causa in parte sit vera

SVMMARIVM.

1 *Associatio ad bona, quæ tempore donationis erant in bonis donantis cõpetit quando in instrumento illius adest pactum capiendi possessionem propria auctoritate.*
2 *Dominium rei venditæ pretio non soluto in emptorem non transit.*
3 *Hæres factum defuncti impugnare non potest.*
4 *Decretum iudicis ex falsa causa interpositum corruit, etiamsi causa in parte sit vera.*

DECISIO CCCCIX.

CONCLVSVM iterum fuit mandatum de associando obtentum ab Eugenia esse iustum quia in instrumento donationis omnium bonorum in illã collatæ à Fabia adest pactum capiendi possessionem propria auctoritate vigore † cuius competit associatio
1 ad domum quæ tempore donationis erat in bonis donantis *iuxta textum in l. 3. vbi Barth. num. 18. C. de pignor. & auctoritates in alia decis. adductas.*

Non obstat quod Fabiæ, & Iuliæ Sororibus non fuerit ab Hippolito vendita domus sed tantum melioramẽta ab ipso facta in domo fideicommissaria Aurelij Senioris quia responsum fuit ita melioramenta vendita, vt in instrumentis annorum 1608. & 1615. Summario Eugeniæ *num.* 1. constare domum ad quam concessa fuit associatio quæ est diuisa, & distincta ab altera fideicommissaria, vt euidenter probatur ex Inuẽtario bonorum Aurelij Senioris in quo domus fideicõmissaria distribuitur cum quatuor Apothecis & tamẽ ad præsens cernuntur sex, quarum duæ existũt sub domo meliorata in cuius Porta scriptum est nomẽ Hippoliti hodierno Summario Eugeniæ *num.* 2.

Tum etiam ex instrumento anni 1616. in quo idem Hippolitus fatetur vendidisse illa melioramenta vocando illam domum contiguam alteri fideicommissariæ, & inhabitatur à Fabia Summario *nu.* 3. quod tollit omnem dubietatem.

Neque aduersatur quod Fabia de anno 1616. retrouendiderit Hippolito medietatem melioramentorum. Ideoque saltem pro medietate dominium amiserit, & per consequens, nec illam Eugeniæ donare neque possessionem in eandem transferre potuit
2 quia † cum in d. retrouenditione dominium, & possessionem sibi reseruauerit donec pretium solueretur, cum clausula non alias aliter nec alio modo vtique pretio non soluto, nihil translatum fuit in Hippolitum ex adductis *per Mart. de claus. part. 1. claus. 29. nu. 9. Altograd. cons. 9. n. 1. & seq. lib. 1.*

Et quamuis in eodem Instrumento retrouenditionis assignatæ fuerint Fabiæ pensiones alterius domus tamen indè non benè infertur ad illarum exactionem imò contrarium apparet, ex eo quod in eodem instrumento conuentum fuit quod Fabiæ prius satisfieri deberet ex dd. pensionibus de alio credito Societatum officiorum de quo illi non fuisse satisfactum constat ex Codicillis Hippoliti Sũmario *num.* 5. in quibus se fatetur debitorem Fabiæ ex causa dd. Societatum in scut. 120. quam ex conuentione facta in eodem Instrumento anni 1626. in quo idem Hippolitus se obligauit in casu redemptionis d. domus vẽditæ restituere integrum pretium scut. 600. d. Fabiæ Summario *nu.* 3.

Minus suffragatur fratribus de Stagnis retentio vigore dotis Virginiæ eorum matris quia cum ipsa non solum venditioni vnius medietatis consenserit Summario præterito Eugeniæ *num.* 3. sed postea vtramque venditionem approbauerit hodierno Summario
3 *num.* 5. sequitur † quod ex persona illius non possit impugnari venditio *iuxta regulam cap. nemo plus Iuris de reg. Iur. in 6.*

Denique non releuat quod fratres prædicti vltra censum, & vineam dederint Eugeniæ scut. 500. pro dote, & quod *ipsa* propter dotem à fratribus receptam *ijsdem* renunciauerit omnia bona sibi donata à Fabia Tum quia ex legato Paterno fratres tenebantur illam dotare in maiori summa scut. 1500. Summario præterito *num.* 17. Tum etiam quia dum vinea, & Census erant propria Eugeniæ hoc sufficit pro nullitate renunciationis propter
4 indiuiduitatem decreti Iudicis, quod † interpositum est falsa causa corruit in totum etiã si causa in parte esset vera *l. magis vti §. manent ff. de reb. eorum l. si Præses C. de Pred. min. Ciriac. contr.* 257. *num.* 15. *& seqq. Rota decisione* 630. *num.* 2. *& 3. part.* 2. *rec. & dec.* 610. *num.* 4. *part.* 3. *recen.*

Ex quibus & alijs in præcedenti decisione latius deductis cursus resolutum fuit vtraque &c.

REVERENDISS. CERRO DECANO.

Nunc. S. R. E. Cardinali

Romana Hæreditatis.

Lunæ 8. *Februarij* 1666.

ARGVMENTVM.

Testator quando mandauit hæredi hæreditatem debere pluribus restitui, non satisfacit hic eius voluntati eligendo vnum, & potest facultate sibi concessa vti moderando, vel augendo portiones, non verò illius dispositionem, & fideicommissum euertere valet.

SVMMARIVM.

1 *Hæres qui ex testatoris præcepto pluribus expressè nominatis restituere tenetur non potest in præiudicium nominatorum vnum dumtaxat nominare.*
2 *Testatore dãte facultatem eligendi aliquos ex familia*

lix collectiuè sumpta hæres eligendo vnum illius voluntati satisfacit.

3 *Dictio* purche *est restrictiua, & quodammodo coactiua.*

4 *Hæres grauatus restituere pluribus voluntati testatoris non satisfacit electione vnius.*

5 *Dictio* inter *est distributiua.*

6 *Hæres qui habet facultatem disponendi potest ea vti moderando, vel augendo portiones, non autem in destructionem fideicommissi & vocationis.*

7 *Testamenti vna pars aliam declarare solet. Declara tamen si sit dubia & non constet de mente testatoris & num.8.*

9 *Voluntas testatoris quoties est clara de vna parte testamenti ad aliam non fit illatio.*

10 *Dictio* detta *repetit omnes qualitates, & conditiones superius expressas.*

11 *Testator quod ad suam ipsius descendentiam respexerit, ex quo arguatur.*

12 *Testator mentem suam, & spiritum hæredis dispositioni relinquens intelligitur reliquisse ad declarandas dubietates non ad euertendam dispositionẽ à se factam.*

13 *Discretiuus modus loquendi voluntatem testatoris declarat.*

DECISIO CCCCX.

EX DEFECTV potestatis resolum fuit coram me 16. Ianuarij 1665. bona Pauli non cadere in totum sub dispositione Virgilij, quam resolutionem hodiè Domini confirmarunt. Quia cum Paulus disposuerit, quod superuiuens aliorum suorum filiorum post eius obitum deberet restituere Iacobo Philippo, & Francisco aliis eorum fratribus, & eorum descendentibus omnia stabilia, loca Montium non vacabilium, & Census, de quibus modo solùm agitur, ideò Virgilius
1 vltimus superuiuens, † qui ex præcepto Testatoris pluribus expressè nominatis restituere tenebatur nõ poterat in præiudicium descendentium à Iacobo Philippo, ad fauorem Marchionis Horatij descendentis à Francisco duntaxat disponere ex allegatis in decisione §. *Sed etiam*.

Non obstat, quod videri possit Paulum considerasse descendentiam dd. Fratrum collectiuè, & tanquam vnum corpus compositum ex personis ex vtraque descendentia prouenientibus, & repræsentantibus familiam
2 Testatoris, & † propterea sicuti vnus tantum potuisset eligi, si Testator concessisset facultatem eligendi aliquos de familia collectiuè sumpta, ex doctrin. *Bart. in l. vnum ex familia 69. §. Sed si fundum num. 1. ff. de leg. 2. cum alijs ab informantibus Cumulatis*; ita quoque eadem ratio militare debeat in casu de quo agitur, in quo omnes descendentes considerari debent vnitim, & tanquam vnum corpus.

Quia cum mens Testatoris, & verba præseferant discretiuam vocationem vtriusque lineæ ex descendentibus: *Che il sopranuiuente debba restituire à Giacomo Filippo, e Francesco, & à descendenti loro*; & paulò inferius: *alli loro Fratelli, e loro numerosa descendenza*, quod etiam bis repetit, quando non determinat, in quorum capita redire debeant: *Li beni stabili, Monti, e Censi, che haueranno à ritornare per queste sue ordinationi à Giacomo Filippo, e Francesco, e loro descendenze maschiue*; sed tellimitatione tu-
peruiuentis: *Purche vadino nella persona delli detti Giacomo Filippo, e Francesco, e di loro descendenze*. Ex quibus attenta maximè dictionis
3 illa restrictiua, & quodammodo coactiua: † *Purche*, habetur, quod descendentiæ non con-
4 iunctim, sed discretiuè fuerunt vocatæ, ideò † hæres grauatus non adimplet præceptum Testatoris vnum tantum eligendo, vt per *Bart. in l. 1. num. 1. ff. de opt. legat. Card. Seraph. decis. 874.* vbi etiam quod dictio, *In*, hoc casu importat quantum dictio, † *Inter*, quæ est distributiua, *vt num. 3. & 4.* præsertim cum non fuerit dictum simpliciter in descendentias, sed in ipsorum descendentias, & hoc idem firmatur in *Romana Successionis 5. Nouembris 1608 coram Ortembergo*, & optimè etiam conferunt tradita à *Cyriaco controu. 584.* vbi in casu cuiusdam Bernardini, quod posset disponere in
5 eius vltima voluntate inter filios masculos Catharinæ, & Troili de bonis, ac hæreditate prout placuerit *nu. 30. & 41.* resoluit, quod non sufficiat eligere vnum, *ac tribus seqq. numeris*, respondet auctoritatibus, quæ in contrarium deducuntur.

Ex his igitur patet non obstare alia verba Pauli: *Che non prescriue accertamente in quali testè habbino à ritornare li beni stabili, Monti, e Censi, che haueranno à ritornare per queste sue ordinationi à Giacomo Filippo, e Francesco loro descendenze, ma lascia in arbitrio dell'vltimo sopranuenie di ritornarli in quelle Teste, che più li parerà, e piacerà*. Quia illud arbitrium superuiuenti concessum non versatur circa electionem vnius tantum, sed circa distributionem inter plures, vt statim se declarat Testator; *Purche vadano nelle persone di Giacomo Filippo, e Francesco, ò di loro*
6 *descendenze*; quo casu † hanc habens facultatem potest illa quidem vti moderando, vel augendo portiones, non autem in destructionem Fideicommissi, & vocationis, vt desumitur, *ex textu in l. cum filius 73. §. Pater, ff. de leg. 2.* Ponderando etiam, quod talis facultas regulari debebat à meritis, vel demeritis, præsertim attentis illis verbis; *Quale si conosca, che possi far suauaggio à chi meno meritarà, e vantaggio à chi più*, & hoc casu importabat liberã facultatem parum, aut nihil tribuendi ei qui demeruisset, non autem omninò priuandi eos, in quibus demerita non reperirentur, vt latè probatur in decisione §. *Præterea, cum seqq.*

Quod verò in alia parte Testamenti præcipiatur reinuestimentum faciendum: *Di maniera, che à suo tempo torni à detta sua descendenza*, quasi intelligi debeat de sua descendentia collectiuè, & pro vno tantùm corpore, coniungendo descendentiam, de qua supra, cum
7 ea de qua modo loquutus fuerat, qui † licèt vna pars Testamenti pro declaratione alterius
8 soleat deseruire, hoc † tamen posset procedere, quando esset dubia, non autem quotiens ex

deductis constat apertè vtramque descenden-
9 tiam fuisse vocatam, Tunc † enim de vna parte ad aliam non fit illatio, vt respondetur huic obiecto in dicta *Romanæ Successionis* §. *Non*
10 *obstat*, ponderata signanter dictione illa † *à detta*, quæ cum repetat omnes qualitates, & conditiones supra expressas ex allegatis, *à Burat. decis. 272. num. 6. & sequen.* declaratur, & intelligitur retento eodem modo, & ordine, quo descendentiæ fuerant antea discretiuè vocatæ.

Imò quando Testator vsus fuit verbo *descendenza*, in numero singulari non est dicere respexisse collectiuè ad descendentias filio-
11 rum, sed ad propriam sui ipsius, quod † benè innuunt verba: *à detta sua descendenza*, respectù verò Testatoris nõ potest considerari, aut exprimi, nisi vnica descendentia in numero singulari, prout vnica est, & dicitur Adam descendentia in numero singulari totum genus humanum; Ideòque congruè hic suam in numero singulari dixit descendentiam, idest sui ipsius, & supra descendentias in numero plurali, idest descendentias filiorum, atque Nepotum.

Minus etiam refert, quod in euentum non factæ dispositionis ab vltimò superuiuente Testator iusserit, vt omnes descendentes succederent in capita non autem in Stirpes. Quia cum hæc sit diuersa substitutio facta in casu quo prima non habuisset effectum, ideò etiã diuersimodè accepta non obesset superiori, adhuc intrat responsio, quod successio faciẽda esset in Capita, & non in Stirpes vtriusque tamen descendentiæ, & retento semper thematè. Imò potius ex hoc apparet discretiuè semper Testatorem loquutum fuisse, & enixè voluisse, vt nedum succederent vtriusque fratris descendentes, sed potissimum, & maiori etiam prædilectione filios Iacobi Philippi, quos cum sciret longè plurimos, tamen iubendo Successionem in capita; vtique magis prospiciebat huic descendentiæ tàm copiosæ, quàm alteri Francisci minus dilecti longè minori, scilicet duorum tantum filiorum.

Postremò non obstat, quod Paulus Testa-
12 tor reliquerit proprium spiritum Virgilio; † quia hunc intelligi debet reliquisse ad declarandas si quæ essent ambiguitates, & sensus, obscuri, & ad præeligendum eos, qui essent meriti maioris, & capita in qualibet descendentia, non autem ad euertendam totam substantiam dispositionis à se factæ, & aliam omninò diuersam, & nouam inducendam, & componendam contrà suam mentem expressam, & clarissima verba Testamenti ex deductis in decisione §. *Non obstante*, & in simili *in Pernsina erectionis Canonicatus 4. Maij 1665. §. primò. quia, & prima Februarij 1666. coram R. P. D. meo Carpineo.*

Et pro coronidè hæc voluntas circà vtrãque descendentiam manifestè comprobatur ex dispositione facta à Paulo in casu quo Frãciscus deficeret sine filijs, ibi: *Che vada al Signor Giacomo Filippo, e sua descendenza, &c. però à quello, ò quelli che più piacerà à lui* idest Francisco, *compiacendosi di lasciarlo in libertà di disporre in chi più à lui piacerà, purche ne disponga in Giacomo Filippo, ò in vno, ò più della descen-*
13 *denza di lui, &c.* Ex quo † discretiuo loquendi modo liquet, quod vbi voluit concedere hanc facultatem id expressè declarauit, & si hanc facultatem hoc casu etiam tribuere voluisset, vnico verbo se expedire potuisset dicendo, quod superuiuens posset dare totum vni ex descendentibus vtriusque Fratris.

Et ita vtraque parte Informante fuit resolutum, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Firmana Fideicommissi.

Veneris 12. *Februarij* 1664.

ARGVMENTVM.

Testator quod fideicommissum reciprocum inter suos descendentes inducere voluerit ex quo arguatur, latissimè in præsenti decisione ventilatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommisso ad fideicommissarij fauorem purificato, & identitate bonorum probata competit eidè immissio in vim* l. finalis C. de edict. Diu. Adrian. tollen. *vel vtilis Saluiani.*

2 *Verba* in perpetuum *ad heredes immediatè nominatos relata operãtur, ac si testator dixisset quod bona de herede in heredem, vel de descendente in descendentem vadant.*

3 *Verba* in perpetuum *in fideicommisso ascendentis inserta intelliguntur de heredibus sanguinis.*

4 *Testator strictissimam bonorum alienationis prohibitionem faciens præsumitur voluisse perpetuo cõseruari bona inter suos heredes concurrentibus cõiecturis idem suadentibus, & vnica etiam coniectura sufficit, & nu. 5. & 6.*

7 *Vocatio heredum nomine collectiuo concepta fideicommissi reciproci coniecturam inducit.*
Et hoc procedit quando cum nomine collectiuo concurrit verbum tractum futuri temporis importans & nu. 8.

9 *Testator volens quod bona perpetuis futuris temporibus apud suos heredes permanere debeant reciprocam de linea ad lineam inducere voluisse censetur.*

10 *Testator bona per suos fines demonstrans integra præsumitur voluisse ad vocatos in infinitum peruenire, nec vnquam scindi in partes.*

11 *Substitutio reciproca facilius inducta censetur quãdo sumus inter descendentes testatoris, & concurrit onus manutenendi bona sub pœna caducitatis, & num. 12.*

13 *Coniectura simul iungi debent, vt mens testatoris fideicommittendi reciprocè de linea ad lineam eruatur.*

14 *Voluntas testatoris conseruandi bona quando impleri potest*

Digitized by Google

vi poteſt per fideicommiſſum reciprocum in quallibet linea hæredum non eſt facienda extenſio de linea ad lineam.

Quod declara vt num. 151.

16 *Filius dotem matris defunctæ ex bonis fideicõmiſſo ſubiectis detrahere nequit, quia nõ eſt amplius dos, ſed reputantur bona eius propria.*

17 Authent. Res quæ *non habet locum vbi dotis titulus extinctus eſt.*

18 Authent. Res quæ *remedium eſt ſubſidiarium.*

19 *Præſumptio ſatisfactionis dotis per viam compenſationis ex quo interet.*

20 *Immiſſio vocatis ne retardetur ratio fructuum à die nota litis perceptorum eſt habenda.*

21 *Hæres ex quibus dotem maternam detrahere ex bonis fideicommiſſo obnoxijs non valeat.*

22 *Mulier conſenſum alienationi bonorum liberorum præſtans ſibi præiudicat quoad bona fideicommiſſaria, vt ex eis dotem detrahere non poſſit.*

23 *Dos à patre aſſignata, in dubio congrua præſumitur.*

DECISIO CCCCXI.

SENTENTIA Rotalis per quam conceditur immiſſio fratribus de Natinguerra in poſſeſſionem prædij Gommaretti à Santuccijs detenti, viſa eſt Dominis confirmanda; Nàm illius validitas in dubium reuocata non fuit, & Iuſtitia reſultat ex eo quod concurrit fideicommiſſum à Petro Simeone ordinatum, illius purificatio ad fauorem Actorum, & identitas Prædij, quæ † 1 ſunt requiſita ad effectum obtinendi immiſſionem neceſſaria, ſiuè ex remedio *leg. final. C. de Edict. Din. Adrian. Tollen.* Vel in vim vtilis Saluiani, vt latè deductum fuit in Deciſionibus huius cauſæ, & concordant relati in *Benon. fideicomm. de Cattaneis 11. May 1663. §. 1. coram Reuerendiſſ. Ninot, & in Romana fideicommiſſi de Maximis 8. Februarij 1664. in princip. coram R.P.D. meo Benilaqua, & ſæpè in alijs.*

Tria autem quæ in contrarium ab Informantibus pro Santuccijs in præſenti diſputatione repetebantur non obſtare, & ſatis ſublata fuiſſe Domini dixerunt. Non primum quod fideicommiſſum ſit quidem reciproci inter deſcendentes cuiuslibet vocati; Non autem de linea ad lineam; Quia dum Petrus Simon Teſtator expreſsè iuſſit manuteneri Fontem in Prædio de quo agitur exiſtentem ſub pœna caducitatis ad fauorem filiorum Brixiæ, & vicinum prohibuit litteraliter Prædium aliquo pacto, vel quæſito colore, vendi, alienari, vel pignorari, ex quacunque cauſa, vel ratione, etiam ex cauſa delicti, ſed perpetuo futuris temporibus permanere debeat penès ſuos hæredes Inſtitutos, & ſubſtitutos, & eorum hæredes in infinitum. Quæ 2 poſtrema verba † *in perpetuum* ad hæredes immediatè nominatos relata, operantur, ac ſi Teſtator dixiſſet, quod Prædium vadat de hærede in hæredem, vel de deſcendente in deſcendentem *Roll. à Vall. conſ. 23. ſub num. 39. verſ. & ſic ſenſus eſt lib. Fuſar. conſ. 134. nu-*

3 *mer. 18.* Et † in fideicommiſſo aſcendentis, ac in prohibitione alienationis inſerta, intelliguntur de hæredibus ſanguinis, & ſic de deſcendentibus *Socin. ſen. conſ. 57. num. 1. & ſequen. lib. 1. Dec. conſ. 38. num. 4. & 5. verſ. ſi ergò illa verba Pariſ. conſ. 8. num. 7. lib. 3. Gionagnon conſ. 16. numer. 12. lib. 2. Nat. conſ. 531. nu. 21. verſ. ſed debent accipi illa verba pro liberis*, plenè *Menoch. conſil. 489. num. 3. & 4. Peregrin. deciſ. Patanin. 101. verſ. licet autem Rot. dec. 216. num. 1. part. 5. rec. & in Ravennaten. fideicomm. 6. Martij 1665. in princ. coram R.P.D. meo Ottalora.*

Et proindè propter neceſſitatem implendi voluntatem Teſtatoris dicendum eſt fuiſſe inducta fideicommiſſum reciprocum, nè dùm inter deſcendentes cuiuslibet Columnelli, ſed etiam de linea ad lineam, quia alias, ſi deficiente vna linea Prædium ad extraneos trãſire poſſet, non reſultaret effectus conſeruationis perpetuæ penes ſuos hæredes in infinitum, quàm † Teſtator præuia prohibitione 4 ſtrictiſſima alienationis adeo enixè optauit, & voluit, vt per hanc rationem concludunt in his terminis *Ruin. conſ. 151. num. 7. verſ. ſi vult. igitur quod in infinitum lib. 2. Dec. conſ. 38. ſub n. 6. verſ. & ex concluſione prædicta Fuſar. d. conſ. 154. num. 18. & 19.* plenè *Altograd conſ. 92. num. 7. lib. 1. & com. 80. num. 63. lib. 2. Io. Baptiſta Spada conſ. 237. num. 1.* vbi quod ſæpius modernis temporibus, ità deciſum fuit, & *num. 14. lib. 3. Peregr. conſ. 102. num. 16. lib. 1. & de fideicom. art. 13. nu. 76. verſ. ſed contra, & num. 77.* ibi de veriori opinione teſtatur *Gratian. diſcept. 828. num. 43. Rota deciſ. 649. num. 1. & ſeqq. part. 4. tom. 3. & deciſ. 18. num. 25. part. 10. rec.* Quod eo fortius procedere 5 vilum eſt, † quia concurrunt in præſenti coniecturæ idem ſuadentes *Decian. reſponſ. 3. num. 48. & ſeqq. lib. 3. Eugen. conſ. 21. num. 19. lib. 2.* 6 vbi † quod vnica coniectura ſufficeret, quod ſit mat etiam *Caſtill. dec. Sicil. 25. num. 23. & 24. lib. 1. Mantic. de coniectur. lib. 7. tit. 5. ſub num. 15. Rota coram Durano deciſ. 451. numer. 4. & in Romana fideicommiſſi de Maximis 22. Martij 1659. §. quo facilius admitti debet, coram R.P. D. meo Benilaqua,*

Vocatio enim eſt concepta nomine collectiuo hæredum, cum dictionibus in infinitũ, quæ nedùm ſucceſſiuam temporis remotiſſimi ſeriem importat, ſed etiam perpetuitatẽ, & propter nominis collectiui plurium graduum inter omnes ſub nomine illo comprehenſos, † fideicommiſſi reciproci coniectu- 7 ram inducit *Joſeph Ramon. conſ. 100. ſub num. 63. verſ. & interuenientibus, & ſeq. Surd. conſ. 136. n. 10.* 8 *& ſeq.* vbi quod † quando cum nomine collectiuo concurrit verbum tractum futuri tẽporis importans, hæc concluſio ab omnibus approbatur *Fuſar. conſ. 134. nu. 19. & per tot. Altograd. d. conſ. 92. nu. 8. verſ. ex quo argumentum deſumitur pro reciproco lib. 1. Gratian. d. diſcept. 828. num. 44. Rot. dec. 183. nu. 11. part. 10. recen.* Prohibitio eſt realis in Prædium directè non in perſonas ibi, *Sed perpetuo futuris temporibus permanere debeat,* † quod ad inducendam reciprocã de linea ad lineam ponderat *Pariſ. conſ. 92. ſub numer. 45. verſ. & ex hoc neceſſariò ſequitur*

lib. 2. Becc. conf. 24. num. 4. Surd. conf. 67. numer. 18. Altograd. d. conf. 92. nu. 12 lib. 1. Peregrin. d. art. 13. num. 81. & 82. Gratian. d discept. 828. nu. 41. & 45. Rot. in Romana Palatij de Capranica 6. Martij 1665 §. sed etiam quia, coram Reuerendiss. D. meo Decano, vbi citat, & sequitur præcedentem decisionẽ huius causæ 16. *Aprilis* 1663. *coram Reuerendiss. Ephesino.*

Quibus accedit, quod de Prædio particulari agitur per suos certos fines demonstrato, quod totum, & integrum Testator voluisse ad vocatos in infinitum peruenire censetur nec vnquam in partes scindi, *Ruin. conf.* 109. *num.* 6. & 7 *lib.* 2. *Peregr. d. conf.* 62. *num.* 24. *libr.* 1. *Menoch. præsumpt.* 62. *nu.* 19. *lib.* 4. *Rot. dec.* 386. *sub num.* 2. *vers. item conuenire aliud ad reciprocam par.* 4. *diuers.* Et versantur inter descendentes Testatoris, inter † quos facilius reciproca censetur inducta *Peregrin. conf.* 54. *nu.* 8. & *seq. lib.* 1. *Gionagron. conf.* 81. *numer.* 7. *lib.* 1. *Fusar. conf.* 24. *numer.* 25. *Spad. consil.* 337. *numer.* 15. *vers. & hoc eo facilius lib.* 3. *Rota decis.* 18. *numer.* 44. *parte* 10. *recent. & in Interamnen. Bonorum* 13. *Iunij* 1657. §. *nec applicatur, coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et demùm concurrit onus perpetuò mánutenendi fontem ex fructibus Prædij, in ipso vt dixi existentem, sub pœna caducitatis, † quod in subiecta materia post *Ancharan. consider. Nat. conf.* 531. *num.* 28. *Mantic. de coniectur. lib.* 6. *tit.* 15. *sub num.* 12. *vers. sed rursus Rota d. decis.* 183. *num.* 17. & *coram Eminentiss. D. Card. Otthobono dec.* 177. *num.* 21 Quæ † quidem coniecturæ omnes simul iungi, & coacernari debent, vt, ad eruendam Testatoris mentem fideicõmittendi reciprocè de linea ad lineam inuicẽ fulciantur *Honded. conf.* 54. *num.* 53. *lib.* 2. *Cephal. conf.* 259. *num.* 11. & *seqq. Rota d. dec.* 18. *num.* 45. *part.* 10. *recent. & in Rauennaten. fideicommissi* 11. *Febr.* 1661. §. *ac etiam, vers. qua sanè coram R. P. D. meo Priolo.*

14 Vnde non obstat, quod † dùm voluntas Testatoris conseruandi Prædium, vt supra, impleri potest per fideicommissum reciprocum in qualibet linea hæredum; non sint multiplicanda grauamina, & extensio de linea ad lineam, iuxtà *decis. Seraphin.* 1023. *per tot.* Quo-
15 niam † hoc procedit in simplici vocatione plurium personarum, absque verbis tractum temporis importantibus, non autem vbi concurrant dicta verba perpetuo futuris temporibus, & coniecturæ vrgentes de quibus supra, In quibus terminis non dicitur satisfactum voluntati Testatoris, nisi admissa reciproca de linea ad lineam, hæc censetur inducta, vt in specie respondet *Altograd. d. conf.* 80. *num.* 69. *vers. respondetur id non procedere, & seqq. Castill. dec. Sicil.* 25. *sub n.* 28. *vers. ex quibus facillima datur responsio part.* 1. *Rot. decis.* 467. *sub nu.* 10. *vers. quia, & si possibile, & seqq. part.* 5. *recent. & in Bonon. Bonorum* 27. *Ianuarij* 1662. *coram me* §. *Hinc parum refert.*

Nec Santuccijs qui Prædium emerunt a Io: Francisco filio Magdalenæ Primæ Vxoris Francisci hæredis grauati, & Patris fratrum de Natinguerra competit ex causa dotis Magdalenæ retentio; Nàm quantitatem scutorum 520. (erat autem dos scutorum 900. monetæ veteris, & scut. 810. nouæ) receptam à Francisco post dissolutum morte Magdalenæ ma-
16 trimonium, non † poterat filius ex fideicõmisso detrahere, quia non erat amplius dos mulieris, sed post solutionem factam Patri recipienti, & deindè inuestienti eandem quantitatem in tot censibus ad commodum, & vtilitatem filij, reputantur bona eius propria, nec considerantur amplius vndè proueniant *l. per Procuratorem* 89. *ff. de acquir. haered.* ibi, *Quia Castrensia esse mutatione personæ desierũt, Petr. Barbos. in l. post dotem* 41. *numer.* 77. *in fin. vers. & ideò pro regula constituitur ff. solut. matrim. Gimbad consuetud. Messan. cap.* 7 *gloss.* 5. *part.* 1. *num.* 11. Nec
17 † habet locum remedium *Auth. res quæ*, quia titulus dotis extinctus est, & proprium filij Patrimonium bona effecta sunt *Alex. conf.* 198 *num.* 8. *lib.* 6. *Scipio Rouit. conf.* 100. *sub num.* 8. *vers. & eo principaliori lib.* 1. *Spad. consil.* 343. *numer.* 8. *in fin. l.* 4. *Rota in Romana Dotis de Buoncompagnis* 27. *Martij* 1634. *coram Pironano, post Fenzon. ad statut. Vrb. decis.* 136. §. *quia mortua Matre.*

Pro scutis deinde 117. excluditur retentio, quia Franciscus mobilia pro concurrenti hac quantitate recepit, quę extantia mulieri erant restituenda, & consumpta eius damno perierant, iuxtà dispositionem statuti Ciuitatis Nouæ. Cui non aduersatur replicatio, quod per annum tantùm, quo durauit matrimonium, non præsumuntur consumpta: Quoniam semper vrget dilemma in Decisionibus consideratum, quod si non erant consumpta, eadem restituenda erãt, nec poterat filius pro illorum valore, bona fideicommissi alienare, cum † in subsidium tantum, intret re-
18 medium *Auth. res quæ Nat. consil.* 119. *numer.* 4. & *seqq.* cum aliis per *Fusar. de substit. quæst.* 932. *numer.* 14. *Rota decis.* 89. *num.* 32. *post Zacch. de obligat. Camer. & decis.* 145. *num.* 14. *part.* 8. *recent. & in Bonon. fideicomm. de Malueziis* 4. *Februarij* 1661. §. *minus tandem coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Et demum pro residuo allegari nequit retentio, quia ante alienationem Prædij de quo agitur, Ioannes Franciscus plura mobilia, & animalia ad paternam hereditatem spectantia receperat, & consumpserat. Vnde † vel
19 intrat præsumptio satisfactionis pẽr summam compensationis, *Rota coram Merlin. decis.* 312. *num.* 4. & 5. *& in Romana fideicommissi de Zuccarinis* 4. *Febr.* 1650. §. *Quod autem coram bonæ mem. Dunzetto*, Vel creditum remanet illiquidum, ratione cuius vocatis ad fideicommissum retardari nequit immissio *Paris. cons.* 25. *num.* 65. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 704. *num.* 11. & 12. *Rota decis.* 411. *num.* 27. *part.* 5. & *decis.* 38. *num.* 6. *part.* 10. *recent. & in Bononien. fideicommissi de Bologninis* 2. *Maij* 1653. *sub* §. *in bonis coram Eminentiss. D. Card. Celso.*

Nec exclusa remanet turbiditas ex Iudicialis relatione Periti, data in *Summ. fratrum de Santuccijs nu.* 11. licèt enim in ea firmetur valorem omnium mobilium Francisci grauati non

non

non excedere scuta 265. b. 55. quorum septimam tantum partem cum habuerit Ioannes Franciscus, nempè scuta 38. istis subtractis, creditum videtur in reliquis liquidum remanere. Nihilominus ad debitum eiusdem Io: Francisci, addenda est alia partita scutorum 45. perceptorum ex portione Domus Fideicommissariæ ab ipso alienatæ, & postmodum à Stephano redemptæ, vt in eius *Summ. num. 4. & 5.* Et pro reliquis scutis 80. circiter, cum in hereditate Francisci adesset creditum similis summæ, pro quo census in quantitate æquiualenti fuit assignatus, vt in *Summ. Stephani, & fratris num. 11. & 12.* bona fideicommissi retineri non poterant, & in omnem euentum adhuc remanet illiquidum ex fructibus per
20 Santuccios à die motæ litis perceptos, de † quibus habendam esse rationem, ad effectum non retardandi immissionem vocatis, *Rota decis. 249. num. 21. part. 6. decis. 38. num. 6. part. 10. recent. Bononien. fideicommissi 5. Decembris 1650. §. Quia verò coram Eminentissimo Domino Cardinali Celso, & in Bononien. fideicommissi Bartholomei de Bologninis 29. Nouembris 1655. sub §. huiusmodi coram Reuerendissimo Domino meo Decano.*

Pro dote pariter Altobellæ non habet locum retentio, quia erat scutorum 543. circiter monetæ nouæ, pro cuius restitutione ipsa habuit sex ex septem partibus mobiliũ Francisci, quæ iuxtà relationem dicti Periti, constituunt scuta 241. nec non Possessionem liberam in Contrada Pittignani existentem, pro scutis 286. quæ tanti ab eodem Lippono
21 vendita fuit. Vnde † frustra ex hoc capite, Santuccij eandem dotem iterum detrahere prætendunt. *Rota coram fan: mem: Gregor. decis. 580. num. 4. Bonon. fideicommissi de Cattaneis 11. Maii 1663. §. aut ille, coram Reuerendiss. Nimot. & in Bononien. fideicommissi de Amorinis 17. Martii 1664. §. non obstat, coram R. P. D. meo Priolo:* Et pro exigua remanenti quantitate, vel intrat præsumptio satisfactionis ex fructibus vt
22 supra; Vel cum Altobella † præstiterit consensum alienationi bonorũ liberorum Francisci Viri, sibi quoad fideicommissaria præiudicauit, vt ex iisdem suas dotes amplius detrahere non possit *Menoch. præsumpt. 190. num. 47. & sequent. lib. 4. Rota in Romana fideicommissi de Donatis 7. Iunii 1660. §. reliqua verò, coram Reuerendiss. D. meo Decano, cum aliis in Decisionibus.*

Postremo ex causa Dotis Alidoræ filiæ Dorothei, non intrat retentio pro scutis 100 prouenientibus, vt prætenditur ex Censibus à Dorotheo receptis loco prætij Prædij Gõmaretti: Tùm quia cum ei dos in scutis 300. à Patre constituta fuisset, & pro quantitate scut. 250. in alijs bonis assignata, scuta 50. tantum ex his censibus ad Alidoram peruenerunt, quæ non potuit deindè in euersionem fideicommissi, vel eius diminutionem auge-
23 ri, cum † dos à Patre assignata, in dubio, congrua præsumatur *Ruin. conf. 231. num. 4. lib. 2. Honded. conf. 63. num. 85. lib. 1. Merlin. Pignattel. centuu. for. cap. 3. numer. 4. lib. 1. Rota decis. 195. num. 3. & 9. part. 2. recent. cum aliis in Bonon. Dotis, seu Tertiæ 31. Maii 1658. coram me §. Quinimo.*

Tùm etiam quia Dorotheus, dictos Census liberè recepit, sinè vlla conditione, aut onere, illos in dotem Alidoræ implicandi; Vndè ex iuribus ipsius allegari nequit retentio, quia ad hunc effectum requirebatur, quod vel Alidoræ, vel Patri, cum hoc onere expresso ementes soluissent, vt ex iuribus Dotalibus ipsius iuuari possent, *Merlin. de Pignor. lib. 4. tit. 2. quæst. 44. num. 27. Rota decisione 324. num. 20. cum seqq. part. 9. recent. & in articulo discusso in Romana Saluiani 6. Februarii 1665. coram me, & in Esina fideicommissi 20. Nouembris proximi prateriti §. nec immissio coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Romana Hæreditatis.

Veneris 12. Februarij 1666.

ARGVMENTVM.

Actor iudicium intentare volens contra reum diuersæ diœcesis, quid agere debeat. Curandũ est ne humiliores à potentioribus vexentur.

SVMMARIVM.

1 *Actor contra reum diuersæ Diœcesis, debet delegatum impetrare, vel in Diœcesi rei, vel in alia nõ propria.*
2 *Principe iusto dominante, nihil timeri potest.*
3 *Iniuria non possunt affici illi, qui ius publicum inuocare, & adire aliquem potestate præditum, possunt, qui vim eos pati prohibeat.*
4 *Homines viliores ne à potentioribus contumelia afficiantur est curandum.*

DECISIO CDXII.

DANDAM Remissoriam Io: Baptistæ, hodie Domini respõderunt postquam illi non dandam Inimissionem responderãt 23. Februarij anni superioris, & ea ipsa ratione præcipuè deficientis probationis concludentis, &c. in decis.

Nequè repugnauerunt, vel satis informãtes pro Monasterio, quo minus Remissoria daretur, sed repugnabant, quo minus daretur ad locum, & ad Reatinos, & ad Patriam petentis, vbi etiam fautores, & Protectores potentes esse petentis ipsius cauebant, pro
1 vt Actor † cõtra Reum diuersæ Diœcesis debet impetrare delegatum, vel in diœcesi Rei, vel in alia non propria, notatur in §. *cum actor, cap. statutum 11. de rescript. in 6.*

Sed DD. contrarium visum est ex facto, quod Reatina Ciuitas est sub Ecclesiastica dictione, & nunc sub Sanctissimo Dño Alexandro VII. præcipuè iustissimo in Sacro e-
2 nim † Dominatu eius timeri nihil potest, vt dicebant Imperatores, in *leg. 1. C. de his quæ per met. Iudic. non appell.* & sub quo, aut nihil impunè

impunè, & magis pro vicinitate Ciuitatis, vbi
3 cum possit quisque † Ius publicum inuocare, & adire aliquem potestatem præditum, qui vtiquè vim eum pati prohiberet, *l. vlt. in prine. ff. quod met. caus.* & maximè gubernante Reatinos præstantissimo Gubernatore R. P. D. meo Vrbano Cerro filio fratris R. P. D. mei
4 Decani, id potissimum curante † ne potentiores viri humiliores iniurijs afficiant, ad §. *ne potentiores, l. 6. ff. de offic. Præsid.* & summatim ita Ius reddente, vt auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat ad *Lobserv. 19. in fine, ff. eodem*.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. OTTALORA.

Romana Fructuum Dotis.

Veneris 12. Februarij 1666.

ARGVMENTVM.

Filia statim, ac nuptias cum viro digno contraxit etiam sine consensu patris, debet dotari sine vlla interpellatione cum sciat se teneri ad solutionem Dotis à die Matrimonij contracti, & si dotem non soluat, alimenta filiæ præstare tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Dos debetur filiæ à patre, licet illa nulla præcedente promissione nuptias cum viro digno, & eius assensu contraxerit.*

2 *Dotis fructus à die contracti Matrimonii debentur.*

3 *Mora, nec interpellatio requiritur, quando agitur de patre, qui debet dotem soluere.*

4 *Pater scit se teneri ad dotis solutionem à die contractus Matrimonii.*

5 *Onerum matrimonialium sustentatio deseruit pro mora, & interpellatione.*

6 *Fructus dotis respectu patris, non debentur ratione moræ, sed loco alimentorum.*

7 *Alimenta à patre filiæ debentur, donec dotem soluat.*

8 *Dotis interusuria debentur marito à die quo cœpit, onera matrimonii sustinere.*

9 *Dotis interusuria ex Statuto Vrbis taxantur ad rationem septem cum dimidio pro qualibet centenario, & debentur quamuis nulla dotis præcesserit promissio.*

10 *Mora sicuti à patre incurritur statim, ac vir onera matrimonii sustinere cœpit, debet etiam Statuti dispositione ligari.*

11 *Fructus dotis ad rationem quinque pro centenario, alias per Rotam taxata fuerunt.*

12 *Dos quando promissa est in Stabilibus, iuxta illorũ reddituum fructus debentur.*

13 *Dos quando fuit in quantitate assignata pater compellitur ad Statuti formam fructus soluere.*

14 *Dos taxata est à Statuto, & Constitutione Sixti V. in scutis 5500.*

15 *Dotis vsura vltra illius quantitatem non debentur.*

16 *Dos in Sixti Constitutione contenta, non dicitur cõgrua inter familias nobiles.*

17 *Dotis declaratio, & liquidatio post derogationem Constitutionis Sixti V. secutæ retrotrahuntur à die contracti matrimonii, & num. 13.*

19 *Maritus contra Socerum pro dote, non habet actionem.*

20 *Iudex in iis, quæ ad Pontificem spectant, nullam habet iurisdictionem, nisi sibi ab ipso tribuatur.*

21 *Mora nulla in patre dotis debitore, non consideratur priusquam per Iudicem fuerit declarata.*

22 *Dos quando fuit per Iudicem taxata, nec taxationi mulier acquieuit, & quia maior quantitas ab ipsa prætenditur, dotis interusuria non debentur.*

DECISIO CDXIII.

DOMINI reformantes decisionem emanatam coram bon. mem. Verospio 3. Iunij 1665. censuer. * Dñæ Annæ Casafarellæ alimenta, seu fructus Dotales à die contracti Matrimonij, ad rationem scut. 7 ½. pro centenario respectu tãtum scut. 5500. quę ex Constitutione 52. Sixti V. in dotem permittuntur.

1 Cum enim Pater teneatur filiam dotare, licet illa nulla præcedente promissione nuptias cum viro digno sine eius assensu contraxerit, vt tradunt *Conar. de Matrimon. part. 2. cap. 3. num. 7. Sanchez eodem tractat. lib. 4. disput. 26. num. 17. Rota coram Canal. decis. 447. numer. 5. & cum aliis adductis in decisione coram me*
2 *edita hac eadem die*. Ità vt † statim contracto Matrimonio fructus incipiant deberi ab-
3 sque mora, & interpellatione, quia † vbi agitur de Patre, non requiritur mora, nec inter-
4 pellatio cum † Pater sciat se teneri ad Dotẽ, à die contracti Matrimonij, & sustentatio
5 onerum † Matrimonialiũ deseruit pro mora, & interpellatione cum respectu Patris,
6 fructus verè non debeantur ratione moræ,
7 sed loco alimentorum, quæ † Pater filiæ præstare tenetur, quo vsque dotem soluat, *Merlin. de legit. lib. 2. titul. 1. quæst. 7. & 8. cum seqq.*
8 vbi quod † fructus debentur à die, quo Maritus incipit sustinere onera Matrimonij, *Add. ad Buratt. decis. 159. num. 13. Fontanell. de pact. nupt. claus. 6. gloss. 2. par. 6. num. 4. & seqq. Civiac. contr. 30. per tot. Rota in Auenionen. Pecuniaria 10. Decembris 1646. coram bon. mem. Verospio*, & optimè destinguendo inter Patrem obligatum, & extraneum, *Rota in Tusculana Salutani 25. May 1648. coram eodem, §. neque interpellationes*.

9 Fructus verò ad rationem 7 ½. pro centenario, iuxtà Statutum Vrbis præstari debent, etiã ac nulla Dotis præcesserit promissio, quia
10 sicuti absque ea † mora à Patre committitur statim ac vir cępit onera Matrimonij sustinere, debet etiam ille Statuti dispositione teneri, vt dictum fuit coram *Merlin. decis. 457. num. 2. & latius in decisione, quæ reuidetur, §. hinc vigere*.

11 Nec obstat, quod Rota alias fructus taxauerit ad rationem quinque pro centenario, *Buratt. decis. 112. num. 1. Rota decis. 112. num. 14 & 120. num. 3. post Giglian. ad Statut. Perus. & decis.*

decis. 6. num. 1. part. 8. recent. & in Romana Fructuum Dotis 28. Iunij 1621. coram Manzanedo,

12 quia hoc tũc procedit † quando Dotis promissio præcessit in stabilibus, iuxtà quorum reddituum fructus erant assignandi. Cum vero in præsenti † Dos sit in quãtitate assignata ad formam Statuti Pater compellitur fructus soluere, vt in puncto respondit *Rota coram Merlin. decis. 457. numer. 16. & 17. Spad. consil. 219. num. 4. & 14. cum duobus seqq. lib. 2. Rota coram Buratt. decis. 232. num. 7. & 282. numer. 1. cum seqq.*

14 Et pro summa tantum scut. 5500. taxata à Statuto, & Constitutione 52. Sixti V. fructus debentur cum vltra eam esset substantia, seu essentia Dotis, vt in *Romana Dotis 26. Martij 1662. coram bon. me. Verospio*, quià si non adest

15 Dos † nisi in tanta summa nõ possunt vltra eam deberi vsuræ,

16 Parum officiunt duo, quæ ab informantibus pro Anna obijciũtur alterum, quod Dos contenta in Sixtina, non dicatur congrua inter Familias Nobiles, *Rota coram Merlino decis. 333. in fin. & dictum fuit in prima decisione emanata super Dote, coram bon. me. Verospio 18. Iunij 1663. §. neque vrgere visa fuit*, vbi aliæ Decisiones cumulantur, alterum quod S. D. N.

17 Sixtinæ derogauit, atque † ideò declaratio, & liquidatio congruæ Dotis post dergoationem Sixtinæ secutæ retrotrahantur à die cõtracti Matrimonij, & sic fructus debeantur ab initio, *Rota decis. 280. num. 8. par. 7.* & quod

18 liquidatio † semper retrotrahatur, *Rota post Merlin. de Pign. decis. 124. nu. 11. 12. & 21. cum seqq. & in recent. decis. 409. numer. 30. & sequen. par. 9.*

Primum enim facilè tollitur ex eo, quod cum in Constitutione 52. Sixti V. sub titul. moderatione delle Doti, §. si ordina, sublata fuerit omnis promissio, omnisque actio, & ius petendi vltra dictam summam, non potest Socer dici constitutus in mora, contra

19 quem † Maritus non habet actionem pro Dote, vt respondit *Rota decis. 182. num. 2. & 3. par. 4. tom. 2. recens. Papon. consil. 91. num. 7.*

Nec magis iuuat secundum, quia S. D. N. non derogauit Bullæ Sixti V. quia ex tunc, sed prout ex nunc, & verba derogationis id demonstrant, quæ sonant in futurum de Dote, per Sacram Rotam taxañ. & de illius Cõstitutione postmodum facienda per Instrumentum, Summario Petri *num. 1.* nec substulit Bullã fingendo eam à principio non fuisse, sed præsupponens eius existentiam illi derogat, ac proinde non est locus retrotractioni, vt distinguit *Zabarell. consil. 105. num. 21. ad med.* Itaque solum habilitauit Annam ad peteñ. & consequeñ. Dotem, per Sacram Rotã

20 arbitrañ. vndè † Papæ derogatio, & remotio obstaculi valet ex nunc, quo Iudex declarauit cum prius non haberet Iurisdictionem, nec pars actionem, *Rota decis. 107. numer. 6. & seqq. par. 8. recent.*

21 Denique respectu maioris summæ fructus non deberi, Domini censuerunt, quia nulla mora potest in Patre Dotis debitore constituto priusquam per Iudicem fuerit declarata, *Bald. in l. acceptam 19. num. 6. & 20. vers. nam in liquidan. C. de vsur. Alex. consil. 49. vol. 2. Rota decis. 577. num. 1. par. 1. recent.*

Parum releuat, quod Rota in secunda decisione Dotem auxerit ad scu. 10000. & proinde cum Pater non aequieuerit dicatur cõ-

22 stitutus in mora. Cum † enim ab Anna maior quantitas prætenderetur, Pater habuit iustam causam litigandi, & ideò excusatur ad istum effectum, nec possit peti interesse, vt dictum fuit in *Anconitana Dotis 1. Iulii 1643. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, impres. post Merlin. de pign. decis. 700. num. 11.*

Et ita vtraque, &c.

In hoc eodem Articulo emanauit altera Decisio sub 18. Iunii 1665. coram eodem bon. mem. Verospio, quæ hic allegatur supra in Decisione, est in hac eadem par. decis. 93.

R. P. D. EMERIX.

Maioricen. Canonicatus Pœnitentiarij.

Veneris 12. Februarii 1666.

ARGVMENTVM.

Collatores duos à Papa fuisse constitutos ex quibus appareat. Indultum vnum ad aliud se referens, vltra relatum non extenditur in Collatione ius Episcopi delinquentis consolidatur cum iure Capituli recte conferentis. Innocens ex culpa alterius iure suo non est priuandus.

SVMMARIVM.

1 *Littera non insinuata executioni non sunt demandanda.*

2 *Collatores duos à Papa fuisse constitutos, quando per Ordinarios, & Capitula, Beneficia conferri mandauit, apparet.*

3 *Votum Archiepiscopi, & Episcopi in conferendis Canonicatibus Pœnitentiariis Maioricensibus pro vno duntaxat computatur.*

4 *Indultum vnum ad aliud se referens, debet secundũ relatum intelligi.*

5 *Referens non magis operatur, quam relatum.*

6 *Ius Episcopi delinquentis in collatione consolidatur cum iure Capituli rectè conferentis.*

7 *Collatio stante discordia inter simultaneos collatores neutra sustinetur, etiamsi diuerso iure conferant.*

8 *Iure suo innocens ex culpa, vel defectu alterius non est priuandus.*

DECISIO CDXIV.

QVAMVIS per binas decisiones receptũ fuisset à resolutione capta sub die 3. Decembris 1663. In qua dictum fuerat Literas Apostolicas Petri Honofrij Thauler, non esse exequendas, nihilominus hodie reproposita Causa super iisdem, Domini rediерunt ad primo loco decisa, fundamentum præcipuum resolutionis fuit, quod deuolu-

tio narrata in ſuppoſitione, & litteris non ſit
1 ſufficiẽter probata. Ideòque litteræ tamquam non iuſtificatæ, non mereantur executionem, *deciſ. 25. num. 4. par. 10. recent. & alias paſſim.*

Deuolutionem autem aliqui ex DD. non ſufficienter probari ex eo deſumebant, quod diſcuſſo Indulto Gregoriano eoq; combinato cum Conſtitutionibus Sixti, & Leonis multum dubitabant, An ſubſiſteret fundamentũ ſimultaneæ perpenſum in præcedenti Deciſione huius Cauſæ ſub die 11. Martij 1665.

2 Quamuis enim illa verba per *Ordinarios, & Capitula*, ſæpius in Indulto Gregoriano repetita innuere videantur Pontificẽ voluiſſe conſtituere duos collatores coæquales, &c. *inxt. text. in cap. poſtulantis penultimo, de conceſſ. præben.* & notata ibi, per ſcribẽn. & alios in præcedenti deciſ. adductos, §. *qua ſanè verba* tamen reffectebant, quod etiam Conſtitutiones Sixti, & Leonis relatæ per *Garz. par. 3. cap. 4. poſt nu. 169.* ſæpius vtuntur iiſdem verbis per Ordinarios Collatores, & Capitula præeligãtur, &c. & quod nihilominus in Conſtitu-
3 tione Leonis expreſſe diſponitur † votum Archiepiſcopi, & Epiſcopi pro vno, dum taxat computari, vnde cum Indultum Gregorianum conceſſum fuerit prę quia narratiua vtilitatis Eccleſijs reſultan. & Conſtitutionibus Sixti, & Leonis ad ſupplicationem Regis, ac Capitulorum, & cum expreſſa mentione, quod de Canonicatibus, Magiſtralibus, & Doctoralibus, per Ordinarios Locorum, & Capitula iuxta earumdem Conſtitutionum formam prouideri conſueuit fundamẽtum, quod pro ſimultanea conſtituitur in verbis ſupra recenſitis, non curet dubitare, accedentibus præſertim alijs coniecturis in diſpoſitiua ibi, & alias in omnibus, & per omnia, prout in concurſu præbẽdarum Magiſtralium, & Doctoralium fieri conſueuit, per quæ videtur præſcripta omnimodò adæ-
4 quatio. Ita vt id intelligi † debeat diſpoſitũ in hoc Indulto, quo ad concurſum Canonicatus Pœnitentiarij, quod in iſtis diſpoſitum fuerit, quo ad concurſum Magiſtralium, & Doctoralium, vt in ſimili aduertit *Rota coram Martin. Andr. deciſ. 100. num. 11. & coram Buratt. deciſ. 193. num. 1.*

Nec dubietatem ſuſtulit reſponſio data in alia Deciſione, quod illa verba, & alias in omnibus, & per omnia, &c. determinent ſolum Ius eligendi paſſiuum; Tum quia Cõſtitutiones Sixti, & Leonis, nihil amplius continent circa Ius eligendi paſſiuum, quod non legatur clarius, & abundantius diſpoſitũ in Indulto Gregorio, & idcirco illa verba non videbantur ipſis aptè referri poſſe ad ſo-
5 lum Ius eligendi paſſiuum, ne † alioquin referens magis pateat, quam relatum: Tum etiam, quia concurſus non eſt perfectus ante electionem magis digni, & inquit, *Rota deciſ. 14. num. 62. & ſeq. par. 9. recent.* & multa inferiori parte Indulti de ætate, & licteratura oppoſitorum diſponuntur, quæ pariter ſuadent illa verba, non commode determinare intelligendi paſſiuum.

Alij verò vlterius tenebant, quod etiam admiſſa ſimultanea ad huc non intraret deuolutio, quia cum Capitulum, ad vnguem ſeruauerit omnia in Indulto præſcripta, & Epiſcopus ſpernendo Indultum contulerit contra formam eiuſdem Indulti non fit deuolu-
6 tio ad Papam, ſed † ius Epiſcopi delinquentis conſolidatur cum iure Capituli ritè, & rectè conferentis, *inxt. textum in cap. cum in cunctis, verſ. Epiſcopus autem*, vbi loquitur in terminis Collationis, in *cap. dudum 22. in cap. congregatio, ibi gloſſ. in verbo irrita, de elect. & in cap. gratum, vbi pariter gloſſ. in verbo pauciores, de poſtulat. prælat. Lotter. de Benefic. lib. 2. quæſt. 18. num. 4. Merlin. Pignatell. Controuer. centu. 1. cap. 50. num. 18. & ſeq. Apr. Inſtit. Moral. par. 2. lib. 6. de quarto præcepto Decalogi, cap. 27. §. ſecundo quæritur, verſ. ſi ſecundum dum ius eligendi, vbi loquitur in terminis Collatoris, Rota coram Cardin. Canaler. deciſ. 231. vbi loquitur in terminis præſtationis, & pluribus alijs relatis Pater Paſſarinus de elect. Canonic. cap. 31. eligendi deuolutione, quæſt. 1. per totam.*

7 Neque his aduerſari exiſtimabant concluſionem firmatam in præcedentibus Deciſionibus, quod ſtãte diſcordia inter ſimultaneos Collactores neutra ſuſtineatur, etiam ſi diuerſo Iure conferant, quia ponderabant adeſſe diuerſitatem inter caſum, quo Capitulum, & Epiſcopus ſimultaneè procedendo diſcordãt. In perſona electa, & caſum, quo alter non accedit, vel non vult, vti Iure Indulti credẽs alio Iure poſſe conferre: Primo enim caſu, quia vterque Iure ſuo valide vtitur non poteſt Ius vnius conſolidari cum Iure alterius, & ideo collatio neutra valet; ſed intrat deuolutio, & in his terminis procedunt DD. & authoritates in præcedentibus Deciſionibus allegatæ. In ſecundo verò caſu, quando alter illorum, prout hic Epiſcopus non eſt vſus iure ſimultaneæ, imo illud impugnans alio Iure credidit poſſe conferre, & contulit tunc Ius illi, & ſimultanea cõpetens bene potuit tranſire in Capitulum, & conſolidari cum Iure
8 illius ex proximè adductis, ne † alioquin innocens, ex culpa, vel defectu alterius priuetur Iure ſuo contra *text. in cap. quæſiuit, de his, quæ fiunt à maiori parte, cap. vt in ſimili ponderat. Rota deciſ. 156. num. 13. par. 9. recent.*

Ex quibus inferebant Domini, non conſtare cõcludenter de deuolutione, & idcirco Litteras Apoſtolicas non eſſe ſufficienter iuſtificatas. Vtraque, &c.

R. P. D. EMERIX.

Bononien. Domus de Maluaſia.

Veneris 12. *February* 1666.

ARGVMENTVM.

Declaratio tacita Teſtatoris, non euertit fideicommiſſum expreſſe iniunctum, qui nunquam diſpoſitionem ſuam ſubuertere voluiſſe præſumitur, ſtante clauſula, *come ſopra*, quæ præcedentes qualitates repetit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Bonorum fideicommiſſariorum identitate probata immiſſio, fideicommiſſario concedi debet, vel vi-*
vigore leg. final. Cod. de edict. Diu. Adrian. *tollend. vel vtilis Saluiani.*

2 *Teſtatoris tacita declaratio, non euertit fideicommiſ-*
ſum expreſſe inductum.

3 *Teſtator ex quibus præcedentem ſubſtitutionem, & ordinem præſeruare voluiſſe præſumatur.*

4 *Verba præſeruatiua fideicommiſſi debent interpretari, & operari, tàm quoad illos de familia, quàm quoad extraneos.*

5 *Clauſula*, come ſopra, *de ſui natura repetit præcedentes qualitates.*

6 *Verborum ſuperfluitas ſemper euitari debet, & nu-*
mer. 7.

8 *Teſtator numquam præſumitur voluiſſe ſubuertere fideicommiſſum.*

DECISIO CDXV.

CVM duplici onere perpetui, & abſoluti fideicõmiſſi reliquit Conſtantinus Maluaſia, in ſuo vltimo Teſtamento inter alia controuerſam Domum Sigiſmundo Anibali Hieronymo, & Neapolioni eius filijs hæredibus ſubſtitutis cum onere, ſcilicet fideicommiſſi reſtitutorij reſultantis, & reciproca ſubſtitutione inter ipſos expreſſaque vocatione eorumdem, & deſcendentium etiam naturalium tantum, & in illorum defectu aliarum deinde linearum cum arctiſſima obligatione reſtituẽdi de vno in aliũ modo præſcripto, & ordine ſuccedendi de gradu in gradum, & cum onere fideicommiſſi conſeruatorij mediante expreſſa prohibitione alienationis, etiam largiſſime ſunt applicanda bona alienata alijs, non alienantibus ſeruata tamen prærogatiua gradus, vt ſuprà.

Ex dd. quatuor filijs Neapolio vnicus ſuperſtes, egit corã Auditore Generali Bonon. pro immiſſione in poſſeſſione prædictæ Domus, quam Sigiſmundus eius frater in vltimis tabulis reliquerat primo filio naſcituro, ex altero ex duobus filijs eiuſdem Neapolionis, & Sententiam fauorabilem obtinuit, quã tamen reuocandam, reſponſum fuit coram bon. mem. Card. Veroſpio, ex rationibus adductis in Deciſione edita 25. Maij 1637.

Ab inde citra ſoluit Cauſa, & ex Comite Franciſco Maria filio Neapolionis, ortus eſt Antonius Ioſephus, qui ſucceſſit in hæreditate dicti Sigiſmundi controuerſamque Domum pacifice poſſedit, ſed cum eo defuncto ſine filijs illa reſpectiuè deuenit ad Comitem Antonium Galeatium dependẽtem ex ſecũda linea vocata à Conſtantino in defectu primæ Co: Franciſcus Maria proſequendo litẽ à Neapolione eius Patre inſtitutam obtinuit diſputari dubium, An ei eſſet danda immiſſio, ità vt receden. ſit à deciſis die 25. Iunij 1632. quod affirmatiue reſolutum fuit.

Etenim ex ſupra recenſita facti ſerie reſultat ad fauorem Co: Franciſci Mariæ purificatum eſſe fideicommiſſum Conſtantij Aui,

1 ideoque † cum non controuertatur identitas Domus, ei concedi debet immiſſio, vel vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. vel ex vtil. remed. Salu. interd. vt firmauit Rota in recent. deciſ. 200. num. 1. & 2. par. 9. & alias ſæpiſſimè.*

Non obſtante, quod Comes Antonius Galeatius eamdem domum poſſideat in vim diſpoſitionis ad ſui fauorem factæ per Sigiſmundum, quæ attenta permiſſione alienandi inter vocatos à Conſtantio attributa, ibi: *Non intendendo però eſſo Signore Teſtatore, per la prohibitione dell' alienare detta di ſopra, che ſia prohibito l' alienare frà di loro chiamati, ſaluo però il fidecommiſſo come di ſopra*, potuiſſe de illa in remotionem diſponere latè firmat deciſ. quæ reuidetur à §. *etenim, & fere per totam.*

Quoniam propter, quod dicta facultas alienandi inter vocatos aliquibus ex Dominis non fuit viſa ſatis expreſſa, & exiſtens, ſed potius tacita declaratio quod prohibitio alienandi non comprehendebat alienationem inter vocatos. Quæ tacita declaratio nunquã
2 euertit fideicommiſſum † reſtitutoriũ expreſſe iniũctum, vt refellendo *Gauin. tradit. Gab. conſ. 123. num. 45. verſ. tamen tacita huiuſmodi lib. 1 Bellon. Iun. conſ. 1. num. 93. & 95. Ciriac. diſcept. 24. nu. 16. & Rot. in S. Seuerini fideicommiſſi 25. Iunij 1646 §. quia procedit, coram bo. me. Veroſpio.*

Remouetur difficultas ponderando, quod dicta licentia non fuit ſimplex ſed qualificata ex illis verbis immediatè ſequentibus *ſaluò però il fideicõmiſſo come ſopra* ex quibus apertius
3 colligitur Teſtatorem non † ſolum voluiſſe tollere legalem prohibitionem, ſed imo & propterea & præcedentem ſubſtitutionem, & ordinem in illis præſcriptum præſeruare vt in ſpecie probant *Dec. conſ. 377. num. 5. verſ. nec obſtat Buratt conſ. 108. num. 17. Decian. conſ. 71. nu. 46. par. 2. & pluribus relatis Bellon. d. conſ. 1. nu. 58. & ſeqq.*

4 Neque dd. verba † perſeruatiua interpretari debent, quod operatio contra alienationem fuiſſet ſequuta, vel facta fuiſſet in extraneos vel extra familiam vt dicit deciſ. quę reuidetur §. neque hæc facultas, Quia vltra quod hanc interpretationem eſſe contra receptiſſimum ſenſum *Tex. in cap. vnico de feud. non habet prop. natur. & in l. ſi debitor §. fin. ff. quibus modis pign. vel Hypothec. ſolu. tenit: Senat. Pedemor. apud Oſach. dec. 164. num. 10. idemque dixit Rota coram Card. Millin. dec. 308. nu. 8. & 9.*

Dicti, & quæcumque alia interpretatio ceſſat in præſenti attenta illa clauſula *come di*
5 *ſopra* in fine eorundem † verborum appoſita, quæ cum de ſui natura ſit repetitiua præcedentium qualitatum vtique repetit ordinem ſuccedendi, & onus fideicommiſſi reſtitutorij antea à Teſtatore ſcriptum *Rolan. conſ. 54. ſub num. 11. & per totum vol. 4. Dec. conſ. 226. nu. 3. Bellon. conſil. 1. num. 56. & ſub num. 97. verſ. 4. & vltimo reſpondit & Rota dec. 179. num. 12. par. 6 & 345. num. 3. par. 10. rec.*

6 Nec reſiſtit, quod retento † hocintellectu licentia alienandi vt ſupra data remaneret ſuperflua, & quod Teſtator vt dicitur teſtamẽtũ correxiſſet contra *l. non ad ea 88. ff. de cond. &*
demon.

demonst. cum alijs in decis. contrária adductis d. §. neque hæc facultas vers. hæc vtitur interpretatio.

Nam satis est quod d. licentia operetur, vt alienatio sustineatur inter existētes in pari gradu, vel etiam in remotiori durante tamen vita grauati ne dicatur superflua ad tradite-
7 per *Peregr. conf. 38. num. 6. & 7. lib. 3.* alias retento contrario intellectu sequeretur, quod per dictam licentiam statim voluerit, Testator subvertere fideicommissū quod nunquam præsu-
8 mi debet *Alex. conf. 59. nu. 21. vers. non obstat lib. 3. Peregr. d. conf. 38. num. 4. & seqq. & conf. 113. nu. 9. vers. nec quod viso lib 3. & Bellon. d. conf. 1. sub nu. 113. vers. vnum solummodo restat.*

Non obstant deniq; authoritates in contraria decis. adductæ, quia omnes loquuntur, vel quando adest expressa licentia alienandi, vel quando in testamento non adest expressa, clausula perseruatiua einsdem fideicommissi, vel denique quando fideicommissum ex ipsa prohibitione inducitur in hoc tamen casu licentia si quæ datur est solum interpretatiua, & eidem immediate inhæret præseruatio fideicommissi, ac vlterius non vnicum tantum, sed duplex fideicommissum constituturum fuit ideoq; si licentia valuit destruere fideicommissum conseruatorium non potuit tollere restitutoriū, ex quo egit Comes Franciscus Maria ad cuius fauorē eo facilius Domini responderunt animaduertendo quod de tempore emanatæ decisionis coram bo. me. Card. Hieronimo Verospio alienatio licet facta esset in remotiore facta tamē erat in linea descendentiū primo loco vocata hodie vero domus reperitur quod trāsuersales secundę lineæ quos Testator vocauit in defectu omniū descendentium tam legitimorum quam naturaliū primæ lineæ à se descendentis inter quos casus adesse maximum discrimen agnouit etiam decisio super admissione ad causam edita ad fauorem eiusdē Comitis Francisci Mariæ die 20. Nouembris præteriti coram bon. mem. Leone Verospio. Ideoque eidem vti descendenti ex prima, & prædilecta linea dandam esse Immissionem conclusum fuit.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana, seu Portuen. Seruitutis.

Lunæ 15. *Februarij* 1666.

ARGVMENTVM.

Ad seruitutem discontinuam inducēdam quid requiratur, quę non præsumitur nisi probetur acquisitā fuisse pacto, testamento, vel præscriptione, quę præscriptio non inducitur, nisi cō currat sciētia, & patientia domini fundi seruientis. Enunciatiuæ à tertijs de recenti emissæ, quando principaliter de enunciato dubitatur non probant.

SVMMARIVM.

1 *Bona omnia à quacumque seruitute immunia iuxta primæuam bonorum naturam, & exempta præsumuntur,*
2 *Seruitutem fundo inhærere asserenti illi probandi onus incumbit.*
3 *Seruitutem prætendens probare debet eam acquisiuisse pacto præscriptione, vel testamento.*
4 *Seruitus itineris, pascendi &c. est discontinua, quia sine facto hominis semper exerceri non potest.*
5 *Seruitus discontinua vt inducatur requiritur immemorabilis, & vsus tanti temporis, cuius in contrarium memoria hominum non extet.*
6 *Testis de immemorabili deponens debet concludere de annis 40. ante motam litem.*
7 *Verba* da 35. anni e più *verificari possunt in mense vel anno, & ad inducendam immemorabilem non suffragantur.*
8 *Testis asserens se non esse informatum, sufficit, vt immemorabilem non probet.*
9 *Testis qui debeat de visu, de auditu deponat, nihil probat.*
10 *Testes ex quibus immemorabilem non probent.*
11 *Seruitus etiam discontinua decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes inducitur sed declara vt num. 12.*
13 *Præscriptio seruitutis non inducitur nisi scientia, & patientia domini fundi seruientis concurrat.*
14 *Enunciatiua de recenti à tertijs emissa, vbi principaliter de enunciato dubitatur, non probant.*
15 *Confessio extraiudicialis ministrorum Ecclesiæ eidē præiudicium inferre nequit.*

DECISIO CCCCXVI.

QVOAD quinque partes ex duodecim Tenutæ Portus spectantes ad Reuerendissimum Capitulū, & Canonicos Sancti Petri. Dubium hodie propositum An D. Duci Matthęio competat Ius transeundi, pascendi, affidandi, aliaque faciendi &c. negatiuè resolutum fuit. Habet enim Capitulum fundatam de iure intentionem quod portio prędicta Tenutæ libera iuxta primęuam bonorū
1 naturam & à quacumque seruitute exempta præsumitur *l. Altius 8. & l. seq. C. de seruitut. Alex conf. 174. num. 1. lib. 2. Surd. dec. 177. num. 1. Rot. dec. 87. nu. 5. apud Posth. de manut.* Adeo vt D. Duci
2 contrarium asserenti † incumbat onus plenè, & concludenter probandi seruitutem pacto,
3 præscriptione, vel testamento fuisse † ab ipsō acquisitam *Gail. obseru. 69. num. 3. vers. proinde ad impediendum lib. 2. Cyriac. contro. 28. numer. 7. pluribus adductis Rot. dec. 101. num. 4. par. 4. recent. Tom. 2. & nuper dictum. fuit in Romana Seruitutis 29. Ianuarii proximipræteriti §. hanc etenim coram R. D. meo Decano.*

In prima autem instantia quando D. Dux sententiam fauorabilem reportauit omissis alijs ad præscriptionem se restringebat de qua tamen non constare Domini censuerunt. Quia cum versemur in seruitute itineris pas-
4 cendi &c. † quæ discontinua dicitur eo quia per se sine facto hominis semper exerceri nō
5 potest. † Requiritur immemorabilis, & vtus tan-

tanti temporis, cuius in contrarium memoria hominum non extet. *Houded. conſ. 79. numer. 33. 65. lib. 1. & ſateri antiquiores apud Gratian. diſcept. 681. num. 36. & ſeqq. Gurlob. obſerv. 60. num. 24. verſ. diſcontinua vero ſeruitus, plene Modern. Andreol. contrau. 178. num. 5. Rota d. deciſ. 101. n. 5. & in dicta Romana ſeruitutis §. Neque interceſſit.* Quæ probatio hic non concurrit quia ex 4. Teſtibus pro D. Duce examinatis primus deponit de tranſitu &c. per annos 35. Vnde de-
6 ficit in tempore quia † ad effectum de quo agitur teſtes debent concludere de annis 40. antè motam litem iuxta vnum ex requiſitis, *gloſſ. in cap. vnico verb. memoria de præſcript. in 6. Alex. conſ. 108. num. 9. & 12. lib. 2. Pariſ. conſ. 104. num. 121. lib. 1. Rota coram Pen. deciſ. 641. numer. 4. Terracinen. Iuris patronatus 26. Maii 1659. §. Huiuſmodi & §. etiam coram R. P. D. meo Benilagua & in Tiraſonen. Iuriſdictionis 14. Decembr. 1663. §. Tum quia Teſtes coram Reuerendiſſ. Vicecomite Nuntio Hiſpaniarum.*

Et quamuis idem Teſtis deponat *da 35. anni, e più* hęc tamen ‡ dictio ad probationem
7 præfati temporis non ſuffragatur quia verificari poteſt in menſe vel anno præcedenti vt in ſimili de verbis da 8. *anni in quà* dixit *Rota deciſ. 533. ſub num. 2. verſ. vltra quod part. 4. diuerſ. in Romana Domus 13. Ianuarii 1662. coram me §. prout non ceſſat* Præcipuè quia fatetur ſe de aſſi-
8 ctu Tenutæ non eſſe informatum † quod ſufficit vt immemorabilem non probet, *Rota deciſ. 352. num. 18. & ſeqq. coram ſan. mem. Greg. & in Beneuentana iuriſdictionis 31. Ianuarii 1656. §. attamen in fin. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano*: Et reſpectu iuris lignandi de auditu
9 deponit vnde deficit † aliud requiſitum conſiſtens in depoſitione teſtis de viſu *Rota coram Seraphin deciſ. 1102. num. 10. dicta deciſ. numer. 7. par. 4. rec. tom. 2. Hiſpalen. decimarũ 16. Iunii 1659. §. Immemorabilis coram R. D. meo Decano & 26. Aprilis 1660. coram R. P. D. meo Taia.*

Tres autem alij nihil pariter probant quia ſecundus non habet ætatem neceſſariam, dũ ſubducto tempore litis non excedebat annos 54. vt requiritur. Tertius vltra annos 25. Tenutam ſe non habitaſſe fatetur & ſic de viſu per 40. annos deponere nequit quartus demum ſe vltra 30. annos non recordari deponit. Ex quorum defectu immemorabilem
10 non iuſtificari firmant ſupra relati, & magis in ſpecie *Bertrand. conſ. 167. num. 4. lib. 3. Rot. coram Martin. Andr. dec. 56. num. 5. & ſeqq. deciſ. 248. num. 3. & 4. part. 2. recent. Marſicen. Iuriſdictionis 11. Decembris 1647. §. Quo verò coram bo. mem. Bichio & 26. Maii 1651. §. Quia nec iſta coram bon. me. Card. Corrado & in propoſito ſeruitutis ſæpe citat. deciſ. 101. num. 7. & 8.*

Licet verò non deſint Doctores qui volũt
11 ad præſcribendam ſeruitutem etiam diſcontinuam decem annos inter præſentes & 20. inter abſentes ſufficere, eorum tamen opinio
12 tunc ſolum procedit & admitti poteſt quando aliegatur titulus ſufficiens ad præſcribendum, & quidem in principio litis & cum declaratione à quo fuerit habitus. Et inſuper
13 præſcribentem in vim eiuſdem tituli poſſe-

diſſe cum ſcientia, & patientia Domini fundi ſeruientis *Gabr. conſ. 145. num. 4. lib. 1. Gratian. d. diſcept. 681. nu. 40. & 41. vbi concordantes referuntur & apud Modern. Andreol. d. contr. 178. & plurib. ſeq. Rot. d. dec. 101. num. 10. & in d. Romana ſeruitutis 29. Ianuarii proximipræteriti §. parum obſtante coram R. D. meo Decano.*

Neque titulus deduci poteſt ex aſſertis ordinibus Gregorij Romę & Paraccianj directis affictuarijs ſtagni D. Ducis in quibus petebatur ſolutio ſcutor. 20. *per l' aggiuſtamento fatto altre volte per poter lignare paſcolar Caualle e far altre coſe neceſſarie per detto ſtagno.* Tum quia
14 ſunt enunciatiuæ de recenti a tertijs emiſſæ, quæ vbi principaliter dubitatur de enunciato non probant *Butr. in cap. illud 11. num. 3. verſ. nota quarto de præſumpt. Rot. dec. 568. num. 4. par. 2. rec. & in Lucen. Iuriſdictionis 28. Maii 1663. §. nec releuant coram R. D. meo Decano.* Tum quia tan-
15 quam confeſſiones extra † iudiciales miniſtrorũ Eccleſię præiudicium inferre nequeunt *Adden. ad Burat. dec. 453. num. 10. Rot. dec. 290. nu. 20. par. 4. rec.*

Et ita altera tantum &c.

R. P. D. OTTALORA.

Romana Dotis.

Veneris 12. Februarij 1666.

ARGVMENTVM.

Filia nobili & digno viro licet in minori ætate, & ſine patris aſſenſu nubens debet à patre dotari, etiamſi ſit diues, & habeat de proprio & dos debet deduci ex particulari ſubſtantia patris, qui cogitur in dotem aſſignare filiæ partem ſui patrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Pater filia nobili viro & digno licet in minori ætate, & ſine patris conſenſu nubenti dotem conſtituere tenetur & num. 21.*

Limita ſi nubat indigno & num. 2.

3 *Filia viro digno nubens dicitur negotium vtile pro patre geſſiſſe*

4 *Pater tenetur inuenire virum pro filia, eamque dotare*

5 *Pater licet ceſſet onus inueniendi virum non eximitur ab obligatione dotandi filiam, vt hæc onera matrimonij ſuſtineat, & melius à viro tractetur.*

6 *Pater dotare filiam tenetur, vt ſi vir decedat poſſit illa dotem paratam ad nubendum cum alio habere, & ſi nubere noluerit, vnde ſibi poſſit alimenta præſtare, habeat.*

7 *Dos debet arbitrio iudicis conſtitui attenta qualitate perſonarum, & opibus dotare debentis.*

8 *Dos modica aſſignanda non eſt filiæ, quæ fratres non habet.*

9 *Conſuetudo familiæ viri in dote taxanda ſolet attendi.*

10 *Qualitas, & conſuetudo familiæ viri præualet conſuetudini nobilium familiarum vrbis, quod declara vt num. 11.*

12 *Mulieri non licet marito bona fideicommiſſaria in dotem aſſignare, ſi alibi habeat.*

13 *Conſuetudo patriæ mulieris non viri ad congruita-*

tem dotis eſt intendende.

14 *Legatum tacitè factum à patruo contemplatione patris relictum cenſetur, & ad ſubleuandum fratrē in conſtitutione dotis.*

15 *Legatum factum à patruo imputandum eſt tam in dote, quam in legitima.*

16 *Pater non tenetur dotare filiam diuitem ſine eius conſenſu, & abſque dotis promiſſione in maiori ætate nubentem*

Contrarium tamen verius num. 20.

17 *Legatum ſimpliciter relictum nulla facta expreſſione dotis contemplatione propriæ perſonæ factum cenſeri debet.*

Ampliat ſi agatur de legatario iam nato, & nota teſtatori, quia tunc ipſius contemplationi, & non patris datum præſumitur & num. 18. & 19.

22 *Filiæ dos debetur à patre etiamſi ſit dines, & habeat de proprio*

23 *Dos eſt deducenda ex particulari ſubſtantia quæ apud patrem inuenitur.*

24 *Pater cogitur in dotem aſſignare filiæ aliquam partem ſui patrimonij pro ſua dote.*

25 *Filia viuente patre legitimam petere non poteſt.*

DECISIO CCCCXVII.

DIXERVNT Dñi ſtandum eſſe in deciſis coram bo. me. Veroſpio 1. Iunij 1665. ſcilicet D. Annę Caſarellę præſtanda eſſe ſcut. 12. mil. pro dote non computato Palatio ei legato licet in 26. ætatis anno conſtituta nulla ſibi dote promiſſa contra placitum Patris matrimonium cum D. Antonio contraxerit.

Cum enim Anna nupſerit viro nobili, & digno licet in minori ætate & ſine conſenſu
1 patris. Pater † eam tenetur plenè dotare *Caſtill. de matrim. tract.* 10. *diſp.* 4. *dub.* 19. *ſub num.* 186. vbi dicit hanc eſſe differentiam inter nubentem digno & indigno *Bonac. oper. moral. in* 4. *Decalog. præceptum diſput.* 6. *qu. vnica punct.* 3. §. 2. *præcept.* 1. *num.* 1. *ante finem fol.* 343. & *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 9. *punct.* 2. *propoſ.* 10. *num.* 14. *ante finem pag.* 726. *Cancer. var. reſol. part.* 3. *cap.* 11 *nu.* 6. vbi ait ita fuiſſe deciſum à Senatu *Ripol. in l. titio centum* §. *Titio ff. de condit. & demonſtr. nu.* 102. & 103. *Outtier de matrim. cap.* 80. *nu.* 13. *verſ.* 1. *concluſio eſt & pract. queſt. lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 4.
2 vbi limitat † quando nuberet indigno *Boſſ. eodem tract. cap.* 11. *num.* 191. *verſ.* 7. *tenent communiter & in tractatu de dote cap.* 4. *num.* 119. & 127. *Mantic. de tacit. lib.* 12. *tit.* 16. *num.* 6. & 7. *Canall. comm. contra comm. quæſt.* 3. & *ſeq.* qui dicit ita ſeruari in practica & omnes vno ore ita tenere *Barboſ. in l.* 1. *part.* 4. *num.* 33. *in fin.* & 34. *par.* 2. *nu.* 28. vbi ait Senatum ita iudicaſſe cum alijs congeſtis in deciſ. quæ reuidetur in principio cuius concluſionis rationes hæ à DD. aſſignãtur nam quando † filia nubit viro digno dici-
3 tur geſtiſſe negotium vtile pro Patre, qui te-
4 netur inuenire virum pro filia eãque dotare; & ideo licet ceſſet onus inueniendi virum non eximitur ab obligatione dotandi, vt filia
5 nupta onera matrimonij † ſubſtineat, & melius tractetur à viro, item ſi contigerit, quod
6 vir deceſſat habeat dotem paratam ad nubendum cum alio, & ſi nubere noluerit, vndè ſe poſſit alere, vt conſiderant *Facchin. contr. Iur. lib.* 3. *cap.* 45. *verſ. fundamentum eſt Bonacc. oper. moral. tom.* 2. *de contract. diſp.* 3. *quæſt.* 11. *punct.* 2. *nu.* 14. *verſ. dixi aut nubat inuito Patre Boſſ. de dot. cap.* 4. *ſub num.* 119. *Barboſ. in l.* 1. *part.* 4. *num.* 27. *ff. ſolut. matr. Franc. Baron. de effect. minor. ætat. circa contractus effect.* 1. *num.* 627. *verſ. & ſi ſunt plures rationes add. ad Rot. in recent. dec.* 460. *nu.* 62. *par.* 4. *tom.* 2.

Ad quantitatem vero aſſignãdæ dotis in ſumma ſcutorum 12. mil. plurima concurrunt nempe nobilitas coniugum opulentia patrimonij Patris dotantis, & conſuetudo in vrbe in familijs nobilibus, & diuitibus & particulariter Domus Caſarellæ dotandi puellas in eadem, ac etiam longe maiori dotis quantitate
7 à quibus indicis arbitrium regulari debet in dote conſtituenda tam ex diſpoſitione iuris communis de qua *in l. quæro* 61. *lege cum poſt diuortium* 70. §. *in domum verſ. generi. ff. de iur. dot.* in quod arbitrium DD. in præſenti libentius inclinarunt vbi patrimonium eſt pingue, filia
8 vnica, nec adſunt maſculi † quo caſu non eſt aſſignanda modica dos ſed pinguior *Rot. in rec. dec.* 195. *nu.* 2. *verſ. & licet iſta dos par.* 2. & *dec.* 28. *num.* 21. & *dec.* 88. *num.* 3. *part.* 9. & *cor. Merl. deciſ.* 293. *num.* 3.

9 Nec obſtat † quod in taxanda dote conſuetudo familiæ viri ſolet attendi; ea vero dotes infra ſcutor. 5000. conſueuit accipere, & qualitas & conſuetudo familiæ viri præuale-
10 re debeat conſuetudini † nobilium familiarum vrbis vt in ſpecie *firmat Dec. conſ.* 26. *n.* 4. *cum ſeq. Ruin. conſ.* 56. *num.* 10. & 17. *lib.* 3. *Mantic. lib.* 12. *tit.* 21. *num.* 35.

Nam præterquam, quod hoc ſolum conſiderari non debet, ſed inſimul cum omnibus alijs circumſtãtijs de quibus ſupra obiectum non procedit, vbi agitur de dotanda v-
11 nica filia tunc enim † indiſtinctè ſi eſſet aſſignanda dos maior, & attenditur qualitas mulieris non autem conditio & locus mariti vt *firmat Rota in rec. dec.* 245. *num.* 31. *part.* 8. & licet ab ea receſſum *in dec.* 199. *poſt. Merlin. de legit.* d. concluſio præſupponitur & ab ea receditur eo quia ibi mulier aſſignauerat marito in dotem omnia bona fideicõmiſſaria, & ha-
12 bebat etiam aliunde, quod non licuit vt ibi legitur *num.* 7. *verſ. quin imo contrarium numer.* 8. per tot, & quod ad congruitatem dotis non
13 ſit attendenda † conſuetudo patriæ viri, ſed mulieris fuit *dictum in Bononien. fideicommiſſi de Monterentijs* 6. *Martij* 1665. *coram Taia.*

Minus officit, quod Anna teneatur renunciare Legato palatij, ſibi à Cardinale Patruo relicto & aſſignatam dotem conſequi valeat,
14 vel quia Cardinalis illud legauit Annæ tanquam filiæ Patri fratris Teſtatoris, & ſic Legatum videtur relictum contemplatione Patris, & ad ſubleuandum fratrem in do-
15 tem per ea quæ tradunt *Surd. conſ.* 488. *nu.* 17. vndè imputandum eſt tam in dote quam in legitima *Caſir. conſ.* 96. *ſub num* 2. *lib.* 2. *quem referunt & ſequuntur Alex. conſ.* 76. *num.* 3. *verſ. hoc etiam conſulendo lib.* 5. *Ceph. conſ.* 105. *num.* 33. 34. &

35. vel

35. vel etiam quia pater non teneatur dotare
36 filiam diuitem sine eius consensu & absque dotis promissione in maiori ætate nubentem *Covan. de matr. par. 2. cap. 3. §. 3. num. 8. Sanchez eodem tract. lib. 4. disput. 26. nu. 18. Gutier. de matrim. cap. 80. num. 12. vers. 2. conclus. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 1. num. 87.*

Primum enim non subsistit nam cum palatium fuerit Legatum simpliciter nulla fa-
37 cta expressione doris † contemplatione propriæ personæ censeri debet relictum *Bald. in l. fin. num. 6. C. quib. ad liber. proclam. non hic. Mangil. de imput. qu. 21. num. 50. & 51. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 9. nu. 45. cum relatis per Capic. Latr. consult. 158. num. 31. Magon. decis. Floren. 13. num. 5.*
38 maxime in præsenti vbi † agitur de legataria iam nata, & cognita Patruo Testatori, quo casu ipsiusmet contemplationi, & non Patris præsumitur datum *Dec. cons. 31. num. 5. Menoch. de præsumpt. 17. num. 3. lib. 3. Simon. de Pret. de interpret. vlt. vol. dub. 12. num. 7. fol. 436. Rota post Gilian. ad Stat. Perus. dec. 18. num. 8.* & in sortioribus terminis de dote assignata a fan. mem. Vrbano VIII. Serenissimæ D. Lucretiæ Ducissæ Mutinæ eius nepti mediante Patre licet Pater eam daret d. D. Lucretiæ eius filiæ Rota cen-
39 suit contemplatione neptis † non autem Patris concessam fuisse *in Romana legitima 3. Ianuarij 1660. cor. R. P. D. Taia.*

20 Secundum quoque non vrget quia contrariam sententiam tenuerunt DD. moti pluribus rationibus, & authoritatibus adductis in decis. quæ reuidetur §. præterquã & amplexi fuerant *Merlin. de leg. lib. 3. tit. 10. quæst. 22. num. 2. iuncto num. 10. Bonacc. de contract. punct. 2. num. 4. sub vers. dixi aut nubat Boss. de matr. cap. 11. num. 193. & in contractu de dote cap. 4. num. 123. Fachin. contr. Iur. lib. 3. cap. 45. vers. & sic argumentorum*, vbi rationem huius opinionis assignat, nam
21 cum filiæ nubendo viro nobili †, & digno sit danda dos a patre quamuis minor, & nupserit sine eius consensu cum gesserit negotium vtile pro Patre, nec vlla lex reperiatur, quę ob istam causam eam priuet dote debita de iure communi non est recedendum, à dispo-
22 sitione Iuris & DD. qui firmant filiæ deberi dotem à Patre etiam si dives sit & habeat de proprio vt tenuerunt *Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 15. nu. 16. Menoch lib. 4. præsumpt. 189. num. 61. & seq. Sanchez de matrim. lib. 4. disput. 26. nu. 5. Canall. cõm. cons. 95. in princ. vers. solet tamen dubitari Boss. in tract. de matrim. cap. 11. nu. 175. & signanter num. 178. & 193. vbi latè respondet omnibus contrarys, & in tract. de dote cap. 4. num. 25. vsque ad 35.* vbi refert cæteros tam antiquos, quam recentiores *& cap. 6. num. 39. & cap. 7. num. 49. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. qu. 22. num. 8. & 10.*

Verum quia circa modum soluendi dotem ab informãtibus pro Petro allegabatur facultates suas in habilibus non vero in pecunia
23 consistere ideoque dotem deducendam ex illa particulari substantia quæ apud ipsum reperiatur *iux. text. in l. profectitia vers. sed si proponas ff. de Iur. dot. Bald. novell. de dot. par. 6. privil. 15. n. 1*
24 ibi: quod † pater in vita sua cogitur assignare filiæ aliquam partem sui patrimonij pro sua dote & *privil. 19 num. 1. Petr. Barbos. in 4. par. leg. 1. nu. 3. vers. sed circa horum dicta ff. solut. matr.* Anna verò non recusabat, sed petebat tertiã partem bonorum quam DD. non posse assignari censuerunt quia si constitueretur dos ad rationem legitimæ quæ † viuente Patre à
25 filia peti non potest *Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. glos. 8. part. 1. num. 6. & latius sub num. 10. ante med. vers. nec tunc* est habenda aliqua ratio legitimæ quam opinionem tenuit *Rota decis. 708. num. 3. vers. quod autem prout hic par. 1. recent.*

Qua propter DD. decreuerunt patrem teneri, vel solucre dotem in quantitate sunt. 12. mil. vel pro nunc tradere Annæ, quartam partem omnium bonorum quæ habet cum oneribus quibus obnoxia reperiantur.

Et ita vtraque, &c.

☞ *Decisio qua hic in principio allegatur, & iam in hac eadem causa emanata sub die 18. Iunij 1665 coram eodem bo. mem. Verospio est supra dec. 93.*

R. P. D. OTTALORA.

Valentina Beneficij.

Lunæ 15. Februarij 1666.

ARGVMENTVM.

Sequestrum possessioni beneficij vacanti debet apponi ne fructus dilapidentur, & ne attentans commodo vitiosæ possessionis gaudeat. Appellationi interpositæ quando dicatur renunciatum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quando non fuit executa, & possessio beneficij est vacans, ne fructus dilapidentur, debet apponi sequestrum.*

2 *Possessio beneficij pendente termino ad appellandum apprehensa est attentata*

3 *Sequestrum possessioni lite pendente occupata est apponendum, ne attentans commodo vitiosæ possessionis gaudeat.*

4 *Appellatio tam quoad effectum suspensiuum quam deuolutiuum admitti debet, quando index iudicialiter processit.*
Secus si extraiudicialiter & num. 5.

6 *Alia omnia appellatione pendente facta sustineri non possunt, vti vitio attentatorum laborantia.*

7 *Appellatione non prosecuta causa remanet deserta, & sententia legitime executioni demandatur.*

8 *Causa vt deserta dici nequeat satis est adhibitam aliquam fuisse diligentiam in termino*

9 *Appellationi interposita quando appellans renunciasse videatur.*

10 Decis. 718. par. 4. tom. 3. rec. & decis. 228 coram Otthobono *in quo casu loquantur.*

11 *Actus quando respiciunt finem, pro quo fuit interposita appellatio non inducunt illius renunciationem.*

12 *Protestatio de impugnando sententiam ex capite nullitatis operatur, vt redeundo ad iudicem à quo appellationi renunciatum non censeatur.*

DE-

DECISIO CCCCXVIII.

VACAVIT per obitum Ioſephi Fomer ſimplex beneficium in Parochiali Eccleſia S. Andreæ Ciuitatis Valentinæ de Iurepatronatus Laicorum, qui diſcordes præſentarunt Io: Muroz, & Leonardum Morales inter quos orta lite corã ordinario ſuper obtinenda inſtitutione ſubſequutiſque hinc inde diuerſis iurium productionibus, ac pluribus actis iudicialibus, tandem die 13. Maij 1664. emanauit ſententia diffinitiua concedens inſtitutionem Leonardo à quo interpoſita appellatione cauſaque mihi per appellationem ſimpliciter commiſſa conſului DD. an ſit apponendum ſequeſtrum, & affirmatiuè reſponſum fuit.

Aut enim ſententia non eſt adhuc exequutioni demandata, & poſſeſſio beneficij eſt vacans, & eſt † apponendũ ſequeſtrum ne fructus 1 dilapidentur *cap. cum vos 4. de offic. ordin. Buratt. dec. 900. num. 1. Eminentiſſ. Otthob. dec. 209. nn. 28* aut poſſeſſio eſt occupata pendente termino ad appellandũ, vel poſt interpoſitam appella- 2 tionem, & cum † vtroque caſu ſit attentata, *cap. non ſolum de appellationi in 6. cap. 1. & 2.* vt lite pendente ſequeſtrum ne attentans gaudeat in proſequutione litis commodo vitioſæ, & attentatæ poſſeſſionis *Archid. in cap. quæ res num. 9. verſ. ex quibus 11. qu. 1. Duran. dec. 242. num. 4. & in Pampilonen. Abbatiæ 16. Maij 1664. §. hinc eſt coram me, & in Caſertana iurispatronatus 20. Nouembris 1665. coram R. Decano.*

Quæ omnia indubitanter procedunt in præſenti eo quia ordinarius ad inſtitutionem 4 Leonardi iudicialiter proceſſit, & ſic ab illius ſententia debebatur appellatio ad vtrumque effectum, licet ſecus dicendum eſſet ſi extra- 5 iudicialiter proceſſiſſet, vt diſtinguendo firmauit. *Rota coram Buratt. dec. 505. a nu. 1. in Vaſionen. Vicariæ 28. Iunij 1660. & 15. Iunij 1663. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in d. Pampilonen. Abbatiæ §. non obſtat coram me* idque agnouit Signatura, dum ſimpliciter cauſam appellationis mihi commiſit, vt in ſumm. Ioannis *num.* 3. quod idem operatur, ac ſi ab initio appellatio ſuſpenſiua fuiſſet admiſſa ad 6 hoc, vt omnia † geſta appellatione pendente dicantur attentata *add. ad Buratt. dec. 902. nn. 6. & dec. 183. coram R. Terracinen. & in d. Pampilonen. Abbatiæ §. quod plenius.*

Non obſtat quod Ioannes appellationem interpoſitã proſequutus non fuerit infra annũ 7 ideoque cauſa remanſerit deſerta ac ſententia legitimè executioni demandata, vt teſtatur *Veſtrius in prax. lib. 7. in cap. vlt. num. 6. Scacc. de appell. lib. 3. cap. 2. qu. 14. num. 6. Rota dec. 517. num. 2. par. 4. tom. 3. rec. & dec. 189. num. 10. coram Eminen. Otthob.* etenim obiectum remouetur ex facto ex quo conſtat de quamplurimis diligentijs factis nempè de expeditione inhibitionis Rotalis, & compulſorialis, & de commiſſione cauſæ in Rota ad eiùs inſtantiam vſque de menſe Aprilis 1665. & ſic infra annum quod ſufficit ad hoc vt cauſa non poſſit dici deſer- 8 ta cum ad hunc effectum ſufficiat † quælibet diligentia in termino facta, vt ait *idem Veſtr. vbi ſupra d. lib. 7. cap. vlt. nu. 5. Seraph. dec. 171. n. 6.*

Neque pariter obſtat quod appellatione pendente Ioannes redierit ad Iudicem à quo ibique inſteterit tam pro reuocatione ſententiæ quam pro commiſſione compulſorialiũ 9 ideoque † appellationi interpoſitæ videtur renunciaſſe *ex firmatis per Rotam deciſ. 718. nu. 21. part. 4. tom. 3. rec. add. ad Buratt. dec. 406. num. 4. & dec. 228. nu. 8. & 9. coram Eminentiſſ. Otthob.* quæ 10 prędictæ deciſiones loquuntur in caſu quo appellans feciſſet coram Iudice à quo aliquẽ actum explicitè, vel implicitè approbatiuum ſententiæ puta introducendo coram eodem cauſam ſuper negotio principali, & ſimilia, ſicut verò eſt quando actus per ipſum facti tendunt ad impugnandã ſententiam, & ad remouendũ grauamen per cauſam ſibi illatum, tunc enim quia reſpiciunt eũdem finem pro 11 quo fuit appellatio † interpoſita non inducunt renunciationem *vt poſt gloſſ. in c. à Iudice in verbo teneris de appell. in 6. tenuit Franch. in cap. cum teneamur 17. num. 4. & 5. & in cap. ſollicitudinem 54. num. 12. de appell. Socein Sen. conſ. 21. n. 3. lib. 4. Rota dec. 63. num. 2. de appell. & dec. 2. de renunciat. in nouis & in Peruſina bonorum 4. Iulij 1642. §. non obſtat coram R. D. meo Decano* in præſenti autem non ſolum non probatur aliquis actus qui tendat ad probationem ſententiæ, ſed vlterius comparitio coram Iudice à quo videtur facta in executione proteſtationis, & reſeruationis cõtentæ in cædula appellationis de impugnando d. ſententiã ex cap. nullitatis vt conſtat ex d. cædula data in ſum. n. 2. 12 quæ proteſtatio operatur, vt redeundo ad iudicem à quo non cenſeatur renunciatum appellationi *Gabr. de appell. lib. 2. concl. 2. n. 24. Sacc. de appell. lib. 3. queſt. 17. limit 2. num. 43.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA

Parmen. Penſionis.

Lunæ 15. Februarij 1666.

ARGVMENTVM.

Gratia ex defectu intentionis Pontificis vitiatur ex narratiua falſa valoris in reſeruatione penſionis per aſcenſum etiam in minimo, maxime quando falſitas narratiuę fuit doloſa. Atteſtationes lite pendente, & parte non citata procuratæ non attenduntur. Reſignatarius quando ſuper nullitate penſionis audiri non poſſit, & alia de quibus in ſummarijs.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua falſa valoris in pura penſionis reſeruatione etiam in minimo vitiat gratiã ex defectu intentionis Pontificis.*

2 *Fallit tamen ſi narratiua falſitas non fuit doloſa, & colligi poteſt ex coniecturis Pontificem negaturum non fuiſſe gratiam expreſſo etiam vero valore.*

3 *Litterarum Apoſtolicarum expeditor reſignanti præiudicare non valet, quando contenta in mandato,*

in

in ſupplicatione non expreſſit

4 *Voluntas Pontificis etiam ex coniecturis argui poteſt & num. 5.*

6 *Atteſtationes lite pendente procuratæ, & parte non citata non ſunt attendendæ.*

7 *Partes niſi mediante compulſoria extrahantur, & citatione partis nullam merentur fidem.*

8 *Reſignatarius beneficio retento non debet ſuper nullitate penſionis audiri, quando reſignans ſibi regreſſum ad beneficium informa ampliſſima reſeruauit.*

9 *Reſignans beneficium quando ad illud regreſſum ſibi reſeruauit reſignatarius tenetur vel penſionem ſolvere, vel beneficium dimittere.*

10 *Verba* cum eiſdem facultatibus, libertatibus immunitatibus &c. *important iurium omnium translationem.*

11 *Regreſſus ad beneficium datur ratione antiquæ poſſeſſionis.*

12 *Beneficii translatio non competit illi, qui nunquam beneficium poſſedit.*

13 *Reſignans ſicut ratione ſuæ poſſeſſionis regreſſum intentare poterat, ita ſuffragatur translatio iurium reſignatario ad effectum regreſſus in ipſum tranſlati.*

14 *Regreſſus reſpicit iura de futuro.*

15 *Actio ad regreſſum eſt ordinaria.*

16 *Regreſſus effectus qui ſit.*

DECISIO CCCCXIX.

DECISIO emanata coram me ſub die 11 Iunij 1665. in qua dictum fuit penſionem deberi duobus nitebatur fundamentis alterum quod falſa expreſſio fructuum certorum Beneficii in ducatis 75. ſuper quibus dũtaxat Papa pẽſionem reſeruauit non fuit doloſa, alterum quod Titulari agenti ad nullitatem penſionis obſtat exceptio regreſſus ſpecialiter à reſignante reſeruatus. Cumque hodie cauſam repropoſuiſſem, placuit Dominis ex eiſdem rationibus in deciſis perſiſtere.

Subſtitit enim primum fundamentum, 1 quia licet regulariter † in pura reſeruatione penſionis falſa narratiua valoris per aſcenſum etiam in minimo vitiet gratiã ex defectu intentionis Pontificis, vt notarunt *Garz. de Benef. par. 1. cap. 5. num. 427. Pariſ de reſign. lib. 1. qu. 8 num. 45. Tondut. ad Buratt. dec. 369. num. 8.* fallit 2 tamen quotieſcumque narratiuæ falſitas non fuit doloſa, & ex circumſtantijs colligi poteſt Pontificem non ita de facili fuiſſe gratiam negaturum expreſſo etiam vero valore, *vt habetur in cap. ſuper litteris de reſcript.* quem ſequitur, & extendit etiam ad reſcripta gratioſa, *Innoc. in cap. poſtulaſti num. 1. de reſcript. Compoſtell. in cap. ſi proponente num. 2. eodem tit. Lap. alleg. 89. num. 6. cum aliis adductis in dec. 536. num. 2. part. 4. tom. 3. recent.* in hac autem facti ſpecie nullus dolus conſiderari poteſt ex parte ſupplicantium, quia tam reſignans in ſuo mandato procuræ ad reſignandum, quam Reſignatarius in ſuo mandato procuræ ad cõſentiendum penſioni expreſsè voluerunt pẽſionem reſeruari indiſtinctè ſuper omnibus fructibus Beneficij tam certis, quam incertis aſſerendo illos aſcendere ad ducatos annuos, & de prædictis ſe bene informatos etiam medio iuramento affirmando, vt conſtat ex dictis mandatis procuræ datis in præteritis ſumm. num. 1. vnde licet in ſupplicatione facta fuerit ſola mentio fructuum certorum exprimendo illos aſcendere ad ducatos 75. & Papa ſuper his tantum penſionẽ reſeruauerit *id fuit manifeſtus error expeditoris, vt probatur ex eius atteſtatione alias data, qui non potuit Reſignanti præiudicare, dum omnia contenta in* 3 mandatis non expreſſit in ſupplicatione *vt dixit Rota in dec. 270. num. 4. poſt 2. vol. conſ. Farin. & dec. 536. num. 15. par. 4. tom. 3. rec.* voluntas verò 4 Pontificis, quæ etiam coniecturis probari poteſt, *Menoch. de arbr. caſ. 211. num. 24.* minus aduerſari viſa fuit, quia quam plura alia Beneficia conſortialia eiuſdem Eccleſiæ penſione ſimili grauata reperiuntur etiam facta expreſſione fructuum certorum, & incertorum; vnde eadem facilitate gratia penſionis potuiſſet obtineri, ſi ad formam mandatorum ſupplicatio fuiſſet concepta, vt teſtatus fuit idem expeditor, & ad arguendum eius voluntatem 5 ſufficit non ita de facili fuiſſe gratiam negaturum *Gabr. conſ. 200. nu. 10. lib. 1. Rota in Romana penſionis 1. Aprilis 1661. §. fin. cor. Eminentiſſ. Celſo & firmat deciſio, quæ reuidetur in §. non obſtat in fine.*

Nec facit, quod computatis etiam incertis fructus non aſcendant ad valorem narratũ 6 quia atteſtationes † Beneficiatorum ad hunc effectum exhibitæ, tanquam procuratæ lite pendente, & parte non citata non ſunt attendendæ *l. ſi quando C. de Teſtib. Rot. dec. 128. num. 1. & dec. 259. num. 2. par. 2. rec.* maximè quia referunt partitas librorum Eccleſiæ, vbi adnotantur introitus Beneficiatorum, quæ niſi extra- 7 hantur mediante compulſoria †, & citatione Partis, nullam fidem merentur *cap. fin. de fid. Inſtrum. Auth. ſi quis in aliquo C. de eden. Rot. deciſ. 1. de fid. inſtrum. in nou. Gregor. dec. 469. num. 4.*

Verum admiſſo, quod penſio ratione malæ expreſſionis valoris non poſſet ſubſtineri (prout contrarium deſumitur ex ſupradictis) adhuc firmum remanet ſecundum deciſionis fundamẽtum nempè Reſignatarium reten- 8 to beneficio non eſſe audiendum ſuper nullitate penſionis, quando vt hic Reſignans ſibi reſeruauit regreſſum in forma ampliſſima, & cum clauſula non alias aliter nec alio modo in euentum, in quem Titularis deficiat in ſo- 9 lutione penſionis, vel illam petat annullari, ſed teneri, vel penſionem ſoluere, vel Beneficium dimittere, vt præter adductos in deciſione quæ reuidetur §. vlterius tenuit *Rot. dec. 265. num. 2. & ſeq. par. 8. & dec. 209. num. 4. part. 9. recent.* quæ exceptio non ſolum ſauet Reſignãti, ſed etiam translatario ex vi prægnantiũ verborum, quibus translatio concepta fuit ibi cum eiſdem met facultatibus, libertatibus, Immunitatibus, exemptionibus, & promiſſionibus, & in omnibus, & per omnia iuxta dictarum litterarum Apoſtolicarum reſeruationis penſionum formam, & tenorem;

quæ

10 quæ † in ſpecie important translationem regreſſus, & probant auctoritates relatæ in dicta deciſione, quæ reuidetur §. neque aduerſatur in fine.

11 Non obſtat quod † regreſſus detur ratione
12 antiquæ poſſeſſionis, Ideoque non † competat translatio, cui nunquam Beneficium poſſedit, vt tenuit *Rot.deciſ.287.num.17.part.5. recent.*, *& in Taurinen. regreſſus 5. Decembris 1644. coram Reuerendiſſimo D.meo Decano, quæ eſt deciſ. 249. poſt Zacch.de oblig. Camer.*, quia dictæ deciſiones loquuntur de penſione reſeruata Beneficio iam pleno, quod cum à Penſionario nunquam fuerit poſſeſſum, optimè firmatum fuit eidem non competere regreſſum. Et in præſenti penſio reſeruata fuit ex cauſa reſignationis ad fauorem illius, qui antea Bene-
13 ficium poſſidebat. Vnde † ſicut Reſignans ratione ſuæ poſſeſſionis poterat regreſſum intentare eidem ſuffragari debet translatio etiã ad effectum regreſſus in ipſum translati, vt diſtinguendo declarat *Rota in deciſione Taurinen. regreſſus §. non obſtat.* Præterea compertum fuit, quod Reſignans non ſolum ſibi reſeruauit regreſſum, ſed etiam ingreſſum ibi: Liceat Mario ad dictum Beneficium liberũ habere regreſſum, & ingreſſum, & proindè quatenus translatarius, eo quia non poſſedit iu-
14 uari non poſſit regreſſu, † qui reſpicit iura de futuro, vt tradunt *Mareſcott.var.reſol.lib.1.cap. 71.num.6.& ſeqq. Tondut.de penſ.cap.45.ſub num. 39. propè fin., & tenuit Rota deciſ.457. numer.10. part.1.diuerſ. Verall.deciſ.213.num.1.& 3.part.2., & in Bracaren. Theſaurarie 22.Iunij 1629. coram bon.mem. Pirouano impreſſ. apud Amaiden. de ſtylo Dataria lib.1.cap.26.num.75.*

15 Deniquè non refert, quod † actio ad regreſſum ſit ordinaria, ideoque diuerſo, & particulari Iudicio veniat diſcutienda, nàm trãſlatarius non petit principaliter regreſſum, ſed penſionem, & eatenus illum deducit, quatenùs impedit actionem ſuper nullitate intentatam à Titulari ad effectum, vt penſionem
16 ſoluat, vel Beneficium dimittat, qui † eſt effectus regreſſus, & explicat, *Lotter.de re benef. lib.1.queſt.41.num.38. Rota dec.286.numer.1.& 2. part.2. recent.*

Et ita vtraque, &c.

R P. D. BOVRLEMONT:

Sauonen. Pecuniaria.

Lunæ 27. Februarii 1666.

ARGVMENTVM.

Fructus ex mutuo non poſſunt legitimè percipi, & ad hoc, vt ex illo debeantur quid neceſſariò requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus ex mutuo legitimè percipi nequeunt & numer.4.*

2 *Vſura ex mutuo percepta imputantur in ſortem, & ſi vltra eam aliquid perceptum fuerit venit reſtituendum.*

3 *Mercatores pecunias otioſas retinere non ſolent.*

5 *Fructus vt ex mutuo legitimè percipi valeant non ſufficit mutuantem habuiſſe occaſionem generalem inueſtiendi pecuniam mutuatam, ſed requiritur ſpecialis & num.6.*

7 *Fructus vt debeantur ex mutuo lucrum in potentia eſſe non debet, ſed in actu.*

8 *Vſuræ pro futuro tempore non poſſunt taxari nec ſolui.*

9 *Indebitum vt veniat reſtituendum concludenter probari debet.*

10 *Vſurarum ſolutio pro mutuo à Iure damnatur.*

11 *Probatio etiam præſumptiua, non tam rigoroſa prout in conditione indebiti in ſolutione vſurarum ſufficit, vt iſtæ veniant reſtituendæ.*

12 *Fructus percepti ex re cum propria pecunia comparata domino eiuſdem debentur & num.15.*

13 Textus in l.lucrabitur de act. empt *in quibus terminis procedat.*

14 *Mutuans nihil lucri ex mutuo percipere poteſt.*

16 *Sententia nulla non attenditur.*

DECISIO CCCCXX.

RESPONSVM fuit pro confirmatione ſententiæ Rotalis declarantis exactiones factas à Io. Thoma Meſſea, vt differuet repetitionem mutui duplarum 700. eſſe illicitas & ideò in ſortem imputandas, & in exceſſu reſtituẽ cuius ſententiæ validitas ſicut ex actis deſumebatur ita ex Iuſtitia reddebatur euidenter ex deciſione antecedentis inſtantiæ 31. Martij 1664. coram R.P.D. meo Taia.

1 Et ſanè † cum ageretur de mutuo certum erat pro eo fructus legitimè percipi non potuiſſe *per text. in l.vſura pecunia, 121. ff.de verb. ſignif.& l.rogati, §. ſi tibi, ff.ſi cert.pet.& in C. conſuluit; & C.nauiganti de vſur.* & tradunt ibidem communiter Canoniſtæ, *& dixit Rot.in Roman. quatuor denorum 21.Iunij 1649., §.non obſtat coràm bon.mem. Penting., & plene in Viterbien. tranſact. 11.Decembris 1658. & 9.Maij 1659. coram Eminentiſſimo Celſo & in d. deciſione huius cauſæ coram*
2 *R.P.D.meo Taia, §.& primum.* Indeque † legis miniſterio vſuræ imputantur in ſortem, & ſi quid fuerit vltra eam ſolutum reſtitui debeat *ad l.indebitum 18.C.de vſur.& bene Rota dec.289. num.8.part.4.tom.3.recent.& deciſ.409.num.29.& 30. coram bon.mem. Merl. & in allegat. Viterbien. tranſact.*, quamuis etiam ageretur inter Mer-
3 catores † qui licet vt plurimũ non ſolent pecunias otioſas retinere, ſed ex eis lucrum percipere, quia tamen quandoque etiam damnum patiuntur, ideo ex ſolito tamen negoti-
4 andi non † admittit Rota licitè vſuras exigi poſſe ex mutuo, *& in Auenonien. pecuniaria 10. Februarij 1640. coram bon.me. Bichio impreſſa poſt Merlin.de pign.deciſ.29. per tot. & in dict. deciſione Viterbien.coram Eminentiſſimo Celſo*, ſed concurrẽtibus ſolummodo requiſitis *Caſtrenſ.in l.3.§. fin.numer.3. ff. de eo, quod certo loco*, de quibus haud viſum eſt conſtare in caſu, de quo agitur. Nam quamuis Teſtes dati in dicta deciſione coram R. P.D. Taia, deponant Meſſeam eſſe

esse solitum negotiari promptasque, & faci-
5 les esse occationes muetiendi indefiamē non resultat proxima, & determinata voluntas, & potentia certi innestimenti, & lucri sed remota, & ambigua vt præcipuè dixit *Rot. in d. decis. 29. post Merlin. de pign. 3.* Adeo vt remanserit in determinata voluntas Creditoris circa hoc, vel illud innestimentum, & ob id incertum etiam lucrum faciendi cum ad effectum vt possint legitimè percipi fructus non sufficiat occasio generalis, sed exigatur specialis & individua ea qua siue vsus fuisset Creditor non ex culpa debitoris non soluentis pecuniam non defecisse, vt ait *Castr. loc. citato,*
6 ibi quod habuit præ manibus mercantiam, ex qua fuisset lucratus quem refert cum aliis innumeris *Rota in decisione huius causa coram R. P. D. Taia, §. quia tamen, & d. dec. 29. post Merlin. num. 3. & strictius prosequitur sub num. 4.* vbi quod
7 cum non sufficiat quod † lucrum sit in solo possibilitate, sed debet esse in actu, quia tum vere diceretur peti quid certum, & *dixit Rot. in Senogallien. pradij 27. Julij 1644. & 28. Ianuar. 1645 & in Terracinen. Pecun. 4. Julij 1659. coram Reuerendissimo D. m. Papien. & prius in Rom. Camby, 4. Decembris 1658., §. quia hæc attenduntur coram Reuerendissimo D. meo Decano, & in Colonien. pecuniaria 26. Maij 1653., §. respectu vero coram Reuerendissimo Segobien.*

Quæ cuncta fortius procedunt si prout hic solutio integrè fuerit anticipata, quia non dicitur incerta possibilitas lucri probata ex eo quod creditor, vel alius emendo, vel inuestiendo diuersam pecuniam lucratus est, vt firmatur in omnibus decisionibus supra allegatis.

Quanto incertior est in casu, de quo agitur vbi de tēpore factæ solutionis absolute ignorabatur quidnam lucratus fuisset quodque, nec relatiue ad alia lucra in similibus negotijs facta poterat deprehendi dum ex dubia futuri lucri & damni possibilitate pendebat, per quam incertitudinem eo acrius vniuersaliter damnatur anticipata solutio vsurarum,
8 quæ nunquam pro futuro tempore possunt taxari, nec solui, vt tradit Ioannes Andreas *C. salubriter in prin. de vsuris Gem. dec. 110. num. 18. late Spad. conf. 201. numer. 1. & seq. lib. 3. Rot. dec. 217. numer. 3. & 315. num. 6. part. 2. diuersorum & post secundum vol. conf. Farinacc. decis. 325. & dec. 331. vtrobique num. 1. & coram Millin. decis 21. num. 2., & in dict. Colonien. pecuniaria pluries allegat.*

Quarum vsurarum imputationem in sortem, seu restitutionem euitare non potest Messea allegan, quod non constat solutiones in dictam causam fuisse factas, quodque cum
9 agatur condictione indebiti opus † sit concludenter illud probare, vt veniat restimen. ex firmatis per Rotam in Panormitana Pensionis 1. Decembris 1642. coram bon. me. Dunozetto.

Quia quicquid sit in solutione de iure permissa licet de facto indebita, & erat in ca-
10 su dictę decisionis secus est † in solutione vsurarum pro mutuo à iure damnata non eam-
11 t terius indebitit † sed sufficit etiam minus exacta & præsumptiua licet hic ex pluribus habeatur plena, & concludēs *Menoch. de præsumpt. 122. nu. 3. Vgol. de vsuris cap. 27. §. 3. vers. ad probandum. Mantic. de tacit. & ambig. l. 8. tit. 19. numer. 11. & 20., quia regulariter vsura nalliam vt ait Mesard. de probat. conclus. 44. num. 31. Grassus de exceptione 28. nu. 18. & 22. & late congesti per Scacc. de Iud. lib. 2. cap. 9. dub. 8. num. 305. & seqq.*

Non obstat quod Carentij emerint ex pecunia mutuata quoddam prædium, & ideo
12 debeantur saltem Messeæ fructus percepti ex re cum sua pecunia comparata ex æquitate *l. lucrabit de act. empt.*

13 Quia † textus procedit solum fauore Domini rei venditæ si pretium non fuit solutum
14 non mutuantis, † qui nihil potest lucri percipere iuxta dictum Euang. mutuum date nihil inde sperantes & in puncto fuit animaduertum *in dicta Colonien. Pecuniaria, §. fin. coram*
15 *Reuerendissimo Segobien.*, & fructus † spectant ad Carentios, vtpotè quæsiti ex pecunia in eorū dominio translata, non ex aliena vt benè *dixit Rota decis. 498. num. 4. & 5. coram Coccin. & decis. 409. num. 39. & 40. coram Merlin. quos sequuta fuit nuperrimè Rota in Romana Societatis Officij 9. Decembris 1665. coram me §. finali.*

16 Non obstant † laudum, & sententia ob eorum nullitates & iniustitiam egregiè firmatas in decisione antecedentis instantiæ coram R. P. D. meo Taia, §. neque visum, & alijs seqq. cum quibus Domini transierunt.

Et ita altera tantum parte informante decisum sæpius atque iterum alia citata & expectata, &c.

R. P. D. EMERIX.

Senogallien. Saluiani.

Lunæ 15. Februarij 1669.

ARGVMENTVM.

Confessione propria efficacior probatio dari nō potest. Productio per compulsum in quibus iuribus suffragetur. Frumenti pretium ex quibus iustificari valeat.

SVMMARIVM.

1 *Probatio nulla maior datur confessione propria.*
2 *Confessio emissa in nouila habet vim iudicialis confessionis, & quando à parte acceptata fuit amplius reuocari nequit & nn. 3.*
4 *Confessioni propriæ plurimum est deferendum.*
5 *Productio per cōpulsum suffragatur in iuribus alienis, non in propriis.*
6 *Libri publici Annone, pretium frumenti bene probant.*
7 *Fructuum quantitas de modico tempore non facilè mutari solet.*
8 *Spoliatus ante omnia debet restitui.*
Amplia vt num. 9.

DE-

DECISIO CCCCXXI.

POSTQVAM decisum fuerat coram me die 20. Martij anni proximi præteriti * & non constare de liquidatione fructuum ex controuerso prædio perceptorum à Francico Thomano durante tempore Spolij, eo quia taxa legalis nec suffragabatur in proposito casu, & Testes inducti non percutiebant tempus Spolij, nec quicquam deponebant de valore fructuum, neque de expensis factis in eorum recollectione ab informantibus pro Thescis reuoluto processu actorum coram bon. mem. Bichio reperta fuit notula manu eiusdem Thomani conscripta, & ab eiusdem Procuratore mediante mandato speciali Procuræ in actis producti continens præcisam quantitatem fructuum per ipsum perceptorum ab anno 1646. commissi spolij vsque ad annum 1652. vna cum illorum pretio calculato detractis expensis in scut. 421. 48., vt in Summario eorum de Thescis *num. 3. & 4.*, vnde hodie repropolita causa Domini Consuerunt receden. à decisis esse.

1 Quia præfata Confessio † emissa in notula quo nulla maior datur probatio *cap. per tuas deprobat* præsertim adamussim correspondeat receptis factis à ministro Thomani colonis partiarijs controuersi prædij ab eodem ministro mediante iuramento formiter recognitis *dicto Summario num. 6.* habet † vim iudi-
2 cialis confessionis & stãte partis † acceptatione
3 amplius reuocari non potest *Mascard. de probat. concl. 348. num. 43. vol. 1. Franch. Mas. dec. 453. numer. 3. part. 3. cum pluribus adductis in decis. 160. num. 7. recent.* & in terminis liquidationis fru-
4 ctuum perceptorum ab intruso † quod standum sit simili confessioni dixit Rota in Almen Archidiaconatus 23. Februar. 1663. §. cæterum ad liquidationem coram R. P. D. Taia.

Nihil releuãte quod eadem Notula fuerit à Procuratore Thomani producta per compulsum in forma, & à Thescis impugnata, nam quo ad impugnationem de ea non docetur imò apparet de acceptatione facta à Procuratore eorumdem de Thescis *dicto Summario numer. 50.*, & in omnẽ casum impugnatio processisset ex quo à Thescis prætendebatur augẽ esse quantitatem in ea expressam, quod non lædit confessionem Thomani factam in summa ibi contenta, quo vero ad productionem per cõpulsum animaduersum fuit quod dum iura sunt conscripta propria manu eiusdem principalis, & continent certam summam absque vlla reseruatione, vel declaratione facien nulla vis fieri potest in produ-
5 ctione per compulsum quæ † tantum suffragatur in iuribus alienis nõ autem in propriis, vt pluribus allegatis firmat *Add. ad Sanct. Gregor. XV. decis. 258. sub num. 15., §. limitat verum ista Rot. decis. 3. versic. secus vero si esset de fid. instit. in nou., & coram Verallo decision. 193. num. 5. part. 1.*

Prædictæ autem summæ scut. 420. 48. In notula contentorum addenda dixerunt DD. scut. 50. pro augmento pretii frumenti recolecti anno 1648. quod fuit in notula calculatum ad rationem scut. 8. pro quolibet rubro, & tamen ob magnam penuriã illius anni quę totam Italiam afflixit triticum in illis partibus fuisse venditum saltem ad rationem scut. 11. 50. constat ex libris publicis annonæ codẽ
6 *Summario num. 7. lit. A*, qui † bene pretium probant *Rota coram Seraph. decis. 1245. num. 8., & in recent. decis. 479. num. 3. part. 2. cum alijs cumulatis in Firmana Beneficii 24. Martii 1656., §. quod valor coram Albergato.*

Item scut. 29. 29. pro frumento anni 1658. in notula appretiato, quod fuisset venditum ad rationem scut. 6. 46. pro quolibet rubro apparet ex partitis, vt supra extractis relatis in *dicto Summario num. 7. lit. B*, ac alia scut. 266. 96. pro fructibus perceptis ex eodem prædio ab anno 1651. vsque ad diem 29. Maii 1654. terminati spolii quod tempus deficit in notula, & pro quo ex solito præcedentium annorum probatorũ quantitas subsequen. quando agi-
7 tur prout hic de modico tempore † quo quantitas fructuum non facile solet mutari, vt admittitur in contraria decisione *Rota coram Merlin. decis. 766. num. 5. & in Bonon. manutentionis 28. Iunii 1649. coram Peutingero, & in dicta Firmana Beneficii 24. Martii 1656. coram R. P. D. Albergato.*

Et denique scut. 191. 21. pro expensis factis in tribus instantiis iuxta Notulas à Notarijs cuiuslibet instantiæ taxatas, & à Iudicibus descriptæ *dicto Summario num. 8.* ad quorum refectionẽ fuit Thomanus per sententiam Con-
8 demnatus, quæ † omnia veniunt reficienda in præsenti Iudicio pro integra spolii purgatione *Add. ad Ludouis. decis. 503. numer. 6. Add. ad Burat. decision. 449. numer. 9., & 10.*, attento
9 maximè † tenore commissionis mihi directæ cum clausula refectis expensis & fructibus *Rota coram Verallo decis. 150. n. 5. par. 1.*

Et ita constare de liquidation in summa scut. 1060. decisum fuit vtraque, &c.

Decisio ista, quæ hic allegatur in principio sub die 20. Martii 1665. in hac eadem causa emanata coram eodem R. P. D. Emerix erit infrà in Miscellaneis iuxta seriem temporis.

REVERENDISS. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Apothecarum.

Lunæ 15. Februarij 1666.

ARGVMENTVM.

Bona donata contemplatione certi matrimonij non possunt à patre in præiudicium filiorum æqualiter cum ipso contemplatorum, qui ius tantum temporale in bonis donatis habet, onere fidecommissi grauari.

SVMMARIVM.

1 *Bona quando fuerunt donata contemplatione certi matri-*

matrimonij donatario, & filijs naſcituris, filius ex illo matrimonio natus dicitur, æqualiter cum patre contemplatus, & eſt illius condonatarius.

2 *Donationes tot ſunt, quot ſunt capita.*

3 *Donatarius Pater temporale ius habet in bonis donatis donec vixit, quando æquè principaliter illius filij à donante contemplati fuerunt.*

4 *Donatarius non poteſt in præiudicium filiorum bona donata onere fideicommiſſi grauare.*

5 *Solutio paulo poſt obitum patris à filio facta præſumitur de pecunijs hereditarijs facta niſi contrarium oſtendatur.*

6 *Creditor anterior poſteriori ſemper præferri debet.*

DECISIO CCCCXXII.

RESPONSVM fuit ſtandum eſſe in deciſis 9. Maij 1659. coram me, * Creditum enim Antonij de Amatis non controuertitur, & executionem factam fuiſſe in bonis Antonij Maynardi debitoris conſtat tum ex præſumptione iuris tum ex confeſſione exequutionis, & proindè procedendum eſt ad vlteriorem executionem, vt ibi firmatur.

Obiectum autem alias deductum quod bona, & Apothecæ de quibus agitur fuerint ſubiecta fideicommiſſo ab Anibale Patre Antonij ordinato iam ſublatum fuit cum enim
1 bona † donata fuerint à Ioanne Baptiſta contemplatione certi, & determinati matrimonii Anibali, & filijs naſcituris Antonius ex illo matrimonio natus fuit æquè principaliter cõtemplatus, & condonotarius Patris adeout illi bona donata independenter ab iſto debean-
2 tur ratione perſonæ propriæ, † & tot dicantur donationes quot Capita *Menoch. conſ. 801. n. 41 & ſeqq. Valenz. conſ. 69. nn. 50 & ſeqq. lib. 1. Gonarr. var. reſol. lib. 1. cap. 14. ſub numer. 8. verſic. 5. Barth. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 6. gloſſ. 59. numer. 35. Rota deciſ. 203. numer. 2. part. 8. deciſ. 98. numer. 7. part. 10. recent., & in Romana fideicommiſſi de Boncompagnis 22. Martij 1662. §. Quandoquidem coram R. P. D. meo Benilaqua.*

Et proindè dum iure proprio filij bona
3 obtinent non à Patre qui † temporale dumtaxat ius habuit donec vixit, & in illis per viã priuationis ſucceſſerunt quaſi corruptio Patris primi donatarij, & ſic generatio filiorum ſucceſſiuè vocatorum ex natura ordinis, & nouæ donationis non ex poteſtate transfuſionis non poteſt vtique in eorum præiudicium
4 bona grauare onere fideicommiſſi *Menoch. conſil. 1153. num. 3. Beltr. conſ. 176. num. 4. lib. 3. Valenz. d. conſ. 99. num. 55., verſ. & ita non recent & pluribus ſeqq. lib. 1. cum relatis per Modern. Panorm. de Donat. reſol. 30. numer. 7. & ſeqq., & benè in præpoſito firmatum fuit in Romana Donationis 3. Junij 1658., & 24. Januarij 1659. coram R. P. D. meo Decano.*

Et quamuis ſequuto obitu Io. Baptiſtæ donantis Anibali ſcut. 2000. ſoluerit pro quaſi ſaltem quantitate prætendit Maynardus bona fideicommiſſo affecta fuiſſe placuit tamen DD. vtraque reſponſio in deciſione deducta, quod ſcilicet cum ſolutio appareat facta pu-
lo poſt obitum Patris à filio, alia bona non-
5 habente † de pecunijs hæreditarijs facta præſumitur niſi contrarium oſtendatur *Menoch. conſ. 217. numer. 12. præter relatos in §. non reluent tradunt Burſatt. conſ. 268. num. 6. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 44. num. 21. & ſeqq. Surd. dec. 15. num. 10.* quodque in omnem euentum nõ poteſt Creditor anterior impedire poſteriorem, quin eo à poſſeſſione non amoto ad ſubhaſtationem, & deliberationem bonorum Communis de-
6 bitoris deueniatur † ad effectum ex pretio ſatisfaciendi prius anterioribus, & reſiduum ſoluendi poſterioribus Creditoribus *Grat. diſcept. 941. num. 3. & 4. Rota deciſ. 182. numer. 1. & ſeqq. part. 10. recent. & cum relatis in deciſione concordat Romana Cenſus 18. Iunij 1655., §. cæterum coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in Præneſtina Cenſus 10. Maij 1660., §. minus coram Reuerendiſſimo Papien.*

Et ita altera tantum, &c.

Deciſio illa, quæ in principio allegatur, ſub die 9. Maij 1659. coram Reuerendiſſimo D. Albergato in hac eadem cauſa emanata eſt in præcedenti part. 13. recent. deciſ. 71.

R. P. D. OTTALORA.

Meleuitana Beneficij.

Veneris 19. Februarij 1666.

ARGVMENTVM.

Ad prouiſionem Apoſtolicam ſuſtinendam ſimplex vltimus ſtatus ex quaſi poſſeſſione conferendi vti de reſeruato ſolum attenditur, ad quem ſtatum excludendum probatio adeo clara requiritur, vt nec minimum contra illam valeat opponi.

SVMMARIVM.

1 *Menſis Octobris* Ex reg. 9. Cancell. *eſt de Sedis Apoſtolicæ reſeruatis.*

2 *Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici collatio in menſe Papæ reſeruato vacantis ad Papam ſpectat.*

3 *Prouiſio Apoſtolica vt ſuſtineatur ſimplex vltimus ſtatus ex quaſi poſſeſſione conferendi vti de reſeruato attenditur & numer. 6.*

4 *Actus collatiui ſpectant ad poſſeſſorem.*

5 *Iuriſpatronatus gentilitii, & laicalis collatio non comprehenditur* ſub reg. 9. Cancell.

7 *Appellatione non proſecuta, aut lis remanet deſerta, aut extinguitur per vtriuſque appellantis obitum, & num. 8.*

9 *Patroni laici non poſſunt præſentare vigente lite ſuper exiſtentia iuriſpatronatus.*

10 *Papa poteſt liberè beneficia conferre, etiam nulla facta mentione, quod ea ſint de iure patronatus laicorum.*

11 *Prouiſio quando neceſſaria pro valida admittatur.*

12 *Beneficii vltimus ſtatus non debet attendi, quando conſtat de antecedenti ſtatu contrario, quo caſu proprietas poſſeſſionem abſorbet.*

Declara tamen, vt num. 13. & 14.

15 *Proprietas quando dicatur absorbere possessionem.*
16 *Instrumentum turbidum nunquam attenditur.*
17 *Instrumentum ad exclusionem vltimi status beneficii debet ita esse, clarum, vt contra illud aliquid opponi non possit.*
18 *Clausula* vt asseritur, *nihil affirmat, & statum beneficii præseruat.*

DECISIO CCCCXXIII.

ORTA Controuersia inter Carolum Balaguer præsentatum à Marco Antonio Inguanes, & Ioannem Montemagnum Prouisum Apostolicum super pertinentia Beneficij Meleuitanę Ecclesię Sãctæ Agathæ, Causaque in Rota introducta emanauit decisio 14. Martij 1664. coram Reuerendissimo Vicecomite, in qua firmatum fuit constare de bono iure Caroli, cui resolutioni cum Ioannes nõ æquiesceret DD. sub die 10. Ianuarij 1665. mandarunt stricte informari super vltimo statu, super quo habita hodie matura discussione à decisis recesserunt.

Ex facto enim deprehenditur beneficium
1 vacasse in mense Octobris 1660. † Sedi Apostolicæ reseruato *Ex reg. 9. Cancellariæ* mẽsium reseruatoria, & vacationem euenisse per obitum Antonij Tholosenti, qui illud obtinuit ad præsentationem Monialium Sanctę Scolasticæ, vnde † cumvel vltimus status Beneficij detegatur esse de Iurepatronatus Ecclesiastico non solum compræhenditur sub reseruatione *dictæ regulæ 9. Gonz. ad reg. 8. glos. 18. num. 5. & seq. Garz. de benef. part. 5. cap. 5. num. 12. & seqq. Seraph. dec. 1420. numer. 2. Gregor. dec. 48. numer. 4. Buratt. decis. 103. num. 4. & in recent. dec. 541. num. 4. decis. 740. num. 2. part. 2. decis. 293. num. 5. & 6. par. 9., & in Anagnina Beneficii 3. Februarii 1645. coram Reuerendissimo Papien.* verum etiam † operatur,
3 nè prouisio Apostolica facta facta in personã Montemagni retractari valeat cum ad illam sustinẽdã simplex vltimus status ex sola quasi possessione conferendi vti de reseruato, vt notant *communiter DD. in cap. consultat. de Iurep. Felin. in cap. eam te numer. 22. de rescript. Calder. cons. 23. de præben. Rota decis. 734. num. 3. part. 2. & decis. 13. à num. 16. part. 6. recent.* ea scilicet ratio-
4 ne quia † isti actus collationi spectant ad possessorem *Gregor. decis. 77. ibique Add. num. 12., & dec. 112. num. 6., & in Firmana Beneficii 3. Aprilis 1656. coram R. P. D. meo Priolo, & in Fauentina Parochialis 4. Decembris 1662. coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Hinc ruunt fundamenta decisionis firmantis fundatorem Beneficij voluisse instituere Iuspatronatus Gentilitium fauore familiæ Inguanes, ideo non potuisse illud Iure legati transmitti ad dd. Moniales Sanctæ Scolasticæ,
5 & sic † de Gentilitio, & Laicali, ac per consequens non compræhenso in dict. reg. 9. fieri hæreditarium, & Ecclesiasticum contra formã fundationis. Quoniam in præsenti nõ agitur principaliter de statu Beneficii, vel de pertinentia Collationis faciendæ inter Patronos, sed solum de Collatione iam consumpta ex prouisione Apostolica in personã Montema-
6 gni, vt de Iurepatronatus Ecclesiastico † pro qua sustinenda sufficit docere de vltimo statu *Rot. in recent. decis. 374. num. 2. part. 1. dec. 435. sub num. 4. part. 2. dec. 471. num. 3. part. 4. tom. 2. dec. 13. à num. 16. vsque ad 28. part. 6. & in addit. ad Greg. d. decis. 77. num. 2.*

Non obstat quod prouisio Tholosensis vltimo defuncti impugnata ab Alexandro Inguanes prætenso Patrono, & à Carolo Balzano abeo præsentato appellando à sententia institutionis factæ ab Ordinario fauore dicti Tholosensis. Quia dum per spatium 20. annorum appellationis causam prosequuti non fuerint, imò permiserint eundem per decem, & octo annos pacificè possidere vigore dictæ
7 sententiæ, aut † lis remansit deserta, vt in his terminis, *respondit Rota decis. 164. num. 5., & 26.*
8 *part. 9. tom. 2. recent.*, aut penitus extincta fuit per mortem vtriusque appellantis *Lancellot. de attent. cap. 4. in præfat. numer. 310. Add. ad Burath. dec. 927. num. 34.*, & quando etiam dici posset litem non remansisse extinctam adhuc *valida* remaneret Prouisio Montemagni, quia vi-
9 gente † lite super pertinentia, vel existentia Iurispatronatus non possint præfati Patroni præsentare, vt expresè disponitur, vt *in cap. 1. & 2. vt lit. pend.*, sed collatio spectat ad Papam,
10 qui † potest liberè prouidere, etiam nulla facta mentione, quod Beneficium sit de Iurepatronatus Laicorum *Cassad. dec. 3., vt lit. pend. Gonz. ad reg. 8. Cancell. glos. 6. num. 149. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 8. sub num. 100. Vinian de Iurep. lib. 1. cap. 1. num. 163.* Præterquam quod cum in præsentatione vltimo loco facta in personam Balaguerra Marco Antonio Ingueanes vti hæredi dicti Alexandri alterius ex appellantibus expresè exprimatur Beneficium vacare per obitum Antonii Tholosensis neces-
11 sario admittitur pro † valida illius prouisio, vt sensit *Rot. in Colonien. Decenatus 15. Maii 1648 §. fratris autem coram bon. mem. Bichio, & in Spoletan. Iurisp. 24. Nouembris 1655. §. quia præter quod coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

12 Minus † releuat quod vltimus status non sit attendendus, quando constat de antecedẽti statu contrario, quo casu proprietas absorbet possessionem, vt dixit *Rota decis. 107. num. 10. part. 2. div. & in Lucana Iurisp. 25. Ianuarij 1612. coram Pen.* dicta † enim conclusio
13 procedit, quando anteriòr status iustificatur antequam deueniatur sit ad actum Collationis, non autem quando, vt hic probari prætenditur post effectuatam Collationem, quia
14 tunc † probatio superueniens licet inseruire possit pro futuris vacationibus non tamen admittitur ad retractandam prouisionẽ iam factam ab eo, qui est in quasi possessionem prouidendi *Ciarl. controuer. 107. vers. 11, & seqq. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 34. n. 31. Add. ad Gregor. d. dec. 77. num. 12. Rot. in recent. decis. 154. numer. 3. & 4. part. 2. decis. 13. numer. 22. part. 6., & in Firmana Beneficii 3. Aprilis 1656. coram R. P.*
15 *meo Priolo.* Proprietas † vero tunc dicitur absorbere possessionem quando de illa constat, vel per confessionem eiusdem possessoris, vel per rem iudicatam, vel publicum instrumen-

mentum Vndèquaque clarum, & incontrouertibile *Maresc.var.resol.lib.1.cap.15.nu.66. Lotter.dicta.quæst.34.n.29.& seq. Rot.dec.435.numer.4.part.2.decis.195.nu.1.part.5.& decis.13.numer.26.part.6.rec.in Leodien.beneficij 13.Nouembr. 1624.coram bo.me. Corsin. & in d.Spolentana Iurispatr.24. Nouembris 1655. §.qua conclusio coram Reuerendiss. D.meo Decano.*

Talem autem probationem non facit Temẽtũ quantũ Iacobi Inguanes datũ in præterito Sũmario Caroli *nu.1.* in quo Instituendo hæredem Marium eius filium eidem legauit Terras nuncupatas la Giouar iniuncto ei onere, vt cum illorum fructibus celebrari faceret in perpetuum singulo die vnam missã in Ecclesia S. Agathæ, & deindè in Codicillis omnia sua bona perpetuo fideicommisso suppositi Fauore familiæ Inguanes dicto Sũmario *nu.2.* Marius verò satisfaciendo paternæ dispositioni fundauit hoc beneficium tanquam Iuspatronatus suorum hæredum, & Successorum ad formam Testamẽtũ Patris cũ traditione dd. terrarum pro dote, & grauamine vnius missæ in singulo die in dicta Ecclesia S. Agathæ, vt patet ex Instrumento fundationis dicto Summario *nu. 3.* nam contra prædictam vrgent depositiones duorum testium concorditer asserentiũ easdem Terras fuisse anno 1651. Legatas dictæ Ecclesiæ S. Agathæ à quondam Francisco Gatto cum onere vnius missæ quotidianæ, easq; per vim vsurpasse dictum quondã Iacobum Inguanes, & cum dd. Testibus concordant litteræ Pauli Tertij, cui cum fuisset narratum, quod Frãciscus Gattus legauerat Terras appellatas la Gaiuar Ecclesiæ S. Agathæ ab eodẽ edificatæ, & dotatæ quodq; eius hæredes, & successores per spatium 100. annorum, & vltra neglexerant dd. petias Terrarum assignare pro celebratione missarum iuxta voluntatem d. Francisci Summus Pontifex ex eorum fructibus Cappellaniam erexit, quam non reseruauit ad fauorem successorum dicti Francisci, sed de illa absolutè prouidit Iosephum Manducam, Vnde, autem abinde citra beneficium remansit omninò liberum, & tanquam tale fuit validè collatum Montemagno cum vacauerit in mense Pontificis, aut saltem negari non potest, quin ex his Instrumentum † fundationis reddatur adeò turbidum, vt non mereatur attendi in concursu vltimi status contrarij pro cuius † exclusione Instrumentum debet esse clarum, & incontrouertibile, itaut contra illud aliquid opponi non possit, & ex eo incontinenti detegatur possessori nullum Ius competere *Butr. in cap.ex litteris nu.8. de Iurepat. Lambert. de Iurepat.lib.2.quæst.3.art.6. nu.4.part.1. Rota in Lucana Iurispatronatus 18. Iunij & 20. Decembris 1662.coram R.P.D.m. Bourlemont §.quia cum ratio.*

Denique non vrgent prouisiones Pij V. & Pauli V. enunciantes hoc beneficium esse de Iurepatronatus Laicorum Nobilium, quia vltra quod possunt verificari in auctoribus Monialium cessat difficultas ex eo quod dictę litteræ continent clausulam, † *vt asseritur,* quæ nihil affirmat dum aliundè non probatur enunciatum, & semper statum beneficij præseruat *Lott.de re benef.lib.2. quæst.13.nu.144. Cæsar de Grass. decis.10. nu.13.qui fil. sint legitimi Rota in Vicen. Iurispat. 9.Decembris 1637. coram bo.me.Pirouano, & in Gerunden.benef.1.Julij 1644. coram Reuerendiss.Ghislerio.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Nouarien. Decimarum.

Veneris 19. February 1666.

ARGVMENTVM.

Laici perceptionis Decimarum sunt incapaces, sed hoc est verum, si decimæ vti ius Decimandi, considerentur, secus si vt quid facti, quia tunc ab illarum perceptione non repelluntur, maximè concurrente immemorabili, quæ etiam indirectè probari valet. Renouatio inuestituræ secundum primam facta censetur, cum subsequentes secundum præcedentem regulari debeant.

SVMMARIVM.

1 *Laici decimarum sunt prorsus incapaces.*

2 *Decimæ benè à laicis percipiuntur, quando concurrit immemorabilis quasi possessio cum fama priuilegij, vel recognitione feudali, aut alio æquipollenti.*

3 *Enunciatiuæ antiquissimæ & longè hominum memoriam excedentes ad probandam saltem indirectè immemorabilem suffragantur,*

4 *Testes deponentes audiuisse ab eorum maioribus, qui à suis maioribus audiuisse referebant ad immemorabilem probandam suffragantur.*

5 *Historijs, & Chronicis in factis antiquis plurimum defertur, & quando illorum auctores sunt approbati maxima illis fides præstatur.*

6 *Immemorabilis per scripturam, qua contrariam obseruantiam per necesse non excludat probari non potest.*

7 *Immemorabilis vt indirectè saltem probetur quid sufficiat.*

8 *Ius decimandi tanquam spirituale laicis concedi non potest.*

9 *Decimas percipiendi commoditas seiuncta à iure decimandi laicis permittitur.*

10 *Decimarum appellatione materiale emolumentum significatur seiunctum à iure decimandi.*

11 *Verba* tenere, possidere, insurgere, habere, *sonant in exactionem decimarum vt facti est, non in ius exigendi.*

12 *Ius exigendi decimas formaliter ab ipsa perceptione distinguitur.*

13 *Inuestitura subsequentes secundum primam regulari debent.*

14 *Renouatio inuestituræ secundum naturam præcedentis facta censetur.*

15 *Verba* sicuti *eius maiores tenuerunt, & possederunt*

sunt similitudinem, & qualitatem repetitionum important.

DECISIO CCCCXXIV.

SECVTO Com. Philippi Mariæ Antinij obitu vltimi descendentis per lineam rectam à Lancellotto, & Vicecomite simul cum Hermete Seniore eius fratre renouata fuerat anno 1430. inuestitura, & concessio Decimarum; de quibus agitur Reuerendiss. Episcopus Nouarien. ad fauorem mensæ huius portionis deuolutionem acceptauit, & quoad aliam partem D. Borreni Hermeti Iuniori spectantem tanquam per lineam rectã ab Hermete Seniori descendenti deuolutam declarauit ob recognitionem annui census nõ solutam in gradu appellationis ad Metropolitanum interiectæ sententiam respectu portionis Comitis Philippi confirmata, & quoad portionem Hermetis reuocata fuit, & rursus appellatione interposita post concessam Hermeti remissoriam, & coadiuuatis iuxta ordinem Dominorum probationibus dubio ter proposito nõ competere reintegrationem mensæ hodiè responsum fuit, Quia licèt
1 Hermes, & eius antecessores † tanquam laici sint prorsus Decimarum incapaces, vt statutum fuit in Concil. Lateranen., de quo in *cap. prohibemus de decim. Rebuff. de decim. quæst. 20. nu. 17., & in terminis firmauit Rota in Nouarien. Decimarum 14. Decembris 1592. coram Otato. In princ.*

Nihilominus quia concurrit immemorabilis quasi possessio cum fama priuilegij, vel
2 recognitione feudali, aut alio æquipolenti † non repugnant, quod Decimæ à laicis percipiantur, *Rebuff. d. tract. quæst. 13. num. 79. & 80. Conar. var. resolut. lib. 1. cap. 17. nu. 5. Menoch. cons. 291. nu. 43. Spad. cons. 17. num. 3. lib. 3. Rota coram Martin. Andrea decis. 45. nu. 1. Merlin. decis. 195. n. 12. & in Taurinen. Decimarum 13. Iunij 1664. §. vel dato, quod essent spirituales coram E. P. D. meo Bourlemont.*

Immemorabilis autem in præsenti visa est DD. probari ex pluribus, & diuersis inuestituris factis per Episcopum Nouariæ pro tempore ab anno 1307. vsque ad annum 1627. & & sic per tria sæcula in quibus omnibus apparet Decimas Ornauasij, & Castellecti fuisse Dominis Vicecomitibus concessas eodem modo, & forma, prout antea ab antiquo tempore alij maiores eorumdem Dominorum habuerunt Summario *num. 3. & seq.* ibi iure nobilis, & honorifici feudi reinuestiuit &c. de decimis cum noualibus &c. Quæ quidẽ à Progenitoribus, seù maioribus eiusdem ab antiquo in feudum perpetuum fuerunt concessæ vsque à maioribus eius per successionẽ
3 legitimam, Hæ † autem enunciatiuæ cũ sint plures, & antiquissimæ supra 300. annos, & longè hominum memoriam excedant nullumq; præseferant acquisitionis principiũ, sed longam rerum seriem, & præcedentem statum recensеant ad probandam saltem indirectè immemorabilem suffragantur *Garz. de benef. d. part. 5. cap. 9. nu. 107. vers., & hanc sinsonem Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 100. sub n. 16. vers. aut verò ad probationem Add. d. S. M. Greg. decis. 51. nu. 11. Rota coram Millino. decis. 352. numer. 3. & 4. Buratt. decision. 435. numer. 9. & decis. 257. num. 4. & seqq. part. 4. tom. 2. decis. 178. numer. 37. part. 10. recent. & in Bononien. Iurispatronat. 27. Iunij 1657. §. eo esto, coram Reuerendissimo Papiens. &c.*

Præcipuè quia cum enunciatiuis concurrit antiquissima, quasi possessio maiorum Baronis Probata per testes in eius Summario
4 *nu. 11.* quorum aliqui deponunt † a tempore supra 40. & 50. annos semper ab ipsdem DD. Decimas fuisse perceptas, & idem audiuisse ab eorum maioribus qui à suis maioribus, au diuisse referebant, & licèt, non deponant perfectè de publica voce, & fama per verbum fuit, & est *inxt. requisit glossæ in cap. 1. verb. maiore de præscript. in 6.* cum tamen immemorabilis in eorum dictis non fundetur, sed ad corroborationem tamen, & ad cautelam deducuntur benè ad hunc effectum suffragantur, vt in terminis Immemorabilis de exhibẽtibus priuilegia *Rota decis. 438. n. 16. apud Postb. de manu. Toletana Decimarum 16. Martij 1648., & in Placentina seu Abulen. Decimarum 12. Decembris 1650. §. nec dicantur coram Eminentiss. D. Cardinali Celso.*

Fama verò huius priuilegij resultat ex historia Mediolani per Bernardinum Coirum descripta, qui *part. 1. fol. 2. in fin. inxt. impress. Venet.* anni 1654. testatur se vidisse priuilegium à Gelasio Primo Pontifice concessum anno salutis 493. Alijs Dominis Angloriæ, vt ipse, & eius descendentes Decimas de quibus agitur percipere possit d. Summario n. 1.
5 in † factis, enim antiquis, & longè memoriam hominum excedentibus plurimũ Cronicis, & historijs defertur, & passim quando illorum Auctores sunt approbati illis fides præstatur *l. 1. ff. de officio Præsect. Prator. Felin. in cap. ex parte nu. 49. de rescript. Grat. disceptat. 893. nu. 6. Rota coram Merlin. dec. 807. nu. 5. & dec. 353. nu. 26. part. 5. rec. cum alijs in Romana pretensæ deuolutionis Palatij 18. Iunij 1657. §. adducitur tantum coram me.*

Quibus non aduersatur quod immemo-
6 rabilis per scripturas, quæ † principium actus indicare solent, & contrariam obseruantiam per necesse non excludũt probari non possit, nam in casu nostro, vt dictum est enunciatiuæ non solum principium concessionis, non recensent, sed ab antiquo tempore ita obseruatum fuisse præsupponunt cumque continuatum supra hominum memoriam facti ordinem ac rerum gestarum tam diuturnam, & connexam seriem demonstrent in effectum contrariæ obseruantiæ negatiuæ
7 satis resultat † ad probandam saltem pro indirecto immemorabilem sufficiunt *Garz. de benef. d. part. 5. cap. 9. nu. 108. vers. quod in proposito Ricc. in prax. iurispatron. resolut. 70. & 121. per totam Rota coram Pat. decis. 204. nu. 3. lib. 2. dec. 587. numer. 4. part. 4. diuer. decis. 257. nu. 4. & 8. part. 4. tom. 1. & d. decis. 178. nu. 37. par. 10. rec. & in d. Bononien.*

nonen. Iurispatr. §. *prout etiam coram Reuerendiss. Papien.*

Cæterum quatenus etiam immemorabilis ex supra deductis firmata deficeret reintegrationem adhuc esse denegandam Domini existimabant, quia cum inuesturæ loquantur
3 simpliciter non de iure decimandi, quod † tanquam spirituale laicis concedi non po-
9 test, † sed de decimis, quarum commoditatis & emolumenti seiuncti à iure decimandi laici sunt capaces rectè subtineri possunt, & rectè à Barone retinentur vt in specie distinguendo firmat *Barbosa in l. Titia* 35. *sub nu.* 43. *vers. quia quando, & sub num.* 46. *vers. & ideò ff. solut. matrim. Bald. cons.* 274. *nu.* 1. *& seqq. lib.* 5. *Conar. var. resolut. lib.* 1. *c.* 17. *sub nu.* 5. *vers. Decimarum fructus Gionagn. respons.* 27. *nu.* 27. 28. *& lib.* 2. *Bero cons.* 84. *nu.* 41. *& seq. lib.* 1. *Rota dec.* 21. *nu.* 5. *part.* 2. *diuers. dec.* 544. *n.* 2. *part.* 4. *& admissum fuit in dec.* 97. *nu.* 3. *& 4. & dec.* 291. *nu.* 8. *& seqq. part.* 10. *rec.*

Quod autem ad simplicem fructuum commoditatem in Inuesturis Episcopi se restrin-
10 xerit patet tum quia loquūtur de Decimis, † quarum appellatione materiale emolumentum significatur, & fructus decimales seiunctim à iure decimandi, vt aliis adductis *firmatum fuit in Hispalen. Decimarum.* 10. *Decembris* 1649. *coram bo. me. Bichio in rec. dec.* 154. *nu.* 5. *part.* 10. Tum quia in antiquiori inuestitura, quæ reperta fuerit nempè anni 1307. dicitur dictas decimas de Tesero teneantur habeant sicuti idem vberius iustè, & legitimè tenent eiusq; prædecessores iustè hactenus possident, & deindè, nec huiusmodi Inuesturæ prætextu decimas quæ in locis decimationis suæ a tempore prædictæ Inuesturæ insurrexerunt,
11 vel insurgent deinceps occupent. Verba † enim *tenere, possidere, insurgere, habere*, sonant in exactionem Decimarum, vt facti est, non in
12 ius exigendi, quod † formaliter ab ipsa perceptione distinguitur, & ad fructus referūtur, & eorum solam commoditatem important, vt in his terminis ponderat *Gionagnonus d. respons.* 27. *sub nu.* 30. *vers. non tamen quia lib.* 2. *sequitur Rota d. decis.* 354. *nu.* 6. *& 7. part.* 10. *rec. & in Commen. feudi* 27. *Aprilis* 1648. §. *prater quod coram bon. me. Bichio* tum demum ex natura rei, & qualitate subiecti recipientis ex qua regula debet concedi, quod de decimis tantum non autem de iure decimandi loquatur vt in specie latè Gionagnonus, vbi supra *Grat. discept.* 238. *nu.* 28. *Rota decis.* 188. *nu.* 10. *part.* 10. *recens*

Et quamuis inuestituræ anni 1627. renouatio loquatur, & de iure decimandi in hoc tamen attendi non debet, quia semper ad primam inuesturam recurrendum est secun-
13 dum † cuius tenorē omnes aliæ subsequen-
14 tes regulari debent & † renouatio secundum naturam, & qualitatem precedentis Inuesturæ facta censetur *Paris. cons.* 23. *num.* 64. *lib.* 1. *Alex. cons.* 10. *n.* 3. *& 6. lib.* 1. *Schrader. de feudis par.* 5. *cap.* 2. *nu.* 31. *& seqq. Rota decis.* 147. *nu.* 4. *part.* 4. *decis.* 26. *nu.* 3. *vbi auct. nu.* 23. *part.* 3. *rec.* Præcipuè quia ex seqq. constat talem fuisse renouantis intentionem, qui subdit eo quidem modo dictas Decimas teneantur &c. in omnibus per omnia sicut eius antecessores maiores, & Auctores tenuerunt, & possederunt, Vndè cum maiores solas Decimas non autē ius decimandi tenuerint idem de hac vltima
15 firmandum est quia † verba prædicta similitudinem, & qualitatem repetitionum important *Signorol. cons.* 22. *nu.* 12. *& fin. & nu.* 13. *Alex. cons.* 105. *numer.* 20. *& seqq. lib.* 3. *cons.* 195. *nu.* 38.

Et Ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Neritonen. Iurisdictionis.

Veneris 19. *Februarij* 1666.

ARGVMENTVM.

Clericatus ex quibus iustificari valeat, & illo probato clericus remanet sub iurisdictione Episcopi qui illius crimen punire debet, & iudex sæcularis ab huiusmodi cognitione repellitur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus quod quis sit ex litteris dimissorialibus Episcopi qui illum tonsura insignivit, iustificari potest, & ex aliis & vide n.* 2.
3 *Clericus priuilegijs clericorum gaudens iurisdictioni Episcopi subiacet, nisi doceat de exemptione.*
4 *Clericus sine habitu, & tonsura non gaudet priuilegio fori.*
5 *Tempus narrati criminis semper attenditur etsi in statu clericali commissum fuit, debet per Episcopum puniri.*
6 *Clericus quamuis non habeat requisita Sac. Concilij Tridentini, & ideo non possit per se allegare priuilegia fori id non tollit quin sit subiectus Episcopo, & à iurisdictione iudicis secularis exemptus.*
8 *Priuilegium fori vti emanatum à iure Diuino difficilius amittitur, quam priuilegium Canonis prouenientis à Iure positiuo & nu.* 8.

DECISIO CCCCXXV.

REVERENDISSIMVS Episcopus Neritonen. ex causa certi delicti condemnauit Clericum Lelium de Actis ad soluēdum ceræ quantitatem à cuius solutione vt se eximeret cæpit prætendere non esse amplius Clericum, nec Iurisdictioni Episcopi subiectum.

1 De Clericatu † enim ne dum fidem facit Archiepiscopus Brundusinus per litteras dimissoriales relatas in Summario *nu.* 6. in quibus asserit sub die 19. Septembris 1643. fuisse ab ipso Clericali tonsura insignitum *Abb. in cap.* 1. *nu.* 3. *de Cleric. Peregr. Surd. cons.* 396. *nu.* 13. *Gam. dec.* 81. *Rota coram sa. me. Gregor. XV. decis.* 38. *n.* 4. sed iustificatum quoque remanet ex

decreto per Vicarium Neritonen. facto in quo d. Lelium esse Clericum coniugatum omnibusque priuilegijs, & exemptionibus, vt alios omnes gaudere debere iunctis adnotatione nominis ipsius in Tabella in quo cæteri Clerici sunt descripti monitorio per ipsum ab A. C. obtento super exemptione ex causa d. Clericatus aliisque pluribus actibus in d. Summario relatis, & ab eodem tanquam Clerico in Ecclesia, & extra gestis † quæ su- 2
persunt ad necessariam probationem *Ferett. conf. 180. nu. 1.* & hinc † de consequenti sequi- 3
tur quod subiaceat Iurisdictioni Episcopi Neritonen. vt contra eũ eo modo quo contra alios omnes Clericos suæ diœcesis illam valeat vbi opus fuerit exercére quousque non doceat de exemptione *cap. cum persone de priuileg. in 6. cap. Venerabiles de Relig. domib. Can. Abbas & ibi glos. in verbo Episcoporum 18. qu. 2. cap. conquerentem de offic. ord. cap. cum Episcopus eodem tit. in 6. Lother. de re benef. libro primo quæst. 21. num. 4. & 5. Rota coram Card. Seraph. decis. 1104. nu. 1.*

Nec ad se eximendum ab hac subiectione suffragari ei potest quod vxorem duxerit, & abinde citra Tonsuram, & habitum amisit 4
Ecclesiæ amplius non inseruiit † sine quibus requisitus non gaudet priuilegio fori, *vt cauetur in Sacr. Concil. Trid. sess. 23. cap. 6, de reform.* quia tantum abest quod constet de dimissione habitus præuia renunciatione Clericatus, & admissione facta per Episcopum, vt moris est in Diœceli Neritonen. de qua testatur Canonicus in fide continente plures renunciationes relata in d. Summario *num. 6.* & similem praxim obseruari in Curia Archiepiscopali Neapolis refert *Io. Aloysius Ricc. in decis. 122. num. 1. part. 2.* quod imò deprehenditur contrarium eo ipso quod Lelius ad se liberandum à Carceribus Curiæ sæcularis in quibus detinebatur Clericum se asseruit, & ita liberationem fuit consequutus, vndè non licèt modo dimissionem Clericatus, & habitus allegare, & sic etiam euitare punitionem excessus commissi in statu Clericali cuius cognitio spectat ad Episcopum quamuis delinquens deindè dimisso Clericatu effectus sit 5
laicus ex † quo attenditur tempus quo fuit patratus, *vt notat Bald. in l. affinitatis in fin. C. commun. de success. Graumat. decis. 10. Vincent de Franc. decis. 417. nu. 4. lib. 2. Barbat. de vniuers. Iur. Eccles. lib. 1. cap. 39. nu. 29. alĩque relati per Carolum de Graff. de effect. Cleric. effect. 1. nu. 647. cum seqq.*

Ex cuius † formalis renuntiationis defe- 6
ctu insurgit quod tamen si Lelius non habeat requisita *Sacr. Concil. Trid. in cap. ... sess. 23.* & ob id non possit per se allegare priuilegia fori id tamen non tollit quin sit subiectus Episcopo, & exemptus à Iurisdictione Iudicis sæcularis quemadmodum probant *Io. Andreas in cap. perpendimus de sent. excom. Spec. eod. tit. §. 1. vers. sed quæritur Alex. conf. 8. vol. 4. vers. fortificatur lib. 1. Socc. sen. conf. 12. à num. 16. lib. 1. censuit Sacra Congregatio dd. Cardinalium S. C. Trid. interpret. in una Leodien. 4. Nouembris 1630.* quidquid sit ad finem gaudendi priuilegio Canonis suadente vt in decreto eiusdem Sacr. Congregationis distinguit *Sperell. decisson. 133. nu. 83. & 84. Socc. d. conf. 12. nu. 20.* vbi quod † 7
priuilegium fori vti emanatum à Iure diuino, & à Deo vt probatur *in cap. si imperator qu. 6. distinct.* difficilius † amittitur quam pri- 8
uilegium Canonis prouenientis à Iure positiuo *Farin. de inquis. 3. nu. 2.*

Et ita decisum vno tantũ informante sæpe Lelio citato &c.

R. P. D. EMERIX.

Perusina Bonorum S. Archangeli.

Veneris 19. Februarii 1666.

ARGVMENTVM.

Paupertas in ciuilibus non repellit testem, quando alioquin est bonæ conditionis, & famæ. Testes de facto proprio deponentes, & de re de qua sunt informati plenè probant, & præferuntur alijs numero paucioribus, inuerisimilia deponentibus, ac negatiuam non coarctantibus.

SVMMARIVM.

1 *Coloni partiarij tenentur fructus pro medietate cum domino diuidere, nisi aliter fuerit conuentum, & nu. 2.*
3 *Fructus percepti præsumuntur ad rationem in locationibus conuentam.*
4 *Curialibus in materia ad ipsos spectanti attestantibus creditur.*
5 *Probatio generalis circumstantias non exprimens est intelligenda iuxta alias in quibus illa specificatur.*
6 *ex Probationum, & scripturarum combinatione elicitur veritas.*
7 *Liber licet priuatus, legaliter tamen tentus & formiter recognitus benè probat.*
8 *Testibus de facto proprio deponentibus plena fides adhibetur.*
9 *Exceptiones contra personas in iudicio manutentionis non attenduntur.*
10 *Terrarum cultura non nisi à pauperibus, & rusticis exercetur.*
11 *Paupertas non repellit testem in ciuilibus quando alioquin est bonæ conditionis, & famæ.*
12 *Testes in causa interesse non habentes idonei reputantur.*
13 *Testes de facto proprio deponentes, & de re de qua sunt plenè informati benè probant.*
14 *Testes numero pauciores, minus informati, ac inuerisimilia deponentes, & negatiuam non coarctantes non attenduntur.*
15 *Periti de ordine Rotæ electi attestationi plurimum est deferendum.*

DECISIO CCCCXXVI.

INTRODVCTA coram me causa appellationis pro parte communitatis, & hominum Castri S. Archangeli sententia Rotali eos

li eos condemnante ad soluendū Almæ Domui Sapientiæ Neuę medietatem fructuum bonorum existentium in planitie antequam deueniretur ad discussionem negotij principalis ordinatum mihi fuit, vt darem dubium super confirmatione, vel infirmatione decisionis coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Celso in presenti instantia emanatæ super manutentione quo hodiè proposito, & partibus hinc indè acriter informātibus DD. Censuerunt Sapientiæ dandam esse manutentionem & sic standum in decisis; illius enim quasi possessio exigendi medietatem fructuū de bonis sitis in planitie multipliciter probatur, & primo ex assistentia Iuris secundum † quam Colori partiarij quales sunt homines S. Archangeli qui non controuertūt responsionem fructuum quos ex ijsdem Terris colligunt, sed tantum quotam, *Honded. cons.* 35. *nn.* 12. *lib.* 1. *Eugen. cons.* 28. *nn.* 12. *lib.* 2. *Burat. cons.* 330 *numer.* 41. *lib.* 3. *Ofach. decision. Pedem.* 83. *numer.* 8. † teneantur eoldem fructus pro medietate cum Domino diuidere nisi aliter fuerit conuentum *l. si merces* §. *ius maior ff. locati cum alijs cumulatis in decisione huius causæ coram R. P. D. Albergato* 23. *Iunij proximipraterliti* §. *quod quidem.*

Secundo Ex Instrumento antiquo mensurationis ac declaratione, & distinctione bonorum ex quibus soluebatur medietas ab alijs ex quibus debebantur duæ ex quinque partibus quarū loco tunc Coloni promiserūt solnere Tertiam cum quo Instrumento concordant alia 15. Instrumēta locationum confecta de anno 1548. cum oblatione respondendi medietatem ad † quam rationem in locationibus conuentam fructus deindè percepti præsumuntur, vt aduertit *Rota decis.* 139 *nu.* 4. *part.* 8. *rec.* quæ quidem Instrumenta visa sunt esse in forma probanti ex quo fuerunt extracta ab officiali successore ad id retēto ex Archiuio Mercaturæ quod esse publicum ex scripturis in eo conseruatis adhibendam esse fidem Testantur magistratus & Curiales quibus † in tali materia Creditur *Rot. post Gilian. ad Stat. Perus decis.* 35. *n.* 31. *& decision.* 57. *num.* 5. neque refert quod in isdem Instrumentis non declaretur bona sita esse in planitie quia cum ex alijs probationibus constet ex illis solum exigi medietatem & ex ceteris sitis in monte tertiā intrat Conclusio Communiter recepta quod probationes generales non exprimentes circumstantias, & intelligendæ sunt iuxta alias in quibus ille specificantur † & quod ex combinatione probationū & scripturarū eliciatur veritas quam amplectitur *Bald. in cons.* 212. *in princ. vers. est & de natura veritatis lib.* 5. *Decian. respons.* 7. *nu.* 99. *lib.* 1. *Rot. dec.* 95. *n.* 5. *par.* 1 *& dec.* 186. *nu.* 17. *par.* 4. *tom.* 3. *rec. & penes Post. de Maunt. dec.* 135. *n.* 6.

Tertio Ex libro factoris confecto vsque de anno 1602. in quo annotati sunt 32. homines qui responderunt medietatem & alij 21. qui persoluerunt tertiam, huiusmodi enim † libet licet priuatus nihilominus cum fuerit conscriptus à factore ratione proprij officij & sunbinde legaliter tentus, & conseruatus in Archiuio ac formiter recognitus probat etiam pro eadem Sapientia vt præter adductos in decis. R. P. D. mei Albergati §. quod quidē in fine notat *Crauett. de antiquis temp. part.* 1 *limit.* 4. *num.* 24.

Et quarto Denique ex septem Testibus vno ore concludentibus Colonos semper persoluisse medietatē de bonis sitis in planitie qui † cum deponant de facto proprio, & vlterius adminiculentur ab alijs probationibus supra relatis ex illis omnibus simul iunctis resultat plena & perfectissima probatio *Rota decis.* 246. *n.* 26. *par.* 6. *rec.*

Non obstant igitur exceptiones replicatæ contra personas & dicta Testium tum † quia exceptiones contra personas in hoc ludicio non admittuntur *Post de Manut. obser.* 70. *nn.* 3. Maximè dū Testes sunt nu. plures & adminiculati *Rot. penes Posth. d. tract. decis.* 35. *n.* 3. *& coram Burat. dec.* 349. *nn.* 5. *& dec.* 691. *vbique numer.* 5.

Tum etiam quia sigillatim perpensæ non releuant, exceptio enim quod aliqui sint pauperes nullius est momēti quia agitur de materia Culturæ Terrarum, & perceptione fructuum † quæ plerunque non nisi à pauperibus, & rusticis exercetur & paupertas † non repellit testem in Ciuilibus quando alioquin est bonæ conditionis & famæ *Farin. qu.* 57. *nu.* 73. *& seq*

Sicuti nec etiam refert quod alij sine factores & Ministri Sapientiæ quia veritas ex alijs comprobatur cumque † non habeant interesse in causa tamquam personæ particulares sunt idonei *Adden ad Gregor. dec.* 449. *nnn.* 11. *in fin.* † imo magis probant dum deponunt de facto proprio, & de re de qua ipsi sunt plenè informati *Rot. post Posth. d. tract. dec.* 229. *n.* 4. *& dec.* 170. *n.* 5.

Minus facit quod nonnulli ex illis deponant *dalla strada in giù*, quodque in hoc concordent Testes hominum deponentes medietatem fuisse persolutam ex bonis sitis in planitie subtus antiquam viam Bubali versus lacum tum † quia Testes hominum vti numero pauciores, & minus informati, ac inueresimilia deponentes, & negatiuā non coarctantes semper reiecti fuerunt in alijs decisionibus coram Eminentissimo. D. Card. Celso & R. P. D. Albergato; tū etiā quia cum omnes Testes Sapientiæ in eo conueniant quod ex bonis sitis in planitie exigatur medietas, & ex alijs sitis in Mōte seu colle tertia, & planities non distinguatur à Colle neq; per viam Bubali quæ in Accessu iudiciali reperta non fuit neque per viam nouam quæ tendit versus villam de Bartuiari & inducit ad aliam tendentem ad Castrum Leonis sed per lineam designatam in planta confecta à perito de ordine Rotæ † cui standum est *l. septimo mense ff. de stat. hominum l.* 1. *in princ. de ventre inspiciendo Rota decision.* 154. *num.* 9. *part.* 10. *recent. & alias sepè.*

Per hoc quod aliqui ex illdē Testibus Sapientię dicant quod ex omnibus bonis subtus viam

viam redditur seu soluitur medietas non potest dici quod intellexerint de via Bubali, & in hoc conueniant cum testibus hominum, quia illa de tempore depositionis non aderat & secundum eorumdem dicta erat ità propinqua, & adhærens lacui vt inter ipsam, & Lacum existere non poterat quantitas illa bonorum quæ in mensuratione declarata fuit teneri ad medietatem neque minus ex eo desumi potest quod discordent ab alijs deponentibus exigi medietatem ex omnibus bonis sitis in planitie quia vt supra dictum est planities non diuiditur à Colle per viam, & Testes licèt dicant quod omnia bona subtus viam reddant pro medietate non excludunt tahtũdem; vis enim non fiat in situatione supra vel subtus viam sed quod illa in planitie vti meliora, & fertiliora maiorem reddunt responsionem.

Ex quibus, & alijs deductis in præcedentibus decisionibus huius cauſæ quæ etiam hodiè placuerunt responsum fuit dandam esse Sapientiæ manutentionem super tota planitie in planta per Pulegam peritum delineata.

Vtraque &c.

REVERENDISS. CERRO DECANO.

Nunc. S. R. E. Cardinali

Romana Fideicommissi de Rigatijs.

Veneris 19. Februarij 1666.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario in vim *leg. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.* vel vtilis Saluiani immissio cõceditur, quoties bonorum fideicommissariorum identitas, eorumque ad sui fauorem purificatio apparet.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissi existentia, & ad fauorem fideicommissarij probata immissio conceditur vel vigore* leg. final. *vel in vim vtilis Saluiani.*

2 *Substitutio filiorum vigore vulgaris anomalæ in compendiosa contenta operatur, vt filij subintrando in locum patris admittantur ad successionem perinde, ac si precedens gradus non fuisset ordinatus.*

3 *Substitutione prima caducata quod cætera caducentur conclusio quando procedat, & vide sub num. 3.*

4 *Substitutus per vulgarem anomalam iure proprio admittitur.*

5 *Ius accrescendi quando detur.*

DECISIO CCCCXXVII.

LVCIA post institutam hæredem Isabellam filiam plures in eius Testamẽto ordinauit substitutiones pro medietate enim substituit Eusebium eiusdem Isabellę filium. & pro altera medietate Margaritam Claudiã, & Henricum Nepotes ex Angela, & Claudia pariter Luciæ filiabus eorumque filios, & filias legitimas & naturales, & in illorum defectu proximiores in gradu substituit in stirpes non in capita ordine successiuo & casu quo post mortem Isabellæ hæredis non adessent dd. omnes substituti tunc substituit vt supra eos qui ex illis tunc superstites reperirentur pro rata, & æquali portione inter eos & si nõ adesset nisi vnus illum tantum d. Isabellæ substituit in omnibus vt supra & mandauit huiusmodi voluntatem omninò seruari vt d. hęreditas in perpetuum sit & cõseruetur in personis vocatis.

Quia verò d. Eusebius Henricus, Margarita, & Claudia primo loco substituti prædecesserũt Isabellæ hæredi superstitibus filijs Claudiæ, & Margaritæ actoribus qui post obitum Isabellæ obtinuerunt à R.P.D. A.C.L. sententiam Immissionis *vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* in bonis d. Luciæ ideò in gradu appellationis ad eorum instantiã proposui idem dubium super Immissione quod fuit affirmatiuè resolutum.

Etenim existentia & purificatio fideicommissi probatur ex quo post mortem Isabellæ hæredis institutæ quæ postremo cuenit non solum erant vocatæ Margarita & Claudia Matres Actorum, sed etiam expressis verbis substituti fuerant earũ filij & filiæ legitimæ, & 1 naturales quales sunt qui hodiè agunt † ideò est eisdem concedẽda Immissio aut ex remedio *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* aut saltem in vim vtilis Saluiani interdicti *iuxta dec. b. m. Merlin. 61 1. n. 1. & alibi passim.*

Non obstat quod omnes primo loco substituti & signanter Claudia, & Margarita prędecesserint Isabellæ quia licet primus gradus substitutionũ remãserit caducatus non tamẽ 2 deficit substitutio filiorum quæ † vigore vulgaris Anomalæ contentæ in compendiosa operatur vt filij subintrãdo in locum Patris ad successionem admittantur perinde ac si prędecedens gradus ordinatus non fuisset *ex doctrina Barth. in l. quandiu 68. nu. 10. vers. Item facit ff. de acquir. hared. Surd. cons. 347. n. 23. Rot. dec. 579. n. 3. part. 4. & dec. 180. num. 2. par. 5. rec. Interãnen. fideicommissi 26. Ianuarij 1654. §. non obstat quod Felicita, & 19. Iunij 1656. §. nec dicãt coram R.P.D. meo Benilaqua & in Esina fideicommissi 23. Ianuarij 1655. §. etiam coram me.*

3 Conclusio verò † quod caducata prima substitutione cęteræ caducẽtur non posset habere locũ quando substitutio vel concepta est sub aliqua conditione voluntaria quæ deficit vel est restricta ad certum casũ, qui non euenit, secus autẽ est quãdo substitutio fideicommissaria, seu compendiosa vt in proposito purè, & simpliciter facta fuit, vel sub conditione necessaria mortis iam purificata hoc namque casu est communiter recepta opinio 4 *Barth. in d. l. quãdiu* † quod videlicet substitutus per vulg. Anomalã iure proprio admittatur in loco prędecedẽtis gradus caducati *vt explicat Grat. discept. for. c. 747. n. 18. & Rota coram Duran. dec. 339. n. 70. & seq. cum alijs superius relatis.*

Immis-

Immissionem autem dixerunt DD. concedendam esse in tota hæreditate non obstante, quod Eusebius qui fuit in medietate substituturus decesserit sine filijs. Quia cum substituti verbis fuerint coniuncti realiter non totaliter distincti ex quo non fuerant constitutæ portiones ad oculum demonstrabiles, sed solum intellectualiter segregatæ hæreditate scilicet pro medietate diuisa dubitari nō potest, quin inter eos habeat locum ius † accrescendi iuxta distinctionem *Buratt. in l. re communi num. 23. ff. de leg. 3. latissime comprobatum*, & *Rota in Romana fideic. de Marianis 27. Iunij 1650. §. final. coram R. Archiepiscopo Ephesino*.

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO

Nunc S. R. Eccles. Cardinali.

Fruentina Successionis.

Veneris 19. Februarii 1666.

ARGVMENTVM.

Statutum Brisighellæ quid disponat, statuta fœminarum exclusiua ab hæreditatibus ascendentium propter masculos, tanquam iuris communis correctoria ita debent restringi, vt minus quam fieri possit Ius commune lædant Agnationem conseruandi ratio in quibus verificetur.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata ex quibus resultet,*
2 *Læsio est fundamentum restitutionis in integrum.*
3 *Femina ex iuris communis dispositione æqualiter cū masculis in successionibus admittuntur.*
4 *Statutum Brisighellæ mandat quod mortuo patre, vel ascendente ab intestato tota hæreditas morientis deferatur ad masculos exclusis feminis.*
5 *Statutum loquens de hæreditate patris, vel alterius ascendentis masculini generis non habet locum, vbi agitur de hæreditate matris.*
6 *Statutum loquens per verbum commune* ascendētis *videtur comprehendere matris hæreditatem.*
7 *Verba generalia debent ab adiuncto interpretationem recipere.*
8 *Ascendentium appellatione ex quo mater, & auia non comprehendantur, & vide sup. num. 8.*
9 *Statuta exclusiua fœminarum ab hæreditatibus ascēdentium propter masculos tanquam iuris communis correctoria debent ita restringi, vt minus quam fieri possit Ius commune lædatur.*
10 *Ratio conseruandi agnationem verificatur in hæreditatibus masculorum, non autem fœminarum.*
11 *In statuto Brisigella masculinum concipit femininū. Sed declara vt num. 12.*
13 *Verba dubia statutorum ex obseruantia interpretationem recipiunt.*

DECISIO CCCCXXVIII.

PLACVERVNT Dominis fundamenta decisionis editæ coram me 2. Maii 1664. vbi dictum fuit constare de re iudicata, non

& autem de Causis restitutionis in integrum.

Quia res iudicata resultat ex lapsu tempo-
1 ris longè vltra † biennium à die appellationis decursi absque eo, quod aliquid fuerit actum in causa, & stante Iustitia sententiæ A. C. cessat læsio, quæ est fundamentum restitutio-
2 nis in integrum † ex vulgatis Iustitia autem desumitur ex eo quod Magdalenæ, siue Ioanni Baptistæ eius filio ex illius persona agenti bene competit immissio pro quarta parte vna cum filijs masculis in bonis Susannæ ab intestato defunctæ ex clara iuris communis dispositione secundum quam sublata sexus differen-
3 tia, fœminæ † æqualiter cum masculis in successionibus admittuntur *l. maximum vitium §. Sancimus itaque C. de liber. præteri.*

4 Neque veget statutum † Brisighellæ mandans, quod mortuo Patre, vel ascendente ab intestato, tota hæreditas morientis deferatur ad masculos fœminis † exclusis, quia cum loquatur de hæreditate Patris, vel alte-
5 rius ascendentis masculini generis, non habet locum in proposito vbi agitur de hæreditate matris, *vt dictum fuit in Pensina dotis 1. Iulij 1665 §. nec contrarium coram R. P. D. meo Carpineo.*

6 Et licet statutum loquens † per verbum commune ascendentis videatur comprehendere etiam Matris hæreditatem ex traditis per *Castrens. cons. 40. & 91. lib. 2.* Attamen illius dispositionem fuisse restrictam ad solos ascendentes masculos desumitur ne dū ex eo quod persona Patris legitur expressa, quo fit vt ver-
7 bum † generale ascendentis, quod immediatè subsequitur debeat ab adiuncto restrictionē recipere, vt in his terminis consuluit *Cephal. cons. 343. nu. 27. vsque ad 33.* Verum etiam quia exclusio fœminarum facta dignoscitur cum qualitate dotationis: hinc enim sequitur statuentes intellexisse de hæreditate masculorum ad quos pertinet officium dotandi, & sic ap-
8 pellatione ascendentium † noluisse comprehendere Matrem, vel Auiam *Ias. in l. 4. §. prætor ait sub num. 9. vers. 2. & fortius ff. de in Ius vocan. Gerard. à Petra Sancta singular. 7. n. 3. inter singular. Doctorum tom. 1. fol. mihi 284. Vasq. contr. illustr. lib. 1. cap. 32. num. 4. Calcan. cons. 11. numer. 15. vers. præterea est aduertendum Fulgos. cons. 54. nu. 3. quem sequitur Soc. iun. cons. 69. num. 33. cum aliis in dec. relatis §. quod autem cum seq.*

Quæ sanè interpretatio eo facilius per Doctores admittitur, tum quia huiusmodi sta-
9 tuta exclusiua fœminarum ab † hæreditatibus ascendentium propter masculos tanquā correctoria Iuris communis ita debent restringi, vt minus quam fieri possit Ius commune lædatur, tum etiam quia vti condita fauore agnationis, continent tacitam rationem conseruandi bona agnatorum inter agnatos, quæ ra-
10 tio verificari potest † in hæreditatibus duntaxat masculorum, non autem fœminarum, *Ias. in d. l. 4. num. 9. vers. 1. quia Fulgos. d. cons. 54. sub num. 2. vers. 2. de mente Surd. decis. 9. in fin.*

11 Hinc non obstat quod sub alia † rubrica eiusdem statuti caueatur masculinum concipere fœmininum procedit enim quando id
12 commodè potest † adaptari, non autem vbi

pro-

Prout hic, aliter ratio suadet *Bald. cons. 47. nu. 2 in fin. vers. præterea lib. 5, cum aliis in decisione congestis §. sicuti non relevat.*

Prædictis non accedit observantia dum ex sententiis datis in summ. Io: Baptistæ prædictæ positionis *num.* 7. patet ad successionem matris fuisse admissas sorores vna cũ masculis quæ sententiæ fuerunt latæ in contradictorio Iudicio parte opponente, vt in calce responsionis facti hodiernæ positionis certum est enim verba dubia statutorum ex observantia interpretationem recipere *Rot. decis. 574. num. 3. par. 1. diuers. Buratt. dec. 944. num. 6.*

Et ita vtraque, &c.

Decisio hic in principio allegata, in hac eadem causa emanata sub die 4. Maij 1654. coram eodem Eminentiss. D. Card. Cerro erit infra in Miscellan. iuxta seriem temporis.

R. P. D. CARPINEO,

nunc S. R. E. Cardinali.

Anconitana Pecuniaria.

Veneris 19. *Februarij* 1666.

ARGVMENTVM.

Ius creditoris solutione tollitur, & extinguitur omnis actio, quæ aduersus debitorem competit, Creditum, & causa depositi proueniens habet solummodo actionem personalem. Tacita hypotheca quibus competat.

SVMMARIVM.

1 *Cessionario competunt illæ actiones, quas exercere potuisset ipsemet cedens.*
2 *Creditor hypothecarius præfertur creditori ex causa depositi.*
3 *Solutione ius creditoris tollitur, & eradicata remanet omnis actio, quæ amplius per cessionem transferri non potest.*
4 *Gesta per dilatores regulariter creditoribus non nocent.*
5 *Creditum proueniens ex causa depositi habet solummodo actionem personalem*
6 *Hypotheca tacita competit omnibus per se ipsos administrare non valentibus, vel prohibitis.*

DECISIO CCCCXXIX.

PLACVERVNT DD. fundamenta decisionis editæ sub die 12. Iunii præteriti coram me iterum fauore Monialiũ Sancti Bartholomei respondendo pro executione mandati de consignando pecunias in S. Monte depositatas in quibus vti prouenientibus ex Bonis spectantibus ad Manzonos in prima dumtaxat societate obligatos nullum profecto Ius habere possunt Creditores secũdę Societatis in qua Manzoni nullam parcipationem habuerunt iuxta Textum, & punctuales auctoritates in prima decisione adductas §. quoniam creditum.

Neque illa euertere potuit repetitum obiectum cessionis ab iisdem Creditoribus 2. Societatis reportatæ ab Alexãdro Masserio Creditore Census scut. 12. mil. alias ad illius fauorem de anno 1652. venditi, vt per Manzonos in computũ Maioris summæ debitæ Ioanni Inuitto de anno 1655. accollati cum promissione illum extinguendi infra sex annos prętendendo in vim illius succedere in hypotheca quã Masserius habebat contra illos de Mãzonis easque actiones hypothecarias pos-
1 se exercere quasi exercere potuisset Masserius cedens *ad Text. in l. 1. C. qui pot. in pign. hab.* & cõsequenter super controuersa pecunia ex effectibus illorum de Manzonis prouenienti tam-
2 quam Creditores hypothecarij præferri Monialibus Creditoribus ex causa depositi, & non habentibus nisi actionem personalem licet priuilegiatam *l. Procuratores §. si plures vers. plane ff. de trib. act. l. pro debito C. de bon. auct. Iud. possid. & l. eos C. qui pot. in pign. hab. Rip. in l. priuilegia nu. 64. ff. de priuil. cred. cum aliis rel. per Phanucc. de inuent. par. 5. num. 148.* Quoniam inevitabilis est responsio, quod huiusmodi cessio tollragari non potuit his Creditoribus qui non pecunia propria, sed partim cum effectibus rationis Bancharię illorum de Inuittis partim ex Patrimonio ad Ioannem de Inuittis debitorẽ ob mortem Gulielmi peruento, & residuum ex pretio bonorum Octauij Manzoni sortem & fructus d. Census persoluerunt, & proinde ex huiusmodi solutione tanquã facta ex effectibus particulariũ Debitorum poterant quidem extinctionem debiti non autem Iurium cessionem exercibilem reportare quia ex illa
3 omne Ius Creditoris † extinctum fuerat, ac sublata peuitus, & eradicata omnis actio quæ per cessionem transferri amplius non poterat vt præter adductos in præterita decisione §. nec illis decet *Bart. in l. Modestinus num. 4. ff. de solut. & probant auctorit. relata per Add. ad Bart. dec 420. num. 7. & fait dictum in decis. 165. num. 7. post Pacif. de Salvian. in Romana Salvian. 23. May 1661 §. fin. coram R. P. D. meo Emerix & in Aux. bonorum 8. Junii 1663. coram R. P. D. Albergato.*

Secluſa igitur cessione minus poterent hi Creditores concurrere ex Iuribus Ioannis de Inuittis in secunda Societate ad eorum fauorem obligati, ac sicut ille ex Instrumento accollationis Bona fratrum de Manzonis pro census extinctione habebat expresse hypothecata, ita isti personam Ioannis repręsentantes postquam cum pecunijs illius Censum extinxerunt poterant contra Bona fratrum de Manzonis se vertere pro conseruatione indemnitatis, & repetitione pecuniarum in Census extinctione erogatarum quia hoc etiã motiuum vitium est in facto corruere aduertendo huiusmodi accollationem emanasse de anno 1655. & in dissolutione rationis Bancharię inter Ioannem & fratres de Manzonis, & proinde præiudicare non posse Monialibus longe hanc accollationem tam Ioannis, quã fratrum de Manzonis accollantiũ Creditori-
4 bus † gesta enim per Debitores regulariter Creditoribus non nocent *l. debitoris pactionibus C. de pactis Surd. 286. num. 1. & in terminis similis accollatio-*

lationis Rot. dec. 541. num. 9. coram bo. mem. Merlino

Nec refert sufficere Creditoribus ad exclusionem Monialium, quod illi licet posteriores ex Iuribus Ioannis de Inuittis effecti sint Creditores hypothecarij & cõsequenter præ-
5 ferendi Monialibus quarum † Creditum, ivt pote proueniens ex causa depositi habet solummodo actionem personalem ex adductis *Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 27. num. 3.* nam omisso, quod neque illi vnquam docuerunt habere pro eorum creditis hypothecam; Imo solum esse Creditores partiarios secundæ rationis per Franciscum Inuittum exercitæ nescimur visa fuit DD. cessare quælibet difficultas ex quo Monasterio competit hypotheca legalis ab eo tempore quo ad præscriptum Decretum generale S. Congregationis super negotijs Regularium electa fuit ab Episcopo mensa numularia ab Inuitto & fratribus de Manzonis exercita pro recipiendis, & conservandis dotibus profitentium in dicto Monasterio ex quo sequitur, quod Inuitti & Manzoni habuerint quodammodo hanc Depositariam in officium, & administrationem, & Moniales non ex facto voluntario, sed necessario penes illos pecunias deposuerint & con-
6 sequenter aduersus eos intret tacita hypotheca qualis profecto competit omnibus per se ipsos administrare non valentibus, vel alias prohibitis, vt sunt Ecclesiæ, Hospitalia, Pupilli, Minores, furiosi, ac alij quos enumerat *Bart. in l. Republica num. 2. optime Mosant. cons. 87. per tot. Merlin. de pign. Cred. Reg. 3. ampliat. 23. n. 63 alias sequeretur quod Monasteria, & loca pia ex hac prohibitione elusa, & præiudicata remanerent.*

Quo vero ad alias exceptiones datas aduersus Creditum Monialium quod nempe illud nec actionem depositi priuilegium obtineat, nec viam habeat exequutiuam subsistunt responsiones datæ in primæ decisione à qua non putarunt DD. esse recedendum.

Partibus hinc inde Informantibus &c.

☞ *Decisio allegata hic in principio in hac eadē causa emanata sub die 13. Iunij 1665. coram eodem Card. Carpineo erit infra in Miscellan. iuxta seriem temporis.*

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Pisauren. Pecuniaria.

Veneris 26. Februarii 1666.

ARGVMENTVM.

Fideiussio vti materia odiosa de tempore ad tẽpus non debet extendi, & fideiussor ad certum tempus non tenetur de gestis post illud, quamuis fuerit prorogata principali administratio.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor ad certum tempus non tenetur de gestis post illud, etiamsi principali fuerit administratio prorogata.*

2 *Fideiussionis verba quando non sunt ad certum tempus restricta obligationem pro quocumque tempore important.*

3 *Administrator pro tempore vitæ sui principalis deputari potest, & pro eo tempore tantum fideiussor promittere valet, nec vltra id tempus tenetur, & num. 4.*

5 *Fideiussio vti de sui natura odiosa de tempore ad tempus non est extendenda & num. 6.*

7 *Fideiussor obligans se tamquam principalis, & in solidum respectu creditoris pro principali debitore habetur, non pro simplici fideiussore.*

DECISIO CCCCXXX.

FIDEIVSSIONEM Bernardini factam pro Alexandro eius fratre Ministro, & Administratore Montis Sanctinelli deputato per quondam comitem Franciscum secundo genitũ fuisse ad vitam eiusdem Comitis restrictam, etiam hodie Domini existimantes retulerunt in decisis: Fideiussor enim ad cer-
1 tum tempus non tenetur de gestis post illud, etiamsi principali fuerit administratio prorogata, vt in principio decis. & distinguendo firmat *Paris. cons. 48. num. 14. & seq. l. 1. Rot. dec. 567. par. 1. diuers. præter relat. in dec.* Et quamuis hanc conclusionem in facto non applicari cõtenderent Informantes pro Marchione Sanctinelio, eo quia obligatio fideiussoris non solum non apparet restricta, & limitata ad vitam Comitis Francisci qui Alexandrum in Administratorem deputauit, sed potius indeterminata, & ad fauorem omnium secundo genitorum in officio Successorum, vt potè facta pro Administratore Deputato in executionem Testamenti Comitis Petri Antonij, qui gubernium non restrinxit ad vitam Comitis Francisci, sed ad omnes secundo genitos deferri voluit, & vlterius eadem fideiussio litteraliter facta fuit pro cautela dicti Comitis Francisci, & suorum in officio Succes-
2 sorum, quæ verba † cum ad certum tempus restricta non sint, obligationem pro quocumque tempore important iuxta distincta. *Soccin. in similibus terminis communiter receptam in l. solemnis 9. num. 6. ff. de condit. & demonstr quem sequuntur plures relati per Rot. dec. 209. num. 1. & 2. part. 8. recent. & in fideiussore coram Eminentiss. Otthob. dec. 169. num. 30.*

Nihilominus limitationem fideiussionis ad vitam Comitis Francisci saltem tacitè deducebant Domini, tum ex voluntate, tum ex ipsius potestate; ex voluntate, quia deputando Alexandrum Administratorem visus est verbis restrictiuis, & personalisauit, & ex potestate, quia cum montis, seu multiplici gubernium ad ipsum eius vita durante tantũ pertinerat, & eo defuncto ad alios secundo genitos independenter ab ipso deuolueretur.
3 Administratorem pro tempore suæ vitæ tantum deputare potuit, & pro eo tempore tantum fideiussorem intercessisse dicendum est *iuxta cons. Sard. 460. per tot. cum alijs adductis in §. quod autem, & seqq.* Quæ quidem tacita re-
4 strictio sufficit ad effectum ne fideiussor vltra tem-

tempus teneatur, vt post *Decian. conf.* 72. *lib.* 2 *& alios tradit Caball. centur.* 1. *cas.* 59. *num.* 6. *& 7. vers.* & *loquitur præcise secundum terminos nostros.*

Non aduersatur autem quod fideiussio facta fuerit ad cautelam Successorum in officio quodque in deputatione Administratoris habita fuerit mentio Testamenti Comitis Petri Antonij. Cum enim Alexander promiserit de administratis semper & omni tempore rationem reddere, & exacta restituere, tam Comiti Francisco, quam eius in officio Successoribus, fideiussio vtique dicitur respicere fauorem, & continere cauthelam Successorum casu quo Alexander de administratis tempore Francisci rationem non reddidisset: non autem ex hoc extendi debet ad fauorem Successorum, pro Administratione post eius obitum, cum † fideiussio sui natura de tempore ad tempus extendi non debeat ex relatis per *Caball. d. cas.* 59. *num.* 2. *Vermigliol. conf.* 311. *nu.* 3. *& conf.* 312. *nu.* 12. *cum aliis in §. de potestate.* 5

6 Mentio autem † Testamenti stat potius demonstratiuè, vt sciret Administrator qualitates, & onera muneris sibi iniuncti, quam taxatiue, & proinde ad disposita in dicto testamento fideiussio arctari non debet. *Bero conf.* 17. *num.* 16. *& seq. lib.* 1. *Gratian. discept.* 988. *nu.* 19. *cum alys relatis in Romana pecuniaria* 24. *Maij* 1655. *§. neque conuentio coram bon. mem. Verospio: prout etiam in dubio præsumitur l. final. §. Titia ff. de liber. legat. Altograd. conf.* 49. *num.* 19. *l.* 1. *Rot. decis.* 611. *num.* 11. *coram Merlin. & in Romana legati* 23 *Martij* 1661. *§. fin. coram me.*

Et quamuis Bernardinus fideiusserit, & se obligauerit tanquam principalis principaliter 7 & insolidum ex hoc † inferri quidem potest, quod ipse respectu Creditoris habeatur non pro simplici fideiussore, sed principali debitore ex relatis per *Spad. conf.* 272. *nn.* 5. *lib.* 2. *Rot. dec.* 275. *num.* 11. *post Zacch. de oblig. Cam.* sed non inde deduci nequit extensio vltra casum, & tempus expressum vt per *Rot. post Cens. de Cens. dec.* 549. *num.* 6.

Ex quibus Domini censuerunt standum esse in decisis 17. Martij 1664. coram me vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Cracouien. Præposituræ.

Veneris 26. *Februarij* 1666.

ARGVMENTVM.

Tempus ad præsentandum patronis laicis elargitum est quatuor mensium, in quibus variare possunt cumulando, non verò à prima præsentatione recedere, & multo magis si quibuscumque variationibus renunciarunt.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus ex quibus iustificari possit.*
2 *Præsentatus à maiori parte patronorum debet instituí.*
3 *Patronus laicus intra tempus sibi ad præsentandum præfixum potest cumulatiuè alium præsentare.*
4 *Patronus laicus non potest amplius variare, nec aliũ cumulatiuè præsentare quando quibusuis variationibus renunciauit.*
5 *Patronus laicus non potest à prima præsentatione recedere, & curare alium ad beneficium instituí.*
6 *Gratificatio non habet locum nisi in vocum paritate.*

DECISIO CCCCXXXI.

POST appositum sequestrum iuxta resolutionẽ captam sub die 4. Iulij anni 1664 prosequendo disputationem in negotio principali dedi dubium, an & quis ex præsentatis esset instituendus quod in hac tertia causa, & propositione pro Ioanne Tardescho resolutum fuit. † Existentia enim Iurispatronatus 1 probatur ex instrumento publico erectionis cũ reseruatione Iurispatronatus fauore proximiorum lineæ masculinę Comitum de Tarnoiua approbato ab Ordinario, & confirmato à fel. record. Martino Papa V. Summario impresso *nu.* 1. 2. *& 3.* quamuis ad hunc effectum satis esset vtramque partem venire ex eadem vacatione, & titulo vt inquit *Rota coram Crescentio decis.* 5. *de Iurepatronatus.*

Habilitas autem Ioannis Tardeschi desumitur ex confessione Aduersarij in processu *fol.* 4. *pagin.* 2. *& in d. Summario num.* 8., vbi illum nominat Sacerdotem I.V.D., & Officialem Pilsnensem, ac propterea dum docet se præsentatum à duobus ex familia fundatoris videlicet à Comitibus Alexandro Grato, & Casimiro, Aduersarium autem ab vno duntaxat 2 videlicet à Com. Ioanne Stanislao † vtique tanquam præsentatus à maiori parte venit instituendus *cap. quoniam iuncta glos. in verb. qui maioribus de Iurepatr. Rota coram Card. Seraph. decis.* 875. *num.* 2. *& decis.* 202. *num.* 1. *par.* 2. *& decis.* 235. *num.* 7. *part.* 7. *recent., & in Cracouien. Præpositurę Sancti Floriani* 27. *Maij* 1650. *coram bon. mem. Bichio.*

Non obstat quod Ioannes Marchieuix præsentatus fuerit à Ioanne Stanislao Amor cui postea accessit Casimirus, & sic ipse dicatur habere maiorem partem, vel saltem medie- 3 tatem vocum, quia licet Patronus † laicus variando intra tempus quatuor mensium à Iure præfixum possit cumulatiuè alium præsentare *cap. quod autem, & cap. cum auctoritate de Iurepatr., & Clement.* 2. *eod. Vivian. de Iurep. lib.* 10. *cap.* 1. *num.* 10. *part.* 2.

Ista tamen regula non habet locum in hoc casu, tum quia Casimirus in antecedenti præsentatione Ioannis Tardeschi renunciauerat ex tunc quibusuis variationibus *dict. Summario Impress. num.* 4., † & ideo non poterat amplius 4 variare neque alium etiam cumulatiuè præsentare, vt aduertit *Castr. conf.* 361. *n.* 4. *vers. nam illud lib.* 1. *Merlin. decis.* 443. *numer.* 5. *Add. ad Buratt. decis.* 942. *numer.* 13. *& Rota in Nullius, seu Montisalti Iurispatronatus* 16. *Iunij* 1654., *§. non obstat coram bon. mem. Dunozetto.*

Tum etiam nec minus sustinetur præsentatio Io. Stanislai Amor facta in persona Ioannis

annis Marchicuiz, ex quo vt eius lectura demonstrat hic etiam antecedenter alium præsentauerat *dict. Summario num. 3.*, & licet tanquam laicus variare potuisset animaduertum tamen fuit quod non præsentauit per modum accumulationis, sed à prima præsentatione recedendo rogans Ordinarium, vt non habito respectu ad priorem præsentationem Ioannē Marchicuiz tanquam magis idoneum instituere † dignaretur quod facere non poterat ad notata communiter per Doctores *in cap. cū autem vbi glos. in verb. eo non refutato de Iurepatronatus Vivian de Iurepatron. lib. 10. cap. 1. numer. 11. part. 2. Garz de benef. part. 5. cap. 9. numer. 213. Lap. alleg. 78. per tot. & alios relatis Lambert. in eodem tract. lib. 2. part. 2. 7. quæst. in princ. artic. 2. num. 4. & Rota d. decis. 235. num. 5. par. 9. recent.*

Et hinc non intrat gratificatio neque inspectio, ac defecerit linea filiorum, & descendentium fundatoris, & an ab eodem descendant omnes, vel solus Casimirus, quia gratificatio nunquam habet locum nisi in paritate iuxta *sent. in prealleg. cap. quoniam inutile glos. in verb. maioribus de Iurepatr.*, & quando etiam solus Casimirus esset ex descendentibus fundatoris id tamen non iuuaret Ioannem Marchicuiz, sed potius suffragaretur Ioanni Tardescho primo loco ab eodem præsentato cū renunciatione ex tunc quibuslibet variationibus.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Bononien. Primitiarum.

Lunæ 1. Martij 1666.

ARGVMENTVM.

Inhibitio Rotalis post illius præsentationem omnia deinde gesta reddit attentata, siue præsentatio facta fuerit iudici, & parti, siue alteri ex illis. Regula qui continuat, non attentat, quando procedat.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente quidquid est gestum, attentatorum vitio laborat.*

2 *Inhibitio Rotalis post præsentationem omnia deinde gesta, reddit attentata, siue præsentatio facta fuerit iudici, & parti, siue alteri ex illis.*

3 *Actus lite pendente gesti, quando sunt à negotio principali independentes liciti sunt, & permittuntur.*

4 *Mandatum quando est executum nulla precedente liquidatione, & lite pendente sine vitio attentatorum sustineri nequit.*

5 *Index à quo non potest se ingerere nisi in executionem contentorum in suo decreto, nec nova decreta facere, aut illa exequi valet.*

6 *Regula, qui continuat non attentat, locum habet, quando continuatio fit per viam privatæ facultatis eadem forma consueta ante litem.*

Secus quando continuatio practicatur ad nouum iudicem, ab illo extorquendo mandatum & nu. 7.

7 *Continuationis pretextus non excusat ab attentatis.*

8 *Appellatio clausa reddit non debet.*

DECISIO CCCCXXXII.

MANDATVM de manutenendo in quasi possessione percipiendi primitias in certa quantitate ex bonis ab hominibus Sācti Ioannis in Perficeto possessis per Vicarium generalem Bonon. ad fauorem Panitij Rectoris Ecclesiæ Ruralis Sancti Matthæi relaxatum in gradu appellationis fuit ab A. C. ad minorem quantitatem reformatum, & coram me vtraque parte informante concessa pariter fuit manutentio Rectori iuxta modū, & quantitatem in decisione 30. Ianuarij 1665. cōpresſa; Cæterum, quia Rector primitias diuerso modo, & in maiori quantitate de mense Septembris proximi præteriti exigit, Dubium hodie propoui, An constet de attentatis, quæ veniant reuocanda affirmatiuè 1 **reformatum fuit. Nam † ante litis pendentia in hoc Sacro Tribunali, & speciali inhibitione Rectori præsentata, vt *in Summario num. 3. & 4.* non potuit ille coram alio Iudice de partibus in maiori quantitate ad formam primi decreti Vicarij Generalis, siue manifesto vitio attentatorum *Conar. pract. quæst. cap. 15. nu. 1. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 2. num. 58. Grat. discept. 914. num. 29. Rota coram Cavaler. dec. 573. num. 1. plene in recent. decis. 20. num. 2. & 3. part. 10. Cracovien. attentatorum 17. Iunij 1651.*, §. *hæc omnia coram Bichio*, vbi quod † inhibitio rotalis post præsentationē attentata reddit omnia deindè gesta, siue præsentata fuerit Iudici & parti, siue alteri ex illis, & in *Bonon. attentatorum 10. Februarij 1659. in princ. coram R. P. D. m. Beuilequa*.** 2

Hoc enim præcipuè operatur inhibitio rotalis, quando commissio, vt in præsenti continet clausulam *quam, & quas*, quod attentata sint, & iam gesta circa rem connexam, & & à negotio principali dependentem quodque obtinendo sic in illius reuerentiam esse ab actibus consequutiuis, † quia alias, non obstāte litis pendentia liciti essent, & permitterentur *Lancell. de attent. part. 2. cap. 20. limit. 5. numer. 2. & 10. versic. hæc autem limita Adden. ad fan. mem. Gregor. decis. 203. sub numer. 7. cum aliis in Bononien. pecuniaria, seu attentatorum 28. Aprilis 1645. §. maxime quia, & §. siquidem coram Bichio*, quæ reprobata fuit *in Romana Palatij 4. Maij 1648.*, §. *fuit enim responsum coram Reuerendissimo Decano, & in recent. decis. 178. numer. 4. & seqq. part. 10.* 3

Nec attentata euitari possent sub prætextu, quod mandatum, & executio contra homines facta sit ad formam sententiæ A. C. & decisionis Rotalis, tum quia hoc in facto non subsistit cum mandatum executiuum expressè concessum appareat in executionem Decreti Vicarij Generalis taxantis primitias in quantitate excessiua, vt *in Summario numer. 1.*, Tum quia (& hoc magis vrget) tam decre-

tum, quam decisio loquitur de quota fru-
4 ctuum, † & executio nulla præcedente liquidatione facta fuit in pecunia, quod nullo modo absque vitio attentatorum fieri poterat (cum etiam in fortioribus terminis si causa commissa fuit cum clausula sine præiudi-
5 cio legitimæ executionis quando † Iudex à quo non possit se ingerere nisi in executione contentorum in suo decreto, non autem noua decreta facere, aut illa exequi firmat *Marescot. var. resol. lib. 1. cap. 22. num. 28. Rota decis. 310. sub num. 1. part. 1. diuers. & in Romana, seu Ianuen. hereditatis 15. Martij 1660. §. 2. quia coram Reuerendissimo Decano.*)

Rursus in præsenti non procedit regula, qui
6 continuat, non attentat, † Tum quia locum habet solum quando Continuatio fit per viã priuatæ facultatis eodem modo, & forma
7 ante litem consueta, secùs autem quando cõtinuatio practicatur adeundo Iudicem ab il-
8 lo extorquendo mandatum tunc enim † prætextus continuationis non excusat ab attentatis *Posth. de manut. obser. 1. nu. 91. Rot. coram Canal. decis. 615. num. 3. vers. vltra quod Bononien. attentatorum 5. Iulij 1655., §. non obstat & 27. Iulij 1657., §. & semper est certum coram Eminentissimo Celso, & in Leodien. Canonicatus Aquisgranen. 20. Martii 1664. §. neque applicatur coram me,* Tum quia non habet locum, quando lis est super ista possessione, quo casu continuatio est pro-
9 hibita, † quia alias eluforia redderetur appellatio *Lancell. de attent. part. 2. limit. 1. cap. 4. numer. 69. & seqq. Rota decis. 434. numer. 3. coram Reuerendissimo Royas, & in recent. decis. 298. num. 27. p. 10. Papien. iurispatronatus 10. Febr. 1653., §. nec subsistit in fine coram Reuerendissimo Decano, & in Regien. attentatorum 12. Decembris eiusdem anni §. dũ vero coram bon. mem. Bichio.*

Et ita altera tantum parte altera pluries citata, & diu expectata resolutum fuit, &c.

REVERENDISS. CERRO DECANO

Nunc S.R.E. Cardinali.

Mechlinien. Matrimonij.

Lunæ 5. Martij 1666.

ARGVMENTVM.

Matrimonium seruata Concilij Tridentini forma celebratum est omnino validum, etiamsi contractum fuerit extra illius parochiam, qui licentiam dedit, & sufficit licentia generalis ad munia parochialia exercenda Matrimonii ex quo robur recipiat.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium celebratum mutuo amborum coniugum consensu cum interuentu parochi, vel alterius de licentia parochi, & seruata in omnibus forma Concilii Tridentini non potest de nullitate redargui.*

Etiamsi matrimonium fuisset contractum extra parochiam illius, qui licentiam dedit, & nu. 2.

3 *Parochus potest cuicumque Sacerdoti concedere licentiam, vt coniungat in matrimonium suos subditos etiam extra suam parochiam.*

4 *Partita ex libris Parochi extracta plenè probat. Amplia si fuerit propria manu parochi subscripta, & num. 5.*

6 *Attestatio parochi ad conualidandum matrimonium suffragatur etiam post matrimonii celebrationem tanquam de re ad proprium officium spectante.*

7 *Concilium Tridentinum non requirit in licentia specificationem nominum contrahentium, sed satis quod matrimonium fiat coram proprio parocho, vel alio de proprii parochi licentia.*

8 *Licentia simplex in genere assistendi matrimonio sufficit ad illorum valorem. De ratio num. 9.*

10 *Parochi præsentia requiritur tantum ad hoc, vt matrimonium innotescat Ecclesiæ, non vt præstet consensum.*

11 *Matrimonium vt valide contrahatur de licentia parochi, sufficit quod ea sit generalis ad exercenda iura parochialia.*

12 *Obseruantia rerum dubiarum est optima interpres, & magistra.*

13 *Matrimonium vt sit validum sufficit, quod saltem sit parochus vnius ex contrahentibus.*

14 *Denunciationes non sunt de essentia matrimonii, & illarum omissio matrimonium non vitiat.*

15 *Matrimonii validitas ex diuturna cohabitatione coniugum post contractum matrimonium publica tractatione, & reputatione & aliis resultat, vide supra numer. 15.*

DECISIO CCCCXXXIII.

PRAETENDEBAT clar. mem. Henricus à Lotharingia Dux Guisiæ nullitatem matrimonij contracti cum D. Honorata de Berghes Comitissa de Bossù, & ab eo introducta causa in Rota, ibique per plures annos prosequuta, prodierunt diuersis temporibus nonnullæ decisiones super varijs incidentibus. Demum verò post obitum Ducis ad instantiam D. Comitissæ proposui dubium: An constet de validitate matrimonij, & respon-
1 sum fuit affirmatiuè, quia † cum fuerit celebratum mutuo amborum coniugum interueniente consensu coram Carolo à Mansfelt Vicario generali exercitus Regis Catholici in Domo ipsius D. Comitissæ sitæ intra limites Parochiæ Sanctæ Gudulæ de licentia Parochi eiusdem Ecclesiæ, ac seruata in omnibus forma Conc. Tridentini validum omninò reputatur, nec potest de nullitate redargui *Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 18. num. 25. Rota coram Roias dec. 431. num. 1. & in Tullen. matrimonij 15. Ianuarij 1653. coram R.P.D. meo Albergato sub §. primo.*

2 Etiam † si matrimonium contractum fuisset extrà Parochiam illius, qui licentiam dedit; quia Parochus † potest concedere licentiam cuicumque Sacerdoti, vt coniungat in matrimonium suos subditos etiam extra suam Parochiam *Barbos. de offic. Episc. alleg. 32. num. 114. & de potest. Paroch. part. 2. cap. 21. nu. 65.* idem *Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 34. numer. 3. Gutier-*

ner. eodem tract. cap. 62. num. 10. & ſeqq. Boſſ. cap. 4. §. 13. numer. 26. & alij allegatis, tradit *Modern. de S. Angelo in Vado in cap. quod nobis de Clandeſtin. deſponſat. num. 34. & ſeq.*

Exiſtentia autem talis licentiæ in dubium reuocari non poteſt, nedum quia de ea habetur ſpecialis mentio, † in ipſa partita extracta
4 ex libris Parochiæ, in qua expreſſe aſſeritur Parochum authoriza ſſe Vicarium ad contra-
5 hendum iſtud matrimonium, maximè † cum partita fuerit ab eodem Vicario propria manu ſubſcripta, vt bene *per Menoch. conſil. 188. num. 12. in fine Sanchez queſt. 15. num. 22. in fine.*

Verum etiam ex ipſamet licentia data *in Summario D. Comitiſſæ numer. 3.* comprobata ex Teſtibus in Curia formiter examinatis, & quidem qualificatis qui de illa plenè depoſuit, quæ licet non contineat expreſſa nomina Ducis, & Comitiſſæ, ſed concepta legatur per hæc verba, *Do licentiam, & facultatem aſſiſtendi matrimonio cuiuſdem nobilis fœminæ Parochianæ meæ, quæ contractura eſt cum quodam nobili Viro militari, quorum nomina contracto matrimonio in hoc albo à prædicto D. Aſſiſtente adſcribantur.* Attamen DD. cenſuerunt, quod benè ſuffragetur pro validitate controuerſi matrimonii, quia ex qualitatibus perſonarum expreſſis in ipſa licentia, nempè, *Nobilis fœminæ Parochianæ meæ, & nobilis Viri militaris*, ſatis colligitur vtrumque habuiſſe notitiam contrahentium, cum aliàs dd. qualitates non potuiſſent deſcribi, Vltra quod eadem notitia comprobatur etiam ex ſucceſſiua adnotatione matrimonii in calce dictæ licentiæ, ac in dd. libris Parochiæ, ne dum cum ſpecificatione nominum contrahentium, verum etiam cum ſpeciali enunciatiua eiuſdem licentiæ; Ex geſtis enim per Parochum plenè iuſtificatur eamdem licentiam fuiſſe ſpecificam reſ-
6 pectu huius matrimonii, † cum ad hunc effectum ſuffragetur atteſtatio eiuſdem Parochi etiam poſt matrimonii celebrationem, tamquam de re ad proprium officium ſpectãte *Rota deciſ. 750. numer. 11. part. 1. diuerſ.* cum aliis congeſtis *in deciſione 493. numer. 15. part. 5. recent.*

Præterea animaduertendum videbatur,
7 quod neque † Sac. Canones, neque Concil. Trid. requirunt in licentia ſpecificationem nominum contrahentium, ſed tantum, quod matrimonia fiant coram proprio Parocho, ſeù alio Presbyteto de eiuſdem Parochi licentia,
8 & proindè † ſufficit ſimplex licentia aſſiſtendi matrimoniis in genere, non ſolum, quia
9 cum † Concilium corrigat ius antiquum, non debet extendi, vt exigat huiuſmodi nominũ ſpecificationem, vt in ſimili ratiocinatur *San-*
10 *chez d. diſput. 35. num. 7. &* 10. Verùm † etiam quia perſona Parochi non requiritur ad hoc vt præſtet conſenſum, ſed dumtaxat præſentiam ad effectum, vt matrimonium innoteſcat Eccleſiæ idem *Sanchez de matrim. diſp. 39. ſub num. 1. lib. 3. Rot. in recent. 124. num. 16. verſ. denum, & num. 17. part. 7. & in Neapolitana matrimonii 13. Martii 1651., §. nec proinde coram bonæ mem. Card. Corrado.*

Addebant aliqui ex DD. quod cum Dnx Guiſiæ tempore contracti matrimonii militaret in Belgio in exercitu Regis Catholici ſubiacebat in ſpiritualibus eidem à Mansfelt d. exercitus Vicario generali, qui vigore Breuis Apoſtolici habebat omnẽ, & quamcumque iuriſdictionem Eccleſiaſticam ſupra omnes, & ſingulas perſonas in eodem exercitu Militantes, *perinde ac ſi* (ſunt verba præciſa Breuis) *eorum verus Præſul, & Paſtor eſſet, Summar. Comitiſſæ num. 4.* ſub quibus veniebat etiam
11 facultas aſſiſtendi matrimoniis, ad † quem effectum ſufficit licentia generalis ad exercenda iura Parochiana *Pont. de matrimonio lib. 5. cap. 29. num. 2. Barboſ. de offic. Epiſc. dicta alleg. 32. num. 127. Sanch. vbi ſupra d. diſput. 35. num. 13.*, & ità fuiſſe reſolutum per Sac. Congreg. Conc. teſtatur *dictus Modern. à S. Angelo in Vado d. cap. quod nobis de Clandeſtina deſponſ. num. 27. Rot. diſt. deciſ. 750. num. 2. part. 1. diuerſ.*, prout etiam obſeruantia comprobauit, quia vigore Breuis idem Vicarius paſſim contrahebat matrimonia inter milites ſiuè eſſent in expeditione, ſiuè in ſtationibus, & Hiberniis, vt probatur ex dictis Teſtibus in Curia formiter examinatis
12 ex qua obſeruantia dictum Breue recepit declarationem *Gregor. deciſ. 148. numer. 8. & coram Rotas deciſ. 280. numer. 10. & in recent. deciſ. 451. nu. 3. & dec. 561. nu. 11. part. 5. tom. 2.*

Vndè dubitari non poteſt de validitate matrimonii cum ſubſtineatur, vel tamquam celebratum à dicto Mansfelt vigore licentiæ Parochi D. Comitiſſæ, vel tamquam à Paro-
13 cho D. Ducis Guiſiæ, † cum pro validitate matrimonii ſufficiat quod Sacerdos ſit Parochus vnius ex contrahentibus idem *Sanchez vbi ſupra diſp. 19. num. 4. Barboſ. ad Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. Boſſ. plures cumulans de matrimoniis dicto cap. 4. num. 10. Rota coram Buratt. dec. 530. num. 17. & dec. 713. num. 14. Merlin. deciſ. 194. numer. 6. & in recent. deciſ. 350. ſub numer. 6. part. 2.*

Nec vrget quod fuerint omiſſæ conſuetæ
14 denunciationes, quia † cum non ſint de eſſentia earum defectus matrimonium non vitiat, vt probat *Nauarr. in manual. cap. 22. nu. 70. Sanchez loco citato diſp. 5. nu. 3. Grotian. diſcept. foren. cap. 83. nu. 7. Card. Caual. dec. 444. num. 3. Card. Seraph. dec. 1099. nu. 4. Buratt. dec. 530. nu. 15. in recent. dec. 71. nu. 11. part 1 dec. 390. nu. 5. part. 2. deciſ. 430. nu. 11. part. 4. tom. 2. dec. 493. nu. 10. part. 5. dec. 273. nu. 31. part. 6. in dicta Neapolitana matrimonii 13. Martii 1651. §. fin. & d. Tullen. matrimonii 15. Ianuarii 1653., §. nec viget coram R. P. D. meo Albergato.*

His accedunt diuturna cohabitatio dd. Coniugum poſt contractum huiuſmodi matrimonium publica tractatio, & reputatio, declaratio Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Mechliniẽſ. capta etiam deſuper informatione tàm à dicto Vicario exercitus, quam etiam à Parocho S. Gudulæ cum aliis adductis per
15 informantes pro D. Comitiſſa, † quæ valde conferunt ad comprobationem eiuſdem matrimonii, *Rot. in recent. dec. 374. numer. 2. & ſeqq. part. 3. coram Vbaldo dec. 50. num. 2. Pen. deciſ. 644. num.*

num.3.cum relatis in dicta Tullen.Matrimonii, §.& hinc non applicatur.

Et ita altera,&c.

R. P. D. OTTALORA

Aesina Fideicommisso.

Lunæ 5.Martij 1666.

ARGVMENTVM.

Leg.Final.remedium C.de edict.Diu.Adrian. tollendo, cui competat. Fideicommissum in dubio remissum non censetur,quando maximè mentio de fideicommittente, nec de bonis fideicommissarijs facta non fuit. Præsumptio remissionis fideicommissi ex quibus excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententia ex reuolutione processus iustificari potest.*

2 *Iustitia sententiæ ex decisionibus in causa factis apparet.*

3 *Remedium* leg. final.C.de edict. Diu.Adrian. tollend. *competit fideicommissario de bonorum identitate, & de fideicommissi ad sui fauorem purificatione docenti.*

4 *Fideicommissum in dubio non censetur remissum. Maxime quando nulla fuit facta mentio, nec de fideicommittente, nec de bonis fideicommissarijs, & numer.5.*

6 *Præsumptio remissionis fideicommissi ex quo excludatur.*

7 *Clausula* ad habendum *alienandi facultatem importat.*

8 *Clausula quando restringuntur ad contenta in contractu dicuntur stare accessoriè, & famulatiuè ad contractum.*

9 *Donatarius quando in vim donationis potest prætendere bona libera,& in eorum locum recipere fideicommissaria cogitur, iniuriam patitur.*

10 *Apoca, quando ad instrumentum se refert, & de instrumento non constat, non consideratur.*

DECISIO CCCCXXXIV.

SENTENTIAM R.P.D. mei Prioli concedentem Francisco immissionem pro medietate in bonis fideicommissarijs Petri Senioris tanquam validam, & iustam DD.
1 confirmandam esse dixerunt, validitas † con-
2 stat ex reuolutione actorum Iustitia † verò resultat ex duabus decisionibus editis coram R.P.D.meo Priolo, in quibus luculenter firmatum fuit constare de existentia fideicommissi illiusque purificatione in dicto Francisco & de identitate bonorum, quæ † sunt requisita necessaria ad hoc, vt fideicommissario detur immissio ex remedio *legis fin. C.de edict. Diu.Adr.tollen.& firmat prima decisio,§.Dixerunt Domini.*

Neque obstare visum fuit repetitum obiectum decisionis factæ inter Rinaldum Seniorem Matthæum, ac Ioannem Laurentium vocatos ad bona Petri fideicommittentis, ex qua prætenditur fuisse remissum inter ipsos fideicommissum,promissione euictionis hinc indè, & clausula *ad habendum* in Instrumento adiecta, quia vt benè ostendit prima decisio §.nec refert, & secunda in §. altera excep-
4 tio per simplicem bonorum † diuisionem non censetur in dubio remissum fideicommissum *l.cum Pater §. hæreditatem, ff. de legat.2. l.qui Romæ §.duo fratres,ff.de verb.signif.*,maximè
5 quando † vt hic nulla fuit facta mentio, nec de bonis fideicommissarijs, vt notat *Bart. in dict. l. qui Roma, §. duo fratres in fin. Menoch. de præsumpt.115.numer.22. & 25.Peregr.de fideicommiss. artic.52.num.6.*, & quod magis vrget de tempore factæ diuisionis fideicommissum Petri non dum erat purificatum in ipsis diuidentibus, Cum adhuc, viueret Semidea pri-
6 ma hæres instituta quo † casu multo minus intrat præsumptio remissionis fideicommissi † vt consuluerunt *Paris.cons.46.num.9.& consil.55.num.13.lib.2.Rocc.cons.24.num.14. & seqq. lib.1.Peregr.de fideicommissi dict.art.52. numer.18. Fusar.de substit quæst.591.numer.5. & quæst.599. numer.9. & tenuit Rota decis.86. numer. 3. part.4. tom.2. recentior., & in Ravennaten. fideicommissi 20. Iunii 1661., coram Eminentissimo Cardinali Celso.*

Et licet in instrumento adiectę fuerint clausulæ amplissimæ, quæ possent importare fa-
7 cultatem alienandi † qualis est clausula *ad ha-*
8 *bendum* † tamen restringuntur ad bona contenta in diuisione, & stare dicuntur accessoriè, & famulatiuè ad contractum, vt dixit *Rota decis.427.part.9.recent.*

Minus resultat, quod Instrumentum Diuisionis sit consequutiuum tranlactionis confectæ per apocam de anno 1623. inter Ioannem Laurentium, & Rinaldum, in qua facta narratiua, quod Ioannes Laurentius quâdam fecerat donationem Rinaldo prout constare dixerunt, ex Instrumento de anno 1614. Rinaldus autem retrocessit dictam donationem, & viceuersa Io.Laurentius renunciauit eidem portionem hæreditatis tam Francisci sui Patris quam Petri Auunculi, ideoque dd. bona Petri perneceſſe remanserunt immunia
9 à fideicommisso cum alias † concordia redoleret iniquitatem si Rinaldus, qui in vim donationis poterat prætendere tot bona libera in eorum locum recepisset fideicommissaria, vt in puncto considerat *Cravett. cons.24. nu.6.& 7. quem sequitur Rota in decis.352. nu.24. cum seqq.par.9.recent.*, dum non constat de dicto Instrumento Donationis nullum fieri po-
10 test fundamentum in dicta apoca, † quæ ad illud habet relationem *l.si ita scripsero ff.de condit.& demonstrat. Auth.si quis in aliquo C. de eden.* eaque subiata remanet simplex Instrumentū Diuisionis,quod de per se consideratum nullam continet remissionem fideicommissi ex rationibus supra adductis.

Et ita vtraque &c.

R.P.D.

R. P. D. BOVRLEMONT Bononien. Pecuniaria.

Mercurii 7. Martii 1666.

ARGVMENTVM.

Priuilegium retentionis pro credito Chirographi hypothecario creditori competit contra emptores, vel tertios poſſeſſores, qui non ſint Creditores hypothecarij. Exceptio doli mali ex parte eam opponentis eſt in rem, & vti talis in ſingularem ſucceſſorem tranſit.

SVMMARIVM.

1 *Retentio etiam pro alio credito licet Chirographario, & hypotheca deſtituto competit immiſſis in poſſeſſionem vigore crediti hypothecarii.*

2 *Retentionis priuilegium pro credito Chirographi datur ſolum contra debitorem principalem non contra emptorem, vel tertium poſſeſſorem.*

3 *Creditor hypothecarius, vti poteſt remedio* l. vnicæ C. etiam ob Chirographi pecun. *pro credito Chirographario etiam contra emptores, vel tertios poſſeſſores, qui non ſunt creditores hypothecarij.*

4 *Exceptio doli mali ex parte eam opponentis, eſt in rem.*

5 *Exceptio in rem vti rei cohærens tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*

6 *Poſſeſſor tertius non poteſt compelli ad offerendum creditum Chirographarium, ſed bene ad offerendum creditum hypothecarium.*

7 *Exceptio doli mali competit ſolum per viam retentionis pro credito Chirographario.*

8 *Textus in* l. vnica C. etiam ob Chirographi pecun. *declaratur.*

9 *Creditor hypothecarius in caſu quo res, quæ erat debitoris ad eum perueniat, ius retentionis contra emptores, vel tertios poſſeſſores, qui non ſint æqualiter creditores hypothecarii experiri poteſt.*

10 Cenc. de cenſ. quæſt. 98. num. 62. verſ. verum enim verò, & verſ. nec obſtat. *declaratur.*

DECISIO CCCCXXXV.

LIVIVS Cornelius Florianus pro prima vice vendidit portionem vnius prędij in communi Argeli ſitam Petro Ioanni de Riuanis de anno 1625. pro ſecunda verò totum idemmet prædium vendidit Seraphino de Seraphinis anno 1628. & maior factus anno ſubſequenti ad ſanandas nullitates, quæ in contractu detegebantur ob non ſeruatas ſolemnitates in minoribus requiſitas hanc venditionem ratificauit; orta deinde lite inter prędictos Riuanum, & Seraphinum, & ſuccumbente Seraphino ex eo quod illius contractus nullitate laborare deprehenſus eſſet propter proclamationes nõ legitime factas hominibus dicti communis ad formam ſtatuti idem Florianus pro tertia vice dictum prędium vendidit Patribus S. Mariæ Charitatis contra quos in poſſeſſione exiſtentes Iulius, & Roduiphus filij prædicti Seraphini obtinuerunt immitti ex remedio vtilis Saluiani ad hoc, vt de fructibus ſatisfactionem aliorum creditorũ hypotheca munitorum reportarent reſeruato alio credito librarum 2900. hypothecario iure carente pro quo demum obtinuerunt ab A. C. manuteneri vigore retentionis. Et poſt cauſæ dubium à me ſuper ea propoſitum An & de cuius bono Iure conſtet etiam ad effectum manutentionis per DD. fauore Seraphinorum reſolutum eſt.

Ea potiſſimum ratione quod fratribus de
1 Seraphinis immiſſis in poſſeſſionẽ dicti prædij vigore crediti hypothecarij competit retentio pro alio credito licet Chirografario & hypotheca deſtituto *prout cõmuniter tenent DD. in l. vnica C. etiam ob Chirographi pecun. & c. Giuagn. reſponſ. 23. num. fin. lib. 2. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 2. quæſt. 97. nu. 11. Pacific. de Saluian. inſpec. 2. cap. 2. num. 23. & inſpec. 4. cap. 1. num. 222. Cenc. de cenſ. quæſt. 98. nu. 61. verſ. circa ſecundam Theſaur. quæſt. forenſ. 96. lib. 2. Poſth. de Manut. obſer. 8. n. 43 Rot. dec. 612. num. 1. in fin. par. 3. rec. num. 5. in fin. par. 3. rec. dec. 254. nu. 7. cor. Gregor. & ibi Addens. deciſ. 1. num. 2. & 3. apud Merlin. de pignor. in Fanentina bonorum apud Marcheſ. de commiſ. par. 1. fol. 976. in Reatina ſucceſſ. 16. Iunii 1644. & in Romana locorum montiũ 19. Iunii 1651.* & minuſq; viſum fuit coram *R. Papien.*

2 Non obſtat quod dictum Priuilegium retentionis pro credito Chirographi non detur contra Emptorem, vel tertium poſſeſſorem, ſed ſolum contra debitorem principalem, *ex Cenc. de cenſ. d. quæſt. 98. num. 92. verſ. verum enim vero & verſ. nec obſtat*, & alijs allegatis per informantes pro patribus Sanctæ Mariæ Charitatis quia DD. ponderato intellectu *d. l. vnica C. etiam ob Chirograph. pecun.* Iuxta ſenſum Do-
3 ctorum ſuper ea † ſcribentium exiſtimarunt Creditorem hypothecarium vti poſſe hoc remedio licentiæ pro credito Chirographario etiam contra emptores vel tertios poſſeſſores, & qui non ſunt pariter hypothecarij, & ad
4 tertendo exceptionem † doli mali in qua ſe fundat ratio d. l. vnicæ ex parte eam oppo-
nentis eſſe in rem *ex tex. in l. 2. §. 1. verſ. plane de*
5 *exceptionibus doli* & vti rei cohærentem tranſire in ſingularem ſucceſſorem *ex Bald. in l. 3. C. quæ met. Cauſa & Alex. & d. l. vnica in 2. not. ibique Salicet. num. 5. verſ. ſed nihi ne detur & Bart. in l. ſi tertius §. qui prius ff. de aqua plu. arcen. vbique ſequuntur Neguſan. de pignor. 3. membro 5. parte nu. 47. verſ. tamen Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 3. quæſt. 78. num. 5. Carocc. de oblat. part. 2. quæſt. 25. num. 2.*

Pro qua opinione defendenda multum facit quod de iure tertio poſſeſſori hanc exceptionem declinare cupienti ſit cõſultum cum poſſit repellere Creditorem hypothecarium offerendo creditum ſub hypotheca conſtitu-
6 tum non autem † Chirographarium ad quod offerendum non poteſt compelli *ex tex. d. l. vnica in fine & ex traditis ibi per Salicet. num. 6. & Carocc. verſ. & quæ eſt 2. Creditoris Neguſan. de pignor. vbi ſupra num. 49. verſ. num ſi poſtea Creditor.* ſicque tertius poſſeſſor impediens quo minus res obligata perueniat ad Creditorem hypothecarium dictam exceptionem, quæ com-

7 peteret ſolum per† viam retentionis pro credito Chirographario poterit euitare ex notatis *per Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. quæſt. 78. nu. 26.* alias non offerendo ſi patiatur rem auocari per Creditorem hypothecarium ſit expetibilis d. exceptio *vt Neguſan. tradit loquendo de 3. poſſeſſore d. membro 3. ſecundæ partis num. 49. verſ. & ſecundum iſtam.*

8 Et pro maiori declaratione intellectus *d. l.* vnicæ ſuper hoc articulo retentionis contra emptorem vel tertium poſſeſſorem qui non ſit Creditor hypothecarius placuit DD. ampleƈti diſtinƈtionem *Cyn. in d. l. vnica num. 16.* quod vel emptor poſſidet, & eo caſu poteſt ſe tueri aduerſus Creditorem offerendo creditũ hypothecarium ex allegatis, ſed ſi emptor nõ poſſidet non idem de eo dicendum eſt ac de alio Creditore hypothecario quia hic propter prælationem hypothecariam retentionem ineffiƈacem reddit, ille verò iſidem exceptionibus ac venditor eſt obnoxius *l. ſi ſuperatus §. per iniuriam ff. de pignor l. ſi ſibi pactum. de pactis l. quod ipſis ff. de reg. Iur. allegat. per Cyn. in d. l. vnica num. 16.* Vnde non mirum ſi Creditor hypo-

9 thecarius dato caſu† quod ea res quæ debitoris erat ad eum perueniat Ius retentionis etiã contra emptorem, vel tertium poſſeſſorem, qui non ſit pariter Creditor hypothecarius poſſit experiri, hanceque diſtinƈtionem comprobant *Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 3. nu. 16. Caroc. de oblat. par. 2. quæſt. 25. & 32.* & cum ea faciliter conciliantur ea quæ apud DD. ſuperficialiter videntur contraria.

10 Nec hanc † exceptionẽ è directo impugnat *Conc. de cenſ. d. quæſt. 98. num. 62. verſ. verum enim vero & verſ. nec obſtat.* dum nihil tangit de eſſentiali competentia dictæ exceptionis *l. vnica* vt videre eſt apud eum, ſed ſolum contendit retentionem non competere in bonis auocatis a tertio poſſeſſore ob inconuenientia, quod ſubuerteret totam materiam præſcriptionis, & illius intentio principalis eſt probare quod retentio contra tertium poſſeſſorẽ poſſet impediri propter præſcriptionem quod nihil habet contrarium prædictæ exceptioni imo potius arguere facile eſſet ab antecedenti Conceium illiam admittere ante præſcriptionem, quæ illam neceſſario præſupponit.

Nihil verò in contrarium quod appareat firmauit Rota quinimo in hanc opinionem inclinaſſe videtur in *d. dec. 254. cor. Greg.* vbi retẽtio non datur aduerſus tertium poſſeſſorem quia creditum Chirographarium non eſſet liquidum, vt in illa *Imolen. Salutien. 27. Febr. 1633 coram R. Imolen.*

Quibuſuis autẽ DD. ſufficientibus pro ſuſtinenda reſolutione alias inſpectiones adductas ſuper doloſa venditione *ex lege qui duobus ff. ad legem Corneliam de falſis aliiſque motiuis* quamuis retentionem aliquatenus ob fauorabilem æquitatem corrobare valentibus ſi opus eſſet conſulto cenſuerunt omittendas.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Bononien. Fideicommiſſo Bartholomæi de Bologninis.

Luna 15. Martij 1666.

ARGVMENTVM.

Filij naturales per ſubſequens matrimonium efficiuntur legitimi. Filiatio ex quibus validè iuſtificetur. Mater probatione neceſſaria eſt probanda Matrimonium cum Concubina non prohibetur à legibus.

SVMMARIVM.

1 *Filius naturalis per ſubſequens matrimonium legitimus efficitur, & poteſtati patris ſubijcitur, & num. 10.*
2 *Filij naturales illegitimati non ſunt de agnatione*
3 *Filii legitimi, & naturales nati ex naturalibus non admittuntur quando vocati fuerunt legitimi & naturales ex legitimo matrimonio nati.*
4 *Filiatio ex quibus probetur & vide ſub num. 4. & 7*
5 *Mater ſemper eſt certa, etiamſi vulgo conceperit.*
6 *Mater neceſſaria probatione eſt probanda.*
8 *Liber Baptiſmi iunctis teſtibus, aliiſque adminiculis filiationem bene probat.*
9 *Matrimonium cum Concubina à legibus non eſt interdictum.*
11 *Probationes quæ ſingulæ non iuuant, iunctæ tamen filiationem probant.*

DECISIO CCCCXXXVI.

SENTENTIAM Rotalem confirmandam DD. reſponderunt, & legitimationem per ſubſequens matrimonium ſuffragari quo alias deducta cauſa fuit, ac dudum ſtrictè diſputatum eſt iam à deciſione 214. numer. 3. verſ. ita quod par. 9. & poſt quintam propoſitionem deciſum coram Eminentiſſ. D. meo Cardinali Oƈtobono deciſ. 251. aliiſque anterioribus, & poſterioribus, & conſtantiſſimè corã R. D. meo Cerro Decano 5. Iunij 1662 & ille Maximilianus viſus eſt is qui ex Gilia mulliere libera fuit procreatus, cuius matrimonium minimè à legibus interdictum fuerat, ſed ad quam cum Cæſar pater conſuetudinem habuerit, poſtea dotalibus Inſtrumen-

1 tis compoſitis in † poteſtate Patris effectus eſt *ad §. vltim. Inſt. de nupt. & authen. quib. mod. Nat. eff. legitim. vtrobique ab init. cap. 6. qui fil. ſint legitim. Lup. de illegit. comm. 4. in praf. ab init. & ibi ad quinque requiſita à num 3. poſt Peregr. de fideic. art. 24. num. 47.*

Et in primis ad quæſtionem requiſitæ legitimitatis vltra maſculinitatem in filijs ſubſtitutis cum Teſtator ſubſtituerit prius Æmilj filios, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, & deinde Ioannis Mariæ filios, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio natos, & denique proximiores maſculos de agnatione, vt in dicta

deci-

deciſione 214. ab initio ſine repetitione huiuſmodi legitimitatis, tamen ex verborum ſignificatione ſine tacita repetitione ſuperflua
2 naturales illegitimati † non ſunt de agnatione præſertim adiecta parentela de parentela, & agnatione &c. *l.9.C. de Nat. lib.* §. *filium vero Auth.quib.mod.nat.eff.ſui Bart. ad* §. *familiæ l.pronunciatio ff.de verb. ſignif. verſ. quædam ſunt, quæ ſignificant Ius Peregr. de fideic. art.* 22. *nu.* 82. *poſt Mantich. de coniect.tit.*12. *num.*28. *lib.* 8. *& coram ipſo Rota dec.*319. *num.*7. *& coram Merlino dec.*279 *num.* 8. *à verſ. nec minus cum pluribus apud Fuſar. de ſubſtitut quæſt.*354. *ab initio* vbi nec etiam ad-
3 mittentur filij legitimi, &; naturales nati ex naturalibus *num.*9. *Rota dec* 395. *in fin. par.*1. *rec. & coram Merlino d. loco & in hoc ipſo fideicom. d. deciſ.*214. *num.*2.

4 Filiatio itaque† eiuſdem Maximiliani viſa fuit iam abundè probata ſex rationibus ex baptiſmo, vti filij Cæſaris, ex aſſertione parentum coram Vicario Generali Bononiæ in inſtrumento matrimonij, ex obſeruantia vſq; ad inſtitutum hæredem à Cæſare Maximilianum vti filium, ex Teſtibus de communi reputatione, ex præſentationibus Patronalibus ac renouationibus emphiteuticis, & ex confeſſione Authorum contrarię partis, *vt in dec.* 255. *à nu.*2. *par.*9. *& numeratim d. dec.*251. *ab init. & à verſ. filiatio enim*.

Difficultas adhuc verſabatur ſuper filiatione Maximiliani ex Gilia matre, ex cuius matrimonio cum Cæſare in rem præſentem legi-
5 timatus fuit, quia † ſemper certa eſt mater, etiam ſi vulgo conceperit *l.* 5. *ff. de in iuſ. vocando*, & tamen vti minus certificata opponebatur, quo magis eſt certificanda, vt concluſit Rota coram Comitulo dec. 59. ita-
6 ut certa probanda ſit mater, & neceſſaria probatione *Bart. ad l.*6. *ff. de his, qui ſunt ſui num.*2. *verſ. & quod talis Bald. ad l.*1. *C. de nis, qui numer.* 34. *Maſcard. de probat. conc l.*781. *num.*1. *& 4. Rot. coram Burat. dec.*725. *num.*4. *& in cauſa deciſ.*214. *num.*2. *& tot. dec. par.*10.

7 Exploratiſſima † tamen viſa DD. fuit filiatio Maximiliani, ex Cæſare, & Gilia per explorationem, & authoritatem dd. deciſionum cum præcipuis illis rationibus & maxiuè per Inſtrumẽtum matrimonij inter eos 1. Octobris 1572. & ibi eoſdem profitentes Maximilianum filium annorum ſexdecim, & per Teſtimonia quinq; Teſtium examinatorum trium anno 1605. & duorum anno 1625.

Vnde non obſtitit exceptio Teſtis cõtra primum, qui d. anno examinis 1625. dixerit ſe annorum 83. & annorũ 14. anno natali Maximiliani cum ràm videatur natus Teſtis anno 1551. & Maximilianus anno 1556. atque adeo Teſtis annorum quinque.

Quia quicunque ſit liber, aut ſolia Baptiſ-
8 mi DD. viſi ſunt ſatis † probare alij Teſtes cum aliis adminiculis, & rationibus.

9 Porro qualitas Giliæ, cuius † matrimonium minimè legibus interdictum eſſet &c. controuerſa potiſſimum eſt, & maximè ex inſtrumento 9. Aprilis 1560. in quo ipſe Cæſar dedit Giliæ vxori Sebaſtiani *libras* 200. quas Gilia dedit marito in dotem d. Giliæ, & pro matrimonio inter eam, & dictum eius virum contracto, cum alio Inſtrumento 1. Octobris 1572. in quo Gilia vidua, & vxor olim ex primo matrimonio Sebaſtiani aſſignauit Cæſari quintam partem Apothecæ in dotem pro matrimonio inter ipſos de primo contrahendo &c. illo ipſo matrimonio perſeuerante in annum 1569. ex alio Inſtrumento emptionis, & venditionis inter Giliam, & Cæſarem quin etiam in annum 1572. quo 23. Iulij Sebaſtianus condidit Teſtamentum, vt in dicta *dec.* 214. *num.*5. *à verſ. quod autem &c. in dec.*

Et nihilominus DD. viſa ſunt numero, & pondere præualere contrariæ rationes, & poſterior authoritas *Rotæ in dd. deciſ.* 255. *part.*9. *&* 251. *&* 252. *coram Card. Otthobono cum aliis in d. dec.*5. *Iunij* 1662. quas ipſis DD. ſine repetitione propter relationem ſequi placuit atq; itidem iiſdem DD. obſequi magis placet, vt decet.

10 Atque ita concluſum † eſt progeneratum, ac legitimatum fuiſſe Maximilianum ex Cæſare, & Gilia, eorumque matrimonio ſubſequente etiam alio intermedio Giliæ, & Sebaſtiani *Bartol. ad l. honor. ff. rem rat. haberi num.*2. *verſ. & per hoc poſſumus Abb. ad cap.* 6. *qui fil. ſint legit. num.* 3. *cum aliis ibidem apud Barboſ. num.*17. *Peregr. de fideic. art.* 24. *num.*60. *Lup. de illegit. d. comm.*4. §. 1. *num.*21. & omnia ſi non ſingula
11 ſaltem iuncta concludenter probare filiationem *Gionagnon. reſponſ.*21. *num.*1. *lib.*1. *Rot. coram Buratt. dec.*530. *in fin. cum alleg. & in dd. dec. cauſe.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT

Bononien. Primogenituræ de Luparis.

Lunæ 15. *Martij* 1656.

ARGVMENTVM.

Hærede Teſtatoris voluntatem, & onera non adimplente ſubſtitutus ad primogenituram admittitur, & iſta quando valeat ſtare in ſuſpenſo.

SVMMARIVM.

1 *Factum merum in conditionibus attenditur.*

2 *Teſtator quando dicatur potius reſpexiſſe ad ſplendorem ſuæ familiæ in poſteris conſeruandum, quam ad proximitatem, & agnationem, & vide ſup. num.*2.

3 *Subſtitutus eſt admittendus, quando hæres inſtitutus voluntatem teſtatoris non ſeruauit.*

4 *Hærede voluntatem Teſtatoris non implente lex ad eam ſeruandam inducit penam priuationis, & ad fauorem ſubſtituti ius ſucceſſionem aperit & n.* 5.

6 *Primogenitura debet in ſuſpenſo remanere, donec adſit ſpes filiorum.*

7 *Primogenitura quando nec momentaneam ſuſpenſionem admittat.*

8 *Primogenitura inſtituta cum onere retinendi teſtatoris inſignia, nec alia admittendi, ſi onus per hæredem*

dem non impleatur, ad fauorem substitutorum dicitur purificata.

9 *Primogenitura quando possint stare in suspenso, & vide sup. num. 9.*

DECISIO CCCCXXXVII.

PRAETENDENS Senator M. Antonius de Luparis non posse Marchionem Aeneam de Magnanis retinere Primogenituram institutam à Matthæo de Luparis, quia secundum præcipuam Testatoris voluntatem illius cognomen, & stegmata absque vlla alterius mixtura non assumpserat aliamque Primogenituram cum hac prorsus in compatibilem non dimiserat, Imo velle retinere declarauerat. Instituto contra Marchionem Iudicio, & ad Rotam delato obtinuit à bon. me. R. P. D. Verospio sententiam fauorabilem, quam esse infirmandam dictum fuit coram R. P. D. meo Priolo die 6. Iunij 1664. hodie verò coram me in eius locũ subrogato exactius deducto, & perpenso tenore primogenituræ à decisis recedere putarunt Domini.

Ponderando quod dupliciter poterat purificari conditio vocationis M. Antonij, vel defecta linea Gentilis, vel non impletis per vocatos Testatoris præceptis.

Vnde quicquid sit An vocatio M. Antonij vti facta sub conditione deficientiæ lineæ Gentilis non posset dici purificata extante Marchione ex ea descendente per quã licet in capacem suspendatur defectus lineæ, & inducatur saltem temporanea substituti exclusio.

1 Quia in conditionibus merum factum attenditur *per text. in l. Stacius Florus 48. §. Cornelio ff. de Iure fisci & l. qui heredi 44. in princ. & l. Maeuius 54. ff. de condit. & demonst. cum alijs pluribus in decis. quæ renidetur adductis §. ex efficaci.*

Tamen quia Testator in euentum tantum cõditionis, sed effectũ illius enixe desiderauit, vt scilicet numquam deficiat persona quæ in habitando eius domum eiusq; puro stegmate & cognomine vtendo continuam suæ familiæ memoriam, & splendorem perpetuum in-

2 posteis conseruaret † adeo vt hunc potius effectum, quam proximitatem, & agnationem dicatur respexisse *ad mentem Rota d. dec. 206. n. 6. par. 3. rec. & coram Otthob. dec. 270. num. 4.*

Sequitur quod si non admittatur purificatio vocationis ob defectum lineæ Gentilis ea

3 sit sane admittenda ob non seruatam à Marchione Testatoris voluntatem *vt tradit Socc. Iun. cons. 42. num. 28. lib. 1. Dec. cons. 1. num. 142. Cyriac. controu. 511. nu. 71. & 72. Thesaur. dec. vlt. num. 4. & seqq. & ibidem Gionagn. num. 24. Rot. dec. 12. num. 1. coram Merlin. §. idque vltimat.*

Parum obstante quod nulla fuerit à Testatore imposita pœna, vel facta substitutio in casu contrauentionis. Quia† lex dispositioni

4 Testatoris assistens ad eam seruandam in odiũ contrauenientis inducit pœnam priuationis, & aperit successionem ad fauorem substitutorum, vt disponitur *in Auth. hoc amplius C. de fideicom. & tradunt in his terminis Molin. de Primogenit. Hispan. lib. 2. c. 14. num. 26. & dixerat Cranet. cons. 1. num. 5. & latius Paris. cons. 19. num. 84. num. 87. & seq. per tot. lib. 12. quem sequutus fuit Decian. cons. 2. num. 148. & seq. Pereg. de fideic. art. 11. nu. 183. Thes. Ius. quæst. forens. lib. 1. quæst. 34. num. 13. & seq. Castill. controu. lib. 3. cap. 13. sub num. 45. in fin. cum duobus seq. Rot. dec. 494. per tot. par. 2. rec. & in dec. huius causæ coram bon. mem. Verospio.*

Hinc non esse immorati in eo quod non dici debeat defecta linea Gentilis donec reducatur ad impossibile natiuitas filiorum Marchionis, vt fuerat in anteriori decis. suppositũ.

Quia quicquid sit de hoc fundamento non obstat Senatori M. Antonio venienti ex capite

5 contrauentionis† propter quam non expectata aliæ lineæ deficientia, vel contrauenientia, est admittendus, vt præter superius adductos habetur *Text. in l. quæ cond. ff. de cond. & demonstrat. Fusar. de substit. quæst. 58 a. n. 2. & 3. Clar. in §. testam. quæst. 69. num. 3. §. sed pone Rot. d. decis. 494. par. 2. rec. & dec. 313. num. 19. par. 10.*

Ex quibus facilius euitatur simile aliud decisionis assumptum quod scilicet primogenitura remanere debeat in suspenso donec adsit

6 spes filiorum Marchionis † quibus prædictis contrauentio præiudicare non debet.

Quia ij non excluderentur ex contrauentione paterna, sed ex dispositione Primogenituræ, quæ in casu nostro nec momentaneã

7 suspensionem admittit. Aduertendo, quod nõ versamur in terminis Primogenituræ respicientis simpliciter fauorem agnationis, & conseruationem bonorum in Primogenitis, in quibus procedere possent allegati *in dec. quæ renidetur sub §. neque refert*, sed in Primogeni-

8 turæ quæ primario conseruationem † splendoris familiæ respicit, vt deducebatur ex præcepto inhabitandi domũ ipsius testatoris eiusque cognomen & insignia assumendi, quo casu posthabita proximiorum prælatione attenditur sola illa successiua, & continua existentia personæ per quam assumptis qualitatibus à Testatore requisitis domus dignitas, & memoria æterna si fieri possit reddatur, vt ratiocinatur *Molin. de Primogenitura Hispan. lib. 3. cap. 10. num. 38. & 39. in fin. & faciunt quæ prius dixerat in c. 13. num. 95. lib. 1. Thes. Ius. d. quæst. 34. num. 27. & ad propos. Mantic. de coniect. lib. 8. cap. 18. num. 49. Rot. d. dec. 206. num. 6 part. 3. rec. & d. dec. 17. num. 1. vers. vlt. coram Merlin.* Quæ est differentia considerata à præcitatis & alijs DD. inter Primogenituram qualificatam cum prædictis oneribus & fideicommissum in hoc articulo suspẽsionis; illa enim facta est ad familiæ decorẽ quandiu suspenderetur etiam tam diu volũtas Testatoris remaneret in obseruata, secus vero in fideicõmisso seu Primogenitura simplici, nec vt supra qualificata in quibus cum solã transmissionem, & obseruationem

9 bonorum Testatores respiciant † possunt salua eorum voluntate remanere in suspenso vt dicebatur *in Bonon. fid. de Cattaneis 11. Decemb. 1662. §. hinc DD. cor. me & in Ferrarien. fideicom. 5. Martij 1663. coram R. D. meo Ephesin. §. final.*

Et ita vtraque &c.

R.P.D.

R. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Fanen. Succeſſionis.

Lunæ 11. *Martij* 1666.

ARGVMENTVM.

Statutum de caſu ad caſum non eſt extendendũ præcipuè quando materia eſt odioſa. Vnde cum ab illo mater non excludatur à ſucceſſione filij infantis in concurſu Aui, eſt omnino ad illam admittenda, vt in caſu deciſionis.

SVMMARIVM.

1 *Mater in ſucceſſione filij infantis defuncti fundatum intentionem habens in ſtatuto non poteſt excludi niſi à perſonis in ſtatuto expreſſis. & num. 2.*

3 *Statutum fœminarum excluſiuum duo habet capita correlatiua, vnum inclusiuum aſcendentium, & aliorum nominatim expreſſorum, & aliud matris excluſiuum.*

4 *Statuti caput inclusiuum quando non habet locum reſpectu perſonæ non expreſſæ, ceſſat caput excluſiuum alterius perſonæ nominatim expreſſæ.*

5 *Statutum non eſt extendendum de caſu ad caſum, nec de perſona ad perſonam.*

6 *Statutum in dictionis Eccleſiaſtica ciuitate à longiſſimo tempore obſeruatum præſumitur confirmatione Apoſtolica munitum.*

7 *Ratio eadem vbi militat, eadem & debet eſſe iuris diſpoſitio.*

8 *Extenſio in caſibus odioſis eſt prohibita.*

9 Conſil. Abb. 75. lib. 1. & Dec. 33. *in quibus terminis loquantur.*

10 *Hæreditas per filium non adita non poteſt ad matrẽ tranſmitti.*

11 *Hæreditatis tranſmiſſio iure ſuitatis non habet locum fauore matris filium in poteſtate non habentis Contrarium num. 12.*

DECISIO CCCCXXXVIII.

STATVTVM Fani de ſucceſſione ab inteſtato cap. 66. lib. 2. non habere locum in præſenti facti ſpecie iterum DD. æſtimantes dixerunt ſtandum eſſe in deciſis 26. Iunij proximè præteriti coram me dum enim iuris communis attenta diſpoſitione † Anna Mater in ſucceſſione Andreæ filii infantis Defuncti fundatam habet intentionẽ, vt *in Auth. defunct. C. ad Sen. Conſ. Tertull.*, vt tradunt relati *per Graſſ. in §. ſucceſſio ab inteſt.* excludi nõ poteſt niſi à perſonis in ipſo ſtatuto iudicialiter expreſſis qualis non eſt Auus Paternus *Dec. conſil. 184. & maximè hoc videtur dicen. Alex. conſ. 204 num. 14. lib. 2. Dec. conſ. 60. numer. 36. lib. 3. Mart. Med. deciſ. Senen. 78. per totam Rot. coram Pen. deciſ. 107. nu. 8. & 9. in xta impreſſ. Lugd.*, quia † Statutum fœminarum excluſiuum duo habet capita correlatiua vnum inclusiuum aſcendẽtium, & aliorum nominatim expreſſorũ, & aliud Matris excluſiuum, † Vnde in propoſito Caſu reſpectu Aui ſpecialiter nõ expreſſi caput inclusiuum non habet locum, ceſſat etiam caput excluſiuum Matris *Dec. conſ. 381. num. 4. verſ. quia Merl. de leg. lib. 3. tit. 1. poſt ſecundum numer. 64.*

Repetita autem maioras rationis, quod ſi ſtatutum excludit Matrem propter remotiores multo magis excludere debet propter Auum viſa eſt DD. Ceſſare, quia in eodem Statuto adeſt litteralis diſpoſitio quod in cæteris caſibus ibi non expreſſis, neque ſpecificatis ſeruetur ius commune non obſtante, quod in Statuto expreſſa ſit ratio cuius vigore nolumus, aliter fieri extenſionem ad Caſus non
5 expreſſos, † quod omnis penitus extenſio, ſiue aliarum perſonarum compræhenſio interdicta fuit, vt in punctο huius Statuti *Neguſ. Iun. poſt. 306. num. 16. cum aliis in vltima deciſione, §. ſecunda reſponſio.*

Et fruſtra hodiè explicatur huiuſmodi prohibitionem extenſionis in Statuto non fuiſſe ſuperadditam, quod à Summo Pontifice confirmatam non fuiſſe ſupponitur, Tum
6 quia cum † Statutum à longiſſimo tempore etiam in iudiciis contentioſis fuerit obſeruatum confirmatio Apoſtolica interueniſſe præſumitur, vt poſt alios dixit *Rot. dec. 101. num. 24. part. 7. & dec. 329. num. 10. par. 10. rec. Tum* quia in præcedenti diſputatione dubii infœmantes pro Anna vtrumque ſtatutum eiuſdem vtbis oſtendebant, ac proinde in vtroque idem Ius militare debet, vt in terminis
7 ſtatuti antiquiſ, & noti *Rot. in Romana ſupplen. ſi legitimæ 15. Aprilis 1664. §. quid coram R. D. meo Decano, & in Ranennaten. hæreditatis 24. Ianuarij 1615. §. quod procedit coram me.* Tum demum quia quatenus in facto ſubſiſteret obiectũ, & ſic ſtatutum extenſionẽ non prohibet adhuc
8 tamen de Iure communi extenſio in caſibus odioſis ad excluſionem Matris eſt ſatis prohibita *Gionagn. conſ. 1. num. 17. & 18. conſ. 66. nu. 21. lib. 1. cum aliis apud Hodier. ad leg. hac edictali lib. 6. quæſt. 9. & nu. 39. C. de ſecundis nuptiis §. neque Ius & ſeqq. in huius cauſa deciſ. dictum fuit in Fanen. ſucceſſionis 2. May 1664. §. non obſtat coram R. D. meo Decano.*

9 Non applicantur † *conſ. lib. 1. Abb. 75. par. 1. & Dec. 33.* cęterique ad inducendam Aui comprehenſionem adducti quia loquuntur in caſibus particularibus ſtatutorum, quæ matrem excludunt nominando perſonas excludentes per verba vniuerſalia, & collectiua & propterea ſignificatione apta comprehendere Auum de conſanguin. ex latere Patris loquitur *Caſtr. & de aſcend. ex linea Patris eſt caſus Abb. & Dec.* quæ omnia in hac facti ſpecie non currut, ſed ſtatutum ſingulariter perſonas excludẽtes enumerat vllo ligno aut verbo vniuerſaliter ſuperaddito vnde ex diuerſis non infertur.

Motiuum verò iterum excitatum, quod in hæreditate Andreæ adſint bona Laurię
10 cuius hæreditas cum † à Io: Andrea nec à d. Andrea filio adita fuerit non potuit ab illa in Annã matrem tranſmitti ſatis ſublata fuit ab prima deciſione. Quia licet tranſmiſſio Iure
11 ſuitatis non habeat locum fauore Matris filiũ in poteſtate non habentis hoc tamen proce-
12 dit de iure antiquo † ſed poſtea etiam ad ma-

matrem extensa fuit transmissio & correctus text. in l. si infanti 18. C. de Iur. delib. vt declarat ibi glos. in verbo infant. præstarũt vers. hodie vt probat. Io. Franc. de pont. cons. 19. num. 47. Mart. de suis & leg. part. 2. quæst. 24. art. 40. num 29. & seq. decis. Pisan. 121. num. 1. & 2. & in Horten. Succeff. 5. Novembris 1601. cor. Hier. Card. Pamphilio quem sequitur etiam Modern. Carocc. discep. num. 2. & in omnem euentum hoc ad præsentem disputationem non spectaret vnus ex DD. dicebat in qua dubium est restrictum ad titulũ successionis Andreæ hæreditariæ quæ per duas sententias, & per resolutionem in tertia sententia ceptam ad matrem spectare firmatũ fuit, & proinde hæc difficultas confirmationem sententiæ impedire nequit cum respiciat solũ executionem sententiæ, & de ea tantum tunc opponi potest, vt in similibus terminis si in disputatione dubij an constet de fideicõmisso opponatur vel defectus identitatis bonorum, vel competentia detractionum non retardant resolutio super existentia fideicommissi & de illis, in dubio, immissionis particulariter disputandum, vt reseruatum fuisse apparet in *Bonon. fideicommissi de Cartenis* 11. *Maij* 1663. *cor. R. Ninot.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Baren. Obligationis.

Mercurij 17. *Martij* 1666.

ARGVMENTVM.

Bona ad quorum titulum Clericus fuit Sacris Ordinibus initiatus sub hypotheca generali fauore creditorum venire possunt dum per illam bonorum dominium non amittit, & solum ius ad rem transfertur. Patrimonij examen ad Episcopum priuatiuè quoad alios spectat.

SVMMARIVM.

1 Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. de reform. *prohibet alienari sine Episcopi licentia, ea bona, ad quorum titulum Clericus fuit ordinatus, non tamen prohibet hypothecam generalem ad fauorem creditorum, etiam inconsulto Episcopo, & numer. 3.*

3 *Clericus per hypothecam generalem bonorum ad quorum titulum fuit sacris ordinibus initiatus dominium non amittit.*

4 Extrauag. Ambitiosè *stricte bonorum alienationem prohibet, sed non extendit prohibitionem ad hypothecam generalem, quando per illam ad actuale exercitium deuentum non fuit, & numer. 5.*

6 *per Hypothecam specialem ius in re acquiritur, non autem per generalem, per quam solum ius ad rem transfertur.*

7 *Portio congrua est præferenda Clerico, & hoc dependet à personarum, & locorũ qualitate & ex constitutionibus Synodalibus prouinciarum.*

8 *Patrimonij taxatio à loci consuetudine regulatur, & vide sub nu. 8.*

9 *Episcopus habito respectu ad personam, locum, & Constitutiones Synodales patrimonij quantitatem pro Clerico arbitrari potest.*

10 *Patrimonij taxatio ad Episcopi priuatiue quoad alios pertinet.*

DECISIO CCCCXXXIX.

TAM ex vicinitate actuum nempè donationis scut. 8000. facta à Francisco ad fauorem Herculis filij 18. Decembris 1643. & eius productione die sequenti coram Archiepiscopo Baren. Quam ex depositionibus testium, admissum hodiè fuit d. quantitatem loco Patrimonij Herculi in promotione ad ordines fuisse assignatam, sed adhuc standum esse in decisis 13. Martij 1665. Domini censuerunt. Quia licèt † Sacr. Conc. Trid. *sess. 21. cap. 2. de reform.* alienari, aut extingui, aut remitti prohibeat sine Episcopi licentia, bona ad quorum titulum Clericus fuit Sacris Ordinibus initiatus non † inde tamen prohibita remanet hypotheca generalis ad fauorem creditorum, & in consulto Episcopo, ratione quia † per illam cum Clericus dominium non amittat, nec in alium transferatur *Negus. de pignor. 2. membr. 2. par. in princ. nu. 29. Rota decis. 290. numer. 4. coram Card. Caual. & post Zacch. de oblig. Camer. decis. 238. num. 4. & in terminis impositionis census in bonis Ecclesiæ in Romana census 7. Maij* 1669. §. *quia cum assignatio coram Reuerendiss. D. m. Decano.*

Ex prædicta Sacr. Concilij dispositione interdicta dici nequit vt in fortioribus terminis de alienatione bonorũ Eccl. siæ † per *extrauag. Ambitiosè* adeò strictè prohibita quod † non extendatur ad hypothecam generalem quando per illam ad actuale exercitium deuentum non fuit *Bero in cap. nulli 5. col. 3. vers. ex quibus de reb. Eccles. non alien. Redoan. eodem tract. cap. 6. num. 12. & ibi Molin. de Iust. & Iur. tract. 2. disput. 466. in princ. & art. discusso Rota in Amerina bonorum 2. Iunij* 1645. §. *nam licet coram Reuerendiss. Royas inter eius impress. dec. 261. & repetita post Meri. de pignor. dec. 97. numer. 1. & seqq.*

Neque applicatur Barbat. Cutell., & cæteri pro Hercule adducti ad probationem quod sub præmissa S. Concilij prohibitione etiam hypotheca continetur. Quia loquuntur, & procedunt in hypotheca speciali, † perquam ius in re acquiritur non autem in generali per quam solum ius ad rem transfertur vt bene distinguit, *Redoan. de reb. Eccles. non alien. dicta quæstion. 6. numer. 16. Rota in d. Amerina numer. 2. & 3.*

In qua verò quantitate excessiua dicatur huius patrimonij scut. 600. annuorum constitutio ad effectum vt in parte excedente Herculis obligatio sustineatur non determinarunt Domini, siue quia de hoc disputandum erit quãdo firmata validitate obligationis Io. Baptistæ, & alij de Palmerijs vigore illius

illis ad executionem deuenient contra bona
7 Herculis, tunc † enim congrua portio erit præleuanda, siue quia cum hoc dependeat à personarum, & locorum qualitatibus ac ex Constitutionibus Synodalibus Prouinciarum vt per *Iacob. de Graff. conf.4. numer. 5. sub tit.de*
8 *tempor. ordinat.* qui † in aliquibus locis vidisse inquit assignatum patrimonium scut.18. alibi 25. alibi 36. & *Gennon.in prax. Archiep. Neapol. cap.81.* nullum dixit admitti ad Sacros Ordines nisi assignato Patrimonio scut.36.& scut. 50. in statu Mediolani requiri ex aliis, *refert Barbos.de offic. & potest Episc.part.2. cap.19. n.8.*
9 Id totũ † arbitrio prudentis Episcopi remittitur, qui habito respectu ad personam, locum Constitutiones Synodales, & cætera quantitatẽ patrimonij arbitretur *vt per Garz. de benef. part.2.cap. 5. num.112. fol.mihi 124. Lotther de re benef.lib.1.quæst.2. num.31.cum pluribus apud Barbos. vbi supra num. 11. qui nu. seq. refert*
10 ex Sacr. Congregatione, Concilij † examen patrimonij ad Episcopum priuatiuè quo ad alios pertinere.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Romana Saluiani.

Mercurii 27. Martij 1666.

ARGVMENTVM.

Extrema Saluiani quæ sint, & illis probatis immissio ex illo iudicio passim conceditur Cessionarius iura cedentis experiri valet,& illius personam repræsentat, qui non solum ad ius principale agere potest, sed etiam ad fructus post cessionem decursos.

SVMMARIVM.

1 *Saluiani extrema sunt creditum cum hypotheca, possessio debitoris de tempore obligationis, & rei conuenti.*
2 *Saluiani probatis extremis immissio ex hoc iudicio etiam contra tertium possessorem conceditur.*
3 *Cessionarius personam cedentis repræsentat, & omnia illius iura experiri valet, & nu.7.*
Amplia si pecunia cessionarij ad cedentem peruenerint & nu.4.
5 *Anterioritas vt consequatur, quid requiritur.*
6 *Renunciatarius potest se licitè obligare ad fructus recompensatiuos, quando creditum renunciantis est fructiferum.*
8 *Cessionarius non solum ad ius principale agere potest, sed etiam ad fructus post cessionem decursos.*
9 *Cessio quando facta est translatiuè non extinguitur debitum, sed durat apud translatarium, eo modo quo erat penes transferentem.*

DECISIO CCCCXL.

ANNO 1651. nolens Catharina Caputa acceptare portionem hæreditatis,quam sibi reliquerat Placentia de Gasparis eius Auia renunciauit illam vna cum fructibus decursis ad fauorem Alexandri Pinelli pro scut. 400. quæ Pinellus exbursare promisit infra sexennium, & interim ex quo bona renunciata erant fructifera soluere fructus recompensatiuos, vt ex Instrumento Summario *nu.* 1. sexennio elapso Pinellus pro extinctione dicti debiti scut.500. ad censum recepit à Iacobo Marchesetto, qui pecunias dedit cum speciali pacto vt soluerẽtur eidem Caputæ ad effectum ab ea reportandi cessionem Iurium priuilegiorum actionum anterioritatis,& potioritatis translatiuè,non extinctiuè,cuius pacti virtute Caputa pecunias recepit, nempè scut.400.pro sorte, & alia scut.100.pro fructibus recompensatiuis, & in actu receptionis cessit ad fauorem Marchesetti omnia Iura sibi contra Pinellum competentia, vt ex instrumento impositionis census anno 1660. confecto Summario *nu.*2.

Cum autem Pinellus deficeret in solutione fructuum dicti census Marchesettus Iudicium in Saluiano instituit contra R. P.D. Columnam possessorem domus eiusdem Pinelli ex titulo emptionis factę de anno 1658. vnde commissa mihi causa dedi dubium An sit danda immissio, & affirmatiuè resolutum fuit.

Probantur enim omnia extrema necessaria
1 in hoc Iudicio nempè † creditum cum hypotheca ex dicto Instrumento impositionis census Possessio autem Pinelli debitoris post cõtractam obligationem, ac modernæ rei con-
2 uenti ex dicto Instrumento emptionis, † quibus concurrentibus datur immissio Creditori ex vtili Saluiano interdicto etiam contra tertium possessorem *Rolan. conf. 14. numer. 13. lib. 1. Gregor. decision. 491. nu. 6. Eminentissimus Ottobonus decisio.59.nu.1.,& dec.7.num.1.part.9. recent.*

Neque dubitari potest quin creditũ Marchesetti sit anterius illo Columnæ, quia licèt emptio facta fuerit anno 1658., impositio autem census anno 1660. tamen Marchesettus non metitur suam anterioritatem à die contracti census, sed à Cessione Iurium reportata à Caputa Creditrice Pinelli vique de an-
3 no 1651. † cuius personã cessione mediante repręsentat omniaque Iura cedentis experiri potest *l.emptor vbi Bald.in primo not. C.de hæred. vel act. vendit. l. si ager. in fin. de reiuendic. Grat. discept.for.cap.149.nu.10.& 733. num.22.Gregor. d.121.num.1. & 2. Buratt. decis.57. num.1. & in Romana pecuniaria 23.Iunij* 1645. *in fin.corã Reuerendissimo Papien.* & interminis Saluiani tenuit
4 *Rota dec.6. n.2. post Merlin de Pignor.* † maximè cũ eius pecuniæ peruenerint ad manus eiusdem Caputæ, quæ vnico contextu in eodem
5 Instrumento fecit cessionem Iurium † prout requiritur ad effectum consequendi anterioritatem, *vt aduertit Gratian.cap.670. num.10. & 963.nu.20. Olea de cess.Iur.tit.4.quæst.1. nu.16. & seqq.*

Prout minus hæsitãdũ est quin Marchesetto competat anterioritas tam pro sorte quam pro fructibus decursis à die cessionis, nam

Creditum

Creditum Caputæ ſcut. 400. erat fructiferum tamquam proueniens ex renunciatione hæ-
6 reditatis fructiferę, † ideoque Pinellus licitè potuit ſe obligare ad fructus recompẽſatiuos *Lupus in l. curabit comm. primo §. 7. nu. 163. ibique Salicet in fin. C. de act. empt. Thesaur. d. 87. num. 11. Eminentiſſimus Otthobonus d. 81. nu. 9. & ſeq. Rota in Viterbien. tranſactionis 14. Iunij 1660. §. Hinc enitantur coram R. P. D. meo Albergato*, Ceſſio autem obtenta à Marcheſetto non fuit extinctiua, ſed translatiua iurium Caputæ, vndè ſicut illa tanquam creditrix anterior potuiſſet agere contra Pinellum, & eius bona pro conſecutione ſortis & fructuum, ita poteſt Mar-
7 cheſettus eius ceſſionarius, † qui in locum cedentis in omnibus, & per omnia ſubintrauit vt in ſpecie tradunt *Anton. de Amat. lib. 1. reſol. 7. num. 33. & 37. Camill. de Medic. conſ. 165. num. 35. & 44. Caſanatt. conſ. 10. num. 45. Roderic. de ann redol. lib. 2. quæſt. 16. nu. 50. & ſeq. Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 3. diſp. 35. nu. 29. & ſeqq. Capic. latr. deciſ. 16. per totam Rota d. 328. part. 9. recent.*
8 Eſt enim regulare, quod † ceſſionarius poteſt agere non ſolum ad ius principale ceſſum, verum etiam ad fructus, & intereſſe poſt ceſſionem decurſos vt pluribus cumulatis *firmat Salgad. in labyrint. Cred. part. 1. cap. 26. §. vnico nu. 10. & ſignanter* quando ceſſio eſſe fa-
9 cta translatiuè, quo †, caſu non extinguitur debitum, ſed durat & perſeuerat penes translatarium eodem modo quo erat penes transferentem, *l. Papian. 28. ff. mandat. l. ſticum 95. §. ſi mandata ff. de ſolut. l. ſoluitur 5. §. ſi conuenerit ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſoluat.*

Et ita vna tantum &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Bononien. Prædij.

Mercurij 17. Martij 1666.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommiſſo obnoxia validè pro dotis reſtitutione alienantur, quando verè conſtet bona libera vnde dos detrahi poſſit, non adeſſe, & hoc alleganti probandi onus incumbit.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ſuper fideicommiſſo contracta per obitum obligantis expirat.*
2 *Detractiones fieri nequeunt ex fideicommiſſo particulari, & nu. 3.*
4 *Salnianum vt competat neceſſarium eſt probare debitorem de tempore contracta obligationis poſſediſſe.*
5 *Bona fideicommiſſo ſubiecta pro reſtitutione dotis validè alienantur.*
6 Auth. res quæ C. Commun. de legat. *eſt ſubſidiarium remedium, nec competit, niſi deficientibus bonis liberis.*
7 *Bona libera aſſerenti mulieri non adeſſe pro reſtitutione ſuæ dotis onus probandi incumbit.*
8 *Muliere eligente fundum non pro reſtitutione dotis, ſed matrimonio conſtante per illam electionem non transfertur dominium in mulierem eligentem, ſed tantum fiat iure pignoris & nu. 9.*
10 *Creditor quando debitorem amplius moleſtare nequit, ita nec poſt illius obitum ab eo cauſam habentes vexare valet.*
11 *Actio pro dote competit aduerſus fundos dotales pro dotis reſtitutione aſſignatos.*
12 *Exceptio fideicommiſſi in Saluiano non admittitur, Sed declara, vt nu. 13. & 14.*

DECISIO CCCCXLI.

STETERVNT hodie DD. in deciſis ſub die Iunij 1665. coram me * ſcilicet confirmandam eſſe ſententiam latam à R. P. D. meo Taya in qua fuerat denegata Eliminis vti Creditoribus Octauij Salaroli, & Iuniperæ eius vxoris Immiſsio petita ex remedio vtilis Saluiani in poſſeſsionem Prædij Malalberghi contra Caſtellum illius poſſeſſorem.

Siquidem non potuit obligari ab Octauio hoc Prędium, quod particulari fideicommiſſo per quondã Thomã Salarolum inſtituto erat
1 obnoxium, & † proindè omnes obligationes deſuper contractæ per eius obitum expirarũt *l. fin. §. ſin autem ſub conditione C. comm. de legat. Cenc. de Cenſ. quæſt. 19. nu. 4. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 701. nu. 1. & 2. Rota dec. 422. n. 10. & ſeqq. part. 9. tom. 2. rec. & fuit dictum in deciſione huius cauſæ coram me §. ſiue enim.*

Nèc poſſunt iuuari Eliminis exceptione detractionum Octauio competen., quia vel hoc Prædium eſt ſubiectum fideicommiſſo particulari, vt videtur probari ex ſeparata, & particulari prohibitione alienationis de eo no-
2 minatim expreſſo, & † eo caſu detractiones fieri nequeunt, vt latè *Gabr. de legitima concluſ. 6. Fuſar. qui plures cumulat. quæſt. 543. nu. 9. & qu. 692. nu. 21. & ſeqq.* vel eſt ſubiectum fideicommiſſo vniuerſali, vt contendunt informantes pro Eliminis, & cum Teſtator illas prohibuerit in hoc Prædio, vt ex Teſtamento rela-
3 to in Summario Caſtelli *num. 2.* hæredes † tenentur ex aliis bonis, non autem, ex hoc Prædio recipere *Ripa in l. in quartam nu. 122. in fin. ad l. falc. Bald. conſ. 23. lib. 4. Fuſar. conſ. 158. numer. 2. Merlin. de legit. lib. 5. tom. 3. quæſt. 11. nu. 21. & 22.*

Obligatio verò Iuniperæ paritèr non ſuffragatur Eliminis cum non iuſtificetur eam
4 poſſediſſe hoc Prædiũ controuerſum, † quod eſt omninò neceſſarium in hoc ludicio *Bart. in l. 1. numer. 3. ff. de Salu. Menoch. de adipiſc. rem. 3. quæſt. 29. n. 160. Rota coram Seraphino dec. 579. n. 1. coram Gregor. dec. 491. nu. 6. & in rec. dec. 318. n. 2. part. 6.*

In nihilum refragante optione facta à Iunipera de hoc Prædio pro ſatisfactione ſuarũ
5 dotium, quia † licèt pro reſtitutione dotis poſsint alienari bona fideicommiſſo ſubiecta ex remedio *Auth. res, quæ C. comm. de Legat.* tamen cum hoc † remedium ſit ſubſidiarium non competit vxori, niſi deficientibus bonis
6 liberis, & † mulieri alleganti alia bona non
7 extare,

extare, incũbit onus probandi quoties, prout hic non eſt in poſſeſsione *Rota deciſion. 84. numer. 11. coram Eminentiſſimo Oſthobono, & fuit dictum in dicta deciſ. coram me §. ſecundo reſpondebatur.*

Sed fortius repellitur obiectum, aduertendo, † quod electio aliàs Prædij facta per Iuniperam non fuit pro reſtitutione dotis, ſed matrimonio conſtante *l. ſi conſtãte ff. ſol. matr. Grat. diſc. Foren. cap. 351. n. 16. Rot. coram Cocc. dec. 257. num. 3.* per † quam non fuit translatum dominium in dictam Iuniperam, ſed mera inſiſtentia iure Pignoris *Perez. deciſion. 96. num. 3. Rota coram Buratto deciſ. 3. num. 10., & benè ponderat deciſio edita in hac cauſa coram Rev. Pad. Do. meo Taya ſub die 23. Iunij 1664. §. itaque Iuniperæ in fine.*

Et quamuis ſequuto obitu Iuniperæ obtinuerint eius filij tamquam hæredes aſſociari ad d. Prædium, non indè ſequitur Prædium, fuiſſe effectum liberum, cum aſſociatio fuerit ſolùm conceſſa, vt poſſent de ſuo credito ſatisfieri, & benè ſubſequutus euentus comprobauit; dum fuit per tranſactionem dimiſſum ab hæredibus, qui fecerunt ampliſsimam quietantiam fideicommiſſarijs de tuo credito
10 Summario Caſtelli *num. 1.* Ideoque † ſicuti non poſſent ampliùs fideicommiſſarios moleſtare, ita nèc Caſtellium, qui ab eis cauſam habet.

Quinimo etiam de facili præſumitur hæredum prædictorũ ſatisfactio, ex quo maxima pars dotis Iuniperæ conſiſtebat in triginta tornaturis terræ, & locis Montium, cum pacto, quod in caſu reſtitutionis eadem bona redderẽtur, & propterea tàm Iuniperæ, quàm eius filijs reſpectu huius portionis, nulla competit actio aduerſus bona Octauij, ſeu fideicommiſsi, † ſed ſolùm ſe vertere debent ad
11 fundos dotales *l. in rebus, vbi gloſſ., & DD. C. de Iur. dot. Rot. coram Metlino dec. 517. numer. 1.* & quoad aliam partem dotis, cum non probetur ſolutio, niſi in libris 1000. facilius præſumitur ſatisfactio ex præfata aſſociatione à Iuniperæ hæredibus obtenta.

12 Hinc viſum fuit DD. non obſtare, quod † exceptio fideicõmiſsi non admittatur in Sal-
13 uiano, quia † procedit, quando eſt dubium,
14 ſecus † ſi ſit clarum, prout hic, & ab ipſiſmet, qui immiſsionem petunt approbatam *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. n. 588. Pacific. de Salu. interd. inſpect. 2. cap. 2. n. 1. & ſeqq.* & latiùs in noſtris terminis firmauit *Rota coram Seraphino dec. 157. per totam.*

Et ita vtraque, &c.

☞ *Deciſio iſta hic in principio allegata in hac eadem cauſa emanata ſub die ... Iunij 1665. erit infrà in Miſcellaneis iuxta ſeriem temporis.*

R. P. D. ALBERGATO,

Sacræ Rotæ Decano.

Romana, ſeu Viterbien. Legati.

Mercurij 17. Martij 1666.

ARGVMENTVM.

Taxatio alimentorum ab arbitrio iudicis pendet, & in hoc ſtandum eſt ſolito teſtatoris, qui non adiecta quantitate alimenta legauit.

SVMMARIVM.

1 *Alimentorum taxatio ab arbitrio iudicis pendet attentis facti circumſtantijs, & qualitate perſonarum conſiderata.*
2 *Teſtatoris ſolitum eſt inſpiciendum in taxatione alimentorũ quando per fideicommiſſum relicta fuerunt non adiecta quantitate, & nn. 3.*
4 *Teſtator de ſuis facultatibus conſcius præſumitur, quando onus implendum reliquit impleri poſſe ſciuiſſe cenſetur.*
5 *Præſumptio vniuerſalis affectionis & conſanguinitatis cuiuſcumque alteri præualet.*
6 *Alimenta illi non ſunt præſtanda, qui alibidè ex quo ſe alere poſſit, habet.*
7 *Alimenta quando ſint ſubminiſtranda etiam illi, qui vnde viuat, habet.*
8 *Heredi minus eſt onerosa ad propriam menſam alimentatio.*
9 *Matrimonium indiuiduam vitæ conſuetudinem continet.*
10 *Mulier legataria alimentorum non tenetur ob matrimonium ex menſa heredis alimenta percipere.*
11 *Hæres tenetur legataria alimenta ſubminiſtrare.*

DECISIO CCCCXLII.

HAEREDE vniuerſali inſtituto Camillo Patruo Carolus Bernardus Angeli Patris, & Cecilię Sororis cõmoditati proſpiciẽs mandauit per hæredem retineri in domo ipſius Teſtatoris d. D. Angelum Patrem, & Ceciliam eius Sororem, & alimentari donec vixerint cuius Teſtamenti, & Legati, occaſione excitatis inter Patruum, & Sororem diſſidijs ad me delata ſuper quantitate, & modo præſtandi legatum cauſa ad me delata propoſui dubium An & ad quam ſummam debeantur alimenta, & in qua parte domus habitatio, & pro nunc (ſine præiudicio maioris ſummæ) ſoluenda eſſe ſicut 40. annis Cecilię & in quarta parte domus præſtandam
1 eſſe habitationẽ cenſuerunt Domini † à quorum arbitrio hæc taxatio pendet attentis facti circumſtantijs, & qualitate perſonarum conſiderata vt probat *Conar. pract. qq. cap. 6. numer. 7. verſ. ſolet tamen Natt. conſ. 387. num. 3. Menoch præſ. 31. num. 35. lib. 1. Rota deciſ. 124. num. 5. part. 8. dec. 202. num. 9. part. 10. recent. & in Rom. de Millinis 15. Ianuarij 1659. §. quo verò coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

Hæc enim moderata quantitas per modū prouisionis visa est Dominis soluenda attenta coniunctione sanguinis quantitate Patrimonij in ipso Testamento enunciata, & præ-
2 cipuè solito eiusdem † Testatoris quod in primis inspiciendum esse firmat, *Tex. in l. cum alimento 22. in princ ff. de alimentis & cibar leg. ibi*
3 cum alimenta per fideicommissum relicta sunt non adiecta quantitate ante omnia inspiciendū est quæ defunctus solitus fuerat ei præstare *Bero conf. 48. num. 11. lib. 2. Rota decis. 455. num. 1. vers. præsertim part. 4. diu.* & frustra opponitur insufficientia bonorum hæreditariorum, hæc enim nullo modo probatur ſtāte omissione descriptionis in Inuentario eiusdem quantitatis de qua in Summario *num. 4.*
4 & interim viget contraria præsumptio cum † Testator præstationem hanc annuam alimentorum, & habitationis legando de suis facultatibus conscius præsumatur ex redditibus hæreditarijs sciuisse hoc onus impleri posse vt etiam non facta liquidatione status firmat *Rota dec. 194. nu. 7. part. 7. rec. & in istis terminis responsum fuit in Romana Annuæ præstationis 16. Iunij 1664. §. nec relenat coram R.P.D. nco Beuilaqua.*

Nec adurefatur quod tempore Testamenti Cecilia esset vidua nunc autē nupta sit Francisco Cozze Pictori cui incumbit onus Vxorem alendi, & proindè legatum euanuerit Tum quia sub conditione viduitatis relicta non fuerint. Vnde ex coniunctione sanguinis quam in præsenti statu Sororis testatorem
5 legasse præsumendum est eius in concursu † præsumptio vniuersalis affectionis, & consanguinitatis præualeat *Dec. conf. 121. num. 3. & 4. Surd. de aliment. tit. 6. part. 9. cum relat. per Menoch. lib. 4. Rota in Romana hereditatis 1. Aprilis 1619. §. nec urget in fin. coram Verospio.* Tum quia nisi alia concurrant obiectum concurrere posset vbi ageretur de alimētis naturali pieta-
6 te & solo iudicis officio debitis quæ † vbi aliter de quibus viuere possit non sunt præstanda secus autem quando, vt in præsenti Iurisdictionis ex legato prædicto resultantis in foro
7 contentioso petuntur † tunc enim subministrāda sunt etiam habenti. Vnde viuere possit *Bald. conf. 481. num. 5. lib. 4. Rolland. à Vall. consil. 55. nu. 5. lib. 2. Surd. de alim. tit. 7. quæst. 15. nu. 27. Alteg. conf. 95. nu. 31. lib. 1. Addend. ad Barati. decis. 709. nu. 9. Rota dec. 55. non obst. coram Eminentiss. D. Card. Celso.*

Preterea ex quo alimentorum præstatio in Domo Testatoris iniuncta fuit quæ fauorem
8 hæredis inspicere videtur cui † minus onerosa est ad propriam Mensam alimentatio, *Surd. de alim. tit. 4. quæst. 15. à num. 4. & seq.* vbi quod nec sufficit legatarium in eadem domo habitare nisi comedat cum hærede, & frustra Camillus quantitatem supra expressam subministrare quoniam vltra quod hæres nō in vrbe in domo Testatoris sed Viterbij in proprio domicilio habitabat & sic præceptum alēdi Sororem in Vrbe intelligi non potest in mēte Patrui in facti contingētia duplex limitatio. Prima est quod post legatum Cecilia nupsit Cozze, vt dixit constitutis, & dotis nomine lumbus ex hoc legato sibi competentibus. Vnde cum ipsa viuere debeat,
6 cū viro propter vim Matrimonii † quod individuam vitæ consuetudinem continet, & eius vigore relinquit homo Patrem, & Matrem,
10 suam hæc visa est † iusta, & rationabilis Causa ob quam Cecilia posset extra Mensam patrui alimenta consequi, *vt per text. in l. possessionem vers. quis enim C. communia, vtrinque Iudic. in his præmissis terminis firmat Anan. conf. 94. col. 2. & sequitur in puncto Rolland. à Vall. consil. 22. num. 13. vers. item quia Legatarius lib. 2.* quod regulariter ab arbitrio Iudicis dependet, vt firmat *Castr. conf. 162. num. 9. in fin. & numer. 2. vers. & ista pars videtur mihi verior lib. 2. Rota coram Card. Mill. decision. 311. num. 2. & apud Barat. decis. 143. num. 2.* Altera verò procedit ex diuturna lite inter hæredem & legatarium super illis Alimentis eorum quantitate, & modo coram A. C. in signatura, & in hoc Sac. Tribunali acriter agitata. quæ hic sufficiens
11 per se est cū † hæres tenatur alimenta legatariæ subministrare *Iason. conf. 44. num. 3. vers. circa aliud quæsitum lib. 2. Surd. de Alim. dicto titulo 4. quæst. 15. numer. 28. Cancer. var. resol. libro primo cap. 16. n. 17. Rota in dicta Bononitana alimentorum §. iusta occasione apparet coram me, & in alia Bononien. alimentorum 10. May 1616. §. nec etiam subsistere coram Reuerendiss. Papien.*

Quo verò ad habitationem illam in quarta parte domus congruam esse DD. existimarūt quia ibi etiam manere debet Pater Testatoris, & legatarię Vnde attenta hac intentione Testatoris vt congruè visum est, vt in istis terminis de legato habitationis considerata dictione in domo firmat *Dec. in conf. 355. num. 4. vers. sed prædictis non obstantibus lib. 1. & sequitur Menoch. conf. 62. n. 11. vers. & quatenus non posset lib. 1. &c.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. T A I A.

Bononien. Fideicommissi de Amorinis.

Mercurij 17. Martij 1666.

A R G V M E N T V M.

Sententia diffinitiua lata contra aliam validam & iustam, quæ rei iudicatæ vires assumpsit, sustineri minimè potest. Creditor anteriot qui patitur longè posterioribus creditoribus solui sibi debet imputare Transactio nulla nihil operatur.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata contra aliam validam, & quæ transiuit in iudicatum est ipso iure nulla.*

2 *Iudex vigore clausulæ*, quam & quas *super quibuscumque incidentibus causæ pronuntiare potest.*

Amplia si pars ab initio non opponat, nec protestetur, & adsit in commissione clausula omni meliori modo & nu. 3. & 4.

5 *Hæres potest soluere suo creditori nomen debitoris ante denunciationem sibi factam à creditore sui creditoris.*

6 *Creditor anterior patiens solui creditoribus posterioribus sibi imputare debet.*

7 *Transactio bona fide facta de fideicommisso est seruanda à fideicommissario.*

Amplia si concurrat executio, & obseruantia per longum tempus, & nu. 8.

9 *Transactio nulla nullum potest operari Iuris effectum.*

DECISIO CCCCXLIII.

SVBROGATVS in absentia R.P.D. mei Prioli proposuit dubium an sit standum in primo decisis 17. Martij aut secundo loco 30. Maii 1664. & in primo decisis DD. steterit vti in facto, & iure fundatus ex testamento Matthæi & fideicommisso in descendentes fratris, vt in *dec. 89. par. 10.*

Nec visum est obstare quod agentibus Iulio Cæsare, & Alexandro Iuniore Hieroymus possessor prædij controuersi absolutoria sententia fuerit liberatus, & cum Rotalis sententia subsequens condemnatoria nō reuocauerit precedentem absolutoriam Ideo † sententia diffinitiua lata contra aliā validā quę transiuit in iudicatum sit ipso iure nulla *l. 1. quando pronoc. non est necess. vt in secunda decis. huius causæ.*

2

Quia prædicta omnia iam fuerūt prœoccupata coram Reuerendiss. D. meo Melitio 21. Iunij 1640. stante præsertim clausula quam, quas in commissione appellationis adiecta cuius vigore pronunciare potuit tāquam in prima super immissione *Rota dec. 249. in fin. par. 10.*

3 & † insuper parte non opponente ab initio, nec protestante, vt in *d. decis. 21. Iunii 1640. &*

4 *Rota dec. 354. n. 16. & 17. part. 9.* † maximè cum clausula omni mel. modo &c. *ad Rotā cor. Buratt. dec. 681. n. 14.*

Maius opus supereſt de meritis causæ, & Iniustitia, vel iustitia sententiæ, & difficultas reducta est ad publicum instrumentum 7. Aprilis 1595. inter Alexandrum Seniorem grauatum fideicommisso creditorem Matthęi fideicommittētis, & Hecubam vxorē Alexandri alioſque creditores illius cōmissarios Testamentarios in quo relata sentētia Margonij declarante Alexandrū grauatum fideicōmisso creditorē in libris 12460., & assignante illi pro isto credito tot bona quæ ipsi Alexander assignauit Creditoribus suis etiam cum consēsu Hecubæ vxoris cui primò assignauit pro præsenti securitate, & futura restitutione dotium prædium fideicommissarium controuersum visum est Dominis illud non posse defendi à tertio possessore singulari, Hecubæ Successore. Quia pro creditis mariti alia bona fuerunt marito assignata, & ab

5 eo assignata etiam alijs creditoribus quod † si hæreditas, & commissarij hæreditatis Matthæi potuerunt soluere suo creditori nomen debitoris ante denunciationem sibi factā à creditore sui creditoris *ad l. 4. C. quæ res pign. & ibi*

not. Bald. multò magis post scientiā, & legitimum consensum Hecubę creditricis Alexandri creditoris hæreditarij.

Nec sufficere visa est recusatio in d. sententia, & in transactione saluo semper, & reseruato iure eidem d. Alexandro in quibuscunque alijs bonis d. olim Matthæi tam pro consecuutione cuiuscumque residui deficientis ad satisfactionem dd. eius creditorum.

Quia reseruatio non pertinet ad vllum aliud creditum Alexandri potius debitoris cū vltra bona assignata creditoribus distraxerit etiam aliud prædium pro libr. 5333. antè supradictum Hecubæ consensum neque pertinet ad aliquam cautionē eius ex quo per assignationem bonorum à creditoribus proprijs liberabatur sed solum in euentum in quem bona, & credita supradicta, & infrascripta in pretio, & æstimationem illorum de quo supra non ascenderent &c. hoc † maxime adiecto quod Hecuba non curauit, ex pretio aliorum satisfieri, sed consensit solui longè posterioribus creditoribus eique imputandum ad *Rotam dec. 40. nu. 5. verſ. & non curauerit parte nona.*

6

7 Difficilior fuit transactio, † quæ bona fide facta valet de fideicommisso, & de prohibitionibus alienationum itaut seruanda sit à fideicommissario *l. cum hæreditas 36. ff. ad S.C. Trebell. Peregr. de fideic. art. 52. num. 88. & 89. cum alijs apud Fusar. de subst. quæst. 562. nu. 2. & quæst. 200. à nu. 5. & sæpè Rota & nouissimè decis. 123.*

8 *num. 6. & dec. 228. num. 16. part. 10.* præsertim † adiuncta executione, & obseruantia ab anno 1596. adeò supra 30. ann. ad *Peregr. conſ. 60. ar. 4. lib. 4. Rota post Consal. ad Peregr. de fideicom. dec. 44. numer. 2. & 5. & amplius decis. 175. à num. 11. part. 8.*

Tamen DD. ponderabant quod transactio non impugnatur in bonis assignatis Alexandro pro credito libr. 112460. sed impugnatur in prędio optato ab Hecuba consentiente alia bona assignari creditoribus mariti etiāti posterioribus, & cum actores non sint hæredes, nec mediatè, nec immediatè transigentium sed agant ex propria persona, & proprio iure independenter ab illis tanquam vocati ad d. fideicommissum Matthęi Instrumentum, & alia inter illos celebrata ipsis præiudicare non possunt inquit, *Rota decisione 272. numer. 24. part. 10.*, & visa quoque est transactio ex falsa causa, vt pote sine alio cre-

9 dito Alexandri adeoque † vti nulla nullum operari posse iuris effectum, vt inquit *Rota d. decis. 312. num. 4. leg. penult. C. de transact. & ibi gloss. percipimus.*

Et ita vtraque &c.

Digitized by Google

R. P. D. BEVILAQVA

Prænestina Iurispatronatus.

Mercurij 17. *Martij* 1665.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus ex quibus probetur. Probatio immemorabilis qualis esse debeat. Clerici ratione exemptionis à Iurisdictione laicali ad testificandum pro Principe an valeant admitti.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus vacatione, habilitatione præsentati, pertinentia iurispatronatus probatis, & præsentatione in tempore facta institutio perfici debet.*
2 *Iuspatronatus ex quibus probetur.*
3 *Immemorabilis vti ius, & titulum inducens solet tollere præsumptionem vsurpationis, & facit præsumere iuspatronatus acquisitum ex fundatione, & dotatione, & num. 4. & 5.*
6 *Immemorabilis probatio qualis esse debeat, & vide sup. num. 6.*
7 *Testes deponentes de visu toto tempore eorum recordatus, & de auditu à maioribus qui nunquam oppositum audiuerunt, immemorabilem concludunt.*
8 *Principis subditi pro eo testimonium ferre non valent Contrarium verius & num. 9.*
10 *Vassallus, quando agitur de probatione facti extraneis nullatenus noti ad testificandum pro Principe admittitur.*
11 *Clerici vti exempti à iurisdictione Laicali bene pro Principe testimonium ferunt.*
12 *Iuspatronatus ex continuatis præsentationibus per spatium 40. & vltra annorum ante & post motam litem iustificatur.*
13 *Præsentationes authenticis scripturis iustificatæ in dubium reuocari nequeunt, quando vnus Clericus fuit per mortem alterius successiuè nominatus.*
14 *Episcopi in admissione iurispatronatus non sunt faciles in ipsorum, & Ecclesiarum præiudicium.*
15 *Iuspatronatus etiam ex adminiculis iustificatur, & remouent vsurpationis præsumptionem.*
16 *Consuetudo confert ad Iurispatronatus comprobationem.*
17 *Assertiones occasione visitationis facta quod beneficia in Ecclesia essent de Iurepatronatus dominorũ terræ bene Iuspatronatus iustificant.*
18 *Insignia Domini absque dubio coadiuuant probationem Iurispatronatus.*
19 *Vis præseruatiua ea est, vt conseruet illud ius quod antea competebat.*
20 *Collatio non attenditur, quando non est de mente collatoris mutandi statum beneficij, illudque à patronatu eximendi.*
21 *Præscriptio immemorabilis non interrumpitur cessantibus libera collatione, & actibus illi contrarijs.*

DECISIO CCCCXXXXIV.

DIMISSO per Geruasium in manibus Ordinarij beneficio, seu Clericatu, quem obtinebat in Ecclesia S. Margharitæ Terræ Olibani, Excellentissimus Princeps Burghesius Dominus Loci, & vti Patronus Clericatus ad illum præsentauit Marcum Antonium Ranerium, quem contradicente Promotore Fiscali mensæ Episcopalis Prænestinæ, illum de libera collatione esse prætendente, Rota hodiè instituendum esse respondit. Quia nulla erat controuersia in † vacatione d. Clericatus, habilitatione Ranerij, pertinentia Iurispatronatus, & præsentatione in tempore facta, sed tota reducebatur ad existentiam dicti Iurispatronatus, in cuius iustificatione obijciebatur Principi Domino Oppidi vsurpationis præsumptio *Paris. de confiden. quæst. 28. n. 243 Gomz. ad reg. 8. Cancell. gloss. 18. num. 63. Rot. coram Card. Mantic. decis. 89. num. 1. & in recent. dec. 197. num. 22. par. 5. Add. ad Buratt. dec. 142. lit. A. & dec. 832. num. 6.* Ob quam, ex forma præscripta in Sac. Conc. Trid. in sess. 25. cap. 9. de reform. vers. in his verò personis, habet necesse probare Iuspatronatus ex fundatione, vel dotatione, aut hoc titulo deficiente, vltrà Immemorabilem, præsentationes spatio 50. annorum continuatas, & effectum sortitas, vt clarè disponitur in d. Sac. Concil. & pluries censuit Sac. Cong. Eminentissimorum eiusdem S. Congregationis Interpretum, & in hoc Sac. Tribunali fuisse decisum, refert *Paris. de confid. vbi proximè num. 141. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 23. num. 121. & quæst. 38. num. 35. Marc. var. resol. lib. 2. cap. 52. num. 1. Rot. decis. 409. num. 2. part. 1. diuers. & apud Buratt. decis. 911.*

Cæterum, licet pro parte Principis non ostendatur Instrumentum fundationis, vel dotationis, probata tamen sunt duo alia requisita, nempe Immemorabilis, quæ Ius, & titulum inducens † *glos. in cap. super quibusdam §. præterea in verb. non extat memoria de verb. signific. Paris. cons. 27. nu. 80. lib. 1. Rot. coram Pen decis. 103 num. 9. iurta veter. impress. Seraph. dec. 303. n. fin. & in recent. dec. 150. num. 4. par. 5.* solet tollere vsurpationis præsumptionem † *Rot. coram Acchill. de Graff. decis. 4. & 5. de Iurepatr. & inter diuers. dec. 545. in fin. part. 1.* facitque præsumere Iuspatronatus acquisitum ex fundatione, & dotatione *Gabr. cons. 192. num. 2. & 10. 198. nu. 1. & 5. lib. 2. Put. dec. 56. par. 1.* & præsentationes cum effectuatione toto tempore ad hunc effectum necessario.

Et quantum attinet ad primum Immemorabilis, de ea deponunt tres Testes de anno 1621. examinati, omnes tunc temporis ætatis 54. annorum excedentes, vno ore super Interrogatorijs, & articulis asserentes, quod per tempus, cuius non extat hominum memoria, occurrentibus vacationibus huius Clericatus, DD. Columnenses olim d. Terræ Domini, & deinde bo. mem. Cardinalis Burghesius successor, & modernus D. Principis auctor semper Clericos præsentarunt, & instituerunt, & in actualem possessionem Clericatus immiserunt, & exprimendo personas, quæ præsentarunt, & nominatorum, per 40. annos, & vltra de visu testificantes, & per prius idem audiuisse dicunt ab eorum Maioribus, & Antenatis, quodque nunquam viderunt, aut audiuerunt quicquam in contra-

tratium, & de publica voce, & fama per ver-
6 bum fuit, & est, quæ propriè sunt requisita ad probandam Immemorabilem recensita à *glos. in cap. 1. verb. memoria de præscript. in 6. Couar. in regul. possessor. par. 2. §. 3. num. 7. Marescott plures referens Rota decisiones in cap. 100. num. 10. lib. 2. Card. Canal. decis. 174. num. 1. Burat. decis. 673. nu. 1 & 2. Add. ad san-me. Gregor. XV. decis. 196. num. 1.*

Cum quibus antiquis Testibus concordant alij quatuor nouissime de anno 1659. examinati super huius Iurispatronatus existentia, & pertinentia ad Loci Patronos ab immemorabili, quod clarissimè concludunt, cum om-
7 nes sint ætatis † vltra 70. annos, deponant de visu toto tempore eorum recordatus, & de auditu à maioribus, qui asserebant nunquam oppositum audiuisse ex mox citatis.

8 Non vrget exceptio hisce Testibus obiecta quod sint Principis Subditi, & ob id pro eo testimonium ferre non valeant, quia vel contrarium est verius, vt post *Bald. & Castr. in l. eos 4. C. de Testib. probant alij relati per Farinacc. in conf. 169. num. 11. lib. 2.* vel solum aliquid de fi-
9 de minuitur, non autem simpliciter † repelluntur *Rot. coram Mart. Andr. dec. 45. num. 5.* Et
10 multo minus, quando (vt hic) agitur de probatione facti extraneis nullatenus, vel difficilius noti, *cap. veniens il 2. 38. de Testib.* & in terminis dixit *Rot. in dec. 10. num. 6. post Vin. de Iurepat. & in Signina Iurispatronatus 11. Martij 1648. §. Immemorabilis coram bo. mem. Peutingero & in Terracinen. Iurispatronatus 29. Maij 1656 §. penult. coram me, licet ex alijs capitibus reuocata,* & inter Testes pro D. Principe examinatos adsunt etiam Clerici, qui ratione exemptio-
11 nis à iurisdictione laicali benè testificari possunt pro Domino *Seraph. dec. 1049. num. 1. & in dicta Terracinen. Iurispatronatus coram me.*

12 Alteri requisito contistenti † in multiplicatis, & continuatis præsentationibus per spatium 50. & vltra annorum ante, & post motam litem *Gabr. conf. 92. num. 4. lib. 2. Rot. dec. 199. nu. 3. par. 2. diuers.* abundè quoque satisfactum apparebat per illarum exhibitionem, ex quibus patet, quod ab anno 1566. vsque ad 1660 præfati DD. Columnenses, & Successores fuerunt in possessione præsentandi, nam tunc temporis à Pompeio Columna ad d. Clericatum fuit præsentatus, & ab Ordinario institutus Alexander Ranerius, per cuius resignationem anno sequenti fuit ab eodem nominatus Asdrubal, quo defuncto de anno 1598. mediante simili præsentatione, successit Alexander de Grassis, qui cum decessisset anno 1620. quo Cardinalis Burghesius successerat in dominio loci, hic nominauit Hieronymũ de Sanctis, ob cuius decessum anno 1639. bo. mem. Princeps Marcus Antonius præsentauit Nardum de Flaschis, & anno 1647. hoc vita functo, nominauit Agabitum Flascum, mortuum de anno 1650. quo fuit nominatus Geruasius, qui (vt dictum) anno 1660. clericatum dimisit: Quæ præsentationes, sicuti
13 non possunt in dubium reuocari, tanquam iustificatæ authenticis scripturis in Summario ad partes dato, ita nec illarum effectuatio, dũ vnus Clericus fuit per mortem alterius succiuè nominatus iuxta *vulg. conf. Oldrad. 229. passim à Rota canonizatum vt in d. dec. 545. nu. 2. par. 1 diuers. & post Vivian. de Iurepatr. dec. 86. num. 24. & decis. 103. num. 2. & coram Burati. dec. 636. num. 2. & decis. 19. num. 3. par. 9. recent.*

Comprobatur fortius Iuspatronatus ex sententia de anno 1624. per Ordinarium Prænestinum promulgata contra Procuratorem Fiscalem, se opponentem præsentationi factæ à bo. me. Cardinale dicto Hieronymo de Sanctis, in qua canonizatur Iuspatronatus, & pertinentia ad fauorem eiusdem Cardinalis vti Domini temporalis, & conceditur institutio Hieronymo, cui quidem sententiæ super statu Clericatus, præuia cognitione causæ, & probatione Immemorabilis emanatæ, plurimum est deferendum, ad probandum patro-
14 natum, † in cuius admissione non solent Episcopi esse faciles in ipsorum, & Ecclesiarum præiudicium *Gabr. conf. 198. nu. 4. lib. 2. Rot. dec. 11. sub num. 1. de Iurepatr. in nouis. Rot. dec. 376. n. 2 part. 3. lib. 3. diuers. Caualer. dec. 378. num. 3. bo. mem. Coccin. decis. 229. & in recent. dec. 674. num. 2. par. 2 decis. 19. num. 10. par. 9. & in Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1640. §. Tertio duæ sententiæ coram bo. me. Card. Corrado.*

Addebantur vlterius adminicula, quæ e-
15 tiam iustificant Iuspatronatus, & remouent vsurpationis præsumptionẽ *Seraphin. dec. 1141. num. 9. vers. hic adsunt,* quorum primum deducitur ex enunciatiua facta ab Ordinario de anno 1566. quod Clericatus esset de Iurepatronatus ex antiqua, approbata consuetudine,
16 quæ confert ad † illius comprobationem *Acchil. de Graff. decis. 7. de Iurepatr. Seraph. decis. 1141 num. 5. & decis. 224. num. 4. & seq. par. 1. recent. & in d. Mediolanen. Prioratus §. Quarto concurrunt.* Potissimè cum tunc esset tempus satis proximum publicationi Sacri Concil. Trid. sequutæ de anno 1564. vndè prorsus inuerisimile est, quod eiusdem Concilij dispositio neglecta esset, nisi ex tunc constaret ei satisfactum; Alterum ex pluribus visitationibus Ordinariorum ab anno 1570. & vna Visitatoris Apostolici de anno 1637. in quibus omnibus asseritur beneficia in dicta Ecclesia esse de Iurepatronatus Dominorum Terræ; Istæ enim
17 assertiones occasione talis visitationis factæ, valdè deseruiunt ad eandem iustificationem, vt sepè aduertit *Rota, & præcipuè coram Comitul. decis. 115. num. 8. cum seq. Coccin dec. 229.* & in terminis Visitationis Apostolicæ *in Aquilana Cappellæ 7. Maij 1590. coram Orano,* quam refert *Spad. in conf. 13. num. 4. lib. 3.* Tertium denique resultat ex armis, & insignijs familiæ Columnensis olim Dominæ depictis, & plastru structis in Ecclesia, quæ cum præsumantur ap-
18 posita per † illos ad conseruationem eorum Iuris, absque dubio coadiuuant probationem Iurispatronatus, vt perpendunt *Gabr. conf. 196 num. 10. lib. 2. Anchar. conf. 113. num. 11. Marc. Ant. Maceraten. var. resol. lib. 2. resol. 109. num. 51. & Rot. in præcit. Mediolanen. Prioratus §. Sexto Insignia Comitul. dec. 127. nu. 10. & 11.*

Non officit, quod vacante de anno 1582.

Archipresbiteratu d. Ecclesiæ Orinthia Columna præsentauerit Hieronymum Baiardū, cui tamen Cardinalis eiusdem familiæ tunc temporis Episcopus Prænestinus illum contulit authoritate ordinaria, non autem in vim præsentationis: Vnde inferebatur, interruptam remansisse Immemorabilem, vt supra necessariam, & Clericatum esse liberum,

Quoniam, cum Patronatus huius Clericatus fuerit canonizatus in dicta sententia de anno 1624. lata, præcedentibus requisitis supra relatis, id sufficit, vt in hoc iudicio possessorio sit instituendus Ranerius, vt aduertit *Ricc. in prax. Iurispatronatus resol. 233. num. 1. Rot. in Spoletana Iurispatronatus de Arron 26. Iunii 1619. cor. Sacrato post conf. 21. Ioann. Bapt. Spad. num. 24 lib. 2.*

Quinimo dictam collationem nullo modo obstare visum fuit, ex eo quia redditur dubia illius effectuatio ex deductis pro parte D. Principis, & non emanauit vti de libero simpliciter, sed cum clausula præseruatiua Iurispatronatus Domini in tēporalibus quatenus competat ibi: *Cui nihilominus præiudicare non intendimus, imò si quid d. Domina in Temporalibus canonicè tamen, & quatenus iux. Sac. Concil. Trid. decreta competat, in eodem statu, & robore relinquimus, in quo ad præsens reperitur* Vis enim
19 talis præseruatiuæ † ea est, vt conseruet illud ius, quod iam competebat *l. qui in catero ff. de stat. homin. Bart. in l. Puero C. depositi Becc. cons. 74. num. 6. Luther. de re benef. lib. 1. qu. 14. num. 35. Rot. decis. 614. num. 16. par. 1. diuers. & in Bonon. Iurispatronatus 25. Iun. 1657. §. hoc tamen obiectum cor. Reuerendissimo Papien.*

Hinc patet, non subsistere prætensam interruptionem Immemorabilis, & contra Testes de ea deponentes obiectum mendacium, quia quando, vt hic non est de mente Collatoris mutandi statum beneficij, illudque à
20 Patronatu eximendi, tunc † collatio non attenditur, ex fusè cumulatis *in dicta Mediolanen. Prioratus coram bo. me. Corrado §. penult.* Neque
21 interrumpitur præscriptio Immemorabilis, cessantibus libera collatione, & actibus omninò illi contrarijs *Rot. dec. 245. num. 19. part. 9. & dec 63. num. 4. part. 10. recent.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Romana Legati.

Lunæ 22. Martij 1666.

ARGVMENTVM.

Quando aliquid filiæ fuit relictum siue per legatum, siue per institutionem patri vlusfructus non acquiritur, & ad istam communiorem opinionem roborandam aliqui textus conciliantur. Pater potest esse legitimus administrator, & tamen non habere vlum fructum in bonis filiæ legatis.

SVMMARIVM.

1 *Vsusfructus patri debetur in bonis aduentitijs filij.*
2 *Legati vsusfructus filiæ relicti, patri non censetur prohibitus & num. 3.*
4 *Testatoris dispositio iuxta dispositionem iuris intelligi debet.*
5 *Patri ab intestato succedenti vna cum filio in bonis defuncti ius negat vsumfructum in portione filij.*
6 *Legatum annuum æquiparatur vsufructui.*
7 *Testator quando reliquit legata distincta patri, & filiæ in eodem testamento non censetur prohibitus patri vsusfructus in portione filiæ. contrarium, num. 8.*
9 *Filia quando aliquid est relictum siue per legatum, siue per institutionem, patri vsusfructus non acquiritur & nu. 10.*
11 Auth. item hæreditas, C. de bon. quæ liber. & l. cum oportet 61. eodem tit. *quibus in terminis procedant & nu. 12.*
13 *Voluntas testatoris ex coniecturis elici potest.*
14 *Patris exclusio ab vsufructu procedit, quando filia hæres instituta fuit, & patri legata fuit certa annua præstatio.*
Contrarium tamen verius, & nu. 15.
16 *Pater sicut non potest consequi vsumfructum in legato, quod testator ipsimet filiæ solui iusserat ita nec ex illo legato in locum primi subrogato, & num. 17. & 18.*
19 *Legatum loco primi relictum censetur cum eadem qualitate relictum.*
20 *Testator considerans legatarium inhabilem ad administrandum legatum, censetur omnem administrationem voluisse remanere vna cum vsufructu apud patrem legitarium.*
21 *Testator non prohibendo administrationē, & vsumfructum Patri in legato filiæ relicto censetur se conformare cum dispositione iuris communis.*
22 *Pater potest esse legitimus administrator, & tamen non habere vsumfructum in bonis filiæ legatis.*

DECISIO CCCCXLV.

INFORMANTES pro D. Petro Caffarello, non acquiescentes resolutionibus emanatis coram bon. me. Verospio 1. Iunij 1665., & 27. Ianuarij proximi præteriti coram me, quibus firmatum fuit D. Annæ Caffarellę dādam esse immissionem in Palatio ei Legato à Card. Caffarello sequentia opponebat, quibus non obstan. DD. steterunt in Decisis.

Primum obiectum fuit, quod dum agitur de legato relicto Annæ filiæ Petri minori 15. annorum, & sub potestate eius existenti, ex eo quod in eodem Testamento Patri, & filiæ relicta sint legata non possit deduci valida coniectura ad excludendum Patrem ab vsu-
1 fructu † ei competenti, in bonis aduentitijs filis *ex l. cum oportet 6. C. de bon. quæ lib.* cum-
2 vulgatis, † Tum quia ex legato filiæ relicto non censetur eidem prohibitus vlusfructus, *Paris. cons. 9. per tot. lib. 1. & signanter numer. 10.*
3 *& sequenti*, vbi quando nulla lege † cauetur Patrem in diuersa relegata priuari vsufructu *Lud. Morott. cons. 18. per totum*, Tum quia DD. in Decisionib. allegatis procedunt, vel quando Pater, & filia sunt insimul hæredes instituti in eidem Testamento, quo casu ratione consortij in proprietate non arguitur, Patri

vsus-

4 vſusfructus in portione filiæ, cum † Teſtatoris diſpoſitio intelligi debeat iuxta diſpo-
5 ſitionem iuris, quæ † Patri ab inteſtato ſuccedenti vna cum filio in bonis Defuncti, negat vſumfructum in portione filij *Auth. item hæreditas C. de bon. quæ liber.* Quibus in terminis loquũtur *Bald. Caſtrenſ. Boerius, Surd. & Grattian. in Deciſionibus allegatis*. Vel quia filia inſtituta eſt hæres vniuerſalis, Patri vero relictum annuum legatum, † quod æquiparatur vſufructui *l. in ſingulas 8. ff. de annuo leg.*, Tunc enim Pater quaſi concurrit cum filio in vſufructu pro rata, & ideo videtur Teſtatorem legaſſe annuam præſtationem, vt reſiduum fructuum hæreditatis ſit filiæ hæredis inſtitutæ, in quibus terminis loquitur *Abb. conſ. 100. num. 1. 2. & 6. allegat. in deciſione bon. mem. Veroſpij*.

Cum verò Cardinalis inſtituerit duo loca
7 pia, † & in eadem Teſtamento reliquerit legata particularia, & diſtincta Patri, & filiæ *Summario num. 4.*, non cenſetur Patri prohibitus vſusfructus in Palatio relicto Annæ, cum ceſſat ratio concurſus ad idem Corpus, quæ militat in primo caſu, quando Pater, & filius ſunt hæredes, ſeu legatarij in eadem re, vt *in Auth. Item hæreditas in Corpore*, vnde ſumitur ceſſatque altera ratio adducta in ſecundo caſu, quando Patri relicta eſt annua præſtatio incompatibilis cum integrali vſufructu, in bonis filiæ relictis, in qua fundatur *Abb. dict. conſil. 110.*, & ſic videtur non denegandus Petro vſusfructus in Palatio, vt diſtinguendo hos caſus, & reſpondendo contrarijs conſilijs, *Abb & Surd. comprobat ſequendo Pariſ. d. conſ. 129. Morot. conſil. 16. nu. 16. vſque ad fin., & ſub nu. 30. poſt principium refert ita Iudicatum*.

Sed reſpondum fuit, quod cum in ſeparata prouiſione Teſtatoris reſideat coniectura vo-
8 luntatis, † qua Pater ab vſufructu cenſeatur excluſus *Rota dec. 147. nu. 3. verſ. 3. coniectura p. 4.*
9 *tom. 1. recentior.* Hinc eſt vt ſiue † per legatum, ſiue per Inſtitutionem aliquid reliquatur, idẽ dicendum ſit, vt ſenſit *Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 15. num. 24. in fin.*, ibi, ſed ego non video rationem diuerſitatis, propterea exiſtimo, ſiue
10 Patri † per legatum, ſiue per inſtitutionem aliquid relinquatur, vtroque caſu denegari vſumfructum, quia vtroque caſu eadem militat ratio.

Parum refert quod *Morat. dict. conſ. 18. confutato Surd.* prædictam opinionem tenuerit, quia reprobatur expreſsè *ab Andreolo contr. 224. n 9.*
11 dicente quod † licet *dict. Auth., Item hæreditas* loquatur in hæreditate, & concurſu ratio propter quam dicitur prohibitus Patri vſusfructus non conſiſtit in eo quod agatur de hæreditate, & concurſu, ſed ex eo quod fuerit aliquid relictum Patri, ex qua particulari inclusione ſequitur excluſio vſusfructus, nec inde prouenit aliqua correctio iuris com-
12 munis, *& d. l. cum oportet.* † Illa enim non diſponit, quod quæratur vſusfructus Patri
13 contra voluntatem † Teſtatoris, quæ cum ex coniecturis elici poſſit *Caſtill. de vſufruct. cap. 3. num. 55.* quemadmodum quando lex concedit Patri hæreditatem vna cum filio, ex illa conceſſione cenſetur Pater vſufructu priuatus idem dicendum eſt, quando Teſtator legatum reliquit, quia cenſetur ſe con-
14 formare cum diſpoſitione † iuris communis. Quod vero excluſio Patris ab vſufructu procedat, quando filia eſt inſtituta hæres, & Patri fuit legata certa annua præſtatio, pariter
15 non ſubſiſtit, quia † contrarium tenuit *Rota dec. 527. nu. 8. verſ. tertia eſt coniectura part. 4. recent.*, vbi dicit procedere, ſiue legatum ſit annuum, ſiue certæ rei, vel quantitatis etiam modicæ.

Conſiderabant etiam DD. quod Card. Teſtator noluit vſumfructum Palatij Patri acquiri, cum enim in primo Teſtamento legauerit annua ſcut. 1000. his verbis *laſcio alla Signora Anna Caffarella mia Nepote ſcut. 5000. monete da pagarſeli dal mio infraſcritto herede*, &
16 voluerit legatum tradi ipſi filiæfamilias, † ſicut ex eo Pater non deberet conſequi vſumfructum *l. ſi vſusfructus §. Item ſi quis, ff. quando dies*
17 *legat. ced.*, vbi diſponitur, quod † ſi Teſtator legauit filiofamil., & mandauerit ei ſolui legatum, quod ex hoc videtur voluiſſe nihil acquiri, ac ſi nominatim expreſſiſſet plurimis adductis *à Menoch. conſ. 1022. nu. 21. & admittit Morott. dict. conſ. 18. nu. 2. circa med.*, vbi dicit veriorem, & communiorem eſſe opinionem,
18 ſed † nec in Palatio legato in ſecundo Teſtamento loco ſcut. 5000., quia cum hoc ſecundum legatum fuerit ſubrogatum in locum primi, ibi allegato *di 5000. ſcudi moneta laſciato da Sua Eminenza alla Signora Anna Caffarelli ſua Nipote, dichiara che non habbia effetto veruno, & in luogo di detti ſcudi 5000. per ragione di legato laſcia alla detta Signora Anna la Caſa done habita al pre-*
19 *ſente Sua Eminenza*, iudicari † debet relictum cum eadem qualitate, & ſic exemptum ab onere vſusfructus competentis Patri in bonis aduentitijs filij *Rota deciſ. 150. numer. 54. part. 9. tom. 1. recent.*

Minus vrget quod cum Anna tempore teſtamenti eſſet innupta in iuuenili ætate, & ſub poteſtate Petri Patris, quod Teſtator legans cogitauit, dum dixit: *laſcio alla Signora Anna figlia del Signor Pietro mio fratello*, & ſic
20 vidit † illàm eſſe inhabilem ad adminiſtrandum Palatium, omnemque adminiſtrationem de iure remanſuram penes Patrem, vna cum vſufructu *Pariſ. dict. conſil. 120.*
21 *numer. 14.*, Itaque † non prohibendo eidem adminiſtrationem, & vſumfructum cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis *Pariſ. vbi ſupra nu. 15.*, & Patri vſumfructum reſeruaſſe, non expreſsè prohibuiſſet, vel per verba æquiualentia ſi noluiſſet *Morot. dict. conſ. 18. numer. 11. poſt Mand. verſ. ſi qui voluiſſet prohibere Pariſ. loco aſſignato*.

Nam ex his non infertur quod Patri debeatur vſusfructus, qui ex mente Teſtatoris
22 ei non defertur cum ſint ſimul, † quod Pater ſit legitimus adminiſtrator filiæ, & tamen non habeat vſumfructum in eius bonis *l. fin. §. fin autem prima ætate C. de bon. quæ liber. Burat. conſ. 33. num. 25. & ſeqq. Milanen. dec. 3. num. 90. & ſeqq. lib. 2. Caſtill. de Vſufr. cap. 3. num. 90. Salgad. de*

concurs. part. 1. cap. 25. n. 33. & seqq. coram Pen. 780. numer. 3. & 4. & in recentior. decis. 303. numer. 16. part. 6.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. EMERIX.

Posnonien. Præposituræ.

Lunæ 22. Martii 1666.

ARGVMENTVM.

Possessio lite pendente capta vti vitio attentatorum laborans sustineri nequit. Beneficium alicui collatum mediante Canonica Capituli electione reputatur tanquam dignitas præsertim, quando ius instituendi, & destituendi ad loci Ordinarium pertinet.

SVMMARIVM.

1 *Possessio ex quibus validè iustificetur.*
2 *Confessio propria libera, & positiua quasuis alias probationes superat.*
3 *Possessio appellatione pendente capta est attentata, nec est manutenibilis.*
4 *Beneficium quod confertur mediante Canonica Capituli electione habendum est tanquam dignitas. Maxime quando ius instituendi, & destituendi spectat ad loci ordinarium & nu. 5.*
6 *de Papa potestate hæreticum est dubitare.*

DECISIO CCCCXLVI.

CVM Abbas, & Capitulum Canonicorum Regularium Lateranensium Ordinis Sancti Augustini Varsauien. prætenderent posse deuenire ad electionem noui Præpositi Sancti Georgij dicti Ordinis Posnonien., eo quod Reuerendissimus D. Stanislaus Hyacinthus promotus ad Episcopatum Spigaren. inter cætera olim cum iuramento nouerat, quod nunquam absque electione Canonica sui Abbatis, & Capituli aliquod beneficium cum cura, vel sine cura acceptaret, & sic successu tempons contigerit ipsum aliquod acceptare illud ad nutum eiusdem Abbatis, & Capituli resignare paratus esset renunciando omnibus iuribus priuilegijs, & consuetudinibus in contrarium facientibus & sibi competen., vel quomodolibet competituris. E contrario autem D. Episcopus allegaret concessum sibi fuisse per decretum consistoriale, & motum proprium à fel. record. Innocentio Papa Decimo dictæ Præposituræ retentionem adhoc, vt iuxta Pontificalis dignitatis exigentiam statum suum decentius sustinere valeat non obstan. quibusuis constitutionibus, & ordinibus Apostolicis dictæque Ecclesiæ etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis Statutis & consuetudinibus contrarijs cum decreto irritan. &c., & ideirco diceret se ad prætensam resignationem faciendam minimè teneri Introductum fuit desuper in diuersis Tribunalibus iudicium, quo tandem ad Rotam delato antequam deueniatur ad discussionem negotij principalis dedi dubium An & cui sit dandum mandatum de manutenendo, quod ad fauorem Episcopi resolutum fuit etenim illius possessio † non solum
1 elicitur ex retentione in decreto, & motu proprio ante dicta eidem concessa, quæ possessionem præcedentem supponit non secus, ac priuatio habitum, sed vlterius euidenter probatur, tùm ex instantijs factis ab eodem Abbate, & Canonicis contra Episcopum coram diuersis iudicibus pro reintegratione *Rot. coram Gregor. dec. 365. num. 1. & dec. 458. nu. 3. & seqq. alias sæpissimè.*

Tum maximè ex concordia inter eosdem, & Episcopum inita de anno 1661. in qua Abbas Prior, & Canonici renunciando quibuscunque litibus, & actionibus quietan. liberant & dimittunt atque in vsu, & pacifica possessione quæstionatæ Præposituræ conseruare, & manutenere promittunt dictum D. Episcopum, ex quo de dispositione Apostolica sufficienter docuit Summario Episcopi *nu. 2.*
2 huiusmodi enim libera & positiua Abbatis, & Canonicorum confessio quasuis alias probationes superat, & possessionem dict. Episcopi in controuertibilem facit *l. cum te C. de transact. cap. per tuas de probationibus, & in his terminis late Posth. de manut. obseruat. 19. num. 11. & seqq.*

Non obstat possessio capta ab Abbate & Canonicis vigore sententiæ Archiepisc. Gnesnen., quia cum dict. sententia tanquam reuocatoria alterius latæ à Nuncio Apostolico esset de sui natura appellabilis, & in effectu ab ea in tempore appellatum fuerit *dict. Summario nu. 4. litt. A, & B,*
3 possessio illius vigore capta remanet nulla & attentata, & per consequens non est manutenibilis *l. improba C. de acquir. possess. Rota penes Posth. de manut. dec. 337. n. 7. & alias sæpè.*

Prout nec minus facit, quod d. præpositura vti beneficium regulare sit amouibilis, quia
4 omisso, quod † dum illa confertur mediante Canonica Capituli electione habenda est tamquã dignitas, nec est reuocabilis, vt distinguendo inter beneficia claustralia, & conuentualia notat *Lotter. de benef. quæst. 33. num. 63. &*
5 *seqq. lib. 1.*, maximè † quando prout in hoc casu non est ordini pleno iure subiecta sed ius instituendi, & destituendi spectat ad loci Ordinarium *Tambur. de iure Abb. tom. 3. quæst. 8. disp. 9. nu. 3. in fine.*

Visa fuit DD. in præsenti cessare omnis difficultas, quia non versamur in simplici regulari obedientia, sed in regulari promoto ad Episcopatum cum retentione motu proprio
6 Indulta à Summo Pontifice † de cuius potestate sicuti non est dubitandum ita de eiusdem voluntate constat ex motu proprio & decreto prætatis, neque est in hoc Iudicio possessorio ex professo disputandum.

Et ita vtraque &c.

R. P. D.

R. P. D. BOVRLEMONT

Romana Donationis.

Lunæ 22. Martii 1666.

ARGVMENTVM.

Locorum montium fructus pro filiorum alimentis donati ſemper ſunt filijs obligati, ſiue in dominio donatarij patris, ſiue donantis conſiderentur. Loca montium præſumuntur cum ſuis fructibus extare, & ſub depoſito remanere.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus aſſumit naturam illius, in cuius locum ſubrogatur.*
2 *Fructus locorum montium pro filiorum alimentis donati ſemper ſunt obligati filiis, ſiue conſiderentur in dominio patris donatarij, ſiue donantis.*
3 *Mandatum relaxari debet pro debito obligationis Camerali vallato.*
4 *Creditor recipiens in ſolutum fructus, verus illorum efficitur dominus.*
5 Deciſio 232.part.8.recent. *in quibus terminis loquatur.*
6 *Loca Montium cum ſuis fructibus præſumuntur extare, & ſub depoſito remanere.*
7 *Dos ſemel detracta amplius detrahi non valet.*

DECISIO CCCCXLVII.

RESOLVTVM fuerat ſub die 18. Iunij 1657. coram Reuerendiſſimo D. meo Papien. & iterum 15. Iunij 1663. coram R. P. D. meo Priolo deberi alimenta filijs Gaſparis Iordani in menſtruis ſcut. 15. & mox coram me in præfati R. P. D. mei Prioli vices ſubrogato ſuper hoc articulo alimẽtorum conceſſa ſupradictis filijs expeditio in relationibus cauſarum habitis 29. Iulij 1665. petitum fuit relaxari mandatum ad effectum ea conſequen. ex fructibus locorum montium alias conſignatorum q. D. Benedicto Gaſtaldo cum obligatione ea cum fructibus reſtituen. prioribus & potioribus aliiſque quibus Rota mandauerit ſe ſe oponente R. P. D. Gaſtaldo ordinatum fuit diſputari dubium an alimenta eſſent ſubminiſtran. ex fructibus locorum montium, ita vt eſſet relaxan. mandatum, quod hodie pro Iordanis fuit reſolutum.

Stante illorum enim paupertate & bono iure abundanter probatis in deciſionibus editis ſuper hoc articulo alimentorum, in hac diſputatione ſupponendis ſequebatur fructus horum locorum mõtium eſſe obnoxios huic poſſeſſioni ea enim cum fuerint empta ex pretio fundaci, & mercium alias á Guido aſſignatarum Gaſpari filio in ſatisfactionem præcedentis donationis ei factæ in ſumma, ſcut. 12. cum expreſſa ſubrogatione rei venditæ ex qua fuerat pretium retractum, vt in *Summario actorum num. 1.*, vtique tranſierunt in d. Gaſtaldum cum eodem onere alendi filios Gaſparis cũ quo ad Gaſparem tranſierat fundacus ex cauſa donationis, in qua etiam filij erant compræhenſi, vt ex deciſionibus huius cauſæ ſuper articulo donationis, & ideo ſicut ex mercibus deberentur alimenta, quia debentur ex re in controuerſia deducta quales ſunt merces dum fuerunt venditæ, & prenũ de ordine Rotæ inueſtitum *l. vltima prope fin. C. de ordin cognit. ibique Salicet num. 2. verſic. nota bene & fuſius Add. ad Buratt. deciſ. 707. numer. 4. verſic. cum non niſi*, ita ex fructibus locorum
1 montium debentur, quia per † ſubrogationem eorum naturã in omnibus aſſumpſerat, vt conſuluit ad propoſitum *Tuſc. conſ. 232. numer. 2. lib. 2. Natt. conſ. 346. ſub num. 3. verſ. & quod ſubrogatus Grat. diſcept. Forenſ. 719. num. 9. & ſeq. Rota poſt Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 232. numer. 24. & ſeq. & in deciſ. 320. num. 1. & 2. part. 5. & deciſ. 459. numer. 12. part. 9. recent.*

Nec obſtat quod merces tranſierint in Dominium Gaſparis, & ideo eo viuente nõ poſſint filij quicquam prætendere ex fructibus locorum montium emptorum ex illorum prætio, ſed ipſi fructus ſpectent ad Creditores.

2 Quia ſiuè † conſiderẽtur in dominio Gaſparis donatarij, ſiuè Guidi donantis ſemper ſaltem fructus ſunt obligati filijs pro alimentis, & quia Guidus donauit Gaſpari & filijs, & quia Gaſpar ſe obligauit in forma Cameræ ad omnia in dicta donatione contenta ſicque etiam ad conſeruan. donationem ad fauorem filiorum, qui in vim dictæ obligationis ſunt anteriores Credito d. Gaſtaldi *Rota dec. 40. num. 14. & ſeq. part. 9. recent. & dec. 36. nu. 7. & 8. poſt Merlin. de pignor.*

3 Et ideò † ſtante obligatione Camerali D. Gaſtaldi de reſtituen. ad omne mãdatum Rotæ loca montium eidem pro ſuo credito poſteriori aſſignata ab A. C. non dubitarũt DD. eſſe relaxan. mandatum, vt de ſtylo ſeruatur & dixit *Rota dec. 12. n. 1. poſt Zacch. de oblig. Cam. & alibi paſſim*,

Non attento quod eius obligatio ſit qualificata cum clauſula prout de iure, & de iure
4 fructus † bonorum ſpectent ad Creditorem, qui per receptionẽ in ſolutum effectus eſt verus illorum Dominus, & ideo ſecit fructus ſuos ex *deciſion. 232. per tot. par. 8. recent.*

5 Quia † deciſio loquitur de Creditore, qui receptam pecuniam in ſolutum inueſtiuit in locis montium cum obligatione reſtituen. eandem pecuniam non loca montium, vt patet *num. 1. & 2.*, & ideo non mirum ſi fructus locorum montium dictum fuit ſpectare ad Creditorem, & ex eius induſtria quæſiti, nec in eius obligationem de reſtituen. compræhenſi, hic verò ſumus in caſu, quo Gaſtaldus recepit loca montium cum vinculo, quod illa ſtare debeant loco cautionis de reſtituen. poſtioribus & potioribus Creditoribus, & cum expreſſa obligatione reddendi etiam fructus, & ideo non eſt ambigen. quin veniant reſti-
6 tuen, fructus cum † præſumantur dicta loca cum ſuis fructibus extare & ſub depoſito remanere *ad l. 2. ff. de vſufruct. earum rerum quæ vſu. & Caſtrenſ. conſ. 285. in prine. verſic. quia*

cautio

cantio præstita lib. 1. Franc. decis. 75. num. 9. Rota decis. 329. nu. 7. part. 4. tom. 1. & post cenc. de Cens. dec. 384. num. 6. & coram bon. mem. Merlin. decis. 773. numer. 5.

Nec demum obstat quod D. Gastaldus habeat obligata iura dict. Annæ pro scut. 4. mil. quæ sicuti posset tanquam Creditrix anterior pro sua dote scut. 10. mil. filias repellere, ita possit ipse, qui in matris iuribus successit.

Quia cum mater non potuisset agere nisi pro scut. 4. mil., quæ solum fuerunt data in pecunia, & non pro reliquis 6000. consistentibus in stabilibus nunc penes eandem existentibus, & fuit ex effectibus fundacalibus satisfactus Aloysius Creppius Creditor anterior d. Gastaldi, qui eandem D. Annã habebat obligatã pro rata simili scut. 4. mil. amplius molestari, vt fuit decisum in Romana pecuniaria 4. Iulij 1647., §. final. coram Reuerẽdissimo D. meo Papien. ita nec à d. Gastaldo, qui
7 venit ex illius iuribus † semel enim detracta ex tumulato detrahi non potest *per text. in l. bona fides, ff. de reg. Iur. Rot. dec. 580. n. 4. cor. sa. me. Greg.*

Et ita alimenta esse subministran. ex fructibus locorum montium, & relaxan. esse mandatum, vtraque parte informante decisum fuit.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana, seu Albanen. Dotis,

Lunæ 22. Martij 1666.

ARGVMENTVM.

Obligatio vera, & perfecta inducitur ex simplici promissione donandi fauore dotis, & matrimonii, & hæc donatio ob causam facta filio, licet sub patris potestate existat, non est prohibita Obligatio Cameralis omnium bonorum hypothecam continet.

SVMMARIVM.

1 *Promissio donandi fauore dotis, & matrimonij parit eandem obligationem ac vera, & perfecta obligatio.*

2 *Donatio propter nuptias doti æquiparatur.*

3 *Dotis constitutio, & donatio propter nuptias, sine scriptis potest efficaciter promitti.*

4 *Testis vnicus qualificatus sufficientem probationem ad dotis promissionem sustinendam præbet iunctis adminiculis, quæ leuia sufficiunt & num. 5.*

6 *Promissio facta sponsa contemplatione certi matrimonij, ius ei, eiusque filijs, & viro irrenocabiliter acquirit.*

7 *Donatio inter patrem, & filium in eius potestate existentem est prohibita, & inualida, ne pater dicatur sibi ipsi donare.*

8 *Assignatio peculij filio facta à patre in administrationem conuertitur.*

9 *Donatio facta filio ob certum matrimonium non est prohibita, licet filius sit sub potestate patris.*

10 *Donatio, quando nihil fuit de peculio expressum debet dici plena cum translatione dominij.*

11 *Hypotheca non solum verbis generalibus, & indefinitis, sed etiam ex verisimili contrahentium mente inducitur.*

12 *Obligatio Cameralis continet hypothecam omnium bonorum.*

DECISIO CCCCXLVIII.

PERSISTENDVM in decisis 1. Iulij proximipræteriti coram me dixerunt hodie Domini quia iterum visum est iustum mandatum ab Angela obtentum contra Io. Baptistam Socerum pro consequendis ab eo sc. 1000., quæ donare promiserat Carolo eius filio defuncto intuitu Matrimonij cum ea contracti.

Nam quamuis esset simplex promissio donandi, de qua nec per publicum Instrumen-
1 tum constaret, quia † tamen processit fauore dotis, & Matrimonij habet eandẽ vim eãdemque parit obligationem, ac vera & perfecta obligatio, vt *per text. adductũ in alia decisione sub §. 1. & Rota in Romana donationis 21. Maij 1657. coram bon. mem. Verospio §. 1.* quia in dotis constitutione & donatione propter nuptias, quæ
2 doti † in hoc æquiparatur, §. *est & aliud instit. de donat. & l. vbi adhuc C. de Iur. dot. & in decisione quæ resideturr, §. quia semper in fine,* non requiri-
3 tur Scriptura, & † vtraque sine scriptis potest efficaciter promitti *per l. vnic. §. & vt pluries vers. nemo put. C. de rei vxor. act. & l. allionem, C. de dot promiss. Fontanell. de pact. nupt. claus. 3. glos. 6. nu. 37. cum alleg. in prima decis. sub dicto §. quia semper.*

Nec potuit dubitari de huius sponsionis veritate dum de ea iudicialiter testabatur nobilis Matrona cuius mediatione Matrimonium fuerat conclusum præcedente speciali illa promissione assignandi sponso scut. 2000., sine qua sponsa honestioris familiæ viro sibi in-
4 hoc impari non nupsisset ex † cuius Testis, & testimonij qualitate sufficientem elici probationem dixerunt ad propositum *Cyriac. contr. 29. num. 16 & seq. & Fontanell. vbi supra num. 36. & Rota pluries in prima decisione citata, & præcisius coram Seraph. dec. 676. numer. 2. & decis. 1161. nu. 6. & 7. & dec. 1221. num. 2. & in Romana pecuniaria 9. Iunij 1659. coram bo. mem. Verospio, §. qua sunt.*

Concurrentibus præsertim tot adminiculis de quibus in alia decisione, §. aliundè qui etiã si essent leuiores prout in hoc casu sunt præ-
5 cisi, & Vrgentes † adhuc indubia redderetur probatio, de qua agitur vt admittit etiam *Ioseph. Ludouic. dec. Perus. 95. nu. 35. & seq. in contrarium citatur etiam Rota coram Burat. dec. 775. nu. 3 & seq.*

Nec subsistit quod versemur in simplici pollicitatione cuius vigore nulla queri potuit actio absentibus, Imò præcessit vera promissio facta Sponte contemplatione Matrimonij alias sine tali donatione non contrahendum
6 eique † Ideo eiusque filijs, & viro fuit irrenocabiliter ius quæsitum, vt abundè fuit firmatum in decis. quæ resideturr & late firmat *etiam Menoch. conf. 92. nu. 63. & pluribus seqq. & plenè dixit Rot. decis. 58. fere per totam part. 6. rec.*

Minus

7 Minus releuat, quod † hæc donatio fuerit inualida, vti prohibita inter Patrem, & filiũ in ſua poteſtate exiſtentem ne Pater ſibi ipſi donare dicatur *vt ait Arpt. conſ. 17. num. 4. Pariſ. conſ. 16. num. 19. lib. 6. Seraph. de priuil. inram. princ. 73. in princ.* quodque in omnem caſum res
8 dicatur in aſſignatione cuiuſdam peculii † vnienei filio in adminiſtrationem conuerti, vt tradit *Mareſcot. var. reſol. lib. cap. 58. num. 5. & 6. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap. 2. gloſſ. 12. part. 1. num. 5.*

Quia ad primum reſpondebatur regulam non procedere in donatione facta ob certum
9 Matrimonium, quæ non eſt prohibita licet filius ſit ſub Patris poteſtate *ad text. in l. diui C. de nat. liber. Guidop. dec. 145. num. 2. verſ. ſed. his non obſtan. Vincen. de Franch. dec. 205. num. 1. & 2. & ſeq. Paſcal. de patr. poteſt. par. 1. cap. 4. num. 36. Aliegrad. conſ. 7. nu. 18. & 19. lib. 1. Rota in Romana donationis 4. Decembris 1661. cor. R. P. D. Beuilequa. &c.*

Et ſecundum ceſſabat quia licet Pater cogitauit de vera, & plena donatione cum tranſlatione Dominij, & de tali etiã cogitauit ſi ōta quæ vt diximus alias non contraxiſſet vnde licet aſſerebatur Carolum donatarium debere cum dd. peculijs incumbere rei agraſie cauſa tamen donationis fuit principaliter matrimonium ad effectum æquandi diſparitatem coniugum nec vllo modo fuit de peculio,
10 quidquam † expreſſum, vel cogitatum quo caſu donatio dici debet plena cum trãſlatione Dominij vt bene *Rot. dec. 387. num. 7. & pluribus ſeq. par. 9. rec.*

Quod defectum hypothecæ ſatisfuerat in prima deciſione reſponſum vbi ex pluribus fuit firmatum de ea hic dubitari non poſſe, quia ne dum verbis generalibus, & in definitis quin & ex verſimili contrahentium mente inducitur *per tex. in l. Creditor la prima § poſt diuiſionem C. qui pot. in pign. hab. & Rota deciſ. 189. nu. 11. verſ. ſufficit etiam poſt Zacch. de obligat.*
12 *Camerali*, quæ ex † vulg. continet hypothecam omnium bonorum.

Et ita ſtandum in deciſis vtraque parte &c.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Lucana Prioratus.

Veneris 26. Martii 1666.

ARGVMENTVM.

Beneficium ſub reſeruatione Apoſtolica cadit, quando non conſtat de augmento vſque ad medietatem totius dotis. Diſtributiones quotidianæ dotis appellatione continentur, quæ largo modo dici poſſunt fructus beneficij, In Collegiatæ erectione quid requiratur, & alia de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus beneficij petendi non poteſt, quando non conſtat de augmento vſque ad medietatem totius dotis, & ſub reſeruatione Apoſtolica comprehenditur.*

2 *Beneficium ſub reſeruatione non cadit, quando titulo oneroſo acquiſitum fuit.*

3 *Diſtributiones quotidianæ ſub dotis titulo non continentur.*

4 *Prabenda eandem habens ingentitudinem & diſtributiones quotidianas earum naturam aſſumit.*

5 *Diſtributio quando ſit abſidiorum ſeruitij intereſſentia diuinis dicuntur diſtributiones quotidianæ.*

6 *Diſtributiones quotidianæ dotis appellatione continentur.*

7 *Diſtributiones non lucrantur, niſi ij, qui in choro interſunt.*

8 *Diſtributiones continentur quando agitur de dotare, & reſeruatione penſionis, aut de ſuperluerandis fructibus in abſentia.*

9 *Diſtributiones quotidianæ largo modo dici poſſunt fructus beneficij.*

10 *In Collegiata erectione quæ requirantur, ad conſtituendum capitulum.*

11 *Reflore fructus percipiendi ex certis redditibus, ſiue ex diſtributionibus, & incertis ſemper dyt beneficij repræſentantur.*

12 *Modus diuerſus lucrandi non diuerſificat finem, ad quem lucrum recipitur.*

13 *Diſtributiones tanquam incertæ loco dotis computari nequeunt.*

14 *Diſtributiones non poſſunt dici incertæ, quando non pendent totaliter à futuro euentu, vel accidenti.*

15 *Ratio non eſt habenda de negligentia titularis, ſi aliquando in choro non interfuerit.*

16 *pro Primone ſuſtinenda neceſſitas ponderanda eſt reſpectu Eccleſiæ non beneficiati, & ſuffecit neceſſitas moralis conſiderata reſpectu Eccleſiæ, &c. num. 17.*

DECISIO CCCCXXXXIX.

PONDERATIS per tres vices, & exactè diſcuſsis rationibus in vtraque deciſione deductis pręualuerunt apud Dominos, & magis firma viſa ſunt fundamenta primæ cum enim iuſtificata ſit cauſa in Breui contenta, conſtito quod Blaſius vltimus poſſeſſor prioratus obierit in menſe Auguſti Apoſtolicæ Sedi reſeruato potuit vtique Dominicus ab eadem Sede prouideri quia exinde reſultat reſeruatio, quæ non ceſſat ex eo, quod agatur de iurepatronatus laicorum quia cum ex priuilegio, & gratia à Leone X. Octuccijs conceſſum appareat Succeſsiuè reuocatum fuit à Conſtitutione tertia Adriani VI., proinde-
1 que † dum non conſtat de augumento vſque ad medietatem totius dotis ſub dicta reſeruatione comprehenditur, *vt probat Gonzal. in reg. 8. gloſſ. 18. num. 18. Vinianus de Iurepatr. lib. 2. cap. 5. num. 2. verſ. nam ſecundum Conſtitutiones, & ſeqq. Rota deciſion. 88. part. 1. recent., & in Lucana Beneficij 3. Iulii* 1654. §. *verum fuit coram Beuilequa.*

Et licèt informantes pro Arnolphino titulum oneroſum ducerent ex augumento do-
2 tis prioratus, † quo ſtante ſub dicta reſeruatione non cederet placuit tamen Dominis reſponſio in prima deciſione deducta, quod ex ſimplici augumento ſtariorum 20. tritici valoris ducatorum ſex titulus oneroſus reſultare

re non potest ex ibi deductis, replicatio autem
3 quod distributiones † quotidianæ non essent, augendæ ex quo sub titulo dotis non continentur in præsenti facti specie expluribus non visa est Dominis subsistere posse, Primo quia in erectione Collegiatæ supradicta quantitas stariorum 20. non fuit Priori pro præbenda absolute, & simpliciter assignata, sed cum ea conditione, & qualitate, quod nisi Prior resideat, & diuinis interfit, nihil percipiat quę
4 operantur, vt cum præbenda, eandem habeat incertitudinem, ac distributiones quotidianę & cum eodem onere interessentiæ Diuinis percipiatur eorum naturam assumat *iuxt. decis. Caputaque 29. par. 2. Seraph. dec. 1140. num. 2.* vbi
5 quod quando distributio fit considerato seruitio interessentiæ in choro, dicuntur distributiones quotidianæ. Et inde sequitur Prioratum nullos fructus certos habere, quos ratione ipsius tituli Canonicè lucretur, & consequenter distributiones quotidianæ, sine du-
6 dubio dotis appellatione continentur, vt probat *Dectan. resp. 43. num. 14. & seqq. lib. 1. Rota apud Burat. dec. 411. num. 7. & 8. præter relatos in prima decis. §. hinc non aduersatur resolutum fuit in Romana pensionis 18. Febr. 1664. & 20. Martij 1665. vtrobique §. fin. coram R. Nimot., & 1. Iulii eiusdē anni §. minus facit coram R. P. D. Ottalora.*

Non satisfacit responsio postremæ decisionis, quod verba illa: nihil percipiant intelligenda sint de residuo fructuum pro distributionibus assignatis non autem de præbenda, quia repugnat hic intellectus expressis verbis Bullæ erectionis in qua post quam Leo X. hoc modo disposuit. Ita quod Prior, & singuli Canonici &c. nisi in ipsa erecta Ecclesia resideant, & diuinis interfint ex illis fructibus redditibus, & prouentibus nihil percipiant, si vero in eo resideant Prior 20. & singuli Canonici &c. decem staria grani &c. annuatim percipiant. Residuum verò dd. fructuum pro quotidianis distributionibus inter Priorē &c. ac æqualiter inter Canonicos distribui debeant, dum enim post inflictam pœnam priuationis in casu omissæ residentiæ sequitur assignatio incontrario casu, quæ litteraliter loquitur de præbenda stariorum 20. hinc retento eodem themate procedit pœna præcedens ipsam prębendam, vtique comprehendere debet, quod comprobatur, tum quia responsum distributionum quotidianarum superfluum erat hanc pœnam imponere, quia ex dispositione Iuris satis intelligitur, dum-
7 nisi ab interessentibus † non lucrantur *cap. vnic. de Cleric. non residen. in 6. Germin. cons. 85. nu. 18. Spad. cons. 147. num. 18. lib. 3. Rota decis. 113. n. num. 2. coram Seraph. & dec. 135. num. 3. part. 10. rec.* Tum quia cum Iuxta sensum Arnolphini appellatione fructuum reddituum, & prouentuum distributiones quotidianæ non cōtineantur necesse est, vt præbenda significetur & verba nihil percipiant illam immediate præcedentem qualificent ex relatis *In Leodien. Canonicatus 28. Iunij 1665. §. hæc enim in fine verb. nem. Verospio.*

Secundo quia infacti contingentia ad effectum, de quo agitur valde interessee dicebant Domini cum versemur in materia odiosa, & exorbitanti, non autem infauorabili, & quę latam recipit Interpretationem. Primo enim casu quo agitur de regula de valore de reseruatione pensionis, aut de superlucrandis in absentia fructibus, & similibus tunc di-
8 stributiones continentur, vt in his terminis procedunt DD. in postrema decisione relati, & in specie *Rota coram Puteo dec. 455. lib. 2. & in Romana pensionis 13. Maij 1645. coram R Papien.* Altero autem In quo versamur, dum agitur de materia fauorabili constitutionis dotis Ecclesiæ, & hanc manutentionem in sua originali libertate, & non subijciendi Patronatui familiæ de Orsuccijs sublata significatione distributiones comprehenduntur, & colligitur ex textu *in cap. cum non deceat 30. de elect. in 6. & firmant Couarruu. var. resol. lib. 3. cap. 13. num. 1. Mouet. de distribut. quotid. part. 1. quæst. 6. num. 13. Rota coram Puteo decis. 223. num. 3. lib. 1. & in rec. dec. 24. num. 15. part. 3. & hanc distributionem in his terminis firmant. Barbos. de Canon. & dignit. c. 21 num. 8. vers. & si quæratur de ratione differentiæ dec. 225. num. 4. vers. Tum, & 3. part. 4. tom. 2. & annot. ad decis. 576. num. 50. & 67. part. 4. tom. 3. rec.*

Tertio quia ex bulla erectionis constat de voluntate Leonis X. assignandi pro dote Collegiatæ omnia bona ad Ecclesiam S. Michaelis siue cura, & Parochialem quæ in Collegiatam erigebatur spectantia annua staria. 200 frumenti à Confratribus assignata, nec non dotē à Nitolao, & Orsuccio pro duobus Canonicatibus tradita quæ omnia simul iuncta, & incorporata idem Pontifex applicauit pro victu, & sustentatione Prioris octo Canonicorum, & septem Cappellanorum, vt tres
10 cum Priore Capitulum constituant quod est primum requisitum in erectione simili Iuxta formam traditam *à Lambertin. de Iurep. part. 1. quæst. 5. in princ. art. 1. nu. 19. vers. secundus est casus Viuian. de iurepatr. lib. 2. cap. 4. nu. 32. Rota in Messanen. erectionis in collegiatam 27. Iunij 1661. §. assignatio enim coram R. Decano*, & proinde cum omnes prouentus pro dote originaliter assignati fuerint ex successiua diuisione partim pro præbenda (vt contendit Arnolphinus) & partim pro distributionibus quotidianis nō alterauit primæuam dotis naturam, cum ad hunc effectum sufficiat, quod pro necessario Clericorum victu omnes prouentus assignati fuerint quo casu siue rector illos percipiat ex
11 certis redditibus siue ex † distributionibus, & incertis semper dos Beneficii reputatur *Duran. in suo discursu relato in ord. dec. 285. num. 96. & seqq. & firmauit Rota coram ipso dec. 431. num. 6.*
12 Quia diuersus † lucrandi modus non diuersificat finem ad quem lucrum recipitur, & destinatum fuit vt per *Sanchez. cons. mor. lib. 2. cap. 2. num. 4.*
13 His firmatis non resistit, † quod distributiones tāquam incertæ loco dotis computari non possint, tum quia distributiones de qui-
14 bus agitur penitus † incertæ dici nequierunt cum non pendeant totaliter ab euentu, & accidenti, sed percipiantur ex certis corporibus

& fun-

& fundis fructibus ad hunc effectum destina-
15 tis, nec † de socordia, aut negligentia titularis (si quandoque Choro non interfit) est habenda ratio, vt per *text. in l. si iacturaretis 13. ff. de act. empt. probat Lotter. de re benef. parte 1. q. 30. n. 37.*

Tum quia cum agatur de statuto, & præiudicio Prioratus, certitudo, vel incertitudo non debet considerari in ordine ad Priorē
16 sed respectu Prioratus, vt similis pro † sustinenda vnione necessitas ponderanda sit respectu Ecclesiæ non beneficiati est *text. in cap. exposuisti de præben. vbi Abb. num. 4. Rebuff. in prax. tit. de vnion. nu. 39. Rota in Lucana vnionis in rec.*
17 *dec. 174. nu. 1. vers. nam licet* † & sufficiat necessitas moralis considerata respectu Ecclesiæ *part. 10. & 15. Iunii 1650. §. 1. & 2. coram Eminentissimo Celso.*

Et ita persistendum esse in primo loco decisis responsum fuit causa ter proposita, & maturè discussa vtraque &c.

REVERENDISS. CERRO DECANO

Nunc S.R.E. Cardinali.

Romana Augumenti dotis.

Lunæ 29. Martij 1666.

ARGVMENTVM.

Ad hoc vt restitutio prætendi valeat probari debet ad illius manus rem peruenisse, qui restituere debet. Assertio propria an contra tertium ad fauorem hæredis probet. Mulier constante matrimonio præsumitur ex pecuniis viri bonorum acquisitionem fecisse ad effugiendam præsumptionem turpis quæstus.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio vt veniat faciendæ debet probari peruenisse rem ad illius manus, qui ad restitutionem teneri prætenditur.*

2 *Assertio propria non probat contra tertium ad fauorem hæredis nisi aliundè iustificetur, & num. 3. & 4.*

5 *Mulier non tenetur hæredi viri restituere effectus ad eius instantiam deliberatos, quoties illorum pretium in anteriorum creditorum satisfactionem erogatum fuerit.*

6 *Bonorum acquisitio facta à muliere constante matrimonio dicitur ex pecuniis viri facta ad effugiendam præsumptionem turpis quæstus.*

DECISIO CCCCL.

FIRMATO Credito Hieronymæ aduersus hæreditatem Bernardini viri in partitis descriptis in decis. edita coram me 18. Iunij 1663. relictis in suspenso prætensionibus hæreditatis contra Hieronymam discutiendis in dubio separato. Ideo hodiè dubium proposui ad quid Hieronyma teneatur erga hæreditatem Bernardini, & DD. dixerunt ipsam

non teneri restituere gemmas cum linea Margaritarum, quia non fuit probata existentia
1 penes eam, neque ad eius manus peruenisse † prout ad hunc effectum esse necessarium vt *text. in l. si creditor 4. de pignor. act. Alex. conf. 30. nu. 18. vers. apparet ergo lib. 6. Rota dec. 250. num. 1. part. 3. rec.*

Talem autem probationem non concludit schedula reuocatoria testamenti à Bernardino facta, in qua dixit quod si Hieronyma velit quartum dotale *restituisca le gioie, che tiene del mio con vn gioello in pegno di Monsignor Gouernatore*, quia omissis aliis, quæ ab informanti-
2 bus deducebantur huiusmodi assertio † non probat contra tertium ad fauorem Rosei hęredis nisi aliundè iustificetur, vt sunt textus
3 expressi *in l. rationes 6.* ibi † *rationes defuncti, quæ in bonis eius inueniuntur ad probationem sibi debitam quantitatis soluta sufficere non posse, sapius in scriptum est, & l. exemplo 7. C. de probat., & in*
4 *l. fin. ibi iniquum † esse perspeximus, vt sub propria annotationis manu vnusquisque sibi faciat debitorem C. de conuenien. fisc. debit. lib. 10. Rota dec. 896. nu. 4. part. 4. tom. 2. rec.*

Similiter nec etiam tenetur ad restitutionem scut. 550. ex quibus empta fuerunt 4. vaccæ, quia licèt ad eius Instantiam fuerint subhastatæ, & deliberatæ pretium tamen ex eis exactum, vt constat ex Summario *nu.* 6. fuit erogatū in satisfactionem plurium Cre-
5 ditorum anteriorum, & potiorum † Ideoque in ipsis condemnari non potest, vt benè ad propositum ratiocinatur, *Rota post Possib. de subhast. decis. 89. vers. nam eadem solutiones.*

Quo verò ad alia scuta 550. pro emendis 20. bobus, & scut. 555. ex quibus empta fue-
6 runt loca quinque cum talis † acquisitio facta fuerit ab ea constante Matrimonio dicitur ex pecuniis viri prouenisse ad exclusionē turpis quęstus secundum vulgatam præsumptionem *l. quintus mutius ff. de donat inter virum & vxor. de qua benè Rota coram Card. Seraph. dec. 967. num. 6. & alibi passim*, & in omnem casum difficultas cessat ex facto, quia in ordinibus per eum directis Sacr. Monti Pietatis datis in Summario *nu.* 5. fassa fuit dd. pecunias verè esse dotales, ibi *sono delle mie dotali*, Vnde vel hæc Inuestimenta debeant recipi in computum Dotis, vel illa efficiuntur mariti, & ad illius pertinent hæreditatem.

Igitur fuit conclusum Hieronymam teneri erga hæreditatem pro summa scut. 1482. exacta à Ioanne Tarazzo, nec non in scut. 775. 85. ab alijs debitoribus hæreditatis, & demum in supradictis duabus partitis consistentibus in emptione 20. boum, ea quinque locorum Montis Nouennalis, & in reliquis ad alia non teneri.

Vnica tantum parte &c.

R. P. D. OTTALORA.

Bononien. fideicommissi de Nascentoriis.

Lunæ 29. Martij 1666.

ARGVMENTVM.

Dotis causa fideicommissum alienatum remanet liberum ab omni onere fideicommissi Legatum quando sit inutile. Testator mandans sõlui dotem ex fructibus non impedit detractionem illius ex bonis fideicommissariis. Inuentarium an tertijs possessoribus præiudicium inferre valeat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum detractum ex causa dotis ab omni fideicommissi onere remanet exemptum, & est ac si nunquam fuisset fideicommisso subiectum.*

2 *Fideicommissario immissio contradi nequit, quando clarè de fideicommisso non constat.*

3 *Testator mandans solui sua debita ex redditibus bonorum videtur noluisse comprehendere dotem vxoris, cuius restitutionem particulariter iniunxit.*

4 *Legatum est inutile, si ex ipso vsufructu satisfactionem propry crediti legatarius consequi debet.*

5 *Dos solui debet ex proprietate, non ex fructibus.*

6 *Testatoris præceptum de soluenda dote ex fructibus non impedit detractionem illius ex bonis fideicommissarijs.*

7 *Pars dimidia bonorum vxori à marito relicta vltra dotem, legatum censetur.*

8 *Dominij perfectio quando pendet à casu melius est vti titulo vsusfructus, quam dominij.*

9 *Enunciatiua simplex præiudicare non potest veritati.*

10 *Inuentarium tertijs possessoribus præiudicium inferre non potest.*

11 *Pactum à partibus conuentum, & requisitum est omnino adimplendum.*

DECISIO CCCCLI.

DOMINI censuerunt non esse procedendum ad vlteriora in executione mandati de Immittendo concessi Angelo Mansio vti fideicommissario Rayneri super prædio existenti in communi S. Iouannis in Triario in loco nuncupato la Montanara, quia fuit datum insolutum Andromachæ Vxori fideicommissariæ in satisfactionem suæ dotis, & ideo male debitum erat etiãm ex fideicõmisso soluendum vt resolutum fuit 11. Ianuarij 1649. §. nec releuat coram Reuerendissimo
1 Papien., adeò † vt ex hac causa fideicommissum detractum ab omni fideicommissi onere exemptum remanserit ac si nunquam fuisset fideicommisso subiectum, *l. mulier §. cum*
2 *proponeretur ff. ad Trebell.* Qua † propter super eo fideicommissario Immissio concedi non potest, *Rota dec. 299. n. 3. part. 1. & 312. nn. 45. part. 6. rec. & coram Eminentiss. Ottobon. decis. 225. num. 9.*

Nec obstat quod pro dote Andromachæ non possent alienari bona stabilia, sed eam esse soluendam, vel ex fructibus, & redditibus hæreditarijs ex præcepto Testatoris, vel ex pecunijs etiam numismaribus aureis, & argenteis in hæreditate relictis valoris lib. 18459.

3 Nam Testator † mandans solui sua debita ex redditibus bonorum noluit comprehendere dotem Vxoris cuius restitutionem discretiuè, & particulariter iniunxit hæredi, *Rota dec. 326. nn. 5. part. 6. rec. & in Bononien. bonorum 18. Martij 1652. §. fin. coram bon. mem. Dunozetto.*
Deinde vsumfructum medietatis suorum
4 bonorum Andromachæ reliquit quod † legatum fuisset inutile, si ex ipso vsufructu satisfactionem proprij Crediti consequi debuisset, *vt notat Gozzadin. cons. 94. num. 26. vers. quam legatum Buratt. cons. 123. num. 12. lib. 1. Borgnin. Caul. de Vsufr. Mulier. relict. num. 219. Gasp. Thesaur. quæst. forens. cap. 31. num. 3. lib. 2. Add. ad*
5 *decis. 638. num. 52. part. 4. tom. 2. rec.* vltra quod † dos solui debet de proprietate non ex fructibus *leg. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell.* & † præceptum Testatoris de soluendo
6 etiam ex fructibus non impedit huiusmodi detractionem, *Rota in Esina bonorum 18. Martij 1652. coram bon. mem. Dunozetto cum aliis adductis per Adden. ad Buratt. decis. 509. numer. 6. & Bononien. bonorum 18. Martij 1652. coram R. P. D. meo Decano.*

Cæterum dimidia pars pecuniarum, & numismatum in hæreditate relictorum cum assignata fuerit Andromachæ tanquam vsufructuariæ medietatis omnium bonorum tam mobilium, quam immobilium vltra
7 dotem ab eius marito relictam, & † ita vtraque legatum censetur *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 5. num. 32.* & licèt ex alia dimidia ad Alexandrum hæredem scriptum spectante dotis solutio facta non fuerit, tamen ex hoc non sequitur nullitas actus respectu creditoris, cui fuit per hæredem aliter satisfactum, quam per distractionem mobilium *Pey. de fideic. q. 8. n. 14.*

Parum refert quod Andromacha post datione in solutum prædium locauerit, vocauerit se illius Vsufructuariam, & non Dominam quia dationi in solutũ fuit adiectũ pactum redimendi infra terminũ septẽ annorũ,
8 qui durabat. Vnde nihil mirum † si maluerit potius vsusfructus titulo, quã Dominij vti, cuius perfectio pendebat à casu neglectæ redemptionis *Mantic. de Tacit. lib. 4. tit. 32. num. 3.* Tum quia dationis in solutum adest publicũ Instrumentum Summario Hospitalis *num. 2.*,
9 & ita non valet dicta † enunciatiua aliquod præiudicium inferre veritati *l. non Epistolis, & l. nec nudis C. de probat. Duran. decis. 98. numer. 1. Rota in Barchinonen. Parochialis, seu Vicaria 15. Iunij 1644. §. quia coram Eminentissimo Corrado.*

Minus releuat prædium ..... videri redemptum quod fuerit descriptum in Inuentario

tario bonorum hæreditariorum Alexandri
10 hæredis grauati, nam præterquam quod † Inuentarium tertijs poſſeſſoribus non præiudicat *Bart. in l. qui repertorium num. 6. ff. de adminiſtrat. tutor. Phaut. de Inuent. part. 3. numer. 10. & 16. Cyriac. contr. 25. num. 6. & contr. 321. nu. 6. & 492. num. 24. Rota deciſ. 800. num. 24. part. 1. diuerſ.* contrahentes noluerunt de actu redemptionis confici publicum Inſtrumentum d.
11 Summario *num. 2.*, † quod erat omnino neceſſarium, cum fuerit à partibus requiſitum *Rota in rec. deciſ. 545. num. 3. part. 4. & 477. num. 12. ead. part. 4. tom. 2. & deciſ. 561. numer. 3. & ſeqq. part. 6. tom. 2. & coram Buratt. deciſ. 234. num. 12.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. EMERIX.

Fæſulana Bonorum.

Lunæ 29. Martij 1666.

ARGVMENTVM.

Deſcendentia ex quibus probari valeat, & ex quibus interrumpatur præſcriptio Taciturnitas quando cauſæ deſertionem inducat, & alia de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Libri decimales, & arbor per gradus diſtinctos in ijs adnotata innctis partitis libri Baptiſmalis bene deſcendentiam probant.*
2 *Bonorum identitas ex illorum deſcriptione per teſtatorem facta, & ex libris cataſtri iuſtificari poteſt, & num. 3.*
4 *Fideicommiſſo purificato, & idēitate bonorum probata fideicommiſſario ſolet immiſſio concedi.*
5 *Leg. final. remedium, & alia poſſeſſoria per lapſum longi temporis remanent præſcripta.*
6 *Præſcriptio ex quibus interrumpatur.*
7 *Cauſa per taciturnitatem longiſſimi temporis reminiſcere non poteſt.*
8 *Cauſa deſertionem inducit taciturnitas, quando vel ex actis conſtat de claro non iure tacentis, vel ſuper deſertione lata fuit à Iudice ſententia.*
9 *Inſtrumentum recognitionis non probat bona eſſe emphiteotica, ſeu linellaria.*
10 *Linea primi inueſtiti adhuc durante deuolutione locus eſſe non poteſt.*
11 *Emphiteuta bonorum linellariorum inueſtituram probanti ex remedio* l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. *immiſſio in ijs indulgetur.*
12 *Ius accreſcendi ex quibus competat.*

DECISIO CCCCLII.

INTRODVCTA lite in Rota coram bo: me. Vbaldo, vigore ſpecialis cōmiſſionis ſan. me. Vrbani Papæ Octaui inter promotorem menſæ Epiſcopalis Fetulanæ ex vna, & Sibillam, matrem, & hæredem quondā Fabritij de Mormorais, ex altera fuerunt vſque de anno 1628. admiſſi ad cauſam Iacobus, & Alexander prætendentes ſe vocatos ad ſucceſſionē certorū bonorum tam vigore fideicōmiſſi quondam Pauli Sen. de Mormorais quā etiam vigore antiquarum inueſtiturarum, ſeu recognitionum annorum 1545. & 1575. vnde datum fuit dubium An illis ſit danda immiſſio, affirmatiuè hodie reſolutum, quia conſtat de fideicommiſſo litterali perpetuo, & reciproco ordinato per Paulum Sen. tam inter Iacobum, & Petrum illius filios legitimos, & naturales primo inſtitutos, quam etiā inter eorum filios, & deſcendentes per lineam rectam maſculinam in perpetuum adiecta ſtrictiſſima prohibitione alienandi, quia voluit eius bona perpetuo conſeruari, & remanere, apud dd. filios, & deſcendentes, nec aliter tranſire ad extraneos quam deficiente eius linea, Cippo, & familia, vt latius in Summario Iacobi, & Alexandri *numer. 1.*

Illius autem purificatio iuſtificata remanet, ex Petro altero ex inſtitutis natus fuit Fabritius, qui vltimo loco deceſſit ſine filijs, & deſcendentibus, vt explicitè faſſa eſt menſa Epiſcopalis capiendo, ex hoc capite poſſeſſionem bonorum de quibus agitur Summario *num.* 6. ex Iacobo verò natus eſt Paulus Iun. & ex hoc Iacobus, & Alexander actores, vt de ſingulis apparet ex libris decimalibus Ciuitatis Florentiæ cum arbore per gradus diſtinctos in iiſdem libris annotata innunctis
1 partitis librorum Baptiſmi dicto Summario *nn. 2. & 3.* quæ † omnia inſimul adminicula dum non concurrunt alij deſcendentes eorūdem Iacobi, & Alexandri deſcendentiam ſufficienter probant *Buratt. deciſ. 358. num. 9. in fine verſ. tum quia præmiſſis, & ibi Add. num. 11. & dec. 781. num. 6. Pen. dec. 1659. num. 7. cum aliis relatis in Lunen. Sarzanen. beneficij 10. Decemb. 1659 coram R. P. D. meo Albergato, & in Bononien. fideicommiſſi de Amorinis 18. Maij 1648. §. quod autem, & 4. Aprilis 1650. §. neque relenant coram Reuerendiſſimo Meltio.*

2 Identitas † verò bonorum reſultat tam ex illorum deſcriptione ſpecialiter facta per Paulum Seniorem fideicōmittētem in ſuo Teſtamento dicto Summario *num. 1.*, vt notat *Bal. conſ. 89. num. 3. lib. 1. Maſcard. de probat conſil. 778. num. 14. cum ſeqq. Rota deciſ. 312. num. 2. parte 7.*
3 quam etiam ex partitis librorum cataſtri, ſeu decimarū Ciuitatis Florentiæ Summario *n. 5. Petra de fideicommiſſis art. 44. num. 7. & Rota dec. 434. num. 1. & 4. parte 9. rec. & in Fauentina bonorum 9. Iunij 1664. coram Reuerendiſſimo Domino*
4 *meo Decano §. ſient enim & §. eo reſpectu* quibus † concurrentibus nunquam ſolet fideicommiſſarijs denegari Immiſſio *Rota deciſ. 330. num. 2. & 3. part. 5. & deciſ. 162. num. 7. part. 8. recent. & in Vrbenetana ſucceſſionis 19. Ianuarij 1665. coram me.*

Non obſtat quod ab obitu Fabritij ſecuto de anno 1625. vſque ad tēpus reaſſumptæ li-
5 tis effluxerint fere 40. anni ideoque † per lapſum tanti Temporis præſcriptum remanſerit remedium l. final. ſicuti quæcunque alia
6 poſſeſſoria, quia † cum de anno 1628. obtenta

fuerint cum immissione admissionis ad causã interrupta remãlit quælibet præscriptio *cap. fin. de præscript.* quæ non potuit reuiuiscere per
7 taciturnitatem longissimi temporis quia sententia de iure Canonico est perpetua *cap. penult. de Iudic.*, & † tum demũ taciturnitas in-
8 inducit desertionem quando vel ex actis constat de claro non iure tacentis, vel super desertione lata etiam sententia Iudicis, *vt declarando contrariam decisionem latè firmatur in Auenionem Legitimæ 30. Aprilis 1665. coram Reuerendissimo Domino meo Decano §. & hinc Domini.*

Sicuti nec etiam refert quod bona de quibus agitur sint emphiteutica seu liuellaria Ecclesiæ Fæsul. quæ secuta morte Fabritij illorum possessionem adepta fuit, ex capite deuolutionis ob lineam finitam dicto Sũmario *nu.* 6. quia præter quod Dominis non videbatur sufficienter probatum pro parte Ecclesiæ dum non exhibetur Instrumentum primordialis Inuestituræ, sed omnia Instru-
9 menta recognitionum quæ† adhũc effectum non sufficere tenuit *Rot. coram Caputaquen. parte prima decis. 280. per tot* præsertim quia, ex eisdem partitis decimarum constat à multo tẽpore factas dd. recognitiones bona prædicta fuisse possessa à Iacobo Sen. auctore Alexãdri, & Iacobi actorum, & ex illius persona deinde peruenisse ad eius descendentes.

Responsum fuit, quod cum in dicta recognitione, seu inuestitura anni 1545. Paulus Sen. illa recognouerit pro se, & tribus suis fratribus absentibus pro quibus promisit de rato alias reneri voluit de proprio eorumq; & cuiuslibet illorum filijs, & descendentibus in perpetuum pacto reuersionis ad mensam in casu extinctionis, ac terminationis lineæ d. Pauli d. Summario *num. 7.* nec apparet quod illius fratres nunquam ratificauerint quinimo potius constet de contrario, tum quia Paulus de omnibus bonis in dicta recognitione contentis in Testamẽto disposuit, & soli descendentes ex eius linea admissi fuerunt ad renouan. anno 1575. Summario *numer.* 8. tum etiam quia omnia prædicta bona deuenerunt ad Fabritium Nepotem Pauli ex Petro filio
10 vtique durante † adhuc linea eiusdem Pauli non erat locus deuolutioni seu reuersioni sed potius vigore eiusdem concessionis, seu recognitionis intrat ius accrescendij fauore aliorum descendentium ex Iacobo altero filio Pauli, & originaliter docuit Speculat. de locationibus, & conductionibus *tit. de empbiteuta §. nunc aliqua nu. 59. quem sequuntur Fulgin. de Iure empbiteut. tit. de contract. quæst. 34. & num. 14. & tit. de successione quæst. 20. num. 5. Gratian. discept. 272. num. 21. cum seqq. Rota coram Cardin Seraph. decis. 156. per tot. decis. 435. num. 5. & seqq. part. 1. recent.*

11 Quibus propterea venit etiam † conceẽdda immissio, ex eadem concessione, seu recognitione ad instar illius, quæ datur ex remed. *l. final. C. de edict. Diu. Adrian. vt pluribus allegatis probat Rota decis. 585. nu. 2. & seqq. part. 5. recent. & in Bononien. bonorum emphiteuticorum 10. Iunij 1648. coram bo. me. Verospio confirmata coram me 15. Iunij 1663.*

Demum non reuelat renouatio facta anno 1575. à Iacobo Sen. auctore Alexãdri, & Iacobi actorũ tam nomine proprio quam etiã nomine Petri, seu fratris pro se suisque filijs hæredibus, & descendentibus ex qua mensa infert cõcessionem illis fuisse factam pro virili, & consequenter non intrare dispositionem textus in *l. mihi, & Titio ff. de verb. obligationibus nau. 4.* quia cum ista subsequuta fuerit ex pacto renouandi de 29. in 29. annis conuenerit in recognitione anni 1545. non potuit immutare naturam præcedentis concessionis, neque præiudicium inferre vocatis respectu lu-
12 ris accrescendi, & concessionis † ex ea illis competentis, vt in similibus firmat *Rota de. 176. nu. 37. cum seq. part. 5. rec.*

Et ita dandam esse Immissionem pro nunc in bonis in prima recognitione anni 1545. contentis relolutum fuit vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Turritana Canonicatus.

Veneris 2. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

In Beneficialibus materiæ articulatæ releuantia, & fumo probatis remissoria denegari non potest, quæ etiam in dubio conceditur, vt illam petens nouas probationes facere valeat, quæ ad victoriæ causam conducant.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria concurrente materia articulata releuantia, & fumo passim conceditur.*
2 *Captiuus ex hora qua captus fuit censetur decessisse.*
3 *Mors ciuilis non venit appellatione mortis naturalis.*
4 *Mors naturalis tantum venit sub mentione mortis.*
5 *Remissoria etiam in dubio concedi consuenit, ne illam petenti claudatur via faciendi nouas probationes ad causæ victoriam conducentes.*

DECISIO CCCCLIII.

ROTA stetit in decisis sub die 27. Ianuarij proximipræteriti videlicet dandam esse remissoriam Gauino Zolæ pro examinãdis testibus super obitu Leonardi vltimi possessoris controuersi Canonicatus sub die 3. Iulij 1663. vt ponitur in articulis exhibitis, & comprobat fumus resultãs ex attestationibus ad perpetuam rei memoriam receptis, & ex epistola Comitis de Bonarua in qua exprimitur dies mortis qui de illo anno cadebat subdicta die 3. Iulij qua obijt, & fuit sepultus dictus Leonardus hac enim probatione facta nõ poterat Ordinarius conferre Canonicatũ Ioanni Pinnæ, sed prouisio spectabat ad Sedem Apostolo-

Apostolicam à qua dictus Gauinus. illũ impetrauit ex allegatis in principio decisionis, &
1 consequenter † patius est relevantia materiæ articulatæ, vt non possit denegari remissoria *Cocin.decis.161.n.1.*

Nec pro denegatione relevat vnicum fundamentum in hodierna disputatione à Pinna deductum quod Leonardus incíderit in manibus Turcarum de mense Iunij antecedentis
2 & ex † hora qua captus fuit censeatur decessisse ad *text.in Lin omnibus 18.ff.de capt.& postlim. reuerf.*& sic ex tunc Canonicatum vacasse, & potuisse Episcopũ Pinnæ conferre, quia quicquid sit in aliis casibus, & ad alios effectus, an mors ciuilis per captiuitatẽ secuuta æquiparetur naturali sanè vbi agitur de impetratione beneficiorum per obitum beneficiatorũ &
3 vt fecit Pinna, vel mors ciuilis, quæ † nunquam venit appellatione mortis naturalis,
4 sed † hæc tantum sub mentione mortis venit *sicuti post gloss. & DD. in c. suscepium de rescripe. in 6. tradunt Rebuff.in praxi tit.de forma signaturæ simplicis prouis. §. per obitum verſic., & quamuis, & in tit.de Infirm. benef.resignat. gloss.11.ante fin. verſ. & an habeat locum Mãdos.super regul.Cancel. regula tertia de verisimil. notitia à numer.17. vsque ad finem Gomes.super regul.de impetr.benef.per obitum famil.Cardin.quæst.5.numer.4.Rota decis.541. numer.2.part.2.recent.* Aut his non obstantibus adhuc articulus remaneat dubius, & non est diffiniẽdus in hac disputatione restricta ad re-
5 missoriam, pro qua † etiam in dubio Rota consueuit respondere, ne alias eam petenti præclũdatur via faciẽdi probationes ad victoriam causæ conducentes, reseruata pleniori discussione materiæ post illas, *Rota decis.333. n.29.part.10.rec.*prout fuit conclusum.

Vtraque parte informante &c.

R. P. D. BEVILAQVA

Leodien. Professionis.

Luna 2. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

Professio emissa à Nouitio nondum absoluto probationis anno est ipso iure nulla; & ad quid annus integer Nouitio concedatur, & hic an obligetur ad obseruationem reformationis, sub qua non incepit, nec perfecit annum probationis.

SVMMARIVM.

1 *Validitas sententiæ ex reuolutione processus resultat.*
2 *Professio emissa non elapso probationis anno est nulla tam ex iuris communis dispositione, quam ex* Sac. Conc. Trid. *sess. 25. cap. 15. de reform. & num. 3.*
4 *Annus integer ad probationem conceditur in subsidium humanæ fragilitatis in fauorem Nouitij, vt religionis asperitates experiatur, & Monasterij vt mores nouitij exploret.*
5 *Religionis desertio non debet reprehensibilis reputari*
6 *Probatio per alium annum requiritur, quando in pri-*

mo anno vnus regulæ, & constitutiones supernenerunt.
7 *Nouitius à Religione discedens, & deinde rediens dicitur Nouitius à die reditus, & debet continuare per annum.*
8 *Nouitius omnes asperitates regulæ probare debet.*
9 *Nouitius durante nouitiatu caret omni voce, & suffragio.*
10 *Nouitius non obligatur ad obseruationem reformationis, sub qua non incepit, nec perfecit annum probationis.*
11 *Professionis ratificatio non inducitur ex gestis gestis quando professio fuit nulla, & reclamatum intra quinquennium fuit per Nouitium.*

DECISIO CCCCLIV.

A SENTENTIA Rotali declarante nullitatem professionis per Mariam Bernardinam alias in sæculo Mariam Sophiam Suthendahel emissę in Venerabili Monasterio S. Valburgis appellarunt Agentes pro eodem Monasterio, & causa mihi commissa proposui dubium super illius confirmatione vel infirmatione, & DD. confirmandam esse respondernnt attentis validitate resultante ex ac-
1 torum reuolutione †, vbi apparet omnia ad illam necessaria fuisse seruata, de quibus Caputaquen *dec.260.par.2.* & Iustitia ex eo quod Maria Bernardina professionem emisit non-
2 dum elapso probationis anno †, vnde inducta fuit nullitas, ne dum ex Iuris communis dispositione per *tex.in c.ad Apostolicam de regul. & cap.1.eod.tit.in 6.Honded.cons.75.num.17.lib.2. Rota dec. 246. num.1. post 2. vol. cons. Farin.* verum etiam † ex *decreto Sac. Concilij Trident.sess. 25. cap. 15. de ref.vbi Barbos. nu.10.& 15. Honded.vbi proxime Less.de Iust. & Iur.lib. 2. cap.11. dub. 7.num.19.fol.447.Conarr.in comment.3.de regul. nu.45.Rot.dec.175.nn.1.& 2.part.1.rec.*

Non relevat responsio alias data, quod imo à tempore susceptionis habitus ad diem emissæ professionis effluxerit biennium, quia controuersum nũquam fuit quin habito respectu ad primum, & antiquum institutum Monasterij, & modum viuendi, sed cum ob superuenientiam nouarum Constitutionum, in quibus mutata prima forma inducta fuerit noua moniales adstinguntur ad duriorem, & arctiorem disciplinam, & ab hoc tempore ad illud professionis Mariæ indubitatum sit, quod non esset elapsus annus, vtique non debuit admitti, sed opus erat, vt permaneret in probatione integro anno tamquam dato in subsidium humanæ fragilitatis in fauorem Nouitiæ, & monasterij, vt illa ad formam vltimarum Constitutionum experiretur Re-
4 ligionis asperitates, & † cum illis vires suas metiretur, ac Monasterium illius animum, & mores inspicere valerent, vt notatur *in d.c. ad Apostolicam vbi Abb.ad plura inferens à num.9. de reg.& cap.nõ solum eod.tit.in 6.Lapus alleg.46. num.2.& 3.Rota in præcitata dec.175.num.2.par.1. rec.cum plur.relat.in prima decis. R.P.D.mei Prioli 14. Decembris* 1653. *§.nam professio, & in secunda sub die 20. Iunij* 1664. *§.in præsenti autem.*

Cuius conclusionis ea est euidens ratio, quia inspecta priori, & laxiori regula nouitia incipere, & perseuerare in proposito profitendi, vbi è contra sequuta alteratione, & agnoscens satis grauari nouis exercitijs, vigilijs, abstinentijs, & alijs in noua, & strictiori regula mandatis, & sic non posse in illa durare de facili potest mutare sententiam & voluntatem non profitendi sub tali regula, & Religionem deserere, quod non debet reprehensibile reputari, vt habetur *in c. non debet 8. in princ. de consanguin. & Affin. Bald in l. deberi C. de fideic. liber. Franch. in repetitione cap. 1. quam contra nu. 661. de prob. in tract. diuers. to. 3.* & ideo exigitur permanentia per alium annum in probatione, vt post *Archid. in c. gesta 74. distinct.* & alias fuisse de mente S. Congr. Concil. Trid. refert *Bord. relat. in prima dec. §. neque obstat*, vbi contraria procedunt in Religione iam professis obligatis ad obseruantiam Regulæ reformatæ, nec sufficit per aliquot menses qui velint cum alijs prius exactis vniri ad explendū annum, nam talis computatio non fit, vt exemplificant de nouitio, qui stetit per certum tempus in Religione deinde exiuit, & tandem redijt ad † eam, quod dicatur Nouitius à die reditus, & debeat continuare per annum *Bart. in l. fin. §. quoties ff. de pub. Gugl. Cuneus. in l. nec non §. si quis sapius ff. quib. caus. maior Philipp. Franch. in c. cum qui ante num. 3. vers. sed si Nouitius de regul. Iur. in 6.* vbi quod alias daretur casus, in quo Nouitius non probaret omnes asperitates regulæ *Alex. cons. 34. num. 1. lib. 5.*

Non obstat consensus Mariæ Sophiæ profitendi, & non discendendi à Religione, vt prætenditur elicitus ex approbatione Regulæ reformatæ ad præscriptum constitutionū gestatione habitus Monacalis per triennium, aliisque actibus ratificationem importātibus nam quantum ad acceptationem reformationis ea posset illi obijci, si tunc fuisset professa, quasi veniendo contra votum teneretur ad obseruantiam, secus dum erat in anno probationis, nouitiatus †, quo durante, caret omni voce, & suffragijs *Io. Aloys. Rice. in d. curia Archiepiscopalis Neap. 253. num. 10. cum 2. seqq. par. 2.* & ob id nō abstringitur ad obseruationem reformationis sub qua non incepit, nec perfecit annum probationis, vt distinguunt *Felin. Dec. & alij relati in d. prima dec. §. nec refert.* ratificatio † verò ex postea gestis nullatenus deduci potest, stante nullitate professionis, & reclamatione intra quinquennium facta, vt præter in vtraque decisione, & signanter *in prima §. fin. concludunt Cartar. in 2. quæst. 198. ar. 5. Less. de iust. & Iur. lib. 2. d. cap. 41. & dub. 7. num. 63 & 66. Rot. in Parmen nullitatis professionis 11. Februarij 1664. coram me §. nec dicatur.*

Et ita conclusum fuit pro sententiæ confirmatione informāte tantum Maria Bernardina, Procuratore Monasterij sæpius citato, & non comparente &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Pisauren. Redditionis Rationis.

Lunæ 5. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

Administrator libros suæ administrationis exhibere tenetur ad omnem sui principalis requisitionem adhuc, vt appareat an partitæ bonæ fide factæ descriptæ. Relatione periti coruente sententia pariter illius vigore lata sustineri non potest.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Pisauri de duabus intelligendum est de sententijs validis, & iustis.*
2 *Administrator compelli potest ad exhibitionem librorum vt appareat an partitæ acceptæ, & expensi bona fide fuerint descripta.*
3 *Administrator ad omnem sui principalis requisitionem libros exhibere tenetur.*
4 *Iuramentum ab administratoris iuratis se libros non habere, nec dolo amisisse non est admittendum.*
5 *Administrator qui est obligatus ad librorum custodiā super amissione non iurat.*
6 *Textus in l. final. C. de fide instrum. quemadmodum intelligendus.*
7 *Præsumptio amissionis librorum militat contra administratorem ob præcedentem illius obligationem exhibendi libros.*
8 *Administrator rei alienæ ad redditionem rationis obligatur.*
9 *Rationis redditio est indiuidua, nec potest pro parte satisfieri.*
10 *Ratione semel legitimè reddita noua reddition locus non est.*
Limita tamen nisi constet de errore & dolo, quia tunc iterum ratio reddi debet, & num. 11.
12 *Error & mala fides administratoris, ex quibus resultet.*
13 *Periti non debent esse suscepti à partibus.*
14 *Periti relatio quando corruit sententia illius vigore lata sustineri non valet.*

DECISIO CCCCLV.

PRO indemnitate Muccioli fideiussoris, Raphael Geppius, qui ex causa depositariæ Montis Pietatis Pisauri remanebat debitor scut. 3444. illi assignauit omnia bona mobilia, & stabilia, Animalia nomina debitorū merces, & res Drogariæ ad effectum vendendi, & sibi ex pretio satisfaciendi, vel pro se retinendi: Cumque successiuè super redditione rationis huiusmodi bonorum à Geppio Mucciolus conuentus sentētiam absolutoriam à redditione petita vsque ad annum 1650. nec non ab exhibitione librorū reportasset, quæ ab A. C. confirmata fuit, dubitaui. An sit locus statuto Pisauri de duabus, & negatiua præualuit opinio, quia statutum intelligitur de sententijs validis, & iustis ex relatis *per Grat. discept. num. 27. Feuzen. ad statut.*

Vrb.

Urb. cap. 180. num. 54. addenda ad Burat. dec. 567. num. 7. Rota in Bonon. de Ghellis 9. Iunii 1610. coram bo. me. Coccino & in Bononien. Predii 5. Decembris 1636. coram R. Ghuleria, & in Eugubina hereditatis 2. Iunij 1651. coram bon. mem. Richio.

Tales autem non sunt sententiæ à Mucciolo obtentæ nam prima Prætoris Pisauri, ab iniustitia saluari non potest in ea parte, vbi Mucciolum ab editione librorum absoluit. Tum quia dum ipsum ad redditionem rationis post annum 1650. condemnauit, necessaria erat librorum exhibitio ad quam io his terminis, Administrator cogi potest vt appareat, An omnes partitæ accepti, & expensi recte, & bona fide fuerint descriptæ *Bald. cons. 352. lib. 3. Rem. cons. 413. sub num. 3. Rota dec. 120. num. 9. part. 9. & dec. 198. num. 3. part. 10. recent.* tum quia cum in actis semel producti fuerint animo rehabendi, & cum oblatione Mucciolo de illos quandocumque reportandi ab exhibitione absolui non poterat, sed ad omnem Geppi requisitionem illos iterum exhibere tenetur *Roman. cons. 433. num. 10. & seq. Honded. cons. 19. num. 12. lib. 1. Salust. Tiber. in prax. lib. 2. cap. 18. num. 16. Rot. dec. 8. de fid. instrum. in Antiq. Viterbien. Pensionaria 19. Iunij 1662. §. quæ sunt existentia coram bo. mem. Verospio.*

Neque admitti debet iuramentum Mucciolo libros non habere, nec dolo amisisse *iuxta tex. in l. final. C. de fid. instrum.* Quoniam ob dictam productionem in actis, ac subsequutam oblationem quandocumque reportandi tenebatur vtique ad finem litis custodire & qui obligatus † est ad custodiam super amissione non iurat *Stecch. sen. cons. 190. sub n. 5. vers. sed prædictis non obstantibus lib. 2. addenda ad Burat. dec. 266. num. 13. vbi alij citantur & in puncto Affitti dec. 330. sub num. 2. vers. secundo limitatur*, vbi in specie respondet in hoc casu *Text. in d. l. final.* non procedere, & quod in consilio resolutum fuit iuramentum non esse admittendum *Rot. dec. 1224. num. 2. coram Seraphin. cum alijs in Perusina fideicommissi de Rodulfis 26. Ianuarij 1654. §. cum enim vers. non attento Iuram. cor. R. D. meo Decano.* Et dispositio d. l. final. procedit solum ad fauorem eius, pro quo stat præsumptio amissionis, quæ † hic potius militat contra Mucciolum ob præcedentem obligationē de qua supra vt bene declarat post alios *Menoch. præsum. 61. nu. 13. vers. præterea & 2. respondetur lib. 6.*

Iniustitia pariter resultat ex absolutione à redditione rationis vtique ad annū 1650. cum expeditum sit quod † quilibet rerum alienarum administrator ad hoc tenetur ex relatis *per Menoch. de arbit. cas. 209. nu. 1. & seqq.* nec potuit Iudex per tempora ipsa rationes diuidere quia indiuidua est rationis redditio itaut pro parte satisfieri non possit *Soccin. sen. cons. 159. sub num. 12. vers. sed in casu nostro lib. 2. Rot. Gen. dec. 165. num. 15. cum alijs relatis per Rot. dec. 332. num. 14. part. 10. rec.* Parum releuante, quod ex relatione peritorum semel † legitimè reddita fuisse appareat, ac pro inde non sit locus nouæ redditioni. Quoniam regula non procedit quando constat de errore, & non deficit suspicio doli vt in præsenti nanc enim ratio iterum reddi † debet iuxta *Text. in l. C. de error. cal. Iaso. cons. 219. num. 2. Ibiz. Sopra. sen. d. cons. 190. col. 3. lib. 2. Neuizan. cons. 90. Rot. coram Penia dec. 1202. nu. 6. & in Romana cestatis 15. Martij 1658. in princ. & 24. Nouembr. 1659. coram R. D. meo Decano.*

Error autem, & mala fides est † patens quia in partitis eorumdem librorum ponuntur sub debitum Geppi multæ expensæ à Mucciolo vt asseritur factæ quæ ad ipsum non autem ad Geppium spectabant, aliæque merces Drogheriæ, vilissimo pretio venditæ, imo potius dispersæ fuerunt vt in his terminis firmat *Rot. Gen. dec. 187. sub num. 3.* & dolus aut saltem magna doli suspicio resultat ex ejectione peritorum cui nunc est ratio reddita, qui ex nominatis à Mucciolo electi fuerunt, post quam nominatum pro parte Geppi iniuste recusauerat, & ejus loco alterum à se nominatum quamuis legitimè à Geppio recusatum subrogari curauit. Periti enim à partibus non debent † esse suscepti *adden. ad Burat. dec. 611. sub num. 16. vers. 3. requisitum Rot. dec. 199 par. 5. recent.* Et quando relatio Periti cuius sententia pariter illius vigore † lata sustineri non potest *Rota dec. 205. nu. 2. coram Eminentiss. D. Card. Ottobono.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO

Nunc S. R. Eccles. Cardinali.

Romana seu Albanen. Donationis Vinc.

Luna 5. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

Testes quamuis numero plures, viles tamen & inuerisimilia in substantialibus deponentes non attenduntur in concursu testium numero pauciorum nullam contradictionem patientium. Actio redhibitoria quando detur

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum obligatione Camerali munitum paratam habet executionem.*

2 *Testibus vt fides adhibeatur sufficit quod falsitas à collitigante allegata non respiciat rei, & temporis substantiam.*

3 *Testes inter se contrarij in substantialibus nullam merentur fidem.*

4 *Testes numero pauciores, verisimilia deponentes, nec vllam contradictionem patientes præferuntur aliis inter se contrarijs.*

5 *Confessio contra confitentem præualet quibuscumque testium depositionibus.*

6 *Consensus domini directi cum clausula* quatenus opus sit *reseruati omissio, non irritat donationē.*

7 *Actio redhibitoria datur quando vitium aliquod in re vendita latenter adest.*

8 *Executio obligationis cameralis non retardatur à re altiorem indaginem requirente.*

9 *Mandatum pro credito illiquido non est relaxandum.*

DE-

DECISIO CCCCLVI.

DONAVIT de anno 1661. Dominicus Vineam de qua agitur Francisco, cum expressa conditione inter alias in instrumento donationis appositas, quod totum vinum recolligendum donatarius recipere deberet de anno in annum durãte naturali vita ipsius donantis pro iulijs 17. pro quolibet cado, prout ad vnguem seruatum fuit per totum annum 1663. sed recusante d. Francisco donatario successiuis annis illud recipere, & pretium respectiuè persoluere, introducta causa coram A. C. & ab eo deputatis diuersis iudicibus, tandem ex speciali commissione Sanctissimi, vt A. C. procederet de voto Rotæ, dubitaui an sit relaxandum mandatum executiuum, & de manutenendo in quasi possessione exigendi, & quoad primum affirmatiuè, quo verò ad secundum negatiuè fuit resolutum.

Tota autem difficultas reducebatur ad solutionem vini recollecti de anno 1664. (nam in ea paga maturata de anno 1665. de mense Decembris nulla videtur adesse difficultas attento præciso adimplemento omnium cõtentorum in instrumento, vt constat ex sum. Dominici *num.* 8.) cumque Dominicus quo ad illam habeat intentionem fundatam in publico instrumento obligatione Cameraii valla-
1 to, vtique huius † virtute potest executiuè procedere *Rota in Romana societ. officij 22. Maii 1662. coram bo. me. Vrospio §. agitur enim.*

Non obstat, quod donans teneatur interpellare donatarium per tres dies ante vindemiam, eamque facere omninò prohibetur, nisi postquã eam inceperint vicini in instrumento designati, vel vnus eorum, quia cum vindemia anni 1664. incæperit die 22. Octobris, vt probant tres testes formiter pro Dominico examinati, quorum vnus etiam est Sacerdos dicto summ. *num.* 3. & interpellatio requisita in instrumento facta fuerit die 18. eiusdem dicto summ. *numer.* 7. quinimo eidem donatario facta fuerit intimatio die 13. eiusdem mensis pro facienda capata d. sum. *num.* 6. quam vicini inceperunt facere die 16 & antea, & generalem vindemiam postea fecerunt die 20. & 21. eiusdem dicto summario *num.* 4. & 5. dicitur proinde donantem adimpleuisse omnia in instrumento contenta, ita vt non possit donatarius ex sua parte denegare adimplementum, vinumque recipere, & de eo pretium persolucre.

Nec potest euitari prædictum adimplementum sub prætextu quod ijdem testes pro Dominico examinati deponant capatam inceptam fuisse die 17. Octobris cum præsentia, & assistentia ministri Francisci donatarii, qui tamen eadem die 17. curauit hic in Vrbe Dominico inhiberi ne faceret capatam, quia ex hoc non sequitur per necesse, quod testes prædicti conuincantur de mendacio, cum isti actus inter se bene sint compatibiles & vtrumque simul stare possit, quod scilicet Franciscus ad vineam trãsmiserit Ministrum, ad effectum vt assisteret capatæ, & vindemiæ, & quod vnico contextu, & eodem tempore apud Iudicem curauerit impedire capatam, quatenus incepta non fuisset, & tamen ad ef-
2 fectum, vt istis testibus fides adhibeatur, sufficit quod falsitas prætensa non respiciat substantiam rei, & temporis, quo capata, & vindemia cæptæ fuerunt iuxta theoricam ff: *Ands in cap. fraternitatis num. 8. verf. si autem errauit extra de hæret. Cæsar. de Graff. dec. 6. num. 9. de testibus, cum cumulatis in Romana Dotis 14. Iunij 1658. coram R. P. D. meo Albergato §. rursus.*

Minus faciunt testes examinati ad instantiam Francisci deponentes vindemiam cæptã fuisse die 13. Octobris, quia præter alias exceptiones ab informantibus pro Dominico cumulatas, & adnotatas in scriptura data ad partes, sunt personæ viles, famuli ipsius donatarii, varij, & inuerisimilia deponentes, ac inter se contrarij in substantialibus tam vnus alteri contradicendo, quam sibimetipsi
3 quilibet contrariañ † quibus concurrentibus nullam fidem eis esse adhibendam *dixit Rota in Romana hæreditatis 13. Ianuarij 1659. §. rem prorsus, & 16. Iunii eiusdem anni coram R. P. D. Albergato §. nec testes, & in Romana pecuniaria 22 Iunij 1663. coram R. P. D. meo Priolo §. nec huiusmodi* præsertim in concursu testium Dominici, qui licet numero pauciores, nihilominus
4 sunt præferendi, vti meliores, & verisimilia deponentes, nullamque contradictionem patientes *iuxta tex. in l. ob carmen §. fin. ff. de testibus Rota coram Buratto dec. 631. num. 13. & in Camerinen. pecuniaria 10. Martii 1662. cor. Eminentiss. D. Cardinali Celso §. non obstant*, addita signanter iudiciali intimatione facta à Francisco d. die 17. Octobris, ne Dominicus faceret capatam, ex qua vtique resultat euidens confessio, quod vindemia diebus præcedentibus verè cæpta non fuerit, quæ † in proposito casu
5 contra confitentem præualet quibuscumque testium depositionibus *l. cum te 3. C. de transact. l. vnica C. de confess. Bald. cons. 192. nu. 8. verf. quia in illis lib. 2. Surd. cons. 60. num. 1. Rota decis. 157. num. 4. verf. & sit fortior par. 4. rec.*

Quod vero Dominicus non impetrauerit consensum à D. directo pro tali donatione facienda non videtur obstare, quia cum fuerit reseruatus cum clausula *quatenus opus sit, & requiratur, & non alias*, vt oculatiter appareret ex instrumento donationis dato in sum. Dominici *num.* 1. illius omissio non irritauit
6 donationem, vt in his terminis firmauit *Rota in Albanen. Vineæ 11. Aprilis 1639. coram bo. me. Dunozetto §. non obstat in recent. decis. 131. num. 3. par. 8. & coram Durano decis. 250. num. 16. cum aliis cumulatis in Ferrarien. pecuniaria 27. Maii 1661. coram R. P. D. meo Priolo §. nec refert*, maximè quia præuia sententia definitiua A. C. pronunciauit vineam istam sic donatam irrequisito D. directo non esse deuolutam, vt constat ex eodem sum. *num.* 6.

Exceptio verò malæ Culturæ vineæ, nec non conficiendi vinum, tamquam respiciens petitorium non est attendenda in hoc iudicio executiuo, præsertim quia de ordine

Rotæ

Rotæ ſuper hoc dedi dubium particulare à me iam ſubſcriptum.

Denique non refragatur, quod vinum in duobus poſtremis annis fuerit malæ qualitatis, ac proinde locus ſit actioni redhibitoriæ, etenim vltra quod non videntur concurrere requiſita ad eam inducendam, & ſignanter
7 quod ante factam ipſius venditionem vitium aliquod in eo latenter adeſſet *iuxta doctr. Azonis in ſua ſumma ſub rubr. C. de edilit. actionib. nu. 28. verſ. item repellitur emptor ſi agatur, & admiſſum fuit à Rota coram Card. Mellino deciſ. 180. n. 8.* quodque proueniat ex intrinſeca qualitate
8 rei, in qua dolus venditoris interfuerit, † ſufficit, quod altiorem requirat indaginem ad effectum, vt non valeat retardare paratam executionem obligationis Cameralis, *vt dixit Rota poſt Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 26. num. 2. cum aliis vulgatis.*

Quo verò ad mandatum de manutenendo, cum agatur de contractu vltro citroque obligatorio, in quo Dominicus ſingulis annis debet docere de adimplemento iuxta formam inſtrumenti, ac etiam quia concurrit incerti-
9 tudo futuræ quantitatis † vini DD. dixerunt illud non eſſe relaxandum vtraque parte informante &c.

R. P. D. OTTALORA.

Fauentina Succeſſionis.

Lunæ 5. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

Bona etiam paterna in filium primogenituræ titulo delata vti ſeparationi non ſubiecta a collatioe eximuntur. Bonorum collatio ex quibus videatur excluſa Scriptura priuata quando plenam probationem faciat.

SVMMARIVM.

1 *Bona ea ſola conferuntur, quæ à patre proueniunt.*
2 *Bona quæ non conferuntur, neque etiam imputantur.*
3 *Conuentio non poteſt præiudicare abſenti, & non conſentienti.*
4 *Bona etiam paterna delata in filium titulo primogenituræ, vti diuiſioni non ſubiecta ſunt exempta à collatione, nec ſolum non debent conferri, ſed nec valor bonorum, & nu. 5.*
6 *Fratres detracta primogenitura in bonis paternis æqualiter cum primogenito ſuccedunt.*
7 *Pater de rebus ſuis ad libitum diſponere poteſt, dummodo filijs legitimam non auferat.*
8 *Teſtatoris iudicium, & voluntas ſemper ſequi debet.*
9 *Collatio bonorum ex quibus excluſa videatur.*
10 *Teſtatoris vnica diſpoſitio vniformiter eſt intelligenda.*
11 *Promiſſio continens pactum futuræ ſucceſſionis à iure reprobatur.*
12 *Copia ſimplex nullam meretur fidem.*
13 *Scriptura priuata concurrentibus adminiculis, & coniecturis circa illius veritatem, plenam facit probationem.*
14 *Obſeruantia dat fidem, & robur ſcripturæ informi.*

DECISIO CCCCLVII.

CLAR. mem. Bernardinus Spada pro effectuatione matrimonij inter Marchionem Gregorium filium primogenitum, Iacobi Philippi ſui fratris, & Marchioniſſam Camillam Fantuciam promiſit Senatori Federico Auo Paterno dictæ Camillæ cõſtituere infra terminum octo annorum cum pactis ſibi beneuiſis primogenituram annui redditus librarum 32. mil. Bononien. & Marchionatum valoris librarum 64. mil. ad fauorẽ dicti Gregorij, & filiorum maſculorum deſcendentiũ ex matrimonio de primogenito in primogenitum obligando ad hunc effectum ſe, & ſua bona ad fauorem dicti Federici qui vice verſa promiſit, quod eadem Camilla erit hæres Vniuerſalis tam ſui ipſius quam D. Margharitæ Aquiliolæ eius Auiæ Paternæ, ita vt poſt mortem vtriuſque hæreditas perueniat in Camillam, & eius deſcendentiam maſculinam vt patet ex capitulis matrimonialibus confectis ſub die 30. Maij 1632. datis in Sũmario Marchionis Gregorij *nu. 1.*

Ad erectionem dictæ Primogenituræ, & maioratus curauit D. Cardinalis pro ſua indemnitate, vt concurrerent eorum fratres ita, vt ipſe eſſet ſolum obligatus pro vna R. P. D. Virgilius pro duobus, & D. Iacobus Philippus pro tribus ſextis partibus adiecto pacto, quod in caſu deficientiæ lineæ maſculinæ ex dicto matrimonio bona cõtributa reuertãtur ad eoſdem pro rata ſiue ad eorum hæredes, & ſucceſſores, vt apparet ex apoca inter ipſos cõfecta dicto Summario *nu. 2.*

Primogenitura hæc fuit à D. Cardinali cõſtituta in nonnullis bonis emptis pro tribus ſextis partibus ex pecunijs dicti Iacobi Philippi poſt cuius obitum aſſignata fuit eidem Gregorio qui cum vltra Primogenituram prætenderet etiam bona Paternæ hæreditatis pro ſua rata orta controuerſia cũ fratribus ſuper illius collatione ſine imputatione cauſaq; mihi commiſſa propoſui dubium An & quæ bona ſint conferenda vel imputanda, & Domini non eſſe locum, nec collationi, nec imputationi reſponderunt.

Apparet enim ex prænarrata facti ſerie, quod bona Primogenituræ obuenerunt in Gregorium ex perſona D. Cardinalis qui cãdem inſtituit pro implemento promiſſionis factæ Senatori Federico ex cauſa effectuandi matrimonium vndè tanquam habita ab ex-
1 tranco non cadunt ſub collatione, ſed † ea ſola conferuntur, quæ immediatè à Patre proueniunt, *l. vt libris, & l. finali ibique ſcribentes C. de collat. Pariſ. conſ. 130. num. 6. lib. 1. Surd. conſ. 219. nu. 7. Medic. in tract. de compenſat. part. 1. queſt. 15. nu. 4. Vaſqu. de ſucceſſ. reſol. lib. 2. §. 19. num. 29. Theſaur. deciſ. 46. nu. 9. Thomat. deciſ. 50. num. 145. cum ſeqq. & numer. 165. Merlin. de legitima lib. 2. tit. 29.*

tit. 29. 27. nu. 3. Mangil. de imputat quæst 12 nu. 30. Andreol. controu. 310. nu. 1. & 2. Rota in Romana legitimæ 30. Ianuarij 1660. coram R. P. D. meo Taya. Quæ † autem non conferuntur neque
2 etiam imputantur *l. illud vbi DD. C. de Collat. Merlin. vbi supra lib. 2. tit. 2. q. 1. n. 2. Thomat. d. dec. 50. n. 126.*

Neque obstare visa fuit Apoca inter D. Cardinalem, & fratres in qua Iacobus Philippus promisit, & declarauit concurrere ad primogenituram pro tribus sextis partibus, & sic bona saltem pro medietate dicãtur paterna, & per consequens sint conferenda ex superius adductis, vel quia primogenituræ institutio promissa fuit in Capitulis nuptialibus à solo Cardinali cum obligatione propriorũ bonorum, & statim in ipso actu promissionis fuit quæsitum Ius Marchioni Gregorio eiusque descendentiæ masculinæ, & sic conuentiones super contributione ex post initę à fratribus pro indemnitate, & relcuatione ipsius
3 Cardinalis † nequeunt prejudicare eidẽ Gregorio absenti, & non consentienti *Grat. discept. 924. nu. 4. 5. 11. 12. 13. 15. 26. & 28. Larrea decis. Granaten. 33. numer. 56. Adden. ad Greg. decis. 560.*
4 *num. 3.* Vel quia † bona etiam paterna delata in filium primogenituræ titulo, vti diuisioni ac separationi non subiecta sunt exempta a Collatione *Bald. in Auth. ex testamento sub nu. 39. Cod. de Collat Cephal. conf. 3. n. 55. & seqq. & conf. 154. per tot. Surd. conf. 427. nu. 53 & seq. Menoch. conf. 1166. n. 6. & seq. Cyriac. Controu. 312. n. 67. & 117. & seqq. Vermigliol. de feud. cent. 2. art. 5. n. 388 & singul. 52. num. 20. lib. 3. Tiraquell. de Primog. quæst. 51. num. 1. & seqq. Couar. var. quæst. qu. 39. nu. 39. Michalor. de fratrib. part. 1. cap. 32. n. 1. Andreol. dicta controu. 380. num. 17. Thomat. dec. 50. nu. 171. Rota in Bononien. separationis bonorum 15. Iunij*
5 *1661. coram bo. me. Verospio.* Et † non solum non debent conferri, sed nec pretium seu valor bonorum *Menoch. dicto conf. 1166. num. 9. Mangil. de imput. quæst. 37. nu. 12. 14. 15. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 107. & 108. Fachin. controu.*
6 *48. num. 7. lib. 7.* nec † fratres possunt prætendere recompensationem, sed detracta primogenitura omnes in aliis bonis paternis vna cũ primogenito æqualiter succedunt, vt latè firmat *Cephal. d conf. 3. nu. 54. vers. oggredior & pluribus seqq. & d. conf. 174. per tot Rosental. de feud. cap. 7. concluſ. 13. nu. 21. cum seq. Inniglio. d. conf. 2. art. 5. nu. 388. Ciriac. dicta controu. 312. num. 117. & seqq.* Neque Pater redargui potest de inæqua-
7 litate † cum posset de rebus suis ad libitum disponere dummodo filijs non auferat legitimam *Alciat conf 15. num. 12 lib. 2. Menoch. conf. 272. numer. 12. Honded. conf. 159. numer. 14. & conf. 62. num. 50. vol. 1. Ciriac. dicta controu. 312. num. 6.*

8 Et quamuis conclusio limitetur quando † Pater expressè dicit primogenituram conferri quo casu necesse est paternum amplecti iudicium *Auth. ex testam. & in corpore vnde sumitur C. de Collat.*, & recedendo à Priori decisione tenuit Rota in dicta Bononien. separationis bonorum 5. Iunij 1662. coram bo. me. Verospio tamen limitatio non aplicatur cum non solũ non constet de expressa voluntate Iacobi Philippi, & bona per eum contributa conferantur, sed potius defumatur contrarium ex tenore eius Apocæ in qua facta prius expressa declaratione quod primogenitura determinabatur in gratiam matrimonij cum D. Camilla addidit successiue pactum reuersiuum in casu deficientiæ lineæ masculinæ, ibi: *di modo che mancando in qualsiuoglia tempo la linea masculina procedente dal matrimonio sudetto, li beni contributi tornino pro rata al Sig. Cardinale, al Sig. Giacomo Philippo, & al Padre Virgilio loro heredi, e successori.* Dum igitur Iacobus Philippus ordinauit reuersionem bonorum contributorum ad ipsum eiusque hæredes, & successores in casu dumtaxat deficientiæ lineæ
9 masculinæ ex dicto matrimonio, necessariò † voluit excludere collationem quę alias statim secuto eius obitu potuisset ab hæredibus prętendi, vt in terminis pacti reuersiui tenet *Rosental. de feud. cap. 7. concluſ. 13. n. 12. vsque ad finem Andreol. alios cumulans dicta controu. 380. numer. 20 Inniglio singul. 82. sub n. 26. Thomat. dicta dec. 50. num. 162.* Idque comprobatur ex eo quod reuersio referuatur in eadem oratione ad fauorẽ D. Cardinalis & R. P. D. Virgilij eorumque hæredum, & successorum vnde sicuti respectu eorum portionis contributæ nulla intrat collatio cum sint extranei, ita nec intrare potest respectu portionis Iacobi Philippi vna enim dispositio non debet diuerso iure cõsta-
10 re † sed vniformiter debet intelligi *l. item hoc iure ff. de vulgar. & pupill. Rota decis. 247. num. 10. par. 5. rec. & in Raũenaten. seu Ferrarien. Decimarũ 5. Martij 1640. cor. R. Papien.*

Adstipulatur quoque prædictis promissio Federici, & Margharitæ relinquendi post eorum obitum hæredem vniuersalem Camillam eiusque descendentes masculos in correspectiuitatẽ dictę primogenituræ prout ambo æqualiter ad illius fauorem postea disposuerunt dicto Summario *num. 8. & 9.* admisso enim quod primogenitura fuisset conferenda vtriq; prædicti remanerent decepti, quia illa sublata forsan non procurassent effectuationẽ matrimonij minusque fecissent promissionẽ omnium suorum bonorum ad quam deceptionẽ euitandã sẽper intrat collationis exclusio, vt in puncto loquitur *Surd. conf. 143. nu. 34.*
11 Hæc † autem promissio frustra impugnatur ex eo quod contineat pactum futuræ successionis à Iure reprobatum *l. Pactum 15. C. de pact. vbi Bald. Salyc. in princ. Iaſ. num. 1. & 6. Dec. num. 6. l. hæreditas 5. ff. de pact. Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta nu. 41. ff. de verb. oblig. cum aliis adductis in Romana Donationis 16. Martii 1643. §. quo vero cum §. seq. coram bon. mem. Bichio & seqq. part. 9. rec.*

Minus etiam releuat quod non exhibeatur Apoca originalis qua Iacobus Philippus promisit concurrere ad erectionem primogenituræ pro tribus sextis partibus, sed immò
12 simplex copia † quę nullam meretur fidem *Auth. si quis in aliquo C. de eden. cap. de fid. instrum.* Quia in præsenti multa concurrunt illius veritatẽ, & exiſtẽtiam comprobantia eius namque

que tenor fuit insertus per D. Cardinalem in instrumento erectionis primogenituræ dato in dicto Summario *nu.* 7. in quo notatur, quod originale retinebatur penes se ibi: & prout latius in eadem scriptura cuius copiam Collationatam Eminentia sua originali pęnes se retento mihi Notario similiter consignauit, &c. nõ enim præsumitur dicere Notarius circa retentionem dicti originalis, *Farinaccius conf.* 172. *num.* 22. *quæst.* 153. *nu.* 147. *Vermiglioli conf.* 198. *num.* 2. similisque insertio reperitur facta in alio Instrumento cessionis Iuriũ fisci cum enunciatiua, quod fratres promiserunt eum indemnem relevare à dicta primogenitura dicto Summario *nu.* 10. Ac demum ad formam dictæ Apocæ. Idem Iacobus Philippus persoluit pro tribus sextis partibus prętium bonorum primogenituræ allegato Sũmario *nu.* 3. eademque bona Pater Virgilius in Inuentario hæreditatis dicti Iacobi Philippi descripsit vti spectantia ad ipsum, ex quibus non solum resultant adminicula, & coniecturæ circa illius veritatem, & existen-
13 tiam quibus concurrentibus etiam † scriptura priuata plenam facit probationem *Rot. dec.* 164. *numer.* 3. *& decis.* 191. *num.* 12. *part.* 8. *recent.*
14 Sed etiã obseruantia, † quæ pariter dat fidem ac robur scripturæ informi *Grat. disceptat.* 951. *num.* 15. *Buratt. decis.* 10. *numer.* 21. *ibique Adden. num.* 32. *& seq. Merlin. decis.* 244. *num.* 22. *& 572. num.* 2.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Meleuitana Pecuniaria.

Veneris 9. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

Testes ad perpetuam rei memoriam examinati concurrentibus adminiculis, & coniecturis plenè probant. Præsumptio solutionis dotis ex quibus resultet.

SVMMARIVM.

1 *Testes licet ad perpetuam rei memoriam examinati, non solum semiplene, sed concurrentibus adminiculis, & coniecturis plene probant, & num.* 2.
Verisimilitudo in materia probationum solet attendi.
4 *Verisimile additum aliis probationem auget.*
5 *Præsumptio solutionis dotis resultat ex quo coniuges de quantitate dotis, nunquam quæsierunt.*

DECISIO CDLVIII.

PRO residuo dotis scut. 2000. Mariettinæ à q. Cæsare eius patre relictæ, licet bis resolutum fuerit ad fauorem Petri eius viri relaxandum esse mandatum tam pro sorte, quam pro fructibus sub die 26. Iunij 1565. & 25. Ianuarij proximi præteriti ex deductis tamen hodie pro Alagona à decisis Domini recedendum esse existimarunt, quia de solutione prędictę quantitatis constare visum fuit ex depositionibus duorum testium quorũm alter Eques scilicet Vecchiettus à partibus iã diu altercantibus in compromissarium electus, deponit, Petrum sibi dixisse, quod ad computum præfatæ dotis scut. 1195. receperat, ac etiam mobilia, & Margaritas, qui quidem licet ad † perpetuã rei memoriam exa- 1
1 minati, nihilominus cum mortui sint, & perinde repeti nequeant, non solum semiplenè probant *Bartol. in l. admonendi* 31. *numer.* 45. *vbi Ias. num.* 98. *ff. de iur. iur. Marsil. singular.* 435. *Rota decis.* 834. *num.* 4. *coram Buratt. & decis.* 129. *numer.* 16. *par.* 10. *recen.*

2 Sed concurrentibus adminiculis, quæ in præsenti resultant, ex depositionibus aliorum testium metu excõmunicationis deponentiũ summario Alagonæ *num.* 8. qui ab ipsa Mariettina audiuisse testantur, quod ex hæreditate patris Margaritas, ad computum dotis receperat pro concurrenti quantitate sc. 500. plenè probant *Bald. conf.* 3. *numer.* 4. *lib.* 3. *Surd. decis.* 107. *num.* 7. *Rota dicta decis.* 834. *num.* 5. *& in his terminis in A Esina dotis* 1. *Iunii* 1658. §. *& quamuis, & 6. Aprilis* 1663. §. *minus obstat, coram R. P. D. Beuilaqua.*

Quibus accedunt etiam coniecturæ, quod scilicet Cęsar in testamẽto exactissimè omnia eius debita descripsit, & illa solui iussit, nec in hoc dotis filiæ mentionem vllam fecit, pto vt verisimilitèr fecisset, quatenus dos soluta non fuisset, dum eandem filiam sæpius nomi-
3 nauit, quæ † quidem verisimilitudo in materia probationum valdè attendi debet, *Spad.*
4 *conf.* 143. *nu.* 1. *lib.* 1. verisimile † additum aliis probationem auget, *Dec. conf.* 596. *num.* 9. *Rota in Romana Pecuniaria de Astallis* 1. *Februarii* 1613. §. *& hæc omnia, cor. Coccin.* & vlterius cursus, & longitudo temporis annorum 19. quo coniuges de huiusmodi quantitate dotis, nihil vu-
5 quam petierunt, ex † quo præsumptionem solutionis deduci, in proposito firmant *Cephal. cons.* 240. *num.* 8. *& 9. Honded. conf.* 19. *num.* 11. *& 73. lib.* 2. *cum pluribus per Surd. decis.* 105. *num.* 4. *Rota in Lauellen. Dotis* 26. *Nouembris* 1650. §. *& pro reliquis, vers. demum, coram bon. mem. Cardinale Corrado.*

Nec aduersatur, quod huiusmodi testes in Rota lite pendente absq; remissorialibus examinati fuerint. Quoniam in causa antiqua super validitate Testamenti Cæsaris inter easdem partes pendente inducti fuerunt, quo tẽpore causa hæc dotis non dum cepta erat, cũ anno 1658. tantum mota fuerit.

Et ex his, cum de solutione Dotis satis constare visum fuerit, hinc ex hoc capite à decisis recessum fuit. Vtraque, &c.

R. P. D.

R. P. D. ALBERGATO
Sacræ Rotæ Decano.

Leodien. Canonicatus Aquisgranen.

Veneris 9. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

Clericus in conflictu dimicans efficitur irregularis, siuè bellum sit iustum, siuè iniustum, & ad hoc vt bellum dici possit iustum quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in bello militans, contra hostes explodens, & sæua exercens efficitur irregularis.*
2 *Clericus sine dispensatione Apostolica inhabilitatur ad beneficium obtinendum ratione irregularitatis.*
3 *Irregularitas, cum non sit censura, non tollitur per clausulam* Absoluentes, *in Litteris Apostolicis apponi solitam.*
4 *Clericus in bello iusto, irregularitatem non incurrit.*
5 *Bellum vt dici possit iustum, quid rdquiratur.*
6 *Irregularitas incurritur per Clericum in conflictu dimicantem, siuè bellum iustum sit, siuè iniustum.*
7 *Clericus in bello dimicans abstinere se debet ab actibus sanis occisionis ne irregularitatem incurrat.*

DECISIO CDLIX.

GRATIFICATIONEM, quam Franciscus Bernardinus in paritate votorum, à Capitulo cum Michaele electus a Sanctissimo reportauerat, & relolutionem super executione Litterarum Apostolicarum die 26. Iunij proximi præteriti obtentam duplici ratione Michael impugnabat. Primò, quia pro eius parte concurrebat Votum Decani, quod ex illarum partium consuetudine, adeo præponderare dicitur, vt cęteris paribus illud obtinens præferri debeat. Secundò, ex capite irregularitatis à Francisco Bernardino incursæ ob exercitium militiæ, sed Domini omissa quæstione circa probationem consuetudinis in qua non satis conueniebant ex alia ratione à decisis recedendum esse censuerunt.

Nam cum ex testibus in vim remissoriæ instante Michaele examinatis, & in eius summario *num.* 6. recensitis constet eundem Fr. Franciscum Bernardinum, tàm ante, quàm post electionem inter milites descriptum fuisse, stipendium consuetum recepisse, & quod munus Signiferi cohortis Equitum sub auspicijs Catholici Regis militando in defensione Vrbis Valentinæ actu exercebat. Et vlterius, quod in diuersis conflictibus acriter hostes Vrbem obsidentes aggrediendo, & fugando strenuè se gessit, & quod magis vrget sæpè in prælio contra hostes explodisse, ac equum in quo dimicabat sub ipso occisum fuisse ex his negari nõ potest, quin dicatur sæua exercuisse, & † consequenter effectus fuerit irregularis, *cap. significasti* 18. *de homicid. volunt.* rationes
2 cuius † irregularitatis ad Beneficium, & Canonicatũ obtinẽdum sine dispensatione erat inhabilis, *Abb. in cap. cum nostis* 6. *num.* 22. *circa fin. de conces. Præben. Sayr. de Censur. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 21. *vers. secundario tamen, Carol. Marant. respons.* 67. *num.* 16. *par.* 4. *Rota decis.* 226. *nu.* 2. *vers. irregularitas autem, par.* 2. *recen. & in similibus Rota in Firmana Pensionis* 25. *Iunij* 1649. *&* 27. *Martii* 1656. *coram Eminentiss. D. Card. Celso, &* 1. *Iuly* 1665. *coram me,* vbi concordantes referuntur non obstante clausula in Litteris Apostolicis
3 apponi solita *absoluentes, &c.* quia † per eam irregularitas, cum non sit censura non tollitur, *Vgolin. de Censur. tabul.* 1. *cap.* 26. *nn.* 2. *fol. mihi* 340. *Sayr. eodem tract. lib.* 1. *cap.* 1. *nu.* 18. *vbi alios cumulat Rota decis.* 44. *num.* 5. *par.* 2. *recent.*

Distinctio autem in decisione relata, §. quãvis enim, & seq. quod † in bello iusto Clericus irregularitatem non incurrat, nisi specialis deducatur probatio, quod ipse propriis manibus occiderit, vel mutilauerit, non visa
4 est Dominis in hoc casu procedere posse nã præter quod bellum respectu ipsius Francisci Bernardini iustum dici non poterat, dum Vrbis obsessæ ciuis non erat, nec Regi illius domino subiectus, sed Patria Aquisgranen, & sic pro Patriæ suæ, aut Ecclesiæ propriæ defensione non militabat, nec ex alijs causis, quæ
5 ad † iustitiã belli requiruntur relatis per *Bald. cons.* 349. *per tot. lib.* 5. illud sufficere dictum fuit, quod in vltimo conflictu præfatæ obsidionis occasione sequuto plures occisi, & maxima strages hinc indè secuta est in quibus
6 terminis † siuè bellum iustum sit, siuè iniustum per Clericos in conflictu dimicãtes irregularitas incurritur post *Abb. in capit. petitio tua* 24. *num.* 3. *vbi plenè Barbos. nu.* 2. *qui alios congerit de homicid. Bellett. disquisit. Cleric. par.* 1. *tit. de disciplin. Cleric.* §. 5. *num.* 140. *& seqq. Bonacc. de Censur. disput.* 7. *quæst.* 4. *punct.* 4. *qui cæteros recenset Rota decis.* 3. *num.* 5. *vers. tunc demum Clericus, par.* 2. *recen.*

Maximè quia non probatur Franciscum Bernardinum præcisam habuisse necessitatem actu dimicandi, & in conflictu ipso se immi-
7 scendi, vndè † abstinere debebat, & sibi prudenter consulere, ne irregularitatem incurreret, *Abb. in cap. sententiam* 9. *sub nn.* 18. *vers. sed in contrarium ne Cleric. vel Monac. Bellett. disquisit. Cleric. par.* 1. *tit. de disciplin. cleric.* §. 5. *num.* 156. *& seq.*

Et ita pro recessu responsum fuit vtraque, &c.

R. P. D. EMERIX.

Prateñ. seu Nullius Parochialis.

Veneris 9. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

Nullitas Testamẽti ex defectu legitimi testium numeri deducitur, & an legatarius possit esse testis in testamento, quo sibi legatum relictũ fuerat. Testamentum tempore pestis conditum sufficit, quod quinque testium numero sit munitum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *In Teſtamento nuncupatiuo non habet locum prohibitio S.C. Liboniani.*
2 *Teſtamentum carens legitimo teſtium numero ſuſtineri non poteſt.*
3 *Legatarius eſt legitimus teſtis in Teſtamento.*
4 *Teſtes quinque ſufficiunt in teſtamento condito tempore peſtis.*
5 *Onus probandi contrarium incumbit illud aſſerenti.*

DECISIO CDLX.

VACANTE de anno 1662. Parochiali Eccleſia Sancti Marci Ciuitatis Prati, per obitum q. Bartholomæi Meucci, à Ioanne Cipriano, vti legatario Bertini Guardini Patroni vnius ex quatuor vocibus, & à duobus alijs Patronis, præſentatus fuit Stephanus Cipryanus, à Maria verò Guardina, vti Sorore, & hærede ab inteſtato dicti Bertini, & a Populo dictæ Parochialis Eccleſiæ præſentatus fuit Iacobus Mochus. Cumquè vterquè expediuerit Litteras Apoſtolicas Stephanus nimirum, vti præſentatus à medietate cum derogatione alterius medietatis, cauſa delata ad Rotam dedi dubium, An, & quæ Litteræ Apoſtolicæ eſſent exequendæ, cuius reſolutio ſub die 1. Iunij anni præteriti dilata fuit, & ordinatum, vt reuideretur *deciſ. 356. part. 6. recen.* in qua firmatur dictum Legatum vnius ex quatuor vocibus relictum à Bertino Ioãni Cypriano non ſubſtineri tanquam factum in Teſtamento carente legitimo numero Teſtium, ac ſcriptum propria manu Legatarij, nec confirmatum ab Ordinario ſuper cuius deciſionis iuribus, aſſumpta hodie diſputatione prodijt reſolutio pro receſſu, & præcipuè innixa fundamento, quod ex iuribus nũc deductis ſatis probatum videtur, quod de tẽpore conditi Teſtamenti Peſtis graſſabatur in Ciuitate Prati, quodquè ex depoſitionibus teſtium deponentium de toto tenore Teſtamẽti ſummario hodierno Cypriani *num.* 9. probata remanet Innocentia Legatarij, & conſequenter ceſſat non ſolum prohibitio S.C. Liboniani, quam † non habere locum in Teſtamento nuncupatiuo admittit deciſ. quæ reuidetur *num.* 13. & 14. & vltra ibi adductos notat *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 1. tit. 6. nu. 5. verſ. vt in teſtamento nuncupatiuo, Magon. deciſ. Florent. 3 num. 7.*

1

2 Sed etiam nullitas teſtamenti ex eo deducta, quod careat legitimo numero teſtium cũ vltra legatarium, quem † eſſe legitimum teſtem, eſt *text. in l. qui teſtamento, ff. de teſtam. & in l. diſtantibus, C. eodem, & in §. legatariis inſtit.* & eodem adhibiti fuerint quatuor alij, & ſic in vniuerſum quinque, quos † ſufficere in Teſtamento condito tempore peſtis ſecundum æquiorem, & humaniorem opinionem tenẽt *Baldus in ultima, C. de teſtam. Gabr. concluſ. 8. per tot. de teſtam. Graſſis de ſucceſſ. quæſt. 54. num. 5. verſ. contrariam, Maſcardus probat. concluſ. 1353. num. 58. Clarus in §. teſtamentum, quæſt. 56. Pariſ. conſ. 32. num. 38. & 48. lib. 2. Rolan. à Vall. conſ. 31. per tot. Nevizz. conſ. 26. nu. 5. & Rota coram Puteo deciſ. 362. lib. 1. cum aliis relatis in contraria deciſ. huius cauſæ num. 8.*

3

4

Non obſtat, quod adhunc effectum duo communiter à DD. requiri ſoleant, videlicet quod lues ſit magna ita vt non cenſeatur ſatis eſſe ſola ſuſpicio contagij, & quod maior teſtium numerus haberi non poſſit, quia vtrũque in hoc caſu concurriſſe deſumitur ex pluribus. Primò ex ipſomet teſtamento in cuius principio declaratur non fuiſſe inuentum notarium, qui illud rogare voluerit ex eo, quod Teſtator eſſet ſuſpectus de peſte. Secundò, ex depoſitione pluriũ Notariorũ, qui fuerũt vocati, & noluerunt venire dict. ſummario *nn.* 2. Tertiò, ex quo idẽ Teſtator paulò poſt ex peſtilentia deceſſit, vt conſtat ex atteſtatione iurata Medici, & Chirurgi, & mobilia eius partim tranſmiſſa fuerunt ad Lazarettum, & partim combuſta dicto ſummario *numer.* 3. & 4. Et quartò deniquè, ex depoſitione Miniſtrorum Sanitatis, & loci, ad quem infecti deferuntur, & numero mortuorum, qui de menſe Nouembris 1630. quo obijt Bertinus aſcẽdit ad 317. & eſt ſatis conſiderabilis in Ciuitate, quæ cum ſuo Comitatu non conſtituebat pluſquam 5213. hominum, dicto ſumm. *num.* 5. 6. & 8. ex quibus omnibus ſimul iunctis apparet peſtem, non ſolum fuiſſe magnã, ſed etiam veriſimiliter plures teſtes haberi nõ potuiſſe, licet onus † probandi plures inueniri potuiſſe incumbat illud aſſerenti, vt in ſpecie aduertit *Nevizz. dicto conſ. 26. nu. 5. in fin. & Put. d. deciſ. 362. ſimiliter in fine.*

5

Et hinc non vrgent ponderationes factæ in contraria deciſione, quod ex eodem teſtamẽto apparet, quod teſtator decumberet in lecto cum febri, & quod duo ex teſtibus dicant ſe acceſſiſſe tamquam ad amicum, quia experientia docet, quod communiter omnes procurant abſcondere quantum poſſunt ſe à peſte laborãtibus ne ab amicis, & propinqui deſerantur, & dum ex prædictis apparet Teſtatorem ex hoc morbo obiiſſe parum refert, quod in Teſtamento enunciatum fuerit.

Sicuti nec minus releuat tertium fundamentum eiuſdem deciſ. videlicet, quod Legatum tunc non fuiſſet legitime confirmatum, quia illud hodie ceſſat ex facto dum ipſum, & deciſio firmat ſuperuenire validam confirmationem, quæ licet non potuerit retrotrahi in præiudicium tunc præſentati hodie tamen bene ſuffragatur cum illa vacatio ſit conſumpta, & noua ſupernenerit.

Et ita, &c.

R. P. D. OTTALORA.

Bononien. Aquarum.

Veneris 9. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

Bona Communitatis vt valide alienentur quid requiratur. Solemnitates requiſitæ in inſtrumento venditionis bonorum Communitatis ex quo interueniſſe præſumantur. Procu-

rator fines mandati diligenter tueri tenetur. ſententia quando eſt valida, & iuſta non datur reſtitutio in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Fatalibus non prorogatis, & lapſo biennio intrat res iudicata.*
2 *Validitas ſententiæ ex actis iuſtificatur.*
3 *Inſtrumentum publicum probationem probatam facit*
4 *Bona communitatis vt validè alienari valeant, aſſiſtentia maioris partis Conſiliariorum ad ſonum cāpanæ congregatorum requiritur.*
5 *Notario in materia ad officium ſuum ſpectante plena fides eſt adhibenda.*
6 *Solemnitates requiſitæ in inſtrumento venditionis bonorum communitatis interueniſſe præſumuntur ex lapſu pluſquam centum annorum à die factæ venditionis.*
7 *Probatio per euidentiam rei omnem aliam ſuperat probationem.*
8 *Probationes leuiores ſufficiunt pro quantitatis liquidatione quando plenè conſtat de ſubſtantia debiti.*
9 *Procurator limites mandati diligenter cuſtodire debet*
10 *Fundus inferior recipere debet aquas à prædio dominante.*
11 *Procurator cum ſolo mandato ad vendendum poteſt etiam paciſci ſuper acceſſorio ad venditionem*
12 *Mandatum procura ſemper intelligitur cōceſſum ad ea, quæ veniunt conſecutiuè, & dependenter*
13 *Ratificatio idem operatur ac mandatum, ac ſi ſpeciale requireretur.*
14 *Adimplementum ab eo eſt probandum, cuius commodum concernit.*
15 *Conditio nihil ponit in eſſe, antequam purificetur.*
16 *Præſcriptiones tot requiruntur, quot ſunt actus præſcribendi.*
17 *Reſtitutio in integrum non datur quando ſententia in iudicatum tranſacta eſt valida & iuſta.*

DECISIO CCCCLXI.

COMMISSA mihi cauſa appellationis à ſententia Auditoris Rotæ Bononiæ, qua pronunciatum fuit Cōmunitatem Villę Fontanæ teneri ad manutenendum excauatos aqueductus, ſiue excolatoriam in ſuis agris inferioribus pro receptione aquarum fundorū alias venditorum q. Alexandro Blanchino, nec non ad reficiendum omnia damna paſſa à Co: Franciſco Maluetio dd. bonorum poſſeſſore ad rationem lib. 600. ſingulo anno iſſque ad integram ſolutionem expenſarum per Peritos liquidandarum pro dd. conductuum refectione, vt latius in dicta ſententia, dubitaui an conſtet de re iudicata, ſeu potius de cauſis reſtitutionis in integrum, & affirmatiuè quoad primam partem, negatiuè quoad ſecundā Domini reſponderunt, quia ab anno 1638. quo ſententia lata fuit, nihil actum fuit
2 in cauſa, † ideoque lapſo biennio, & fatalibus non prorogantis intrat de plano res iudicata *cap. cum ſit Romana de appell. clem. ſicut & clem. ſi appell. cod. tit. Burat. dec. 385. num. 1. Eminentiſs. Otthob. dec. 44. num. 4. & in Rauennaten. bonorum 24. Martij 1653. coram R. D. meo Decano*

2 Validitas autem ſententiæ patet ex reuolutione actorum *vulg. dec. Caput. 260. part. 2.* et iuſtitia reſultat ex inſtrumento vēditionis factę de anno 1558. quondā Alexandro Blanchino cum obligatione manutenendi aquæductus in aliis agris inferioribus pro excolandis aquis bonorum venditorum, ac etiam damnorum, & intereſſe, caſu quo ex defectu excauationis aquæ prædictæ non potuiſſent excolari, quod † inſtrumentum tanquā
3 publicum facit probationem, & obligat communitatem ad illud præciſè adimplendum *Rota poſt Zacch. de oblig. Can. deciſ. 166. num. 1. & ſeqq. & dec. 241. num. 1.*

Neque dubitari poteſt de validitate venditionis, cum fuerit facta ex cauſa ſoluendi debita communitatis, & cum interuentu Procuratorum ad id ſpecialiter electorum habita per tres vices matura deliberatione à Conſilio ad ſonū Campanæ more ſolito congregato, cum aſſiſtentia maioris partis Conſiliariorum, quod † ſufficit *l. maior part 14. ff. ad munic. l. nulli 3. & l. plane 4. & ibi gloſſ. in verb. duæ partes, & in verb. poteſt ff. quod iuſſus uniuerſ. Iaſ. conſ. 71. ſub num. 3. Cephal. conſ. 328. num. 62. & 67. Simon de Pret. conſ. 79. ſub num. 74. cum ſeqq. lib. 1. Franc. dec. 2. nu. 24.* & Notario de his om-
5 nibus acceptanti plena fides eſt adhibenda *Bart. in l. fin. numer. 4. C. de Prod. Ruſt. Roland. a Vall. conſ. 90. num. 7. lib. 1. Alex. conſ. 195. num. 4. vol. 7.* Parum obſtante quod non conſtet de aliis ſolemnitatibus, nempe de expreſſa licentia Principis, Decreto Iudicis, & vtilitate communitatis, aliiſque requiſitis *in l. fin. C. de vendit. rer. ciuit. lib. 11.* quia ex lapſu pluſquam centum annorum à die factæ vēditio-
6 nis, omnes ſolemnitates præſumuntur interueniſſe, *vt in puncto conſulunt Simon de Prat. d. conſ. 59. num. 8 cum ſeqq. lib. 1. Dec. conſ. 295. num. 13. Cephal. conſ. 778. num. 34. & 35. Cyriac. contr. 111. num. 7. & ſeqq. vbi ſub num. 11. ampliat, licet ſolemnitas non fuerit enūciata in inſtrumento Theſaur. Iun. queſt. forenſ. 27. num. 18. lib. 2. Rota coram Merlino dec. 13. num. 1. Burat. dec. 46. num. 14. & 15. Seraph. dec. 185. num. 1. Eminentiſs. Otthob. dec. 240. & dec. 84. par. 4. rec.*

Damna vero, quæ paſſus fuit Comes Malnetius prouenientia ex defectu excauationis conductuum, concludenter probantur, tum ex relatione Peritorum, tum ex Teſtibus, tum ex inſpectione loci facta per Auditorem Generalem Bononiæ, ex qua reſultat probatio per euidentiam rei, quæ † omnem aliam
7 ſuperat probationem *Poſth. de manut. obſerv. 101 nu. 5. Rota in Carpentoraten. aquarum 25. Nouembris 1662. §. & his multum coram R. P. D. meo Taia.*

Liquidatio denique damnorum in d. libris 600. quolibet anno ſatis iuſtificatur ex eiſdē Teſtibus datis in ſumm. Co: *num. 12.* quia
8 cum plenè conſtet de ſubſtantia debiti pro liquidatione quātitatis ſufficiunt leuiores probationes *Greg. deciſ. 324. num. 4. Buratt. dec. 175. num. 3. dec. 479. num. 1. & 2. par. 2. rec. & in Bonon. fideicom. 21. Febr. 1661. coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Non

Non obſtat quod Procuratores à Cõmuni-
9 tate cõſtituti non habeant facultatem † niſi ad vendendũ, ideoq; non potuerint abſq; ſpeciali mandato illigare Communitatem ad ſeruitutem perpetuam manutenendã aquæductus ad tradita *per Iaſon. in l. Præſes nu. 12. C. de tranſact. Caſtren. in l. non dubito nu. 7. & 8. ff. de ſeruit.* nam cum bona vendita altiora ſint, & cohæreant aliis bonis inferioribus eiuſdem Communitatis, vt conſtat ex eodem Inſtrumento venditionis dato in ſumm. *nu.* 2. & de iure aquę
10 prædij dominantis † recipi debeant à fundo inferiori *l. ſi aquæductus 47. ff. de contraben. empt. Surd. conſ. 17. n. 14. & 27. & conſ. 23. num. 9.* vtiq;
11 Procutatores cum ſolo mandato ad vendendum potuerunt etiam pacifci ſuper iſta ſeruitute, tanquam acceſſoria, & inſeparabili *Rota deciſ. 374. num. 18. part. 5. rec.* mandata
12 enim procuræ ſemper intelliguntur conceſſa ad ea quæ veniunt conſecutiuè, & dependenter *Zolin. de procur. part. 5. cap. 3. num.* 13. & in omnẽ caſum ipſa difficultas ex facto pòderando quod anno 1600. pro damnis paſſis à Blanchino Communitas ſoluit libr. 8. mil. ex qua ſolutione ſaltem inducitur ſeruitutis
13 promiſſæ ratificatio, quæ idem operatur, ac mandatum, etſi ſpeciale requireretur *cap. ratihabitionem de regul. Iur. in 6. Gregor. dec. 295. nu. 4. & 525. nu. 4. cum alijs adductis in Romana Cambij 4. Febr. 1665. §. facultas coram me.*

Nec ſubſiſtit quod ſeruitus iam fuerit extincta mediante Decreto emanato de anno 1600. hinc inde acceptato, quia Decretum prædictum duo continet reſpicientia diuerſa tempora. Alterum quod pro damnis præteritis Communitas teneretur ſoluere Blanchinis libr. 8. mil. alterum quod pro tempore futuro eligerentur Periti qui æſtimarent expenſas neceſſarias pro excauatione facienda, & his ſolutis Blãchino pro vna vice ſeruitus inpoſterum remaneret extincta, quo enim ad primum benè verum eſt, quod Communitas adimpleuit mediante effectiua ſolutione librar. 8. mil. quo vero ad ſecundum, damna futura reſpicieus non docetur de adimplemento, quod ab eodem Communitate probari debet, cum eius proprium commodum
14 concernat † *l. Iulia 3. ff. de act. empt. Rota coram Eminentiſs. Ottob. dec. 13. num. 4.* Vnde non docto de adimplemento formali in Decreto, prædictæ promiſſio ſeruitutis, & damnorum remanet in ſuo robore, quia extinctio eſt conditionalis ibi: Et iuxta Peritorum ſolutionem expenſis ſolutis, ex tunc liberarunt homines
15 à prędicta ſeruitute conditio autem nihil ponit in eſſe, antequam purificetur *cap. ver. de rendit. appoſit. l. ſi quis fundum ff. de contraben. empt. Bart. in l. quibus diebus §. Sernillius num. 15. ff. de condit. demonſtr.*

Denique non releuat quod ab anno 1600. quo decretum emanauit, vſque ad annum 1635. nunquam Communitas fuerit interpellata ad excauandum foueas, ac proinde per lapſum 30. annorum, & vltra eius obligatio remanſerit præſcripta, nam præter quod non probatur d. medio tempore opus fuiſſe dd. foueas excauare, ita vt Communitas negligendo potuerit præſcribere; obiectum tollitur ex eo quod verſamur in ſeruitute per-
16 petua conſiſtente in † actibus ſucceſſiuis, in qua tot requiruntur præſcriptiones, quot ſunt actus præſcribendi, *l. cum notiſſimi §. in iis. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum Put. deciſ. 251. num. 2. in nou. Moed. dec. 226. alias 4. de præſcript.* ex quibus DD. cenſuerunt non conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum, quæ non datur
17 quoties ſententia tranſacta in † iudicatum eſt valida & iuſta *Rota dec. 132. nu. 1. par. 1. cum a-lijs adductis in Romana de Mareſcottis 18. Maii 1646. coram Ghiſlerio.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Regien. Beneficij.

Veneris 9. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus quando dicatur gentilitium, & hoc qualitate gentilitia ſpoliatum trãſire valeat ad hæredes etiam extraneos Verba generalia interpretationem recipiunt ab alijs verbis ſpecialiter adiectis. Ius idem eſt ſeruandum quoties eadem ratio militat, & alia de quibus latiſſimè in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus ex quibus dicatur eſſe gentilitium & vide ſup. num.* 1.
2 *Filia agnati dicitur agnationis dignitatem conſeruare*
3 *Dictiones* donec, & quamdiu extent maſculi *temporalem fœminarum excluſionem important & num.* 15.
Sed declara vt nu. 16. & 17.
4 *Fœmine extraneis præferuntur poſt maſculorum deficientiam in Iurepatronatus actiuo fauore maſculorum concepto.*
5 *Fœmina niſi expreſſe fuerint excluſa maſculorum ceſſante concurſu ſuccedunt.*
6 *Patroni fundatorum diſpoſitioni contrauenire non poſſunt.*
7 *Appellatione deſcendentium maſculorum continentur maſculi prouenientes ex fœminis.*
8 *Maſculi deſcendentes ex fœminis connumerantur inter maſculos deſcendentes.*
9 *Argumentum de fideicommiſſis ad patronatum propter identitatem rationis, eſt validum.*
10 *Iuſpatronatus gentilitium ad aliam lineam tranſiẽs efficitur hereditarium.*
11 *Verba taxatiua Iuſpatronatus ad maſculos reſtringentia ſtant demonſtratiuè, & operantur donec, & quamdiu extent maſculi.*
12 *Teſtator non diſponens circa deficientiam propriæ agnationis videtur caſum reliquiſſe ſub Iuris communis diſpoſitione.*
13 *Iuſpatronatus de ſui natura ad hæredes extraneos qualitate gentilitia ſpoliata tranſire poteſt.*
14 *Fœmine quando agnatio, & maſculinitas contemplata fuit à Teſtatore non cenſentur comprehenſæ in vocatione actiua.*

18 *Fœmina succedere valent in Iurepatronatus hereditario.*
19 *Fœmina comprehenduntur, sub verbis senior de domo.*
20 *Descendentes à fœmina nupta in aliena familia agnationem iustificare non potest.*
21 *Qualitas agnationis repetita censetur quando agitur de dispositione facta fauore agnationis ad exclusionem fœminarum, & ab illis prouenientium, quamuis verba essent apta illas comprehendere & num. 22.*
23 *Verbu generalia interpretationem recipiunt à verbis specialiter adiectis.*
24 *Ius idem seruari debet, vbi militat eadem ratio.*
25 *Absurdum vt existat regi debet omnis inuerisimilis intellectus.*
26 *Declaratio ex intervallo facta pro interpretatione dubia dispositionis inservit.*
27 *Declaratio dispositioni inesse censetur*
28 *Præsentatus ab existente in quasi possessione præsentandi est instituendus*
29 *Dispositionis effectus vt impediatur quid sit necessarium.*

DECISIO CCCCLXII.

IOANNES Bonuicinus vti hæres Camilli Bracchij vltimi ex linea masculina Fundatorum beneficij, de quo agitur, ad illud præsentando insimul cum Laura Bracchia Cohærede Ioannem Pedianum de anno 1650. quasi possessionem Iurispatronatus est adeptus, dataque occasione dicta quasi possessione vtendi de anno 1663. quo Pedianus decessit, præfatus Bonuicinus præsentauit ad d. Beneficium Franciscum Cassolium; Violantes vero Brachia prætendens vocationem actiuã, & passiuam descendẽtium ex progenie Bracchia iuxta conditiones appositas in acquisitione Iurispatronatus Gentilitij, præsentanti Bonuicino, & præsentato Cassolio, ambobus extraneis, vehementer obstare, nominauit Hieronymum Zanichium suum filium, inter quem, & Cassolium lite contestata coram Ordinario Regien. pronunciatum est, Cassolium esse instituendum; interposita appellatione causa mihi est commissa, pro cuius difficultatibus melius explanandis, multoties DD. resolutionem distulerunt.

Aliquod enim negotium facessere videbãtur vocatio actiua & passiua descendentium ex progenie Bracchia in Instrumento fundationis d. Beneficij ordinata; Actiua quidem sub his verbis: *quod esset & esse deberet patronale Iuspatronatus Laicorum ipsorum Gabrielis, & Nicolai de Bracchijs, & verisque eorum alterius, & cuiuslibet eorum filiorum descendentium ex eis, & successorum masculorum tantum legitimorum, & naturalium semper in infinitum, & in perpetuum, ita quod egredi, nec exire possit, nec debeat quoquomodo de stirpe, & progenie agnatorum masculorum descendentium ex ipsis.* Summario Cassolij nu. 1. Ex
1 quibus euidenter † dicebatur apparere Iuspatronatus esse gentilitium *Lambert. de Iurepatr. lib. 1. part. 2. quæst. 2. art. 8. Gabr. conf. 196. num. 2. lib. 2 Paris. conf. 48. nu. 6. lib. 4. Rota dec. 395. nu. 2. Par. 1. decis. 581. nu. 4. par. 3. recent.* Illud quæ post defectum masculorum spectare posse ad Violã-
2 tem Bracchiam in qua vti filiæ agnati descendentis à Fundatoribus benè dicitur conseruati dignitas agnationis, *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. num. 6. Paris. conf. 47. nu. 61. lib. 4. Rota dec. 203. nu. 7. par. 2. decis. 516. nu. 1. decis. 279. nu. 18. & dec. 349. nu. 30. par. 6. rec. & coram Greg. dec. 404. num. 5.*

Quæ fortius mutuari credebantur fundamentum ex dictionibus, *donec, & quamdiu extent masculi*, cum ex hoc modo loquendi arguatur solum temporalis exclusio fœminarum, *Bart. in l. fin. §. quando num. 2. vers. in contrarium ff. ad Tertull. Bald. conf. 43. lib. 2. Alex. conf. 188. nu. 2. lib. 6. Menoch. conf. 165. nu. 15. Rota decis. 367. nu. 22. & 23. coram Penia in Regien. Beneficii 10. Decembris 1653. coram bo. me. Bichio*, super hac eadem fundatione edita occasione antecedentis vacationis, & præsentationis d. Pediani, & ita in terminis Iurispatronatus actiui fauore masculorum concepti fœminas extrancis esse præferendas post deficientiam masculorum, firmauit *Rot. in Parmen. Iurispatr. 26. Aprilis 1613. coram fa. me. Imm. X.* & cessante concursu masculorum fœminas succedere, nisi expressè fuerint exclusæ *apud Vinian. de Iurepatr. dec. 69. num. 1.*

Vocatio vero passiua clara quoque desumi allegabatur ex tenore eiusdem Instrumenti fundationis, in quo præferri debet Presbyter antiquior de agnatione Fundatorum, & si nõ extabit *eligendus erit vnus Clericus in minoribus constitutus de ipsorum patronorum, & descendentium agnatorum prouenientibus d. Summ. Cassolii num. 1.* Cumque d. Hieronymus, vti filius Violantis descendentis ab agnatis Fundatorum sit talis debuisset à Bonuicino, quatenus verus esset Patronus, ad illud beneficium præsentari, vt
6 potè specialiter vocatus † in Iurepatronatus passiuo, & perinde habendus ac si præsentatus fuisset, cum Patroni non possint contrauenire dispositioni Fundatorum, *Bald. conf. 38. n. 2. lib. 4. Gonzal. ad reg. 8. glos. 9. §. 1. nu. 94. vers. pariter quoque. Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 38. nu. 26. quæst. 51. nu. 31. Rota coram Puteo decis. 252. nu. 2. lib. 8. & dec. 97. num. 3. par. 3. recent.*

Præterea ipse Hieronymus præfatas qualitates in fundatione requisitas habere videbatur ex eisdem verbis *de patronorum & descendentium agnatorum prouenientibus*, sub quorum significatione comprehenduntur masculi ex fœminis orti, sicuti dicitur, quod descenden-
7 tium masculorum appellatione continentur masculi prouenientes ex fœminis *l. 4. §. toties. ff. de dam. inf. l. hos accusare §. omnibus ff. de accusat.* ad hoc facit *tex. in §. 1. auth. de hared. vocat. ab intest.* vbi inter masculos descendentes numeran-
8 tur, qui ex fœminis † descendunt *Text. in l. fin. C. de suis, & legit. Paul. Castr. in l. 1. ff. de condit. instit. Aretin. in l. Gallus §. nunc de legs ff. de lib. & posthum. Alciat. conf. 15. col. 1. lib. 3. conf. 104. num. 9. Curt. Iun. conf. 1. nu. 24. Rain. conf. 49. col. 2. & vers. 120. nu. 8. lib. 1. Socin. Iun. conf. 2. lib. 3. Tiraq. de iure primog. quæst. 13. nu. 2.* Et licet allegati DD. differant de casibus fideicommissarijs non ex

9 eò sunt reiiciendi, quia valet † argumentum de fideicommissis ad patronatum propter identitatem rationis, vt admittit *Rota dec.361.n.8 coram R. Tarraconen.*

At hodie causa pro quarta vice ad deliberationem reuocata prædictis non obstantibus DD. censuerunt Cassolium esse instituēdum; nam quoad vocationē actiuam placuit DD. quod fauore Cassolij sub optima explicatione deducebatur Iuspatronatus, de quo est quæstio, re vera gentilitium fuisse fundatum à Gabriele, & alijs de Braechijs, vt in d. Instrumento fundationis; sed ita intra durationem posteritatis masculinæ, & propriæ agnationis coarctatum, vt post Camillum vltimum ex agnatis extinctum ad Bonuicinum illius hæ-
10 redem transiuerit, & de gentilitio factum fuerit hæreditarium, iuxta celebre *conf. Anchar.81.conf.Cald.4.de Iurepat.* quorum opinionem reiecto Geminiano contra communem sentiente Rota approbauit *coram Seraph. decis. 364.& 378.per tot.coram Millin. decis.59. num.5. & dec.330.nu.1.coram Merlin.dec.340.nu.9. coram Reuerendiss.Tarraconen. dec.93. nu.6.& seqq.& in rec.dec.221.par.3.* vbi verba taxatiua Iuspatro-
11 natus ad masculos tantum† restringentia dicuntur stare demonstratiuè, & intelliguntur operari quamdiu, & donec extent masculi, sicut, & in *dec.364.& 378.vtrobique nu.9. coram Seraph.* quo loco contrarium suadentibus optimè respondetur.

Hæcque potiorem locum obtinere debent ex eo quod Fundatores nihil disponendo circa deficiētiam posteritatis masculinæ & propriæ agnationis, hunc casum reliquerunt iuxta terminos Iuris communis regulandum, in
12 puncto *Rot.coram Seraph.d.dec.364.nu.7. & dec. 378.sub nu.5.& in Regien.Beneficij 10. Decembris 1653.coram bo.me. Bichio*, quo fit vt per extinctionem agnationis spoliata qualitate gentilitia hæreditariam retinet Iuspatronatus, quod
13 ex propria natura † est transitorium ad hæredes extraneos, *cap.1. de iurepatr.Clem. plures eodem tit.glos.in cap.considerandum 16. quæst. 7. cum plurib. cumulatis in d.dec.364.nu.3. & decis. 378. nu.1. vers. secundo restituerunt coram Seraph. & in dec.238.nu.5.par.5.rec.*

14 Ex quibus sequitur fœminas† licet descendentes à Fundatoribus non esse comprehensas in vocatione actiua, nec in ea aliquod ius personale radicatum habere, attentis qualitatibus agnationis, & masculinitatis adiectis, Iuspatronatus actiuum ad solos masculos restringentibus, *Gabr.conf.132.quæst.4. Ruin.conf. 161. num.5. vol.2. cum aliis allegatis in decis.272.*
15 *num.14. coram Buratto*. Vnde ad simile Iuspatronatus venire non possunt, nisi cum qualitate hæreditaria, vt in præcisis, ac specialibus terminis dixit *Rota in decis.307.num.9.par.7.recent.& decis.231.num.7.vers.quia quicquid sit, coram Reuerendiss. Tarraconen.*

Hinc euacuatur obiectum innixum super illis dictionibus, *donec, & quamdiu extent masculi* temporalem exclusionem fœminarum indu-
16 centibus, quia † hæc conclusio procedit, quādo concurrente similium dictionum genere, constat fœminas in vocatione cum masculis ab initio esse comprehensas, sed earum admissionem, masculorum intuitu, vsque ad ipsorum deficientium suspendi, vt optimè explicat *Gabr.conf.132.quæst.5.n.56.ex not. in l.cum ita, §.in fideicommisso, ff. de legat.2. & in l.Gallus, §. quidam relic. ff. de liber. & posthum. Rota in dict. decis.272. num.17. coram Buratto*, & in hoc sensu loquūtur auctoritates supra allegatæ in §. *ora*
17 *fortius*, secus † autem, quando dictiones illæ sunt appositæ in vocatione restricta ad solos masculos, priuatiuè quoad omnes, & nulla facta mentione vocationis successiuæ fœminarum, tunc enim fœminæ in defectu masculorum, & in subsidium non intelliguntur vocatæ, *Gabr.dicto conf.132.in 5.quæst. lib.1. Pereg. conf.159.num.13. vers.quartus est casus, lib.5. cum pluribus referentibus in dicta decis.272.num.13. coram Buratto.*

Cum ergo in præsenti casu fœminæ non veniant, nec ideò vllum ius radicatum habeant in vocatione masculorum, manifestū est dictiones *donec, & quamdiu*, nihil operari ad importandam temporalem exclusionem in vocationē post masculos conceptam, sed solum inseruire ad exprimendam durationem masculorum, ita vt ex voluntate Fundatorū Iuspatronatus ad eos pertineat, illis extantibus priuatiuè quoad omnes: extincta verò Agnatione fit locus dispositioni Iuris communis Iuspatronatus ad hæredes etiam extraneos defercutis: Vnde si fœminæ subintrare valeāt post finitam agnationem, illud non accidit ex Fundatorum prouidentia, aut ex aliquo Iure personali prouenient ex comprehen-
18 sione in vocatione actiua, sed † ex qualitate hæreditaria illas habilitante, *Rota in dicta decis. 307.num.9.par.7.recen.& decis.231.nu.7.vers.quia quicquid sit, coram Reuerendiss.Tarraconen.* nec aliū sensum tenuit *Rota in dicta Regien. Beneficij 10. Decembris 1653. §.in casu autem nostro, coram bo. mem. Bichio*, licèt ibi dicatur, quod masculi, donec extant, præferuntur fœminis, quia si benè introspiciatur contextus decisionis, aduertetur in ea firmari, fœminas posse venire ad Iuspatronatus, sicut, & extraneos, quod profectò coincidit in idem, ac si diceretur, quod fœminæ non possint venire, nisi cum qualitate hæreditaria, dum extranei, sine ea admitti nequeunt, aliæque decisiones in cōtrarium allegatæ fœminas admittunt quoque eo titulo successionis ex earum comprehensione, in dispositione Fundatorum, quod nō controuertitur, vt in illa *Parmen. Iurispatronatus 26. Aprilis 1613.coram san. mem. Innocentio X.* vbi post masculos vocabatur Senior de do-
19 mo: in † quorum verborum significatione fœminas comprehendi indubitati Iuris est.

20 Quò verò ad vocationem passiuam considerabant DD. intentum Cassolij pariter illæsum remanere, quia Hieronymus Zanichius descendens per fœminam non habet qualitates adiectas in dicta vocatione passiua, agnationem præcisè requirente, quam iustificare non potest, dum à fœmina nupta in aliena familia trahit originem, iuxta *text.in l. vlt.*

post princip. vers. quia autem, ff. de grad. affin. Rain. conf. 49. num. 6. vers. nec etiam obstat, lib. 1. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 91. num. 5. lib. 4. Rota decis. 206. nu. 2. & 3. par. 3. decis. 402. nu. 26. par. 9. recen. vt in puncto vocationis passiuæ agnatorum, non comprehendi cognatos respondit *Rot. in Ciuitatis Plebis Cappellanie 23. Ianuarij 1666. coram bon. mem. Verospio, & 4. Decembris 1662. & 23. Februar. 1663. coram Reuerendiss. Geruasen.*

Quod autem agnatio cõsiderata sit in primo gradu vocationis passiuæ in dubium non reuocatur, dum ibi specificatur, quod Sacerdos *sit de agnatione*, quodq; eadem qualitas sit repetita in secundo gradu vocationis passiuæ comprobatur, nedum ex eo quod agitur de dispositione facta fauore agnationis, quo casu
21 ea cõpletur † eadem qualitas repetita, vt copiosè tractat *Fusar. de substit. quæst. 404. num. 12.*
22 ad exclusionem † fœminarum, & descendẽtium ab illis, etiamsi verba essent apta illas comprehendere, vt ponderat *Rota in dicta decis. 202. num. 2. coram Buratto*, sed etiam ex multis argumẽtis ad id facientibus, scilicet quod
23 verba † generalia debeant recipere interpretationem ab illis verbis specialitèr adiectis, *l. si aduciatur 13. vbi gloss. ff. pro soc. Surd. cons. 34. num. 39. Seraph. decis. 587. num. 1. in fine, cum adductis in decis. 190. num. 3. coram Eminentiss. Card.*
24 *Otthobono*, quod † vbi conuenit eadem ratio in actiua, & in passiua vocatione, idẽ ius secundum est, *Rota decis. 49. num. 20. part. 4. tom. 4. recent.* quodque sequeretur absurdum, si cognatus Clericus præferretur Clerico agnato, vel Sacerdoti cognato, & ille admitteretur in horum concursu, quod profectò intelligendum esset, si non reperto Sacerdote de agnatione, vt requiritur in primo gradu vocationis passiuæ, censeretur in secundo gradu Cognatus Clericus præferendus Clerico Agnato, vel Sacerdoti Cognato, cum de ipsis nulla fiat mentio in primo, & secundo gradu vo-
25 cationis passiuæ, ad † quod euitandum reijciendus est hic inuerisimilis intellectus, *Rota decis. 170. num. 3. par. 2. diuers. & decis. 22. num. 10. coram Buratto*, sicut à contrario dicitur cessare repetitio, quando sequeretur aliquod absurdum, vt per *Fusar. dicta quæst. 404. num. 14.*

Et si quę dubietas subesset in interpretatione verborum secundi gradus vocationis passiuæ, nempè *eligant vnum Clericum in minoribus constitutum de ipsorum Patronorum, & descendentium agnatorum prouenientibus, dicto Summ. num. 1.* omnino tolleretur ex melius declarata dicta dispositione in alio Instrumento dotationis, seu augumẽti dotis facto à duobus ex primis Fundatoribus coram Ordinario, qui in fundatione auctoritatẽ interposuerat, paucis annis post fundationem celebrato per hæc verba, *tenantur præsentare vnum Clericum in minoribus constituũ de descendentibus agnatis*, & paulò infrà, *si autem de descendentibus agnatis non extabit aliquis Presbyter, nec Clericus*, quam declarationem, licet †
26 ex interuallo factam pro interpretatione dispositionis dubiæ admittit, *Rota decis. 837. numer. 14. coram Seraph. decis. 119. num. 7. coram Eminentiss. Otthobon. decis. 238. nu. 5. par. 1. & decis. 402. num. 3. par. 9. recent.* vbi in puncto firmatur non posse obiici, quod per huiusmodi declarationem ius tertio quæsitum
27 lædatur, quia † declaratio censetur inesse dispositioni, ex *Castren. in l. hæredes palam 21. §. si quid, sub num. 4. ff. de Testam. Rimin. Iun. conf. 131. num. 9. & conf. 200. nu. 13. & pluribus aliis ibi congestis.*

28 In quam sententiã, eò magis iuerunt DD. in fauorem Cassolij, vti præsentati à Ioanne Bonuicino hærede Camilli de Bracchijs vltimi ex descendentibus agnatis Fundatorum, atque existente in quasi possessione præsentãdi, iuxtà dispositionem *cap. consultationibus de Iurepatron. vbi Abbas nu. 6. Oldrad. conf. 312. nu. 2. in fine, Gonzal. ad regul. 8. glos. 45. §. 2. num. 14. & seqq. Mascard. de probat. concl. 172. num. 8. Marescott. var. resolu. lib. 1. cap. 55. Rota decis. 7. de Iurepatron. in nouis, decis. 14. eodem tit. in antiq. & post Vivian. decis. 44. cum pluribus ab eo relatis, lib. 11. cap. 6. num. 12.*

Deficiẽte iustificatione proprietatis per Instrumentum publicum, dum illud, ex quo proprietas elici prætenditur, non potest dici clarum, atque omni exceptione carens, & quod contra illud nihil opponi possit, vt est
29 necessarium † ad impediendum effectum dispositionis, *d. cap. consultationibus, Butr. in cap. ex literis, num. 8. de Iurepatron. Lambert. de Iurep. lib. 2. quæst. 3. art. 6. num. 4. par. 1. Rota in Lucana Iurispatronatus 18. Iunii 1628. coram bon. me. Dunozetto, & in Leodien. Beneficij 27. Iunii 1629. §. nõ obstat, quod attendatur proprietas, coram Virili, & in Maioricen. Beneficii 11. Ianuarii 1658. coram Eminentiss. Card. Celso.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. CARPINEO

Nunc S. R. E. Cardinali.

Nonantulana Bonorum.

Veneris 9. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

In Emphiteusi Ecclesiastica iure sanguinis succeditur; & concessa, vsquè ad tertiam generationem, non valet pronepotes comprehendere. Bona emphiteusis Ecclesiasticæ sub generali bonorum dispositione venire non possunt.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteusis pactionata primo ad acquirentem, secundo ad filios, tertio ad nepotes defertur.*
2 *In Emphiteusi Ecclesiastica non admittitur representatio iure sanguinis.*
3 *Emphiteusis concessa filiis, & nepotibus valet pronepotes comprehendere.*
4 *Emphiteusis Ecclesiastica vltra filios, & nepotes non progreditur.*
5 *Verba*, vsquè in ipsius conductoris tertiam generationem, *apta sunt includere pronepotes, quia nemo se ipsum generat.*

Declara tamen, vt num. 6. & 7.

8 *Filius in præiudicium ſtipulationis paternæ diſponere nequit de emphiteuſi.*

9 *Emphiteuſis conceſſio ex titulo lucratiuo, cenſeri debet, quando liberalitas concedentis vndique exuberat.*

10 *Emphiteuſim primus acquirens ex quo in præiudicium vocatorum diſponere nequeat.*

11 *Filius primi acquirentis emphiteuſim ex propria perſona in illa ſuccedit, cum ſit in inueſtitura cõprehenſus.*

12 *In Emphiteuſi vt quis ſuccedere valeat ſpecialis illius mentio requiritur.*

13 *Bona Emphiteuſis Eccleſiaſtica ex pacto, & prouidentia ſub generali bonorum diſpoſitione non veniunt.*

14 *Bona hæreditaria ſub generali diſpoſitione bonorum venire poſſunt.*

15 Deciſ. 287. par. 1. & 294. par. 2. & deciſ. Pen. 1192. & 1221. & deciſ. 585. nu. 10. Canaler. *quomodo intelligenda, & num.* 16. & 17.

DECISIO CDLXIII.

SOLET plerumq; Auguſta Abbatia Nonantulæ Inueſtituras concedere ſub formula ſequenti, nempè: Primò, acquirenti pro ſe, & ſuis filijs, & nepotibus maſculis legitimis, & naturalibus ab eo deſcendẽ. ſtipulanti, & recipienti, quos ſi non habuerit, & ſi habuerit penitus defuerint, tunc Inueſtitura, quæ vocatur precaria deueniat in ipſas filias, vel neptes legitimas, quæ viros legitimos, & naturales accipiant, & rem patris poſſideant.

Sub qua præciſa, & conſueta formula quã plura conceſſerat bona familiæ de Cataneis, quę in trés diſtinctas claſſes alia in maiori parte receperat Petrus Senior, alia verò in ſolidũ acquiſierant Ludouicus Octauius Alphonſus & Albertus ipſius Petri filij, & demum alia Petrus Iunior filius Ludouici pro ſe, & prædictis Alberto, Alphonſo, & Octauio Patruis.

Cum verò præfata bona temporis ſucceſſu in ſolum Octauium ſuperſtitem, ſiue ex iure accreſcendi, ſiuè potius non decreſcendi cõſolidata ex ſupradictarum occaſionum lege poſt ipſius obitum ad Vrſinam, Alberti filiã peruenieſſent illa ſtatim, ac docuit cor. A. C. ex teſtium dictis, & ex Canonum ſolutione in quieta, & pacifica poſſeſſione eorumdem exiſtere obtinuit ſuper illis manuteneri, & vlterius declarari præfata bona ad ipſam, vti in Inſtrumentis conceſſionum vocatam, & cõprehenſam pertinere excluſis Barbara Morana, & Ludouico, & fratribus de Cataneis, dicti Octauij vltimi ſuperſtitis hæredibus.

Hinc appellationis cauſa ad Rotam deuoluta, & boni iuris aſſumpta diſpoſitione, illud hodie Vrſinæ etiam ad effectum Manutẽtionis ſuffragari, reſolutum fuit. Quia dum verſamur in Emphiteuſi Eccleſiaſtica ex pacto, & prouidentia recepta pro ſe, & filiis, ac nepotibus maſculis, & illis deficientibus pro filiabus, & neptibus viſum eſt, non poſſe dubitari quin Vrſina, vti filia Alberti, & ſic proximior reſpectu Petri Senioris Aui, quam Alberti Patris, ac Ludouici, Alphonſi, ac Octauij Patruorum, quam etiam Petri Iunioris Patruelis præferẽda veniat tum fratribus de Piſſaldis, ex Iſabella . . . . . tum Barbaræ Moranæ, ex Cinthia filiabus Ludouici prõgenitis, & ſic reſpectu omnium prædictorum. Primò, acquirentium in gradu remotioribus ex receptiſſima concluſione Iuris; quòd in

1 Emphiteuſi † pactionata gradatim ſuccedit, primò ad acquirentem, ſecundò ad filios, tertiò ad nepotes ſucceſſio deferat per ea, quæ communiter notantur, in *leg. Gallus, §. quidam recte, ff. de liber. & poſth. & in l. quod dicitur, ff. de verb. oblig. vbi ex parte, Barboſ. nu.* 6. *Roman. conſ.* 22. *num.* 2. *Alex. conſ.* 119. *num.* 3. *lib.* 5. *& de vera, & communi concluſione, Clar. in §. emphiteuſis, qu.* 33. *ac Rota apud Seraph. deciſ.* 89. *num.* 1. & diſtinguendo inter Emphiteuſim hæreditariam

2 & Eccleſiaſticam in qua † non admittitur repræſentatio, ſed ſucceditur iure ſanguinis, in *Romana Domus* 6. *Maii* 1575. *coram Pamphilio, qua inter diuerſ. eſt deciſ.* 209. *numer.* 2. *part.* 1. ac in propriis terminis fœminarum poſt maſculos admittẽ. firmatur pluribus adductis in *deciſ.* 191. *num.* 1. *& ſeq. par.* 9. *tom.* 3. *recent. & latius in deciſ.* 121. *à princip. & per ſeptem ſeq. part.* 7. *recent.* Sed & fortius quia reſpectu Petri Senioris Morana, & fratres de Rinaldis tanquam primi acquirentis pronepotes de prædictis inueſti-

3 turis ad ſolos filios, & nepotes reſtricti † nullo modo videntur comprehenſi iuxta mentẽ *Saliet. in l.* 2. §. 1. *nu.* 32. *C. de iur. Emphit.* & iuxtà naturam ipſis Emphiteuſis Eccleſiaſticæ, quæ

4 vltra † filios, & nepotes non progreditur, §. *Emphyteuſim Auth. de non alienan. & permutan. bona Eccleſ. Rota deciſ.* 420. *num.* 9. *coram Merlin. & deciſ* 30. *num.* 2. *& ſeq. par.* 8. *recent* in quibus dictam diſpoſitionem, *in dicto §. angere*, nõ ſimile correctã à *text. in Auth. de alien. & emphyt. cap. 6. verſ licentiam igitur damus*, quia imo diſpoſita in hoc *verſ. erecta à iure Can. in capitulis, §. alienationis de reb. Eccleſ. non alien.* 126. vt aduertit in ſpecie *Roman. in l. etiam, num.* 10. *in fin. verſ.* 4. *probatur, & num.* 12. §. *nec obſtat, ff. ſolut. matrimon.*

Nec comprehenſionẽ pretendere poſſunt, ex aliis verbis fere in omni Inueſtitura Petri Senioris appoſitis primũ in ipſius Deconduductoris tertiã generationẽ cõpletam, quæ ſecundum diſtinctionem *Bartol. relatam à Baldo in Auth. ſi quas minas, num.* 4. *verſ. aut inſtrumentũ*,

5 apta ſunt † includere pronepotes ob illam rationem, quod nemo generat ſe ipſum, quia vt optimè ponderat *Caſtr. conſ.* 138. *num.* 2. *verſ.*

6 *præterea, lib.* 2. procedit † doctrina Bartol. in conceſſione alicui ſimpliciter facta, vſque ad

7 ipſam tertiam generationem, ſecus † quando de filijs, & nepotibus ſpecifica, & particularis mentio, & deinde ſuper addita ſunt verba, vſque ad tertiam generationem, abſque copula, tunc enim potius demonſtrationem faciunt, quam inducunt ampliorem pronepotum inclusiuã, vt proſequitur ibidem Caſtr. qui tantũ abeſt, vt reprobetur in hoc dicto, quin potius appoſitè illum ſequantur *Cephal.* 2 *Honded. Mareſcott. & Alij quam plures relati in deciſ.*

cis. 420. *num.*14. *coram Merlin.* & in puncto similis conuentionis Abbatiæ Nonantulæ ipsissimis verbis conceptæ doctrina Castr. pleno,& condito calamo defenditur in *Bononien. seu Nonantulana Bonorum* 6. *Iunij* 1654. *coram R.P.D.Taia,in qua decisione à §. nec obsisteret, vsq; ad §. penul.*ita luculentèr tractatur materia cõtraria omnibus reiectis, vt superuacaneum sit aliquid superaddere.

Denique bonum ius Vrsinæ minuere non potuit dispositio octauij,qui in omnibus suis bonis iuribus, & actionibus, vbique existen. & cuiusuis essent naturæ hæredem instituit vniuersalem præfatam Barbaram Moranam., ex parte, & ex alia Carolum,& fratres de Rinaldis. Quoniam visum est DD. in Octauio defuisse voluntatem, & potestatem præiudicandi Vrsinæ æqualitèr Nepti in bonis huiusmodi, in quibus ipsa tanquam expresse vocata, & proximior hos institutos excludebat.

Potestas quidem in illo deficiebat, quo ad bona acquisita per Petrum Seniorem, in quibus haberi non poterat pro primo acquirente cũ facto productum fuisset ius acquisitionis,
2 & proinde† nec etiam in præiudicium stipulationis paternæ potuisset disponere, vt ex in *l.si vnus,§.ante omnia.ff.de pact.& consuluit, Alex. cons.*106.*n.*8. *lib.*4. *vbi quod aliquis non reperitur, qui contrarium sentiat, & Alex. sequuntur relati per Grat.cons.*79. *nu.*24. *& fuit dictum in dec.*398.*n.*1. *Caual.& 12.num.*15. *Coccin.*

Quo vero ad reliqua bona per ipsum, & Octauium & Fratres insolidum acquisita licet haberi posset pro vno ex acquirẽtibus tamen cum ostensum non fuerit acquisitiones factas ex titulo oneroso nempe vel ex magna pecuniarum quantitate ab initio posita, vel permissa singulis annis responsionẽ fructibus correspondentem *iux.Thearicam quam tradit Mant. de tacit.& ambig. lib.*22. *tit.*6, *num.*23. Quinimo ipsarum conuersionum lectura cõuincit modici canonis responsionẽ ne bona omnia fuisse
9 quæsita. Itaut beneficium, & liberalitas vndique concedentis eruberauerit concessio potius cẽseri debet ex titulo lucratiuo vt voluit *Surd.dec.*290.*nu.*1.*in fin.vers. in casu autem & decidit Rota apud Merlin.dec.*86.*nu.*15. *&* 16. *& latius in dec.*35.*nu.*14.*& seq. post Salgad.* ita vt primus etiam acquirens hoc casu† non valuerit in vocatorum præiudiciũ disponere *Alex. cons.*7.*nu.* 1.*& seq.lib.*7.*Soccin.sen.cons.*4. *nu.*5.*quod autem fuerit lib.*3. *& latè in Bonon.domus* 15. *Iunii* 1663.*§.assertus titulus oneroſus cor.Reuerend.Ninet.* vbi referuntur decis. non concordantes quæ processerunt in causa. Defecerat autem voluntas in Octauio quia, vt in ipso testamento refertur dum esset in V. I. versatus & generalis Auditoris munere fungeretur optime scire poterat bona præfata in generali ipsius dispositione non venire, sed in illis succedere ex
11 propria persona comprehensa in inuestitura ad sensum *Bart.in l.vt Iur.§.si liberi sub num.*6. *vers.* & *reiectus est ff.de opt. libert.* sed specificam
12 & individuam mentionem expoſcere vt tradit *Surd. cons.*295. *num.* 18. *& plures in terminis primo acquirentis voluit Rota nostra & signanter in Bonon.de Bologninis inter diuers.dec.*154.*n.*1.*par.*1. *& præclarius in Romana domus coram bon.me.Card. Pamphilio pariter inter diuers.*29.*n.*10.*par.*4. quas cum non cordantibus recenset & exornat Reuerendiſſimus D. m. Decanus *in alia Bonon. fideicommiſſi de Bologninis* 4.*Febr.* 1654.*§. & quamuis* Præsertim quando prout hic Testator dispositionẽ restrinxerat ad bona, seu quia mul-
13 tominus veniunt† Emphyteutica Ecclesiæ ex pacto & prouidentia *Grauett.cons.*25.*n.*29. *Surd. dec.*93.*num.*19.*& in fin.&* 20.*Rota dec.* 275.*nu.*7. vbi firmatur propter illud pronomen suis restringi dispositionem ad bona quæ non erant subiecta restitutioni, vt sunt Emphiteutica ex pacto & prouidentia, & refert concordantes *add.ad dec.Ludouis.*271.*n.*7.adducens differentiã
14 inter ilta & hæreditaria quæ† ex Peregr.alijsque adductis venirent sub generali dispositione.

Qua distinctione cõciliari possunt quotquot in contrarium adducuntur auctoritates quarum plures loquuntur de Emphyteusi *hæreditaria*, vel in qua aderat expressa facultas
15 alienandi etiam comprehensa, vt sunt illæ Nonantulæ 287.*par.* 1.*&* 294. *part.* 2. *rec.* vel quando ex iure aliquo municipali seu consuetudine inductum est vt sunt termini decisionum *Pen.*1192. *&* 1221. loquentium de statuto & consuetudine Abbatiæ Farfen, vel quando aliunde posset coniecturari mens Testatoris siue excludendi comprehensos in inuestitura vt in *dec.*583.*num.*10. *Caual.* vbi vo-
17 luntas eliciebatur ab exclusione fœminarum iam à statuto exclusarum siue bona Emphyteutica in inuestitura cõprehendendi, vt quando de illis mentio fieret, aut quando in alijs bonis non posset dispositio verificari, & in vtraque decisione *Cesenaten.*23.*Ianuarij* 1657.*§ potuiſſ.vers.quod in præsti & 16. Iunij eiusdem anni §.quod vero vers.quod sine difficultate coram R.P. D.Albergato.*

Igitur metiendo voluntatem a potestate, & ab ipsa congruentia existimarunt DD. prudenter Testatorem, vt agnouerat illa Emphitheotica ex concessionũ lege debuisse post illius obitũ ad Vrsinam neptem peruenire voluisse de cæteris allodialibus descendentes ex Isabella & Cynthia pariter Nepotem æqualiter honorare, vt inter ipsas minor in quantum poterat adesset disparitas atque his omnibus perpensis visum est bonum ius Vrsinæ vndique resultare ex quo iuncta ipsius incõtrouertibili possessione non solum dd. testium dictis, & canonum responsione comprobata, & confirmata actuali Illius adeptione vigore mandati censuerunt, etiam illi manutentionem concedere.

Et ita partibus informantibus resolutum. &c.

R.P.D.

R. P. D. BOVRLEMONT

Romana Census, seu Fideicommissi.

Veneris 9. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum vt inducatur, quid requiratur, & ex quibus inductum censeatur Fideicommissum institutum sub modis, & qualitatibus sublistetur.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris voluntas certa, & determinata inducendi fideicommissum requiritur, & non attenditur imperfecta, & præparatoria ad illud.*

2 *Declaratio substituendi promissa, & non facta per testatorem remanet in terminis simplicis pollicitationis, & puræ institutionis hæredis, & numer. 9.*

3 *Testator ex quibus desiderium tantum instituendi fideicommissum non quod illud instituerit, apparet.*

4 *Testator volens bona conservari in filiis, & descendentibus hæredis à se instituti, videtur ad dispositionem actualem denenisse super conservatione bonorum in filiis, & successoribus ipsius hæredis.*

5 *Fideicommissum censetur indultum, si testator dicat, volo bona mea maneant in familia.*

6 *Testatoris voluntas dicentis volo legare, volo eligere dicitur imperfecta, & præparatoria, nisi leget, nisi eligat.*

7 *Voluntas testatoris quando dicatur transire in dispositionem, & nullum eventum conditionis quoad substantiam expectare.*

8 *Verba volo, cupio, apta sunt inducere fideicommissum.*

10 *Hæreditas relicta filiis eorumque successoribus, vt conducentius vivunt, censetur relicta cum onere fideicommissi.*

11 *Conditio suspendit effectum pro quo concepta fuit, donec purificetur.*

12 *Fideicommissum sub modis, & qualitatibus institutum valet, & sustinetur.*

13 *Testatur ex quibus sustineri fideicommissum voluisse censeatur.*

DECISIO CCCCLXIV.

VSQVE de anno 1634. firmatum fuerat obiter, ac per transennam in decisione 535. par. 5. rec. fideicommissum institutum in Testamento Fabij Vrsini fauore filiorũ Neapolionis eius filij, & hæredis vti relatiuum ad declarationem faciendam in Codicillis iis non exhibitis non probare certam, & deter-
1 minatam voluntatem, vt † est necessarium ad inducendum fideicommissum, sed solùm imperfectam, & præparatoriam, ideoque non attendendum. Reuisio verò huius articuli castigationem licèt merentis ab eo tempore in supino silentio iacens hodie est excitata corã me, & dubio super eo propositu, DD. respon-derunt constare de fideicommisso, & in hac parte recedendum à decisis.

Concipientes DD. hanc facti speciem arctiori inuestigatione indigere ad tollendam quamlibet ansam æquiuocandi in applicatione iurium, quæ ob problematicam verisimilitudinem casuum in hac materia occurrentium, peregrinos intellectus sæpè coguntur subire Thema deliberationis posuere sub his verbis Testamenti d. Fabij Vrsini *nomino, e fo mio herede il Sig. Neapolione mio figliolo legitimo, e naturale &c., e perche intendo, che li miei beni si conservino nei figlioli, e successori del Sig. Neapolione sudetto, però mi riserbo di far dichiaratione nel Codicillo ò altra dispositione, che io farò, secondo la quale circa la sostitutione, e fideicommisso s' habbia à regolar il presente mio Testamento, facendolo io, e non facendolo, il presente mio Testamento in tutto, e per tutto s' stenda, e s' osservi, perche questa è la mia volontà, la quale voglio ch' habbia effetto, non solo come Testamento, ma anche &c.*

Inter quod examinandũ prima fronte colligi videbatur substantiam fideicommissariæ dispositionis fauore filiorum, & successorum Neapolionis conceptæ collatam esse in futurum, & relatiuam esse ad Codicillos, aut aliã dispositionem, substitutionem, & fideicommissum ordinare debentem ex illis verbis *Però mi riserbo far dichiaratione nel Codicillo, ò altra*
2 *dispositione, ch' io farò secondo la quale &c.* & hac † declaratione non apparente remansisse in terminis simplicis pollicitationis ac velleitatis, atquè puræ institutionis hæredis iuxtà *Tex. in l. si testamentum C. de instit. & substit. l. 2. ff de hered. instit. vbi Paul. de Castr. Surd. Alex. & alii in l. si quis ita scripsero hæredem ff. eod. tit. l. qui plures ff. de vsufruct. legat. Menoch. cons. 224. n. 29. Aym. cons. 147. n. 9. Rot. apud Cenc. de censib. dec. 13. num. 5. & seqq. dec. 12. nu. 29. par. 8. rec. & in Romana fideicommissi, de Breuis coram Reuerendiss. D. meo Decano 3. huiusmodi enim testandi modus cõfirmata in hoc mottuo prima Februarii 1664. coram eadem §. Licet enim.*

Et comprobari Testatoris voluntatem ad actum dispositiuum perfectum, & absolutum
3 nullatenus processisse, † sed tantum significasse quandam præparatoriam volitionẽ, & desiderium instituendi fideicommissum per declarationem faciendam in Codicillis, aut alia dispositione *ex traditis per Cyriac. contr. 340. num. 18. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 236. nu. 18. & seqq. Surd. cons. 236. n. 8. Rota dec. 12. n. 28. p. & rec. & coram Otthob. dec. 10. nu. 58. & post. 2. vol. cons. Farin. dec. 336. n. 8.*

Sed benè enucleato germano sensu tenoris Testamenti, eoquè ad amussim comparato cum legalibus argumentis compertum est DD. actum dispositionis fideicommissariæ in substantialibus sub conditione de futuro minimè positum esse, ex eo quod arguatur de præsenti indubitata, & perfecta voluntate, quod bona conseruentur in filiis, & successoribus Neapolionis per hæc verba, *Perche intendo, che i miei beni si conservino ne figlioli, e successori del Sig. Neapolione*, quæ †
4 significant dispositionem actualem, & completam

pletam voliti intensi super bonorum conseruatione in filijs, & successoribus Neapolionis *per tradit. ab Hostien., & Abb. in c. ex litteris il primo de sponsal. cum aliis cumulat. per Menoch. de arbitr. Iudic. cas.* 496. *num.* 28. *vbi num.* 9. verba
5 omninò similia exemplificantur, nempè, † si quis dicat volo bona mea maneant in familia, constitutum, atque injunctum fideicommissum cẽsetur ex responso *Soccin. Sen. in cons.* 43. *nn.* 7. *& contr.* 57. *nn.* 1. *lib.* 1. *Curt. Iun. cons.* 54. *num.* 5.

Nè autem argumẽta legalia in cortice verborum considerata facti determinatione adũbrent sub categorica distinctione placuit DD. eas collocare, nempè aut operatio voluntatis est perficienda per aliam eius operationẽ,
6 veluti in dispositione sic facta † volo eligere, volo legare, & donec prima operatio voluntatis purificetur à secunda electione, aut legatum in esse ponente, voluntas dicitur imperfecta indeterminata, & præparatoria, & in hoc sensu intelligendæ sunt authoritates substantiam dispositionis ad futuram conditionem essentialiter referentes, vt *Bald. in l. volo C. de fideic. Ruin. in l. Serui electione in princ. col.* 7. *vers. & quod verbum ff. de legat.* 1. *ibique Ias. n.* 7. *Ripa n.* 23. *Castren. cons.* 137. *col.* 1. *lib.* 2. *cum pluribus per Menoch. d. cas.* 496. *num.* 22. *Seraph. decis.* 623. *num.* 3.

Aut prima operatio voluntatis constituit actum præsentem de perse absolutum, ac independentem ab alio futuro eiusdem voluntatis, vt in præsenti casu, quo voluntas Testatoris circa conseruationem bonorum in filijs, & successoribus Neapolionis nihil aliud requirit ad absoluendam dispositionem conceptam integraliter, & perfectè in illo modo loquendi *Perche intendo si conseruino*, quod latinè sonat, *voglio, e desidero*, vt conseruentur,
7 & † in tali casu dicitur voluntas transire in dispositionem, & nullum conditionis euentum quoad substantiam expectare, vt demonstrat Tex. in l. etiam hoc modo 118. vbi cupio desocto credo te daturum *in l. & eo modo* 121. *ibi desidero, vt des ff. delegat.* 3. *l. filiam* 17. *ibi etiam filiæ meæ reseruentur ff. de aur. & argent.* † fideicommissum inducere valent *Grat. disc.* 220. *n.* 28. *Menoch. cons.* 45. *num.* 8. *vers. non inquam hoc repugnat Rota decis.* 640. *nu.* 15. *& 16. parte prima diuers.*

Quibus ita perpensis concludebant DD. in præfatis verbis, *Perche intendo si conseruino &c. Però io mi riserbo farla dichiaratione, secondo la quale &c.* actum voluntatis, vt supra perfecti determinatum, & absolutum importantibus adesse quasi duplicem substitutionem vnam scilicet puram, & absolutam in illis verbis. *Perche intendo si conseruino*, & aliam modificatam ibi: *Però mi riserbo &c.* Vnde † non secuta declaratione dictæ mordificationis remanet pura fideicommissaria dispositio, *ex Tex. in l.* 2. *ff. de hæred. instit. l. si Testamentum C. de instit. & substit. l. hæredes mei §. si quid post Testamentum*, quę procedunt ex eo quod duplex sensus ad eam scripturam commodè adhiberi potest, *vt explicat doctissimus Cyriac. in d. l.* 2. *ff. de hæred. instit. eius oper. tom.* 1. vbi soluit obiecta inconstantium adducta, *ex l. titia in principio ff. de leg.* 2. quod ibi conditio erat iniecta libertati fideicommissarię si legando *ex l. qui plures ff. de vsufruct. legat.*, quod ibi incertæ erant legatariorum personæ, & similia sicut in *l. penult. C. de instit., & substit. vers. neque obstat tom.* 4., qui codex Iustinian. inscribitur non refragante præsertim iuxta intellectum *dicta l. secunda ff. de hæred. instit.* voluntate Testatoris, qui in toto contexu Testamenti prægnantem, & geminatam expressit rationem conseruandi bona pro filijs Neapolionis ad hoc, vt iuxtà gradũ
10 condecentius possent viuere, † quæ sola ratio sufficit ad inducendum fideicommissum, vt in puncto *Rota decis.* 10. *num.* 1. 2. *& 3. part.* 1. *recent.*

Ex quibus luculenter ostenditur declarationem faciendam non importare vim con-
11 ditionis † substantiam fideicommissariæ dispositionis suspendentis, imò potius præsupponere actum in substantia perfectum, *iuxtà celebrem §. si quid post Testamentum l. hæredes mei, ff. de hæred. instit. Surd. cons.* 234. *num.* 23. sed so-
12 lùm modos, & qualitates, sub † quibus fideicommissum institutum valet, & sustinetur, etiam si de his non constet *tex. est express. in l. cum pater §. duos ff. de legat.* 2. *& in specie tradunt. Ias. Alex. Paul. de Castr. & Aret. in d. l. si testamentum C. de instit., & substit. Idem Castren. in l.* 2. *ff. de hæred. instit. Cyriac. in l. legatum* 16. *ff. de vsu, & vsufruct. ibi nec fuit relictum suo conditione proprè, sed sub modo tom.* 3.

Quod maximè voluntati Testatoris conforme dignoscitur ex his verbis. *E non facendolo il presente mio Testamento in tutto, e per tutto s'attenda &c.* quæ † appertissimè significant Te-
13 statorem voluisse quod fideicommissum institutum fauore filiorum Neapolionis sustineretur, etiamsi Codicillum non faceret pro regulandis substitutionibus.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Firmana fideicommissi.

Lunæ 10. *Maii* 1666.

ARGVMENTVM.

Sub nomine filiorum veniunt etiam Nepotes, alijque descendentes in infinitum, quãdo Testator habuit rationem conseruãdæ agnationis, & adsunt aliæ coniecturæ in hac decis. prænarratæ vbi refelluntur contrariæ opiniones d. Conclusionem impugnantes.

SVMMARIVM.

1 *Sub Nomine filiorum, non veniunt nepotes.*
2 *Verba non importantia actum successiuum important substitutionem vulgarem, & nn.* 3.
4 *Substitutio vulgaris expirat per additionem insti-*
tuti [illegible]
5 *Ratio conseruandæ agnationis desumitur ex institutione mas-*

ne masculorum limita, vt num.6. declara, vt nu.7. & 8.

9 *Ratio conseruãdæ agnationis non desumitur ex prælatione masculorum.*

10 *Ratio conseruãdæ agnationis non desumitur ex substitutione filiorum collata in tempus incertum.*

11 *Fideicommissum reciprocum lineare deduci debet ex verbis vel coniecturis, quæ id necessario inferunt.*

12 *Ratio conseruãdæ agnationis non inducit fideicommissum reciprocum de linea ad lineam.*

13 *Substitutio reciproca inter prædictos substitutos non inducit nouam substitutionem reciprocam inter sequentes.*
Declara, vt num.17. & 18.

14 *Expressio masculinitatis, & legitimitatis pluries repetita in filys inducit voluntatem conseruãdi perpetuò bona in agnatione, & n.15.*

16 *Appellatione filiorum quando veniant nepotes, & pronepotes.*

19 *Digressio ad plures substitutionũ gradus inducit fideicommissum agnatitium.*

20 *Exclusio fœminarum propter masculos inducit fideicommissum perpetuum.*

21 *Testator indubio præsumitur se conformare cum dispositione statuti.*

22 *Agnatio dicitur contemplata etiamsi fuerint vocata fœmina quod declara, vt n.23.*

24 *Verba pœnes hæredes institutos, & substitutos sonãt de hærede in hæredem, & de descendente in descendentem.*

25 *Nomine filiorum quando veniant, Omnes descendentes in infinitum, & n.26. & 31. & 32.*

27 *Testamenti partes ad eliciẽdam Testatoris mentem sunt inuicem coniungendæ.*

28 *Ratio generalis sumitur comprehensiuè non extensiuè.*

29 *Onus sacrum debet adimpleri plusquam prophanum.*

30 *Onus restrictiuè iniunctum hæredibus restringit dispositiones ad hæredes sanguinis.*

33 *Fideicommissum reciprocum ex quibus inferatur, & nu.34.*

35 *Onus perpetuum inducit perpetuum fideicommissum.*
Declara vt nn.36. & 37. & 38.

DECISIO CCCCLV.

PETRVS Simon Natinguerra habens tres filios masculos, scilicet Petrum Dominicum legitimum, & naturalem, Antonium, & Ciccum naturales tantùm, ac fœminam Brixeidam, in hæc verba disposuit, *In omnibus autem alijs bonis, Petrum Dominicum eius filium legitimum, & naturalem, suum hæredem fecit, & si d. Petrus Dominicus decesserit sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio, eidem substituit filios masculos legitimos, & naturales nascituros ex legitimo matrimonio ex Antonio, & Cicco supradictis, & si dd. Ciccus, & Antonius, siue aliquis ipsorum moriatur sine filijs masculis vnus succedat alteri, & si dd. Ciccus, & Antonius decesserint sine filijs masculis legitimis, & naturalibus, eidem substituit filios masculos d. D. Brixeidæ, & quod filiæ fœminæ non possint hereditare aliquibus temporibus, & quod dictam domum vbi ad præsens habitat ipse Testator, non possint, neque valeant vendere, & alienare*, Summario Luchetti præteritæ positionis *num.3.* Petrus Dominicus institutus sine filijs decessit, Antonius autem suscepit Brandimartem, Dorotheum, & Buccolinum, Ciccus Franciscum, & Franciscus Stephanum, & alios, qui iudicium immissionis instituerunt super prædio Martini Beccarij in bonis Testatoris incluso, quod Domini sub fideicommisso vniuersali contineri censuerunt, ac proinde confirmandam esse sententiam Rotalem latam coram Reuerendiss. Domino meo Vicecomite, nunc Hispaniarum Nuncio, ex fundamentis, de quibus in decis. in hac causa emanata 8. Iunij 1665. coram bon. mem. Verospio, quæ ad duo reducebantur. Primum fuit filiorum appellatione in præsenti nepotes, ex validissimis coniecturis contineri; Secundum verò deducebatur ex his, dimanare fideicommissum reciprocum inter omnes vocatos institutum, contrà quæ duo opponebantur, quibus non obstantibus, Domini steterunt in decisis

Alterum fuit quod Stephanus, & fratres de Natinguerris ad fideicommissum non vocãtur, tum quia substitutio facta Petro Dominico ità sit concepta: *Substituit filios masculos legitimos, & naturales nascituros ex legitimo matrimonio ex Antonio, & Cicco supradictis*, quibus
1 verbis non continentur nepotes † cũ vocentur filij nati, & nascituri ex legitimo matrimonio certarum personarum, *Rimin.iun.cons.173.nu.8. & 9. lib.2. Rota coram Millino dec.373. num.3. & in recent. dec.507. num.10. part.2. & 505. nu.23. part.4. tom.2.* Tum quia etiam si expressè vocarentur nepotes, vocati intelliguntur
2 per solam vulgarem, † dùm non sunt apposita verba importantia tractum successiuum, & perpetuitatem, iuxtà celebrem doctrinam *Cuman. in l. cum ità, §. in fideicomm. n.4. ff. de leg.2. & in l. Gallus, §. quidem recte, num.7. ff. de liber. & posth. Rota coram Caual. dec.496. n.4. & 6. & 492. in princ. par.4. diuers. & in recent. dec.357. n.1. & 2. par.1. & dec.344. n.4. p.2. & dec.366. n.9. & 473. sub n.29. vers. denique, & nu.30. part.4. tom.2. & in Spoletana fideicom. 24. Maij 1655. §. At non censuerunt, coram R.P.D. meo Reuilaqua*, Quæ doctrina procedit si appositum sit verbum, *nascituris*,
2 † non enim enim ideò excluditur vulgaris, *iuxtà celebre cons. Decij 280. aliàs 287. nu.2. in fin. Peregr. cons.69. n.7. circa med. lib.5. Mart de succes. legal. part.4. qu.16. art.1. sub num.94. & q.24. nu.21. num.11. & 29. in fin. Redenasc. cons.10. n.19. lib.1.*
4 *Rota in rec. dec.357. n.4. & 5. p.1.* Cum igitur in præsẽti admissi fuerint filij primi gradus, substitutio nepotum expirauit, *iuxta text. in l. post editam, C. de impub. & alijs substit. Rota in recent. dec.485. n.24. par.1. & dec.473. n.19. & 31. part.4. tom.2.* Vndè prouenit, quod Stephanus, & fratres de Natinguerris fideicommisso nõ comprehenduntur.

Nec coniecturæ in decisione expensę sufficiunt, vt à regula sit recedendum non illa,
5 quod Testator vocauerit masculos, † & sic
6 habuerit rationem conseruandæ agnationis, †
quia

quia cum Testator reliquisset Brixeidam filiam pro eius exclusione censetur apposuisse d. qualitatem, *Rota in recent. dec. 437. num. 23.*
7 *part. 9.* † & hoc posset procedere, si Testator semper, & vbicumque fœminas excluſisset; sed cum deficientibus masculis legitimis, & naturalibus, ex Antonio, & Cicco, substituerit
8 filios Brixeidæ ex vocatione † masculorum, in præcedentibus gradibus, arguitur illorum prædilectio, sed non ratio conseruandæ agnationis, vt in terminis *Rota in recent. dec. 486. n. 4. part. 1. dec. 667. n. 10. part. 2. & 437. n. 43. part. 9. & in Interamnen. fideicommiſſi* 10. *Februarij* 1642. *coram bon. mem. Dunozetto* §. *Minus secunda, & in Ruennaten. Transactionis* 3. *Decembris* 1660. *Prout pariter, cor. Eminentiſſ. Celso.*

Minùs refert quod Testator prætulerit fœ-
9 minis legitimatos, † cum hic solum eliciatur prælatio masculorum, non votum conseruãdi agnationem, & extendendi fideicommiſſum ad alias personas, vt respondit *Rot. in Auenionen. fideicommiſſi* 22. *Aprilis* 1652. §. *Altera verò, cor. Eminentiſſ. Celso.*

Nec etiam subsistit, quod substitutio filiorum fuerit collata in tempus incertum, ad comprehensionem nepotũ, quia præterquod restricta est ad tempus mortis Petri Domini-
10 ci, † ista coniectura non admittitur ex eo solo, quod sit collata in tempus incertum, *Pinell. in l. 1. p. 1. n. 70. & 71. C. de bon. matern. Menoch. conſ. 215. n. 40. & 100. Rot. in rec. dec. 505. nu. 14. p. 1. & in d. Interamn. fideicommiſſi* §. *Tertia verò, coram bo. me. Dunozetto.*

Alterùm verò, quod non possit induci fi-
11 deicommissum † reciprocum lineare quod debet expressè fieri, aut deduci ex coniecturis, & verbis, quæ id necessario inferant, quales non sunt, quæ adducuntur in decis. quæ reuidetur, §. *Ex hac, cum seq.* Non illa quod sit habita ratio conseruãdi agnationem, nam
12 præterquod ex supradictis non subsistit, † hæc ratio operatur solũ iuxta terminos præcedentis fideicommissi, neque illud faceret reciprocum de linea ad lineam, *iuxta DD. adductos per Fusar. conſ. 17. n. 94. & 150. & conſ. 42. n. 34. Altogr. conſ. 60. nu. 9. Rota coram Seraph. deciſ. 1023. nu. 9. & inter diuerſ. deciſ. 166. nu. 5. & 6. p. 4.* & plenissimè *in Florentina, seu Bonon. de Barbadoris* 25. *Iunij* 1640. §. *Hinc non obstat, coram bon. mem. Coccino.* Nec magis iuuat secunda coniec-
13 tura deducta ex eo, † quod inter primos substitutos adsit reciproca, ad hoc vt censeatur inducta noua substitutio reciproca inter sequentes *Fusar de subst. qu. 475. num. 36. Redenasc. conſ. 58. nu. 69. & 184. Rota in recent. dec. 287. n. 20. part. 4. tom. 2. & dec. 262. num. 20. part. 6. deciſ. 192. nu. 16. & seqq. part. 8. & in Florentina fideicommiſſi* 28. *Iunij* 1638. §. *Non obstat, coram Reuerendiſſimo Carrillo, & in Florentina, seu Bonon. de Barbadoris* 25. *Iunij* 1640. §. *His non obstat, vers. & ideo dixit Testator, coram bon. mem. Coccino, & in eadem* 28. *Iunij* 1641. §. *Cum igitur, coram Reuerendiſſimo Carrillo, & in Romana fideicommiſſi ce Ferratinis* 15. *Iunij* 1648. §. *Nec dicatur, coram Reuerendiſſimo Meltio.*

Verùm ea omnia DD. cessare visa sunt, considerata enixa Testatoris voluntate, conseruandi bona perpetuò in agnatione, quæ ex
14 sequentibus colligitur; † ex expressione scilicet masculinitatis, & legitimitatis, toties re-
15 petita in filijs institutorum, † exclusione perpetua fœminarum, itaut non possint hæreditare aliquibus temporibus. Hinc oritur certitudo mentis Testatoris, conseruandi agnationem, quia cum hæc ratio sit vnica, quæ
16 potest assignari, haberur pro expressa, † ex cuius identitate censentur expressè vocati nepotes, pronepotes, & cæteri descendentes, vt pluribus firmat *Gozad. conſ. 59. num. 15. vers. 7. negari non potest, & nu. 16. Soccin. iun. conſ. 181. n. 36 in fin. & nu. 37. lib. 3. Mant. de coniect. lib. 7. tit. 1. à n. 44. vsque ad 47. Rota dec. 125. nu. 7. par. 1. recent.* vbi quod vocatio cum qualitate masculinitatis, & exclusione fœminarum non potest dici facta alia ratione, quam pro conseruanda agnatione, & propterea ex mente Testatoris insunt verbis fideicommissum, & tractus successiuus inter descendentes ex primis vocatis,
17 & † quod huiusmodi conseruatio considerata in prima substitutione, refertur, & ad substitutionem sequentem, *& dec. 188. nu. 15. cum*
18 *seqq. part. 9. recent.* vbi quod ratio † conseruandæ agnationis, tanquam generalior, declarat, & extendit fideicommissum ad omnes personas contemplatas, & in terminis in decisione hac causa facta 9. Maij 1649. §. *Quoniam sequens vocatio coram R. P. D. meo Taia*, præsertim,
19 quia † Testator digressus fuit ad plures gradus substitutionum, repetita semper qualitate masculinitatis, quod pro eruenda contemplatione agnationis expendit *Surd. conſ. 241. nu. 131.* & admittit *Rota apud Greg. dec. 464. nn. 18.* & benè probat *in recent. part. 9. dec. 407. nn. 13. & part. 10. deciſ. 142. num. 31.* Quæ planius procedunt, quia adest statutum Ciuitatis Nouæ Patriæ Testatoris, in quo masculi vocantur, & fœminæ excluduntur pro cõseruatione agnationis, Summario Stephani *numer. 2.* Inde est
20 quod Testator † excludendo fœminas propter masculos (quos vt supra vocauit) censeatur
21 agnationi prospexisse, † Testator enim præsumitur se conformare cum dispositione statuti, *Rota decision. 123. numer. 21. part. 10. recent.* vbi etiam si statutum ab intestato procedat *dicta decision. 142. part. 10. recent. & numer. 20.*

Nec excluditur contemplatio agnationis,
22 ex eo quod † deficientibus masculis agnatis,
23 sint vocati masculi ex fœminis; † Quia in fortiori casu, quo vocantur ipsæ fœminæ in casum deficientię omnium masculorum, non excluditur, quod inter masculos donec supersunt, dicatur contemplata conseruatio agnationis, *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 5. sub nn. 50. circa finem, vers. secundo quod censeatur, Fusar. de subst. q. 499. sub n. 24. Rota dec. 18. nu. 31. part. 10. recent.*

Insuper accedit, quod Testator prohibuit alienationem possessionum adiecta ratione vt perpetuò remanerent penes hæredes institutos, & substitutos, & eorum hæredes in in-
24 finitum, † quæ verba ad hæredes scriptos relata,

lata, operantur, ac si Testator dixisset de hærede in hæredem, & de descendente in descendentem, vt in hac eadem causa respondit *Rota 12. Februarij præteriti 1666. §. Tria autem. coram R.P.D. meo Albergato*, Eandem quoque prohibitionem repetijt quoad domum, ne hæredes eam possent vendere, vel alienare vt
25 supra de possessionibus disposuerat, † ex quibus insurgit voluntas Testatoris, quoad aliam vocationem in Testamento expressam, quod nomine filiorum quos pro cõseruatione agnátionis contemplatus fuit, intellexerit de omnibus descendentibus in infinitum, ad tradita per *Mandell. conf. 51. num. 15. & 16. Rota d.*
26 *decis. 125. num. 7. & 8. part. 1. recent.* † præsertim si expendantur verba prohibitionis alienationis, scilicet quod hæredes instituti, & substituti non possint, neque valeant permutare, nec aliquo grauamine submittere, nec aliquo pacto, vel quæsito colore, sed perpetuò futuris temporibus permanere penes suos hæredes institutos, & substitutos, & eorum hæredes, *Rota decis. 10. num. 5. & seqq. part. 1. recent. & num. 8. vers. quia fuit responsum*, obseruat attendendam esse rationem generalem, conseruandi perpetuò bona pro vocatis, & secundum eam regulandam; & ampliandam dispositionem, *d. decis. 125. num. 4. & dec. 193. num. 7. par. 1 recent.* cum congestis à *Fusar. de substit. qu. 688. nu. 33. Rota apud Caual. dec. 167. num. 2. decis. 391. nu. 4. part. 9. recent. & in hac causa 16 Aprilis 1663 coram Reuerendissimo Ephesino, & 12. Februarij 1666. §. vocatio, coram R. P. D. meo Albergato*, vbi ponderat quod prohibitio hoc casu est realis.

Parùm interest, quod prohibitio alienationis legatur quoad possessionem, *Putij*, Gombaretti, & Domus, non autem quoad possessionem Marini Beccarij de qua agitur.

27 Quia cum partes † Testamenti sint insimul coniungendæ ad eliciendam voluntatem Testatoris *Rota dec. 313. num. 14. part. 10. recent.* clarè constat de voluntate inducendi fideicommissum fauore vocatorum, pro conseruatione bonorum in suis descendentibus; Cumque
28 ratio quam expressit, † quoad certa corpora sit generalis, extendit prohibitionem quoad alia, & sic ad omnia bona Testatoris ex voluntatis, & rationis identitate, & non extensiuè, sed comprehensiuè, vt probant *Soccin. iun. conf. 249. num. 25. vers. circa tertiam, & num. 20. lib. 2. Crot. conf. 144. per tot. Surdus conf. 96. numer. 44. vers. quod verò, & num. 45. conf. 314. numer. 28. & consil. 556. numer. 1. vers. secundum est, vbi dicit secundum dicta fuisse iudicatum, sedentibus in Senatu Pedemontan, Amadeo à Ponte, & Antonio Thesauro.*

Hæc fortius procedũt quoad possessionem Marini Beccarij ex cuius fructibus disposuit Testator fieri vnum Alluminare in qualibet hebdomada in Ecclesia S. Francisci, quod con-
29 cernit beneficium animæ. † Hinc est, vt si Testator voluit permanere apud hæredes aliã possessionem Gombaretti, vt implerent onus prophanum, multò magis hoc prædium, ex cuius fructibus eisdem demandauit onus sacrum, vt in terminis censuit *Rota in hac causa 26. Maij 1662. coram Reuerendissimo Ephesino*;
30 Vltrà quod hic onus, † demandatum est suis hæredibus restrictiuè implendum ex fructibus certi prædij, & tunc dispositio restringitur ad hæredes sanguinis, excludendo totaliter extraneos, atque inter ipsos inducit fideicommissum, nedum descensuum, sed & reciprocum quousque aliquis supersit de sanguine Testatoris, vt respondit *Rota coram Eminentissimo Otthobono decision. 177. num. 21. & in decision. huius causa 22. Martij 1658. §. At cum, vers. tertia quæ resultat, coram R.P.D. meo Taia*, ac plenius 26. *Maij 1661. §. Præter hanc iuris interpretationem, & §. non obstat, quod onus, coram Reuerendissimo Vicecomite*. Adstipulatur subsequuta obseruantia, dum ad bona huius fideicommissi fuerunt insimul admissi, Franciscus filius Cicci, Dominicus, & Bernardinus nepotes ex Brandimarte filio dicti Antonij, vt benè ponderatt decisio in hac causa edita 22. *Martij 1658. §. Et ad superiora, coram R.P.D. meo Taia.*

Ex superioribus apparet Testatorem instituisse perpetuum fideicommissum, nedùm descensuum, sed etiam reciprocum, & sic cessant opposita obiecta, & quidem primum,
31 tùm † quia appellatione filiorum tunc nepotes continentur, cum adsunt coniecturæ pro eorum comprehensione, *Peregr. de fideicomm. artic. 22. num. 47. Card. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 8. num. 12.* Hæ autem supra
32 adductæ sunt; † Tum quia verba perpetuitatem denotantia, excludunt quod nepotes sint vocati per solam vulgarem, & continent fauore omnium substitutionem fideicommissariam, vt respondentes ad *Cuman.* tradunt *Castr. in l. Gallus, §. Quidam rectè, ibique Soccin. numer. 8. versic. quartus casus, & Ias. numer. 35. ff. de liber. & Posth. Surd. decis. 346. numer. 22. Rota decision. 125. numer. 3. decis. 143. numer. 10. & decis. 266. num. 12. part. 1. & decis. 97. num. 5. par. 4. recent. Add. ad Greg. dec. 207. sub nu. 9. vers. prædicta.*

Denique corruit secundum obiectum, cum de fideicommisso quoque reciproco appa-
33 reat, † nedùm ex asseruatione bonorum in agnatione à Testatore exoptata, vt ponderauit *Aym. conf. 113. num. 2. & conf. 130. numer. 6. Menoch. lib. 4. præsumpt. 62. numer. 37. Cyriac. contron. 302. num. 49. Rota decis. 467. num. 7. cum seqq. part. 1. tom. 2. recent.* verùm etiam ex reciproca substitutione à Testatore ordinata inter Franciscum, & Antonium primos substitutos, &
34 magis dilectos, † quæ inter eorum filios, ac nepotes successiuè vocatos, vti remotioris gradus, ac minus dilectos repetita præsumitur, vt tradit *Aym. consil. 130. numer. 6. vers. 3. confidero, Surdus conf. 349. num. 17. post princip. Rota decis. 300. num. 9. part. 1. recent. coram Merlino decis. 326. num. 2. & dec. 1. num. 26. coram Eminentissimo Otthobono.* Vlterius cum fuerit onus demandatum hæredibus sanguinis, si deficiente vna linea, prædium transire posset ad ex-

tranеos, onus amplius non pertineret ad hæ-
35 redes sanguinis, vt voluit Testator, † & ideò cum ij onere grauentur fideicommisso reciproco honorari debent, vt arguit *Rota apud Eminentiss. Otthobonum decis.* 177. *num.*21. quic-
36 quid dicendum fuisset, † si onus non esset impositum certis personis à Testatore contemplatis, sed indeterminatè super bonis, quo casu possent procedere in contrarium adduc-
37 ta, & ad effectum † videndi an ex onere perpetuo resultet fideicommissum, inspiciendum est an fuerit impositum agnatis descendentibus, & certis personis, an verò indeterminatè, ex traditis per *Rotam decision.* 581. *numer.*3. *part.* 3. *recent.*, & in primo casu (de quo in præsenti quæstio est) censetur inductum etiam reciprocum ex adductis, In secundo verò
38 non ità, quæ coniecturæ expensæ ad probandam Testatoris voluntatem, insimul considerandæ sunt, itaut vnitæ constituant perfectam probationem, quamuis singulæ de per se aliquam paterentur difficultatem, *Rota decisione* 40. *num.*8. *part.* 5. *recent.* præsertim quoties, vt in proposito, agitur de descendentibus Testatoris, *Rota decisione* 661. *num.*2. & 8. *in fine, vers. præsertim cum simus, part.*4. *tom.* 3. *recent.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Romana Census, seu Attentatorum.

Lunæ 10. *Maij* 1666.

ARGVMENTVM.

Iudici tantum appellationis executionem reuocare permittitur. Clausulæ *quam, & quas*, & *sine præiudicio legitimæ executionis*, quid operentur.

SVMMARIVM.

1 *Lite adhuc pendente nihil innouari potest sine vitio attentatorum.*

2 *Clausula* quam, & quas, *comprehendit causas motas, & mouendas circa idem negotium.*

3 *Clausula* sine præiudicio legitimæ executionis *præseruat iurisdictionem iudicis à quo adeunt possit cognoscere super validitate, & excessu executionis, & num.*5.

4 *Executio per iudicem appellationis reuocari debet.*

DECISIO CDLXVI.

CVM Marcus Antonius à Ponte tãquam hæres Camillæ Agazzariæ ad fauorem cuius, anno 1631. Soldanus centum scutorũ 600. cum obligatione Iuniperæ vxoris, ac Iuliæ matris, super quibusdam domibus imposuerat, quatuor mandata ab A.C. reportasset, Primum citatis Rogerio, dicti Soldani filio, ac prætata Iunipera, pro solutione fructuum decursorum, Alterum de allociando ad Domos censitas, Tertium, contra alia bona hæreditaria Soldani, & postremum contra bona propria, & personam Rugerij. Hic simul cũ Iunipera Signaturam adiuerunt, quæ rescribendo, quo ad mandatum contra bona hæreditaria Soldani, sine præiudicio in reliquis si quid exequeñ. causam commisit Eminentiss. D. Cardin. Celso, tunc huius Sacr. Tribunalis Auditori.

Sed prius Marcus Antonius Domorum Censitarum possessionem adeptus est, & sequestrati obtinuit fructus locorum montium pensiones domorum ad Peregrinum, & officium Pontis Salarij, quæ sunt, vt ipse prætẽdit, bona hæreditaria Soldani sui debitoris, sed prætendentibus contrarium Iunipera, & Soldano, coram R.P.D. Bulgarino redierunt, ibique exhibitis iustificationibus super bonis propriis, & hæreditariis executiones præfatas fieri nullo modo potuisse, per Sententiam declarari obtinuerunt, illisque mandatum inquasi possessione exigendi pensiones domorum concessum fuit, & rursus coram R.P.D. Areosto obligationem Iuniperæ fuisse nullã pronunciatum fuit, qui quidem actus hinc inde attentati dicebantur, & proposito super hoc dubio, constare de attentatis per Iuniperam, & Rogerium commissis, iuxtá modum infrà exprimendum resolutum fuit.

1 Nam post quam causa in hoc Sacr. Tribunali commissa fuerat, non potuerunt partes coram R.P.D. Areosto litem introducere, nec ibi de validitate obligationis Iuniperæ, ac meritis causæ disputare, sine manifesto vitio attentatorum, *Rota coram Eminentiss. D. Cardin. Otthobono decis.* 233. *num.* 1. *cum pluribus, in nullius seu Rauennaten. Bonorum* 19. *Iunij* 1658. *in prince. coram Reuerendiss. Papien. in Romana, seu Ianuen. Hæreditatis* 5. *Martij* 1660. §. *secundo quia, coram Reuerendiss. D. meo Decano, Eugubina Relevationis* 28. *Iunij* 1662. *in princip. coram Reuerendiss. D. meo Emerix.*

Nec sub prætextu diuersitatis causarum euitari possunt attentata, quia ex ipsomet cõtextu Sententiæ per R.P.D. Areostum prolatæ, patet quod Iunipera à solutione fructuum huius census in quo obligata reperiebatur absoluta fuit super quorum solutione iam à R.P.D. Bulgarino relaxatum fuerat mandatum & ab eo appellatione interposita causa in Rota iam introducta fuerat, & in commissione continebatur clausula *quam, & quas*, quę
2 causas, † motas, & mouendas circa idem negotium comprehendit, & omnia ad iudicem appellationis deuoluit, hinc de attentatis dubitari non potest, *Rota decis.* 618. *num.*6. *part.*2. *& decis.* 20. *num.* 26. *& seqq. par.* 10. *recen. Melenitana Retrouenditionis* 1. *Iulij* 1661. §. *non obstat. coram Eminentiss. D. Card. Celso, & in Romana Augumenti Dotis* 16 *Iunij* 1662. §. *nec excusari, coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Quo vero ad attentata coram R.P.D. Bulgarino ab ijdem, vt prætendebatur commissa Domini non fuerunt concordes, aliqui enim clausulam *sine præiudicio legitimæ executionis*
3 ponderabant, quæ † pro exclusione attenta-

torum

forum operatur, vt præseruata dicatur iurisdictio Iudicis à quo, ita vt possit illa cognoscere super validitate, & excessu executionis, & firmat *Bero conf.32.n.18.lib.3.& post Lancell. Rota decis.8.num.2.par.6.recen. & coram Eminentiss.D.Card.Ottobono decis.146.nu.5.* Alij autem dicebant prædictam clausulam præseruare solum executionem faciendam, ita vt non obstante appellatione possit Iudex à quo ad vlteriora in executione procedere, sed quando consumpta est iam executio, non posse eumdem Iudicem amplius super hoc cognoscere, cum † ad Iudicem appellationis spectet
4 executionem si minus recte fuerit etiam per viam attentatorum reuocare, ex relatis per *Posth.de manut.obseru.12.num.46. Rota decis.506. num.4.& seqq.par.5.recent. dicta Eugubina Relenationis Indemnitatis,§.finali,& in Meleuitana Canonicatus 4.Febr.1664.coram me,§.prout non aduersatur.*

Ex parte demum Marci Antonij attentata prætendi non possunt respectu bonorum hæreditariorum Soldani debitoris, quia quo ad hæc causa reperitur commissa cum clausula *sine præiudicio*, vt dixi *legitima executionis*, quæ
5 operatur, vt † possit non solum Iudex ad executionem procedere, sed inde etiam fit, vt valeat deinde pars suam possessionem continuando fructus exigere, ex quo exactio est actus consequtiuus, quæ proinde non potest dici attentata, vt admittit *Rota in Romana, seu Ianuen. Hæreditatis 5.Martij 1660.§.non obstat,coram Reuerendiss. D.meo Decano.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO

Nunc S. R. Eccles. Cardinali.

Romana Testamenti.

Veneris 14. Maii 1666.

ARGVMENTVM.

Testamentum nuncupatiuum, vt sit validum, quid requiratur. Legatum corruente Testamento, non debetur. Testis contra inducentem, benè probat.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum deficientibus requisitis*, l. hac consultissima, C. de testam. *sustineri non potest.*

2 *Testamentum nuncupatiuum, vt sit validum requiritur, quod nomen hæredis à testatore, coram testibus proprio ore exprimatur.*

3 *Testamentum nũcupatiuum per relationem ad schedulam tenet. Quamuis testator coram testibus nomen hæredis, non publicauerit.*

Amplia etiamsi schedula non fuerit scripta, neque subscripta manu testatoris, & satis est, quod is dixerit illud esse eius testamentum. Licet testibus, & notario non dixerit ibidem fuisse hæredem institutum, & num.4. & 5.

6 *Testamentum ex defectu alicuius formæ substantialis, sustineri non potest, & num.7.*

8 *Testis contra inducentem benè probat.*

9 *De scientia testatoris contentorum in testamento ex quo magna oriatur dubitatio.*

10 *Legatum ex testamento nullo, & inualido, non debetur.*

11 Statutum Vrbis lib.1.cap.131. *quartum dotale post mortem vxoris, marito defert, & num.12.*

DECISIO CDLXVII.

DEFVNCTA Cassandra Poppia, egit Alexander eius tertius Vir, contra Iacobum Constantinum filium secũdi Matrimonij, illius hæredem, pro consignatione Legati scut.1000. sibi in Testamento relicto, necnõ lucri dotalis ad formam Statuti Vrbis, sed contrariam Sententiam reportauit à R. P. D. Bulgarino A. C. Locumtenente, qui eundem Iacobum Constantinum ab impetitis absoluit, postea vero causa in gradu appellationis mihi commissa, & disputato dubio, an debeatur Legatum, & Quartum Dotale, negatiuè quoad primum, affirmatiuè verò quoad secundum responsum fuit.

Etenim Legatum visum fuit, non deberi, propter nullitatem Testameti, in quo relictũ est, illud namque valere non potest, tamquã
1 Testamentum † in scriptis cum deficiant requisita, *text. in l.hac consultissima, C.de testament.*
2 nec minus † vti testamentum nuncupatiuum cum nomen hæredis, nullatenus fuerit per Cassandram Testatricem coram testibus proprio ore expressum, vt pro validitate testamenti nuncupatiui requiritur, *l.publicati,C.de testamen.l.hæredes palam, ff.eodem tit.*

3 Et quamuis Testamentum nuncupatiuum nũcupatione implicite per relationẽ ad schedulam teneat,& validum sit licet testator coram testibus nomen hæredis non publicauerit, vt sequendo doctrinam *Bartol.in l.si ita scripsero,ff.de condit.& demonstr. pluries firmauit Rota 8.Martij 165..coram bon.mem. Leone Verospio Senogallien. Successionis 29. Ianuarij eiusdem anni coram bon.mem. Card. Corrado, Cesenaten. Test. 21.*
4 *Iunii 1661. coram R.P. D. meo Taia*, etiam † si schedula non fuerit scripta, neque subscripta manu testatoris, *Add. ad Buratt.decis.475.nu.24. Duran.decis.206.nu.4.& in recent.decis.262.nu.11 par.4.tom.2.& decis.581.num.15.eadem par.4.tom.3*
5 & satis † sit, quod Testator dixerit illud esse eius Testamentum quamuis testibus, & Notario non exposuerit hæredem ibidem fuisse institutum, & prosequitur *Rota in dicta Senogellien.coram Card.Corrado, §.neque est necessarium & in dicta Romana Testamenti,coram R.P. D. meo Taia,§.nec est necessaria.*

Requiruntur enim verba omnino dispositiua, in quibus terminis loquuntur omnes prædictæ decisiones,nec propterea verba sufficiunt simpliciter assertiua, quæ hic dum taxat leguntur à Testatrice prolata in traditione, & consignatione controuersi Testamenti ibi in quibus asseruit esse scriptum eius Te-
6 stamentum, quod † propterea ex defectu huius formæ substantialis, nullum,& inualidum est, vt docet *Castrens.in l.hæredes palam, numer.2.*

Digitized by Google

vers.& si coram,ff.de testamen. Paris.cons.19. nu.24 vers. si enim ipse magister,lib.3. Mantic.de coniect. vlt.vol.lib.4.tit.3.num.18.

Requiritur etiam quando schedula Testamẽti est prẽsens illius traditio coram testibus per Testatorem propriis manibus facta Notario, quæ hic pariter defecit nam duo Testes Testamentarij deposuerunt Testamentũ extitisse super quadam Tabula indeque fuisse à Notario assumptum, & D. Laurentius, pro Alexandro inductus, atque examinatus fatẽdo illius consignationem vere non fuisse factam à Testatrice asserit ipsum met Notario
7 illud tradisse. Vndè † etiam ex defectu huius formæ inualiditas Testamenti resultat, vt probat *Fulgos.cons.56.num.1.vers.vlt.cum Testator, Spad.cons.93.num.5.vers.vltra quod Testamẽtum,num.7.& 8.ac cons.92.per tot. lib.1. & firmatum fuit in hac causa super admissione articulorum, coram me,§.quod autem.*

Quoniam dum Notarius in rogitu asseruit folia Testamenti insimul sigillata sibi fuisse per Testatricem consignata coram testibus, quod totaliter à veritate alienum est inde res redditur valde suspecta, iuxtà late tradita per eundem *Spad.in dd.cons.90.& 92.lib.1.*

Parum obstante, quod alius ex testibus Testamentarijs relatis in Summario impresso *num.8.* deponant Notarium ostendisse Plicum Testatrici, etiam interrogando, an illud esset suum Testamentum ipsamque respondisse, *Signor sì*, quia præter quod iste testis est vnicus adhuc ex rota facti serie fideliter recensita per eumdem Dominum Laurentium, liquet huiusmodi actum ostẽsionis Plici, minimè fuisse expletum, cuius depositio potius attendi
8 debet. Tum quia † inductus ab Alexandro contrà inducentem plene probat *Gloss. in l.si testibus, vers.excipere, C.de Testamen. Abb. in cap. præsentia,num.6.eodem tit. Honded.cons.54. nu.50. lib.2. Rota in Romana Fideicommissi de Tenassinis 10 Martii 1658.§.quo verò,in fine,coram Reuerendiss.Papien.*

Additur quod schedula non fuit scripta, neque subscripta à Testatrice, quæ scribere non ignorabat, imo verisimiliter, neque fuit ab eadem dictata, dum ibidẽ enunciatur Cassandra filia Mutij, & tamen eius Pater vocabatur Constantinus, vt ex fide Baptismi, summario Saluiani *num.6.* huiusmodi enim error nominis Paterni ostendit Testamentum non fuisse scriptum ad eius dictamen, cum sit nimis inuerisimile ipsam errasse in nomine proprij Parentis, maxime cum de proximo Instrumento Dotali celebrato per sex menses ante cum Alexandro filia Constantini se fecit Summario impresso *nu.1.* in principio. Ideo-
9 que nimis † dubitari potest de scientia Testatricis contentorum in Instrumento, *Spad. in dicto cons.92. ante num. 3. vers. de qua hodie multum.*

Firmata ex prædictis nullitate Testamenti, parum refert, quod non agatur de institutione hæredis, nec de toto asse hæreditario, sed dum taxat de simplici Legato, quia de iure
10 non † debetur legatum, ex Testamento nullo, & inualido, *l.Titia,ff.de inoff.testam. & l.si ut scire,C.de testam. manumiss. cum vulg.*

Parũq; refert, quod Iacobus Constantinus insteterit coram iudice pro illius aperitione, quia non exinde aliqua approbatio desumi valet cum potius ex effectu subsecuto videatur aperitio petita, ad effectum illud reprobandi, vt in puncto aduertit *Cirac.contron.444 num.127.*

Quartum vero Dotale DD. censuerunt deberi, quia Alexander habet fundatam inten-
11 tionem † in *Statut.Vrbis cap. 131. lib. 1.* & in pacto de illo lucrando ad formam Statuti apposito in Instrumento Dotali, dicto Summario *num. 1.* non obstante, quod Statuti dispositio intrare non possit, propter existentiam Iacobi Constantini filij prioris Matrimonij, ex quo non videatur procedere in casu mixto, ex *decis.255. part.4. diuers. & alys per Salust.relatis.*

Quia huiusmodi auctoritates loquuntur in casu, quo defuncta Vxore Maritus per existẽtiam filiorum communis Matris integram Dotem consequi prætendit vigore Statuti in præiudicium filiorum Prioris Matrimonij. Tunc enim quia Statutum non derogat dispositioni *l.hac edictali,C.de secundis nuptys*, merito ob simile præiudicium dd. filiorum non est attendendum. At in præsenti Alexander petit dumtaxat quartam partem dotis, nempe scut. 1500. ex quo nulli filij supersunt ex vltimo matrimonio, & propterea cum hæc quantitas attento asse hæreditario Cassadori in scut. 9000. nullam patiatur inæqualitatem erga filium prioris matrimonij, qui valde maiorem summam consequitur, quam ipse Vincentius, vtique pro hac quantitate, quę non aduersatur dispositioni dictæ legis hac e-
12 dictali † benè potest fauore eiusdem Alexãdri procedere Statutum, vt tradunt *Soccin.Iun. cons.70.num.2. Surd.cons.422.nu.10. Buratt.cons. 212. num.13. & pluribus congestis firmauit Rota in Romana Successionis 14. Iuny 1647.coram Cardin. Corrado,§.denique, &c.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. CARPINEO.
Nunc. S. R. Eccles. Cardinali.

Romana Emphiteusis.

Veneris 14. Maij 1666.

ARGVMENTVM.

In contractu Emphiteotico quando considerati possit læsio: in hac decisione pertractatur.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ contractus sine solemnitatibus est nullus fauore Ecclesiæ.*
2 *Contractus nullus fauore Ecclesiæ ab ipsa tantum recedi potest.*
3 *Beneplacito Apostolico non expedito, quando liceat à contractu recedere, & num.4.5.6.7.8.& 9.*
10 *Læsio in contractu emphiteotico intrat, & habet locum lex secunda C. de rescind. vendit.*

11 *Læsio*

11 *Læsio est probanda ab allegante.*
12 *Læsio ad hoc, vt suffragetur debet excedere dimidiam iusti pretii.*
13 *Læsio in contractu Emphiteutico opus est quod excedat dimidietatem Canonum.*
14 *Læsio in quibus contractibus cadat & num.* 15.
16 *Læsio in contractibus quando consideretur, & quando procedat, & quando non & nn.* 18. & 19.
20 *Testibus inter se contrarijs non est credendum.*
21 *Periti quorum Iudicium cadit in inspectione rei sunt tanquam Testes examinandi.*
22 *Modicus excessus non est sufficiens ad læsionem imo necessarius Ecclesiæ ad arguendam illius vtilitatem & num.* 23. & 24.

DECISIO CCCCLXVIII.

VENERABILE Capitulũ insignis Collegiatæ Sanctæ Mariæ in Vialata vtendo facultate illi à san. mem. Paulo V. iampridem tributa, quã sufficere Canonici probabant, & quatenus non sufficeret reseruando aliud beneplacitum Apostolicum sumptibus communibus expediendum dederũt anno 1647. in Emphiteusim perpetuam, rub. 13 & sextaria duo pratina, quæ post factas vigore eiusdem indulti alias concessiones totius partis montuosę remanebant ex casali nuncupato il Grullo Melchioni, Mariano, Sãcti Ghetto, & alijs sex præsentibus pro quantitate inter eos amicabiliter diuidenda, & pro annuo Canone Iuliorum 26. pro qualibet petia.

Cum autem excitatis in vrbe quam plurib̃ controuersijs super Canonum reductione, & similium contractuum rescissione hæredes Gherti, & Clarelli obtinuissent in Tribunali A. C. diffinitiue pronunciari contractum prædictum respectu ipsorum annullandum esse, eosque vlterius ad Canonum solutionem obligatos non extitisse illorum restitutionem vltra summam scut. septem pro quolibet rubro reseruando, ideo causa ad Rotam deducta dubitaui. An subsisteret contractus, & qui Canones essent restituendi, & fuit responsum non esse locum rescissioni neque Canones esse restituendos.

Cum enim actorum prætensio duplici niteretur fundamento super defectu scilicet Apostolici assensus, & super enormi lęsione dimidiam etiam excedente visum est vtrumque funditus corruere.

Corruit enim primum ex ipsa exhibitione beneplaciti Apostolici à san. mem. Paulo V. præuentiuè obtenti, in quo facultas tributa fuit concessiones iam factas confirmandi, & approbandi inposterum faciendas, & quatenus de illius subsistentia aliquid suspicari posset adhuc cum nullitas contractus gesti, sine
3 solemnitate a Sac. Canonibus inducta sit fauore Ecclesiæ *cap. non liset* 12. *qu.* 2. *cap. nulli de reb. Ecclesiæ non alienan. & in extrauagan. ambitiose eod. tit. & Not. communit. in cap. si de his quæ fiunt a Prælat. sine consensu cap.* si Ecclesia attenta illius
2 vtilitate velit contractum habere ratum non licet alteri ab eo recedere ne id quod fauore ipsius inductum est in lęsionem conuertatur, *vt tradit inspecie Innocent. Abb. in d. cap.* 1. *si quis presbiterum nn.* 9. *vbi etiam Imola nu.* 21. *vers. non obstat de reb. Eccles. non alienan. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum nn.* 31. *de constit, & sæpissimè Rot. in d. Crescen.* 122. *alias* 1. *de locat. & cond. Put.* 302. *lib.* 1. *in non. Seraph.* 236. *nn.* 3. *Merlin.* 255. *num.* 4. *Duran.* 397. *num.* 17 *ac in dec.* 39. *tom. vlt. &* 107. *nu.* 13. *&* 14. *par.* 8. *recen.*

Nec subsistit quod in ipsa concessione re-
3 seruatum fuit † nouum beneplacitum, quod adhuc non expedito partes valeant à contractu recedere *per ea quæ cõmuniter notantur in cap. super eo de condit. appositis* quia reseruatio non fuit simplex pure, & absolute concepta ita vt
4 actum suspenderet donec per impetrationem beneplaciti purificaretur, sed fuit conditionalis quatenus facultates Capituli non sufficerent; igitur conditio tanquã apposita in reseruatione, & non in contractu ipsam reseruationem, & non contractum suspendebat, & effi-
5 ciebat, vt reseruatio nil operetur, antequam declaratum fuisset primum beneplacitum nõ sufficere *Honded. cons.* 68. *num.* 16. *lib.* 2. *Royas dec.* 416. *num.* 5.

Hinc patet non applicari authoritates in contrarium adductas quia, vel procedunt,
7 quando reseruatio est prætensa, & suspendit actum vt in *decis.* 204. *num. vltim. par.* 5. *rec.* vel quando ipsa Ecclesia vult impugnare, *vt est decis. nullius Emphit. de Guastalla apud Arcl. par.* 1 *fol.* 100. *num.* 1. vel demum procedunt in his contractibus in quibus magis resistit lex, &
8 quod nullatenus pendent à † voluntate partium, vt ille quod solum rescinditur Ecclesia volente, vt egregie distinguendo confirmatur exemplis transactionis initæ super bene-
9 ficialibus, & matrimonijs † inter prohibitos contractis *in dec.* 201. *Mantic. & hãc distinctionem approbauit etiam Rot in Romana rescissionis contractus coram Blanchetto d. p.* 1. *fol.* 98. *in dec.* 103. *n.* 12. *vers. non obstare par.* 8. *rec. & confirmatur ex adductis per Beltram. ad decis. Greg.* 410. *num.* 8. *vers. in materia vero vbi in vers. quod tamen dicitur nunquã esse locum pœnitentiæ respectu personæ contrahentis cum Ecclesia.*

Et eadem facilitate visum est penitus corruere secundum fundamentum in supposita
10 lęsione quia admisso etiam in proposito casu quod in contractu Emphiteutico succurratur læsis, & deceptis *lege* 2. *C. de rescind. vend. inx. distinctionem quam cumulatis opinionibus fecit Rot. in Romana domus* 12. *Decembris* 1664. *à principio vsque ad §. quibus opinionibus coram R. P. D. meo Benilaqua, & ante ipsam tradiderat Cognol. in l.* 2. *n.* 202. *vsque ad n.* 206. *Cod. de rescind. vend.*
11 lęsio quæ nunquam supponitur † erat ab allegante probanda concludenter, vt tradit *gloss. & scrib. communiter in d. l.* 2. & quidem cum duplici circumstantia altera nimirum quod excederet dimidiam cum Ecclesia non ligetur *à cap.* 154. *statuit illam in* 3. *restringendam Rot. post Fergon. dec* 96. *ostendendo scilicet* rem emphiteuticã non ascendere ad dimidiam partem Canonis Conuenti *vt explicat Aloys. Pinell. in d. l.* 2. *par.* 1. *cap.* 3. *num.* 36. *Cognol. ibidem nu.* 203. *in fin.*

& Thesaur. dec. 120. num. 2. & Fulgin. de iure emphit. qu. 28. num. 50. altera quod cessio non fuerit tempore contractus l. si voluntate 3. C. de rescind. vend. l. 1. §. dini ff. de iure fisci Cosent. in cons. 50. vers. non obstat de ver. permut. cum aliis addnc. per Cagnol. in d. l. 2. de rescind. vend.

14 Parum obstante †, quod iuxta sententiam aliquorum hoc tantum procedat in iis quæ momento perficiuntur non autem in
15 his habentibus † tractum successiuum pro quorũ læsione dijudicanda teneant tempus, etiam futurum esse attendendum *ex Roland. cons. 1. nn. 173. lib. 2. Roder. de annua redit. lib. 2. qu. 15. nn. 95. Fulgin. tit. de contract. quæst. 28. n. 4. infin. Seraphin. de priuileg. Iur. quæst. 73. num. 95. & dixit Rot. coram And. dec 43. nn. 14.*

16 Quoniam non desunt alij non obscuri nominis Authores, qui etiam in contractu successiuo tempus quo Iudiciũ sumit inspici debere affirmarunt, & in his terminis procedit *gloss. in cap. ad aures in verbo nisi forte de rebus Ecclesiæ non alienan. ac loquuntur Bald. cons. 475. nn. 12. lib. 1. Cranett. cons. 294. col. penult. vers. hinc videmus, & vers. non obstat Ruin. cons. 35. nn. 35. in fin. lib. 1. Becc. cons. 3. nn. 19. & 20. lib. 1. Cagnol. in d. l. 2. nn. 54. Mantic. de tacit. lib. 3 tit. 15. n. 24. Anton Gamb. d. Lusitan. 257. nn. 1. Rot. nostra que plures adducit dec. 18. n. 4. par. 2. diuers. & apud Merl. dec. 119 nn. 9. & in Romana deuolutionis 19. Nouemb. 1662. §. minus facit coram R. P. D. meo Priolo & limit opinioni nuper etiam adhæsit in deducta Romana domus 12. Nouembris 1664. §. quibus opinionibus vers. & quod in statuenda coram R. P. D. meo Benilaqua.*

Et conciliari possent hæ contrariæ opiniones vt prima procedat in gratijs, & priuilegijs obtentis titulo lucratiuo ad quorũ obseruantiam concedens nõ adstringitur propter detrimentum enorme superueniens in contractibus
17 in quibus non fit rescissio ex lęsione superueniente *vt distinguit Cranett. d. cons. 294. col. pen. vers. non obstat* siue quando ex obseruantia cõ-
18 tractus propriũ† damnum resultaret *iux. cons. Bald. 240. lib. 4. & aduertit Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 15. nn. 25.* siue forte quando non ageretur
19 de tali rescissione, sed de reductione responsionis ad æquitatem vbi res successus temporis ad iniquitatem fuisset deducta, vt sunt interminis *decis. 120. & 226. Thesaur. & bene declarat Mantic. loco citato ad Rot. & in Romana Domus §. non obstat*,

His præmissis non abest vt emphit. concludentem exhibuerint læsionis probationem quin potius, & infra dicendum contrarium. DD. apparuit eam enim nec duo testes concludebant quorum primum iuxta secundum expresse fatus est nescire statum de tempore concessionis, *Non so se fosse arborato nel tempo della concessione sum. Testium fol. 4.* & iuxta decimum nunquam ad vineam accessisse ibi *Non sono stato mai a la vigna del Ghetti e non posso dire il valore* eodem sum. fol. 5. alter vero vltra exceptionem quod gesserat negotia inducendum pariter iuxta 22. se non informatum profitetur de fructu quem reddebãt Terræ tempore concessionis, & dignoscitur varius dum iuxta decimum qualitatem vineæ modo bonã asserit modo malam eodẽ sum.
20 fol. 22. à tit quo circa neuter† probat *Seraph. dec. 1462. nn. 4.*

Nec aliquod constitui posset fundamẽtum in alijs tanquam Peritis respondentibus quia non fuerunt Iudicialiter electi cumque age-
21 retur de probãdo statu antiquo, & cedere quę non cedit sub præsentanea oculorum inspectione debuissent potius tanquam Testes induci, & formiter examinari *Rot. coram Penia dec. 291. nn. 4. & 5. 253. nn. 18. & seq. par. 4. tom. 2. & 208. nn. 6. par. 8. rec.*

Præterea quælibet imaginata læsio excludi visa est, & concludente Iustificatione per ipsum Capitulum ad abundantiorem cautelã exhibita ex qua nedum publicis afflictuum Instrumentis sed etiã cum partitis librorũ Ecclesiæ formiter extractis demonstratur euidenter per decem annos proxime præcedentes inuerisimiliter fertili, & sterili computato & hoc ipso terreno annua scut. 230. percepta fuisse, & sic Conuentam responsionem ad rationem Iuliorum 26. pro qualibet petia ex
22 calculo arithmetico solũ excedere in annuis scut. 8. qui modicus excessus non solum non fuit reputatus sufficiens pro rescissione contractus, sed imo necessarius pro validitate alienationis tam de iure ad limites *extranagantis ambitiosæ* quã vt seruetur forma beneplaciti A-
23 postolici mandantis cõcessionem cedere in euidentem vtilitatẽ *Gabr. cons. 84. n. 12. lib. 2.* præsertim quando nihil Ecclesiæ fuit à princ. solutum *Maresc. var. lib. 2. cap. 26. n. 28. Surd. dec. 198. num. 22. Rot. dec. 430. nn. 5. vers. preterea par. 2 dec. 94. num. 15. par. 7. & in Perusin. Bonorum 27. Maij 1648. §. cum itaque cor. R. Imol.*

Exclusa ex præsentis læsione sicut de plano deuentum fuit ad resolutionem primæ partis dubij ita de consequenti etiam ad alterum pro denegatione responsionis canonum pro
24 qua satisfuisset malam fidem adesse vulgata *l. sed eius l. 25. §. si ante ff. de petit. hered. l. nemo ff. de aquir. & retin. possess.*

Et ita vtraque parte informante cõclusum &c.

R. P. D. EMERIX.
Pratẽs Cappellaniæ.

Lunæ 25. Maij 1666.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus habenti certam qualitatem reseruatum non potest transire in illos eandem non habentes, licèt ex eadem linea descendant. Descendentia, & Iuspatronatus ex quibus iustificari valeant.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus benè ex testamento, & ex institutionibus iuxtà illius formam subsequutis iustificari potest, & num. 2.*

3 *Filius illegitimus ad sacros ordines promoueri nequit.*

4 *Libri Catastri cum arbore familiæ in ipsis inserta benè descendentiam probant.*

5 *Præsentatus ab existenti in quasi possessione præsentandi debet instituí.*

6 *Filiusfamilias insimul cum Patre ad præsentandum admittitur.*

7 *Patroni intra tempus quatuor mensium sibi à iure elargitum, alium cumulatiuè præsentare possunt.*

8 *Iuspatronatus reseruatum habenti certam qualitatem non potest transire in illos eandem qualitatem non habentes, licèt ex eadem linea descendentes.*

DECISIO CCCCLXLX.

VACANTE per obitum Pompei Melioràti Cappellania S. Laurentij in Ecclesia Sanctiss. Trinitatis Ciuitatis Prati, cuius præsentatio ex fundatione spectat ad tres antiquiores descendentes masculos Lupi, & Guidonis filiorum, Io. de Melioratis, vel maiorem illorum partem Carolus, & Antonius Maria eius filius tanquam duo ex antiquioribus descendentibus ex prædictis cumulatiuè præsentarunt Michaelem de Melioratis, & Vincentium de Bizochiis quamobrem lite desuper introducta coram Vicario Pratesi, prodijt sententia fauorabilis pro Nouelluccio quem Rota quoque censuit hodie instituendum,
1 existentia † enim Iurispatronatus rectè desumitur ex Testamento q. Franciscæ de Melioratis condito anno 1423: *Gonzal. ad reg. 8. glos. 38. num. 32. Vivian. de Iurepatr. lib. 1. cap. 1. num. 6. Rot. decis. 87. num. 3. par. 7. recent.* & coadiuuatur ex
2 † Institutionibus iuxtà illius formam subsequutis ad præsentationem seniorum pro tempore existentium ex prædictis descendentibus Lupi, & Guidonis cum canonizatione etiam Iurispatronatus vigore Testamenti eiusdem Franciscæ, *Summ. num. 3. & 4. Rota decis. 694. num. 1. & seq. par. 2. rec.*

Habilitas autem Petri Riberij Nouelluccij ad formam fundationis resultat ex fide Baptismatis, & litteris patentibus sui Ordinarii, ex quibus patet ipsum esse ex legitimo matrimonio natum, & procreatum ad Sacerdotiũ vsque de anno 1651. *Sum. num. 5, & 6.* quam etiam ex eo quod ipse est Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Pratesi ad quem
3 † Canonicatum, & Presbyteratum assumptus non fuisset, nisi fuisset ex legitimo matrimonio natus, & honestæ litteraturæ, *iuxtà glos. communiter recept. in cap. fin. de fil. presbyt. Nouar. lib. 1. cons. 6. nu. 1. eod. tit. Barbos. de can. & distrib. cap. 13. nu. 24.*

Pertinentia verò Iurispatronatus ad Carolum, & Antonium Mariam probatur ex eo quod ambo sunt maiores stante Ioanne Dominico nato de anno 1644. vt constat ex fide illorum Baptismatis respectiuè *Summ. num. 7. 8. & 9.* & descendunt à Lopo altero ex duobus nominatis in Testamento, vt apparet ex
4 partitis publicis † librorum Catastri, & Gabellarum productis in actis, & indicatis in arbore familiæ dato ad partes, vt in his terminis responsum fuit *in Baren. Beneficij 18. Februarij 1656. §. quod autem coram bo. me. Binbio.*

Tùm etiam ex quasi possessione præsentandi acquisita ab eorum maioribus, per præsentationes effectum sortitas de anno 1615. &
5 1623. *Summ. num. 8. Litt. A. & B.* & hac † quasi possessione dicitur probata pertinentia ad effectum obtinendi institutionem, secundùm text. *in cap. querelam de elect. & in cap. consultationibus de Iurepatr.* & aduertit *Rota decis. 344. num. 54. coram Royas, & in Gerunden. Beneficij 8. Maij 1649. coram Mellio.*

Non obstat, quod Antonius Maria filius non possit simul præsentare cum Carolo Patre, quia obiectum non procedit quando prout hic versamur in iurepatronatus competenti familiæ, & senioribus tunc ne contingat contra voluntatem fundatoris excludi, habet maiorem ætatem, & admittit alios hac qua-
6 litate carentes benè admittitur † filiusfamilias ad præsentañ insimul cum Patre, ad tradit. *per Federic. de sen. cons. 111. num. 9. vers. præterea, Riccius de Iurepatr. in verbo competens qu. 1. num. 8. Lambert. lib. 2. par. 7. art. 6. qu. 2. Rot. in Florentina contractus 10. Martij, & 23. Iunij 1603. coram Lancell. & coram Duran. decis. 438. num. 1. vers. non obstat in 6.*

Non refert etiã, quod Nouelluccius fuerit præsentatus secundo loco sub conditione, quatenùs Michael primo loco præsentatus non dispensaretur à Sede Apost. quia non sequuta tali dispensatione benè potuit Patro-
7 nus † cumulatiuè alium præsentare intra tempus quatuor mensium sibi à iure præfixum, *cap. quod autem, & cap. cum autem de Iurepatr. Clement. 2. Abb. in cap. quod autem num. 2. Rocc. in verbo honestum qu. 9. num. 30. & qu. 13. num. 38. Vivian. de Iurepatr. par. 2. lib. 10. cap. 1. num. 10.*

Demùm non releuat, quod in vltima vacatione præsentauerit seniores de linea Guidonis, quia cum Iuspatronatus fuerit reseruatum tribus senioribus pro tempore ex lineis Lupi, & Guidonis non transit simpliciter ad omnes descendentes ex iisdem lineis,
8 sed ad illos † dumtaxat qui eueniente vacatione habent qualitatem Maioris ætatis: *Lotther. lib. 2. qu. 11. num. 93. Grat. discept. 218. nu. 53. Calder. cons. 48. de Iurepatr. Rot. in Ian. Iurispat. 21 Iunij 1607. coram Card. Lancellotto*, & in similibus terminis *in Pisauren. Maioratus §. nec obstat 21. Maij 1663. cor. me confirmata 27. Iunij 1664. coram R.P.D. Taia*, & nouissimè etiam *coram R.P.D. Bourlemont.*

Et ita &c.

R. P. D. TAIA.

S. Seuerini Supplementi legitimæ.

Luna 31. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Nepotes quando non obstante renunciatione Matris petere possint successionem Aui, & quomodo inter eos diuidatur.

SVMMARIVM.

1 *Successio inter descendentes defertur in stirpes, & num. 2.*

3 *Nepos prædefuncta Matre capit successionem Aui, non obstante illius renunciatione, & num.4.*

5 *Nepos quando succedat Auo ex propria persona, & num.6. 7. 8. 9. & 10.*

9 *Nepotes praterita ab Auo in testamento prædefuncta filia possunt dicere testamentum nullum.*

DECISIO CCCCLXX.

CVM quæreretur an, & quomodo debeatur supplementum legitimæ Elisabethæ Nepoti Marci Antonij ex secundo matrimonio Mariæ filiæ superstitibus etiam Emanuele, & Dominico Nepotibus ex secũdo matrimonio, & Iosepho alio Nepote ex alia filia Prudentia, postquam Marcus Antonius codicillante, *costituisce herede particolare Elisabetta in scudi 400. quali l'assegna per sua legitima &c. [che se li paghino da suoi heredi vniuersali à tempo che la detta Elisabetta si maritarà, e che si computi l'heredità che l'aspetta sopra la dote promessa, & consegnata alla q. Maria figlia di esso Marc'Antonio, e Madre della detta Elisabetta,* Domini responderunt deberi vsque ad nonã
1 partem,† seù tertiam tertiæ partis semissis hereditatis *ad §. hæc nos mouerunt Auth. de trient, & semisse iuxtà sententiam A.C. declarantis tertiã tertiæ semissis ascendere ad ducatos Regni 2423. & gran.11.*

2 Et quidem de successione in stirpes, † & similibus hæreditarijs, & diuidenda successione inter vnicum filium Prudentiæ, & tres filias Mariæ Neptes Marci Antonij filiabus ipsis earumque Matribus prædefunctis, text. ad id manifestissimi, §. *cum filius vers. item si ex duobus filijs instit. de hæred. quæ ab intest. l.2. de legitim. hæred §. si quis igitur descendentium Aut. de hæred. ab intest. vbi glos. antiquitas* affert differentiam inter descendentes, & transuersales.

Neque nocuit Mariæ, quæ vocans se benè conſtãtam dotibus pro omni parte, portione, legitima, Paragio, supplemento legitimæ, Paragij, & pro omni, & quacumque hæreditate, & successione sua Paterna, Materna &c. Marcum Antonium præsentem, eiusque hęredes, & successores quietauit, & liberauit &c. † cum traditis
3 *a Bart. ad l. qui superstitis, ff. de acquir. hæred. num.4. Merlin. de legit. quæst.11. à num.11. & num.12. vers. verum negotio tit.2. lib.2. Rota coram Reuerendiss. Royas dec.399. in fin.*

4 Quia † si filia non est matris hæres res est clara, & citrà controuersiam posita, quod à successore non excludatur &c. *apud Thesaur. for. qu.90. num.15.* ibi, *filys nocere qui veniunt vti matris hæredes &c. lib.2. Merlin. d. quæst.11. sub d. vers. verum negotio,* ibi, *intelligendo tamen, & semper in casu, quo Nepotes sint hæredes Andreol. contron.212. num.2.* ibi, *nam tunc filij hæredes matris, cum alleg. & secundum hæc declarantur, qui etiam declarant d. decis.399. & ibi alleg. Dec. consil.180. num.6. in fine,* ibi, *adeo talis renunciatio obstat nepotibus non virtute simplicis renunciationis, sed virtute successionis &c. ex Bald. ad l.3. C. de collat. nn.8. Surd. cons.353. num.38.* ibi, *sunt enim hæredes earum matrum, quæ renunciauerunt &c. in quibus etiã multa recesset Surd. cons.133. num.19. à vers. &* *quamuis multa teneant, & cum illo, & illis eticm pro matris hæredibus, Andreol. d. contr.200. num.8.*

5 Non obstante Michaloro † de fratribus, *cap.22. num.37. & 38. par.3.* quiuidetur contrarium sentire &c. *Bald. ad l.3. qu.11. seu d. n.8. & decis. . . . num.18.*

Quia prima ratio repugnat sentiendo Nepotes succedere Auo, ex propria persona omni, vel † quouis modo de tribus, *ex Bart. &*
6 *Bald. apud Cancer. resol.15. num.46. par.3. vel quarto modo apud Mess. vot.102. num.8.* Si tempore mortis defuncti successio non defertur ad filiam prædefunctam, † sed ad superstitem nepotem &c. apud alleg. & de more vberius apud *Andreol. tota d. contr.200.* Deindè quia,
8 certè *Bald.* tenet contrarium quando † filia decessit viuo Patre, & cum *Bald. transit Paul. de Castr. ad d. l. qui superstitis num.14. vers. Bald. tamen inquit Alex. ad d. l.3. num.7. vers. sed certè Bald. Decibid. vers. sed Baldus.*

Et denique Decius disputando sententiam Ludouici Romani vix dixit defendendo opinionem Romani contrarijs rationibus præsertim *Alex.* pro Romano responderi posse & respondit imò, plures adduxit rationes, eamq; præcipuã, quod si filij fuerint præteriti
9 in testamento Aui, †& filiæ mortuę sint Auo viuente possunt dicere testamentum nullum apud *Paul. Castr. ad d. l. qui superstitis d. num.4.*

10 Intacta proindè controuersissima † quæstione etiã indistincta apud *Merl. d q.11. Cancer. d. resol.15. & n.47. Fõtanell. de pact. nupt. clauſ.9. glos. vnic. par.1. & num.52. cum alleg. num.60. Andreol. d. contr.212. ab init. vbi num.2. & 3. nuncupatam contrariã sententiam Romani cum pluribus alleg. ex præfatis d. dec.399.*

Quæ declararetur etiam atq; adeo limita-
11 retur in hac filia, quæ renunciauit † simpliciter propter semetipsam &c. *apud Michalor. d. cap.12. num.43. Thesaur. d. qu.90. d. nu.15. cum alijs d. decis.399. in fine,* vbi formula eoque magis valet fortè pro, *Et*, maximè & vel abundat, vel stat pro *tantum*, §. *si in agro l. quæsitum 12. ad l. fundo 22. ff. de fundo instructo, Ricard. loco citat. dict. ampliatiuè numer.3. Barbos. dict.197. num.9. & 10.*

Et ita altera tantùm &c.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO

Nunc. S. R. Eccles. Cardinali.

Valentina Annatarum.

Veneris 4. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Annatæ temporis spatio solutæ vigore Constitutionum à Pontifice confirmatarum; non possunt amplius denegari, quia contra obseruantiam difficilè est insurgere.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio promulgata de consensu totius Capituli ab eo complius impugnari non potest.*

2 *Epis-*

2 *Episcopus potest valide condere Constitutiones in sua Diœcesi.*
3 *Constitutio tunc magis est valida quando authoritate Apostolica confirmata fuit, & nu.4.*
5 *Clerici omnes obedire tenentur Constitutionibus in Synodo factis,*
6 *Constitutio postquam fuit diu observata, emplius illis impugnari non potest.*
7 *Sententia sine actis non probat.*
8 *Sententia sine actis probat quando versamur in antiquis.*
9 *Testes contra inducentes plenè probant.*
10 *Testes deponentes pro eorum commodo nihil probant.*
11 *Testes deponentes super negatiua non probant, nisi illam coarctent.*

DECISIO CCCCLXXI.

IN Metropolitana Ecclesia Valentina cautum reperitur per Constitutionem antiquissimam editam vsque de anno 1158. vt de quibuscumque dignitatibus aliisq; beneficiis d. Ecclesiæ, vel diœcesis dummodo beneficia simplicia non fuerint, vel pro defunctis instituta, vel etiam per permutationem vacantia soluatur fabricæ eiusdem Ecclesiæ integra annata si huiusmodi beneficia fuerint in decima taxata, & sola medietas si taxata non fuerint, quia vero nonnulli Rectores solutioni prædictæ se opposuerunt: Ideo instructo iudicio ad instantiã Capituli in partibus dicti Rectores fuerunt condemnati per sententiam Officialis, & Vicarij Generalis Valentini latam de anno 1659. per d. Nuntium Hispaniarum & nuper causa per appellationem ad Rotam deuoluta dedi dubium, An debeantur annatæ, vel respectiuè mediæ annatæ, quod ad eiusdem Constitutionis formam hodie fuit affirmatiuè resolutum.

Siquidem clara sunt verba Constitutionis prædictæ circa solutionem Annatarum, vt in
1 *Summ. num.1.* † quæ cum fuerit promulgata ab Archiepiscopo Valentino de consensu totius Capituli valida reputatur, & de iure ser-
2 uari debet nam de † eius potestate in condendis huiusmodi Constitutionibus in propria Diœcesi seruandis non est ambigendum ex traditis *per DD. in cap.2. vbi glos. de maioris. & cap.2.de Const. in 6.* & in his terminis de mente Sacræ Congregationis Conc. firmat *Garz. de benef.par.3.cap.2.sub num.198. vers.ad nonam, & par.8.cap.1.nu.88.*
3 Præcipuè quia † fuit Apostolica auctoritate confirmata *Summ.num.3. Rota dec.20.nu.2.*
4 *par.2. recent.* & in † Synodo Diœcesana anni 1566. illius executio demandata fuit *Summ.*
5 *num.7.* certum est enim † ad decreta, & Constitutiones in Synodo factas omnes Clericos ratione census teneri, *per text.in cap.cum omnes de Const. Ferrett.conf.368.num.16. vers. quibus tamen non obstantibus Bero conf.3.num.10.lib.1. Gonzal.ad regul.8.glos.9.§.prime num.20. Card.Mantic.dec.229.num.4. Buratt.dec.852.num.3.*
6 Quo facilius procedunt attenta † illius longæua obseruantia comprobata tùm ex publicis, & authenticis scripturis, tùm etiam ex testium depositionibus, ex quibus patet annatas controuersias verè, & cum effectu pluribus ab hinc annis fuisse solutas, nam vltra quietantias relatas *in Summ. num.11.* incipientes ab anno 1559. vsque ad annum 1591. duæ exhibentur sententiæ latæ ad fauorem Capituli contra Rectores, altera de anno 1579. & altera 1585. *Summ. num.9. & 10.* licet enim
7 regula † sit quod sententia sine actis non probet *l.si cum nulla ff.de re iudic.* recipit tamen
8 limitationem, vbi prout hic versamur in antiquis, vt in his terminis fuit dictum in *Vasionen. Prioratus 4. Maij 1665. §. sed etiam coram R.P.D. meo Albergato.*

Ex testibus verò duo dantur in Sum.*nu.12.* qui deponunt de facto proprio ipsos nempè soluisse mediam annatam in manibus Capi-
9 tularium, †qui testes tanquam inducti pro parte Rectorum contra ipsos inducentes, plenè probant *Socc.Iun.conf.64.numer.12. lib.1. cum alleg. in Valentina Parochialis de Moncada 28 Iunij 1647. §. Insuper in fin. & in Hispalen. Decimarum 26. Iunii 1649. §. denique coram me.*

Cæteri verò Testes deponentes de non solutione Annatæ, vel mediæ annatæ, aut non aduersantur cum eorum dicta possint verificari in beneficijs exceptis in allegata Constitutione, nempè in simplicibus, in vacantibus per permutationem, & institutis pro defunctis, aut non releuant, tùm quia omnes sunt
10 Rectores, qui † proinde referrent commodum ex eorum depositionibus, Vnde rationem proprij interesse à testimonijs repelluntur, *Rota coram Greg. decis.475. num.9.* Tùm
11 etiam quia † deponentes super negatiua non probant, nisi expresè illam coarctent, vt in *Perusina bonorum S. Arcangeli 23. Ianuarij 1665. §. prout non relenant coram R.P.D. Albergato.*

Et ita altera &c.

R. P. D. OTTALORA.

Bononien. fideicommissi de Grottis.

Veneris 4. Iunii 1666.

ARGVMENTVM.

In hac decisione latissimè examinantur coniecturæ, & demonstrationes ad effectum probandi reciprocam linearem.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non intrat quando inter litigantes adest Ecclesia.*
2 *Dignior trahit ad se minus dignum, quando omnis ius est deductum.*
3 *Aegidiana non intrat quando inter litigantes adest Ecclesia licet sententia respectu Ecclesiæ sit lata per caput separatum.*
4 *Substitutio facta sub nomine liberorum extenditur quod omnes in infinitum.*
5 *Prohibitio alienandi bona ad effectum illa conseruandi in familia arguit perpetuum, & absolutum fideicommissum.*

6 Sub-

6 *Substitutio facta in pluribus diuersarum linearũ arguit substitutionem linearem.*

7 *Clausula ad inuicem adiecta substitutioni complecteni plures eiusdem lineæ arguit substitutionem linearem.*

8 *Substitutio linearis resultat ex clausula salua gradus prærogatiua.*

9 *Substitutio linearis arguitur ex affectione Testatoris conseruandi bona in familia.*

10 *Substitutio est linearis quando excluduntur fœmina, & extranei,& Testator voluit conseruari bona in familia,& nu.16.*

12 *Substitutio linearis est vbi fuit contemplata agnatio cum prohibitione detractionum, & num.13. quod ampliat, vt n.14. & 15.*

16 *Granamen datum proximioribus censetur repetitum remotioribus, tanquam minus dilectis.*

17 *Anomola vulgaris quando expiret per prædecessum primi substituti,& quando non.*

18 *Substitutio facta additis verbis vulgaris pupillaris & per fideicommissum quid importet.*

19 *Fideicommissaria non potest dici substitutio quando deficit tempus mortis,& nu. 20.*

21 *Substitutio facta simpliciter quatenus parens non supersit dicitur vulgaris.*

22 *Linearis non potest considerari inter duos stipites ab initio diuisos, sed illigitur discretiuè inter liberos propry parentis, quod ampliat, vt numero 23. & 24.*

25 *Prohibitio alienationis per contractum non importat linearem.*

26 *Substitutio facta per verbum prohibens non importat nouum fideicommissum, sed stat consecutiuè ad præcedens,quod ampliat vt n. 27. & 28.*

29 *Linearis cessat quando substitutio potest iunm effectum operari in linea discensiua.*

30 *Linearis arguitur ex fideicommisso ordinato in descendentibus tempus futurum denotan.*

31 *Clausula vulgaris pupillaris & per fideicommissum quid operetur in lineari*

32 *Substitutio linearis cum passiuo grauamine desumitur ex digressu ad plures substitutionum gradus,& aliis coniecturis,vt nu.33.*

34 Decision.105.& 190.Reuerendissimi Carilli *declaratur.*

35 *Dictio cuiuslibet addita substitutioni excludit lineam.*

36 *Prohibitio alienationis in rem linearem inducit.*

37 *Substitutio facta per verbum prohibens in oratione separata inducit fideicommissum.*

38 *Filiatio probatur ex enunciatiua instrumentorum, Mamxiè in antiquis,& quando non concurrit alius de consanguineis, & nu.39.*

40 *Filiatio probatur ex enunciatiua instrumentorum, & depositionibus Testium.*

41 *Domus identitas probatur ex confinium identitate, & ex declarationibus factis in Instrumentis alienationum,& nu. 42.*

DECISIO CDLXXII.

ANTONIVS de Grottis his verbis Testamentum ordinauit, *In omnibus autem aliis suis,bonis tam præsentibus,quam futuris sibi hæredes Vniuersales instituit infrascriptos respectiuè ordine successiuo, vt infra, videlicet quoad vsumfructum tantum D.Constantiam eius Vxorem, Quo verò ad nudam proprietatem interim durante dicto vsufructu omnes, & quoscumque ipsius Testatoris liberos masculos, tàm natos, quàm nascituros, siue posthumos, vnum, vel plures hæredes instituit, & ipsis liberis masculis non extantibus, quascumque ipsius Testatoris filias fœminas, vnam, vel plures quantum fuit, & est pro dimidia, & pro alia dimidia Bartholomæum q. Baptistæ de Grotto eius nepotem hæredem instituit, Sed si decesserit idem Testator absque liberis, tam masculis, quam fœminis, vno, vna. vel pluribus, tunc, & eo casu, & casibus sibi hæredem vniuersalem instituit, & esse voluit dictum Bartholomæum eius Nepotem in totum,& in solidum quoad proprietatem nudam durante vsufructu dictæ Constãtia, quoad vsumfructum, & proprietatem insimul consolidatos d. Bartholomæum eius nepotem, si tunc ipse Bartholomæus naturaliter supernixerit, & eo forsitan defuncto cum liberis masculis legitimis, & naturalibus, vno, seù pluribus, tunc præfati Bartholomæi liberos masculos prædictos, vnum, vel plures hæredes prædictos proprietarios, & vsufructuarios instituit,cum primum vnus natus fuerit,& deinde alium in capita, quos instituit, & substituit sibi hæredes proprietarios,& quos liberos masculos dicti Bartholomæi legitimos, & naturales instituit,& inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, dd. Bartholomeo,& filys non extantibus, & vltimo ex eis quandocumque naturaliter decedente absque liberis masculis legitimis, & naturalibus, vno, vel pluribus, Bartholomeum quondam Ludouici Grotti, & Galeatium quondam Alexandri Grotti de Butrio, & superuinentem, & superuiuentes ex eis, & prædefuncti, & prædefunctorum liberos masculos, & legitimos, & naturales in stirpes, & non in capita instituit, & substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & quos de Grottis inuicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum semper gradu agnationis, & prærogatiua seruatis, prohibens, & vetans insuper d.Testator omnem,& quãcumque alienationem, venditionem, cessionem,donationem, & quamcumque distractionem, quorumcumque immobilium d. Testatoris, & alicuius partis, denastationem Domorum, ac locationem emphiteuticam perpetuam, & ad magnum tempus, nec non prohibens detractionem alicuius falcidiæ, Trebellianicæ, & alterius cuiuscumque portionis bonorum prædictorum hereditariorum, & hæreditatis dicti Testatoris, & alicuius partis, & Iuris earumdem, cum velit, & intendat ipse Testator bona sua immobilia in totum ad institutos, & substitutos prædictos, vt supra per eum vocatos ordine successiuo in perpetuum liberè, integrè, & totaliter,ac pleno iure peruenire debere pro conseruatione agnationis, & familiæ supradictorum de Grottis,* Summario Elisabettæ *numer.* 1. Cum verò nec Testator, neque Bartholomæus primus hæres filios reliquerint, Hæreditas post huius mortem peruenit pro vna medietate ad dictũ Bartholomæum q. Ludouici, Pro alia verò medietate ad d. Galeatium q. Alexandri, & postea diuisa fuit inter eorum filios, & nepotes, Decedente autem Alexandro pronepote Bartholomæi absque filijs,Instituta sibi hęrede Elisabetta, insurrexerunt Antonius, & fratres

fratres de Grottis pronepotes d. Galeatij allegantes portionem præfati Bartholomæi ad eos deuolutam ex prætensa reciproca lineari, iudicium immissionis vnico libello introduxerunt coram Vicelegato Bononiæ tàm contra Elisabettam hæredem prædictam, quàm contra Equitem Prosperum de Castellis, & RR. Patres, Monasteriumque Sanctæ Mariæ de Carmine possessores bonorum ab Alexandro Alienatorum, vt in *Summario alleg. num.* 2. & tenutam ex primo decreto obtinuerunt super prædio Villæ Fontanæ empto à dictis Patribus *Summario num.* 3. Postmodum verò discussa causa separatas sententias super immissione contra dd. Possessores reportarunt sub vna, & eadem citatione contra omnes, prout in *Summario num.* 4. Verum interpolita appellatione a prætatis, causaque mihi commissa cum clausula, Constito quod sit locus Aegidianæ, proposui dubium iuxta formam rescripti, & Domini non esse locum Aegidianæ, sed constare de fideicommisso responderunt.

Cum enim sint in causa Eques Castellus, Monasterium S. Mariæ de Carmine, & alij, omnesque vnico libello, eademque actione vigore eiusdem fideicommissi ludicium in-
1 stituerint, inde prouenit, † vt Iudex quoad omnes dicatur tamquam Ecclesiasticus pro-
2 cessisse, † cum magis dignus trahat ad se minus dignum, eique proprium priuilegium communicet, quando omnium ius est deductum *l. si communem ff quemadm. fruit. amitt. l. si is qui duos ff. de liber legat. Hyppolit. de Marsil. singul.* 189. *num.* 1. *& seqq. Afflict. decis.* 213. *numer.* 1. *Graff. de effect. Cleric. effect.* 2. *num.* 55. *Rota coram Eminentissimo Otthobono decis.* 170. *num.* 9. *&* 10. *& in Recanaten. Bonorum* 14. *Martij* 1639. *coram bo. me. Buccabella, extensa à Reuerendiss. Domino meo Decano §. Item cessante, & §. sequenti, & in Perusina fideicommissi de Garofalis* 23. *Iunij* 1639. *coram bo. me. Dunozetto, & in Bononien. fideicommissi de Bargellinis* 24. *Nouembris* 1651. *coram bon. me. Bichio §. Aegidiana.* Quapropter sicut Aegidiana non intrat quoad personas Ecclesiasticas s, nec etiam quoad laicos litis consortes, qui eodem libello, eademque actione, & vigore eiusdem fideicommissi egerunt, vt in allegatis decis. firmatur.

Non obstat, quod duæ separatæ sententiæ latæ fuerint, Altera contra Laicos, Altera
3 verò contra Patres Carmelitanos, † Quia hoc non immutat qualitatem Iudicij Ecclesiastici, & postquam ab initio instituerunt litem vnico libello, & actione, laicisque fecerunt commune ius appellandi competẽs Clericis non potuerunt postea expediendo causã per cedulas separatas auferre beneficium appellandi laicis, vt in his terminis respondit, *Rota coram Eminentissimo Otthobono decis.* 170. *n.* 11. *&* 12. *& in Vrbeuetana successionis* 25. *Iunij* 1635. *§. non obstat quod attento tenore coram bo. me. Motmanno, & in Bononien. fideicommissi de Rubeis* 23. *May* 1644. *§. Primo quia, & §. seq. coram bo. me. Card. Corrado, & in d. Bonon. fideicomm. de Bargellinis §. non urget, & seqq. coram bo. me. Bichio.*

De fideicommisso autem constare ex eo DD. censuerunt, quod Testator substituendo
4 liberos Galeatii, & Bartholomæi dicitur † vocasse omnes descendentes ex eis in infinitum, *l. liberorum ff. de verb. signif.* non solum per vulgarem, sed etiam per fideicommissariam substitutionem, tum ex illis verbis, *vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, Peregr. de fideic. art.* 18. *nu.* 11. vbi sic iudicatum refert. Tum ex alijs *in stirpes, & non in capita. Rota decis.* 505. *nu.* 15. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.* Item ex arctissima prohibitione alienationis adiecta causa conseruan-
5 di bona in familia, † quæ præsefert perpetuã, & absolutum fideicommissum inter vocatos *Alexgrad. cons.* 79. *per tot. lib.* 2. *Merlin. decis.* 228. *num.* 30. *Rota in Romana fideicommissi de Millinis* 26. *Ianuarij* 1654. *§. vlterius coram bo. me. Dunozetto.*

Immò ex plurimis apparet institutum fideicommissum reciprocum lineare inter descendentes à Galeatio, & Bartholomæo filio qu. Ludouici.

Primo quia, vocatis Bartholomæo, & Galeatio, eorumque liberis, Testator sequentem clausulam adiecit, *& quos de Grottis inuicem sub-*
6 *stituit,* † quæ liberos vtriusque lineę complectitur *Gabr. cons.* 123. *nu.* 21. *&* 22. *lib.* 1. *Eminentiss. Otthob. dec.* 97. *nu.* 4. *&* 7. *& in Rauennaten. fideicommissi* 11. *Februarij* 1661. *§. Immo dicebant coram R. P. D. meo Priolo*, & plenè *in Bononien. Bonorum* 27. *Ianuarii* 1662. *§. ponderatis coram R. P. D. meo Albergato*, vbi quod clausula *ad inui-*
7 *centia* fine posita refertur ad omnes superius nominatos, & importat reciprocam substitutionem inter plures vocatos, licet ex diuersis lineis.

Secundo ex *illis* verbis *semper gradu agnatio-*
8 *nis, & prærogatiua seruata,* † graduatio siquidem inter plures lineas dari non potest, nisi adsit inter illas fideicommissum reciprocum, & vna post aliam vocetur, vt de clausula ordine successiuo dixit *Rota dec.* 41. *num.* 3. *par.* 8. *rec. & in Romana fideicomm. de Boncompagnis* 22. *Iunij* 1662. *§. de mente, vers. minusque coram R. P. D. meo Beuilacqua.*

Tertio ex reperita masculorum vocatione, & enixa Testatoris voluntate conseruãdi per-
9 petuò bona inter masculos de agnatione, † & sic cum extincta vna linea masculorum daretur casus, vt bona, vel ad fœminas ex clusas, vel ad extraneos contra votũ Testatoris peruenirent, necessariò infertur reciproca linearis, vt pluribus adductis probat *Altograd. cons.* 80. *nu.* 64. *&* 65. *lib.* 2, vbi vocando lineam masculinam, exclusis fœminis, & alijs extraneis,
10 qui alioquin admitterentur, ad † reciprocam linearem inferri concludit, *& cons.* 92. *lib.* 1. *nu.* 13. vbi contra voluntatem Testatoris pars bonorum suorum deueniret ad fœminas, aut ad extraneos hæredes *Fusar. de substit. qu.* 475. *n.* 18.
11 *&* 19. *&* † quod ratio conseruandi perpetuò bona in descendentes de agnatione, quos vocauerat, habeat vim inducendi fideicommissum reciprocum inter vocatos probant *l. pen.* 71. *§. fratre, l. cum Peter* 79. *§. liberis, l. Codicillis* 91. *§. instituit ff. de leg.* 2. *Grat. discept.* 828. *num.* 24.

& 25.

& 25. & in Romana fideicomm. de Boncompagnis 22 Junij 1662 §. hancque coram R. P. D. meo Bevilaqua, & de verbo, *in perpetuum, Rota dec. 10. nu. 4. & 5. part. 1. rec. & in dicta Romana fideic. de Boncompagnis §. hancque, vers. attento.*

Quod facilius procedit considerata prohi-
12 bitione † Trebellianicæ, & falcidiæ, & cuiuslibet alienationis ampliſſimis verbis concepta ea expreſſa ratione, vt bona conſeruentur in familia, & agnatione, quæ eſt valida coniectura pro eligendo fideicõmiſſo reciproco *Curt. Jun. conſ 43. nu. 9. verſ. 2. principaliter, Peregr. conſ. 62. nu. 23. lib. 1. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 15. n. 16. Altograd. conſ. 92. nu. 14. vſque ad 23. lib. 1. & conſ. 80. nu. 63. & conſ. 81. n. 54. & ſeqq. lib. 2.* & dictum fuit *in Aeſina fideic. 23. Januarij 1665. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in Firmana fideic. 12. Februarij 1666. §. & proinde coram R P. D. meo Albergato*, maximè cum verba prohibitionis alienationis, & fideicommiſſi ſint in rem directa, ibi, *prohibens quamcumque alienationem &c.*
13 *cum velit*, & *intendat bona peruenire &c.* † Ex quibus reciprocam induci firmauit, *Rota in Rauennaten. fideicomm. §. maximè coram R. P. D. meo Priolo, & in Firmana fideic. 26. Januarij 1663. §. final. coram Reuerendiſſimo Vicecomite*. Vlterius prohibitio legitur concepta per verba gemi-
14 nata integram hereditatem importantia, † ibi, *bona ſua immobilia in totum ad inſtitutos, & ſubſtitutos per eum vocatos, liberè integraliter, totaliter, & pleno iure*, & non verificaretur bona ſic vnita totaliter peruenire poſſe ad gradatim vocatos, niſi data lineari *Altogr. conſ. 92. num. 12. lib. 1. & conſ. 80. nn. 67. & conſ. 81. num. 62. & ſeqq. lib. 2. Crauett. conſ. 113. nn. 5. Pariſ. conſ. 30. nn. 22. lib. 2. Surd. conſ. 96. nn. 15. lib. 1.* & de toto, & integro, *Rota in Firmana fideicommiſſi 12. Februarij 1666. coram R. P. D. meo Albergato*, & conſeruatione hereditatis totius *dec. 467. nu. 5. par. 5. rec.* Cum ergo Teſtator pluries expreſſerit, quod bona peruenire deberent ad inſtitutos, & ſubſtitutos in perpetuum pro cõſeruatione agna-
15 tionis, † & familiæ ſupradictorum de Grottis, pertinere debent ad Galeatium, & Bartholomæum veluti ſtipites vtriuſque lineæ in quorum familia, & vtriuſque prædictorum non potuiſſent conſeruari bona iuxtà formã, & finem expreſſum niſi data reciproca inter ipſorum lineas *Pariſ. conſ. 18. nu. 7. & nu. 20. lib. 3 Roland. conſ. 23. nu. 23. lib. 4. Decian. conſ. 50. nu. 12. lib. 1. Grat. diſcept. 328. numer. 42.* & in puncto horum verborum cum dicto relatiuo *Grat. diſcept. 228. num. 42. Peregr. de fideicom. art. 13. numer. 80.*

Quarto accedit, quod dum erat iniuncta reciproca filijs Bartholomæi prius vocatis, ac
16 magis dilectis, † cenſetur repetita inter remotiores ſubſtitutos, & minus dilectos etiam ex diuerſis lineis, *Altograd. conſ. 81. num. 59. lib. 2 Merlin. deciſ. 326. nu. 9. Rota in Rauennaten. Fideicommiſſi 11. Februarij 1661. §. Immò dicebant, coram R. P. D. meo Priolo, & in Firmana Fideicommiſſi 8. Junii 1665. §. final. coram bo. me. Verospio*.

Verum contra exiſtentiam fideicommiſſi plurima opponebantur, ſcilicet quod ſubſtitutio liberorum Bartholomæi, & Galeatij facta eſt per vulgarem, non fideicommiſſariam propter illa verba, *& prædefunctorum liberos maſculos*; ideoq; cum tempore mortis Bartholomæi nepotis Teſtatoris extiterint ſubſtituti Galeatius, & Bartholomæus Ludouici, qui
17 hæreditatem adierunt, † expirauit vulgaris anomala fauore liberorum, quia fuit facta in caſum prædeceſſus, & non exiſtentiæ parentum tempore mortis Bartholomæi nepotis, latè *Andreol. contr. 100. ſignanter nu. 4. Rota in Perusina fideicommiſſi de Cinciis 15. Junii 1654. poſt princ. verſ. non conſtare de fideicommiſſo, & §. quæ ſubſtitutio pro vulgari, coram Reuerendiſſimo Conchen.*

Nec aliud ſibi volunt verba, *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum*, vel quia non
18 alterant naturam ſubſtitutionis, † quæ dum vulgaris ſolummodo eſt, remanet tantùm vulgaris tamquam facta fauore liberorum, quando Bartholomæus, & Galeatius non ſupereſſent tẽpore mortis Bartholomæi q. Ludouici, eiuſque filiorum: plenè *Surd. conſ. 329. nu. 3. & ſeqq.* & quemadmodum pupillaris *in* deſcendentibus ex tranſuerſalibus non poteſt conſiderari, ita nec locus eſſe fideicommiſſariæ, nam deficiente pupillari, quæ refertur ad
19 tempus mortis, † deeſt tempus neceſſarium ad fideicommiſſariam, benè *Redenaſc. conſ. 10. nn. 26. & ſeqq.* Vel quia dicta verba ſunt relata ad ipſos liberos Bartholomæi, & Galeatii caſu, quo eorum parentes non ſuperuiuerent tempore mortis Bartholomei primi inſtituti, nullumque propterea important grauamen, nec in Bartholomæo, nec in Galeatio erg
20 eorum filios, ac nepotes, † cum nulla facta fuerit ſubſtitutio in euentum, quo ipſi parentes ſuperuiuerent, & ſuccederent, vt conſiderauit *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Pinchiaris 28. Martii 1659. §. Nec obſtaret, & ſeqq. coram R. P. D. meo Priolo.*

Quinimò ſicut Teſtator grauauit liberos maſculos Bartholomæi primi hæredis cum reciproca ad inuicem vſque ad vltimum grauatum reſtituere prædictis Bartholomæo, & Galeatio, pariter grauaſſet illorũ liberos maſculos per fideicommiſſum, & reciprocè ſubſtituiſſet ſi voluiſſet, cumque eos ſimpliciter
21 ſubſtituerit, ſi eorum parens non ſupereſſet, † hæc ſubſtitutio remanet vulgaris, & non extenditur ad fideicommiſſariam, *Rota in dicta Bononien. fideicommiſſi de Pinchiaris §. Et eo magis*.

Sed dato, non tamen conceſſo, quod ſubſtitutio cenſeretur fideicommiſſaria, adhuc
22 nõ poteſt dici linearis de vno ſtipite in aliũ, † dum verſamur in fideicommiſſo tranſuerſali ab initio diuiſo in duos ſtipites, in quo ſemper reciproca intelligitur, dumtaxat diſcretiuè inter liberos reſpectu portionis proprij parentis, ex latè deductis *in dec. 190. nn. 1. cum ſeqq. coram Reuerendiſſ. Carrillo inter eius impreſſ. & dec. 287. part. 4. tom. 2. rec.*

Cæterum linearis reciproca deduci non poteſt ex illis, verbis, *& quos de Grottis inuicem ſub-*
23 *ſtituit vulgariter,* † *pupillariter & per fideicommiſſum*,

ſum, in ſtirpes, & non in capita. Quia ex doctrina *Cephal.conſ.430. nu.26. verſ.4. Teſtator*, intelligi debent diſcretiuè, ita vt in ſingulis lineis Bartholomæi, & Galeatij ſuccederent eorum liberi ad inuicem, donec extiterint aliqui in eadem linea, non autem per tranſuerſum, & ſic quod deſcendentes ex vna linea eſſent reciprocè ſubſtituti deſcẽdentibus alterius, prout in his terminis ſenſit *Rota d.dec.190.nu.4. coram*
24 *Reuerendiſſimo Carrillo, vbi ex nu.10.* † reſpondet ad clauſulam *in ſtirpes, & non in capita*, quę operatur ſolum in eadem linea, in qua poterant concurrere filij, & nepotes ex altero prædefuncto.

Prohibitio autem locationis bonorum, & cuiuſcumque detractionis, ad hoc, vt bona in totum ad inſtitutos, & ſubſtitutos ſuperius vocatos pleno iure perueniant pro conſeruatione agnationis, & familiæ dictorũ de Grot-
25 tis, nihil reſeruant, † nam præter quod talis prohibitio videtur reſtricta ad alienationem per contractum, propter ea verba, *omnem alienationem, venditionem, ceſſionem, donationem, & quamcumque diſtractionem bonorum, vt in dicta Peruſina fideicommiſſi de Cineiis §. Præterquam prohibitio, coram Reuerendiſſ. Zarate*, vti facta eiſdem
26 vocatis per participium *prohibens*, † non importat nouum fideicommiſſum, ſed ſtat conſecutiuè ad præcedentem ſubſtitutionem, & ad eius terminos reſtringitur, ſcilicet vocationis liberorum patris præmortui, vt in ſpecie aduertit *Rota in dicta Peruſina fideicõmiſſi de Cin-*
27 *ciis §. Præterquam*, † nec ideò talis prohibitio ſuffragatur ad extẽdendum fideicommiſſum de linea ad lineam, *Fuſar.conſ 17.nu.20. Seraph.*
28 *dec. 1023. nu.10.* † etiamſi Teſtator voluiſſet bona tranſire de deſcendente in deſcendentẽ pro illorum conſeruatione, quia intelligitur de conſeruatione bonorum in propria deſcẽdentia, non in linea tranſuerſali, cum reciproca de vna in aliam; latè *Marta de ſucceſſ. legal. part.4.q.29.art.4.n.16. cum tribus ſeqq.*

29 Tandem quando ſubſtitutio † poteſt ſuum effectum operari in linea aſcendẽti citra multiplicitatem grauaminum, non debet induci nouum fideicommiſſum in linea tranſuerſali, *Rota dicta dec.287.nu.18. & 22.part.4. tom.2. rec. & dec.105.nu.23. & ſeq. & 190.n.6. coram Reuerendiſſ. Compoſtellano.*

Hæc tamen omnia non obſtare viſa ſunt; Tum quia concluſio, quod filij Galeatij, & Bartholomæi per vulgarem tantũmodo ſint vocati, non autem per fideicommiſſariam ob ſuperuenientiam Galeatij, & Bartholomęi
30 de tempore obitus Bartholomæi ſenioris, † tunc habet locum, quando nulla concurrit cõiectura pro fideicommiſſo, nec adſunt verba tempus futurum, ac perpetuitatem præferentia, quo caſu procedunt *Andreol. ſupra expenſus, & Peruſina fideicommiſſi de Cinctis*, & admittunt ibi allegati, & probat *Menoch. de præſumpt.lib.4.præſumpt.71.num.11. Rota in Auc-tionem fideicommiſſi 22. Aprilis 1652. §. digreſſus, coram Eminentiſſ. Celſo.* Tum quia filij Galeatij, & Bartholomęi fuerunt ſubſtituti non ſolum vulgariter, ſed etiam per fideicommiſſum, ibi

Bartholomæum q. Ludouici, & Galeatium q. Alexandri Ghotti de Butrio, & ſuperuinentem, & ſuperuinentes ex eis liberos maſculos legitimos, & naturales ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per
31 *fideicommiſſum.* † Ideoque dum Teſtator vno, eodemq; verbo liberos huiuſmodi ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſũ, quemadmodum in vulgari ſunt vocati nepotes, & pronepotes, ac reliqui deſcendentes, ſic nepotes, & pronepotes per fideicommiſſum, vt animaduertit *Rota deciſion.426. numer.4. circa med. verſ. in parte verò ſubſtitutionis, part.4. diuerſ.*

Dici autem non poteſt, quod filij Bartholomæi, & Galeatij ſint tantum ſubſtituti per
32 fideicommiſſum propriis parentibus, † ideſt quod ſint actiuè per fideicommiſſum vocati poſt proprios parentes, & ſic non inferatur ad grauamen paſſiuum fauore deſcendentium; Hoc enim ex coniecturis ceſſat, hæ verò ſunt
33 contemplatio agnationis, † digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, quarum ſupra mentio fit, & admiſit *Rota in Fauentina Bonorum 9. Iunii 1646. §. Secundum, coram Reuerendiſſ. Domeo Decano.*

34 Minus faciunt contra reciprocam linearẽ, *deciſ. 105. & 109. coram Reuerendiſſimo Carillo*,
35 nam † cum in vtraque adſit dictio, *cuiuſlibet*, quæ omninò importat diſtributionem, & diuiſionem inter lineas, neceſſariò reciprocam linearem excludebat, ac ſi eſſent factæ diſtinctæ, & ſeparatæ diſpoſitiones, vt in ipſa *deciſ. 105.num.25. & 26. & deciſ.190.num.8. & 9.* quod ad hunc effectum diſtinguens ponderauit *Fuſar.de ſubſtitut.quæſt.475.num.14.15. & 44.*

36 Prohibitio autem alienationis in rem directa eſt, & ſic ex ea inducitur reciproca, vt ſuperius probatum eſt §.5. *ex repetita*, & licet
37 concepta per participium *prohibens*, non † tamen ſtat acceſſoriè ad præcedentes ſubſtitutiones, itaut ab eodem verbo regatur, & cum ſit in oratione prorſus diſtincta, & ſeparata dicitur ſtare per ſe, ac principaliter, *Menoch.conſ. 34.lib.4.num.44. Gratian.diſcept.828. num.18.*

His, & alijs adductis in §.3. *ex repetita*, reſultat quod perſpecta volũtate Teſtatoris reciproca linearis inducenda eſt, vt bona conſeruentur in familia, & ſic eius votum adimpleatur, quod aliter fieri non poterat. Quibus conſequens eſt purificatam eſſe ſubſtitutionem per obitum Alexandri vltimi ex linea Bartholomæi ad fauorem Hyacinthi, & aliorum deſcendentiũ ex linea Galeatij. Quod autem Laurentius, Alexander, & Bartholomæus eſſent filij Galeatij à Teſtatore expreſsè ſubſtituti, & quod Galeatius iunior eſſet filius Bartholomæi conſtat ex Inſtrumento diuiſionis bonorum factæ de anno 1585. Summario Hyacinthi *num.3.* inter ipſos, & alium Bartholomæumque Floriani patrem Alexãdri vltimò defuncti ex altera linea, inſuper ex alio Inſtrumento ſubdiuiſionis inter eoſdem
38 emanatæ allegato Summario *nu.4.* Ex † quibus reſultat ſufficiens probatio, tum quia ſumus in antiquis, *Peregr.de Fideicommiſſ. art.13. num.87. Buratt.deciſ.725. nu.3. & in Romana Pa-*

latij de Capranica 6. Martij 1665. §. quæ verò, cum seq. cor. R. D. m. Decano, & agitur deactu filiationem, & descendentiam præseferēte sine qua non potuissent bona fideicommissaria, nec dividere, aut possidere. Tum quia Eques Castellus, qui agit, habet causā à Bartholomæo condiuidente, neque alius de descendentia-
39 concurrit, sed † extraneus, & sic non requiruntur tam exactæ probationes filiationis ex adductis in *dicta Romana Palatij de Capranica 6. Martij 1665. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Quod autē ex altero Alexandro ex filijs Galeatij Senioris processerint Ludouicus, & Io. Baptista, patet ex eo, quod ipsi vti filij, & hæredes testamentarij dicti Alexandri mediante eorum matre tutrice testamentaria paternam hæreditatem adierunt, & fecerunt inuentariū vt ex pluribus enunciatiuis Instrumentorum, necnon testium depositionibus, de quibus in
40 Summario *num.* 5. quæ † filiationem, & descendentiam probant, vt dictum fuit in *Placentina Bonorum 4. Februarij 1656. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Bononien. Fideicom. de Monterentiis 22. Iunii 1661. coram R. P. D. meo Priolo.* Vlterius quod ex Ludouico, & Ioanne prædictis prodierint Franciscus, Antonius, Stephanus, & Hyacinthus, qui sunt in causa apparet ex partitis libri Baptismatis comprobatis depositionibus testium coram Iudice de partibus in prima instantia examinatorum. Summario *num.* 6.

41 Identitas quoque prædij plana est, dum illud vti fideicommissarium in diuisione obuenit Bartholomæo quon. Floriani Summario *num.* 3. qui illud vendidit expressis eidem denominationibus Thomæ, & Ludouico de Balzanis Summario *num.* 7. à quibus fuit venditum Lucretiæ de Castellis, Summario *nu.* 8. Cuius Philippus de Castellis hæres est, Summario *num.* 9. Concurrunt etiam in singulis Instrumentis demonstrationes in Commune Butrij, loco *detto Buriolo,* via publica ab Oriēte DD. de Caualiis, *iuxtà vulg. theoricam Bartol. in l. demonstratio, num.* 14. *ff. de condit. & demonstrat. Marescott. variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 12. *Rota in Bononien. Fideicommissi de Pancaldis 27. Ianuar.* 1648 *coram bon. mem. Peutingero, & in Anagnina Donationis 16. Iunii* 1662. *coram Reu. P. D. Beuilacqua,* signanter in venditione facta Lucretię de Castellis auctrici Comitum de Castellis, qui nūc litigant, per prædictos de Balzanis clarè exprimitur, quod ij præfata bona acquisiuerint
42 à Grottis, ita vt non sit dubitandū † de idēntitate, vt in similibus fuit dictum in *Bononien. Fideicommissi de Amorinis 4. Aprilis* 1650. *coram Reuerendissimo Papien. & in Bonon. de Bologninis 4. Iunii* 1659. *coram Eminentiss. Celso.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CARPINEO

Nunc S. R. E. Cardinali.

Rauennatēn. Bonorum.

Lunæ 7. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Tutor ea, quæ domini faciunt, facere potest, & facto proprio pupillis præiudicare valet. Curator datus à Iudice ea facit in iudicio, quam extra, quæ potest facere tutor, & datus ad vnicum actum ad solemnitates non adstringitur. Eiusque gesta multoties approbantur, ne contrahentes decipiantur.

SVMMARIVM.

1 *Transactio, si non sit per tres Sententias rescissa à quocumque remedio possessorio agentes repellit.*
2 *Tutor pro domino reputatur, & ea facere potest, quæ domini faciunt.*
3 *Tutor illius facto pupillis præiudicare potest.*
4 *Mandatum tutoris non limitatur à lege circa possessionem, cum non prohibeatur solius possessionis alienatio.*
5 *Lasio non præsumitur, nisi de ea per concludentes probationes doceatur.*
6 *Solemnitates adhibita faciunt præsumere omnia ritè, & rectè gesta fuisse.*
7 *Tutor ad certum actum deputari non potest, & numer. 9.*
8 *Tutor principaliter datur personæ, & vniuersitati rerum.*
10 *Bona infantis quando essent peritura, vel immineret grande æs alienum, nec reperiretur tutor, Iudex ex officio dare potest curatorem ad certam rem.*
11 *Curator à Iudice datus, tam in iudicio, quam extra, ea facit, quæ potest facere tutor.*
12 *Curator, & tutor inter se confunduntur.*
13 *Clausula* omni meliori modo, *operatur quod si deputatio pro tutore non valeat pro curatore sustineatur.*
14 *Verba Iudicis prolata in deputatione tutoris, vt sustineatur possunt impropriari.*
15 *Consuetudo alicuius loci deputandi tutorem certa rei attendi debet, & valet.*
16 *Interpretatio qualibet est capienda, vt euitentur controuersiæ.*
17 *Curator datus ad vnicum actum non adstringitur ad solemnitates.*
18 *Ratio quæ militat in curatore procedit, etiam in tutore ad speciale negotium dato.*
19 *Gesta à tutore minus legitimo approbantur, ne contrahentes decipiantur.*

DECISIO CDLXXIII.

PRO Dote, quam Iacobus Aldobrandinus in summa scut. 1200. monetæ Romandiolæ reliquerat Iacobæ filiæ posthumæ, quamquè AEneas Patruus suis tabulis auxerat ad alia scuta 800. Hippolitus Iacobi filius atque hæres AEneæ, initis nuptijs prædictæ Iacobæ cum Io. Baptista Gamba, assignauit Prædium in Villa Sancti Petri, quod anteà ab

Vrsi-

Vrſina Donata vxore ſua pro Dote receperat.

Sed Hippolito capitaliter damnato, & non multò poſt interfecto Vrſina coniux, prædiũ dotale repetiit, Iacoba verò, vt dotem, qua ſpoliata fuerat, recuperaret mandatum obtinuit contra bona hæreditaria AEneæ citato Curatore ad Lites Franciſcæ, & Petræ filiarũ infantium Hippoliti, inter quas, mediante perſona Io. Franciſci de Cupis, in abſentiam Tutoris legitimi, ad hoc ſpecialiter deputati, inita fuit cum Iacoba, & Io. Baptiſta Gambo coniugibus tranſactio, in qua omnia bona ad prædictas Infantes pertinentia, in ſatisfactionem dictæ Dotis ſcut. 2000. aſſignata fuerũt, onere illis adiecto ſoluendi debita, quibus hęreditates præfatorum AEneæ, & Hyppoliti prænebantur, ipſiſque Infantibus alimenta præſtandi in propria domo, atque earum ſingulis ſcut. 1000. pro dote, ſi nuberent, ſi vero profiterentur dotem dari ſolitam conſtituẽdi, cum neceſſarijs etiam mobilibus, & apparatibus.

Cùm autem ſucceſſu temporis, Franciſca altera puellarum nupta fuiſſet Ludouico Suptio, Iudicium inſtituit ſuper manutentione, ac reintegratione ad bona, per dictam Tranſactionem diſtracta, in quo cum in partibus ſuccubuiſſet, dubitaui, in gradu appellationis, an illi eſſet manutentio, ſeu reintegratio concedenda, & vtramque Domini denegarunt.

Quoniam admiſſa ſinè veri præiudicio illius antecedenti poſſeſſione obſtitit petitæ manutentioni, ſeù reintegrationi præfata trã-
1 ſactio, quæ † donec non iit per tres Sententias reſciſſa repellit agentes à ſimilibus remedijs poſſeſſorijs, iuxtà deducta in *deciſ. Caual.* 550. *num.* 4. *in deciſ.* 86. *par.* 6. *recent. cum aliis congeſtis in Romana Succeſſionis de Comitibus* 26. *Maij* 1647. §. 1. *coram Reuerendiſſ. Imolen.*

Idque procedere indubitanter viſum fuit, licet de infantibus ageretur, quarum poſſeſſio
2 valide fuit à Tutore translata, qui † cum prò Domino reputetur, ac ea facere poſſit, quæ Domini faciunt, *l. interdum*, §. *qui Tutelam*, *ff. de*
3 *furt.* valet † vtique poſſeſſionem transferre, & pupillis illius facto præiudicare, *gloſſ. magna in l.* 2. §. *ſi à pupillo in ſecunda ſolutione*, *verſ. vel dic, quod tradidit, vbi Bartol. numer.* 3. *ff. pro tempore*, *Mandell. Alba conſ.* 205. *num.* 86. *Alex. in l.* 1. §. *ſi vir. nu.* 4. *&* 13. *vtrobique in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* & à contrario ſenſu deducit, ex *text. in l. poſſeſſionem, eodem tit.* Rota contrarijs reſpondendo *deciſ.* 93. *num.* 5. *verſ. quæ quidem & ſeq. vbi num.* 8.
4 firmat mandatum † Tutoris non eſſe limitatum à lege circa poſſeſſionem, cùm nullibi prohibeatur alienatio ſolius poſſeſſionis, ac in proprijs terminis tranſactionis, *coram Seraph. deciſ.* 135. *per totam.*

Nec obſtare viſa ſunt plura, quæ iniuſtitiam tranſactionis ob læſionem, ac falſitatem cauſæ, nec non illius quoque nullitatem redolere prætendebatur. Quoniam veritas cauſæ eluceſcit eo ipſo, quod vere tranſactio pro aſſignanda dote Iacobæ facta dignoſcitur, pro qua iumminebat executio mandati relaxati; Cumq; loco pecuniarum ipſi Coniuges receperint bona, vt ſuprà grauata, & onus vlterius aſſumpſerint infantes alendi, ac eas opportuno tempore congruè dotandi excluditur pariter ex his quælibet imaginata læſio
5 donec † ſaltem, & quidem per concludentes probationes doceatur de contrario, ex congeſtis in *Foro Sempronien. Tranſactionis* 28. *Aprilis* 1662. *coram bon. mem. Feroſpio.* Præſertim cum Iudicis decreto, Conſanguineorum præſentia, aliiſq; fuiciatur ſolemnitatibus, quæ præ-
6 ſumere faciunt omnia ritè, & rectè † fuiſſe geſta ad *Rotã in deciſ.* 86. *num.* 4. *par.* 6. *recen.* cum aliis cumulatis in *Bononien. de Toſtinis* 31. *Maij* 1649. §. *& vlterius, coram Reuerendiſſ. D. meo Decano poſt Salgad. in Laberyn. Credit. diſput.* 40. *numer.* 8.

Et licet valdè conſiderabilis videretur obiecta nullitas ob interuentum Tutoris minus
7 legitimi, ex † quo Io. Franciſcus de Cupis, qui contractum tranſactionis auctorauit, fuerat tantum à Iudice ad hunc actum deputatus contra litteram, *text. in l. certarum* 12. *cum duabus ſeqq. ff. de teſtam. Tutela*, expreſsè diſponentem
8 non poſſe † dari Tutorem certæ rei, ſed dari perſonæ, ac Vniuerſitati quamuis etiam Tutor legitimus ſe excuſaſſet cauſa Reipublicæ per alium *text. in l. in omnem rem* 15. *ff. de tut. & curat. dat. ab ijs*, nihilominus neque hanc nullitatem obſtare viſum eſt, ponderando quod ſupradicta iura procederẽt ſi ageretur de ſubſtituendo in locum abſentis, & excuſati Tutorem temporaneum, qui cum principalitèr
9 detur perſonæ, vtiq; † datus ad vnicum actum non ſubſiſtit, vt dicitur etiam in §. *certe*, *vbi Gloſſ. in verbo perſonæ inſtit. qui teſtam. tut. dar. poſſ.* ſed in propoſito agebatur ſolum de prouidẽdo iſtis Infantibus ob Tutoris abſentiam de perſona, quæ earum iura defenderet pro ſubſiſtentia contractus celebrandi, quo ſanè caſu ſuccedit doctrina *Bart. relat. per Bald. in vſibus feud. tit. de mil. van. qui contumax eſt num.* 20. *verſ.*
10 *dicit Bartol.* docens, quod † vbi bona Infantis eſſent peritura, vel immineret grande æs alienum, nec aliquis reperiretur Tutor, poſſet Iudex de conſilio Coniunctorum ex officio dare Curatorem ad certam rem, quam etiam doctrinam commendat *Oſaſch. deciſ.* 89. *num.* 6. *per tot. & ità ſenſit Rot. coram Caualer. deciſ.* 207. *num.* 2. *vbi ex Bartol. in leg. Curatorem* 19. *num.* 1. *verſ. quæro de poteſtate*, *ff. de auctor. tutor.* declarat
11 ea omnia poſſe facere iſtum † Curatorem, tàm in iudicio, quàm extrà, quæ facere poteſt Tutor.

12 Nec turbat, quod in præſenti non fuerit datus Curator, ſed Tutor, quia ſolent hæc omnia inter ſe confundi, vt colligitur ex *text. in l. Pater ſeruianam*, §. *conditionum verba*, *ff. de condit. & demonſtr. ac obſervat. Montan. de tut. & curat. capit.* 1. *num.* 14. *Oſaſch. dicta deciſ.* 89. *num.* 4. *Rota deciſ.* 234. *num. &* 5. *par.* 5. *recent.* Cumque tam in petitione, quàm in deputatione addita fue-
13 rit clauſula *omni meliori modo*, operatur † hæc quod deputatio ſi prò Tutore non valeat, pro Curatore ſuſtineatur, vt in ſpecie voluit *Cin*
14 *in deciſ.* 1. *num.* 49. quod verba † Iudicis pro-

lata in deputatione, ad illam ſubſtinendam impropriari poſſint, docet ſingulariter *Bartol. in l. non ſolum, §. ſin autem, C. de bon. quæ liber. quæ refert, & ſequitur Laſ. in l. ſi tibi pecuniam, numer. 6. verſ. hinc dicitur in ſpecie Bart. ff. ſi cert. petat.*

Ad ſubſtinendum denique hunc actum viſum eſt, non oportere impropriari verba, dū adeſt particularis conſuetudo Ciuitatis dandi Tutores ad vnicum actum, de qua quatuor Collegiales Notarii teſtati ſunt, & de qua etiam conſtat ex quam pluribus ſimilium deputationum Inſtrumentis ab anno 1530. vſq; ad annum 1649. in Archiuio eiuſdem Ciuitatis aſſeruatis, ac relatis in Summario Iacobæ *nn. 20.* cuius † conſuetudinis in hanc datione ſubſtineri firmatur ex *Bartol. in l. ſi tamen, ff. de teſtam. Tut. gloſſ. in dicto §. certa, verſ. adde iuſtis. qui teſt. fac. poſſ. ac voluit Montan. de Tut. dicto cap. 10. nn. 47.* alias daretur aditus ad multas in illa Regione ſuſcitandas controuerſias pro quibus vitandis capi debet † quælibet interpretatio, per quam actus, quantum fieri poteſt ſubſtineatur, vt notat *Caſtr. in l. iuſta 44. in princ. num. 2. & ſeqq. ff. de vſucap. ac Rota deciſ. 4. ad fin. de conſtit. coram Achill.*

Hinc venit reſponſio ad aliud nullitatis obiectum, quod ſcilicet iſte ſiuè Tutor nominandus ſit, ſiuè Curator ſolemnia non adimpleuerit, quia † vti datus ad vnicum actum ad illa non adſtringebatur *Io: Fab. in §. item inviti, num. 2. prope fin. inſtit. de curat. Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 7. in tit. de Tutore, nu. 40. Montan. cod. tract. regul. 5. nnn. 84. Gaill. obſerv. 108. numer. 11. Rota deciſ. 1. de iudic. in nouis, & deciſ. 89. numer. 8. part. 2. diuerſor.* & quod dicitur † de Curatore procedere etiam in Tutore ad ſpeciale negotium obſeruat *Io. Fab. loco ſuperius citat. num. 4. in fine.*

Itaque ſatis fuit Dominis, quod iſte Tutor promiſerit vtilia facere ad Iudicis præſētiam, reminiſcentes, quod † geſta etiam à Tutore minus legitimo multoties approbauerit Rota nè contrahentes decipiantur, vt videre eſt in adducta *deciſ. 89. num. 9. par. 2. diuerſ. 454. nu. 6 & 7. par. 5. recen. & in deciſ. 273. nu. 3. & ſeq. coram Merlino.* Vndè ſublata ex prædictis nullitate deputationis, cenſuerunt Tutorem, qui poſſeſſionem tranſtulit in Iacobā, transferre potuiſſe, ità vt ex illius facto Franciſca à poſſeſſione ceciderit, ad quam reintegrari non poſſit, iuxtà punctualem *deciſ. Seraphin. 135. per totam.*

Atque ita reſolutum vtraque, &c.

R. P. D. EMERIX.

Romana Aſſecurationis Dotis.

Lunæ 7. Iunii 1666.

ARGVMENTVM.

Vergentia Viri ad inopiam dat Mulieri aſſociationem etiam contra tertium, etiam ſi dicta bona fuerint alienata cum illius conſenſu, tantò magis, quando conſenſus eſt nullus ob defectum ſolemnitatum, quæ non dicuntur ſeruatæ, cum præſentia Curatoris, quando poterant interuenire Conſanguinei, & non conſtat de illorum recuſatione.

SVMMARIVM.

1 *Aſſociatio etiam contra tertium competit Mulieri pro aſſecuratione ſuæ dotis ob Vergentiam Viri ad inopiam, & num. 2.*

3 *Obligatio Cameralis cum clauſula conſtituti de reſtituendo dotem tollit neceſſitatem excuſſionis.*

4 *Vergentia ad inopiam, quot modis probetur, vſque ad nn. 9.*

10 *Pro aſſecuratione Dotis, ſufficit quod Maritus ſit ſuſpectus de dilapidatione.*

11 *Vergentia Viri ad inopiam dat facultatē Mulieri poſſe aſſociari in bonis alienatis, non obſtante eius conſenſu præſtito in alienatione.*

12 *Conſenſus Mulieris ſine ſolemnitatibus, eſt nullus.*

13 *Curator eſt deputandus in caſu deficientiæ, vel recuſationis proximiorum, alias non valet contractus.*

14 *Cauſa falſa in Inſtrumento expreſſa, remouet conſenſum.*

15 *Decretum conditionale, non adimpleta conditione, nullum parit effectum.*

16 *Dos poteſt aſſecurari etiam cum fructibus ob vergentiam viri ad inopiam.*

DECISIO CDLXXIV.

SVSANNA Nocera de Roſis ob Vergētiam Herculis eius Viri ad inopiam, obtinuit ab A. C. pro aſſecuratione ſuę Dotis aſſociationem ad 22. Loca Montium Salis tertiæ Erectionis, contra Comit. Benignum de Oddis, in quem ab eodem Hercule eius vita naturale durante fuit alienatus illorum vſusfructus. Cumquè in vim reſcripti Signaturæ Iuſtitiæ, cum clauſula, ſine præiudicio, etiam poſſeſſionem adepta fuerit, dedi Dubium, An & de cuius bono iure conſtet, ad fauorē hodie Suſannæ reſolutum.

Notum namque bonum Ius reſultat ex illius credito Dotali ab informantibus pro Benigno non controuerſo, & optimè comprobato ex Capitulis Matrimonialibus cum effectiua numeratione ſcut. 250. mediante ordine directo Sacro Monti Pietatis Vrbis, ad effectū emendi dicta Loca Montium pro vero fundo Dotali, Summario Suſannæ *num. 1. & 2.* attenta Vergentia Viri ad † inopiam, quæ probata rectè fuit illi cōceſſa petita aſſociatio ad Loca Montium Dotalia, quamuis à Benigno tertio poſſeſſore detenta, iuxtà *text. in l. vbi adhuc, C. de iur. dot. & in l. ſi conſtante, & vtrobique DD. ff. ſolut. matrimon. Roland. à Vall. conſ. 9. nn. 12. & ſeqq. lib. 1. Giurb. deciſ. 16. per tot. & plene Rota poſt Zacch. de obligat. Camer. deciſ. 258. nu. 11. verſ. quibus ſtantibus, & nu. 12.* Præſertim † ſtante expreſſa promiſſione reſtituendi dictam dotem tàm conſtante, quàm ſoluto matrimonio ſub obligatione Cameralis, cum clauſula conſtituti, quæ † tollit neceſſitatem excuſſionis viri, *Vin. deciſ. 538. num. 14. cum pluribus ſeq. add. in d. deciſ. 258. num. 15. poſt Zacch. de obligat. Camer.*

Ver-

Vergentia autem Herculis ad inopiam ſatis DD. iuſtificari viſa fuit non ſolum è fama
4 publica, quæ † in hac materia plurimum attenditur, vt inquit, *Rota deciſ. 292. ſub nu. 1. par.*
5 *1. rec.* Verum † etiam ex mandato Suſpicionis Fugæ contra ipſum relaxato pro ſcut. 800.
6 ex † deliberatione, quam paſſus fuit ſuper mobilibus domus pro modico debito ſc. 11.
7 Ex † ipſa met alienatione vſusfructus 22. Locorum Montium Dotalium pro vili pretio
8 ſcu. 500. ex † quam pluribus oppignorationibus rerum domeſticarum, & ſignanter Veſtiũ
9 Vxoris, & filiorum ſub rigoroſiſſimis † vſuris, & denique ex eius longa abſentia ab Vrbe nimirum ab anno 1657. citra nihil relicto pro neceſſaria domus ſuſtentatione, dicto Sũmario *num.* 3. & 4. eaque ſola abſentia ſi vera inopiæ probatio deſumitur, vt tradit *Rimin. Jun. Inſtit. quib. mod. alien. licet in prine. ſub nu. 339. Caſtagn. de Benef. deduct. ne egeat quæſt. 1. num. 124. verſ. ratio eſt, & conſiderauit Rota coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 174. num. 8.* Ex prædictis omnibus ſimul iunctis clarius dignoſcitur ſumma Herculis egeſtas, quamuis ad effectum
10 collocandæ † Dotis in tutum ex Iure nouiſſimo Auth. ſufficiat, quod Maritus male vtatur ſubſtantia ſua, & incipiat eſſe ſuſpectus de dilapidatione, iuxtà *text. in §. illud. Authent. de equal. dot. cum aliis cumulatis per Rotã poſt Zacch. de obligat. Cameral. dicta deciſ. 358. num. 10.*

Neque bonum Ius Suſannæ diluitur ex eo quod ipſa conſenſerit alienationi vſusfructus dd. Locorum Montium, quia vltra quod e-
11 ius † conſenſus non impedit quin ſuperueniente Vergentia Viri, ipſa poſſit agere contra eadem Loca Montium pro aſſecuratione ſuarum Dotium, vt in terminis dixit *Rota coram Put. deciſ. 364. ante num. 1.* quod † conſenſus fuit nullus ex defectu ſolemnitatum requiſitorum à Statuto Vrbis lib. 1. capit. 151. quia loco proximiorum in magna copia in-
13 Vrbe degentiũ fuit deputatus † Curator, qui tantum illis deficientibus, vel recuſantibus ad formam dicti Statuti erat deputandus, vt ſæpiſſime fuit in *Rota deciſum, & ſignanter alijs relatis in Romana Cenſus 17. Martij 1664. §. verumque, cum ſeq. coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Et cauſa in ſcriptis narrata non fuit vera cum pretium Locorum Montium non ſolũ non deſeruierit pro ex pignorãdis rebus ad vſum ipſius Suſannæ, vt expoſitũ fuit Iudici, ſed imo pro rata ſcut. 195. fuerit ante contractum per virum receptum reſiduum vero ab eo Viro ſolutum Angelo Montano pro tantumdem ſe, vt vulgo dicitur per altri e tanti,
14 dicto Summario *num.* 12. Quæ † falſitas cauſę remouet conſenſum, ac ſi ab initio præſtitus non fuiſſet, *Picus ad Statut. Vrb. gloſſ. 22. nu. 6. 7. & 8. & ſeq. Grat. diſcept. 691. num. 31. & 32. & Rota in Ariminen. Succeſſionis 1. Februarij 1664. §. neque putarit, coram me.*

Nec minus ſubſiſtit, quod Suſanna vigore Decreti Senatus Florentini obtinuerit aſſecurationem ſuæ Dotis in bonis ſitis Florentiæ. Ideoque non potuerit agere contra fructus Locorum Montium ad Virum Viuentem ſpectantes. Quia cum vt ex lectura eiuſdem Decreti apparet illud non fuerit purum, ſed conditionale, nimirum cum obligatione dãdi idoneum fideiuſſorem, & præſtãdi annuas præſtationes in eodem Decreto latius recẽli-
15 tas, vtique † conditione non adimpleta huiuſmodi decretum nullum habuit effectum, & idcircò rectè conceſſa fuit ab A. C. Suſan-
16 næ aſſecuratio † dotis etiam quoad fructus ad hoc, vt poſſit cum illis ſe ipſam, filiam, & Virum alere, vt articulo diſcuſſo, firmauit *Rota coram Millin. deciſ. 217. num. 1. & 2. & in recen. deciſ. 292. num. 2. par. 1.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Romana pecuniaria.

Lunæ 7. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à Muliere ſine ſolemnitatibus eſt nulla, etiam ſi fuerit facta contemplatione Matrimonij dummodo tamen non ſit facta cauſa dotis, quia tunc valet donatio, nam mulier pro dote, etiam ſine ſolemnitatibus donare poteſt; nec ſufficit quod donatio ſit facta propter nuptias, ſi in illa non exprimatur cauſa finalis, & impulſiua dotis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Mulieris ſine duobus proximioribus, & Iudicis decreto non ſubſtinetur.*
2 *Obligatio Mulieris pro dote ſubſtinetur etiam ſine ſolemnitatibus.*
3 *Donatio facta contemplatione Matrimonij non requirit ſolemnitates, & inſinuationem.*
4 *Donatio facta contemplatione matrimonij abſque ſolemnitatibus eſt nulla ſi nulla in inſtrumento fiat mentio de dote & num. 7. & 8.*
5 *Matrimonium eſt valde priuilegiatum.*
6 *Priuilegia non poſſunt extendi contra non expreſſa.*
9 *Donatio cum onere grani non indiget inſinuatione.*
10 *Donatio ſimplex indiget inſinuatione.*
11 *Contractus Mulierum ſine ſolemnitatibus non ſubſtinetur etiam ſi ſint Magnates.*
12 *Promiſſio ſub verbo veri Principis eſt idem ac iuramentum.*
13 *In contractu nullo iuramentum nihil operatur.*

DECISIO CCCCLXXV.

PROPOSITA quater cauſa denique non conſtare de credito DD. hodie reſponderunt præcipue ex ſtatut. 151. de contractibus ſine certa ſolemnitate non valituris lib. 1. vbi etiam donationes nominatim quæ à quibuſ-
1 cumque mulieribus † fiunt nullius decernantur roboris vel momẽti niſi duobus coniunctis proximioribus cum cauſa & Iudicis decreto.

Nec valuit cauſa præmialis donationis conſiderando *che s' effettui il Matrimonio da noi trattato*, & directa promiſſio ad ſponſum, & ſponſæ Matrem, & obligatio ad ſponſum vi-

delicet annuæ prouisionis personalis, quia quæcumq; considerata fuerit causa etiam Matrimonii nulla dotis tamen causa est aut esse
2 potest in sponso in quem directa est obligato vbi de hoc ipso statuto & huiusmodi muliere promittente pro dote Rota admisit obligationem sustineri *coram Puteo decis. mihi* 160 *ab initio lib. 2. & decis. 264. sub nu. 2. par. 4. diu, cum multis collatis in Tiburtina donationis* 17. *Iunii* 1652. *nu. 2. & 3. coram Dunozetio apud Castill. de donat. contemplat. matrimon. & apud Pic. ad d. stat.* 151. *nu. 254. nimirum quia Dos reperitur specialiter priuilegiata maximè l. vlt. ibi pro qualibet muliere &c. C. ad sen conf. Velleian. Rot. coram Put. d. decis.* 160. *nu. 2. cum aliis apud Pic. d. glos. 7. nu. 255. vti generaliter de aliis statutis si dos sit specialiter priuilegiata traditum est apud Fenzon. ad stat. 86. lib. 1. n.* 16. *& ad stat.* 158. *d. lib. 1. nu. 44. cum alleg. non tamen in aliis casibus*, quam dotis & si in donationibus contemplatione Matrimonij in quibus etiam statutum 150. de donat. insinuan. d. lib. 1. non valere annotauit *Fenzon. num. 55. cum alleg. vt adnotat. ad Burat. dec. 924. nu. 17. Valere tamen præcedens stat. 149. de donat. & de subscripe. cor. Not. Tessibus &c. annotauit idem Fenzon. nu. 43. cum alleg.* Vnde pro nullitate promissio-
4 nis de qua agitur sufficit quod in ea nulla fuerit facta mentio de dote vt inquit *Rot. coram Burat. d. decis. 924. nu. 10.*

Præterea vt se se Tiraquell. insinuat. Licet
5 sint multa specialia †, & priuilegia in fauore Matrimonij concessa, & ea locum habent in
6 casibus tantum expressis nec ad alios sunt extendenda non specialiter preuilegiatos sed in his Ius commune seruari debet, *Secundū Bald. &c. apud Tiraquell. de Iure primogen. quæst. 6. nu. 25 cum infinitis (inquit) similibus concordantibus collectis retract. Lignag. §. 1. glos. 14. à nu. 96. vbi & de priuilegiis dotis non extendendis inter dotes ipsas & vsque ad absurdum Tiraquell. d. gloss. 14. num. 105. vers. alias enim Facch. contron. 81. vers. hanc posteriorē sententiam lib. 12. & per se maximè constat.*

Nec eximit à prædictis solemnitatibus causa hæc matrimonij alieni Primo quia non tātum videtur causa quā occasio vel causa im-
7 pulsiua non finalis †, & propterea donatio fuit simpliciter facta & substitisset etiam si Matrimonium non fuisset sequutum *Gabr. conf. 57. nu. 11, vers. nihil igitur lib. 2. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 1. à nu. 50. tom. 2. quibus in facto* congruit tempus prius donationis, & locus alius quamquam in Capitulis Matrimonialibus quamquam parum refert alius locus ad certum Matrimonium secundum *Surd. cons. 96. num. 25. vers. vel etiam quando fuit Fontanell. claus. 29. nu. 3. d. tom. 1*, secundo quia hæc causa non excludit liberalitatem ex parte donantis, nec
8 respicit eius vtilitatem, sed donantis &c. prosequitur *Gabr. d. conf. 57. nu. 21. à vers. 2. quia Peregr. de fideicom. art. 11. nu. 67. ab init. & in fin. vers. quandoque tamen Rot. apud Pic. dec. 22. nu. 7. à vers. non obstat & coram Caual. dec. 257. nu. 7. à vers. in super neque causa*, & cum tamen donatio sit a-
9 liter ratione oneris donatarij †, & quidem inæstimabilis insinuatione non indiget *Pereg. d. art. 51. d. nu. 67. in fin. atque ideo excluditur ad sinent.* 150. *de donat. insinuan. & ibi Fenzon. d. num. 55.* & propter quia est donatio simplex includitur *in d. stat. 149. de donat. aliter de forma donationum, & ibi Fenzon. d. num. 43.* ex quibus concluſum est hanc obligationem, neque in dotem, vel dotis augmentū neque in donationem prop-
10 ter nuptias excepta proinde manere inter alios contractus læsiuos *sub d. stat. 151. non ibi à annotat. à Galganet. ab init. & Fenzon. à nu. 37. Pic. glos. 7. ab init. cum alleg. & præcipuè Rota.*

11 Replicatio vero statutorum † præfatorum locum non habere in contractu Mulieris Magnatis reiecta fuit, vt pluries *à Rota fine difficultate decisum est coram Merlin. tot dec. 714. §. Excellen. D. Ducissa, & nouissime coram Eminentiss. D. meo Card. Celso in Romana Pecuniaria* 16. *Iunij* 1602. *sub §. turbiditas vero Henriq. de fideinf. cap. 7. num. 517. alleg.* incontrarium de Ill. Mulieribus obseruatū est agere de ipsis regalia, & iurisdicialia habentibus.

Prout nec alia replicatio promissionem hanc fuisse factam sub verbo Principissæ, quia
12 quando Princeps promittit sub fide, & dignitate Principali aut in verbo veri *Principis* promittit sub fide, & dignitate principali aut in verbo veri Principis, & huiusmodi verū hęc verba inducant Iuramentū inter Principes vel certe iuramento æquipolleant apud *Misinger. obser. 17. cent. 1. & Surd. dec. 234. cum ibi adnot. ab*
13 hodierno ipsum Iuramentum etiam expressę præstitum nihil operatur vt *concludit stat. & tradit Pic. tot. gloss. vlt. & admittit Rot. dec. 279. n. 4 part. 8. rec. cum aliis alleg.*

Eoque facilius DD. responderunt quo promissio dicebatur nunquam in vita promittētis executioni demandata &c. quæ plenius deducebant informantes.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Rauennaten. Emphiteusis.

Lunæ 7. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

In renouatione Emphiteusis expiratæ per mortem filij defuncti mater præfertur parentibus, & agnatis eiusdem filij, etiam si Emphiteusis sit hæreditaria.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteusis concessa pro se, filijs. & nepotibus non comprehendit feminas.*

2 *Emphiteusis deuoluta ad Ecclesiam quæ vult denuò Emphiteusim concedere dicitur ius quæsitum proximiori, qui renunciationem petere potest.*

3 *Differentia agnatorum & cognatorum in Successionibus est sublata.*

4 *Proximitas consideratur respectu vltimi Emphiteuta in renouatione.*

5 *Mater præfertur Auitæ in renouatione Emphiteusis expiratæ per obitum filij quod declara vt num. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.*

13 *Agnati præferuntur cognatis in pari gradu etiam de iure ſtatutario.*

14 *Statutum laicum non comprahendit bona Eccleſiæ.*

15 *Contrahentes cenſentur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti quoad ordinem ſuccedendi non autem quoad renouationem Emphiteuſis & nu.16.& 17*

18 *Caſus Omiſſus in ſtatuto remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*

19 *Hæreditas inteſtatorum primo defertur ad ſuos deinde ad extraneos.*

20 *Succeſſionum cauſa prima eſt deſcendentium, ſecunda aſcendentium, tertia Collateralium*

DECISIO CDLXXVI.

CONSTARE de bono Iure Matris DD. reſponderunt in Emphiteuſi, quam Archiepiſcopalis menſa penultimo loco Veſpaſiano recipienti pro ſe ſuiſque filijs, & nepotibus ex ſe legitimè deſcendentibus iuxta formam aliarum inueſtituraturn renouatam, defuncto Carolo Veſpaſiano illius Veſpaſiani Nepote Infantulo renouauit 25. Nouembris 1664. Benedicto fratri Veſpaſiani, & Propatruo, quia etiam hæredi pupillariter inſtituto à Carolo Patre poſt meliorationes in ædificijs factas, & in ipſa renouatione deſcriptas & renouatione non obſtante, nec obſtante Dominica Veſpaſiani filia, & Amita Caroli Veſpaſiani concurrente ſtante oblatione Matris ſoluendi, ſiuè inueſtienti, ſiuè inueſtito ſcuta 600. & reficiendi omnia, & quæcumque melioramenta, vt in appellatione procuratoris generalis 28. Maij 1665. & ratificatione ſpeciali matris 11. Iulij ſeq.

Defuncto enim D. Carolo Veſpaſiano Emphiteuſis deuoluta fuit ad Eccleſiam etiam ſuperſtite dicta Dominica, quia in Emphiteuſi pro ſe & filijs, & nepotibus non veniunt fœminæ communi, & Rotali ſententia ad celebre votum Cantuccij *dec.125.à num. 1. & 4. à*
1 *verſ.quo ad ſecundam difficultatem par. 2. diuerſ. & coram Seraph.dec.604.nu.1.& 2.& ſine difficultate dec.1487. num.3.& coram Coccin. apud Fenzon.ad ſtat.vrb.dec.66.ab init.& dec.737.nu.3 tom.3.par.4 & dec.176. nu. 4. par. 4.* Ac proinde cum Emphiteuſim Archiepiſcopalis menſa tenere
2 noluerit, ſed renouauerit † d. Benedicto ius quæſitum eſt proximiori Cognato etiam in Emphiteuſi Eccleſiæ *ad Bart. ad l.1.ff. de Priuil. creditor. in fine Bero conſ.98.à num.6.lib.1.cum aliis apud Fulgin.de Iur.Emphit.tit.de renouat.quæſt. 1. num.3.Gratian.diſcept.477.à num. 17.& cum pluribus apud Modern.Ciroc.diſcept.62.à nu.1.& ſenſit. Rot.dec.198.nu.5.verſ.non obſtat quod matertera par.2.diu.laudata coram Seraph.dec.610. num. 6.& generaliter de proximiore & trita concluſione Ros.coram Duran.dec.251.nu.1.&* 2. cum aliis vt pote
3 agnatorum, & cognatorum iure ſublato in ſucceſſionibus, & tutelis §. *nullam verò, & ſeqq.Auth. de hæred.ab inteſt. auth. poſt fratres ſtatumque de legit.hæred.& eodem vinculo naturali tota l.vlt.ff.de gradibus & inſtit.eodem.*

4 Proximitatem eſſe conſiderandam reſpectu vltimi Emphiteutæ ſatis cõſtat *ex Roman. conſ.22.à num.5.Gabr.de Iur. Emphit.concl.1.n.27 Fulgin. d.tit. de renouat. d.quæſt.1.nu.6.7.& 51.* et nominatim pro matre defuncti contra Amitam (adeoque magis contra pro patruum vlteriorem que, & quem vinceret Amita) *Roman.d.conſ.22.num.6.verſ.ſecundo vidend. Ruin.conſ. 48.num.6.verſ.& intelligitur lib.3.Aldobrand.conſ. 21. nu.14. lib.2.Gabr.d.concl.1.nu.17.verſ. prout in matre Fulgin.d.quæſt.1.d. num. 5.verſ. & quod hæc ſit veritas vbi, & contra materteram vro Rot.d.dec. 198.dicto loco comprobata apud Fenzon. d.dec. 66. §.quo verò in fine.*
5

Nec aliunde Mater excluſa viſa eſt, cum Amita quoque, quod res integra non ſit inueſtitura, & Emphiteuſi renouata, & inueſtito propatruo, quia hæc limitatio patitur magnam difficultatem *Rot. coram Seraph.d.dec. 610.nu.9.cum ibi alleg. & anno precedenti contrarium etiam pro communi ſenſerat d.deciſ.198. nu.5. & cum aliis quoque deciſ.Grat.diſcept.758.num.11. & pro hac ſententia & quæſtione diſputata præcipuè ſunt Mandoſ.ad Roman.d.conſ.22.ad verba communi opinione limit 1. verſ. ſed ego credo Mareſcott.reſol.3.num.23.lib.1. Fulgin.d.quæſt.1.num.42.* Deinde quia limitatio procederet † vbi aliqua
7 negligentia poſſet imputari venienti poſt inueſtituram *Rot.d.deciſ.610.d.nnm.9.verſ.& in ſenentum, & repetendo Mareſcott.d. reſol.3. d. n.23. in fin.& aridè, ſed ſolidè Rot.dec.750.nu.4. ibi, vel quod intra annum par.4.diu.* & alias annus a lege
8 fruſtra daretur, vt † ſupra dixit *Rimin.Iun.conſ. 444.num.50.verſ.quia alius annus Fulgin.d.quæſt.1 ſub d. num. 42.verſ. quia ſi proximiores Ciroch.d. diſc.62.ſub num.74.*

Neque alias mater excluſa viſa eſt, & Amita quoque quod non fuerit hæres vltimi defuncti, immo fuerit propatruus pupillo pupillariter à Patre ſubſtitutus, & ſolis hæredibus competat hoc Ius, *vt proſequitur Rot. coram Seraph.d.dec.610. nu.10.cum ibi alleg.& annot.* & de matre ipſa † vti hæreque tenuit
9 *Io. Imola conſ.38. nu.2. verſ.ſed de equitate, & enunciatiuè Rom.d.loco, & ad Roman.Maudoſ.ad d.verba limit.7.maximè verſ.idem etiam ſenſit Imol.* Quia etiam quod potentes vocati eſſent inſtituti hæredes ab vltimo Emphiteuta, dicreditur *Alex.ad Bart.ad §.permittitur l.1.ff.de aqua. quotid.& eſtiu. verſ.illud dictum, & rurſus Alex ad l.ſi mihi & Titio ff. de verb.oblig. num.19. verſ. quam opinionem Gozad.conſ. 86. num.23.& cum pluribus Gabr.de Iur.Emphit.num.18.*

12 Quia iampridem viſum eſt procedere in Emphiteuſi hæreditaria *d. deciſ.610.d. num.10. quod innuit Gabr.d. concl.1. numer.18. verſ. contrarium in feudo cum aliis allegat. à Fulgin.d.par.1 num.18. Antonell.de temp.legal.cap.27.nu.76.lib.2. & Ciroch.d.diſcept.62.num.86.cum deciſione preſertim dec.704.à num.2.tom.3.part.4.recenſ.confirmatorem d. dec. 66. in fin., & in alia Ravennaten.bonorum Emphiteuticorum placuit Rot. coram D. Duno Decano 27. Martii 1651. §. quia vt poſt in fine.*

Denique non obſtitit DD. ſtatutum Rauennæ, quo mater excluditur à propatruo, & alijs agnatis excepta ſola legitima, ex quo ad
13 effectum ad cauſam Agnati videntur Statutarij videntur Statutarij proximiores matre defun-

defuncti, & ſicuti de Iure antiquo, cum agnati præferebantur cognatis præferebantur & matri etiam hodie Iure Statutario præferantur *ad tit. inſtit. de legit. Agnat. ſucceſſ. ab init. & in puncto, & caſu Anchar. conſ.* 125. *numer.* 3. *à verſ. ſed quidam alij Pariſ. conſ.* 22. *à num.* 86. *lib.* 2

14 Quia DD. communius reſponderunt hoc ſtatuto laico non comprehendi bona Eccleſiæ reprobato Anchar. & aliis contrarium ſentientibus *in d. Rauennaten. bonorum Emphiteuticorum* §. *nec obſtat ſtatutum*, vbi ſubijcitur etiam defectus voluntatis, cum ipſimet ſtatuentes explicitè ibi concordiam præſeruauerint, ſalua ſemper concordia parum etiam obſtante an intentio contrahentium fuerit ſe conformandi cum diſpoſitione † ſtatuti huiuſmodi

15 eorum conformatio procedit, quo ad ordinē ſuccedendi inter compræhenſos Emphiteuſi durante, in quibus terminis loquuntur *deciſ. Burat.* 134. *num.* 16. *Adden. num.* 15. *& dec.* 384. *n.* 1.

16 ſecus autem quo ad nouationem Emphiteuſis iam finitæ, & ad Eccleſiam deuolutæ, de qua eſt *d. deciſ. Rauennaten. bonorum Emphiteuticorum* 22. *Martij* 1651.

17 Atque ita nec obſtitit ipſis DD. concordia inter Clericos, & laicos Rauennæ *apud Ancar. d. conſ.* 125. *à num.* 4. *& Pariſ. d. conſ.* 22. *à d. nu.* 86. *cum aliis* & tunc noua concordia præſeruans antiquā in rebus Rauennaten. Eccleſiæ adeoque ipſa antiqua, in qua licet relinquere deſcendentibus, & ab inteſtato ſuccedunt deſcendentes vſque in infinitum iiſque renouatio facienda eſt de quarto in quartum gradū ex tranſuerſo autem venientes ſuccedunt vſque ad quartum gradum &c. ex quibus mater, tum ex ſtatuto, tum ex concordia excipiebatur excluſa, ne propter eam eiuſque aſcendentes vltra concordiam tum Archiepiſcopalis menſa, tum etiam coniuncti laterales adeo grauarentur.

18 Quia neque ex ſtatuto ſine poteſtate atque ita ſine voluntate, & cum relatione ad concordiam neque ex ipſa concordia viſa eſt mater excluſa, & viſa eſt pleriſque omiſſa mater cum alijs deſcendentibus maternis remanens in diſpoſitione Iuris Communis redigi ad hoc axioma, & ad cauſam redigi axioma ipſum caſus omiſſi inqualibet diſpoſitione &c. *apud Socein. ſen. conſ.* 32. *nu.* 18. *lib.* 1. *cum alijs apud Barboſ. axiom.* 39. *& Iure communi & in l.* 12. tabularum inteſtatorum hæreditatis primo

19 ad ſuos hæredes † pertinerent, ſi autem nemo ſuus hæres, vel inter ſuos vocatus exiſteret ad agnatum proximiorem &c. *inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. & de legit. agnat. ſucc. ab inteſt.* hodie prima ſucceſſio eſt deſcendentium, ſe-

20 cunda aſcendentium †, tertia Collateralium *Auth. de hæred. ab inteſt. & auth. ceſſante C. de legit. hæred.*

Atque ita pro matre contra menſam Archiepiſcopalem Benedictum propatruum, & Dominicam Amitam deciſam matre, & propatruo tantum inſormante &c.

R. P. D. EMERIX

Piſana Beneficij.

Lunæ 3. *Iunij* 1666.

ARGVMENTVM.

Duo præſentati à diuerſis Patronis obtentis litteris Apoſtolicis ab ambobus ille eſt inſtituendus, qui fuit præſentatus à vero Patrono, cuius cognitio in hac deciſ. enarratur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*
2 *Litteræ Apoſtolicæ iuſtificatæ habent executionem paratam.*
3 *Lis inter præſentatos clare probat Iuſpatronatus.*
4 *Pertinentia iuriſpatronatus benè probatur ex quaſi poſſeſſione præſentandi.*
5 *Inſtrumenta inter ſe diſcrepantia nihil probant.*
6 *Litteræ Apoſtolicæ quomodo ſint iuſtificandæ & n.* 7.
8 *Atteſtatio facta lite pendente nullam fidem meretur.*
9 *Abſentia non excludit quaſi poſſeſſionē iuris patronatus cōtra familiam quæ nunquā præſentaſſe probatur.*

DECISIO CDLXXVII.

VACANTE per liberam dimiſſionem Bartholomæi Aula vltimi poſſeſſoris beneficio ſimplici ſub inuocatione SS. Hieronymi, & Annæ in Eccleſia S. Petri in viculis Ciuitatis Piſanę obtinuerunt mandatum de prouidendo à Santiſſimo D. N. Primo Ioſeph del Roſſo, & deinde Petrus de Maſſianis ambo tanquam præſentati à veris Patronis inter quos orta poſtmodum controuerſia coram ordinario Piſan. executore litterarum Ioſephi prodijt ſententia pro illarum executione à qua interpoſita appellatione, & cauſa mihi commiſſa cum clauſula parito litteris arbitrio Rotæ dedi dubium an intraret arbitrium pro retardatione, quod negatiuè reſolutum fuit.

1 Siquidem arbitrium regulatur à Iure iuxta *Theoricam Bartoli in extrauag. ad exprimendum verbo videbitur num.* 8. & de iure litteræ Apoſtolicæ quando ſunt iuſtificatæ habent paratam executionem *cap. ſi Capitulo de conceſſ. Præben. in* 6. *cap. ſuper litteris de reſcript. & in his terminis d. Rota dec.* 99. *num* 1. *& coram R. Royas, & alias ſæpiſſimè.*

Litteras autem Ioſephi eſſe iuſtificatas patet quia illius idoneitas, & valor probantur ex datis in ſumm. primæ poſitionis *num.* 5. & 6. & quoad exiſtentiam luriſpatronatus nulla

3 cadit dubitatio dum † lis agitur inter vtrinq; præſentatos *Gregor. dec.* 452. *nu.* 1. *cum alijs cumulatis in Piſtorien. beneficij* 19. *Aprilis* 1652. §. *ſiquidem coram Eminentiſſ. D. Card. Celſo.*

Pertinentia vero ad Equitem Laurentium Fabronum donatarium Erſiliæ Compagnæ, & Bartholomeum Pontaderum, qui Ioſephum præſentarunt ſufficienter probatur ex

4 quaſi poſſeſſione præſentandi exercita in penultima, & vltima vacatione in qua ijdem

præ-

præsentarunt Bartholomeum Aula per cuius dimissionẽ præsens vacatio contigit *d.sum.nu.8 iuxta text.in cap.consultationibus de Iurepatr. quem approbat Rota dec.14.de Iurepatr.in antiq. & dec.7. eodem tit.in nou.Gregor.dec. 452. num.14.& in rec. dec.374. part.1. dec.737. num.4. & 5. & decis.13. num.6.*

Neque ad illam excludendam vllius momenti visa fuerunt instrumenta in quibus enunciatur hoc Iuspatronatus pertinere ad antiquiores familiarum de Pontaderis, Mastianis, & Compagnis. tum quia illa non sunt
5 inter se vniformia, sed in vno enunciatur Iuspatronatus pro duabus ex tribus spectare ad Gabrielem de Mastianis sum. Petri *num. 4.* in alijs vero enunciatur illud pertinere æqualiter ad tres seniores ex prædictis familijs d. sum. *num. 3. 5. & 6.* & idcirco non potest in illis firmum constitui fundamentum.

Tum etiam quia quidquid sit quoad futuras vacationes sane ad effectũ Iustificationis litterarum, & ne collatio sit retractabilis sufficit
6 vltimus status, & non admittitur alia probatio quam quæ incontinenti, & clarè resultat vel ex instrumento publico fundationis, vel ex re Iudicata, vel confessione partis, *vt tradit Lotther de benef.lib.1.quæst.34.num.29.cum seq. Seraph.dec.555.num.8.& seq. & Rota d.dec. 374. num.2.cum seq.par.1.& dec.435.num 4. par.2. vbi*
7 *in specie reiicit probationem desumptam ex enunciatiuis, & multiplicatis præsentationibus, & in Leodien. beneficij 14.Ianuarij 1628.coram Vbaldo confirmata 13. Nouembris eiusdem anni coram Coccino & 17. Iunij 1629. coram Virili.*

Nec refert quod in vltima vacatione quod Ioannes Franciscus de Mastianis fuerit abiens à Ciuitate Pisana, quia absentia illius non be-
8 ne probatur ex simplici attestatione facta lite pendente quæ nullam fidem meretur, & quãdo etiam aliunde plene probata foret adhuc inde non excluderetur quasi possessio acquisita
9 per Equitem Fabronum contra illos ex familia de Compagnis qui non probantur, neque in vltima neque in penultima vacatione præsentasse ex textu & authoritatibus supra recensitis.

Et ita causa his propolita resolutum fuit vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO.

Nunc S. R. E. Cardinali.
Anconitana hæreditatis.

Veneris 7. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Satisfactionis plenæ argumentum ex quo eliciatur. Hæres legatum præstare tenetur quoties hæreditas est soluendo. Inuentarium ad quid fit inuentum.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* mihi cognitus *debet apponi in quotumque instrumento à Notariis confecto.*

2 *Debiti plena satisfactio insurgit, ex quo creditor nunquam residuum petiit.*
3 *Hæres cum beneficio inuentarij pro debiti satisfactione tot ex bonis hæreditariis creditori assignare potest.*
Sed declara vt num. 4.& 5.
6 *Creditore inuito aliud pro alio tradi non potest, & num. 10.*
7 *Hæres beneficiatus non habet facultatem tradendi vendita, & soluere si velit, sin minus dare in solutum.*
8 *Hæres legatum præstare tenetur, quoties hæreditas sit soluendo.*
9 *Inuentarium in hæreditate opulenta non prodest quo minus hæres teneatur subire onera hæreditaria*
11 *Inuentarij beneficium prodest, ne hæres supra hæreditatis vires teneatur, & non est inuentum iniuria creditorum.*
12 *Hæres tenetur probare non inuenisse emptorem nec illi sufficit id verbis asserere & num. 13.*

DECISIO CDLXXVIII.

IN medietate suarum dotium ad scut.6000 ascendentiũ Guibaldo fratri sine filijs substituerat Maria triumpha Ven; Collegium Soc. Iesu in Ciuitatæ Anconæ, quod aperta per obitum Guidobaldi substitutione mandatum contra illius bona hæreditaria obtinuerat in Trib. A. C. pro scut. tribus millibus, sed Rota consulta super existentia crediti illud ad sola scut. quingenta primitus reduxit quibus per noua Iura auctis alijs scut. mille ex sexcentis diffinitiuè pronunciauit hæreditatem Guidobaldi in totum teneri ad scut.500 supra duo mille cum autem de huius sententiæ iuribus hodie quæreretur ad illius confirmationem deuentum est quia nihil de validitate, & parum de iustitia adducebatur, & ista ex adductis in vltima decisione bo. me. Verospij sub die 26.Iunij superioris anni satis superque elucebat.

Dum enim literalis prędicta substitutio fauore Collegij non poterat hæreditas præfata euitare restitutionem pecuniarum, quas Guidobaldus viuens exegerat inter quos scuta quingenta nunquã fuerunt controuersa quippe quæ publice receptionis instrumento à Guidobaldo exacta noscerentur sub die 18. Maij 1629.& fuerunt etiam in prima decisione indubitanter admissa.

Alia scut. mille idem Guidobaldus exegerat antea sub die 7.Augusti 1628.à Bãco Sancti Spiritus vigore ordinis Galeotti Vffreduti soluendi Vincentio Martinotio, qui illum girauit Guidobaldo, & si hæc summa nom appareat soluta à Comite Aloysio de monteueteri, qui tanquam hæres Anibalis fratris debitor erat restitutionis dotium Mariæ nec talis ordo præseferat causam nihilominus de illa satis constitit ex præcedenti notificatione quæ notificatione quam die 26. Iunij fecerat Petrus Aloysius debitor Guidobaldo, & alijs interesse habentibus, quod vltra scut.duo mille, & ceutum iam penes Officiales Montis Pietatis Fani depolita alia scut. mille per

manus

manus Vincentij Martinotij in vrbe deponerentur in cuius adimplemẽtum Martinotius requisiuit Vffredutium, vt ordinem similis summæ conficeret. *Per conto del Sig. Conte Pier Luigi da Montevecchio d'ordine del quale deue pagarli à Guidobaldo Trionfi*

Et magis distinctè huius solutionis series dilucidatur ex annotatione in libro familiari Abbatis Vffredutij in quo diligenter vtraque solutio describitur tam illa facta Martinotio quam alia quam Martinotius fecerat Guidobaldo, & non solum superaddituꝛ expressio causæ, *A nome del Sig. Conte Pier Luigi da Montevecchio, e di suo ordine a conto della dote della Sig. Maria Trionfhi gia sua cognata*, verum, & vnde prouenerint pecuniæ. *E sono li medemi presi dal Signor Conte a censo del nostro Canonico à Fano*, ex quibus dum alia non ostenditur, causa ob quam Martinotius hanc considerabilem summam debuisset Guidobaldo persoluere concludeñ est ad hunc solutionis actum deuenisse nomine Comitis Petri Aloisij in satisfactionem crediti dotalis Mariæ, vt has omnes coniecturas distinctim ponderando latissime probat vltima decisio causæ à §. neque restitutione, vsque ad §. his altera.

Et demum alia scut. 600. pariter comprobantur exacta ex publico Instrumento Quietantiæ sub die 18. Septembris 1628. quod a contraria obiectione, ob neglectam à Notario, clausulam *mihi cognitus*, quam † Tribunalium Vrbis reformatio in *tit. de Notarijs, nu.* 17. mandat apponi in quocumque Instrumento vindicat ex pluribus facti circumstantijs vltimæ decisionis, §. neque vrget.

Quas omnes solutiones fuisse peractas cõprobauit Decretum A. C. qui ex iuribus productis mandauit quietantiam fauore Comitis Aloysij debitoris haberi pro facta præsertim cum ab hoc Iudicio nec reclamauerit Guidobaldus, nec vnquam, donec superuixit egerit ad solutionem residui, ex quo † insurgit solidissimum argumentum plenæ satisfactionis, ex latè traditis per *Menoch. de præsump. lib.* 2 *præsump.* 71. *num.* 7. *& præsump.* 135. *num.* 19. *& 20. Cravet. cons.* 65. *num.* 8. *& 75. num.* 9. *& 112. nu.* 16 *& Paris. cons.* 83. *num.* 27. *lib.* 7.

His euidentibus demõstrationibus exactiones prænarratæ summæ apertè suadentibus acquieuisset forsã Domina Flaminia de Actis quatenus illi tanquam hæredi beneficiatæ indulgeretur, vt pro satisfactione summæ debitæ posset tot ex eiusdem bonis hæreditarijs assignare † sicut pro beneficio Inuentarij videtur permittere, *text. in l. fin. §. & si præfata in illis verbis, vel ex illis rebus, vel ex earum forsitan venditione, C. de iure deliberandi, & tradunt ibidem communiter scribentes, & in specie Bart. nu.* 3. *Castr. num.* 5. *Petr. Ioannes Anchar. quæst.* 64. *lib.* 2. *per tot. Ancor. var. resolu. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 140. *& seq.* sed Domini censuerunt locum non esse huic oblationi, quia dicta hæres nõ valet hoc beneficio iuuari nisi duobus in casibus, vel quando † hæreditas non esset soluendo, vel quãdo emptor † nõ inueniretur, qui iusto pretio absq; eo, quod hæres proprio nomine de euictione promitteret res hæreditarias comparasset extra quos casus cum hæres dici non possit in dubio tenetur stare regulæ, quod aliud † pro alio tradi inuito Creditore non potest, vt ex mẽte *Iacobi de Arena distinguit Cyn. in dicto §. & si præfata, num.* 3. *& sequitur Ioann. Andreas ad spec. de instr. editione, §. fin. num.* 15. *verbo fecerit post med. vers. item nec bene occurrit, latè Bur sat. cons.* 9. *num.* 29. *vbi in fin.* quod † non est in mera facultate hęredis beneficiati tradere vẽdenda, & soluere siue sit, sin minus dare in solutum, & prosequitur *num.* 30. *& 31. & omnium latius Surdus decis.* 30. *sub nu.* 9. *vsque ad n.* 15 *& quamuis Gizzarell. decis.* 7. videatur sentire contrarium restringens *num.* 7. hanc limitationẽ ad solum casum, quãdo emptor nõ inuenitur, & refutans *Franc. in decis.* 83. *ac Bursatt. in adducto cons.* 9. nihilominus eius opinio videtur esse contra communem, quam faciunt tot alij relati ab eodem *Surd. dicta decis.* 30. *sub nu.* 13. *vers.* 2. *motus, & contra illam facit etiam text. expressus in l. si pecunia* 12. *ff. de leg.* 2. vbi *si † pecunia legata in bonis non sit soluenda tamẽ hæreditas si sit, hæres pecuniam legatam dare compellitur, & ibi Bald. nu.* 2. *aduertit*, idem esse facto Inuentario, & fortissima ratione, quia † in opulenta hæreditate inuentarium non prodest, quo minus hæres teneatur ad subeunda onera hæreditaria, & proinde si potest de facili pecunia comparare vendendo etiã leui prætio res hæreditarias absque eo, quod supputentibus viribus sit in damno cessat priuilegium, & succedit regula prædicta, quod † aliud pro alio non sit soluendum, *Bursatt. dicto cons.* 9. *nu.* 30. *Cancer. var. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 240. *& seqq. Surd. adducta decis.* 30. *num.* 24. *ac decis.* 318. *num.* 1. vno ore concludentes, quod beneficium † Inuentarij prodest quidem hæredibus ne supra vires teneantur, non autem est inuentũ iniuria Creditoris.

Cæterum vt locus non esset huic oblationi satis fuit DD. altera limitatio, quod nullo modo consistit † emptorem non fuisse inuẽtum, qui obtulerit iustum prætium, & requirunt scribentes omnes in *dict. text. & tradit Ancar. dicta quæst.* 64. *num.* 8. *& 9. lib.* 2. *Bursat. dicto cons.* 9. *nu.* 55. vbi quale iudicari debeat illud prætium, *Cancer. var. resol. loco allegat. num.* 140. *Fusar. de subst. quæst.* 532. *num.* 44. *& Surd. dicta decis.* 318. *num.* 1. *in fin.* vbi † quod non sufficit hæredi dicere non inuenio emptorem, quia tenetur hoc probare, & hoc idem sensit *Rota coram Durano decis.* 1. *num.* 36.

Quamobrem non admissa oblatione Dominæ Flaminiæ satisfaciendi in bonis super quo articulo solum informauit in confirmatione Rotalis Sententiæ Coll. tantum informante, ita est.

R. P. D.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Rauennatēſ. Pecuniaria.

Lunæ 7. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Solutio ex quibus iuſtificari poſſit, quæ ſi probetur indebitè facta, omninò eſt reſtituenda. Repetitio vt competat, quid ſit probandum.

SVMMARIVM.

1 *Solutio benè probatur ex partitis extractis è creditoris libris.*
2 *Solutio indebitè facta, venit reſtituenda.*
3 *Hæredi onus debita ſui auctoris ſoluendi incumbit.*
4 *Res iudicata pro veritate habetur.*
5 *Repetitio vt competat, ſatis eſt probare ſolutionem indebitè factam, & num. 6.*
7 *Repetitio aduerſus recipientem non competit, quando hæreditatis debitricis nomine ſolutum fuit. Declara tamen, vt num. 8.*
9 Deciſio in Firmana Pecuniaria 18. Martij 1658. coram Priolo *declaratur.*
10 *Solutio facta nomine non debentis, eſt reſtituenda.*

DECISIO. GDLXXIX.

POSTQVAM Iulius de Fuſconis per tres Sententias emanatas prævia Deciſ. edita coram Reuer. P. D. Priolo ſub die 13. Ianuarij 1662. fuit abſolutus à ſolutione fructuum cuiuſdam Cenſus, ſibi ab eo deberi contendebant Canonici Regulares Sanctæ Mariæ in Portu Rauennæ; Antonia Camilla eius filia, & hæres, inſtituit iudicium in partibus, pro repetitione pecuniarum à dicto Iulio, & Carolo eiuſdem Iulij Patre, indebitè ſolutarum, & tres fauorabiles Sententias reportauit, quarū executio cum fuerit denegata à Locumtenēte Ciuili Romandiolæ, imò is Canonicos abſoluerit, Ideò deuoluta Cauſa ad Rotam, & mihi commiſſa, propoſui dubium, An eſſet locus reſtitutioni pecuniarum, & DD. affirmatiuè reſponderunt.

Cum enim de ſolutione in præſenti, non
1 contingat dubitari, ex † quo à partibus non controuertitur, & abundè probatur ex partitis extractis è libris Monaſterij, *Felin. in cap. ad audientiam, numer. 8. de reſcript. Genua de ſcript. priuat. lib. 5. tit. de libris Monaſterij, cap. 1. num. 39. Rota deciſ. 152. num. 8. par. 7. & deciſ. 39. nu. 9. par. 8 recen.* Ex prædictis Sententijs latis ad fauorem Iulij apparet dd. pecunias fuiſſe indebitè ſo-
2 lutas, ideòque † Antoniæ Camillæ hæredi veniunt reſtituendæ, *leg. 1. ff. de condict. indebit. Alex. conſ. 113. numer. 2. & 3. lib. 1. Natta conſ. 77. num. 9. & ſeqq. Cyriac. contron. 34. num. 21. & controuer. 164. num. 12. & ſeq. Rota coram Eminentiſſ. D. meo Otthobono deciſ. 2. nu. 5.*

Indebitè quidem, quia ſolutio fuit facta à Iulio, & Carolo ſub erronea credulitate, quod bona hæreditaria quon. Iulij Senioris ab ipſis poſſeſſa eſſent obnoxia oneri dicti Cenſus, dū ipſe viuens numquàm in ſolutione defecerat licet re vera Iulius Senior in tantùm ſoluerit fructus dicti Centus, in quantum erat hæres qu. Albæ de Spretis, quæ ad illius ſolutionē ſete obligauerat. At quià poſt obitum Iulij hæreditas Albæ, non ad Caroluni, neque ad Iulianum iuniorē, ſed ad filias fœminas de-
3 uenit ad illas, propterea † tranſiuit onus ſoluendi dd. fructus, vt firmatur in dicta Deciſ. R. P. D. mei Priuli, quæ iuxtà ſtylum in præſenti diſputatione venit ſupponenda, *Rota deciſ. 124. nim. 8. par. 9. & deciſ. 321. num. 10. par. 10. recent.* eoque magis concurrente re iudicata,
4 quæ † iuxtà vulgares regulas pro veritate habetur, *Rota dicta deciſ. 321. nu. 7. par. 10. recent.*

Quibus non refragatur, quod Monaſteriū ſit creditor dd. fructuum hæreditatis Albæ,
5 quià † pro repetitione ſatis eſt illos eſſe indebitos reſpectiuè Caroli, & Iulij ſoluentium, iuxtà *text. in l. ſi pœna 19. §. 1. ff. de condict. indebit.*
6 ibi; *quatenus debitum † ſibi quis recipiat tamen, ſi, is qui dat non debitum dat, repetitio competit.*

7 Nec vrget repetitionem non competere Aduerſus recipientem ex eo, quod Carolus, & Iulius Iunior ſoluerint nomine hæreditatis, iuxtà diſtinctionem *gloſſ. in dicta leg. ſi pœna,*
8 §. 1. *in verb. repetere poterit,* quià † ad hoc, vt dicta diſtinctio procederet, eſſet neceſſarium, quod Carolus, & Iulius Iunior ſoluiſſent nomine hæreditatis Albæ debētis, vt clariùs loquitur *gloſſ. in dicta l. repetitio, in verb. ſolutum eſt, ff. de condict. indeb.* non autē nomine hæreditatis Iulij Senioris, quæ nullatenùs tenebatur ſoluere dictos fructus.

9 Hinc allegata Deciſio in Firmana Pecuniaria 13. Martij 1658. coram Reu. P. D. meo Priolo viſa fuit DD. non applicari, quià in caſu illius Deciſionis ſolutio facta fuerat nomine debentis, vt colligitur ex §. quemadmo-
10 dum, & in præſenti caſu † ſolutio facta fuit nomine non debentis. Ideoque Iura militāria pro repetitione remanent inconcuſſa, vt optimè diſtinguendo firmauit *Rota in eadem Firmana Pecuniaria 3. Iunij* 1650. *coram bon. mem. Bichio, §. tandem non obſtat, quæ eſt deciſ. 92. inter impreſſ. poſt Modern. Ferrarien. diſcept. forenſ.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Interamnēſ. Bonorum.

Mercurij 9. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Deſcriptiones fructuum ad quid fiant. Teſtes de præſentia, & facto proprio deponentes in liquidatione fructuum benè probant. Inſtantia, ſeu interrogatione pendente, ad vlteriora procedi non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum deſcriptio per publicum Notarium facta, eorum quantitatem probat.*
2 *Fructuum deſcriptiones fiunt, vt pars ab onere probandi per teſtes releuetur.*

3 Te-

latij de Capranica 6. Martij 1665. §. quo verò, cum seq. cor. R. D. m. Decano, & agitur de actu filiationem, & descendentiam præseferẽte sine qua non potuissent bona fideicommissaria, nec dividere, aut possidere. Tum quia Eques Castellus, qui agit, habet causã à Bartholomæo condiuidente, neque alius de descendentia-
39 concurrit, sed † extraneus, & sic non requiruntur tam exactæ probationes filiationis ex adductis in *dicta Romana Palatij de Capranica 6. Martij 1665. coram Reuerendiss. D. meo Decano.* Quod autẽ ex altero Alexandro ex filijs Galeatij Senioris processerint Ludouicus, & Io. Baptista, patet ex eo, quod ipsi vti filij, & hæredes testamentarij dicti Alexandri mediante eorum matre tutrice testamentaria paternam hæreditatem adierunt, & fecerunt inuentariũ vt ex pluribus enunciatiuis Instrumentorum, necnon testium depositionibus, de quibus in
40 Summario *num.* 5. quæ † filiationem, & descendentiam probant, vt dictum fuit in *Placẽtina Bonorum 4. Februarij 1656. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Bononien. Fideicom. de Monterentiis 22. Iunii 1661. coram R. P. D. meo Priolo.* Vlterius quod ex Ludouico, & Ioanne prædictis prodierint Franciscus, Antonius, Stephanus, & Hyacinthus, qui sunt in causa apparet ex partitis libri Baptismatis comprobatis depositionibus testium coram Iudice de partibus in prima instantia examinatorum, Summario *num.* 6.

41 Identitas quoque prædij plana est, dum illud vti fideicommissarium in diuisione obuenit Bartholomæo quon. Floriani Summario *num.* 3. qui illud vendidit expressis eisdem denominationibus Thomæ, & Ludouico de Balzanis Summario *num.* 7. à quibus fuit venditum Lucretiæ de Castellis, Summario *nu.* 8. Cuius Philippus de Castellis hæres est, Summario *num.* 9. Concurrunt etiam in singulis Instrumentis demonstrationes in Commune Butrij, loco *detto Buriolo,* via publica ab Oriẽte DD. de Caualiis, *iuxtà vulg. theoricam Bartol. in l. demonstratio, num.* 14. *ff. de condit. & demonstrat. Marescott. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 12. *Rota in Bononien. Fideicommissi de Pancaldis 27. Ianuar. 1648 coram bon. mem. Peutingero, & in Anagnina Donationis 16. Iunii 1662. coram Reu. P. D. Beuilequa,* signanter in venditione facta Lucretię de Castellis auctrici Comitum de Castellis, qui nũc litigant, per prædictos de Balzanis clarè exprimitur, quod ij præfata bona acquisiuerint
42 à Grottis, ita ut non sit dubitandũ † de idẽtitate, vt in similibus fuit dictum in *Bononien. Fideicommissi de Amorinis 4. Aprilis 1650. coram Rmo Reuerendissimo Papien. & in Bonon. de Bologninis 4. Iunii 1659. coram Eminentiss. Celsi.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CARPINEO

Nunc S. R. E. Cardinali.

Rauennaten. Bonorum.

Lunæ 7. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Tutor ea, quæ domini faciunt, facere potest, & facto proprio pupillis præiudicare valet. Curator datus à Iudice ea facit in iudicio, quam extra, quæ potest facere tutor, & datus ad vnicum actum ad solemnitates non adstringitur. Eiusque gestâ multoties approbantur, ne contrahentes decipiantur.

SVMMARIVM.

1 *Transactio, si non sit per tres Sententias rescissa à quocumque remedio possessorio agentes repellit.*
2 *Tutor pro domino reputatur, & ea facere potest, quæ domini faciunt.*
3 *Tutor illius facto pupillis præiudicare potest.*
4 *Mandatum tutoris non limitatur à lege circa possessionem, cum non prohibeatur solius possessionis alienatio.*
5 *Lesio non præsumitur, nisi de ea per concludentes probationes doceatur.*
6 *Solemnitates adhibitæ faciunt præsumere omnia ritè, & rectè gesta fuisse.*
7 *Tutor ad certum actum deputari non potest, & numer. 9.*
8 *Tutor principaliter datur personæ, & vniuersitati rerum.*
10 *Bona infantis quando essent peritura, vel immineret grande æs alienum, nec reperiretur tutor, Iudex ex officio dare potest curatorem ad certam rem.*
11 *Curator à Iudice datus, tam in iudicio, quam extra, ea facit, quæ potest facere tutor.*
12 *Curator, & tutor inter se confunduntur.*
13 *Clausula* omni meliori modo, *operatur quod si deputatio pro tutore non valeat pro curatore sustineatur.*
14 *Verba Iudicis prolata in deputatione tutoris, vt sustineatur possunt impropriari.*
15 *Consuetudo alicuius loci deputandi tutorem certa rei attendi debet, & valet.*
16 *Interpretatio qualibet est capienda, vt euitentur controuersiæ.*
17 *Curator datus ad vnicum actum non adstringitur ad solemnitates.*
18 *Ratio quæ militat in curatore procedit, etiam in tutore ad speciale negotium dato.*
19 *Gesta à tutore minus legitimo approbantur, ne contrahentes decipiantur.*

DECISIO CDLXXIII.

PRO Dote, quam Iacobus Aldobrandinus in summa scut. 1200. monetæ Romandiolæ reliquerat Iacobæ filiæ posthumæ, quamquè Æneas Patruus suis tabulis auxerat ad alia scuta 800. Hippolitus Iacobi filius atque hæres Æneæ, initis nuptijs prædictæ Iacobæ cum Io. Baptista Gamba, assignauit Prædium in Villa Sancti Petri, quod antèa ab

Vrsi-

Vrſiua Donata vxore ſua pro Dote receperat.

Sed Hippolito capitaliter damnato, & non multò poſt interfecto Vrſina coniux, prædiũ dotale repetijt, Iacoba verò, vt dotem, qua ſpoliata fuerat, recuperaret mandatum obtinuit contra bona hæreditaria AEneæ citato Curatore ad Lites Franciſcæ, & Petræ filiarũ infantium Hippoliti, inter quas, mediante perſona Io. Franciſci de Cupis, in abſentiam Tutoris legitimi, ad hoc ſpecialiter deputati, inita fuit cum Iacoba, & Io. Baptiſta Gambo coniugibus tranſactio, in qua omnia bona ad prædictas Infantes pertinentia, in ſatisfactionem dictæ Dotis ſcut. 2000. aſſignata fuerũt, onere illis adiecto ſoluendi debita, quibus hęreditates præfatorum AEneæ, & Hyppoliti præmebantur, ipſiſque Infantibus alimenta præſtandi in propria domo, atque earum ſingulis ſcut. 1000. pro dote, ſi nuberent, ſi vero profiterentur dotem dari ſolitam conſtituẽdi, cum neceſſarijs etiam mobilibus, & apparatibus.

Cùm autem ſucceſſu temporis, Franciſca altera puellarum nupta fuiſſet Ludouico Suptio, Iudicium inſtituit ſuper manutentione, ac reintegratione ad bona, per dictam Tranſactionem diſtracta, in quo cum in partibus ſuccubuiſſet, dubitaui, in gradu appellationis, an illi eſſet manutentio, ſeu reintegratio concedenda, & vtramque Domini denegarunt.

Quoniam admiſſa ſinè veri præiudicio illius antecedenti poſſeſſione obſtitit petitæ manutentioni, ſeù reintegrationi præfata trã-
1 ſactio, quæ † donec non lit per tres Sententias reſciſſa repellit agentes à ſimilibus remedijs poſſeſſorijs, iuxtà deducta in *deciſ. Canal.* 550. *num.* 4. *in deciſ.* 86. *par.* 6. *recent. cum aliis congeſtis in Romana Succeſſionis de Comitibus* 26. *Maij* 1647. §. 1. *coram Reuerendiſſ. Inuolen.*

Idque procedere indubitanter viſum fuit, licet de infantibus ageretur, quarum poſſeſſio
2 valide fuit à Tutore translata, qui † cum prò Domino reputetur, ac ea facere poſſit, quæ Domini faciunt, *l. interdum*, §. *qui Tutelam*, *ff. de*
3 *furt.* valet † vtique poſſeſſionem transferre, & pupillis illius facto præiudicare, *gloſſ. magna in l.* 2. §. *ſi à pupillo in ſecunda ſolutione*, *verſ. vel dic, quod tradidit*, *vbi Bartol. numer.* 3. *ff. pro tempore*, *Mandell. Alba conſ.* 205. *num.* 86. *Alex. in l.* 1. §. *ſi vir. nu.* 4. & 13. *vbique in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* & à contrario ſenſu deducit, ex *text. in l. poſſeſſionem, eodem tit.* Rota contrarijs reſpondendo *deciſ.* 93. *num.* 5. *verſ. quæ quidem, & ſeq. vbi num.* 8. firmat mandatum † Tutoris non eſſe limitatum à lege circa poſſeſſionem, cùm nullibi prohibeatur alienatio ſolius poſſeſſionis, ac in proprijs terminis tranſactionis, *coram Seraph. deciſ.* 135. *per totam.*

Nec obſtare viſa ſunt plura, quæ iniuſtitiam tranſactionis ob læſionem, ac falſitatem cauſæ, nec non illius quoque nullitatem redolere prætendebatur. Quoniam veritas cauſæ elucelcit eo ipſo, quod vere tranſactio pro aſſignanda dote Iacobæ facta dignoſcitur, pro qua imminebat executio mandati relaxati; Cumq; loco pecuniarum ipſi Coniuges receperint bona, vt ſuprà grauata, & onus vlterius aſſumpſerint infantes alendi, ac eas opportuno tempore congruè dotandi excluditur pariter ex his quælibet imaginata læſio
5 donec † ſaltem, & quidem per concludentes probationes doceatur de contrario, ex congeſtis in *Foro Sempronien. Tranſactionis* 28. *Aprilis* 1662. *coram bon. mem. Veroſpio.* Præſertim cum Iudicis decreto, Conſanguineorum præſentia, aliiſq; fuictatur ſolemnitatibus, quæ præ-
6 ſumere faciunt omnia ritè, & rectè † fuiſſe geſta ad *Rotã in deciſ.* 86. *num.* 4. *par.* 6. *recen.* cum alijs cumulatis in *Bononien. de Toſtinis* 31. *Maij* 1649. §. & *vlterius*, *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano poſt Salgad. in Laberyn. Credit. diſput.* 40. *numer.* 8.

Et licet valdè conſiderabilis videretur obiecta nullitas ob interuentum Tutoris minus
7 legitimi, ex † quo Io. Franciſcus de Cupis, qui contractum tranſactionis auctorauit, fuerat tantum à Iudice ad hunc actum deputatus contra litteram, *text. in l. certarum* 12. *cum duabus ſeqq. ff. de teſtam. Tutela*, expreſsè diſponentem
8 non poſſe † dari Tutorem certæ rei, ſed dari perſonæ, ac Vniuerſitati quamuis etiam Tutor legitimus ſe excuſaſſet cauſa Reipublicæ per alium *text. in l. in omnem rem* 15. *ff. de tut. & curat. dat. ab ijs*, nihilominus neque hanc nullitatem obſtare viſum eſt, ponderando, quod ſupradicta iura procederẽt ſi ageretur de ſubſtituendo in locum abſentis, & excuſati Tutorem temporaneum, qui cum principalitèr
9 detur perſonæ, vtiq; † datus ad vnicum actum non ſubſiſtit, vt dicitur etiam in §. *certæ*, *vbi Gloſſ. in verbo perſonæ inſtit. qui teſtam. tut. dar. poſſ.* ſed in propoſito agebatur ſolum de prouidẽdo iſtis Infantibus ob Tutoris abſentiam de perſona, quæ earum iura defenderet pro ſubſiſtentia contractus celebrandi, quo ſanè caſu ſuccedit doctrina *Bart. relat. per Bald. in vſibus feud. tit. de mil. van. qui contumax eſt num.* 20. *verſ.*
10 *dicit Bartol.* docens, quod † vbi bona Infantis eſſent peritura, vel immineret grande æs alienum, nec aliquis reperiretur Tutor, poſſet Iudex de conſilio Cõiunctorum ex officio dare Curatorem ad certam rem, quam etiam doctrinam commendat *Oſaſch. deciſ.* 89. *num.* 6. *per tot. & itâ ſenſit Rot. coram Canaler. deciſ.* 207. *num.* 2. *vbi ex Bartol. in leg. Curatorem* 19. *num.* 1. *verſ. quæro de poteſtate*, *ff. de auctor. tutor.* declarat
11 ea omnia poſſe facere iſtum † Curatorem, tàm in iudicio, quàm extrà, quæ facere poteſt Tutor.

12 Nec turbat, quod in præſenti non fuerit datus Curator, ſed Tutor, quia ſolent hæc omnia inter ſe confundi, vt colligitur ex *text. in l. Pater ſeruianam*, §. *conditionum verba*, *ff. de condit. & demonſtr. ac obſeruat Montan. de tut. & curat. capit.* 1. *num.* 14. *Oſaſch. dicta deciſ.* 89. *num.* 4. *Rota deciſ.* 254. *num.* & 5. *par.* 5. *recent.* Cumque tam in petitione, quàm in deputatione addita fue-
13 rit clauſula *omni meliori modo*, operatur † hæc quod deputatio il pro Tutore non valeat, pro Curatore ſuſtineatur, vt in ſpecie voluit *Gin-*
14 *ba deciſ.* 1. *num.* 49. quod verba † Iudicis pro-

lata in deputatione, ad illam subsistendam impropriari possint, docet singulariter *Bartol. in l. non solum, §. fin autem, C. de bon. quæ liber. quæ refert, & sequitur Ias. in l. si tibi pecuniam, numer. 6. vers. hinc dicitur in specie Bart. ff. si cert. petat.*

Ad subsistendum denique hunc actum visum est, non oportere impropriari verba, dū adest particularis consuetudo Ciuitatis dandi Tutores ad vnicum actum, de qua quatuor Collegiales Notarii testati sunt, & de qua etiam constat ex quam pluribus similium deputationum Instrumentis ab anno 1530. vsq; ad annum 1649. in Archiuio ciusdem Ciuitatis asseruatis, ac relatis in Summario Iacobæ *nn. 20.* cuius † consuetudinis in hanc dationem subsistineri firmatur ex *Bartol. in l. si tamen, ff. de testam. Tut. gloss. in dicto §. certa, vers. adde iuslit. qui test. fac. poss. ac voluit Montan. de Tut. dicto cap. 10. nu. 47.* alias daretur aditus ad multas in illa Regione suscitandas controuersias pro quibus vitandis capi debet † quælibet interpretatio, per quam actus, quantum fieri potest subsistat, vt notat *Castr. in l. iusta 44. in princ. num. 2. & seqq. ff. de vsucap. ac Rota decis. 4. ad fin. de constit. coram Achill.*

Hinc venit responsio ad aliud nullitatis obiectum, quod scilicet iste siue Tutor nominandus sit, siue Curator solemnia non adimpleuerit, quia † vti datus ad vnicum actum ad illa non adstringebatur *Ios. Fab. in §. item inuiti, num. 2. prope fin. Iustit. de curat. Cancer. var. resol. lib. 1. cap. 7. in tit. de Tutore, nu. 40. Montan. cod. tract. regul. 5. num. 84. Gaill. obseru. 108. numer. 11. Rota decis. 1. de iudic. in nouis, & decis. 89. numer. 8. part. 2. diuersor.* & quod dicitur † de Curatore procedere etiam in Tutore ad speciale negotium obseruat *Io. Fab. loco superius citat. num. 4. in fine.*

Itaque satis fuit Dominis, quod iste Tutor promiserit vtilia facere ad Iudicis præsētiam, reminiscentes, quod † gesta etiam à Tutore minus legitimo multoties approbauerit Rota nè contrahentes decipiantur, vt videre est in adducta *decis. 89. num. 9. par. 2. diuers. 454. nu. 6 & 7. par. 5. recen. & in decis. 273. nu. 3. & seq. coram Merlino.* Vndè sublata ex prædictis nullitate deputationis, censuerunt Tutorem, qui possessionem transtulit in Iacobā, transferre potuisse, ità vt ex illius facto Francisca à possessione ceciderit, ad quam reintegrari non possit, iuxtà punctualem *decis. Seraphin. 135. per totam.*

Atque ita resolutum vtraque, &c.

R. P. D. EMERIX.

Romana Assecurationis Dotis.

Lunæ 7. Iunii 1666.

ARGVMENTVM.

Vergentia Viri ad inopiam dat Mulieri associationem 1 etiam contra tertium, etiam si dicta bona fuerint alienata cum illius consensu, tantò magis, quando consensus est nullus ob defectum solemnitatum, quæ non dicuntur seruatæ, cum præsentia Curatoris, quando poterant interuenire Consanguinei, & non constat de illorum recusatione.

SVMMARIVM.

1 *Associatio etiam contra tertium competit Mulieri pro assecuratione suæ dotis ob Vergentiam Viri ad inopiam, & num. 2.*

3 *Obligatio Cameralis cum clausula constituti de restituendo dotem tollit necessitatem excussionis.*

4 *Vergentia ad inopiam, quot modis probetur, vsque ad nu. 9.*

10 *Pro assecuratione Dotis, sufficit quod Maritus sit suspectus de dilapidatione.*

11 *Vergentia Viri ad inopiam dat facultatē Mulieri posse associari in bonis alienatis, non obstante eius consensu præstito in alienatione.*

12 *Consensus Mulieris sine solemnitatibus, est nullus.*

13 *Curator est deputandus in casu deficientiæ, vel recusationis proximiorum, alias non valet contractus.*

14 *Causa falsa in Instrumento expressa, remouet consensum.*

15 *Decretum conditionale, non adimpleta conditione, nullum parit effectum.*

16 *Dos potest assecurari etiam cum fructibus ob vergentiam viri ad inopiam.*

DECISIO CDLXXIV.

SVSANNA Nocera de Rosis ob Vergētiam Herculis eius Viri ad inopiam, obtinuit ab A. C. pro assecuratione suę Dotis associationem ad 22. Loca Montium Salis tertiæ Erectionis, contra Comit. Benignum de Oddis, in quem ab eodem Hercule eius vita naturale durante fuit alienatus illorum vsusfructus. Cumquè in vim rescripti Signaturæ Iustitiæ, cum clausula, sine præiudicio, etiam possessionem adepta fuerit, dedi Dubium, An & de cuius bono iure constet, ad fauorē hodie Susannæ resolutum.

Notum namque bonum Ius resultat ex illius credito Dotali ab informantibus pro Benigno non controuerso, & optime comprobato ex Capitulis Matrimonialibus cum effectiua numeratione scut. 250. mediante ordine directo Sacri Monti Pietatis Vrbis, ad effectū emendi dicta Loca Montium pro vero fundo Dotali, Summario Susannæ *num. 1. & 2.* 1 attenta Vergentia Viri ad † inopiam, quæ probata rectè fuit illi cōcessa petita associatio ad Loca Montium Dotalia, quamuis à Benigno tertio possessore detenta, iuxtà *text. in l. vbi adhuc, C. de iur. dot. & in l. si constante, & vtrobique D. Q. ff. solut. matrimon. Roland. à Vall. cons. 9. nu. 42. & seqq. lib. 1. Gierb. decis. 16. per tot. & plene Rota post Zacch. de obligat. Camer. decis. 258. nu. 11.* 2 *vers. quibus stantibus, & nu. 12.* Præsertim † stante expressa promissione restituendi dotem tam constante, quàm soluto matrimonio sub obligatione Camerali, cum clausula 3 constituti, quæ † tollit necessitatem excussionis viri, *Vin. decis. 538. num. 14. cum pluribus seq. add. in d. decis. 258. num. 13. post Zacch. de obligat. Camer.*

Ver-

Vergentia autem Herculis ad inopiam ſatis DD. iuſtificari viſa fuit non ſolum è fama
4 publica, quæ † in hac materia plurimum attenditur, vt inquit, *Rota deciſ. 292. ſub nu. 1. par.*
5 *1. rec.* Verum † etiam ex mandato Suſpicionis fugæ contra ipſum relaxato pro ſcut. 800.
6 ex † deliberatione, quam paſſus fuit ſuper mobilibus domus pro modico debito ſc. 11.
7 Ex † ipſa met alienatione vſusfructus 22. Locorum Montium Dotalium pro vili pretio
8 ſcu. 500. ex † quam pluribus oppignorationibus rerum domeſticarum, & ſignanter Veſtiũ
9 Vxoris, & filiorum ſub rigoroſiſſimis † vſuris, & denique ex eius longa abſentia ab Vrbe nimirum ab anno 1657. citra nihil relicto pro neceſſaria domus ſuſtentatione, dicto Sũmario *num.* 3. & 4. eaque ſola abſentia ſi vera inopiæ probatio deſumitur, vt tradit *Rimin. Jun. Inſtit. quib. mod. alien. licet in prine. ſub nu. 339. Caſtagn. de Beneſ. deduct. ne egeat quæſt. 1. num. 124. verſ. ratio eſt, & conſideranit Rota coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 174. num. 8.* Ex prædictis omnibus ſimul iunctis clarius dignoſcitur ſumma Herculis egeſtas, quamuis ad effectum
10 collocandæ † Dotis in tutum ex Iure nouiſſimo Auth. ſufficiat, quod Maritus male vtatur ſubſtantia ſua, & incipiat eſſe ſuſpectus de dilapidatione, iuxtà *text. in §. illud. Authent. de equal. dot. cum aliis cumulatis per Rotã poſt Zacch. de obligat. Cameral. dicta deciſ. 358. num. 10.*

Neque bonum Ius Suſannæ diluitur ex eo quod ipſa conſenſerit alienationi vſusfructus dd. Locorum Montium, quia vltra quod e-
11 ius † conſenſus non impedit quin ſuperueniente Vergentia Viri, ipſa poſſit agere contra eadem Loca Montium pro aſſecuratione ſuarum Dotium, vt in terminis dixit *Rota coram Put. deciſ. 364. ante num. 1.* quod † conſenſus fuit nullus ex defectu ſolemnitatum re-
12 quiſitorum à Statuto Vrbis lib. 1. capit. 151. quia loco proximiorum in magna copia in-
13 Vrbe degentiũ fuit deputatus † Curator, qui tantum illis deficientibus, vel recuſantibus ad tor mam dicti Statuti erat deputandus, vt ſæpiſſime fuit in *Rota deciſum, & ſignanter aliis relatis in Romana Cenſus 17. Martij 1664. §. verumque, cum ſeq. coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Et cauſa in ſcriptis narrata non fuit vera cum pretium Locorum Montium non ſolũ non deſeruierit pro ex pignorãdis rebus ad vſum ipſius Suſannæ, vt expoſitũ fuit Iudici, ſed imo pro rata ſcut. 195. fuerit ante contractum per virum receptum reſiduum vero ab eo Viro ſolutum Angelo Montano pro tantumdem ſe, vt vulgo dicitur per altri e tanti,
14 dicto Summario *num.* 12. Quæ † falſitas cauſę remouet conſenſum, ac ſi ab initio præſtitus non fuiſſet, *Picus ad Statut. Vrb. gloſſ. 22. nu. 6. 7. & 8. & ſeq. Grat. diſcept. 691. num. 31. & 32. & Rota in Ariminen. Succeſſionis 1. Februarij 1664. §. neque putarit, coram me.*

Nec minus ſubſiſtit, quod Suſanna vigore Decreti Senatus Florentini obtinuerit aſſecurationem ſuæ Dotis in bonis ſitis Florentiæ. Ideoque non potuerit agere contra fructus Locorum Montium ad Virum Vinentem ſpectantes. Quia cum vt ex lectura eiuſdem Decreti apparet illud non fuerit purum, ſed conditionale, nimirum cum obligatione dãdi idoneum fideiuſſorem, & præſtãdi annuas præſtationes in eodem Decreto latius recẽſi-
15 tas, vtique † conditione non adimpleta huiuſmodi decretum nullum habuit effectum, & idcircò rectè conceſſa fuit ab A. C. Suſan-
16 næ aſſecuratio † dotis etiam quoad fructus ad hoc, vt poſſit cum illis ſe ipſam, filiam, & Virum alere, vt articulo diſcuſſo, firmauit *Rota coram Millin. deciſ. 217. num. 1. & 2. & in recen. deciſ. 292. num. 2. par. 1.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Romana pecuniaria.

Lunæ 7. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Donatio facta à Muliere ſine ſolemnitatibus eſt nulla, etiam ſi fuerit facta contemplatione Matrimonij dummodo tamen non ſit facta cauſa dotis, quia tunc valet donatio, nam mulier pro dote, etiam ſine ſolemnitatibus donare poteſt; nec ſufficit quod donatio ſit facta propter nuptias, ſi in illa non exprimatur cauſa finalis, & impulſiua dotis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Mulieris ſine duobus proximioribus, & Iudicis decreto non ſubſtinetur.*
2 *Obligatio Mulieris pro dote ſubſtinetur etiam ſine ſolemnitatibus.*
3 *Donatio facta contemplatione Matrimonij non requirit ſolemnitates, & inſinuationem.*
4 *Donatio facta contemplatione matrimonij abſque ſolemnitatibus eſt nulla ſi nulla in inſtrumento fiat mentio de dote & num. 7. & 8.*
5 *Matrimonium eſt valde priuilegiatum.*
6 *Priuilegia non poſſunt extendi contra non expreſſa.*
9 *Donatio cum onere graui non indiget inſinuatione.*
10 *Donatio ſimplex indiget inſinuatione.*
11 *Contractus Mulierum ſine ſolemnitatibus non ſubſtinetur etiam ſi ſint Magnates.*
12 *Promiſſio ſub verbo veri Principis eſt idem ac iuramentum.*
13 *In contractu nullo iuramentum nihil operatur.*

DECISIO CCCCLXXV.

PROPOSITA quater cauſa denique non conſtare de credito DD. hodie reſpondẽrunt præcipue ex ſtatut. 151. de contractibus ſine certa ſolemnitate non valituris lib. 1. vbi etiam donationes nominatim quæ à quibuſcumque mulieribus † fiunt nullius decernuntur roboris vel momẽti niſi duobus coniunctis proximioribus cum cauſa & Iudicis decreto.

Nec valuit cauſa præmialis donationis conſiderando *che s' effettui il Matrimonio da noi trattato*, & directa promiſſio ad ſponſum, & ſponſæ Matrem, & obligatio ad ſponſum vi-

13 *Agnati præferuntur cognatis in pari gradu etiam de iure ſtatutario.*

14 *Statutum laicum non comprehendit bona Eccleſiæ.*

15 *Contrahentes cenſentur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti quoad ordinem ſuccedendi non autem quoad renouationem Emphiteuſis & nu.16.& 17*

17 *Caſus Omiſſus in ſtatuto remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*

19 *Hæreditas inteſtatorum primo defertur ad ſuos deinde ad extraneos.*

20 *Succeſſionum cauſa prima eſt deſcendentium, ſecunda aſcendentium, tertia Collateralium*

DECISIO CDLXXVI.

CONSTARE de bono Iure Matris DD. reſponderunt in Emphiteuſi, quam Archiepiſcopalis menſa penultimo loco Veſpaſiano recipienti pro ſe ſuiſque filijs, & nepotibus ex ſe legitimè deſcendentibus iuxta formam aliarum inueſtiturarum renouatam, defuncto Carolo Veſpaſiano illius Veſpaſiani Nepote Infantulo renouauit 25. Nouembris 1664. Benedicto fratri Veſpaſiani, & Propatruo, quia etiam hæredi pupillariter inſtituto à Carolo Patre poſt meliorationes in ædificijs factas, & in ipſa renouatione deſcriptas & renouatione non obſtante, nec obſtante Dominica Veſpaſiani filia, & Amita Caroli Veſpaſiani concurrente ſtante oblatione Matris ſoluendi, ſiuè inuellienti, ſiuè inueſtito ſcuta 600. & reficiendi omnia, & quæcumque melioramenta, vt in appellatione procuratoris generalis 28. Maij 1665. & ratificatione ſpeciali matris 11. Iulij ſeq.

Defuncto enim D. Carolo Veſpaſiano Emphiteuſis deuoluta fuit ad Eccleſiam etiam ſuperſtite dicta Dominica, quia in Emphiteuſi pro ſe & filijs, & nepotibus non veniunt fœminæ communi, & Rotali ſententia ad celebre votum Cantuccij *dec.125.à num. 1. & 4. à*
3 *verſ.quo ad ſecundum difficultatem par. 2. diuerſ. & coram Seraph.dec.604.nn.1.& 2.& ſine difficultate dec.1487. num.3.& coram Coccin. apud Fenzon.ad ſtat.vrb.dec.66.ab init.& dec.737.nu.3.tom.3.par.4 & dec.176. nu. 4. par. 4.* Ac proinde cum Emphiteuſim Archiepiſcopalis menſa tenere
2 noluerit, ſed renouauerit † d. Benedicto ius quæſitum eſt proximiori Cognato etiam in Emphiteuſi Eccleſiæ *ad Bart. ad l.1.ff. de Priuil. creditor. in fine Bero conſ.98.à num.6.lib.1.cum aliis apud Fulgin.de Iur.Emphit.tit.de renouat.quæſt. 1. num.5.Gratian.diſcept.477.à num. 17. & cum pluribus apud Modern.Ciroc.diſcept.62.à nu.1. & ſenſit. Rot.dec.198.nu.5.verſ.non obſtat quod matertera par.2.diu.laudata coram Seraph.dec.610. num. 6.& generaliter de proximiore & trita concluſione Rot.coram Duran.dec.251.nn.1.& 2.* cum aliis vt pote
3 agnatorum, & cognatorum iure ſublato in ſucceſſionibus, & tutelis §. *nullam verò, & ſeqq.Auth. de hared.ab inteſt. auth. poſt fratres frasmunque de legit.hared.& eodem vinculo naturali tota l.vlt.ff.de gradibus & inſtit.eodem.*

4 Proximitatem eſſe conſiderandam reſpectu vltimi Emphiteutæ ſatis cõſtat *ex Roman. conſ.22.à num.5.Gabr.de Iur. Emphit.conſ.1.n.27 Fulgin. d.tit. de renouat. d.quæſt.1.nu.6.7.& 51.* et nominatim pro matre defuncti contra Amitam (adeoque magis contra pro patruum vlteriorem-
5 que, & quem vinceret Amita) *Roman.d.conſ.22.num.6.verſ.ſecundo videtur Ruin.conſ. 48.num.6.verſ.& intelligitur lib.3.Aldobrand.conſ. 21. nu.14. lib.2.Gabr.d.concl.1.nu.17.verſ. prout in matre Fulgin.d.quæſt.1.d. num. 5.verſ. & quod hæc ſit veritas vbi, & contra materteram vro Rot.d.dec. 198.dicto loco comprobata apud Fenzon. d.dec. 66. §.quo verò in fine.*

Nec aliunde Mater excluſa viſa eſt, cum Amita quoque, quod res integra non ſit inueſtitura, & Emphiteuſi renouata, & inueſtito propatruo, quia hæc limitatio patitur magnam difficultatem *Rot. coram Seraph.d.dec. 610.nu.9.cum ibi alleg. & anno præcedenti contrarium etiam pro communi ſenſerat d.deciſ.198. nu.5. & cum aliis quoque deciſ.Grat.diſcept.758.num.11. & pro hac ſententia & quæſtione diſputata præcipuè ſunt Mandoſ.ad Roman.d.conſ.22.ad verba communi opinione limit 1. verſ. ſed ego credo Mareſcott.reſol.3.num.23.lib.1. Fulgin.d.quæſt.1.num.42.* De-
7 inde quia limitatio procederet † vbi aliqua negligentia poſſet imputari venienti poſt inueſtituram *Rot.d. deciſ.610.d.num.9.verſ.& in eventum, & repetendo Mareſcott.d. reſol.3. d. n.23. in fin.& aridè, ſed ſolidè Rot.dec.750.nu.4. ibi, vel quod intra annum par.4.diu.* & alias annus a lege
8 frustra daretur, vt † ſupra dixit *Rimin.Iun.conſ. 444.num.50.verſ.quia alius annus Fulgin.d.quæſt.1 ſub d. num. 42.verſ. quia ſi proximiores Ciroch.d. diſc.62.ſub num.74.*

Neque alias mater excluſa viſa eſt, & Amita quoque quod non fuerit hæres vltimi defuncti, immo fuerit propatruus pupillo pupillariter à Patre ſubſtitutus, & ſolis hæredibus competat hoc Ius, *vt proſequitur Rot. coram Seraph.d.dec.610. nu.10.cum ibi alleg.& annot.* & de matre ipſa † vti hæreae tenuit
9 *Io. Imola conſ.38.nu.2.verſ.ſed de æquitate, & enunciatiuè Rom.d.loco, & ad Roman.Maudoſ.ad d.verba limit.7.maximè verſ.ideo tamen ſenſus Imol.* quin etiam quod potentes reuocati eſſent inſtituti hæredes ab vltimo Emphiteuta, ſi creditur *Alex.ad Bart.ad §.porrò ſitur l.1.ff.de aqua. quotid.& eſtiu. verſ.illud dictum, & rurſus Alex ad l.ſi mihi & Titio ff. de verb.oblig. num.19. verſ. quam opinionem Gozad.conſ. 86 num.23. & cum pluribus Gabr.de Iur.Emphit.num.18.*

12 Quia iampridem viſum eſt procedere in Emphiteuſi hæreditaria *d. deciſ.610.d. num.10. quod innuit Gabr.d. concl.1. numer.18. verſ. contrarium in feudo cum aliis allegat. à Fulgin.d.par.1 num.18. Antonell.de temp.legal.cap.27.nu.76.lib.2. & Ciroch.d.diſcept.62.num.36.cum deciſ.Rota præſertim dec.704.à num.2.tom.3.part.4.recentiorum. confirmationem d. dec. 66. in fin., & in alio Ravennaten.bonorum Emphiteuticorum placuit Rot. coram R. Duno Decano 27. Martii 1651. §. quia vt poſt in fine.*

Denique non obſtitit DD. ſtatutum Rauennæ, quo mater excluditur à propatruo, & alijs agnatis excepta ſola legitima, ex quo ad
13 effectum ad cauſam Agnati videntur Statutarij videntur Statutarij proximiores matre defun-

præsentarunt Bartholomeum Aula per cuius dimissionẽ præsens vacatio contigit *d.sum.nu.8 iuxta text.in cap.consultationibus de Iurepatr. quem approbat Rota dec.14.de Iurepatr.in antiq. & dec.7. eodem tit.in non.Gregor.dec.* 452. *num.*14.*& in rec. dec.*374. *part.*1. *dec.*737. *num.*4. *&* 5. *& decis.*13. *num.*6.

Neque ad illam excludendam vllius momenti visa fuerunt instrumenta in quibus enunciatur hoc Iuspatronatus pertinere ad antiquiores familiarum de Pontaderis, Mastianis, & Compagnis. tum quia illa non sunt
5 inter se vniformia, sed in vno enunciatur Iuspatronatus pro duabus ex tribus spectare ad Gabrielem de Mastianis sum. Petri *num.* 4. in alijs vero enunciatur illud pertinere æqualiter ad tres seniores ex prædictis familijs d. sum. *num.* 3. 5. *&* 6. & idcirco non potest in illis firmum constitui fundamentum.

Tum etiam quia quidquid sit quoad futuras vacationes sane ad effectũ Iustificationis litterarum, & ne collatio sit retractabilis sufficit
6 vltimus status, & non admittitur alia probatio quam quæ incontinenti, & clarè resultat vel ex instrumento publico fundationis, vel ex re Iudicata, vel confessione partis, *vt tradit Lotther de benef.lib.*1. *quæst.*34. *num.*29. *cum seq. Seraph.dec.*555. *num.*8. *& seq. & Rota d.dec.* 374. *num.*2. *cum seq.par.*1. *& dec.*435. *num* 4. *par.*2. *vbi*
7 *in specie reiicit probationem desumptam ex enunciatiuis, & multiplicatis præsentationibus, & in Leodien. beneficij* 14. *Ianuarij* 1628. *coram Vbaldo confirmata* 13. *Nouembris eiusdem anni coram Coccino &* 17. *Iunij* 1629. *coram Virili.*

Nec refert quod in vltima vacatione quod Ioannes Franciscus de Mastianis fuerit absens à Ciuitate Pisana, quia absentia illius non be-
8 ne probatur ex simplici attestatione facta lite pendente quæ nullam fidem meretur, & quãdo etiam aliunde plene probata foret adhuc inde non excluderetur quasi possessio acqui-
9 sita per Equitem Fabronum contra illos ex familia de Compagnis qui non probantur, neque in vltima neque in penultima vacatione præsentasse ex textu & authoritatibus supra recensitis.

Et ita causa his propolita resolutum fuit vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO

Nunc S. R. E. Cardinali.

Anconitana hæreditatis.

Veneris 7. *Iunij* 1666.

ARGVMENTVM.

Satisfactionis plenæ argumentum ex quo elicitur. Hæres legatum præstare tenetur quoties hæreditas est soluendo. Inuentarium ad quid sit inuentum.

SVMMARIVM.

1 *Clausula* mihi cognitus *debet apponi in quotumque instrumento à Notariis confecto.*

2 *Debiti plena satisfactio insurgit, ex quo creditor nunquam residuum petiit.*

3 *Hæres cum beneficio inuentarij pro debiti satisfactione tot ex bonis hæreditariis creditori assignare potest.*

Sed declara vt num. 4. *&* 5.

6 *Creditore inuito aliud pro alio tradi non potest, & num.* 10.

7 *Hæres beneficiatus non habet facultatem tradendi vendita, & soluere si velit, sin minus dare in solutum.*

8 *Hæres legatum præstare tenetur, quoties hæreditas sit soluendo.*

9 *Inuentarium in hæreditate opulenta non prodest quo minus hæres teneatur subire onera hæreditaria*

11 *Inuentarij beneficium prodest, ne hæres supra hæreditatis vires teneatur, & non est inuentum iniuria creditorum.*

12 *Hæres tenetur probare non inuenisse emptorem nec illi sufficit id verbis asserere & num.* 13.

DECISIO CDLXXVIII.

IN medietate suarum dotium ad scut.6000 ascendentiũ Guibaldo fratri sine filijs substituerat Maria triumpha Veni Collegium Soc. Iesu in Ciuitate Anconæ, quod aperta per obitum Guidobaldi substitutione mandatum contra illius bona hæreditaria obtinuerat in Trib. A. C. pro scut. tribus millibus, sed Rota consulta super existentia crediti illud ad sola scut. quingenta primitus reduxit quibus per noua Iura auctis alijs scut. mille ex sexcentis diffinitiuè pronunciauit hæreditatem Guidobaldi in totum teneri ad scut.500 supra duo mille cum autem de huius sententiæ iuribus hodie quæreretur ad illius confirmationem deuentum est quia nihil de validitate, & parum de iustitia adducebatur, & ista ex adductis in vltima decisione bo. me. Verospi sub die 26. Iunij superioris anni satis superque elucebat.

Dum enim literalis prędicta substitutio fauore Collegij non poterat hæreditas prætata euitare restitutionem pecuniarum, quas Guidobaldus viuens exegerat inter quos scuta quingenta nunquã fuerunt controuersa quippe quæ publice receptionis instrumento à Guidobaldo exacta noscerentur sub die 18. Maij 1629. & fuerunt etiam in prima decisione indubitanter admissa.

Alia scut. mille idem Guidobaldus exegerat antea sub die 7. Augusti 1628. à Bãco Sancti Spiritus vigore ordinis Galeotti Vffreduti soluendi Vincentio Martinotio, qui illum girauit Guidobaldo, & si hæc summa nomine appareat soluta à Comite Aloysio de montevecteri, qui tanquam hæres Anibalis fratris debitor erat restitutionis dotium Mariæ nec talis ordo præseferat causam nihilominus de illa satis constitit ex præcedenti notificatione qua notificatione quam die 26. Iunij fecerat Petrus Aloysius debitor Guidobaldo, & alijs interesse habentibus, quod vltra scut.duo mille, & ceutum iam penes Officiales Montis Pietatis Fani depolita alia scut. mille per

manus

R. P. D. BOVRLEMONT.

Rauennatēn. Pecuniaria.

Lunæ 7. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Solutio ex quibus iuſtificari poſſit, quæ ſi probetur indebitè facta, omninò eſt reſtituenda. Repetitio vt competat, quid ſit probandum.

SVMMARIVM.

1 *Solutio benè probatur ex partitis extractis à creditoris libris.*
2 *Solutio indebitè facta, venit reſtituenda.*
3 *Hæredi onus debita ſui auctoris ſolvendi incumbit.*
4 *Res iudicata pro veritate habetur.*
5 *Repetitio vt competat, ſatis eſt probare ſolutionem indebitè factam, & num. 6.*
7 *Repetitio aduerſus recipientem non competit, quando hæreditatis debitricis nomine ſolutum fuit.*
Declara tamen, vt num. 8.
9 Deciſio in Firmana Pecuniaria 18. Martij 1658. coram Priolo *declaratur.*
10 *Solutio facta nomine non debentis, eſt reſtituenda.*

DECISIO. DCLXXIX.

POSTQVAM Iulius de Fuſconis per tres Sententias emanatas prævia Deciſ. edita coram Reuer. P. D. Priolo ſub die 13. Ianuarij 1662. fuit abſolutus à ſolutione fructuum cuiuſdam Cenſus, ſibi ab eo deberi contendebant Canonici Regulares Sanctæ Mariæ in Portu Rauennæ; Antonia Camilla eius filia, & hæres, inſtituit iudicium in partibus, pro repetitione pecuniarum à dicto Iulio, & Carolo eiuſdem Iulij Patre, indebitè ſolutarum, & tres fauorabiles Sententias reportauit, quarū executio cum fuerit denegata à Locumtenēte Ciuili Romandiolæ, imò is Canonicos abſoluerit, Ideò deuoluta Cauſa ad Rotam, & mihi commiſſa, propoſui dubium, An eſſet locus reſtitutioni pecuniarum, & DD. affirmatiuè reſponderunt.

Cum enim de ſolutione in præſenti, non
2 contingat dubitari, ex † quo à partibus non controuertitur, & abundè probatur ex partitis extractis è libris Monaſterij, *Felin. in cap. ad audientiam, numer. 8. de reſcript. Genua de ſcript. priuat. lib. 5. tit. de libris Monaſterij, cap. 1. num. 29. Rota deciſ. 152. num. 8. par. 7. & deciſ. 29. nu. 9. par. 8 recen.* Ex prædictis Sententijs latis ad fauorem Iulij apparet dd. pecunias fuiſſe indebitè ſolutas, ideòque † Antoniæ Camillæ hæredi
2 veniunt reſtituendæ, *leg. 1. ff. de condict. indebit. Alex. conſ. 113. numer. 2. & 3. lib. 1. Natta conſ. 77. num. 9. & ſeqq. Cyriac. contron. 34. num. 21. & controuer. 164. num. 12. & ſeq. Rota coram Eminentiſſ. D. meo Otthobono deciſ. 2. nu. 5.*

Indebitè quidem, quia ſolutio fuit facta à Iulio, & Carolo ſub erronea credulitate, quod bona hæreditaria quon. Iulij Senioris ab ipſis poſſeſſa eſſent obnoxia oneri dicti Cenſus, dū ipſe viuens numquàm in ſolutione defecerat licet re vera Iulius Senior in tantùm ſoluerit fructus dicti Cenſus, in quantum erat hæres qu. Albæ de Spretis, quæ ad illius ſolutionē ſete obligauerat. At quià poſt obitum Iulij hæreditas Albæ, non ad Carolum, neque ad Iulianum Iuniorē, ſed ad filias fœminas de-
3 uenit ad illas, propterea † tranſiuit onus ſoluendi dd. fructus, vt firmatur in dicta Deciſ. R. P. D. mei Prioli, quæ iuxtà ſtylum in præſenti diſputatione venit ſupponenda, *Rota deciſ. 124. num. 8. par. 9. & deciſ. 321. num. 10. par. 10. recent.* eoque magis concurrente re iudicata,
4 quæ † iuxtà vulgares regulas pro veritate habetur, *Rota dicta deciſ. 321. nu. 7. par. 10. recent.*

Quibus non refragatur, quod Monaſterium ſit creditor dd. fructuum hæreditatis Albæ,
5 quià † pro repetitione ſatis eſt illos eſſe indebitos reſpectiuè Caroli, & Iulij ſoluentium, iuxtà *text. in l. ſi pœna 19. §. 1. ff. de condict. indebit.*
6 ibi; *quamuis debitum † ſibi quis recipiat tamen, ſi, is qui dat non debitum dat, repetitio competit.*

7 Nec vrget repetitionem non competere Aduerſus recipientem ex eo, quod Carolus, & Iulius Iunior ſoluerint nomine hæreditatis, iuxtà diſtinctionem *gloſſ. in dicta leg. ſi pœna,*
8 §. 1. *in verb. repetere poterit,* quià † ad hoc, vt dicta diſtinctio procederet, eſſet neceſſarium, quod Carolus, & Iulius Iunior ſoluiſſent nomine hæreditatis Albæ debētis, vt clarius loquitur *gloſſ. in dicta l. repetitio, in verb. ſolutum eſt, ff. de condict. indeb.* non autē nomine hæreditatis Iulij Senioris, quæ nullatenùs tenebatur ſoluere dictos fructus.

9 Hinc allegata Deciſio in Firmana Pecuniaria 18. Martij 1658. coram Reu. P. D. meo Priolo viſa fuit DD. non applicari, quià in caſu illius Deciſionis ſolutio facta fuerat nomine debentis, vt colligitur ex §. quemadmo-
10 dum, & in præſenti caſu † ſolutio facta fuit nomine non debentis. Ideòque lura militātia pro repetitione remanent inconcuſſa, vt optimè diſtinguendo firmauit *Rota in eadem Firmana Pecuniaria 3. Iunij 1650. coram bon. mem. Bichio, §. tandem non obſtat, quæ eſt deciſ. 92. inter ſupreſſ. poſt Modern. Ferrarien. diſcept. foreni.*

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Interamnēn. Bonorum.

Mercurij 9. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Deſcriptiones fructuum ad quid fiant. Teſtes de præſentia, & facto proprio deponentes in liquidationē fructuum benè probant. Inſtantia, ſeu interrogatione pendente, ad vlteriora procedi non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum deſcriptio per publicum Notarium facta, eorum quantitatem probat.*
2 *Fructuum deſcriptiones fiunt, vt pars ab onere probandi per teſtes relaxetur.*

3 Te-

3 *Teſtium fides de præſentia, & facto proprio deponẽtium in liquidationibus fructuum multum valent.*

4 *Bonorum ſtabilium fructus ad rationem quinque pro centenario taxantur.*

5 *Scripturarum productio ad fabricationem proceſſus requiritur.*

6 *Iudex admittens cum clauſula,* ſi & in quantum, *apparet noluiſſe admittere, niſi abſque retardatione.*

7 *Inſtantia pendente, ad vlteriora procedi non poteſt.*
Et ratio, num.8.

9 *Mandatum Reorum ad interrogandum ſpeciale requiritur, ſicuti è contrario requiritur in procuratore actoris ad declarandum, & num.10.*

DECISIO CDLXXX.

LIQVIDATI fuerant fructus prediales reſtituendi Petro Antonio ab Iſidoro, & Chriſoſtomo pro nunc in ſumma ſcut. 400. ſine præiudicio maioris ſummæ, vt in ſententia: Hodie recognita per appellationem liquidatione, DD. reſponderunt, Sententiam reformandam, quoad quantitatem frumenti tantùm.

Etenim viſum eſt, frumentum liquidatum in Rubris 31½. melius liquidari per publicam deſcriptionem Notarij de Mandato Rotæ in
1 Rub. 16½ cum † huiuſmodi deſcriptio probet quantitatem frumenti, &c. *Cappuc. prax. Iudic. capit.11. num.561.& 562.part.3. Poſth. de Manuten.obſerv.76.nu.10. Rota deciſ.343. num.2.*
2 *par.1.recen.cum aliis allegatis.* Et ad hoc † fiunt hæ deſcriptiones, quia releuatur pars ab onere probandi per Teſtes, & quia tollitur occaſio fraudandi, *Lancellot. de Attent.cap.12. lim.13 num.43.& amplius à num.37.par.2. Coſt. Subſ. remed.106.illat.4.num.4.& 5. Poſth.dicta obſerv.76. à num.6. Rota dicta deciſ.343.dicto num.2.* Et hæc deſcriptio viſa eſt præferenda Teſtibus. Maximè quia etiam ipſa eſt cũ Teſtibus, & Notario rogatis inſtante actore, Iudiceque mandante, adeoque iudicialis, & ex oppoſito aliis Teſtibus inductis ſuæ exceptiones opponebantur.

Et quamuis replicaret Petrus Antonius actor, ſua eſſe acta ex ſupradictis, ſeque poſſe, ac velle plura, & magis probare, quin etiam expreſſum videri defectum deſcriptionis, *perche era mietuta la maggior parte del Grano, &c.* in in ipſa deſcriptione, reſponſum eſt, ex hoc non inferri, quod triturati, aut aſportati eſſent manipuli meſſi, quia opportunior, & cõmodior eſſet deſcriptio illius partis meſſæ, & in maiori quantitate poſt meſſionem.

Cætera Facto, & Iure conſtare per ſe viſa ſunt, præcipuèque Vinum in Sarcinis Vuarum 240. vt deciſum eſt coram Reuerendiſſimo Dño meo Cerro Decano 18. Iunij 1663. §. quo verò ad muſtũ iuuante ipſa deſcriptione, quæ licet minorem contineat quantitatẽ vlterius Sarcinarum vix 117. notanda tamen eſt qualitas deſcriptionis, quæ non refert initium vindemiæ, cum Notarius declarauerit acceſſiſſe 12. Octobris, dum vindemiabantur vuæ, & concludit die 17. fuiſſe vindemiatam certam quantitatem, non tamen vindemiam adiecit abſolutam. Ac notabile fuit, poſſeſſores intimaſſe vindemias 9. Octobris pro die ſequenti 10 de mane incipiendas, & Notariũ acceſſiſſe die 12. præſertim, quod Petrus Paulus iurata Fide conteſtatus eſt poſitũ eſſe vindemiatorem ab Iſidoro, & biduo equinis ſarcinis aſportaſſe vuas, abſque aſſiſtentia, vel præſentia alicuius Notarij, vel alius perſonæ deſcribentis. Itemque conteſtatus eſt Ioannes Euangeliſta iurata pariter fide, dum fraternis Iumentis manè quodam tempore vindemiæ vuas aſportaret, nullum Notariũ fuiſ-
3 ſe ad deſcribendas vuas, quorum † fides de præſentia, & facto proprio in huiuſmodi liquidationibus multum valent, ad *Rotam deciſ.497.num.4.verſ.& vltra adducta, hodiè dantur fides,& verſ.que ſimplices fides, par.4.recen. cum aliis verſiculatim pro more authoris adductis, deciſ. 247.nu.5.par.10.*

Tamen vnus ex Dominis reſpondit, conſtante iam prætio Prædij ſcut. 7000. & vltra, fructus benè liquidari ad rationem quinque pro centenario, atque ita quantitatem pe-
4 cuniariam eſſe ſcut.350. & † hanc taxationem dici valdè, iuſtam ex *Rota apud Cappucc. dicto cap.11.à num.582.& cum aliis, Rota deciſ.201. ab initio par.10.*

Cætera obiecta non obſtiterunt.

Non primò defectus citationis ad Sententiam pro 2. Aprilis 1664. quaſi circumductæ per contrariam citationem ad dicendum contra, & productionem deſcriptionis. Cum re-
5 quiratur † productio Scripturarum ad fabricationem proceſſus, &c. *Rota coram Burat. deciſ.727.num.2.verſ.nec refert.* Cum enim Iudex
6 non † ſimpliciter admiſſet, ſed cum clauſula, *ſi, & in quantum*, hinc apparet, illũ noluiſſe admittere, niſi abſque retardatione, &c. opportunè *coram Peutingerio in Peruſina Saluiani 15 Maij 1654. §. nec releuat ſecundum.* Et ſanè Iudex prout abſque retardatione admiſit, etiam ipſa die abſque retardatione pronunciauit.

Non ſecundò defectus generaliter Teſtium Actoris, ex proteſtatione reorum, quod actor declararet, An vellet Teſtibus, vti, &c. cum
7 huiuſmodi † inſtantia, ſeù interrogatione pẽdente non poſſit ad vlteriora in cauſa procedi, *Poſth.de Manuten.obſerv. 100.ab initio, & n.4. cum allegatis.*

8 Quia debebant interrogantes, non ſolùm adiicere cauſam, quod intendebant redarguere de falſo, ſed etiam partem examinis Teſtiũ, *Poſth.dicta obſer.100.num.3.* Et replicabatur, ad-
9 huc † deficere mandatum Reorum ſpeciale, & ſufficiens ad interrogandum, *Gratian.diſcep. 752.num.39. cum allegatis*, ſicuti ex contrario
10 requirebatur † in Procuratore Actoris ad declarandum, *Poſth. dicta obſerv.100. num.12. cum allegatis.* Et denique ex facto ſatis videtur declaraſſe Actor reſpondens poſitionibus Reorum, cum relatione ad depoſitionem Teſtium.

Non denique exceſſus, vtpote non deduc-
tis

dis impensis, vt decisum iam erat dicta die 18. Iunij 1663. §. probatur insuper, in fine.

Quia de anno quidem 1658. mense Maij acceperunt Prædium, quãdo Noualia, & Cultura penè omnis est facta, & imminent messes, & impensæ ex Testibus ascendunt ad sc. 62. per computa, & calculos, & tamen fuerunt relicta scut. 99. de sequenti autem anno 1659. ex contrario Actor Prædium recuperauit mense Iulij, & illud erat incultum, adeoût actor ipsa damna prætendat, vt in fine decisionis.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. OTTALORA.

Romana Commemorationis Defunctorum.

Mercurij 9. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Octauarum institutio ad quem spectet. Facultas, quæ fuit obtenta per priuilegium, sine eo exerceri non valet. Erectiones nouarum Ecclesiarum fieri prohibentur, ne aliis existentibus præiudicetur.

SVMMARIVM.

1 *Papa solus potest instituere Octauas vltra præscriptas à Sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, Missali, ac Rituali Romano.*
2 *Facultas per Priuilegium obtenta non potest sine Priuilegio exerceri.*
3 *Scandalum, & æmulatio semper sunt vitanda.*
4 *Ecclesia noua erectio interdicitur, ne aliis præexistẽtibus præiudicium inferatur.*
5 *Octaua Omnium Sanctorum est prima classis secundi ordinis.*
6 *Missæ pro Defunctis non possunt sine Priuilegio celebrari infra Octauas maiores, quod probatur Rubrica Generalis Missalis, & num. 7.*

DECISIO CDLXXXI.

DIE 3. Iunij 1665. resolutum fuit coram me constare de bono iure tàm Reuerẽdissimorum Canonicorũ Sanctæ Mariæ Rotundæ, & Confratrum Omnium Sanctorũ, quàm Reuerendissimi Abbatis, & Monachorum Sancti Gregorij de Vrbe, etiam ad effectum Manutentionis quoad celebrandam Commemorationem Defunctorum, quam post Festum Omnium Sanctorum quotannis peragunt eo Fundamento, quod neque in Bulla Sixti Quarti sit concessa facultas Monachis celebrandi priuatiuè quoad alias Ecclesias, nec alibi Canonicis hoc prohibitum inueniatur, quod subsistere Dominis visum est, non obstantibus his, quæ in hac reppropositione obijcebantur, & sic steterunt in decisis.

1 Nec vrget quod instituere, & celebrare Octauas vltra præscriptas à Sacr. Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, Missali, ac Rituali Romano, nemini est permissum sine auctoritate Pontificis, *Gauant. in Rubr. Breuiar. sect. 5. cap. 8. num. 1. Paul. Mar. Quart. ad Rubric. Missal. par. 1. tit. 2. dub. 1.* Vnde cum facultas celebrandi Commemorationem Defunctorum per Octo Dies Monachis à Sixto IV. fuerit concessa, indè est quod vigore huius priuilegii possint prohibere Canonicis eandem Octauam celebrare, nam † quod alicui conceditur per priuilegium non potest fieri sine eo, *l. ius singulare 15. ff. de legibus, Bald. cons. 382. num. 7. vers. cum igitur, lib. 5.* præsertim ex eo, quod si permitteretur Canonicis eandem Octauam peragere orirentur æmulatio, & † scandalum, quæ sunt vitanda. Qua propter piè, & prudenter Clemens Octauus in eius Constitutione 115. noluit erigi plures Confraternitates eiusdem nominis, & erectas annullauit antiquiorem præseruando, ne celebratione eiusdẽ Festiuitatis orirentur æmulatio, & scandalum, quam Paulus Quintus confirmauit, & ampliauit in eius Constitutione 21. sic † etiam prohibẽtur erectiones nouarum Ecclesiarum ne aliis præexistẽtibus inferatur præiudicium, vt dixit *Rota coram Seraph. decis. 847. num. 1. cum seqq. & in Ianuen. Priuilegiorum 28. Iunij 1649. §. quoniam est aduertendum, coram bo. mem. Card. Corrado*, ex quo nihil detrahitur Suffragio Animarum purgantium, quia Monachi non impediunt celebrationem Missarum priuatarum, nec quod applicentur Suffragia pro Defunctis, sed tantùm mittunt, quod remoueatur pompa, quæ populum ad Ecclesiam Rotundæ allicit, & ab Ecclesia Sancti Gregorij distrahit.

Quoniam facilis est solutio ex eo, quod Octaua Mortuorum non est de prohibitis, si quidem scientibus, & patientibus Summis Pontificibus à Canonicis celebrata est; priuilegium autem, de quo quæritur continet tãtùm Indulgentiam Plenariam concessam visitantibus Ecclesiam SS. Andreæ, & Gregorij in eorum Festiuitatibus à primis, vsque ad secundas Vesperas, & in Festo Dedicationis ipsius Monasterij, & octo diebus immediatè sequentibus, vt ex eius tenore, Summar. Monachorum *num.* 1. non verò expliciam facultatem priuatiuam celebrandi Commemorationem Defunctorum, & licet in eo hæc verba appareant: *quibus Commemorationes Defunctorum in ipsa Ecclesia fieri consueuerunt*, stant tantùm demonstratiuè, vt notum est;

Parum refert, quod Monachi temporibus Sixti Quarti dictam Commemorationem Defunctorum celebrabant, vt patet ex verbis Bullæ superius relatis, & sic priusquàm Canonici eandem Festiuitatem assumerent, vt constat ex Testibus ab his productis, qui de recentiori tempore deponunt. Vndè cum à Monachis fuerit prœoccupatus Ritus celebrãdi huiusmodi Octauam cum apparatibus lugubribus intus, & foris expositis pro inuitando Populo saltem ab hoc solemni ritu Canonici debent abstinere. Quia deficiente facultate aliis prohibendi suffragia militat eadem ratio in prohibitione ritus, & modi ea celebrandi,

brandi, nec Canonici se fundant in antiquiori possessione celebrandi dictam Octauam, sed in assistentia iuris non prohibentis, quod possint illam celebrare.

Minus officit ponderatio facta ab Scribentibus pro Monachis, scilicet quod dum decisio, quæ reuidetur in §. *primum enim*, expresse negat, quod Ecclesia Rotundæ fuit à principio dicata Festiuitati Omnium Sanctorum videtur admittere, quod si talis esset dies eius Dedicationis Commemorationem Defunctorum non possent celebrare Canonici; & sic cum Festum Dedicationis fuerit translatum à Gregorio anno 835. ad diem primam Nouembris; vt ex Codice manuscripto eiusdem Ecclesiæ referunt *Sigisbertus in Cronico*, & *Panzirol. in decisione allegatus in Thesaur. abscondit. Verb. Eccles. 18.* ibi; *Quindi è che per molti anni s'osseruò quel giorno con solennità grande, poi fù da Gregorio Quarto trasferita al primo di Nouembre, ex m. s. huius Ecclesiæ, nel qual giorno si celebra la Festa di tutti i Santi fù l'anno 835. Sigisbertus in Cronico*; talis celebratio Canonicis prohiberi debet.

Siquidem Decisio non firmat id, quod supponit obiectio, sed tantùm ei satisfacit historiæ veritate, vt in §. *primum enim*, nec magis releuat translatio Festi Dedicationis Ecclesiæ; 5 cum enim † Octaua Sanctorum sit primæ classis secundi ordinis, *Rota decis. 515. num. 16. & seq. num. 2. par. 5. recent.* dedicatio autem Sacri Templi sit primæ Classis tertij ordinis allegata decisione *num. 18.* Si in octaua Sanctorum non reperitur prohibitum celebrare Missas pro defunctis, vt in decisione quæ reuidetur §. *Vnde non urget*, multò minus prohibitum erit in die Dedicationis Ecclesiæ.

6 Insuper obijciebatur quod cum † Octaua Omnium Sanctorum ponatur inter maiores non possint sine priuilegio celebrari infra eã 7 Missæ pro defunctis, quod † clarè prohibent Rubricæ generales Missalis *cap. 5. num. 2. in fin.* ibi, *Missæ autem priuatæ pro defunctis quacumque die dici possunt præterquam in Festis duplicibus, & Dominicis diebus, Barbos. in Summ. Apostolici decis. Collect. 478. nn. 5. Lezzan. in Summ. verb. missa numer. 47.*

Sed respondetur quod Octaua Omnium Sanctorum non est de prohibitis, & prohibitio restringitur ad expressas in decisione quæ reuidetur §. *Vnde non urget*, & has solum tanquam de maioribus, & primæ Classis enumerant. *Pasqual. de Sacrif. Missæ quæst. 281. de Miss. defunct. & Rubrica Missalis generalis Romani iuxta nouam impressionem §. 5. nn. de miss. defunct. num. 2. in fin.* cui omninò standum est. *Reuerendiss. Fagnan. in cæum creatura n. 29. & seqq. de celebr. Missarum.*

Denique opponebantur inhibitio facta per D. Vicegerentem de ordine sa. mem. Vrbani VIII. ne Canonici huiusmodi commemorationem celebrarent, & Sententia ab eodem lata fauore Monachorum.

At huic obiecto abundè respondetur in decisione quæ reuidetur §. *inhibitio namque*, cũ qua responsione Domini transierunt.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Romana donationis.

Mercurij 9. Martij 1665.

ARGVMENTVM.

Alimenta an à filijs in concursu creditorum super bonis paternis prætendi valeant, & ex cuius rei fructibus debeantur. Nepoti ex bonis fideicommissi auiti etiam in concursu creditorum patris viuentis debentur.

SVMMARIVM.

1 *Locorum montium dominium transfertur in eum, cui in satisfactionem sui crediti assignata fuerunt.*
Et hoc procedit quando promissio facta fuit in quantitate, & deinde res æstimata pro solutione assignatur, & nu. 2.
3 *Alimenta à filijs in concursu creditorum super bonis paternis prætendi nequeunt.*
4 *Subrogatum assumit naturam illius, in cuius locum subrogatur.*
5 *Nepoti alimenta debentur ex fideicommisso auito, etiam in concursu creditorum patris viuentis.*
6 *Filio nulla datur prælatio ex causa alimentorum super bonis paternis in concursu creditorum.*
7 *Alimenta ex cuius rei fructibus debeantur, & numer. 9.*
8 *Fructus rei, super qua litigatur perpendi debent in alimentis decernendis.*
10 *Filius potest compellere granatam pro summa fideicommissaria assecuratione.*
11 *Bald. in l. 2. ff in fraud. patr. & alij explicatur.*

DECISIO CDLXXXII.

SVB die 22. Martij proximè præteriti coram me decisum fuit Alimenta esse subministranda ex fructibus locorum Montium de quibus agitur, cum supposito quod mediante subrogatione eorum, in locum Mercium assignatarum à Guido Iordano Gaspari in satisfactionem donationis scutorũ 22. mil. præstationi dd. Alimentorum essent obnoxia fauore filiorum eiusdem Gasparis, quibus post mortem Patris suffragari donationem prætenditur ex decisionibus super puncto principali editis. Sed hodie DD. ad Trutinam reuocata quæstione facti, & Iuris super hoc articulo melius elucidata existimarunt esse recedendũ à decisis.

Vera enim facti species hæc est, quod Merces Fundacales, præuia illarum æstimatione fuerunt consignatæ Gaspari pro solutione, & satisfactione summæ donatæ, secuta verò venditione dictarum Mercium ad instantiã Creditorum Gasparis de earum pretio empta sũt loca Montium, & in earum locum subrogata, vt ex litteris parẽtibus apparet, in quo aduertendum est, argumentum subrogationis valere quidem de locis Montium ad Merces, non item de Mercibus ad tumuiam donatam

in fcut.

ia ſcut. 22. mil. quia inter eas nulla datur ſubrogatio, quinimmò conſtat prædictas Merces datas fuiſſe æſtimatas pro ſolutione, & ſatisfactione ſummæ donatæ in quãtitate ſcut. 22. mil. *vt in Summario R. P. D. Gaſſaldi præce-*
1 *dentis poſit. num. 1.*, & conſequenter † earum dominium translatum fuiſſe in Gaſparem, *l. quotics, C. de iur. dot. Surdus conſ. 235. nn. 2. Honded. conſ. 14. num. 43. lib. 1. Rota deciſ. 402. nn. 5. part. 9.*
2 *recent.* quę † concluſio ſine difficultate admittitur, quando promiſſio eſt facta in quantitate, & deindè res æſtimata pro ſolutione aſſignatur, *Natt. conſ 650. num. 3. Roland. conſ. 86. nn. 5 & ſeqq lib. 4. Seraph. deciſ. 1207., & deciſ. 1312. numer. 1. & 2. cum alijs per Adden. ad Gregor. deciſion. 573. numer. 16., & in deciſ. 52. num. 2. part. 6. recent.* prout in præſenti caſu, quo donatio facta eſt ſcut. 22. mil. non in rebus Fundacalibus, ſed in pecunia, vt firmauit *Rota ſuper puncto principali coram Reuerendiſſ. Papien. 14. Maij 1657. §. alia coniectura*

In qua facti veritate ſic poſita DD. conſiderabant optimè fundari iuris concluſionem quod nempè dum dictæ Merces, erant in bo-
3 nis Gaſparis ex præfatis, ſicut † alimenta ſuper illis prætend. non poterant ab ipſius filijs in concurſu Creditorum, iuxtà *doctr. Bart. in l. Creditor qui potior. 12. in princ. ff. qui pot. in pign. Surdus de alim. tit. 1. quæſt. 94. in fin. nn. 14. Salgad. Labyr. Creditorum part. 1. cap. 24 numer. 119. Rain. conſ. 136. nu. 5. lib. 4. Alex. conſ. 85. num. 1. lib. 3. cum plurib. adduct.* penès *Gratian. diſcept. 306. num. 1. & ſeqq. Rota in Romana Alimentorum 2. Iunij 1638. coram Buccabella, & in Narnien. Bonorum 23. Martij 1659. coram Reuerendiſſimo Papien.*

4 Ita nec etiam † ſuper locis Montium, quæ in locum Mercium ſunt ſubrogata ex argumento in ſubrogatis recepto, de quo *Natt. conſ. 346. nun. 3. verſ. & quod ſubrogatum, Laſ. conſ. 221. nn. 13. lib. 2. Gratian. diſcept 719. nu. 9. & ſeqq. Rot. dec. 122. nu. 1. part. 5. & dec. 232. num. 9. part. 8. recent.*

5 Nec obſtat, Alimenta † deberi Nepoti ex bonis fideicommiſſi Auiti etiam in concurſu Creditorum Patris viuentis ex allegat. in *deciſione edita ſuper hoc articulo Alimentorum 15. Iunii 1663. §. nec refert, coram Reu. Patre D. meo Priolo.*

Quia ex multiplici reſponſione vis obiecti remoueri viſa eſt DD. Primò, quod præfata concluſio ceſſat in præſenti caſu in quo non adſunt bona fideicommiſſi Auiti, quia nec Merces Fundacales præfatæ, nec loca Montium in earum locum ſubrogata, de hac qualitate veſtiri poſſunt, dum donatio Aui conſiſtit in quantitate tranſitoria, vt prætenditur, ad Nepotes poſt mortem eorum Patris. Vndè eſto, quod bona Patris viuentis: dici poſſint hypothecata pro dicta quantitate reſtituenda filijs ipſi ſuperſtitibus, exindè tamen nulla iuris ratione tamquam Auita qualificari poſſunt, ſed cenſentur propria bona Patris,
6 ſuper † quibus nulla datur prælatio filijs ex cauſa alimentorum, in præiudicium Creditorum, vt ſatis ſuperque firmatum fuit ſuprà in *§. In qua facti veritate.*

Secundò, quod in præſenti caſu eſt in controuerſia ſumma donata, non autem bona propria Gaſparis ſolum obligati in quantitate, & non in ſpecie, proindèque cum loca Montium ſubrogata Mercibus ſint ex ſuperius deductis in proprio dominio dicti Gaſparis, ſequitur, quod ſuper illorum fructibus,
7 præſtatio alimentorum non competat. † Alimenta enim non aliundè debentur, quàm ex fructibus rei in controuerſiam deductæ, *Adden. ad Buratt. dec. 707. num. 11. & alii in vltima dec. §. Stante, coram me.*

Atque hinc reſultat tertia reſponſio, quod dum in propoſito caſu, nõ litigatur de re fructifera, ſed de vocatione filiorum ex propria perſona ad ſummam donatam in quantitate ſcut. 22. mil. de ſui natura infructifera, non procedit regula in decernendis alimentis dari
8 ſolita, † quod perpendatur fructus rei ſuper qua litigatur, *Bald. in l. voluntatis num. 4. C. de fideicommiſſ. Angel. in l. quibus bonis num. 2. ff. de ceſſ. bonor. Roman. conſ. 110. num. 31. verſ. præterea, Alex. conſ. 77. num. 5. lib. 5. Rota deciſ. 470. num. 6. part. 2.*
9 *recent.* & † ex illis alimenta præſtari debeant, *l. fin. §. non ſi talis, C. de ord. cogn.* ibique *Bald. numer. 4. Salycet. numer 2. verſ. nota benè, Curt. de ſequeſtr. part. 1. numer. 10.* quos *Rota* ſequitur ex notat. per *Adden. ad Buratt. dicta deciſ. 707. numer. 11.*

Quartò, quod filij eſto quod eſſent vocati ex propria perſona in donatione facta ab Auo de ſcut. 22. mil. eueniente caſu purificationis per obitum Patris ius tantum habebunt ad petendam dictam quantitatem in bonis Patris, vt prætenditur pro ea hypothecatis, cum nulla ſpecies ſit in obligatione iuxt. diſtinctionem, quam admittit Rota in caſibus, vbi agitur de ſolutionibus faciendis in ſpecie, vel in quantitate *deciſ. 232. num. 3. & 7. part. 8. recent., cum pluribus ibi adduct.*, & donec illorum ius euentuale, eſt in pendente nudi redditus valent quantitatem donatam vel fructus præ-
10 dere, quia † Pater licet grauatus poſt mortem reſtituere, interim eſt verus Dominus, ſed ſolum poſſunt grauatum compellere pro aſſecuratione ſummæ fideicommiſſariæ, ex tradit. apud *Peregr. de fideicomm. artic. 40. numer. 10.* & firmatur in *Camerinen. fideicommiſſi 21. Maii 1649. coram bon. mem. Dunozetto, ad text. in l. filio, ff. vt legat, vel fideicomm. non caucat.*

11 Nec prædictis obſtant † *Bald. in l. 2. C. ſi infraud. patr. Coſt. de remed. ſubſid. remed. 4. numer. 6. Boer. deciſ. 7. Rota deciſ. 51., & 125. part. 4. recentior. exaduerſo allegat.* Quia vel loquuntur de bonis aduentitijs filiorum, vel de Patre diſſipante bona, ſiuè propria, ſiue fideicommiſſaria, quique propterea cogitur aſſignare alimenta filijs, qui caſus à præſenti ſunt totaliter diuerſi, & conſequenter non applicandi.

Ex quibus patet alimẽta non deberi ex fructibus dictorum locorum Montium, ſiuè ea prætendãtur à filijs Gaſparis, vt deſcendẽtibus ab Auo donatore, ſiuè vti Pauperibus collitigantibus.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Beneuentana Iurisdictionis.

Mercurij 9. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Terra illius Diœcesis esse præsumitur à qua circundatur, quando nullus comparet, qui prætendat, illam esse de sua Diœcesi. Actus Iurisdictionis in solos subditos exerceri possunt. Priuilegium locale non patitur extensionem Laici Iuris spiritualitatis sunt prorsus incapaces.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam exercendi omnimodam iurisdictionem intra suam Diœcesim non solum ex Sacrorum Canonum dispositione, sed etiam ex Concil. Trid. sess.6.c.5. sess.7.c.8. sess.14.cap.2.& 3.& sess.21.c.18. de reform. & num. 2.*

3 *Papa spectat tantum territorii separatio.*

4 *Terra præsumitur esse illius Diœcesis, à qua circũdatur.*

5 *Amplia si non compareat vllus, qui prætendat illam esse de sua Diœcesi.*

6 *Confessio emanata ab interesse in causa habentibus contra ipsos plenam probationem constituunt.*

7 *Enunciatiua ab interesse in causa habentibus emissa regulariter non probant.*
Limita vt num.8.

9 *Actus Iurisdictionales in subditos solum exerceri possunt.*

10 *Episcopi actus iurisdictionales in aliqua terra exercentis iurisdictioni subiecta, ea censetur.*

11 *Abbate Clericos ordinante, Presbyteros excommunicante sine contradictione alicuius Episcopi infertur ad omnimodam illius iurisdictionem ac si loca essent nullius Diœcesis.*

12 *Priuilegium vni concessum extensionem ad alium non patitur.*

13 *Episcopi iurisdictio sublata non censetur si Papa in priuilegio exemptionis inferiori collatori concesso non separet locum ab Episcopi Diœcesi, ita vt collatos se tanquam ordinarius gerat.*

14 *Verba priuilegii iurisdictionem in Abbatem transferentis debent esse clara.*

15 Decisio in Montis Cassinen. Iurisdictionis 22. Martij 1651. coram Bichio *declaratur.*

16 *Laicus iuris spiritualis est prorsus incapax, & numer. 17.*

18 *Actus iurisdictionales per Abbatem exerciti non præiudicant Episcopi iurisdictioni, quoties non cõstat de illis Episcopum habuisse notitiam.*
Amplia vt num. 19.

DECISIO CDLXXXIII.

INTER alias Terras prope Ciuitatem Beneuentanam positas adest illa S. Georgij, in qua vti subiecta Monasterio S. Modesti Congregationis Lateranensis prætendente illius Abbate exercere Iurisdictionem spiritualem priuatiuè quoad Reuerendissimũ Archiepiscopum, fuit ad huius instantiam commissa causa in Rota, quæ, omisso Attentatorum, & manutentionis Articulo, voluit deueniri ad discussionem boni iuris, & hodie proposito dubio, de eo ad fauorem d. Archiepiscopi constare respondit, quia eo ipso quod d. Terra S. Georgij sita est intra limites Archie-
2 piscopatus Beneuentani habet † ille intentionem fundatam exercendi omnimodam Iurisdictionem spiritualem nedum ex Sacrorum Canonum dispositione, *vt in cap. conquerente 16. de offic. ordin. cap. cum Episcopus 7. eodem tit. in 6. cap. omnes Basilica 16. quæst. 7. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 11. nu. 2. & 3.* † sed etiam in vim Decretorum *Sac. Conc. Trid. sess. 6. cap. 5. sess. 7. ca. 8, & sess. 14. cap. 2. & 3. & sess. 21. cap. 18. de reform. Rota decis. 41. num. 2. part. 5. rec. in alia Beneuentana Iurisdictionis 31. Ianuarii* 1656. § *sed his non obstãtibus coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Toletana Iurisdictionis 9. Maii* 1659. § *iustificata ex his coram me.*

Esse autem præfatam Terram positam intra limites dicti Archiepiscopatus stat *in primis* Iuris præsumptio, secundum quam cum quilibet locus, & Ecclesia censeatur esse in aliqua Diœcesi nisi appareat de separatione
3 territorii facta à Pontifice, † ad quem solum id spectat *cap. si Papa 10. de priuileg. in 6.* Doctores, & præcipuè *Abb. in cap. cum contingat. 13. n. 18. de for. competen. Gratian. discept. foren. cap. 212.*
4 *nu. 7.* talis † præsumptio militat pro Archiepiscopo Beneuentano viciniori, & à cuius Diœcesi dicta Terra circumdatur, *cap. cum persona de priuileg. in 6. Natta cons. 675. num. 17. Rota coram bon. mem. Buratt. decis. 378. num. 1. cum seqq. & in Aprutina Iurisdictionis 6. Martii* 1662. *coram*
5 *me*, §. *quod autem*, & quia † nullus comparet, qui prætendat illam esse de sua Diœcesi, vt aduertit *Rota in mox citata decis. 578. Buratt. numer. 30. & in recent. decis. 130. num. 4. cum sequen. part 8.*

Sed & vltra Iuris præsumptionem iustificatur ex pluribus geminatis confessionibus antiquorum & moderni Abbatis, & Monachorum emissis in Institutionibus relatis ipsorum *Summario à num.* 2. ac in actu publico renunciationis liti capitulariter de anno 1660. facto, in quibus omnibus ingenuè fatentur situatio-
6 nem dictæ Terræ in Diœcesi Beneuentana, † quæ cõfessiones emanatæ ab ipsis Abbatibus benè informatis plenam probationem faciũt *l. proinde la fecõda §. notandum ff. ad l. Aquilian. cap. vltimo de confess.* aliique in specie adhunc effectum allegati in *dicta decisione 578. numer. 4. bon. mem. Buratt. decis. 130. numer. 7. part. 8. & in sua Toletana Iurisdictionis coram me*, §. *rursus in fine.*

Deducitur tertio loco situationis probatio ab innumeris enunciatiuis Archiepiscoporũ Beneuentanorum in Instrumentis, & Actibus per ipsos ab anno 1535. citra relatis in hodierno *Summario numer.* 3. non obstante quod
7 sint prolatæ ab ipsis interesse habentibus, & †
8 ideò regulariter non probent, quia † cum sint in tanto numero, & antiquissimæ, plu-

resque

resque emisse in actu proportionabili Iurisdictioni Archiepiscopi, vtique constituunt sufficientem probationem, alias maximè concurrentibus, *Rota coram Penia dec. 343. nu. 10. & 11. Sanctæ Venetian. impress. & in dicta dec. 130. n. 8. part. 8. rec.*

Valdè demum conferunt ad huiusmodi situationem probandam Actus Iurisdictionales ab Archiepiscopis pro tempore gesti ab anno 1520. vsque ad hanc litem, qui † cum in subditos solum exerceri possint, *ad text. in cap. cum contingat vbi num. 33. de for. competen. cap. conquerente ibique Doctores de off. ordinar. Rota dec. 797. sub num. 2. part. 4. diuers. & sæpè citatis decisionibus 578. num. 11. Buratti, & 130. pariter num.* 10 *11. part. 8. recent.* Inde † sequitur subiectio dictæ Terræ Iurisdictioni Archiepiscopi hos actus exercentis, *Bald. in cap. cum causam num. 9. vers. item per exercitia de probation. Abb. in cap. 1. nu. 3. de relig. domib. Rota dec. 110. num. 9. part. 9. rec., & in practica Aprutina, Iurisdictionis coram me, §. Conferunt etiam.*

Posita igitur situatione Terræ in Diœcesi Beneuentana Iuris assistentia inde fauore Archiepiscopi retinitur ad effectum exercendi Iurisdictionem ex in principio citatis, non obstant Priuilegia per Summos Pontifices Alexandrum, & Clementem Tertios de annis 1172. & 1195. concessa Abbati, & Canonicis Sancti Modesti, relata in hodierno *Summario Abbatis num. 1. & 2.* in quibus, suscepto sub Beati Petri, & Apostolica Protectione Monasterio, & confirmatio acquisitionibus Bonorum, mediante Principum donatione, vel fidelium oblatione factis, eadem Bona, & Ecclesias in Ciuitate Beneuentana, ac extra positas, & possessas cum facultate ordinandi Clericos illosque, & Sacerdotes excommunicandi absque contradictione alicuius Episcopi Monasterio præfato subiectarunt, liberaque, 31 & immunia esse declararunt, & his † attentis inferebatur ad omnimodam Iurisdictionem Abbatis ac si loca, & Ecclesiæ essēt nullius Diœcesis, *dicto cap. si Papa de priuileg. in 6. Gemin. in cap. cum Episcopus num. 4. de offic. ordinarij eodem lib. 6. Marestott. variar. resol. lib. 1. cap. 33. num. 9. Rota in Montis Calsinen. Iurisdictionis 27. Martij 1651. coram bon. mem. Bichio, & in dicta Toletana Iurisdictionis coram me, §. nec obstat, quod hæc cessent,* nam ex duplici capite eliditur prætensa subiectio, quæ constituat locum nullius Diœcesis; Vno videlicet quia vt ex lectura patet, priuilegia sunt restricta ad Ecclesias Sanctorum Anastatij, Angeli, & Nicolai, ibi specificè nominatas, nulla facta mentione 32 Ecclesiæ, & Terræ Sancti Georgij, vnde † ad hanc extendi non possunt *cap. per exemptionem, vbi Gemin. num. 5. Franch. num. 3. vers. quinò nota, de priuileg. in 6. Rota decis. 150. num. 6. part. 1. rec.* & nouissimè in præcitis terminis *in Capuana Parochialium 15. Febr. proximè præteriti coram me, §. exclusa ex his*; Altero, & fortiori, quia ad acquirendam Iurisdictionem contra Ordinarium loci habentem Iuris assistentiam opus est, quod Papa in Priuilegijs exemptionem inferiori Collatori concessis separet locum à Diœc. Episcopi, itaut Col[illegible] 33 quam Ordinarius, alias † [illegible] biata Ordinaria Iurisdictio Episcopo, &c. priuilegia suffragantur, *Felin. in cap. [illegible] num. 2. de offic. ordin. Rota decis. 207. in fi. part. 2. diuers. cum alijs congestis in dicta Toletana, Iurisdictionis sub §. quoniam illud vers. sed tota quæstio, &* 21. 34 *May* 1660. §. *Non enim subsistit*, vbi † quod ad huius effectum requirantur verba clara, *& in eadem Capuana Parochialium d. §. exclusa ex his.*

15 Quibus non aduersatur † *decisio in Montis Calsinen. Iurisdictionis 22. Martij* 1651. *coram bonæ memoriæ Bichio in obiecto allegatas*, non solum quia Priuilegium exhibitum indistinctè loquebatur de Ecclesia in controuersiam deducta, sed etiam quia plurimi concurrebant, & signanter Prohibitio cuilibet facta exercēdi Iurisdictionem in dicta Ecclesia, ex quibus insurgebat constitutio Territorij separati necessarij, quæ penitus hic deficit. 1

Nec, sublatis Priuilegijs Apostolicis, vis aliqua fieri potest in illis Pandulphi, & Gandulphi Longobardorum Principum continēte Confirmationem huius Ecclesiæ Sancti Georgij, & aliorum ab Abbate Sancti Modesti, tunc possessarum; quia vltra obiectam 16 infirmitatem, cum illi † essent Principes sæculares iuris spiritualitatis penitus incapaces, *cap. Messana de elect. cap. Pastoralis, de donat. Rota decision. 220. num. 8. part. 3. recent.* respectu talis iuris, quo carebant, ad nihil deseruit Con- 17 firmatio; † Sed intelligi tolum modo possunt ad ius temporale, & materiale à spiritualitate diuersum, *Paris. de resignat. lib. 3. quæst. 1. num. 48. & alijs congestis*, in specie fuit responsum *in dicta Capuana Parochialium, §. Nec pro subiecta.*

Minus visum fuit posse Abbati suffraga- 18 ri † Actus Iurisdictionales, quos docuit exercuisse in dicta Terra, & Ecclesia, nam omisso defectu legitimæ extractionis illorum a proprio Archiuio Abbatis, & lite pendente, non citato Archiepiscopo cum fiat gesti in illius Diœcesi, & non constet de illis Archiepiscopum notitiam habuisse non potuit aliquod ius in præiudicium Iurisdictionis illius acquiri, *l. 2. C. de ferun. & aqua, Abb. in cap. olim il 3. num. 3. & 12. de restitution. spoliator. Luther. de re beneficiar. lib. 2. quæst. 19. num. 34. Rota coram Comitul. decis. 138. num. 12. & decis. 900. numer. 14. part. 4. tom. 3. recent. in Toletana Iurisdictionis 21. Maij* 1660. §. *Cæterum nec in facto, in fine, & in dicta Capuana §. non obstant contraria visitationes*, maximè in concursu illorum, qui dantur ab Archiepiscopo longè excedentes deductos ab 19 Abbate, † & sunt attendendi ratione assistentiæ Iuris. *Innoc. in cap. auditis num. 4. de præsumpt.* cum concordantibus congestis in supracitata *Beneuentana Iurisdictionis 31. Ianuarij* 1656. §. *indeque coram Reuerendissimo Domino meo Dec.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO.

Nunc. S. R. Eccles. Cardinali.

Romana Fructuum Census.

Mercurij 9. Junij 1666.

ARGVMENTVM.

Actio dotalis extinguitur per fundorum dotalium recuperationem. Res tradita in dotem quotiescumque euincatur ‡, datur mulieri ad primæua iura regressus. Dos post mortem mulieris dotatæ patrimonium eius filiorum efficitur.

SVMMARIVM.

1 *Dos eadem secundo viro constituta confertur, quæ prima.*

2 *Priuilegium quod actioni de dote datur prodesse mulieri agenti, vel excipienti ob suum creditum dotale, secus postquam ipsa de sua dote plene fuit satisfacta & num. 3. & 4.*

5 *Actio dotalis extinguitur per recuperationem fundorum dotalium.*

6 *Obligatio vxoris resoluitur in simplicem fideiussionem.*

7 Fontanell. Guttier. & Merlin. declarantur.

8 *Res in dotem tradita si euincatur datur mulieri regressus ad primæua iura, & ad priorem hypothecam.*

9 *Dos post mortem dotata non potest amplius dici dos, sed statim efficitur patrimonium filiorum & nu. 10*

DECISIO CDLXXXIV.

ITERVM DD. confirmando resolutionẽ captam coram me sub die 27. Ianuarij præteriti responderunt cautelam ab Hilario, & fratribus intimata nõ impedire executionem mandati ab Agata, & Hieronymo de Grottis obtenti contra bona hæreditaria Ioannis Senioris de Ciarlantibus. Quoniam creditum cuius vigore prætendunt possidere bona specificata in cautela detectum fuit posterius credito census impositi de anno 1614. pro cuius fructibus relaxatum erat mandatum.

Illud enim solum consistit in relevatione præcensa ab hæreditate Ioannis cõmunis debitoris, cuius præcipuum onus erat dotandi Timotheam filiam quæ dotem postea consequuta fuit mediante assignatione duarum ex tribus domunculis dotalibus Margaritæ, ideo vel originem debet sumere à die factæ assignationis, quod fuit de anno 1635, vel ad summum à tempore quo Ioannes vna cum Margarita Timotheæ dotem scut. 7000. sponderat quod fuit de anno 1620. & vtroque modo acceptum remanet posterius credito census impositi de anno 1614.

Nec visum fuit sumi posse anterioritatẽ ab anno 1591. à quo contractum fuit matrimonium inter Margaritã, & Ioannem cui constituta cẽsetur eadem dos tradita primo Viro

1 ex *tex. in l. dotem 30. ff. de Iur. dot.* nam tale priuilegiũ quod actioni de dote datur ex *tex. in §. vt plenius C. de rei Vxor act.* prodesse quidem

3 posset Mulieri agenti †, vel excipienti de retentione ob suum creditum dotale secus vero

4 postquam ipsa vt in casu præsenti de sua dote plene satisfacta fuit per recuperationem fundorum dotalium quod ex eo præcipuè appareat quia ipsa Margarita in confectione Inuentarij quod vti Tutrix facere profitetur de omnibus bonis repertis in hereditate Ioannis Viri, has domus dotales quas reassumpserat nõ descripsit ob quam recuperationem omnis dotalis actio penitus extincta fuit *ad glos. in l. vnica §. cum autem in exactione in verbo restituendis C. de rei vxor act. Rot. decis. 14. numer. 15. part. 4. tom. 3. rec.*

Quo circa illius hæres ob damna passa vigore præcedentis obligationis factę à Margarita vna cum Viro dotandi Timotheã agere, vel excipere potiet ex nouo iure siuè actione quæ resultat *ex l. fin. C. de dot. promiss.* dis-

6 ponente talem † obligationẽ respectiue Vxoris resolui in simplicem fideiussionem non autem ex primæua actione dotali iam sublata

7 Hinc non applicãtur auctoritates *Fontanell. Guttier. & Merl. in tract. de pign. in præterita decis. in §. & quatenus* pro obiecto adductę quoniam illæ procedunt in primo casu quando mulier vna cum Viro consensit alienationi rei dotalis pro cuius reintegratione agit ad pretium, quod bene dicant bene peti posse ex actione ex stipulatu celebrati contractus dotis non vero à tempore rei alienatæ quo ad ipsum pervenit, sed nihil firmant in casu nostro quo præcessit plena satisfactio dotis per reassumptionem fundorum dotalium & postea agitur, vel excipitur ex noua actione.

Et ratio differentiæ est quia in primo casu sublata non fuit, sed adhuc firma remanebat prima obligatio Viri, vt expresse innuunt DD. allegati in secundo verò penitus sublata remansit, vt dictum est.

Minus refragatur, quod ex alio dotis priuilegio quotiescumque res in dotem tradita

8 euincatur causa reducitur ad non causam, vt detur regressus ad primæua iura & ad priorẽ hipotecã *ex tex. in l. qui res 98. ff. de solut. Alexand. cons. 26. num. 12. vers. 2. lib. 1.* Quia corpora dotalia non fuerunt euicta, seu solum à Gaudentio, & alijs de Ciarlantibus hæredibus Margaritæ assignata Timotheæ, qui vti erant etiã hæredes Ioannis, & ex bonis vtriusque parentis constitutum habebant vnicum patrimonium & pro solutione vnica debiti maluerũt assignare domos ex Matris hæreditate prouenientes potius quam alia corpora hæreditaria Patris non enim dici potest acquisiuisse actionem aliquam priuilegiatam ex dote.

Præsertim cum eo tempore bona præfati omnia dotis priuilegia amiserant dum post o-

9 bitum Margaritę Matris non dicitur amplius dos vt probatur *ex tex. in l. 3. ff. de Iur. dot. & in l. fin. C. de donat. ante nupt.* sed statim efficitur pa-

10 trimonium filiorum *l. 1. §. veteres ff. de acquir. possess. Cravv. §. hæreditas quæst. 2. nu. 1. & in specie cum alijs adductis Soccin. sen. cons. 121. num. 6. Et*

in

in Romana fideicom. dy Boncompagnis post Penzon. dec. 140. vers quia mortua.

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO

Nunc. S. R. Eccles. Cardinali.

Auenionen Fidicommissi.

Mercurij 9. Iunij 1665.

ARGVMENTVM.

Remissoria ex capite irrelevantiæ etiam in profanis non conceditur, etiam quando probare quis intendit per testes, quod probare potest per scripturas.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur ad probandum id per testes, quod per scripturas probari potest.*

2 *Remissoria ex capite irrelevantiæ etiam in profanis non conceditur.*

3 *Hæres defuncti factum seruare tenetur.*

4 *Iuris ea quæ sunt, & à solo iudice dependent ipse ex propria peritia ex legis dispositione decidit.*

5 *Examen in materia subtractionis scripturarum in actis productarum non admittitur, nisi magnus fumus materiæ articulatæ concurrat.*

6 *Compulsoria cessante relevantia obtineri negatur.*

DECISIO CDLXXXV

FRANCISCVS de Rodes comprehensus in fideicommisso ordinato per Ioannem tanquam Pronepos descendens ex Michaele secundo genito eiusdem Testatoris petiit immissionem super domo fideicommissaria retenta per Catherinam de Rodes illamque per duas sententias obtinuit prius coram D. Auditore Auenionis, & postea in Rota coram R. P. D. Emerix; prætendente autem Catherina huiusmodi domum ab ipsa detineri liberã ab onere fideicommissi vigore legati facti per Franciscam Lopez vxorẽ Testatoris fauore Bernardini Primogeniti à quo ipsa descendit super pluribus articulis nuper exhibitis petiit remissoriam & insuper compulsoriã speciarẽ pro extrahendo secundo testamento eiusdem Franciscæ, sed neutram esse concedendam Rot. hodie respondit.

Respectu enim primi, & secundi articuli, vbi ponitur quod Ioannes Testator in Codicillis reliquerit domum quoad vsum fructum Franciscæ eius Vxori, & quoad proprietatem vni ex tribus filijs ab eade Vxore nominandis, quoique ipsa de anno 1587. reuocando aliud testamentum prælegauit eãdem domum Bernardino remissoria concedi nõ debet cum totum id probari possit per vtrumque Testamentum Ioannis, & Franciscæ tritum est enim remissoriã non cõcedi ad probãd per Testes quod potest probari per scripturas iuxta
1 decisionem *Bellamer. 9. num. 7. de rescript.* Card. *Cabal. dec. 3. num. 1. & in Valentina Decimarum 24 Ianuarij 1656. §. quod pariter coram me.*

Quatenus verò tertio loco articulatur quod dum Franciscus voluit prælegatũ domus esse præcipuum Bernardini vigore dedecisionis præcipuum iuris communem vium loquendi in Ciuitate Auenion. ñ intelligi debeat vt domum ipsi prælegauerit liberã, & francam ab omni onere etiã fideicommissi: dictis enim hac probatione non releuaret cum Francisca esset simplex vsufructuaria domus prædictæ eius vita durante non videtur potuisse per suã dispositionem præiudicare in proprietate fideicommissi venientibus independenter ab ipsa ex eorum propria persona vigore testamenti Ioannis, ex capite namque irrelevantiæ
2 etiam in profanis remissoria concedi nonã solet *Burat. dec. 317. num. 4. & in Pampilonen. Vicarie de stella 3. Iunij 1644. §. alia vero coram me.*

Quartus & quintus articulus continentes, quod cum Authores Francisci de Rodes fuerint heredes Francisca de Lopes, & nullum inuentarium confecerunt, tunc fuerint confulæ actiones † 3 & per consequens idem D. Franciscus teneatur ratificare factum defunctæ, nec valet super domo cõtrouersa aliquod petere fideicommissum, verum cum hoc non respiciat aliquod factum, quod subiaceat oculis seu notitiæ Testium nõ est locus remissoriæ, etenim quæ iuris sunt & à solo iudice dependent iudex propria peritia ex legis 4 dispositione decidit nõ autem iuxta Testium opinionem, & credulitatem per *text. in cap. 1. de confess. in 6. Rot. in rec. dec. 212. num. 4. cum alijs allegatis in Valentina Parochialis 1647. §. Calumniosos coram me.*

Irrelevantes quoque visi fuerũt cæteri quatuor articuli in quibus ponitur quod secundũ Testamentũ Franciscæ conditum de ann. 1585 fuerit productum in actis per Pompeum de Rodes, & postea ab eodem Pompeo subtractum ponendo in eius locum primum testamentum anni 1580. quia cum Franciscus nullam habeat causam ab eodem Pompeo nec prosequatur iudicium ab ipso inchoatũ sed nouum iudicium ex propria persona tanquam vocatus ad fidei cõmissũ Ioannis intentauerit nullum debet præiudicium sentire ex gestis à tertio in causa diuisa circa quod in hac materia subtractionis scripturarum in actis productarũ tanquam obiectiua non admittitur examen nisi concurrat magnus fumus materiæ articulatæ ex congestis *in Cremonen. Parochialis 15. Iunij 1646. coram R. P. D. Albergato.*

Quo vero ad compulsoriã specialem DD. illã denegarunt quia ex superius narratis parum videtur releuare ad effectum de quo agitur testamentum Franciscæ pro eius extra-
6 ctione illa fuit petita deficiente enim relevantia nec esset alterum ex requisitis ad compulsoriam obtinendam necessarijs, vt tradit *Gratian. de iudicijs lib. 2. cap. 18. num. 803. Merlin. dec. 596. num. 1.*

Ita vtraque &c.

R. P. D.

R. P. D. CARPINEO

Nunc S. R. E. Cardinali.

Romana Census.

Veneris 18. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Bannitus ea quæ sunt iuris communis ex summorum Pontificum constitutionibus amittit & illius actiones tam actiuæ, quam passiuæ in fiscum transeunt, qui in morte ciuili per repræsentationem bannito non succedit, sed per extinctionem personæ, & alia de quibus in summario.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quando ad subhastationem nulliter procedit, videtur facultate priuata procedere, & possessor aduersus factum illius manutenerí debet.*
2 *Procurator aliquas in iudicio faciens comparitiones, non potest argui quod habuerit mandatum.*
3 *Mandatum expressum, & præsumptum expirat per superuenientem bannum capitale constituentis.*
4 *Bannitus reputatur ciuiliter mortuus.*
5 *Bannitus omnia, quæ iuris sunt amittit.*
6 *Actiones tam actiuæ, quam passiuæ bannitι in fiscum transeunt.*
7 *Sententia potius ob contumaciam, quam ob crimen lata non irrogat statim infamiæ notam, nec afficit condemnatum pœnis in sententia contentis.*
8 *Banniti confessio resultat ex ipsa contumacia, & habetur pro liquida probatione.*
9 *Sententia lata ob contumaciam eosdem producit effectus contumaciales, quos produceret illa ob delictum.*
10 Decis. in Romana Canonicatus S. Angeli vltima Februarij 1657. coram Cotta *in quibus terminis loquatur.*
11 *Bannitus in sua contumacia perseverans non est capax nec ciuilis, nec naturalis possessionis.*
12 *Bannitus ex summorum Pontificum constitutionibus amittit ea quæ sunt Iuris communis.*
13 *Banniti bona quando fisci commodo applicata censeantur.*
14 *Bona banniti, vt fisco incorporata dicantur, necesse est vt inter bona Principis describantur. Secus quando fiscus bonorum possessionem acquasiuit, quia tunc descriptionis opus non est & nu. 15*
16 *Procurator per comparitionem licet vnicam efficitur dominus litis.*
17 *Procurator ne litis dominus effectus dicatur sufficit mandati siue expressi siue præsumpti defectus.*
18 *In Morte naturali constitutus repræsentatur per hæredem.*
19 *Fiscus in morte ciuili non succedit per repræsentationem, sed per extinctionem personæ.*
20 *Iudicium quando est inchoatum contra condemnatum expirat facta bonorum publicatione.*
21 *Citationes citatum adstringunt ad comparendum in loco banni.*
22 *Procuratorem quis mittere non tenetur habens legitima, & notoria impedimenta.*

DECISIO CDLXXXVI.

OB insanabilem defectum legitimæ citationis visum fuit Dominis non subsistneri deliberationem census ad instantiam ven. Societatis Sanctæ Mariæ Consolationis Vrbis vti Creditricis D. Marchionis Raimundi deliberati Petro vico, ita vt Marchioni ad illum competeret manutentio vt in decis. sub die 3. Iulij 1662. coram Reuerendiss. Vicecomite Archiepiscopo Ephesino extensa, a qua iisdem moti rationibus hodie non recesserunt

1 nam regulare est, quod vbi Iudex ad subhastationem nulliter procedit, videatur procedere facultate priuata, ac possessor aduersus factum illius sit manutenendus *Bart. in l. iuste possidet ff. de acquir. poss. Abb. in cap. conquerente num. 8. de restit. spoliat. Falin. in cap. dilectus il 1. vers. falit de rescript. & Fuit sæpius dictum in decis. Cæsar. de Graf. num. 4. de constit. Greg. 198. n. 10 & in Ferrarien. Vallium 5. Iunij 1613. §. non obstat coram fæl. mem. Innocentio 10.*

Nec dubitari potuit quin ita processum fuerit in hac subhastatione in qua legitimæ citationes, deficiunt parum suffragantibus illis executis Lælio Trebiano tanquam Procuratori, dum præcedenter, nec de illius mandato expresse constabat, nec inferri poterat ad præsumptum ex aliquibus comparitionibus

2 in aliis causis dum vltra illas, vel productio scripturarum exigeretur quas habere nō potuisset Procurator, nisi a constituente, vel quod facte fuissent expente cōsiderabiles *Iuxta vulgatam dec. 144. num. 5. Gregorij cum aliis circumstantiis dec. 110. Eminentiss. Ottbon. dec. 207. num. 11. post Pasib. de subhast.*

3 Et quodcumque mandatum † siue expressum siue præsumptum expirat per superueniens Bannum capitale D. Marchionis cum sequuta publicatione bonorum quæ efficit

4 vt ille reputetur ciuiliter mortuus *l. actione 65. §. vnius vers. publicatione ff. pro Socio, & l. si nec etiam §. si deportatus ff. de bon. liber. l. 1. §. quia habebat vers. deportatus enim ff de bon possess. cont.*

5 *Tab.* & consequenter omnia quæ Iuris sunt amiserit *Honded. cons. 33. num. 14. lib. 1. Rot. dec. 43. num. 28. part. 4. tom. 2. rec.* quamobrem

6 vt bene firmat decisio cum omnes actiones, tam actiuæ quam passiuæ in fiscum trāsijssent *sex. in glos. in l. si marito in princ. ff. solut. matr. & l. si vt proponas ff. de bonis præscript. & admonet, glos. in d. l. 2. vers. tutelæ Bald. cons. quod solum subscribit num. 4. & 5. lib. 5. §. fin. quæst. 787. nu. 23 prater alia congesta in dec. §. imo admissa.*

7 Nec obstat quod † sententia potius videatur ob contumaciam, quam ob crimen quod secundum opinionem Rotæ de qua in quinque decis. relatis post *Farin. in tit. de inquisit. quæst. 11. num. 92. & d. Ferrarien. Vallium 5. Iunij 1613. coram bon. mem. Innocentio 10. repet. post cons. Spad. 287. lib. 2. & in Perusina Pensionis 19. Iunii 1653. §. non refert. coram R. D. m. Decano* non irrogat in instanti infamiæ notā nec afficit condemnatum pœnis in sententia contentis, seu priuatione bonorum, quia vltra quod contrarium genus seruatur in praxi a Crimi-

nali-

nalistis qui contra absentes procedunt non ob solam contumaciam, sed vti confessos ex illa ficta confessione quæ resultat ex ipsa con-
8 tumacia, & habetur pro liquida † probatione, vt testatur *Poster. in sua prax. in 4 parte 3. partis in prine. vers. & si confitebuntur num. 28. & pluribus sequent.* & talem esse Vrbis, & fere totius Orbis generalem consuetudinem refert *Farin. loco citato num. 93. & plurib. sequent.* cessat vlterius obiectum ex eo quod durante
9 contumacia eoidem producit effectus contumaciales quos produceret illa ob delictum, vt aduertit Io. Baptista Spada *d. conf. 287. nu. 4.* decis. vero adductæ procedunt quando per cõparitionem contumacia purgata remansit,
10 vt in illa *Romana Canonicatus S. Angeli vltima Februarii 1567. coram Cotta & decis. 369. nu. 11. par. 1. diuers.*

11 Quamobrem dum tempore factæ deliberationis D. Marchio perseuerabat in sua contumacia non poterat esse capax, nec ciuilis, nec naturalis possessionis *Ruin. conf. 49. num. 5 lib. 5. Rot. coram Mant. dec. 245. num. 3.* ham Ban-
12 nitus ex constitutionibus summorum Pontificum amittit ea quæ sunt Iuris communis vt dixit *Rot. decis. 480. num. 74. par. 4. tom. 2. recent.*

Hinc sequitur, quod licet fiscus possessionem bonorum ad Marchionem spectantium non expectato anno adeptus fuisset, & ad sequestrationem etiam quarumcumque pecuniarum deuenerit dubitari exinde non possit quin eadem bona dicantur eidem applicata, & incorporata in patrimonium Principis, nã huiusmodi actus, qui infra annum gesti solam adnotationem, & sequestrum quodãmodo præseferunt illo elapso operantur, vt bona
13 fisci comodo applicata † remaneant, vt sunt elegantissimi *tex. in l. 1. ff. de requir. reis. l. 1. C. eodem tit. Farin. de inquisit. d. quæst. 11. num. 98. Merlin. Pignatellus contr. forens. cent. 2. cap. 21. num. 3.* parum obstante quod ad veram incorporatio-
14 nem inducendam necesse sit, vt bona publicata inter bona Principis describãtur *ad verb. text. in l. si quando de bon. vacant lib. 10.* quia nec
15 descriptionis opus, nec impressionis titulorum, vel insignium quando vt hic realem possessionem fiscus acquisitus fuit, vt notat Lucas de Penna in rubr. dicti tituli antecedentium & voluit etiam *Vermiglol. conf. 191. lib. 3. ac Rot. in decis. 197. ante num. 3. post 2. vol. Farin.*

Facili quoque negotio responsum fuit ad motiuum nouiter excitatum quod licet D. Marchio haberetur pro ciuiliter mortuo adhuc bene processum esset citato Trebiano,
16 qui per comparitionem † licet vnicam effectus erat Dominus litis ex decis. *Burat. 440. num. 2. cum aliis in Romana fideicom. de Spiritibus 14. Iunii 1645. §. iniustitia verò coram R. D. meo*
17 *Decano* defectus enim mandati siue expressi, siue præsumpti semper obstabat ne Trebianus efficereur Dominus litis, & quidquid esset
18 in morte naturali in qua constitutus repræsentatur per hæredem, secus vero in hac ciuili, in qua fiscus Bannito non succedit per re-
19 præsentationem, sed per extinctionem personæ, & per inde licet iudicium ceptum sit ante Bannum fiscus citari monent *scribentes omnes in l. si constante §. fin. ff. sol. matr. confirmat Abb. conf. 84. nu. 4.* vel quod iudicium inchoatum contra condemnatum expirat facta publicatione non debet agi contra fiscum, qui habet suos Iudices; prosequitur *Nauar. de elect. Far. quæst. 40. sess. 4. num. 5. & Rot. in Ferrarien. Pecuniaria 29. Ianuarii 1647. coram bon. mem. Pinouano*:

Ex prædictis patet neque etiam suffragari citationes executas per audientiam contradi-
21 ctarum quæ adstringunt † citatum ad comparendum in loco Banni cum non teneatur, sed vltionem morti offerre *ad text. in clem. 2. de fil. & re Iudicata*, & nec etiam per Procuratorem
22 comparere, quia vbi † impedimenta sunt legitima, & notoria quis non tenetur mittere Procuratorem ex latissime deductis per *Bero conf. 18. nu. 43. & seq. lib. 3. & admittit Vbert. de citat. part. 3. cap. 14. num. 45.* & huic obiecto alijs modo repetitis satisfacit decisio *in §. hinc non vrget*, cum qua ita Domini vtraque parte informante transierunt &c.

R. P. D. OTTALORA.

Romana seu Ianuen. Dotis.

Veneris 18. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Verba translatiua dominij tunc illud transferunt quando à vero domino fuerunt prolata. Viri negligentia in exactione dotis vxori præiudicium inferre nequit.

SVMMARIVM.

1 *Verba assegnano, cedono, e rinunciano actum perfectum cum translatione dominii, quando importent, & nu. 2.*

2 *Actus validus reputatur, quoties cumque non conparet, qui illum impugnet.*

4 *Iura quando nor. sunt propria promissoris non possunt assignari ea æstimatione, quæ faciat emptionem, & venditionem.*

5 *Fundamentum suæ intentionis quis probare debet.*

6 *Minister qui rationi bancharie præst ordines in libris scribere præsumitur.*

7 *Ministri descriptio non impugnata approbata censetur.*

8 *Viri, vel soceri negligentia in exigenda dote vxori, præiudicare non valet.*

DECISIO CDLXXXVII.

INFORMANTES pro Co: Octauio Costa non acquiescentes decisioni editæ coram me sub die 2. Decembris 1665. qua resolutum fuit ad fauorem Co: Mariæ relaxandum mandatum executiuum pro restitutione suæ dotis librarum 60. mil. Ianuen. iterum insistebant in eo quod non constaret de illius effectiua traditione præsertim quoad Iura Hi-

spa-

ſpaniarum & credita Mediolan. verum rationibus propoſitis non obſtantibus DD. ſtetêrunt in deciſis.

Non enim obſtat quod prædicta Iura, & Credita in dotem tradita Co: Mariæ non eſſent propria Philippi Cattanei eius Patris dotantis, ſed tamquam prouenientia ex hæreditate Cleriæ Pallauicinæ pertinerent ad ſeprem eius filios æqualiter hæredes inſtitutos. Vnde inferebatur effectiuam traditionem dd.
1 Iurium non probari ex illis verbis: † *Aſſegnano, cedono, e renunciano* relatis in Capitulis Matrimonialibus, & in deciſione perpenſis quæ tunc important actum perfectum cum translatione dominij quando bona aſſignata ſunt propria promiſſoris dotis non autem quando ſunt, vel ipſius Mulieris dotatæ, vel ad alios pertinent *Alex. conſ.* 118. *nu.* 1. *& ſeqq. lib.* 7. *Surd. conſ.* 155. *nn.* 91. *Rota dec.* 903. *verſ. non tamen poteſt coram Penia.*

Quia hoc obiectum ceſſat ex facto aduertendo quod dos non ſolum promiſſa fuit a Philippo Patre, ſed etiam à Nicolao & Cattaneo filijs d. Cleriæ in quibus tota hæreditas per Ius accreſcendi conſolidata fuit ob prædeceſſum aliorum quorum mors licet non
2 iuſtificetur ſufficit, † tamen quod alij non compareant ad contradicen. eidem aſſignationi, vt in ſimilibus Terminis reſpondit *Rota dec.* 262. *nn.* 13. *part.* 7. *rec. In Fauentina bonorum* 27. *Iunij* 1659. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in Romana fideicommiſſi de Pichis* 28. *Martij* 1664. §. *denum coram me*. Quapropter
3 ſubſiſtit concluſio quod præfata verba † *aſſegnano, cedono, e renunciano* ſint dominij tranſlatiua dum fuerunt prolata à dd. filijs Cleriæ plenum Ius, & dominium habentibus vt cõſuluerunt *Pariſ. conſil.* 33. *numer.* 26. *&* 27. *Corn. conſ.* 228. *numer.* 11. *Giurb. deciſion.* 24. *numer.* 19. *cum alijs relatis in deciſione quæ reuidetur* §. *Iuſtitia verò*.

Eadem reſponſione tollitur alterum obie-
4 ctum quod dum † præfata Iura non erãt propria promiſſoris Dotis non poterant aſſignari æſtimata ea æſtimatione quæ faceret emptionem, & venditionem ex allegata *deciſio.* 903. *coram Penia*. Nam vt ſupra dictum eſt. Conſtitutio dotis facta fuit non tãtum à Philippo verum etiam à Nicolao, & Catanco ad quos titulo hæreditario Clerię Matris integra peruenerant dicta Iura ob prædeceſſum aliorum filiorum Parum obſtante prohibitione facta in Teſtamento eiuſdem Clerię quod filij non poſſent de eorum portionibus libere diſponere niſi anno 25. completo. Quia tam Nicolaus quam Cattaneus de tempore aſſignationis dotis prędictam ætatem non exceſſerant vt conſtat ex corum propria confeſſione facta in Inſtrumento dotali dato in Sũ mario præteritæ poſitionis, & quamuis Cattaneus d. aſſignationem paulo poſt impugna-
5 uerit ex capite minoris ætatis † non tamẽ minoritatẽ probauit prout tenebatur tamquam ſuæ intentionis fundamentum *vulg. l. actor C. de probat.*

Effectiua translatio dd. Iurium Hiſpaniarũ in perſonam Comitis Octauij deſumpta ex eorum deſcriptione facta in libris mercantilibus eiuſdem Comitis à Manchellio eius Complementario vna cum fructuũ exactione pariter in deciſione ponderata in §. Iuſtitia vero non poteſt controuerti ex eo quod non conſtet huiuſmodi partitas fuiſſe ſcriptas de eius ordine. Nam cum Marchellius eſſet eius
6 Miniſter † & rationi Bancharię præeſſet ordo ſcribendi in dd. Libris præſumitur *l.* 1. *&* 5. *& l. quacumque* §. *non tamen ff. de Inſtit. act. Rota*
7 *Ianuen. deciſ.* 186. *num.* 4. maxime dum Octauius qui præ manibus continuo libros retinebat à dicta deſcriptione numquam reclamauit, Vnde illam approbaſſe cenſetur *l. ſi fil. famil.* 18. *ff. ad ſcn. Conſ. Maced. Rota diu. deciſion.* 811. *num.* 1. *& per tot part.* 1. *& in Romana Cambij* 4. *Februarij* 1665. §. *facultas coram me*.

Repetita oppoſitio ſuſpicionis antidatæ eo quia poſt mortem Octauij libri remanſerint penes Comitiſſam Mariã particulariter excluditur dum omnes partitæ ſcriptæ fuerunt ab eodem Marchellio defuncto 24. ab hinc annis Summario prçterito *n.* 6. Et ſic conſtante Matrimonio, & tempore non ſuſpecto, & in omnem caſum vrgent aliæ reſponſiones deciſionis quod promiſſio d. Translationis ap-
8 poſita fuerit ad Cauthelam quodque † negligentia Viri vel Soceri in procurandа tranſlatione nequeat Vxori prætudicare iuxta *Text. clarum in l. ſi extraneos C. de Iur. dot. in dicta deciſ. relatum.*

Quæ dicuntur de præſumpta ſatisfactione Comitiſſæ ratione adminiſtratæ hæreditatis Octauij tolluntur ex reſponſionibus datis in deciſ. quæ reuidetur in §. non obſtat, & in §. denique, quas DD. iterum complexi fuerunt.

Et ita Vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Leodien. Vnionis.

Lunæ 28. *Iunij* 1666.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus prætenſum à perſona potenti, in qua cãdit vſurpationis Suſpicio quomodò, ſit Iuſtificandum in hac deciſione pertractatur.

SVMMARIVM.

1 *Fatalia elapſo biennio ſunt prorogandа alias ſententia tranſit in iudicatum.*

2 *Res Iudicata ſtante validitate, & Iuſtitia Sententia vitari non poteſt.*

3 *Iuſpatronatus debet verificari ex fundatione, & dotatione, & nu.* 4. *&* 5.

6 *Iuſpatronatur quomodo ſit verificandum à perſona ſuſpecta de vſurpatione, & n.* 7. *&* 8.

9 *Reſeruatio conditionalis nihil probat non facto de adimplemento conditionis.*

10 *Impen-*

10 *Impensæ pro dotanda Ecclesia nil relevant, nisi Medietatem fructus adæquent.*

11 *Fructus incerti, & casuales connumerandi sunt in Ecclesia quando certos non habet.*

12 *Rector tenetur probare valorem Beneficii Iurispatronatus quando illius fructus proveniunt à fidelium largitionibus.*

13 *Qui erigit Cappellam non dicitur erigere Ecclesiam, seu Parochiam, quod declarat, & num. 14 & 15.*

19 *Præsentatio, Institutio, & possessio quando fuerunt facta inconsulto promotore Fiscali non probant Iurispatronatus.*

17 *Assertiones Episcopi in Iurepatronatus possunt nocere Ecclesiæ. Maximè in personis potentibus, quod declara, vt nu. 18. 19. 20. 24.*

22 *Ad inducendum Iuspatronatus opus est docere bonæ assignatæ ascendere ad sent. 100. pro subtractione Rectoris, & nu. 23. 24. 25. & 26.*

27 *In litteris Vnionis faciendæ est mentio de Iure speciali alias unio est nulla, & nu. 28. & 29. & 31. & 32.*

30 *Annata quæ ex beneficiis vacantibus venit soluenda, pro Unitis solui non potest, cum in eis impossibile sit dare vacationem.*

DECISIO CDLXXXVIII.

IN BVLLA vnionis à Sum. Pont. factæ de Ecclesia Parochiali loci de Foire Leodien. Diœcesis in districtu Archidiaconatus Capitul. Collegiatæ Visitat. Conuentus Patrū S. Dominici Prouinciæ Belgicæ inter alia exigendo quodverificetur prius Iuspatronatus ex fundatione, & dotatione ad præceptum Sac. Conc. Trid. decretorum quondā adimpleto per Patres cōram Ordinario Leodien. executore deputato pronūciatum est per definitiuam sententiā litteras non esse exequendas & idem repetitum in secunda instantia Coram Iudice Apostolicā auctoritate delegato per consimilem sententiā deindè à Patribus interposita appellatione, & impetratis hinc indè diuersis commissionibus nouissimè tandè præuia commissione Signaturæ auocatoria à quibuscumque Iudicibus causa mihi directa est cum clausula, vt constito de re iudicata, & exequatur vnde proposito dubio an cōstet de re iudicata, seu potius de causis restitutionis in integrum affirmatiuè quoad primam partem, & negatiuè quoad secundam ita opinantibus Dominis resolutum est.

Quamuis enim interposita fuerit appellatio intra legitimum tempus nihilominus cum ab
1 inde biennium sit elapsum sine † prorogatione fatalium dixerunt DD. non ambigendum esse de re iudicata *cap. cum sit Romana de appellat. quæst. 15. artic. 8. nu. 179. Baratt. decis. 885. numer. 1.*

2 Cuius auctoritas flecti nequit in præsenti † casu dum validitas, & iustitia sententiarum eam comitantur, validitas quidem habetur ex reuolutione actorum iustitia verò principale fundamentum desumit ex eo quod non verificatum est Iuspatronatus, vt exquirebatur in litteris vnionis ex clausula appositā verificato † prius cor. te dicto Iurepatronatus ex
3 fundatione vel dotatione huiusmodi *resultante Sac.*
4 *Conc. Trid. Sess. cap. Cæterum* † tamen omnino erat necessarium *Ruin. cons. 88. num. 4. lib. 1. Cassador. decis. 7. nu. 16. de Iurepatronatus Put. dec. 120. lib. 2. verum* † *parte non opponente decis. 20. de probat. in nou. & in specie decis. 55. numer. 3. part. 2.* Vndique per † authentica documenta *in dispositione Sac. Conc. Trid. sess. 25. cap. 9. de reformat.* de quorum † implemento plene, & concludenter constare debet, *ex*
5 *Theor. Dott. in l. 12. C. de Iur. Emphit. Corn. cons. 40. nu. 8. vers. probatur itaque lib. 4. Roland. cons. 55. numer. 9. lib. 1. Alexand. cons. 31. in fin. lib. 2.* quia † agitur de Iurepatronatus quod prætendit Dominus loci in quo cadit in præcio fundationis eaque de causa plenior, & exactior probatio requiritur *ut decernit d. Conc. Sess. 25. cap. 9. Rotæ decis. 58. numer. 4. part. 1. & dec. 241. num. 1. part. 2. recent.*

Hæc autem in facto de quo agitur nequaquam fuit obseruata siquidem probationes allatæ pro iustificanda pertinentia Iurispatronatus ad Baronem de Dolles Dominum loci in quo hæc Ecclesia Parochialis, vel fundatur in quadam concordia anno de anno 1622. in qua reseruatur Dominus Baron Iuspatronatus suo obligatione d. Ecclesiā Parochialem
9 dotandi, & non † possunt operari acquisitionem Iurispatronatus cùm non doctum fuerit de implemento obligationis conditionalis sufficientem dotationem comitentis *l. ex C. quando dies leg. ced. l. cū qui nouissimus ff. ad Trebell. Anchar. cons. 28. numer. 2. Alex. cons. 219. col. 1. post Med. lib. 1. in his terminis Iurispatronatus Rot. Cor. Mutio. d. 277. nu. 1. & 2. & decis. 59. num. 4. part. 1. recent.*

Et si appareat in dicta concordia aliquid à D. Barone pro dotanda Ecclesia iam impen-
10 sum non suffragari † potest nisi probetur medietatem fructuum adequare *ex firmatis in Lucana Iurispatronatus 26. Iunij 1665. coram R. P. D. meo Albergato* † *nec resistit* inter quos eccle-
11 sius incerti & casuales connumerandi † sunt quando beneficium alios fructus certos non habet *ex ponderatis in celebri differ. Duran. in ordine ad decis. ipsius 285. nu. 9.* Vnde Patres Dominicani tenebantur probare valorem beneficij in quo ipsimet fatentur multas oblatio-
12 nes fieri mediante pia † fidelium largitione, & æquipollentia assignationis à D. Barone factę *Rota Cor. Peh. dec. 1630. nu. 4. vers. præterea.*

Vnde ad satisfaciendum Sac. Conc. Multò Minus allegari potest antecedēs constructio seu fundatio Cappellæ, seu Ecclesiæ sine vlla auctoritate Ordinarij à quo Cappella huiusmodi fuit successiuè in vim concordię erecta
13 in Parochialem † quia solum *recipit* simplicem Cappellam non autem beneficium Curatum, & Parochiale respecto cuius incumbum fuit onus Baroni iam sufficienter dotādi ad effectum acquirendi Iuspatronatus hu-
14 iusmodi ex quo abundanter apparet † dictam fundationem non amplius esse attendendam ex contentu ipsius Baronis, & ex intentione

Episcopi

Epiſcopi *Rota coram Pen. dec.* 2680. *nu.* 2. cum
25 diuerſa † ſit Eccleſia ab ipſo beneficio *Albo-*
ven iuris conferendi coram Carillo deciſion. 11. *nu-*
mer. 5.

Vel innituntur ſuper abſolutione reportata ab Epiſcopo de dotanda ipſa Eccleſia præſentatione facta per Baronē inſtitutione ſequuta & capta poſſeſſione per inſtitutum Sum. P. P. S. Dominici *num.* 5. 6. 7. & 8. & tamen irreie-
16 uantiæ maculam, & † exceptionem euitare nō poſſunt quia hæc omnia facta ſunt abſque Cauſæ cognitione, & incōſulto Promotore fiſcali *Pirr. Corradin gener. benef. lib.* 4. *cap.* 6. *nu.* 67. *Rota coram Buratt. dec.* 178. *nu.* 18. *coram Seraph. deciſion.* 1393. *numer.* 7. & 8. & *de-*
17 *ciſ.* 197. *num.* 54. *part.* 5. *recent.* & † ſimiles aſſertiones Epiſcopi non poſſunt nocere Eccleſiæ Veralli *dec.* 128. *nu.* 4. *part.* 2. *Buratt. dicta dec.* 178. *num.* 18.

Quoties enim agitur de Iurepatronatus, præſenſe à potentioribus, ſeu Dominis loci
18 dictæ aſſertiones † nullius ſunt momenti, ſed exactis probationibus eſt cognoſcēdum ſuper Iurepatronatus iux. diſpoſitionem Sac. Conc.
19 requirentis pro forma † vt tit. Iurispatronatus ex fundatione, vel dotatione, & ex authentico documento, & aliis iure requiſi-
20 tis oſtendatur † quod per æquipolleus adimpleri non poteſt *Gonzal. ad regul.* 8. *glaſſ.* 18. *num.* 29. *Gratian. diſcept. for.* 158. *nu.* 21. *Rota dicta deciſ.*
21 167. *nu.* 5. & 62. vbi in ſpecie † probatio reiicitur licèt conflata ex enunciatiuis, & inſtitutionibus Epiſcoporum in conſequentiam præſentationis factis coram ipſis *Rot. coram Merlin. dec.* 349. *per tot. in d. dec.* 197. *n.* 63.

Præterea obſeruabant Domini iuſtitiam ſententiarum alia conſequi acceſſoria munimina tum exeo quod non conſtat, vt opus
22 eſt bona † aſſignata in prętenſa dotatione cōſtituere ſummam ducat. 100. pro tuitentatione Rectoris ex decreto Sac. Conc. *dicta ſeſſ.*
23 24. *cap.* 13. *de reformat.* & † proinde Iuſpatronatus acquiri non potuiſſe cum alioquin dos ſit inſufficiens *Vivian. de Iurepatronatus lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 12. *Lotther. de re benef. queſtion.* 31. *nu.* 3. *& ſeqq. Rota in Nouarien. Iurispatronatus* 1. *Iulij*
24 1650. §. *quæ omnia Cor. Peutingero*, & alias † dicuntur ſimplices benefactores, & non dotatores *Rota in Mediolanen. Iurispatronatus* 22. *Iunij* 1657. *Coram Eminentiſſimo Celſo* §. *maximè ea-*
25 que † cum effectu poſſideri ab Eccleſia ſicut neceſſarium eſt *Rota Cor. Penia deciſ.* 1496. *dec.* 1580. *nu.* 3. & 4. & *dec.* 1680. *nu.* 4. imò verò dicta prætenſio quod Baro prætatus ſufficienter dotauerit eo inefficacior redditur quo bo-
26 na aſſignata ab eo in dotē Eccleſiæ fuerunt † euicta ab eius creditoribus, & poſtea redempta à Rectore, & Eccleſiæ donata Summario reſponſionis Capituli Viſiten. *nu.* 1.

Tum etiam ex quo notabāt DD. dd. litteras vnionis à Vitio ſubreptionis non eſſe immunes dum Sum. Pont. non eſt narratum ius inſtituendi ſpectans ad Præpoſitum dictæ Collegiatę Viſiten. vt ex concordia dicto Summario Capituli Viſiten. *nu.* 6. de quo tamen
27 vti de iure ſpeciali † facien. erat mentio alias vnio eſt inualida *Abb. conſ.* 102. *nu mer.* 4. *part.* 1. *Mareſcott. var. reſol. cap.* 40. *n.* 32. *Rota dec.* 450. *n.* 8. *Cor. Gregor. & dec.* 170. *Cor. Merl. dec.* 46. *nu.* 1. *coram Millino.*

Non obſtante argumento dato ab informantibus pro patribus Dominicanis contra fundamēta *prox. alleg. dec. coram Meri.* quod Sum.
28 Pont. † cenſetur etiam derogare iuri ſpeciali abſque vlla ipſius expreſſione, quia dum fa-
29 cit actum ex ſui natura præiudicialem † virtualiter afficit omnes perſonas, in quibus præiudicium poteſt capere etiamſi ius illud ignoret, quod procedit ex opinione quam *Rot. amplexa eſt in Cauſa Valentina Decimarum de Foral-* 10. *Decembris* 1601. *cor. Litta & poſtea ſequuta in alia cauſa Gerunden. Decimarum* 5. *Iuly* 1621. *coram Marzanedo, vt teſtatur Coccin. in Corduben. Decimarum* 27. *February* 1636. *quæ eſt deciſ.* 103. *par.* 1. *recent. & coram Merlino deciſ.* 243. *numer.* 2. *& ſ.*

Quia verum eſt, quod dicta opinio locum habet cum exemptionibus à Decimis præiudicium inferentibus perſonis, quibus debebantur, ſiue iuris communis aut iuris ſpecialis titulo & vnionibus reſpectu annatarum, quæ debētur ratione vacationum, & collationum beneficiorum quibus ceſſantibus per ip-
30 ſam vnionem conſequenter † ceſſari debeat ſolutio, & ſic cum hæc materia ſit de ſui natura præiudicialis ſe habet ad ius ſpeciale conſequutiuum, & euentuale ſicuti ſubiectum ad accidentia, ita vt ſit incompatibile vnius eſſe cum non eſſe alterius, vnde merito ſequitur præiudicium inferre iuri ſpeciali cōſequutiuo & incompatibili licet de eo nulla facta fuerit mentio *ad text. in l.* 2. *ff. de uſufructu Lanus qui in prouincia, ff. ſi certum petatur I. D. in cap. Tua nobis de verb. ſignificat vbi clariſſimè Butrius. numer.* 5. *verſ. quærunt Rot. coram Seraph. deciſ.* 1410. *num.* 21. *coram Pen. deciſ.* 1020. *num.* 4. *verſic quia & deciſ.* 730. *part.* 3. *recent.*

Sed quādo ius eſt Certum radicatū & compatibile cum vnione, vt in præſenti caſu quo ius inſtituendi ſpectans ad dictum Præpoſitū Eccleſiæ Viſiten. deprehenditur incompatibile cum vnione in qua expreſſe reſeruatur Ordinario, quod veriſimile eſt Sum. Pontif. non fecille ſi ſcientiam habuiſſet quod pertineret ad dictum Prępoſitum relicta dicta opinione intra propriarum circumſtantiarum Spheram, aliam ſequitur, Rota ſcilicet, quod
31 ſit neceſſaria narratio † talis iuris ſpecialis certi, & compatibilis cum vnione alioquin vnio eſt inualida, vt in his terminis *coram Seraph. dec.* 1410. *nu.* 2. *coram Pen. dicta dec* 1020. *nu.* 14. & *in dicta dec.* 730. *per totam part.* 3. *rec. vbi poſt conciliatas multas deciſiones mediante præfata qualitate Iuris ſpecialis compatibilis expreſſe confirmantur fundamenta deciſ.* 46. *coram Millin. ex eo quod Ius capituli erat certū, & radicatū atque ideo neceſſaria illius Mentio nu.* 7. *in fine & coram Gregorio dicta deciſ.* 450. *numer.* 3. *Merlin. dicta deciſ.* 370. 2 *num.* 1.

Quod multò certius eſt quia dictum ius in-
32 ſtituendi competit ex fundatione Parochialis, & ex concordia nam Summ. Pont. non

ſolet

fuiet partis derogare. *Rota coram Eminentissimo Otthobono decis.115.nu.5.& dec.239.nu.6.rec.quæ litati in fundatione edictle Rota dec.68.nu.5.par.5. recent.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit cõstare de re iudicata non autem de causis restitutionis in integrum &c.

R. P. D. EMERIX
Bononien. Fideicommissi.

Veneris 18. Iunii 1666.

ARGVMENTVM.

Neptes filiarum appellatione non veniunt, quãdo Testator ipsas filias vocauit, stante dictione illa *ipsas*, quæ est personalissima, nec ad alios referri potest.

SVMMARIVM.

2 *Filiarum appellatione non veniunt neptes.*
2 *Dictio* ipsius, *est personalissima.*
3 *Filiarum nomine quod non veniant neptes, ex quo arguatur.*
4 *Verba conditionalia post substitutiones posita ponunt in conditione eos solos, qui in precedentibus substitutionibus sunt vocati.*

DECISIO CDLXXXIX.

DOMINI responderunt, confirmandam esse Sententiam Rotalem, qua pronũciatum fuit Fideicommissum Alberti de Sala Senioris non esse purificatum ad fauorem Philippi Ballatini, quia Albertus primo loco substituerit filios, & descendentes masculos per masculum Ioannis Baptistæ quibus deficientibus, secundo loco vocauit filias ipsius Ioannis Baptistæ, & post eas, earum filios, & descendentes masculos, in quorum defectum tertio loco admitti voluit Hipolytam, & Lucretiam ipsius Testatoris filias, & illarum filios, & descendentes masculos, & fœminas, ac demum deficiente in totum linea prædictorum omnium, tàm masculorum, quàm fœminarum mandauit eligi Puerum honestum cum onere assumendi nomen, & arma prout latius continetur in testamento, sum.nu.1. Vndè cum Ballatinus non descendat per masculum, neque sit filius alicuius filiæ ipsius Ioannis Baptistæ, sed Pronepos eiusdem ex Isabella nepte, vtique non est purificatum ad eiusdem fauorem fideicommissum, quod loquitur dumtaxat de filijs, filiarum ipsius
1 Ioannis Baptistæ quarum † appellatione non veniunt neptes, iuxtà *Text. in l.quod si neptes, ff.de testament. tutel. & in §.final.instit. qui testamento tutor.dari poss. & theoricam Bartoli in l.liberorum,nu.10.ff.de verborum signif. quem sequũtur. Mantic.de coniectur. vltimarum volun.l.6.tit.3.nu.2. & seq.vbi testatur de communi,Gabr. de verb. sign. conclus.1. & alij quamplures relati per Rotam dec.307.num.2.& 3.par.2. recen. & in vtraque decisione huius causæ coram bon.mem. Verospio.*

Præsertim in hoc casu in quo Testator in omnibus substitutionibus, non solum locutus est discretiue de filijs, & nepotibus cæterisquè descendentibus, sed vlteriùs quando vocare voluit filios, & descendentes filiarum
1 Ioannis Baptistæ addidit † dictionem personalissimam *ipsius Ioannis Baptistæ*, ad demonstranduin nimirum se sub nomine filiorum non intelligere comprehendere neptes cæteraſque vlteriores descendentes, sed solum illas filias, quæ immediate à Ioanne Baptista descenderent, vt aduertit *Rota dicta decis. 307. num.9.cum alijs adductis in prima decis. coram bon. mem.Verospio,§.hunc intellectum.*

Idque comprobatur tum ex alia substitutione Hippolytæ, & Lucretiæ filiarum ipsius Testatoris in qua, quia similiter certas, & determinatas personas demonstrare voluit, vsus est pariter primo illa dictione *ipsius*, & deinde alia dictione *ipsis*, tum ex ratione fundata in ordinatione charitatis, & prædilectionis erga Hippolytam, & Lucretiam proprias ipsius Testatoris filias natas [illegible]itas, & propriis nominibus appellatas, quamobrem testator videatur excluſisse tàm propter neptes, & cæteros descendentes Ioannis Baptistę remotiores, & minus dilectas quam propter ipsius filias immediatas, & illarum descendentes, fortius dicendum est, quod † nomine filiarum
2 non veniant neptes, ex notatis per *Corne. con[illegible].16.in fine, l.3. Menoch. præsumpt.94. lib.4. Mant.de coniect. lib.8. tit.8. num.1.. Fusar. quæst.321.num.87.vbi alios allegant.*

Firmato autem ex præmissis, quod Philippus Ballatinus tamquam filius ex nepte Ioãnis Baptistę non comprehendatur in parte dispositiua visum fuit, non posse illum vim facere in eo,quod subiunxerit, & si vllo vnquã tempore casus euenerit, quod linea, & descẽdentia liberorum, tàm masculorum, quàm fœminarum ipsius DD. Alberti, & Ioannis Baptistæ,& DD. Hipolytæ, & Lucretiæ pœnitus, & in totum defuerit eligi debeat Puer, &c. quia † hæc verba cõditionalia põsita post
4 substitutiones ponunt in conditione eos solos,qui in præcedentibus substitutionibus sũt vocati, non autem faciunt nouum gradum substitutionis ad comprehendendum eos,qui in præcedentibus substitutionibus non sunt comprehensi, vt pleuè *Rota coram bon.mem.Verospio in prima decisione, §.parui quoque, & in secũda, §.nec vocationem*, vt vltra ibi adductos firmat *Rota decis.402.nu.10. par.9. recen.*

Et ita altera tantum parte informante alia quam pluries citata, diu expectata decisum fuit,&c.

R. P. D. BOVRLEMONT.
Rauennatẽ. Collectæ, seu prætensæ Contributionis.

Veneris 18. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Damnum ex administratoris negligentia proueniens præponenti est imputandum. Admi-

Digitized by Google

nistratum quod quis fuerit Capituli, non vero totius Cleri ex quo eliciatur.

SVMMARIVM.

1 *Administrator si in commissa administratione male se gessit, in damnum proponentis imputandum est, & num.7.*
2 *Confessio plenè contra confitentem probat.*
3 *Administrator quod quis fuerit Capituli, non totius Cleri ex quo arguatur.*
Et vide, supra num.3.
4 *Administrator Cleri malè se gerens, obligat omnes de Clero ad damnum, proueniens ex mala ipsius administratione.*
5 *Solutio bona fide facta, non est iteranda.*
6 *Renunciatiua generales, & indeterminatæ, nihil ponunt in esse.*
8 *Solutione quacumque tollitur obligatio.*
9 *Peritorum de consensu partium electorum suppatationi standum est.*
10 *Peritorum suppatatio de iure iusta præsumitur.*

DECISIO CDXC.

EXPENSIS occasione Belli à Communitate Rauennaten. *Subministrandis* nimis ingrauescentibus, ad hoc, vt ea tolleuaretur fan. mem. Vrbanus VIII. de anno 1644. mediantibus Litteris in forma Brenis expeditis ordinauit, vt omnes Ecclesiastici, tàm Sæculares, quàm Regulares Diœcesis Rauennaten. ad contribuendum cogerentur; secuta postmodum in executionem dictarum Litterarũ diuersis temporibus super hac re duplici partitione quantitas scutor. 13921. monetæ veteris constituen. scu. 9279. circiter monetæ currentis obtigit Ecclesiasticis pro eorum rata parte suppeditanda.

Cum autem Capitulum, & Clerus Rauennaten. pecuniam ad satisfaciendum paratam non haberent, obtinuerunt à fan. mem. Innocentio Decimo facultatem imponendi Census super bonis Ecclesiasticis pro scutis 6000. infrà sexennium redimibiles, quod Capitulũ, & Canonici Rauennaten. inconsultis Parochis, & aliis de Clero per Procuratores ad id specialiter Constitutos executioni demandari curarunt, assumendo etiam in se, mediante similium procuratorum interuentu tot Census passiuos eiusdem Communitatis pro cõputatione reliquorum scutor. 3279. & ita totum debitum contributionis scutor. 9279. adhibita solius Capituli cura, & diligentia persolutum est.

Capitulum verò, & Canonici suæ indemnitati consulendo collectam super toto Clero Rauennaten. imposuerunt, & constituerũt Exactorem, & Depositarium Canonicum Vizzanum, qui quotam portionem à toto Clero, absque repugnantia recepit ab anno 1650. quo Parochi, & alij de Clero recusarũt vlterius soluere præcedentes, plus fuisse collectum, quam requirebatur pro indemnitate Capituli, & Canonicorum, quapropter mota controuersia in partibus duæ Sententiæ sibi inuicem contrariæ latæ sunt. Prima, fauore Parochorum, & secunda, contra ipsos, vode Causa in gradu appellationis, mihi commissa, dubium proposui, An constet de solutione, vel potius sit locus exactioni, & Domini affirmatiuè quoad primam partem, & negatiuè quoad secundum respondérunt.

In qua retolutione principaliter aduertendum esse, dixerunt DD. Capitulum, & Canonicos satisfaciendo per se ipsos contributioni debitæ à toto Clero reputandos vti Cleri Creditores, donec mediante collecta summa idonea ad complendam extinctionẽ debitorum pro Clero cõtractorum fuisset ex integro refecta. Qua de causa deputatio Exactoris, in qua totus punctus dirimendæ litis vertitur, propriè debuit fieri prout facta est à Capitulo, & Canonicis, Summario Parochorum *num.8. & 9.* Vndè † si dictus Exactor in cõmissa administratione male se gessit, non in aliorum damnum imputãdum est, quam Capituli, & Canonicorum, qui illum præposuerunt, *l. quicunque, §. labeo cum notat. ibi per DD. ff. de institor. action. Bart. in authent. hoc ita num. 2. quæst. 10. C. de duobus reis, Rondeguil. in leg. eandem, in princip. ff. de duobus reis, Surdus cons. 320. num. 14. Peregr. cons. 72. num. 13. lib. 6. Menoch. cons. 246. num. 68. & seqq. Milanen. decis. 12. num. 42. Giurb. decis. 88. num. 9. Rota decis. 16. num. 14. apud Pacific. de Salvian.* 1

De qua speciali deputatione Exactoris facta à Capitulo in persona Canonici Vizzani dubitari non posse constat ne dum ex actibus Capitularibus hoc factum præcisè demonstrãtibus, dicto Summario *num.8. & 9.* sed etiam ex geminata cõfessione Capituli emissa in libello, & in memoriali porrecto Domino Archiepiscopo Rauennæ, quæ † plenè probat contra confitentem, *l. pracum, C. de liberal. causa, Rota decis. 26. num. 1. par. 8. & decis. 93. num. 17. par. 9. recent.* atque etiam ex duorum Canonicorum electione facta à solo Capitulo pro examinandis computis Canonici Vizzani Exactoris habita ratione mercedis ipsi annuatim assignatæ, dicto Summario *num. 11.* quæ satis † innuunt, & conuincunt Vizzanum fuisse solius Capituli Ministrum, ex notat. per *Cirlac. controuer. 133. num. 33. & Zach. de Salar. quæst. 30. num. 2.* 2 3

Quibus non obstant adducta per informãtes pro Capitulo ad sustinendum, quod Canonicus Vizzanus fuerit communis Exactor totius Cleri, ex datis in Summario Capituli *num. 9. vsque ad 13. cum num. 18. & pluribus seqq.* vbi habetur copiosa enumeratio actuum in quibus Vizzanus denominatur Exactor Cleri Sæcularis, & † consequenter omnes tenerí ad damnum proueniens ex mala ipsius administratione, per *text. in l. 1. §. fœmina, ff. de tributor. actione cum allegat. in decis. 590. per totam, part. 3. recent.* 4

Siquidem ex duplici responsione tollitur obiectum, altera nempè quod re vera in facto huius collectæ Capitulum, & Canonici sustineant personam creditorum, & Parochi, alijq; de Clero, illam debitorum, vt colligitur ex con-

confeſſione Capituli in memoriali porrecto Domino Archiepiſcopo Rauennæ, vbi legũtur hæc verba; *Per eſſere manutenuti nel loro pacifico poſſeſſo di eſſigere la detta Colletta contro detti Parochi, per mano di detto Signor Canonico Vizzani loro Eſattore, Summario Parochorum num.* 10. Et propterea illum ſpecialiter deputaſſe ad exigendam dictam Collectam abſque participatione aliorum membrorum Cleri pro Cõmunibus negotijs tractandis conuocari ſolitorum, vt obſeruatum eſt in alia deputatione eiuſdem Vizzani pro diuerſis Collectis facta de anno 1636. in qua interuenerunt Parochi, & alij de Clero, Summario Capituli *num.*18. ex quo ſignum euidens elicitur Capitulum, & Canonicos ſe habuiſſe, vti Creditores erga Parochos, & alios de Clero, & proinde proceſſiſſe ad deputationem Exactoris abſque eorum conſilio, & communicatione, quod vtique non feciſſent ſi de re communi ſoli Clero intellexiſſent agere quamobrẽ ſibimet ipſis ſolis imputent Capitulum, & Canonici, qui Exactorem non idoneum elegerunt, non autem Parochis, & alijs de Clero, qui † bona fide ſoluerunt, *l. cum mandato, ff. de minorib. Signor. conſ.* 229. *numer.* 2. *ad fin. verſ. & ſibi imputet, Straccade decoct. par.* 3. *num.* 54. *verſ. & magis, Rota deciſ.* 374. *num.* 41. *par.* 5. *recen.*

Altera vero quod actus qualificantes Vizzanum Exactorem Cleri Sæcularis, vel referuntur ad exactiones diuerſas, vt quarteriarũ, & ſpoliorum, Summario Capituli *num.*17. & 27. ex quibus nulla fieri debet illatio vulgata *l. papien. §. exul. ff. de minoribus*, vel ſunt enunciatiuæ generales, & indeterminatæ, quæ † nihil ponunt in eſſe, & benè verificantur in Exactore à Capitulo ſpecialiter deputato ad recipiẽdam collectam in qua cum male verſatus fuerit, quidquid detrimenti fecit illius † negligentia præſtandum eſt à Capitulo, & Canonicis, qui eum elegerunt iuxta textum in hac ſpecie ſingulariter aduertendum in *l. nam & ſeruius, §. mandato tuo, ff. de negot. geſt.*

Quibus ita firmatis ſequitur Parochos, & alios de Clero per ſolutionem factam Canonico Vizzano † fuiſſe liberatos, & extinctum creditum, quod Capitulum poſſet prætendere contra ipſos, *§. 1. inſtit. quib. mod. toll. oblig. l. ſi quis, l. diſpenſatori, l. vero procuratori, ff. de ſolution. Add. aur. eodem tit. cap.* 5. *num.* 3. *& per tot. Surd. conſ.* 145. *num.* 14. *idem deciſ.* 113. *nu.* 2. *Rota deciſ.* 291. *nu.* 4. *par.* 6. *recen.*

Cum ſolutio facta à Parochis, & alijs de Clero ab anno 1650. vſque ad annum 1663. Eorum debitum manifeſtè comprobatur excedere, nam debitum erat in ſcutis 9279. & Collecta aſcendit ad ſcuta 16215. monetæ currentis, iuxtà relationem Peritorum de cõſenſu Partium † electorum quorum ſupputationi ſtandum eſt per *Theoric. DD. in cap. propoſuiſti, de probat. Pariſ. conſ.* 96. *nu.* 32. *lib.* 1. *cum aliis congeſt. apud Gregor. deciſ.* 161. *num.* 7. *Buratt. deciſ.* 213. *num.* 3. *& in recent. deciſ.* 209. *num.* 6. *par.* 4. *recen.* quæ † de iure præſumitur, iuxta *Rota deciſ.* 531. *num.* 1. *deciſ.* 540. *nu.* 1. *par.* 1. *allegat. in deciſ.* 720. *num.* 20. *par.* 4. *tom.* 3. *recen.*

Et ita vtraque parte, &c.

R. P. D. EMERIX.

Romana Cambij.

Lunæ 21. *Iunij* 1666.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Retentio eo facilius eſt concedenda illi, quando eidem vigore pacti competit repetitio.*
2 *Socius diſſoluta ſocietate, nihil prætendere valet.*
3 *In Cambij materia ſemper voluntas ſoluentis attenditur etiam poſtea declarata.*
4 *Coniecturæ leuiores, & indicia ad probationem identitatis ſummæ ſufficiunt, & num.* 5.

DECISIO CDXCI.

PETRVS Lauretanus ad effugiendam vlteriorem executionem mandati contra ipſum à R. P. D. Theſaurario, relaxati pro ſcutis 542. debitis Antonio Franciſco Farſetto, pro reſiduo vltimi ſemeſtris prouentum Collegij Secretariorum Apoſtolicorum à Petro in Prouincia Marchiæ exactorum vſque, & per totum menſem Iunij 1645. non obſtante ab eo allegata, & iudicialiter exhibita ſolutione, non ſolùm prædictæ, ſed etiam maioris ſummæ, nempè ſcut. 599. 56. facta q. Proſpero Pauiæ ſucceſſori in Depoſitaria præfata, tanquam facta alteri; quam creditori agneſcendo iuſtitiam mandati relaxati, ſimilem ſummam accepit ad Cambium à Barnabeo Benigno, illamque ſucceſſiuè ſoluit Farſetto, reſeruata ſibi facultate repetendi quantitatẽ, quam iuſtificaſſet antea ſoluiſſe legitimis Miniſtris eiuſdem Farſetti. A quo deinde vti Ceſſionario Benigni pulſatus coràm A. C. pro dicto Cambio, & fructibus decurſis, Sententiam abſolutoriam obtinuit in gradu Appellationis in Rota confirmatam hoc fundamẽto, quod ſcuta 599. 57. de menſe Septembris dicti anni 1645. à Lauretano ſoluta Proſpero Pauiæ aſſerto ſocio Farſetti, & illius in munere Depoſitarij ſucceſſori ceſſerint in ſatisfactionem dicti reſidui vltimi ſemeſtris, pro quo fuit obtentum mandatum. Ideoque † ſicuti vigore pacti competeret Lauretano repetitio, ita, & facilius danda ſit eidem retentio, ex allegatis in *Deciſionibus editis coram bon. mem. Veroſpio ſub diebus* 21. *Iunij* 1660. & 8. *eiuſdem* 1663. Cauſa verò in hac tertia inſtantia pluries propoſita, & nunquam reſoluta, hodie tandem ex nouiter ab Informantibus pro Farſetto deductis, Domini cenſuerunt Sentẽtiam eſſe infirmandam.

Ratio reſolutionis fuit, quia in facto iuſtificatum remanſit ſcut. 599. 57. quæ † Pauiæ neque vti ſocius Farſetti, cum ſocietas fuiſſet iam diſſoluta, vſque de menſe Nouembris 1644.

1644. vt probatur ex hodierno Summar. Farſetti *num.3. & 4.* & firmatur in *ſecunda deciſione bon mem. Veroſpii edita ſub die 23. Martij 1661. §. præterea, & ſequenti*, neque vti nouus Depoſitarius pro rata ſcutor. 542. ad anteceſſorem ſpectantium exigere,& retinere potuerat,fuiſſe ab eodem Pauia cum Lauretani conſenſu poſtea bonificata, & translata in excomputationem alterius debiti, ad quod idem Lauretanus obligatus erat Pauiæ, pro aliis exactionibus ſucceſſiuè factis in triennio ſuæ Depoſitariæ,& propterea non potuerunt extinguere hoc debitum cum Farſetto, vt in proximis terminis conſiderauit *Rota coram Cavaler. deciſ. 165.num.1.verſ.hoc autem, & num.2.& 3.*

Conſenſus autem Lauretani benè elicitur ex eius Epiſtola ſcripta Pauiæ ſub die 27. Februarij 1649. data in hodierno Summar. Farſetti *num.* 10. in qua aſſerit ſe illi tranſmiſiſſe pro integra ſatisfactione dicti triennij ſuæ depoſitariæ ſcuta 4253. 7. adamuſſim correſpõdentia ſummæ contentæ in partitis extractis ex libris Pauiæ, inter quas adeſt partita dictorum ſcutorum 599.57. dicto Summario *nu.9.* Et cum ſumma tranſmiſſa ſuperaret debitum pro integro triennio in ſcutis 97. b. 95. mandat in eadem Epiſtola, quod hæc vna cum ſua prouiſione in totum conſtituentia ſcut. 204. ſoluantur Farſetto ad bonum computũ ſui crediti. Quod vtique non ſcripſiſſet,ſi verè dicta ſcuta 599. b.57. non fuiſſent de eius conſenſu poſtmodum translata in excomputationem alterius debiti cum Pauia, ſi enim illa verſa fuiſſent in ſolutionem reſidui vltimi ſemeſtris Depoſitariæ Farſetti aſcendentis duntaxat ad ſcuta 542. Lauretanus non remanſiſſet debitor Farſetti, ſed creditor, & ſic non mandaſſet ſolui ſcuta 204. ad bonum cõputum ſui debiti cum Farſetto.

3 Vnde cum in hac materia ſemper attendatur voluntas ſoluentis etiam poſtea declarata *Rota deciſ.679.num.7. par.1. diuerſ. & deciſ.695. num.5.par.2.recen.& poſt Merlin.de pignor.deciſ.83 num 8. Cavaler. in præallegata deciſ.165. numer.1. verſ.quando conſtat partes conſenſiſſe*. Inde ſatis colligitur, quod dicta partita ſcut.599. 57. nõ fuit verſa in extinctionem debiti cum Farſetto, ſed quod conſentiente, & approbante Lauretano, translata fuerit in extinctionem debiti cum Pauia.

Idque non tollitur, ſed magis comprobatur ex epiſtola Pauiæ ſcripta Lauretano, data in calce reſponſionis. Quia dum in illa dicit ſe eſſe promptum bonificare Farſetto, quicquid plus debito à Lauretano receperat fatetur, quod Farſettus remanebat creditor,& ipſe verſa vice debitor Lauretani, quia nimirũ partita ſcut.599. 57. fuerat translata in ſatisfactionem ſui crediti, alias enim non remanſiſſet debitor,ſed creditor in ſcu.501.b.62.vt patet calculando omnes partitas ex eius libris extractas, & datas in Summario Farſetti *numer.12.*

Nec ſubſiſtit, quod in iiſdem libris Pauiæ non reperiantur adnotata ſcu. 400. de illius ordine à Lauretano ſoluta Hieronymo Sauino in duabus vicibus,nempè ſub diebus 21. & 27. Auguſti 1648. quibus additis prætenditur Lauretanum ſoluiſſe Pauiæ totum id, quod debebat etiam nõ calculatis, nec comprehenſis dictis ſcu.599.b.57. pro rata ſcutor. 542. pertinentium ad Farſettum. Quia contrarium apparet ex inſpectione dictarum partitarum inter quas legitur deſcripta ſub die prima Septembris 1648. partita ſcutorũ 400. pro totidem ſoluris de ſuo ordine à Lauretano Sauino. Nil refragante diuerſitate inter diem ſolutionum factarum de menſe Auguſti, & diem partitæ deſcriptæ de menſe Septẽbris, quia cum ſolutiones factæ fuerint in Ciuitate Maceratæ, & partita deſcripta in Vrbe, & concurrat identitas perſonarum, & ſummæ, & in libris Sauini non appareat, quod ipſe de menſe Auguſti, & Septembris aliud receperit, præter quam dicta ſc.400. viſa fuit Dominis ſatis iuſtificata identitas ſummæ. ad
4 cuius † probationem ſola indicia, & coniecturæ ſufficiunt, *Duran.deciſ.329. nu.4. Gregor. deciſ.172. num.6. & 12. & in ſortoribus terminis Rota in Romana Pecuniaria de Aſtallis 1. Februarij* 1623. *§. præditis*, vbi ſimiles, & † leuiores
5 coniecturæ fuerunt ponderatæ ad probationẽ identitatis, confirmata *27.Junij* 1614. *coram bo. mem.Coccino.* Attento præſertim tenore partitæ loquentis per verba præteriti temporis,ex quibus patet,quod ea die non fuerunt numerata dicta ſc.400. adnotata in libris de menſe Septembris, ſed quod ſunt eadem mer ſoluta de menſe Auguſti, vt his ponderatis reſpondit in propoſito ſuo *Socin.Sen. conſ.129.num.9 lib.4. & Rota coram Buratt.deciſ.157. nu.6.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT

Romana, ſeu Calaguritana Cambiorum.

Lunæ 28. Junii 1666.

ARGVMENTVM.

Litteræ Cambij poſt quam fuerunt acceptatæ liberant debitorem ab obligatione, quia ſufficit camploris promiſſio, vel Mercatoris.

SVMMARIVM.

1 *Adimplementum per æquipollens ſufficit etiam ſi ſimus in formalibus.*
2 *Approbare præſumitur qui non reclamat.*
3 *Acceptio litterarum Cambii bene probat ſolutionem & num. 4.*
5 *Coniecturæ, & adminicula ſufficiunt ad removendam ſuſpicionem.*
6 *Scriptura contra ſcribentem plenè probat.*
7 *Epiſtolæ inducunt ratificationem, & inducunt mandatum ſpeciale.*
8 *Littera Cambii poſtquam fuerunt acceptatæ liberant ab obligatione & num. 10.*
9 *Mercatorum atteſtatio optime probat.*

DE-

DECISIO CCCCXCII.

TOTA difficultas super qua proposui dubium an mandatum A.C. Sit exequendum reducebatur ad videndum an litteræ Cambij quas Franciscus Busquettus dare solitus erat Francisco Gherardo pro ea quantitate pecuniæ, quam ab eo accipiebat ad satisfaciendum expeditionibus datariæ easque dirigebat clarim ad hoc vt Ruggerius corresponsalis dicti Francisci Gherardi qui ad eandē summam teneri promiserat nisi intra tres mēses solutio facta esset in partibus, & infrà alios duos quietantias exhibere in cuius rei inspectione DD. aduertentes dictum Busquettum quietantias infra præscriptum tempus nō exhibuisse inclinassent pro exequutione mandati nisi duæ exceptiones ad eum impediendum adductæ vti omni iustitia & æquitate plene eos ad negatiuè resoluendum induxissent.

Quarum altera desumebatur ex eo quod cum in obligatione Camerali tempus sit appositum propter effectum solutionis etiamsi dictum tempus pro forma requireretur sufficit de eo effectu † constare per æquipollens 1
iuxta regulam approbatam *coram Put. dec. 100. num. 4. lib. 2. in correct. Duran. dec. 40. nu. 56. & Seraphin. dec. 309. num. 1.*

Illud autem æquipollens quo probatur effectus litterarum Cambij optime iustificari visum est DD. tam ex epistola Ruggerij corresponsalis ad Gherardum scripta in qua ipsi notificat quod non debet requirere quietātias per hæc verba. *Non ha da cercar quietanze solo che questo mio auuiso summ. dicti Busquetti numer. 30. & summ. Gherardi numer. 40. ibi ; tutte le tratte mandatemi per mano del Signor Busquetti restano à mio conto & ne ho dato credito à nostro corriere* in Epistola 22. Septembris 1658. aduersus quam notificationem dum nunquam reclamauit dictus Gherardus præsumitur eam 2
approbasse *ex l. fil. famil. 18. ff. ad Senat. cons. Macedonian. Ret. dec. 88. nu. 1. par. 1. diuers.* tum etiam ex quietantijs litterarum Cambij re vera habitis d. summ. *num. 2.* quæ concludentissimè 3
effectum solutionis probant *Ret. coram Seraph. dec. 1339. num. 2. dec. 425. num. 2. par. 2. recent. in Romana mercedis 12. decembris eiusdem anni coram R.D. meo Decano.*

Quæ fortius obtinent fundamentum quod nulla littera sit refutata, & re vera cum pro- 4
testationibus, quod vtique non accidisset si Ruggerius deprehendisset contumaciā in debitoribus ex traditis per *Scacc. de camb. §. 2. glos. 7. num. 67. Turr. eodem tract. disputat. quæst. 12. num. 13. & 14.*

Non obstat suspicio antidatæ quietantiæ quoniam constat de reali solutione, vt supra & si aliqua mora interuenerit illud processit propter nimis graue interesse cambiorum, & de patientia, & licentia dicti Gherardi, vt in litteris in eodem summ. *num. 2. & seqq.* qua propter nihil occurrit, quod operetur dictam 5
suspicionē pro qua † remouenda sufficerent coniecturæ, & adminicula quæ ex inspecta facti serie sufficienter habentur *Ret. coram Seraphin. dec. 1221. num. 1. vers. quia ab hac regula & in rec. decis. 242. num. 12. par. 9.*

Nec in facto subsistit quod Ruggerius assenserit solutiones non habuisse effectum, vt supponebatur ex Epistola data in summ. dicti Gherardi *num. 2.* quia nihil simile dicitur in ea sed solum quod non viderat Epistolas, & expeditiones Busquetti quod toto cœlo differt à prętensa ineffectuatione litterarū vt desuper

Altera vero exceptio quæ potentius suffragatur intento Busquetti eiusque obligationē inexperibilem reddit fundatur in eo, quod d. Gherardus factus est creditor Ruggerij corresponsalis, vt ex Epistola Ruggerij ad Gherardum quæ ita cantat *E l'ho dato credito di tutte le partite mi ha rimesse d' ordine del Signor Francesco Busquetti con che con lui V. S. non hà che vedere in questo particolare d. summ. Busquetti nu.* 10. & ie talem extitimauit ex mandato ab ipso dato Ruggerio corresponsali erogandi dictas pecunias in emptione tritici vt patet ex Epistola Gherardi dicto summ. Busquetti *num. 11.* ibi *se V. S. dice hauere impiegato il mio auanzo in grani in conformità de miei ordini anche li diſſi li mandaſſe* cum alijs in d. summ. *num. 4. & 5.* quę 6
Epistolæ optime probant de æquitate canonica contra ipsum scribentem, & contra tertiū 8
in eis conteuta approbantem *Gen. de script. primat. lib. 3. cap. 1. num. 193. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 1. cap. 94. num. 9. Put. dec. 12. per tot Rota dec. 153. num. 9. part. 3. recent & in Romana locationis 10. Iunii 1661. §. præterea coram bon. mem. Verospio*, & ratificationem inducunt aptam ad supplendum mandatum speciale † etiamsi requi- 7
reretur *cap. ratihabitione vbi DD. de regul. Iur. in 6. Gregor. dec. 295. num. 4. Buratt. dec. 792. num. 15. in recent. dec. 291. num. 4. par. 9. & in Romana Cambij 4. Februarij 1665. cor. R.P. D. meo Ottalora.*

Ex quibus bene sequitur Gherardum nihil prætendere posse à Busquetto vigore obligationis Cameralis postquam litteræ Cambij à 8
Ruggerio corresponsali Gherardi fuerunt acceptatæ eique actualiter numerata pecunia in creditum nomine Gherardi firmatum, & ab ipso agnitum cum ab ea obligatione omnino remānerit liberatus *l. si debitor ff. de fideius. Turr. de camb. disput. 2. quæst. 22. num. 4.* & vti attestantur Primarij Mercatores vrbis quibus in hac 9
materia plena fides adhibetur *Rota cor. Duran. dec. 368. num 12. dec. 183. num. 6. part. 9. recent in Romana Cambiorum 28. Nouembris 1659. coram bon. mem. Verospio §. hinc Domini & in Romana redditionis rationis 18. Februarij 1661. coram R. P. D. meo Albergato §. nec relenat vers.* quibus fides & in hoc casu & sufficeret, quod căpsor 10
seu mercator † promisisset creditori & acceptasset Creditor, seu ad hoc vt debitor liberaretur *Salicet. in l. singularia num. 21. ibique Iason. num. 34. ff. si cert. pet. Scacc. de decoctor. par. 5. nu. 5. Scacc. de Camb. §. 2. glos. 5. num. 63. Turr. eodem tract. disput. 2. part. 17. num. 7. Rota Genuen. dec. 4. num. 9. Afflictus dec. 353. num. 5.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit mandatum non esse exequendum.

1644. vt probatur ex hodierno Summar. Farſetti *num.3. & 4.* & firmatur in *ſecunda deciſione bon mem.Veroſpii edita ſub die 23. Martij* 1661. §. *præterea, & ſequenti*, neque vti nouus Depoſitarius pro tata ſcutor. 542. ad anteceſſorem ſpectantium exigere,& retinere potuerat,fuiſſe ab eodem Pauia cum Lauretani conſenſu poſtea bonificata, & translata in excomputationem alterius debiti, ad quod idem Lauretanus obligatus erat Pauiæ, pro aliis exactionibus ſucceſſiuè factis in triennio ſuæ Depoſitariæ,& propterea non potuerunt extinguere hoc debitum cum Farſetto, vt in proximis terminis conſiderauit *Rota coram Cavaler. deciſ.* 165.*num.*1.*verſ.hoc autem, & num.* 2.*&* 3.

Conſenſus autem Lauretani benè elicitur ex eius Epiſtola ſcripta Pauiæ ſub die 27. Februarij 1649. data in hodierno Summar. Farſetti *num.* 10. in qua aſſerit ſe illi tranſmiſiſſe pro integra ſatisfactione dicti triennij ſuæ depoſitariæ ſcuta 4253. 7. adamuſſim correſpõdentia ſummæ contentæ in partitis extractis ex libris Pauiæ, inter quas adeſt partita dictorum ſcutorum 599.57. dicto Summario *nu.*9. Et cum ſumma tranſmiſſa ſuperaret debitum pro integro triennio in ſcutis 97. b. 95. mandat in eadem Epiſtola, quod hæc vna cum ſua prouiſione in totum conſtituentia ſcut. 204. ſoluantur Farſetto ad bonum computũ ſui crediti. Quod vtique non ſcripſiſſet,ſi verè dicta ſcuta 599. b.57. non fuiſſent de eius conſenſu poſtmodum translata in excomputationem alterius debiti cum Pauia, ſi enim illa verſa fuiſſent in ſolutionem reſidui vltimi ſemeſtris Depoſitariæ Farſetti aſcendentis dumtaxat ad ſcuta 542. Lauretanus non remanſiſſet debitor Farſetti, ſed creditor, & ſic non mandaſſet ſolui ſcuta 204. ad bonum cõputum ſui debiti cum Farſetto.

3 Vnde cum in hac materia ſemper attendatur voluntas ſoluentis etiam poſtea declarata *Rota deciſ.*679.*num.*7. *par.*1. *diuerſ. & deciſ.*695. *num.*5.*par.* 2.*recen.& poſt Merlin.de pignor.deciſ.*83 *num* 8. *Cavaler. in prædallegata deciſ.*165. *numer.*3. *verſ.quando conſtat partes conſenſiſſe*. Inde ſatis colligitur, quod dicta partita ſcut.599. 57. nõ fuit verſa in extinctionem debiti cum Farſetto, ſed quod conſentiente, & approbante Lauretano, translata fuerit in extinctionem debiti cum Pauia.

Idque non tollitur, ſed magis comprobatur ex epiſtola Pauiæ ſcripta Lauretano, data in calce reſponſionis. Quia dum in illa dicit ſe eſſe promptum bonificare Farſetto, quicquid plus debito à Lauietano receperat fatetur, quod Farſettus remanebat creditor,& ipſe verſa vice debitor Lautetani, quia nimirũ partita ſcut.599. 57. fuerat translata in ſatisfactionem ſui crediti, alias enim non remanſiſſet debitor,ſed creditor in ſcu. 501.b.62.vt patet calculando omnes partitas ex eius libris extractas, & datas in Summario Farſetti *numer.*12.

Nec ſubſiſtit, quod in iiſdem libris Pauiæ non reperiantur adnotata ſcu. 400. de illius ordine à Lauretano ſoluta Hieronymo Sauino in duabus vicibus,nempè ſub diebus 21. & 27. Auguſti 1648. quibus additis prætenditur Lauretanum ſoluiſſe Pauiæ totum id, quod debebat etiam nõ calculatis, nec comprehenſis dictis ſcu.599.b.57. pro tata ſcutor. 542. pertinentium ad Farſettum. Quia contrarium apparet ex inſpectione dictarum partitarum inter quas legitur deſcripta ſub die prima Septembris 1648. partita ſcutorũ 400. pro totidem ſolutis de ſuo ordine à Lauretano Sauino. Nil refragante diuerſitate inter diem ſolutionum factarum de menſe Auguſti, & diem partitæ deſcriptæ de menſe Septẽbris, quia cum ſolutiones factæ fuerint in Ciuitate Maceratæ, & partita deſcripta in Vrbe, & concurrat identitas perſonarum, & ſummæ, & in libris Sauini non appareat, quod ipſe de menſe Auguſti, & Septembris aliud receperit, præter quam dicta ſc.400. viſa fuit Dominis ſatis iuſtificata identitas ſummæ. ad
4 cuius † probationem ſola indicia, & coniecturæ ſufficiunt, *Duran.deciſ.*329. *nu.*4. *Gregor. deciſ.*172. *num.*6. *&* 12. *& in ſoſteribus terminis Rota in Romana Pecuniaria de Aſtallis* 1. *Februarij* 1623. §. *prædictis*, vbi ſimiles, & † leuiores
5 coniecturæ fuerunt ponderatæ ad probationẽ identitatis, confirmata 27.*Junij* 1614. *coram bo. mem.Coccino.* Attento præſertim tenore partitæ loquentis per verba præteriti temporis,ex quibus patet,quod ea die non fuerunt numerata dicta ſc.400. adnotata in libris de menſe Septembris, ſed quod ſunt eadem mer ſoluta de menſe Auguſti, vt his ponderatis reſpondit in propoſito ſuo *Socein.Sen. conſ.*129.*num.*9 *lib.*4. *& Rota coram Buratt.deciſ.*157. *nu.*6.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT

Romana, ſeu Calaguritana Cambiorum.

Lunæ 28. *Iunii* 1666.

ARGVMENTVM.

Litteræ Cambij poſt quam fuerunt acceptatæ liberant debitorem ab obligatione, quia ſufficit camploris promiſſio, vel Mercatoris.

SVMMARIVM.

1 *Adimplementum per æquipollens ſufficit etiam ſi ſimus in formalibus.*

2 *Approbare præſumitur qui non reclamat.*

3 *Acceptio litterarum Cambii boni probant ſolutionem & num.* 4.

5 *Coniecturæ, & adminicula ſufficiunt ad remouendam ſuſpicionem.*

6 *Scriptura contra ſcribentem plenè probat.*

7 *Epiſtolæ inducunt ratificationem, & inducunt mandatum ſpeciale.*

8 *Littera Cambii poſtquam fuerunt acceptatæ liberant ab obligatione & num.* 10.

9 *Mercatorum atteſtatio optime probat.*

DE-

DECISIO CCCCXCII.

TOTA difficultas ſuper qua propoſui dubium an mandatum A.C. Sit exequendum reducebatur ad videndum an litteræ Cambij quas Franciſcus Buſquettus dare ſolitus erat Francisco Gherardo pro ea quantitate pecuniæ, quam ab eo accipiebat ad ſatisfaciendum expeditionibus datarū eaſque dirigebat clarim ad hoc vt Ruggerius correſponſalis dicti Franciſci Gherardi qui ad eandē ſummam teneri promiſerat niſi intra tres mēſes ſolutio facta eſſet in partibus, & infrà alios duos quietantias exhibere in cuius rei inſpectione DD. aduerterunt dictum Buſquettum quietantias intra præſcriptum tempus nō exhibuiſſe inclinaſſent pro exequutione mandati niſi duæ exceptiones ad eum impediendum adductæ vti omni iuſtitia & æquitate plenæ eos ad negatum ſoluendum induxiſſent.

Quarum altera deſumebatur ex eo quod cum in obligatione Cauerali tempus ſit appoſitum propter effectum ſolutionis etiamſi dictum tempus pro forma requireretur ſufficit de eo effectu † conſtare per æquipollens 1
iuxta regulam approbatam *coram Put. dec. 100. num. 4. lib. 2 in correct. Duran. dec. 40. nu. 56. & Seraphin. dec. 309. num. 1.*

Illud autem æquipollens quo probatur effectus litterarum Cambij optime iuſtificari viſum eſt DD. tam ex epiſtola Ruggerij correſponſalis ad Gherardum ſcripta in qua ipſi notificat quod non debet requirere quietātias per hæc verba. *Non ha da cercar quietanze ſolo che queſto mio auuiſo ſumm. dicti Buſquetti numer. 10. & ſumm. Gherardi numer. 40. ibi; tutte le tratte mandatemi per mano del Signor Buſquetti reſtano à mio conto & ne ho dato credito à noſtro corriere* in Epiſtola 22. Septembris 1658. aduerſus quam notificationem dum nunquam reclamauit dictus Gherardus præſumitur eam approbaſſe *ex l. fil. famil. 18. ff. ad Senat. conſ. Macedonian. Rot. dec. 88. nu. 1. par. 1. diuerſ.* tum etiam ex quietantijs litterarum Cambij re vera ha- 2
bitis d. ſumm. *num. 2.* quæ concludentiſſimè 3
effectum ſolutionis probant *Rot. coram Seraph. dec. 1339. num. 2. dec. 424. num. 2. par. 2. recent. in Romana mercedis 12. decembris eiuſdem anni coram R.D. meo Decano.*

Quæ fortius obtinent fundamentum quod nulla littera ſit reſtituta, & re vera cum pro- 4
teſtationibus, quod vtique non accidiſſet ſi Ruggerius deprehendiſſet contumaciā in debitoribus ex traditis per *Stracc. de camb. §. 2. glo. 7. num. 67. Turr. eodem tract. diſput. queſt. 12. num. 13. & 14.*

Non obſtat ſuſpicio antidatæ quietantiæ quoniam conſtat de reali ſolutione, vt ſupra & ſi aliqua mora interuenerit illud proceſſit propter nimis graue intereſſe cambiorum, & de patientia, & licentia dicti Gherardi, vt in litteris in eodem ſumm. *num. 2. & ſeqq.* qua propter nihil occurrit, quod operetur dictam 5
ſuſpicionē pro qua † remouenda ſufficerent coniecturæ, & adminicula quæ ex inſpecta facti ſerie ſufficienter habentur *Rot. coram Seraphin. dec. 1221. num. 1. verſ. quia ab hac regula & in rec. deciſ. 242. num. 12. par. 9.*

Nec in facto ſubſiſtit quod Ruggerius aſſenſerit ſolutiones non habuiſſe effectum, vt ſupponebatur ex Epiſtola data in ſumm. dicti Gherardi *num. 2.* quia nihil ſimile dicitur in ea ſed ſolum quod non viderat Epiſtolas, & expeditiones Buſquetti quod toto cœlo differt à prętenſa ineffectuatione litterarū vt deſuper

Altera vero exceptio quæ potentius ſuffragatur intento Buſquetti eiuſque obligationē inexperibilem reddit fundatur in eo, quod d. Gherardus factus eſt creditor Ruggerij correſponſalis, vt ex Epiſtola Ruggerij ad Gherardum quæ ita cantat *E l'ho dato credito di tutte le partite mi ha rimeſſe d' ordine del Signor Franceſco Buſquetti con che con lui V. S. non hà che vedere in queſto particolare d. ſumm. Buſquetti nu.* 10. & de talem exiſtimauit ex mandato ab ipſo dato Ruggerio correſponſali erogandi dictas pecunias in emptione tritici vt patet ex Epiſtola Gherardi dicto ſumm. Buſquetti *num. 11.* ibi *ſe V. S. dice hauere impiegato il mio anauzo in grani in conformità de miei ordini anche li diſſi li mandaſſe* cum alijs in d. ſumm. *num. 4. & 5.* quę 6
Epiſtolæ optime probant de æquitate canonica contra ipſum ſcribentem, & contra tertiū in eis contenta approbantem *Gen. de ſcript. primat. lib. 3. cap. 1. num. 193. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 1. cap. 94. num. 9. Put. dec. 12. per tot Rota dec. 153. num. 9. part. 3. recent & in Romana locationis 10. Iunii 1661. §. præterea coram bon. mem. Veroſpio,* & ratificationem inducunt aptam ad ſup- 7
plendum mandatum ſpeciale † etiamſi requireretur *cap. ratihabitione vbi DD. de regul. Iur. in 6. Gregor. dec. 295. num. 4. Burat. dec. 792. num. 15. in recent. dec. 29. num. 4. par. 9. & in Romana Cambij 4. Februarij 1665. cor. R.P. D. meo Ottalora.*

Ex quibus bene ſequitur Gherardum nihil prætendere poſſe à Buſquetto vigore obligationis Cameralis poſtquam litteræ Cambij à 8
Ruggerio correſponſali Gherardi fuerunt acceptatæ eique actualiter numerata pecunia in creditum nomine Gherardi firmatum, & ab ipſo agnitum cum ab ea obligatione omnino remāſerit liberatus *l. ſi debitor ff. de fideiuſ. Turr. de camb. diſput. 2. queſt. 22. num. 4.* & vti atteſtan- 9
tur Primarij Mercatores vrbis quibus in hac materia plena fides adhibetur *Rota cor. Duran. dec. 368. num 12. dec. 181. num. 6. part. 9. recent in Romana Cambiorum 28. Nouembris 1659. coram bon. mem. Veroſpio §. hinc Domini & in Romana reddituum rationis 18. Februarij 1661. coram R. P. D. meo Albergato §. nec relenat verſ.* quibus fides & in hoc caſu & ſufficeret, quod cāpſor 10
ſeu mercator † promiſiſſet creditori & acceptaſſet Creditor, ſeu ad hoc vt debitor liberaretur *Salicet. in l. ſingularia num. 21. ibique Iaſon. num. 34. ff. ſi cert. pet. Stracc. de decoctor. par. 5. nu. 5. Scacc. de Camb. §. 2. glo. 5. num. 63. Turr. eodem tract. diſput. 2. part. 17. num. 7. Rota Genuen. dec. 4. num. 9. Afflictus dec. 353. num. 5.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit mandatum non eſſe exequendum.

R. P. D. BOVRLEMONT

Chelmen Decimarum.

Luna 28. *Junij* 1666.

ARGVMENTVM.

Parochi ad effectum exigendi decimas in sua Parochia habent intentionem fundatam in luris assistentia, quæ adminiculis iuncta sufficiens est ad manutentionem.

SVMMARIVM.

1 *Parochi habent luris assistentiam in exactione decimarum eorum Parochiæ, quæ eidem suffragatur ad effectum possessionis pro manutentione & num. 2. & 4.*

5 *Testes probant possessionem exigendi Decimas, & num. 6.*

7 *Testes nulliter examinati inserviunt pro adminiculis & sufficiunt pro manutentione, & num. 8.*

8 *Laicum comparere habetur pro presente.*

DECISIO CDXCIII.

PENDENTE lite super pertinentia Decimarum controuersarum Reuerendiss. Episcopus, Capitulū, & Clerus Chelmen Ritus Græci S.R.E. vniti obtinuerunt disputari dubium An sit concedendum mandatum de manutenendo, & fauore ipsorum per DD. resolui obtinuerunt attenta eorum quasi possessione exigendi Decimas à Ruthenis legitimè probata non obstantibus tribus principalibus obiectis in contrarium allegatis pro retardanda resolutione. Primo quod Episcopus non habet assistentiam luris in Parochijs destinatis & quod ex sola luris assistentia non concedatur manutentio. Secundo, quod testes fuerint nulliter examinati ob non citatos Episcopum, & Clerum Ritus latini, & tertio quod Episcopus, & Clerus Ritus latini non sunt in causa quodque in ea non compareat, nec adsit legitimus Procurator.

Siquidem ad primum respondebant Domini quoad duodecim Parochias Ecclesiæ Cathedralis Chelmen vnitas, & Capitulum Ritus Græci constituen. Episcopo, Capitulo, & Clero d. Ritus assistentiam luris suffragari dum ius percipiendi † Decimas sequitur curam Animarum *in puncto Rota cor. Merl. dec. 402. num. 1. in recentiores dec. 616. num. 1. par. 1. & dec. 513. num. 1. & 3. par. 2.* & ideo censeri Parochialem, & quoad illos eadem † luris assistentia gaudere *Robles de decim. quæst. 7. vers. 2. Cenin. dec. 28. num. 1.* remanente suo iure penes alios Parochos quoad alias Ecclesias non vnitas, sed distinctas *Seraph. decis. 802. num. 10.* quibus pariter dandum est mandatum de manutenen. ratione eiusdem Assistentiæ ex allegatis, & vtra luris assistentiam concurrent ad fauorem Episcopi, Capituli, & Cleri d. Ritus multas solutiones Decimarum ipsis factas, ac dum ex antiquo libro Decimarum in Archivio detento, sed etiam ex depositione plurium testium idem comprobantium summ. Episcopi, Capituli, & Cleri Ritus Græci *num. 1. 2. & 3.* quæ solutiones vti multiplicatæ, & adminiculatæ per Testes bene probant † possessionem exigendi Decimas, & plusquam sufficiunt ad obtinendam manutentionē *vt in his terminis dixit Rot. dec. 46. per tot. par. 4. ver.* quæ profecto euincūt quamlibet pretensionem Cōmendatarii, & Capituli Ritus latini, quia tot scripturis, & Testibus luris communis Assistentiā habentibus fortior fides adhibetur quam alijs probationibus, quę non ęquipollēt similibus circumstantijs *Innoc. in cap. auditis & ibi num. 15. & Felin. num. 22. de præscript. Bald. cons. 48. num. 20. lib. 3. Corn cons. 219. num. 3. lib. 2. Cæs. Senex cons. 34. n. 4. Rota coram Buratto dec. 372. n. 14. & apud Posth. de manut. dec. 64. num. 11.*

Ad secundum verò Testes fuisse examinatos in partibus coram Nuntio cum partis interrogatoriis, vt firmatur *in dec. 376. num. 24. coram Buratto* & in vrbe coram A. C. cuius Commendatario Capitulo, & Clero Ritus latini summ. additionali *nu. 1.* & licet nulliter examinatos, quod † non admittitur deseruire tamen pro adminiculo *iuxta notata per DD. in cap. quo peruenit in 4. de testibus Alex. cons. 147. num 2. lib. 2. Aym. cons. 98. num. 11. Rom. dec. 44. num. 2.* quia in hoc † iudicio summario sufficiunt leuiores probationes *Roman. cons. 8. n. 30. lib. 4. cum alijs in dec. 269. num. 4. apud Posth. de manut.*

Ad tertium denique parui facientes DD. declinatoriam multitudine personarum vero Episcopi, & Cleri Ritus latini dixerunt sat esse, quod Commendatarius, & Capitulū d. Ritus qui causam dederunt scilicet turbādo possessionem Episcopi, Capituli, & Cleri d. Ritus Græci, vt constat ex depositione Testium d. Summ. additionali *num. 2.* huc vlq. subsistinuerint personam rei conuenti & si qui doleant quod non sunt in causa ipsis respondetur quod si postquam Commissarius Capitulum, & Clerus Ritus latini citati sunt coram A. C. & hæ citationes ipsis personaliter intimatæ, & executioni demandatæ d. summ. additionali *num. 1.* neglexerint constituere Procuratorem, non ideo censuerunt DD. denegāda esse auxilia, quæ vigilantibus iura suppeditant verum † incrat dilemma loquens, quod scilicet, vel forensem strepitum iuris litis tam publicæ considerationis dissimularunt audire, & ipsis est imputanda eorum taciturnitas, vel sub vmbra alarum Commissarij, & Capituli Ritus latini Inducij euentum tentare voluerunt, & ipsi poterunt expectare litis exitum aut casus, & personas idem ius, aut simile obtinentes iuxta tradita *in l. ingenuum ff. de stat. homin. & fusè Conan. prælim. quæst. cap. 13. num. 3. & 6.*

Et in vtraque &c.

R.P.D.

R. P. D. T A I A.

Auenionen. Fideicommissi.

Lunæ 28. Junij 1666.

A R G V M E N T V M.

Filij positi in conditione licet non censeantur vocati, hoc non fallit quando Testator fuit digressus ad plures substitutionum gradus, vel contrarium ex coniecturis apparet.

S V M M A R I V M.

1 *Filiorum vocatio per fideicommissum potest esse tacita, & habetur, ac si vere, & realiter vocati fuissent & vsumr. 2.*

3 *Donatio pro hæredibus, & successoribus quibuscumque comprehendit etiam extraneos, & potest fieri pure & sub conditione & n. 4. 5. & 6.*

7 *Digressus ad plures substitutionum gradus induxit fideicommissum, & n. 9. 13. 14. 15. & 16.*

8 *Examen inducit veritatem grauaminum.*

10 *Filij positi in conditione, an censeantur vocati & num. 11. & 12.*

DECISIO CCCCXCIV.

IN decisis 26. Februarij proximi præteriti hodie DD. fuerunt adhuc respondentes pro fideicommisso, & de bono iure Gabrielæ filiæ Petri donatarij Gabrielis contemplatione illius matrimonij hoc est stipulati pro se suisque hæredibus, & successoribus in futurum quibuscumque dum tamen donator casu quo Petrus decederet cum filijs naturalibus, & legitimis, & quod dicti filij decederent postea sine filijs naturalibus & legitimis, & procreatis ex coniugum corpore, voluerit bona donata pertinere in ea tum ad alios filios, &c. ex rationibus in decisione descriptis.

Nec obstiterunt instaurata opposita, & maxime stipulatio donatarij pro se suisque hæredibus, & successoribus in futurum quibuscumque *ex Rota coram Eminentiss. Domeo Otthob. decis. 255. num. 4.*

Quin præter alia *in decisione coram R. P. D. meo Benilaqua 4. Maij 1657. à §. neque obstat, & 31. Maij 1659. à §. ad ea tandem & in dict. decisione 26. Februarii prox. in fin.*, † cum filij sint tacite ex coniecturis vocati, & habeantur ac si vere, † & expresse fuerint vocati *coram Ludou. decis. 315. numer. 10. & decis. 357. num. 4.* prævalere visa est vocatio filiorum donatarij Nepotum Testatoris stipulationi ipsius donatarij, Donator enim qui potius substituit donatario decedente etiam cum filijs, & dd. filijs postea decedentibus sine filijs alios suos filios, & prætulit filios ipsius donatoris proprioſque Nepotes extraneis hæredibus illius, & in illa contra rationem naturalem, & paternam institutis in qua donatione prædilexit filium Petrum in eadem prædilexit filios eius maxime proprios Nepotes, & prætulit extraneis donatarij hæredibus.

Nec inconciliabilis visa est alicui repugnãtia substitutionis filiorum donatarij, & stipulationis pro hæredibus, & successoribus in futurum quibuscumque, † & si comprehendantur extranei, videlicet pure pro vtilitate donatarij temporali, & sub conditione resolutiua *ad l. 1. ff. de leg. commiss.* conditionaliter autem si donatarius decederet sine filijs primitus substitutis, & pro mortuis fratribus postea substitutis aut † si vel sic, vel in nihil de fideicommisso curarent ad ea quæ tradit *Bellon. Taurin. conf. 30. num. 3. & 7. diuers.*

Eoque magis quod alias hęc substitutio nimis probat ideoque nihil probat etenim probat, & reprobat tot ac tantas alias expræsissimas substitutiones, si Petrus decederet sine filijs, & si Petrus decederet cum filijs, & dicti filij postea decederent cum filijs, & dicti filij postea decederent sine filijs, &c. † & sane prudens consilium donatoris animaduertitur enim Petrum solum donatarium prætulit substitutis, sed etiam eius liberos, *Lucius 82. in fin. ff. de hæredibus instit.* aliquorum sententia vocatos & omnium communissima per coniecturas atque ita substitutis † Vicentibus substituit ideoque multo magis Vicentium hæredi, §. *& si mihi ibi num qui me potior est, &c. de successionibus 14. ff. de diuers. temp. præscript. l. Claudius 16. ff. qui pot. in pign. cum simil.*

Et denique clausula videri potest illapsa etiã ab vsu Notariorum, ac talis in contractibus stipulatio pro se suisque hęredibus & successoribus, &c. qualis in testamentis clausula codicillaris, & substitutionibus clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, quod maxime constet concordãtibus talibus Verbis in ipsis adiectis donatori pro se suisque hæredibus, & successoribus in futurum quibuscumque, quæ maxime constat cum dicta repugnantia substitutionum.

Concutiebant informantes contra fideicõmissum Gabrielam potitam in prima conditione, vel in secunda parte cõditionis, quod dd. filij decederent sine filijs pro duplici conditione coniuncta vni tantũ casui, quo decederet sine filijs, & filij filiorum sine filijs, & † fideicommisso iniuncto ipsi filio primo donatario sub duplici conditione, &c. *ex Bald. in l. Centurio, ff. de vulg. num. 37. vers. vos autem dicatis cum alijs in decis. §. etenim Gabriela, & pulcherrimè Bal. ad l. 8. C. de impub. mihi numer. 64. à vers. extra quero inquit Peregr. conf. 36. nu. 12. lib. 3. & de fideicom. art. 12. num. 6. & à num. 9.*

Nec visum est, quia vt sequitur *Dec. Bald. ibid.* cogitauit posse substineri, nam ex quo donatarius filios filiorum † grauauit, videtur eis reliquisse, & concurrentibus alijs coniecturis *consideratis iam his (hanc concludentem esse existimarunt in nostri Doctores coram Seraph. dec. 596. numer. 4.*

Si ante coniecturas considerãda est duplex conditio, & vere clareque duæ conditiones altera positiua iniũcta Petro casu, quo Petrus decederet cum filijs plane, vt restitueret ipsis filijs altera negatiua iniuncta ipsis filijs iam vocatis quin etiam admisso, quod dd. filij decederent postea sine filijs, & Clarius ex præceden-

cedentibus substitutionibus ?

Nam Gabriel donauit Petro sub reseruaseruatione, quod casu quo Petrus decederet sine filijs,&c., vnde filii etiam positi sunt sub conditione primo si Petrus decederet, sine filijs secundo si Petrus decederet cum filijs, &
9 secundo si filij decederent sine filijs,†quę magna coniectura per se est,etiam ex duplici positione in conditione, *Fusar. de substitution. qu. 437.num.101. cum annot. ad Buratt. ad decis.385. num.10.vers.quarta coniectura.*

Et ex his nihil confert, aut parum refert onus iniunctum imperſonaliter, & sic quando sumus in dubio an dicatur iniũctum onus
10 instituto, † An filijs positis in conditione, vt si dictum sit si filius maior decesserit sine liberis, &c. *apud Fusar.dict. quæst.437. numer.149. & iux.num.74. Rot.coram Canal.decis.454.num.11 à vers. Præterea DD.& coram Seraph.dict.dec.596. num.2.*

Quia distinctæ,& diuersæ sunt nostræ conditiones, & prius dispositum est si Petrus decederet sine filijs, deinde si decederet cum filijs, & demum si dicti filij decederent postea sine filijs diuersis, & diuerso modo substitutis, vt protinus apparebit, & post præcedentem si Petrus decederet cum filijs sequens conditio si dicti filij decederent postea sine filijs non videtur continere onus imperſonale, & dubium, sed personale filiorum dum scilicet vtraque conditio habet suum Verbum. decederet Petri donatarii, & decederent eiusdem Petri filiorum personalitatem designãs, secus vbi sub vnico Verbo adest duplex negatiua conditio si filius meus decederet sine liberis,& eius liberi sine liberis quoad *Fusar. & alios.*

Informantes oppugnabant etiam coniectu-
11 ram† decedentium donatoris comprobatam *coram Seraph.dict.decis.596.num.6.in decisione, §. coniectura verò vti pro se*, & insufficientem, sed est deducta cum aliis in alia dispositione quã simplici vt supra.

Item aliam qualitatis naturalium & legiti-
12 morum † comprobatam *coram Seraph. decis. 729.num.9.& decis.596. sub dicto Am.,& annotat. ad Burat.decis. 385.num.10. vers.secunda coniectura in decisione, §. coniectura hæc vana apud Thesaur. dec.96. num. 26.in fine sed præter contrariam authoritatem Rot.aliarumque apud Fusar. dict.quæst.437. a num.64. vbi,& multas decisiones procedere tamen aliis coniecturis concurrentibus declarauit ipse Thesaur.*

13 Item aliam digressus ad plures † gradus substitutionum comprobatam *coram Seraph. dec.1129.num.10.& annotat.ad Buratt. d.dec.385. dict.num.10. vers.tertia est in decisione d.§.coniectura huic vers.altera digressus*, ex eo quod donator casu quo Petrus decederet sine filiis, aut cum filiis, qui decederent sine filiis substituit Dionysium.& Ioannem filios si viuerent alios eorum liberos, & in defectu Dionysii,& Ioannis vel eorum filiorum vulgari semper substi-
14 tutione†non autem fideicommissaria neque digressu ad plures gradus substitutionum *Rot. decis.275.num.12. à vers.altera coniectura part.6.* sed ex facto prosequitur substitutio, & donator non solum in defectu Dionysii,& Ioannis vel eorum filiorum sed, & in casu quo Dionysius, & Ioannes decederent sine filiis, &c., atque ita decedentibus Dionysio, & Ioanne siue deficerent hi filii per fideicommissum siue debuissent ipsi filii per vulgarem adductas substitutiones siue sine filiis decederent vt supra, siue cum filiis, & superadduntur substi-
15 tutiones, † si Petrus decederet cum filiis, & dd.filii decederent postea sine filiis, videlicet substitutorum omnium filiorum donatarii, & corũ liberorum, in quam omnium descendentium liberorum *l.201.,ff.de Verb.significatione Bellon.Tavin.cons.2.num.36.cum aliis apud Barbos.Verb.Iur.appell.130. ab init. Fusar. quæst.327. ab init. cum allegat.& max.Mart.*

Item vltimam substitutionem filiorum, &
16 filiorum eorumque, † & earum filiarum. quin etiam liberorum, vt supra comprobatam *coram Seraph.d.decis.1329.num.9 cum aliis in decisione, §. & omnium maior*, quasi inane sine fauore agnationis,sed allegati aliam rationem,
17 offerunt ex huiusmodi substitutione † deducta,nam sicut donator vocauit filios substituti minus dilectos multo magis,&c.*apud Fusar.dict,quæst.437.num.836 cum allegat, & Rot.* & promiscue quia Testator post mortem filio-
18 rum † sine filiis vocauit filios, & eorum filios, & proximiores agnatos, &c. *adnot. ad Buratt.dict.decis.385. dicto numer.40. vers.decima est.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. OTTALORA.

Romana Saluiani.

Lunæ 28. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Census factus cum Ordine est nullus, cum cædula tamen substinetur, quia multum differt cædula ab Ordine.

SVMMARIVM.

1 *Census factus cum Ordine ad Bancum est. Nullus quod amplia, vt num.3. & 12.*
2 *Bulla Pii V. vult census fieri præsente pecunia,& num.3. & 4.*
6 *Piana fuit inuenta ad Obuiandum fraudibus, & num.7. 8. & 9.*
10 *Simplex Ordo est subiectus fraudibus, quia potest per alium Ordinem reuocari, vel prouentus exactione deludi.*
11 Rot.in Romana Saluiani coram Verospio, *semel tantum admisit similem Ordinem in censu.*
13 *Cedula Bancaria multum differt ab Ordine, & potest cum illa Census constitui, & numer. 14. 15. & 16.*
17 *Minor non potest renunciare hereditati absque solemnitatibus Statuti Vrbis, quod limita, vt numer.18.*

DE-

DECISIO CCCCXCV.

REcesserunt DD. à decisis coram me die 17. Martii præteriti, quia census cuius vigore agit Iacobus Marchetettus est nullus vti impositus non intercedente pecunia numerata nisi pro rata scut. 50. reliquâ vero
1 scut. 450. † soluta fuerunt mediante ordine Sacro Monti Pietatis directo contra formam præscriptam in Bulla fel. rec. Pii V. super censuum constitutione in §. rursus † requirente
2 in ipso actu impositionis præsentem, & numeratam pecuniam *Cenc. de Cens. quæst. 50. n. 5. Rota post eundem decis. 118. numer. 3. & decis. 110.*
3 *num. 2.* † alias remanet nullus vique ab initio, vt tradunt *Honded. conf. 25. num. 33. & 34. lib. 2. Felician. de Cens. tom. 1. lib. 1. cap. 8. num. 11. & 12. Boccacc. eod. tract. part. 1. num. 47. & 48. Duard. passim de Cens. §. 2. quæst. 9. numer. 3. & seq. Cenc. dict. quæst. 50. numer. 16. & duob. seqq. Rot. coram Merl. decis. 173. num. 3. &* 6., † & ex eo nulli debentur
4 fructus, nec damna, & interesse *Rota post eundem Cenc. decis. 45. num. 1. & decis. 287. num. 5. coram Card. Seraph. cum aliis adductis in Lucen. Census 2. Maii 1655. §. ad sum vero obiectum cũ aliis seqq. coram R. P. D. meo Priolo.*

5 Nec releuat quod in vim ordinis † præfati pecuniæ fuissent reuera exactæ ab ipso venditore Census ideoque cesset fraus, & quælibet suspicio simulatæ solutionis ad quam
6 dumtaxat † euitandam Piana constitutio voluit numerationem pecuniæ in ipso actu impositionis, vt sentit *Rota in Romana Saluiani 31. Ianuarii 1646. §. fin. coram bon. mem. Verospio, & tenuerunt Scacc. de Comm. & Camb. §. 1. quæst. 1. num. 233. & part. 2. glos. 5. num. 63. & seq. Gait. de Credit. cap. 2. tit. 2. numer. 82. Rouit. in pragm. prima de Cens. nu. 8. Capyc. Iatr. consult. 150.*
7 Quia † licet ordo suum habuerit effectum mediante vera, & reali solutione non tamen di-
8 ci potest satisfactum menti Pontificis, † qui pro forma requisiuit actualem numerationẽ de tempore impositionis ad excluden. frau-
9 des, non solum actu intercedentes, † sed etiã possibiles, quales facile oriri possunt per tra-
10 ditionem † simplicis ordinis cõtinentis dumtaxat mandatum ad exigendum quod potest per emptorem census alio nouo ordine re-
11 uocari, vel præcedentia exactione deludi, vt pluribus probat decisio *in dict. Lucen. Census 7. Maii 1655. §. verum coram R. P. D. Priolo.*

11 Rota autem in Romana Saluiani † coram bon. mem. Verospio pro sufficienti admisit similem ordinem ex quadam æquitate ob
12 multas circumstantias in eo casu concurrentes, vnde secus dicendum † est inspecto rigore Bullæ, & his omnibus circumstantiis in-
præsentibus non concurrentibus, vt *d. decis. in Romana Saluiani responsum fuit in supra citata Lucen. Census 7. Maii 1655. coram Rev. P. D. meo Priolo.*

Cæteri vero DD. nempè *Scacc. Grat. Rouit.*,
13 & *Capyc. Iatr.* † loquuntur de cedula bancaria,
14 quæ † multum differt ab ordine, ea enim
15 postquam † fuit per emptorem subscripta, & venditorem census acceptata illarum transiret
3 dominium pecuniarum in acceptantem, & ob eius reuocabilitatẽ, omnem fraudis suspicionem etiam possibilem circa simulationẽ
16 solutionis excludit, † & æquipollet veræ & actuali numerationi *Rart. in l. si soluturo de solut. Cenc. de Cens. dict. quæst. 50. num. 13. & 24. cum aliis relatis in d. Lucen. Census, §. posteriotis.*

Duo alia obiecta quæ proponebantur contra decis. quæ reuidetur non vrgere visa sunt,
17 nam † primum quod Catharina Caputa vti minor non potuerit repudiare hæreditatem Placentiæ de Gasparis eius Auiæ absquè solemnitatibus Statuti Vrbis, vltra quod non subsistit in facto cum interuenerit decretum Iudicis, & eius Patris præsentia, vt *in Summario præterito numer. 1.* tollitur ex eo quod repudiando hæreditatem insolutam, & fortasse damnosam pro sc. 400. vna cum fructibus re-
18 compensatiuis gessit sibi rem vtilem † quando mulier acquirit, & vtiliter contrahit, solemnitates statuti non requiruntur *Tiraquell. de leg. Connub. glos. 8. num. 56. 76. & 84. Surd. cons. 9. num. 11. & seqq. & cons. 623. numer. 1. Rimin. Iun. cons. 140. num. 4. Merlin. Pignatell. lib. 2. cons. 34. & 75. Franc. decis. 35.*

Secundum vero quod Iacobus Marchesettus sit posterior d. Iacobo Columna respectu fructuum, sublatum fuit in dicta decisione quæ reuidetur in §. neque dubitari cum qua responsione DD. transierunt.

Ex ista ex capite tantum Census recesserunt à decisis Vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Spiteñ. Censurarum.

Lunæ 28. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Visitator electus ad visitandam Ecclesiam eiusq; Clericos, non habet iurisdictionem super Canonicos, maximè in pœnalibus, tantò minùs si Sedi Apostolicæ sint subiecti, quia etiam si haberet facultatem non tamen illos potest excõmunicare ob reuerentiam Summ. Pontif. debit. & Censuræ sunt nullæ.

SVMMARIVM.

1 *Canonici, siue Parochi, qui personaliter citati non se subijciunt visitationi priuantur Beneficio, & incidunt in Censuras.*
2 *Censura ex defectu iurisdictionis sunt nulla.*
3 *Visitator deputatus ad visitan. Clericos, aliosque Ecclesiæ, ministros Laicos non potest censurare in dignitate Ecclesiastica constitutos, quia sub eorum nomine non veniunt dignitates.*
4 *Sententia Excomunicationis absque citatione personali, est nulla, & inualida.*
5 *Visitator Regius debet abstinere ab Excomunican. Capitulum Sedi Apostol. subiectum, tanto magis si processit appellatio ad Pontificem.*
Quod amplia, vt num. 6.

Et

Et declara, vt num. 7. & 8.

9 *A Decreto Excommunicationis, non datur appellatio.*

Quod limita, & declara, vt num. 10.

11 *Arbitrium non intrat in Commissione cum clausula parito signanter post executas Sententias.*

12 *Clausula arbitrio si Sententia est nulla suffragatur ad retardandam, illamque reuocandam.*

DECISIO CDXCVI.

A VISITATORIBVS per Ordinarium Spoletan. deputatis ad visitandum insignem Collegiatam Beatæ Mariæ Virginis, & SS. Petri, & Pauli, Oppidi Buratto Bruxaleni Arnaldus Bero de Fereriz Scholasticus, qui
1 citatus personaliter visitationi † se non subiecit, non solum perceptione fructuum Scholastriæ priuatus, sed etiam per Sententiam excommunicationis, & demum Beneficijs priuatus fuit. Cæterum cum ipse à secunda Sententia priuatus fructuum infra legitima tempora ad Sanctissimum appellasset, commissa mihi fuit causa appellationis cum clausula parito Censuris arbitrio Rotæ, dubium ad formam Commissionis proposui, & DD. pro non paritione arbitrium intrare censuerũt ex pluribus enim Censuras, nulliter relatas fuis-
2 se † vitium est, & primò ex defectu iurisdictionis erant enim authoritate ordinaria deputati, ad visitandam Ecclesiam resquè, & singulos eiusdem Ecclesiæ Beneficiatos, & Sacerdotes, & Clericos aliosque eiusdem Mi-
3 nistros † Laicos, quorum appellatione in pœnalibus dignitates non continentur, vt per *Bero cons. 3. num 29. in princ. lib. 1. Gonzal. ad reg. 8. glos. 9. num. 26. & seq. cum relatis per Barbos. de appell. verb. appell. § 1. sub num. 3 vers. secus vero, Rota decis. 592. num. 2. par. 1. diuers. & deducitur in Nullius, seu Iuuenacen. Iurisdictionis 10. Ianuarij 1664. coram Reuerendissimo Ninot Episcopo Gerunden.*

Altera nullitas ex defectu citationum resultat, aliæ enim non fuerunt executæ, aliæ circumductæ remanserunt, aliæ non cadebãt sub diebus in quibus Sententiæ prolatæ fuerunt, vt in Summario Arnaldi *num. 2.* & Sententia Excommunicationis sine citatione personali promulgata fuit, vnde ineuitabilis nul-
4 litas † resultat, quia tali citatione non præcedente Excommunicatio, pœna omnium grauissima infligi nequit, *Felin. in cap. cũ sit Romana 5. num. 13. de appell. Grat. disc. 559. nu. 14. Rota decis. 176. num. 10. coram Burat. & in recent. decis. 48. num. 18. par. 4. tom. 2.*

Quibus accedit tertiò, cum ad Excommunicationem processum fuerit post appellationem ab Arnaldo interpositam de qua visitatione notitiam habuerat, vt deponunt Testes in Summario Arnaldi *num. 6.* & quidem
5 cum † expressa causa, & ratione, quod Capitulum immediate Sedi Apostolicæ subiectũ erat, ob cuius reuerentiam ab Excommunicatione Visitatores abstinere debuissent, *Cocchier. de Iurisdictione Ordinarii in exempt. part. 2. quæst. 14. num. 6. in terminis Rota in Leopolien. Cursurarum 27. Ianuarij 1645. Sparilen. coram Reuerendiss. Domino meo Decano*, quamuis † appellatio non iudicio, seu extrajudicialiter fuerit
6 interposita, *Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 22. numer. 55. Lair. de Censur. lib. 1. cap. 16. num. 23.* &
7 postea † pro parte Arnaldi de huiusmodi exẽ-
8 ptione specialiter dictum non fuerit, † quia interim superlecten. & illi prorogẽdus erat terminus ad allegatã exemptionẽ coram probis viris iustificandã, vt disponitur in *Constitutione Beneficij 8. quam ad verbum recenset Cocchier. d. tractat. par. 1. quæst. 8. num. 10. fusè de visit. lib. 2. cap. 20. nu. 6. vt quod in Praxi Visitatores hoc primum respicere debent, & post Innoc. Lair. de censur. lib. 1. cap. 16. num. 17.*

9 Nec aduersatur, quod à decreto Visitationis, appellatio suspensiua nõ admittatur quoniam id locum habere potest, quando extra-
10 iudicialiter processum fuit, secus † autẽ quando præuijs citationibus, & firmato processu Visitatores procedunt, tunc enim à Sententia diffinitiua admittitur oppositio, *Leo Thesaur. à Sententia diffinitiua cor. Eccles. par. 2. nu. 77. Grat. decis. 188. num. 3. & 4. vers. secus si vult. cum pluribus relatis per Barbos. de potestate Episc. par. 3. alleg. 73. num. 32. vers. sed si Episcopo formato proces. fu, & num. 33.*

11 Prout non reluat, quod post executas Sẽtentias, & quando in commissione clausula parito, non intret amplius arbitrium, nam hoc intelligi debet, quando Sententiæ sunt
12 validæ, & iustæ, secus † autem stante illarum nullitate, quia tunc clausula arbitrio ad retardandum vlteriorem exemptionem suffragatur, & Censuræ reuocari possunt, *Rota coram Cocc. decis. 177. num. 1. & coram Penia decis. 1309. num. 3. & 4.*

Et ita vtraque, &c.

REVERENDISS. D. CERRO DECANO

Nunc S. R. Eccles. Cardinali.

Meleuitana Mercium.

Lunæ 28. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Mercator potest etiam per inditia, & coniecturas Mercium, dominium probare, cum difficilis sit illius probatio; Vnde si probet Nauilium esse suum, Merces etiam in eo existentes præsumuntur esse suæ.

SVMMARIVM.

1 *Dominium est difficilis probationis.*

2 *Pro Domini iustificatione admittuntur etiam inditia & coniecturæ.*

3 *Testibus adminiculatis est magis credendum, & numer. 4.*

5 *Mercator Dominus Nauilij, præsumitur etiam Dominus Mercium in eo existentes.*

6 *Probatio debet fieri intra terminum præfixum.*

7 *Probatione facta intra terminum parum refert, quod illa exibeatur elapso termino.*

8 *Terminus legitimè impedita currere non debet.*

DE-

DECISIO CDXCVII.

EQVES Paulus Antonius de Baiuga antequam ab Insula Melitæ discederet ad Praticam exercendam contra Infideles promisit sub iuramento nullum damnum, siue iniuriam inferre Christianis, neque eorum personas, Nauigia, Bona, & Merces capere, neque depredari, & pro huiusmodi obligatione seruanda dedit in fideiussorem Eq. Thomam Ludouicum de Soza, Summar. *num.* 2. quia verò in depredatione eiusdem Nauigij Turcarum captum, quoque fuit ab eodem Equite de Baiuga aliud Nauigium Mercibus oneratum spectan. ad Aag Hebraim Christianum Maronitam ideo ad istius instantiam introducto iudicio coram Venerabili Magistro Armamentorum Melitæ super restitutione Nauigij, & Mercium, ad vtrumque fuerunt per diffinitiuam Sentẽtiam condemnati tàm Eq. de Baiuga, quàm Eq. de Soza fideiussor, quæ Sententia fuit confirmata in Audientia Em. M. Magn. Cæterum cum in hac secunda Sententia fuerit dicto Hebraim assignatus terminus vnius anni ad docendum de dominio Mercium, & probationes successiuè factæ, & post lapsum annum exhibitæ per Iudices prædictos fuerint reiectæ, ideo interposita per eumdem appellatione, & causa per Signaturam Sanctissimi mihi commissa dubitaui. An constet de dominio Mercium, & DD. affirmatiuè responderunt.

1 Cum enim dominium sit difficilis probationis, vt concordant omnes scribentes, in *l. cum res, C. de probat.* vtique ad illius iustificationem
2 admittuntur quoque indicia, & † cõiecturæ, *Lindicia, Cod. eodem tit. Surdus, Sen. conf. 89. num. 9. post med. vers. & pro fundamento. Pariscons. 104. num. 101. par. 1. Mascard. de probat. conclus. 535. num. 5. Rota coram Canal. decis. 93. nu. 2. & in recen. decis. 449. nu. 1. par. 3.*

In proposito autem ex Testium depositionibus in Ciuitate Cairi in vim remissoriæ examinatorum, liquet per ipsum Hebrain de anno 1657. paulò ante depredationem Nauigij fuisse emptas in Ciuitate Damiatæ plures Merces, ad effectũ illas asportandi ad locũ de Baias, quæ pro maiori parte spectabant ad eumdẽ Hebraim, & pro reliqua ad eius Nautas, inter quos nullus aderat Infidelis, Summ. *num.* 8. cum quibus concordant iuratæ attestationes Episcopi Ciuitatis Cairi, & Archiepiscopi Liddæ Procuratoris Patriarchæ Hierosolimitani, necnon plurium Religiosorũ in illis partibus commorantium, ac etiã Consulum diuersarum Nationum, dicto Summ.
3 *num.* 9. & propterea dd. Testibus † tanquam admiculatis eo magis adhibenda est fides, per *Text. in capit. licet causam de probat. Rota in Bononien. Primitiarum* 30. *Ianuarij* 1665. *§. finali, coram R. P. D. meo Allergato.*

Quod quidem dominium comprobatur nedum ex aliorum Testium depositionibus, qui
4 asserunt † d. Hebraim virum diuitem, ac solitum proprijs pecunijs emere Merces, illasq; vendere in partibus Orientalibus, dicto Summario *nu.* 10. sed etiam ex Iuris præsumptione desumpta ex eo, quod cum Nauigium spectaret ad ipsum Hebraim, vt admittitur tàm in prima, quàm in secunda Sententia
5 hinc † præsumitur quoque Dominus rerum in ipso repertarum, vt in simili de bonis in domo repertis, tradit *Bartol. in l. 15. cui legatum, §. bonorum, nu. 3. ff. vt in poss. legatorum, Alex. cons. 112. num. 2. vers. & sic videtur, lib. 6.* donec contrarium tamen probetur.

6 Nec releuare potest, quod Hebraim non exhibuerit huiusmodi probationes intra annum sibi in secunda Sententia præfixum, tum enim probationes fuerint factæ in tem-
7 pore, vt † testatur Iudex Remissorialis, Summario *num.* 11. parum refert, quod dictum exhibitio successerit elapso anno, quia constat ex datis in eodem Summario *num.* 5. & 6. Hebraim fuisse in itinere legitime impeditum,
8 nam regulariter legitime impedito, † tempus currere non debet.

Et ita per Contradictas, &c.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO,

Nunc. S. R. Eccles. Cardinali.

Leodien. nullitatis Matrimonij.

Lunæ 28. *Iulij* 1666.

ARGVMENTVM.

Matrimonium inter Raptorem, & Raptam est nullum, quia caret consensu, qui dari non potest, donec Virgo non euaserit à potestate Raptoris, & si fuerit præfixus non valet, quia dicitur metu factus, tantò magis si Puella extiterit sub potestate Patris, sine cuius consensu, etiam ipsa consentiente, Matrimonium dicitur nullum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium inter Raptorem, & Raptam constitui non potest, nisi rapta de manu raptoris euasa consensum præstiterit, quod amplia, vt num.* 2. 9. & 11.

3 *Raptus definitur ex traductione de loco ad locum violenter facta.*

4 *Armatus contra Puellam incutere dicitur metum ex duplici qualitate, nempè sexus, & ætatis.*

Quod amplia, vt num. 5.

6 *Virgo in dubio, præsumitur violentata.*

7 *Raptus dicitur commissus etiam si Puella consenserit dum consensus patris non intercessit.*

8 *Metus, & vis quando dicantur incussa.*

10 *Raptus excluditur ex precedente tractatu nuptiarum.*

12 *Apoca non scripta ab eo de cuius interesse agitur, absque notario, & testibus, nullam fidem meretur.*

Quod amplia, vt num. 13.

14 *Consensus Puellæ existentis in potestate raptoris, est nullus.*

15 *Testes examinati absque interrogatorijs, non probant.*

16 *Matri-*

Digitized by Google

Matrimonium debet contrahi coram proprio Parocho, vel Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia, alias est nullus.

Quod declara, vt num. 17. & 18.

DECISIO CDXCVIII.

CONSTARE de nullitate matrimonii inter Annam Isabellam, & Riccardum hodiè resolutum fuit. Quia cum fuerit contractum de tempore quo idem Riccardus eãdem Puellam ab eo raptam sub arcta potestate tenebat, intrat dispositio *Sac. Concil. Trident. sess. 24. de reform. matr. cap. 6.* qua cauetur nullũ posse consistere matrimonium inter Raptorem, & Raptam, † quam diù ipsa in potestate Raptoris manserit, nisi in loco tuto, & libero constituta illum in Virum habere consenserit, vt latè post alios tradit *Sanch. de matr. lib. 7. disp. 13. numer. 1. & seqq.* Quam † quidem dispositionem habere locum siuè Raptus successerit causa matrimonii, siuè causa solius libidinis explendæ, refert idem *Sanchez vbi supra ex declaratione Sac. Congregationis Concil. d. disput. 13. num. 3. in fin. Boss. de matrim. cap. 13. §. 4. num. 9. Guttier. eodem tit. cap. 86. nu. 3.*

Raptus remanet concludenter probatus ex facti serie delumpta ex Testium depositionibus datis *in Summ. Anna Isabella num. 1. & 2.* ex quibus patet, quod Baro de Fraipont Pater Puellæ cum decreuisset eius filiam nubere Domino de S. Vbermont ex Comitibus de Duras, mediante opèra, & interpositione dicti Riccardi, interim proposuit, quia puella erat teneræ ætatis, eam collocare in Monasterium; Vndè idem Baro discedens vna cum filia ab Oppido Fraipontis priùs appulit Leodium, vbi inuenit dictum Riccardum mediatorem, qui summo manè ad Fluminis ripam eum præuentiuè expectabat, qui precibus, ac suasionibus dictum Baronem coegit accedere vna cum filia ad Domum Heusuich sui Consanguinei, & dum ibidem Baro, & filia, eiusque serui hospitabantur, idem Riccardus nocte sequenti ingrediens cubiculum Puellæ armatus gladio, & duobus sclopetis illam clandestinè eripuit, ducendo eam prius ad Domum Viduæ Roscij, & deindè ad Domũ Scabini Becman pariter eius Consanguinei: Ex facto enim huiusmodi benè desumitur raptus, quia † constat de traductione de loco ad locum, ac etiam de violentia, quæ sunt duo præcipua ad hunc effectum necessaria, ex traditis per *Sanch. dicto lib. 7. quæst. 4. nu. 31. Decian. tractat. crimin. lib. 8. cap. 7. numer. 4. & alii communiter.*

De traductione dubitari non potest, vt ex dicto Summario *nu. 4. 12. & 13.* Violentia verò ex pluribus conuincitur. Tum quia ex facto superius recensito clarè liquet de dolosis machinationibus eiusdem Riccardi, vt deponunt Testes, dicto Summario *num. 3.* Tum quia armatus ingressus fuit cubiculum animo occidendi famulum Baronis, quatenus eum resistentem suis conatibus reperiisset, dicto Summario *num. 4.* Tum etiam, quia Puella dum manebat in Domo dicti Bechman, interrogata, an vellet Riccardo desponsari, coram ipso, non sinè lachrymis consentiebat, seorsum vero contrarium constanter asserebat, dicto Summario *num. 19.* & probant Testes repetiti nouo Summario *numer. 3.* Tum demum quia violentia præsumitur eo ipso, quod Riccardus nocturno tempore accessit armatus ad Puellam vix attingentem 14. annum absque custodia in Domo aliena manẽtem, hoc † enim casu centetur metus incussus ex duplici qualitate, nempè sexus, & ætatis, vt ratiocinatur, *Genuen. in prax. Cur. Archiepisc. Neapol. cap. 88. num. 3.* coque † magis dum Riccardus cum armis erat paratus vim facere seruo resistenti, *Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1400. num. 19.* & † generaliter quod Virgo præsumatur in dubio violentata, tradit idem *Genuen. vbi supra cap. 21. num. 11. in fin. Mascard. concl. 1253. num. 31. quos refert, & sequitur Boss. vbi supra dicto cap. 13. num. 19.*

Quinimmò cum Anna Isabella non esset sui Iuris, sed quidem sub potestate Patris, vbi etiam admitteretur illius consensus, adhuc nõ excluditur raptus, cum † fuerit abducta ipso Patre prorsus inscio, ac inuito; ei namque maxima iniuria irrogatur, quam ipsa per cõsensum remittere non valet, & proindè benè dicitur commissus raptus, ità vt habeat locũ dictum Decretum Sacr. Concil. Trident. session. 24. cap. 6. vt de veriori opinione testantur idem *Genuen. loco citato cap. 21. nu. 11. Sanch. dicto lib. 7. disput. 12. num. 12. Boss. dicto cap. 13. numer. 20. & 21. Gutier. eodem tit. cap. 86. nu. 17. cum aliis allegatis per Donat. Ant. de Marin. resolut. iur. cap. 301. num. 8.*

Præterea huiusmodi raptus comprobatur ex eisdem Testibus deponentibus de publica voce, & fama, & ex eo, quod Riccardus fuit super hoc inquisitus, & à Scabinis Leodien. vti culposus iudicatus, & declaratus apprehensibilis, dicto Summario *num. 12. & 13.* Ac etiam quia Vicarius Leodien. denegauit concessionem rubri sigilli, idest licentiæ contrahendi hoc matrimonium, eo quia raptus erat publicus, & notorius, dicto Summario *nu. 6.* & ex eadem ratione Archidiaconus Arduennæ, cuius iurisdictioni Riccardus suberat, noluit concedere dispensationem ad faciendum proclamationes, iuxtà præscriptum Sac. Concil. Summario *num. 7.* Et his omnibus accedunt querelæ, ac lamentationes ipsius Annæ Isabellæ, emissę tam de tempore, quo erat in potestate Raptoris, quàm etiam ex post quãdo fuit in loco tuto constituta, nam iteratis vicibus declaranit se nunquam habuisse, nec habere intentionem contrahendi tale Matrimonium, immò protestata fuit se habere erga Riccardum maximam animi auersionẽ, vt ex Testibus, dicto Summario *nu. 21. & 22.* & ex publicis declarationibus, *nu. 11. 23. & 24.* Quæ quidem declarationes sicuti deseruiunt ad probationem raptus, cum ex eis colligatur † fuisse eidem Puellæ incussam vim, atque violentiam, ex firmatis in *Romana Nullitatis Matrimonii 24. Maii 1655. coram R. P. D. Imeo Bexilaqua*

uisque &. quem mittam, cum seq. Ità excludunt Matrimonium deficiente requisito Sac. Con-
9 cil. quòd † nimirum in loco tuto constituta raptorem in virum habere contentiat, vt arguit *Rota decis. 316. num. 36. cum seqq. part. 5. recent.*

Non obstat prætensio, quod præcesserit tractatus Matrimonij inter Riccardum, & Annam Isabellam, ideoquè non valeat confide-
10 rari raptus, qui † excluditur quotiescunquè tractatus nuptiarum præcessit, per *text. cap. rapt. 27. quæst. 2. & plures congerit Borell. in summ. decis. tom. 2. tit. 33. de appell. num. 485. & seqq. Gutier. vbi supra cap. 86. num. 22.*

Quoniam afferta Apocha ad hoc probandum adducta, nullam fidem meretur. Nam præterquod non apparet fuisse conscriptam
11 de manu Annæ Isabellæ, & † tanquam facta sinè Notario, & Testibus non caret suspicione antidatæ, ità vt dubium valeat, fuisse confectam post commissum raptum; Adhuc nõ videtur attendenda, quia aduersatur depositionibus
12 tionibus † tot Testium asserentium Riccardum tractasse Matrimonium, tanquam mediatorem, & proxenetam nomine Comitis de
13 Duras, quod etiam patet † ex litteris ipsius Riccardi eidem Comiti, necnon Domino de Iren conscriptis, dicto Summario *num. 25.* quę contra ipsum scribentem, plenam probationem constituunt, *l. publia, in fin. ff. depos. Bart. in l. nuda, ff. de donat. Alex. cons. 119. numer. 1. lib. 2. Rota in Romana Hæreditatis 19. Ianuarij 1665. coram Reuerendiss. Gerunden. in princ.*

Sicut etiam non relevat, quod eadem Anna Isabella sub die 27. Ianuarij 1663. coram Notario, & Testibus declarauerit dedisse fidē Matrimonialem Riccardo, quodque successiuè constituerit Procuratorem ad petendum rubrum sigillum. Quia cum de eo tempore
14 esset in potestate Raptoris, nulla † vis fieri potest in dicta confessione, aliisque actibus, cum non debeant attendi, nisi prius Puella fuerit pristinæ libertati restituta, vt probat *Farinacc. qui alios refert in prax. crimin. tit. de delict. carn. quæst. 145. num. 150. & seq.*

15 Nec facit quod Testes non probēt vti examinati absque Interrogatorijs. Nàm omissis alijs respõsionibus, nuper aduenit processus repetitiuus, & quatuor Testes, qui ex 29. fuerunt solummodò repetiti, post varias prorogationes terminorum, tantum abest, quod primis depositionibus aduertentur, vt potius raptum euidentiorem ostendant, vt patet ex illorum lectura in Summario ad partes dato.

Ex alio quoque capite dici potest nullum Matrimonium. Quia scilicet fuit contractũ Leodij coram Parocho Sancti Remacli, qui non erat Parochus, neque Riccardi, qui domicilium habebat in Terra Stabuleti, neque Mulieris, cuius domicilium erat in Oppido Fraipontis, dicto Summario *num. 26.* contra dispositionem *Sac. Concil. Triden. Sess. 24. de Reform. Matrimon. cap. 1.* vbi
16 † mandat, quod Matrimonium contrahatur præsente proprio Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinarij licentia, alias autem si irritum, & nullum.

Nil relevãte quod Riccardus per duos dies ante conduxerit domum in eadem Parochia. Quia cum ex vicinitate temporis, & ex facti circumstantijs supra ponderatis, dubitari possit huiusmodi conductionem fuisse affectatã, vel ad commodius raptum explendum, vel ad legem fraudandam, & viceuersa nullibi constet de animo deliberato habitandi, hæc
17 sola † momentanea habitatio, non videtur sufficiens, ad effectum de quo agitur, ex traditis per *Paschal. de vir. patr. potest. par. 2. cap. 5. nu. 5. Sanch. de matr. lib. 3. disp. 23. num. 11. Barbos. ad Concil. dicta sess. 24. cap. 1. num. 9. & 16. & in his terminis Rota in Mutinen. Matrimonii 27. Februar. 1637. §. quia ista conclusio, coram bo. mem. Dunozetto.*, & in specie, quod ex vicinitate temporis
18 conductio præsumatur fraudulenta, & † proindè habitatio suffragari non potest plenè tradit idem *Barbos. vot. decisiu. 19. num. 4. & seqq. & signanter, nu. 11. lib. 2.*

Et ità vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R. P. D. CARPINEO

Nunc S. R. E. Cardinali.

Mediolanen. Nullitatis Professionis.

Lunæ 28. Iunij 1666.

ARGVMENTVM.

Miles Hierosolymitanus debet facere Nouitiatum antequam Professionem emittat licet ei derogatum sit per Breue Apostolicum, quando illud impetratum fuit inscio professo, quia requiritur expressus, & verus consensus alias professio est inualida.

SVMMARIVM.

1 *Consensus requiritur pro validitate Professionis.*
2 *Aduersio erga professionem destruit consensum, & num. 3. 4. & 5. quod ampliat vt num. 6.*
7 *Dolo, & falsa causa inductus ad professionem non dicitur consensisse.*
8 *Conquestus, & reclamationes facta eodem die habitæ professionis destruunt consensum.*
9 *Nouitiatus, est à Iure inuentus adhoc vt quis valeat regulas religionis experiri, & determinare vtrum sibi expediat nec ne professionem emittere.*
10 *Professio inita absque Nouitiatu mediante breue Apostolico, est nulla quando illud obtinetur inscio professo.*

DECISIO CDXCIX.

VIRTVTE Breuis Apostolici deferentis facultatem D. Cardinali Nuntio admittendi ad Professionem in Sac. Religione Hierosolymitana D. Franciscum Carauaij Marchionem etiam non facto Nouitiatu ad id requisito idemmet Marchio regularem professionem emittit super eius inualiditatem ad ipsius instãtiam postmodum commissa mihi

cauſa dubium pluries propoſitum vtrum ille, nec ne ſubſtineretur quod hodie à DD. fuit
1 fauore Marchionis reſolutum † ex defectu conſenſus pro validitate profeſſionis requiſiti *in cap. preſens 20. quæſt. 13. & vt cap. 1. & cap. cum ſimul 14. de regul. Bonacoſp. in ſal. to. 1. tit. de clauſ quæſt. 2. punct. 10. difficul. 2. §. 1. nu. 1. Tanabur. de Iur. Abb. tom. 3. diſput. 6. quæſt. 17. nu. 1. Odd. de reſtit. in integr. par. 2. quæſt. 61. art. 5. num. 33. Rot. cor. Merlino dec. 59. nu. 4. & cor. Reuerendiſs. Royas dec. 491. num. 1.*

Hæc autem defectio viſa fuit reſultare ex pluribus facti circumſtantiis annexis à magna
2 præſertim animi † aduerſione erga profeſſionem conſtanter à Marchione antea ſemper expreſſa cuius plurimum fecit *Rot. cor. Greg. dec. 226. num. 7. Burati. dec. 205. nu. 4. & Vliſbonen. nullitatis profeſſionis 27. Ianuarii 1655. §. 1. & §. vrget coram bon. mem. Dunozetto ſum ex verbali proteſtatione non longè ante profeſſionem* par edita,
3 vbi declarauit quod ſi ipſe ad illam deueniret id foret contra ſuam voluntatem nec non ex-
4 nimia importunitate & vi *D. Marchioniſſæ Mariæ ſuæ Cognatæ* talis enim proteſtatio adimens
5 conſenſum actui futuro operatur, vt ſubſequuta profeſſio cenſeatur conſenſu deſtituta, ac proinde inualida *Surd. conſ. 37. nu. 29. Conar. de matrim. part. 2. cap. 3. §. 5. num. 12. Barboſ. voto deciſ. 1. num. 40. lib. 1. Rota coram Seraph. dec. 319. num. 5. & 6. Vbald. dec. 159. num. 4. & in Vliſbonen. nullitatis profeſſionis 29. Ianuarii 1646. §. & ratio eſt cum ſeqq. coram Arguel.*

6 Dum maxime in eadem animi aduerſione & diſſenſu Marchio repetijt in ipſo actu editę profeſſionis *ad tex. in cap. cum ditione 12. verſ. non enim de regul.* ad quod tandem contra ſui voluntatem deuenit inductus ex falſa cauſa ac nimio dolo qui quoties vt hic exiſtat cauſa fi-
7 nalis profitendi conſenſum ſolet adimere, ac profeſſionem propterea irritare & doctrina *Abb. in cap. cum dilectus 213. ibidem Felin. num. 10 de probat. Nau. conſ. 46. num. 4. de regul. Lanulph. inſtit. real. Iur. Canon. lib. 2. tit. de diuerſ. poſt princ. verb. falſa Fel. mihi 194. Roſul. in verb. diuortium num. 7. Odd. de reſtit. in integr. par. 2. quæſt. 61. art. 5. num. 31. & 32. Card. Mantic. de tacit. lib. 1. Rota in Vliſbonen. nullit. profeſſ. 29. Ianuarij 1646. §. 5. ponderabat cor. bon. mem. Arguell.*

Pro excluſione præterea conſenſus plurimum vrgent conqueſtus reclamationis ſuper
8 illius inualiditate à Marchione per habitæ eadem die emanatæ profeſſionis *Barboſ. vot. deciſ. à num. 121. lib. 1. Rota dec. 643. num. 16. part. 1. rec. & in addit. Vliſbonen. nullit. profeſſ. verſ. & ratio eſt ad med. coram Arguell. & in Monopolitana nullitatis profeſſ. 27. Ianuarii 1653. §. vrget cor. bo. mem. Dunozetto.*

Animaduertebant denique DD. hic non tractari de profeſſione a nouitio emiſſa poſt
9 annum probationis à Iure adiunctum ad hoc vt ille valeat regulas religionis experiri, ac determinare vtrum ſibi expediat profeſſionem emittere *ad tex. in cap. ad Apoſtolicas 16. de regul. Nauar. conſ. 32. num. 5. eodem tit. Sanch. de præcept. decal. lib. 5. cap 4. num. 9. Rot. coram Seraph. dec. 121 num. 2. & in rec. dec. 309. num. 1. ad fin. part. 2. & in Leodien. profeſſionis 14. Decembris 1652. §. 1. coram R. P. D. meo Priolo*, ſed agi de profeſſione nullo præcedente Nouitiatu edita vigore Breuis Apoſtolici quod non ſolum fuit inſcio Marchione impetratum verſi etiam illi fuit dumtaxat apertum ferè immediatè ante profeſſionis actum quare illa cenſetur ex improuiſo,
10 & ſine animi deliberatione peracta, ac facilius perinde intrat præſentio diſſenſus ex traditis *ab Aucar. in cap. ad noſtram 8. num. 4. & 5. de regul. ibique notat Hoſtien. num. 12. Rot. in Meleuitana nullit. profeſſ. 27. Ian. 1609. §. inde coram Reuerendiſſ. Papien.*

Ex his perpenſis aliiſque facti circumſtantiis DD. in hoc caſu decreuere Domino Marchione dumtaxat informante &c.

R. P. D. T A I A.

Turritana Congruæ.

Lunæ 5. Iulij 1666.

A R G V M E N T V M.

Debitor ſoluere poteſt debitori vnum pro alio quando nullum ex hac ſolutione inceſt incõmodum eidem allaturus.

S V M M A R I V M.

1 *Debitor ſoluere poteſt vnum pro alio, quando Creditori nullum incommodum eſſet allaturum.*

2 *Penſio ſolui poteſt ex moneta, quæ adæquet valorem monetæ pro penſione conuenta & num. 3.*

4 *Valor Monetarum aliquando creſcit aliquando decreſcit, & in vno loco eſt maioris valoris, & in alio minoris, & quanti valeat ſcutus aureus Sardiniæ, & quanti pezza da otto bene declaratur num. 3. & per tot.*

DECISIO D.

PRONVNCIAVERAM de voto Dominorum iuxta deciſionem 26. Nouembris 1663. congruam ſcut. 100. auri de Camera à Capitulo deberi Parocho de Sens iuxta valorem currente tempore ſolutionis appellauit Capitulum inhærens conſuetudini ſoluendi ſecundum valorem primæuum ab anno diſmembrationis 1579. in annum litis 1663. & Signatura reſcripſit ſine præiudicio, vnde Parocho procedente, & ipſo Parocho, & Capitulo adhuc diſcrepãtibus de valore currenti ipſum Capitulum petijt remiſſoriã ad probandum præcipuè, *Che le penſioni Eccleſiaſtiche conſtituite in ducati d'oro di Camera ſi pagano à ragione di 16. reali Sardi per ducato, e che commune mente il ducato d'oro di Camera nel Regno di Sardegna ſi compra, e vende à ragione di 16. reali per ciaſcun ducato*, & remiſſoria conceſſa 22. Maij 1665. & poſtea teſtibus examinatis, & hodie propoſito dubio in qua ſpecie ſit facienda ſolutio Domini adhuc ſentientes ſeruandum eſſe valorem currentis ducati, & inſiſtentes non ſolum reſcripto Signaturæ, ſed etiam ſententia propria quam hodie etiam penes coram R. P. D. meo Priolo confirmandam

reſ-

Digitized

reſponderunt ptę executione reſponderunt pariter declarandam eſſe deciſionem d. die 26. Nouembris 1663. iuxta modum exprimendum in præſenti vlt. ſecuti ſunt generalem cõſuetudinem, qua pecunia functionem in genere ſuo etiam de forma ad formam, vt
1 poſſit debitor vnum pro † alia ſoluere ſi nullum incommodum ſenſiturus eſt Creditor, *l. debitor etiam alias l. Paulus ff. de ſolut. & ibi Bart. num. 3. & 4. Abb. ad cap. quanto de Iur. Iur. num. vlt. & elegantius etiam ex Tito Liuio Theſaur. ex argum. monet. part. 1. num. 79. cum pluribus apud Gene. de Cenſ. part. 105. num. 9. nec longè à Iure communi l. vnica de argen. præt. lib. 10. & ibi gloſ.* maxime in partibus vbi congrua ſolui debet & pecunia loco bonorum, & fructuum localium cauta reſeruationis adeoque pecuniam
2 & ducatum ſufficit ſoluere in moneta dummodo illa tantum valeat &c. *apud Gomez. ad regul. de valor. exprimen. quæſt. 8. ad fin. & in Aprutina Cenſus Rota deciſ. 366. num. 3. verſ. admittebant etiam part. 4. diuerſ. cum aliis in dec. 22. May 1665. ſub initio.*

Et cum teſtes remiſſoriales concordes concludant ſaxarinam conſuetudinem eſſe ſoluendi pro quolibet ducato Cameræ quatuor libras Sardas, & omnes penſiones reſeruatas in ducatis Cameræ ſolui in Sardinia in quatuor libris pro ducato, & quatuor libras monetę Sardæ quæ ſunt 16. Reales eſſe eiuſdem valoris cuius ſunt 16. Iulij monetæ Romanę & ita ſolui penſiones Domini declararunt a die litis conteſtatæ, ita ſoluendum eſſe congruum in realibus, atque ita pro centum ducatis auri de Camera reſeruatis mille, & ſexcentum reales, ſeu quadringentas libras qua-
3 tuor realium, & inde nullum † incommodum à Creditore ſentiri *vt ait Barth. & alii* imo ſentirj omne Commodum, quod ſentitur ab omnibus.

Repręſentauit etiam Capitulum monetam Sardam trium realium æqualem qualitate, & quantitate argenteı tribus Iulijs probatur.

Neq; ſubſiſtit quod reclamauit Parochus in Regno Sardiniæ non currere niſi monetam nuncupatam pezza da octo reali di Spagna, & ibi valere decem reales, ſeu Iulios monetæ Sardæ conſtituen. vnum ſcutum, atque adeo libras duas, & mediam libram in vrbe autem valere Iulios octo cum dimidio, cumque conſtet ducatum auri de Camera valere 16. Iulios impoſſibile eſſe valere tantum totidem 16. reales, ſed ſiue ſoluãtur reales, ſiue tales monetæ pro decem realibus plures reales eſſe ſoluendos pluresque tales monetas pro decem realibus iuxta ſuam cõputationem.

Quia ſtantibus ſupraſcriptis remoueri viſa eſt reclamatio ex diuerſitate locorum Romę, & Saxaris, ſi Saxari ſolutio fiat in realibus, vel in moneta exhibita trium realium æquiualente tribus Iulijs, vel alia ordinaria, deinde inualidum eſſe argumentum ab incerto, varioque valore monetæ etiam locali, vt huius
5 ducati Romæ varijs temporibus, & locis ad certum, & ſtabilem localium aliarum monetarum. Imo à certo, & ſtabili arguendum & ſtabiliendum; & denique diſtinctis locis diſtingui pretia monetarum neque hanc monetam valere octo Iulios, & medium Iulium Romæ Saxaris autem, & in Sardinia decem reales quia ſint diuerſi Iulij, & reales, ſed quia diuerſi ſunt loci.

Quamquam quod attinet ad *d. dec. 22. May* 1665. §. *præſertim* adhuc Romæ in Cancellaria Apoſtolica 100. libr. monetæ Sardæ *ſi riducono à 33. & in 30. ducati di Camera*, nunc reſpondet Parochus ſpecialem eſſe obſeruantiam, & æſtimari ducatum auri de Camera antiqua æſtimatione à tempore erectionis officij mediarum annatarum, ſed adhuc manet eadem æſtimatio libr. Sard. quibus quatuor conſtaret ducatus auri de Camera, vt conſtant adhuc, & valente nunc d. ducato quarta parte amplius à 12. ad 16. Iulios centum huiuſmodi ducati conſtant 400. libras, quod ſi etiam libra quatuor realibus conſtituit ſemper, & conſtat bene ex facto, & Iure deciſum.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

Eſina fideicommiſſi.

Lunæ 5. Iulij 1666.

ARGVMENTVM.

In hac Deciſione agitur quando ſit danda, vel deneganda Remiſſoria ad effectum examinan. Teſtes, quod colligitur ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non datur quando probatio fieri poteſt per Inſtrumenta.*
2 *Remiſſoria datur ſi Inſtrumentum à quo probatio dependet non reperitur quod limita, vt nu. 3.*
4 *Remiſſoria non datur quando materia articulata eſt irreleuans.*
5 *Obliuio præſumitur per lapſum decem annorum, etiã in facto proprio.*
6 *Remiſſoria non datur ad probandum inueriſimilia.*
7 *Remiſſoria non datur ad retardandam expeditionẽ Cauſæ.*

DECISIO DI.

AD Probandam exiſtentiam donationis factæ (vt aſſeritur) à Io: Laurentio ad fauorem Rainaldi fratris, de qua Rota ſub die 15. Martij præteriti coram me non conſtare reſpondit Petrus Berardinellus d. Rinaldi filius exhibuit vltimo loco in actis fides duorum Teſtium pro quibus formiter examinandis remiſſoriam petijt vnde dato dubio ſuper illius conceſſione Domini denegãdam eſſe dixerunt.

Fides enim continent donationem prædictam fuiſſe confectam de anno 1614. per prę-

dictum Instrumentum rogatum à q. Dominico Sarto de Musciano idemque † dum pro
1 batio fieri potest mediante exhibitione eiusdem Instrumenti non datur remissoria ad probandum per Testes *Egid. dec.496. Rota decis.17. de Testibus in antiq. Cæsar. de Grass. dec.1. de dilat. decis.314.num.1.part.1. & decision.414. num.5. & 589.num.1.part.2.recent. & coram Duran.dec.196. nu. 2.*

Non obstat d. Instrumentum non requiri
2 nam de hoc nulla affertur Iustificatio minusque articulata fuit illius deperditio, vt opus esset *Rot apud Put.dec.403. lib.2.in correct. Caual. dec.368.in fine.*

Vlterius probatio super contentis in d. fidibus esset prorsus irreleuans maximè ad inducendum remissionem fideicommissi ad quem effectum solum donationis existentia probari prætenditur ibi enim solùmodo habetur quod anno 1614. Io: Laurentius donauit Rinaldo fratri scuta duo millia, sed non referuntur pacta, vel conditiones, aliquæ qualitates, & obligationes quibus forsan donatio concepta fuit quæ omnia nec minus fuerunt
3 articulata † prout necesse foret ad ostendendū quod bona fideicommissaria Petri Senioris Rinaldo esse in satisfactionē dd. scutorū duorū millium libera remanserit à fideicommisso, *vt ponderatur in alia decis. emanata coram me hac*
4 *eadem die*, pro dubio Immissionis † data autem irreleuantia materiæ nunquam conceditur remissoria *Gregor. decis. 81. nu. 3. Rota in Melenitana hæreditatis 26. Ianuarij 1643. §.2. principaliter cor. bo.me. Dunoz.*

Accedit quod versamur in Instrumento stipulato de anno 1614. & sic est admodum inuerisimile inuenire modo Testes qui de integra illius substantia, & de dispositis in eo
5 possint specificè deponere † cum per lapsum annorum decem præsumatur obliuio etiam in facto proprio *Glos. in l. licet C. de acq. possess. & notant dd. in l. peregrè cod. tit. Seraph. decis. 1439.*
6 *nu. 1.* vt † pro denegatione remissoriæ petitæ ad probandum inuerisimilia admisit *Rota decis.146. num. 10. & decis. 325. num. 23. part.5. recent. & in Cæsaraugustana distributionum 13. Martij 1647. §. 2. quia coram Reuerendissimo D. meo Decano.*

7 Demum vrget non leuis suspicio † calumniæ cum petatur ad retardandā Immissionem debitam Frācisco *Vig. leg. fin. C. de edict. diu. Adu. tollen. Gregor. decis. 367. num. 1. ibique addendum num. 3. Buratt. decis. 211. num. 5. vbi addit. sub litt. R. einsque petitio dilata fuerit ad tertiam Instantiam vltimas audientias, & ad differendam imminentem Causæ expeditionem Caul. decis. 87. num. 2. & dec. 551. nu. 10. & coram Merlin. decis. 653. numer. 3. & 4. & in rec. dec. 76. n. 2. part. 8. & 216. n. 1. part. 9. tom. 1.*

Et ità vtraque, &c.

REVERENDISS. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Firmana Vsusfructus.

Lunæ 5. Iulij 1666.

ARGVMENTVM.

Bulgari consuetudo non habet locum quando Mulier fuit relicta vsufructuaria vna cum filia, & liberata fuit ab onere conficiendi inuentarium, ideoque vsusfructus extantibus filijs in tali casu non restringitur ad alimenta.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana intrat in cansis merè laicalibus.*
2 *Mater relicta in vsufructu simul cum filia censetur verè vsufructuaria.*
3 *Bulgari consuetudo extantibus filijs restringit vsumfructum ad alimenta, quod declara, vt numer. 4.*
5 *Dictio* cum *præfefert æqualiter.*
6 *Liberatio à confectione inuentarij indicat verum vsumfructum, quod amplia, vt numer. 7. & 8. & 9.*
10 *Vsusfructus debetur Mulieri etiam si transiuit ad secunda vota quando viduitatis conditio in Testamento non reperitur.*
11 *Aegidiana non intrat quando in sententia adest mixtura, quod limita, vt nu. 12.*
12 *Aegidiana intrat etiamsi adsit mixtura quando sententia concepta fuit per capita separata.*
13 *Sententiæ tot dicuntur quot sunt capita.*

DECISIO DII.

BEATRICEM filiam postquam Franciscus hæredem vniuersalem instituit, Annam Vxorem vsufructuariam cum filia esse voluit, inter quas per longum tempus orta super hoc controuersia, per sententiam ab A.C. pronunciatum fuit in medietatem pleni, & formalis vsusfructus Annæ dandam esse immissionem. In gradu appellationis dubium proposui ad formam Commissionis. An intret Aegidiana affirmatiuè resolutum
1 Agitur † enim in possessorio de bonis prophanis inter personas Laicas, & concurrit validitas, & Iustitia sententiæ, quæ sunt requisita ad hunc effectum necessaria *Rota coram Seraph. dec.63. nu.1. dec.93. num.2. & 3. part.8. recent. cum alijs in Reatina Castrorum 13. Maij 1653. in princ. coram me, & Bononien. fideicommissi de Monterentijs 27. Iunij 1657. coram bo.me. Dunozetto pariter in princ.*

Iustitia sententiæ ad quam restringitur difficultas resultat ex eo quod Anna fuit hæres relicta in vsufructu simul cum filia, vt in eius Summario *num. 2.* ibi: *Item lascia la detta Signora Anna sua moglie herede vsufructuaria con*
2 *detta Beatrice*. † quæ verba operantur, quod ipsa medietatem vsusfructus cōsequi debeat, *l. si quis Actio 8. ff. de vsufr. accres. Dec. cons. 454. nu. 4. Menoch. cons. 578. num. 4. & per tot. Malnas. cons. 49.*

conſ.49.num.10.& 21. Grat diſcept.7. num.49.& ſeqq. cum relatis per modern. Andreol. controu. 71. nu.1. & per tot. Rota dec.154. nu.5.coram Penia Bononien. ſucceſſionis 5. Maij 1653.§. fin. in fin. coram Reuerendiſſimo Papien. Bononien. fideicommiſſi de Anſelmis 26. Iunij 1658. §.ſiquidem coram Eminentiſſimo Celſo, & in Fauentina vſusfructus 20. Iunij 1664. §. hanc verò coram bon. mem. Veroſpio.

Qua ratione non intrat conſuetudo Bulgari, per quam inductum fuit quod legatum † vſusfructus vxori relictum, extantibus filijs reſtringatur ad alimenta. Ab illa enim recedit † quando conſtat de contraria etiam tacita voluntate Teſtatoris, quod ſcilicèt vxor verum vſumfructum conſequatur, *Cravett. conſ.32. nu.2. Surdus conſ. 218. nu.6.& 7. Caſtill. de vſufr.cap.45. nu.10. vbi alij referuntur Cyriac. contr.52. nu.3. Rota dec.241. num.13. part.5.dec. 290.nu.4.part.10. recent. & coram Eminentiſſ. Otthobono dec.145.nu.21.* Quę hic deducitur non tolum ex eo quod Anna, vt dixi hæres relicta fuit in vſufructu cum filia, quæ dictio † *Cum* æqualitatem præſefert, & ſicuti reſpectu filiæ non dubitatur quin habeat medietatem vſusfructus, idem de matre dicendum eſt, & in his terminis per hãc rationem probat, *Menochius præſumpt.139. nu.21. & tribus ſeqq. lib.4. ſequitur Cyriac.vbi ſupra num.9. Andr.de controu. 71.nu.2. & 3.* † verum etiam quia vxorem liberauit à confectione Inuentarij, quæ quidẽ liberatio cum ſimplici Alimẽtariæ non conueniat, ſed vſufructuariam reſpiciat, cui tale onus incumbit,efficacem præſtat coniecturam de verò vſufructu Teſtatorem ſenſiſſe *Corrad. conſ.47.nu.2. Socc.Iun.conſ.99. numer.14. lib.1.Rimen.Iun.conſ.122.nu.11.verſ. Quarta ſuccedet & nu.12.Surd.de alim. tit,2.quæſt.15.nu.243. & ſeqq. Mantic.de coniect.lib.9.tit.7.nu 26. in fin. Miſeng.obſerv.38. nu.3. § cenſetur Menoch., qui de magis recepta opinione Teſtatur d. præſumpt. 139. nu.330.lib.4.*

Nec obſtat quod Anna ad ſecundas nuptias † tranſiuerit, quodque de adminiſtratione bonorum filiæ ratio reddita non fuerit. Quoniam ſtante liberatione legata de omni eo, † quod ratione adminiſtrationis Anna reſtituere tenetur ad huiuſmodi redditionem rationis non erat obligata. *Corrad.d.conſ.47.nu. 12.Dec.conſ.173,num.3.Eſcobar.de ratio vn.cap.5. numer.23.Mantic. de coniect.d.lib.9. tit.6.num.29.* & in omnem euentum hæc difficultas non eſt præſentis inſpectionis, Dum tanquam altiorem indaginem † requirens impedire nequit, quin interim vxor vſumfructum recipiat, *vt in ſpecie reſpondit Rota in d. Fauentina vſusfructus 20. Iunij 1664.§.nec Caterina coram bo. mem. Veroſpio* Cumque in Legato vſusfructus viduitatis conditio non reperiatur, dicendum eſt Teſtatorem pœnas ſecundo nubentibus inflictas † remiſiſſe, vt per tranſitum ad ſecunda vota vſumfructum non fuerit non fuiſſe amiſſum *Pariſ. conſ.95.num.22. & ſeqq. lib.1.Surd.conſ.471.num.38.verſ.relictum Maluaſ. conſ.31.nu.9. Mantic. de coniect.lib.10.tit.6.nu.10. Caſtill. de vſufr. cap.2. num.12. Rota in Bononien. vſusfructus 26. Nouembris 1655. §. nec viſo verſ. quoniam ad ſolummodo, & in Romana vſusfructus 1. Februarij 1664.§. nec dicatur coram R.P.D. Reuilaqua.*

Prout non aduerſatur quod in ſententia A.C. condemnata fuerit Beatrix ad reſtitutionem fructuum, & ſic non verſemur amplius in ſimplici poſſeſſorio, † & ratione mixturæ non intret Aegidiana, *vt per Lancell. de attent. part.2.cap.12. limit.25.nu.14.* nam ſententia concepta fuit per Capita ſeparata, vnde cum in capite vbi cõceditur Immiſſio nulla † contineatur mixtura, hoc ſufficit, vt reſpectu illius locum habeat Aegidiana, † cum tot dicantur ſententiæ quot capita *Veſtr. in prax.lib.7.cap.3.ſub numer.8. verſ. idem denique vota dec.301.nu.12.verſ. Quatenus verò, & num. 13. part.6. recent. & in d. Bononien.fideicommiſſi de Monterenty 27.Iunij 1657. ſub §. minus pro excluſione in fin. coram bo.me. Dunozetto.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA

Bononien. Pecuniaria.

Lunæ 5. Iulij 1666.

ARGVMENTVM.

Statutum Bononiæ quomodo practicetur circa concurſum creditorum contra bona Mercatoris decocti in hac deciſ. luculenter per tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Concurſus creditorum non habet viam executiuam, ſed Ordinariam, quod amplia, vt nu.2.*
3 *Statut. Bonon. in concurſu creditorum inter Mercatores prohibet viam executiuam quod declara, vt nu.10.limita, vt nu.16.*
4 *Statutum loci eſt obſeruandum tanquam lex particularis.*
5 *Concurſus probatur à ſententia Graduatoria.*
6 *Decoctio probatur per quatuor Teſtes deponentes de publica voce, & fama.*
7 *Decoctio quomodo probetur & nu.8.*
9 *Statut. Bonon. indicat Mercatorem decoxiſſe ſi per tres dies nõ feriatas illius Bancum non fuerit apertum.*
11 *Statut. Bonon. declaratur circa concurſus creditorum inter Mercatores, & numer. 14. & 15. & 17.*
12 *Dictio* etiam *eſt ampliatiua.*
13 *Fraus non præſumitur in Montiſta.*
18 *Deciſ. in Bononien. cenſus 4. Maij 1634. coram Reuerendiſſimo Imolen. declaratur, & numer. 19.*
20 *Statutum Laicale non comprehendit loca pia.*
21 *Laicus non poteſt vti priuilegio Clericorumquando nullam cum eis habet cauſa connexionem.*

DECISIO DIII.

IN SENTENTIA graduatoria per Auditorem Generalem Bononiæ lata inter creditores Catalani publici nummularij, & depositarij diuersorum locorum montium sub die 1. Martij 1663. defuncti fuit inter cætera declaratum D. Hieronymum de Bolognetis fideicommissarium D. Catalani ex causa depositariæ teneri concurrere cu alijs creditoribus per æs & libram iuxta formam statuti à qua sententia commissa mihi causa appellationis Comes Marcus Antonius Albergatus Montistarum cessionarius petebat mandatum executiuum, & de associando ad bona dicti Catalani pro libris 96833., sed Rota neutrum concedendum esse respondit quia iudicium concursus creditorum in quo versamur non
1 solum ex sui natura † est ordinarium, & hac via sunt discutienda iura eorumdem petentium prælationem in bonis communis debitoris non † obstante quod aliqui ex illis habeant eum in forma Cameræ, vel alio pacto
2 executiuo obligatum *ex dispositione Iuris ad l. Titiæ si non nupserit ff. de condit. & demonstrat. Menoch. conf. 808. nn. 36. Peregr. conf. 64. lib. 2. Carlenal. de Indic. lib. 1. tit. 3. disp. num. 7. vers. 2. est aliqui cumulati per moder. Hispan. in labyr. cred. part. 1. cap. 16. numer. 2.* sed etiam quia hoc ipsum cauetur in statuto fori mercatorum Bononiæ astringente Creditores, vt † veniant in
3 concursu per æs & libram nulla habita distinctione hypothecarum quod † quidem statutum tanquam lex particularis loci tenaciter
4 est seruandum *l. omnes populi ff. de iustit. act. l. illam C. de collat. Amat. dec. 2. nu. 1. Mantic. dec. 250. nn. 10. & in specie firmauit Rota in Bonon. discussionis 14. Decembris 1654. & 5. May 1655. coram bon. mem. Bichio, & de simili statuto Florentino idem respondit Castrens. in cons. 170. lib. 2. Merlin de pignor. & hypoteca lib. 4. tit. 1. quæst. 6. numer. 1.*

Quod agatur de concursu creditorum dicti Catalani ob illius cessionem, & obitum non soluendo, & sic in casu statuti prædicti
5 patet † nedum ex dicta sententia graduatoria in quo talis declaratur *Ias. in §. si quis in fraudem numer. 46. de Instit. act. Rota dec. 83. num. 4. post Cenc. de Cens. in Bonon. de Michelis 13. Marty 1660 §. secundum personale obiectum, vers. quod etiam videtur coram bo. me. Vbalde,* verum etiam ex depositionibus quatuor testium mercatorum relat. in Summario capitum creditorum de publica voce, & fama super decoctione atte-
6 stantium quæ † probatio, facta tanquam admissa à statuto in rubr. 47. sufficiens est ad hunc effectum, vt respondit, *Rota in d. Bonon. de Michelinis d. §. secundum personale obiectum* iuratis etiam pro adminiculando dd. Testium
7 interpellatione iudiciali facta capterio † pro solutione summæ pecuniarum contenta in tribus litteris cambij, & denegatione per illum facta ex defectu illarum de quibus in Sūmario *nn.* 7. subsequuta inuentariatione bonorum d. Catalani *Rot. in Romana litterarū Camby* 16. *Marty* 1640. *coram bon. mem. Coccino*, &
8 confessione † *Montistarum, ipsiusmet Bolognetti quæ omnem aliam probationem superat. l. 1. de cōfess. & generaliter C. de rebus credit.*

Non obstitit quod obiicitur tūc intrare posse dispositionem statuti 68. quando bancum Mercatorum qui prætenduntur cessantes &
9 decocti † fuerit clausum tribus diebus non feriatis, vt cauetur in statuto 46. de qua clausura cum hic non constet non valet allegari
10 statutū requirēs hanc qualitatem † sine qua nō potest impediri associatio d. Co. Mar. Ant. *Bart. in l. prætor ait §. docere ff. de vi bonorum rapt. Ias. conf. 9. num. 13. lib. 1. decis. 267. numer. 1 Gabriel. conf. 5. nu. 34.* nam præter quod statutum in hac rubrica præcisè loquitur de latitantibus per tēpus trium dierum respondetur
11 quod † in ordine ad concursum per æs & libram d. statutū 68. nullo modo restringitur ad clausuram Banchi consideratam in allegato statuto 46. sed intrat dispositio statuti 47. immediate subsequentis admittentis pro sufficienti probatione decoctionis depositiones quatuor Testium, & stat ampliatiuè, vt indicant verba illa ancora si possa prouare quæ
12 dictio etiam † supponit alium modum probandi fulcimentum arbitrio creditorum *Menoch. conf. 84. numer. 48. Grat. dicept. forens. cap. 659. numer. 1. vsque ad 23. Duran. decis. 60. numer. 20.*

Nec dicatur quod statutum sit exorbitans à Iure communi, & conditum ad obuiandum
13 fraudibus quæ † cum præsumi nequeant in Montistis certis, & indubitatis creditoribus ex contractu, & obligatione Catalani depo-
14 sitarij electi, & ob id non intrat, † nec Iudicium motum est secundum illius formam regulandum, vt animaduertit *Rota in decision. 118. & 157. post secundum volum. cons. Farin. obique in 4. coram Pen. dec. 749. num. 9. & dec. 1181. num. 8. & post. Cenc. de cens. dicta dec. 85. in fin. add. ad d. dec. 9. nn. 141. part. 3. recent. & in dicta Bonon. discussionis 14. Decembris 1654. §. maiorem coram bon. me. Bichio,* quoniam nullibi constat statutē tes ex hoc motos fuisse ad tale statutum condendum, sed potius animo, & intentione consulendi publicæ vtilitati, & hac ratione in omnibus creditoribus limitare sequitur
15 quod omnes quoque eandem † fortunam sequi debeant in concursu per æs, & libram ibi præscripto, vt in terminis similis statuti consuluit *Mandell. alb in cons. 575. nn. 24. cum seqq. & eo relato firmauit Rota in præterita Bonon. discussionis sub §. vt propria*, vbi etiam ponderatur quod in reformatione, & declaratione dicti
16 statuti excipitur † totum creditum dotale, &
17 Cameræ Bononien. ex quo confirmatur † regula, & dispositio antea in statuto facta in casibus non expressis ad *l. nam quod siquidem §. fin. ff. de pecul. Legat. l. Quæsitum §. denique de fide instrum. Amat. decision. 85. num. 3. & decis. 86. nu. 13.*

Minus valet dicere quod eo ipso quod statutum excipiens creditores habentes pignus
18 per duodecim † dies ante cessationem debitoris censeatur quoque exceptuare habentes hypothecam ex *dictis in Bononien. census 4. May*

1634.

1634. coram Reuerendiſſimo Imolen. quæ eſt ſe 179. part. 9. recent. nu. 77. & 78. quia vt apparet ex alia deciſ. in eadem cauſa ſub 27. Martij 1647. coram eodem emanata ex impreſſa per Modern. Perus de ſubbaſt. 207. fuit à prima receſſum, & firmatum indiſtincte inter Creditores Inſtrumentarios, & hypothecarios eſſe bona ceſſantis diuidenda quod apertius fuerit expreſſum in reformatione d. ſtatuti excipiētis habentes
19 pignus non poteſt intelligi niſi de † verò pignore rei mobilis quod habetur in pugno nō de hypotheca etiam ſpeciali ſicuti quoque perpenditur in d. Bonon. diſcuſſionis cor. bo. me. Bichio in 1. videlicet §. verum informantes & in 2. §. non primum cum ſeq.

Nihil tandem releuare viſum fuit quod Montiſtæ ſint perſonæ Eccleſiæ, & loca
20 pia quæ non † ſubiacent huic ſtatuto merè laicali ſiquidem hoc citra verum præiudiciū poſito dum hodie non comparent, ſed inſtat ſolum ipſe Comes Marcus Antonius Laicus
21 illiuſque creditum nullam † habet connexionem cum credito aliorum, ſed eſt penitus ſeparatum abſque dubio eum afficit ſtatutum licèt non liget alios eorum iura aliunde metientes Soccin. ſen. conſ. 12. numer. 17. lib. 1. Marant. In ſpecul. part. 4. diſtinct. 9. num. 24. & melius Natt. conſ. 280. nu. 1. verſ. ad quod Maſcard. de probat. general. ſtat. interpretat. concluſ. 1. nu. 201. in fin. verſ. & ampliorem.

Et ita deciſum vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO

Turritana Congruæ.

Luna 5. Iuly 1666.

ARGVMENTVM.

Penſio debetur ad rationem monetæ currentis, quando non fuit mutatus valor intrinſecus.

SVMMARIVM.

1 *Validitas ſententiæ probatur ex reuolutione actorum.*
2 *Commiſſio continens expreſſionem litterarum Apoſtolicarum cum clauſula quam, & quas non reſtringitur ad caput expreſſum & num. 3.*
4 *Clauſula quam & quas tribuit Omne ius in quocumque capite comprehendens omnes cauſas futuras, & mouendas circa idem negotium & num. 5.*
6 *Moneta valore auctо, vel decreto in bonitate extrinſeca cedit damno, vel comodo creditoris.*
7 *Valor monetæ declaratur ab obſeruantia.*
8 *Authores Eccleſiarum exigen. minorem ſummam ea quæ ſibi debetur non præiudicant Eccleſiæ.*
9 *Rector exigens minus ſibi præiudicat in exactis non vero in exigendis vbi non concurrit præſcriptio.*
10 *Præſcriptio ad hoc vt iuuet neceſſaria eſt petitio repulſa perſti, & acquieſcentia petentis.*

DECISIO DIV.

PER ſententiam Rotalem R. P. D. mei Taię pronunciatum fuit Capitulum Turritanum teneri ſoluere Io. Antonio Fatio Moderno Rectori Eccleſiæ Parochialis loci de foſſo annuos ducatos centum auri de Camera reſeruatos ad fauorem Rectoris d. Parochialis pro tempore per fel. rec. Gregor. XIII. in litteris applicationis ab eo factis dicto Capitulo omnium fructuum, & reddituum prætatæ Eccleſiæ illoſque deberi iuxta valorem currentem de tempore ſolutionis à qua ſententia appellatione interpoſita per Capitulum, & commiſſa mihi cauſa in deuolutiuo cum clauſula ſine præiudicio dedi dubiū an eſſet confirmanda, vel infirmanda, & DD. attenta validitate, & Iuſtitia dixerunt eſſe confirmandam.

1 Validitas deſumitur † ex reuolutione actorum *iuxta dec. Caputaque 260. par. 2.* nihil obſtante, quod in commiſſione petantur dd. ducati centum tamquam debiti in vim concordiæ auctoritate Apoſtolica confirmatæ, & tamen in actis non fuit producta d. concordia, ſed ſolum ſupradictæ litteræ Gregorii XIII. quarum vigore condemnatum fuit Ca-
2 pitulū quia vltra quod dum in commiſſione ſpecificè exprimuntur omnia cōtenta in præfatis litteris exinde reſultare videtur concordiam auctoritate Apoſtolica confirmatā fuiſſe vbi ſubſcripta pro dd. litteris adeſt clauſula quam, & quas cuius vigore commiſſio non reſtringitur ad viam ſeu caput expreſſum *Greg. dec. 27. num. 1. 4. & 5. Rot. dec. 146. num. 37. par. 9. rec.* ſed deduci poteſt omne ius ex qua-
4 cumque cauſa † competens actori *Maveſc. var. reſol lib. 1. cap. 20. num. 1. Poſth. de manut. obſeruat. o num. 6. in med. verſ. ita vt Comit. dec. 14. nn. 6. Greg. dec. 199. num. 2. & 3. & ibi Adden. Duran. dec. 60. num. 33. & 36. Rota in Placentina aquarum apud Marchеſ. de commiſſ. par. 1. fol. mihi 332. nu. 1. & in rec. dec. 396. num. 15. & 16. par. 9. rec.* & compræ-
5 hendit quaslibet † etiam futuras & mouendas circa idem negotium, itaut impetrans ſpecificare poſſit cauſas quas vult *Marchеſ. de commiſſ. part. 1. cap. 5. num. 6. Poſth. vbi ſupra dicto num. 8. verſ. & quaslibet alias Burat. dec. 260. num. 7. Merl. dec. 736. num. 4.*

Iuſtitia vero reſultare viſa fuit ex communi diſtinctione, quod quando non mutatur bonitas, ſeu qualitas intrinſeca monetæ, ſed ſolum alteratur quantitas extrinſeca valoris, vt euenit in ducatis auri de Camera qui in valore excreuerunt, tunc illius æſtimatio debetur ad rationem, & quantitatem currentem de tempore ſolutionis, itaut tam incre-
6 mentum quam decrementum valoris cedant damno, vel lucro Creditoris, vt omiſſis aliis in terminis dd. ducatorum dixit *Rot. dec. 135. part. 3. rec. & in Mantuana penſionis 12. Iunij 1617 coram Dunozetto ſen. & coram Pen. dec. 5. nu. 1. verſ quantum ad ſecundum & nu. 2 ſecundū impreſſ. Lugdunen. Add. ad Greg. dec. 48. nn. 8.*

Non obſtat quod pro dd. ducatis centum Capitulum in pecunia ſoluerit, & Rector receperit lib. 325. monetæ Sardæ quæ præſupponūtur feciſſe valorem dd. ducatorum de tempore Greg. XIII. quodque etiam Io: Antonius Fatius Modernus Rector illas exegerit

Quia admiſſa etiam tali probatione exinde infert non poteſt ad aliquam obſeruantiam

inter-

interpretatiuam quæ ſolum intrat vbi poteſt dubitari de qua ſpecie monetæ diſpoſitio intelligenda ſit tunc enim ex ſubſequentibus
7 ſolutionibus deſumitur † interpretatio non autem in claris, vt hic vbi litteræ Apoſtolicę ſpecifice loquuntur de ducatis auri de Camera *vt prater alleg. in dec. R.P.D. mei Taia 26. Nouembris 1663. §. nec obſtitit conſuluit Spada conſ. 58. num. 5. lib. 3. & dixit Rota in Meleuitana 5. canonicatuum 4. Aprilis 1661. §. obſeruantia & 28. Junij 1662. §. nec ad Cauſam coram R. P. D. meo Albergato & in Papien. Emphiteuſis 15. Decembris 1664. in fine coram R.P.D. meo Ottalora.*

8 Minuſque induci poteſt præſcriptio quia præteriti Rectores exigendo minorem quantitatem quam eſſet valor pro tempore dictorum ducatorum præiudicare non potuerunt. Moderno qui non habet cauſa ab ipſis, ſed à Summo Pontifice mediante ſua prouiſione Apoſtolica *vt in puncto dictum fuit in d. Meleuitana 5. Canonicatuum 4. Aprilis 1661. §. nec dicatur coram R.P.D. meo Albergato* & faciunt tradita in hoc propoſito *per Rot. dec. 304. num. 1. verſ. non obſtat aſſ. præſcriptio & num. 3. poſt Cenc. de Cenſ. & dec. 688. in fin. part. 4. diuerſ.*

9 Quatenus vero ipſe exegit eaſdem libras 325. non concurrit tempus ſufficiens ad præſcriptionem, & ideo ad ſummum ſibi præiudicaſſet quoad illos terminos exactos non autem quoad alios in futura decurrẽdos *Rot. in d. Meleuitana quinquc Canonicatuum 28. Junij 1662. §. vbi etiam verſ. & ad ſummam vbi aliæ deciſiones allegantur.*

Vltra quod ad huiuſmodi præſcriptionem neceſſarium videbatur Rectores petiiſſe integram ſummam iuxta valorem currentem de
10 tẽpore ſolutionis †, & Capitulum recuſaſſe ſolumque ſoluiſſe dd. libras 325. & Rectores earum ſolutione acquieuiſſe, vt in hoc propoſito conſiderant *Rot. dec. 23. num. 4. verſ. preterea ad præſcriben. minorem quantitatem & nn. 5. part. 6. rec. & coram R. Roias dec. 391. num. 6. & in Calaritana Decimarum S. Aſcenſi 17. Aprilis 1654. cor. R. Zarate & in Ceſarauguſtana portionum 11. Februarij 1661. §. vlterius verſ. vna cum petitione diſtributionis totius ſummæ coram R.P.D. meo Alberg.*

Declararunt tamen Domini quodlibet ducatum regulandum ſeu valutãdum eſſe ad rationem quatuor librarum, ſeu quod idem eſt 16 realium monetæ Sardæ quorum quatuor conficiũt vnam libram iuxta deciſionem hodie editam coram d. R. P.D. meo Taia procedente ad executionem ſuæ ſententiæ vigore clauſulæ ſine præiudicio, & emanata ſuper dubio ab eo propoſito ad quam rationem ſit facienda ſolutio dd. ducatorũ centum qui propterea ad d. rationem conſtituunt libras 400 ſeu reales 1660. monetæ Sardæ vt in d. deciſ. cum qua Domini ſe conformarunt.

Et ita reſolutum fuit ſententiam Rotalem eſſe confirmandam iuxta modum ſuperius expreſſum. Vtraque &c.

R. P. D. OTTALORA.

AEſina Fideicommiſſi.

Lunæ 5. Julij 1666.

ARGVMENTVM.

Diuiſio Bonorum facta inter fratres, quando nõ valeat, in hac Deciſione pertractatur.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes ſubſtituti per fideicommiſſariam, non dum fideicommiſſo purificato, non poſſunt diuidere bona fideicommiſſaria, & diuiſio, eſt nulla.*
Quod declara, vt num. 2. & 3.
4 *Referens non probat ſine relato.*
Quod amplia, vt num. 5.
6 *Referens aliquando probat ſine relato.*
7 *Explicatur* deciſ. 14. coram Vbaldo.
8 *Relatio ad Inſtrumentum quando Operetur, & quãdo non, & num. 9. & 10.*
9 *Emptor non querens euictionem tenſetur acceptare bona empta cum ſuo onere.*

DECISIO DV.

PERSISTENTES Domini in deciſ. coram me ſub die 5. Martij præteriti, dixerunt per ſimplicem Bonorum diuiſionem præfatã inter Rinaldum Simonem Mathæum, & Io:
1 Laurentium fratres, quamuis † cum clauſula ad habendum, & promiſſione euictionis hinc inde non fuiſſe inter ipſos eorumque hæredes remiſſum fideicommiſſum conditionale Petri Senioris, nondum purificatum, cum adhuc viueret Semidea prima hæres inſtituta, ex *Pariſ. conſ. 46. num. 9. & conſ. 55. num. 13. lib. 2. Becc. conſ. 4. num. 14. & ſeq. lib. Peregr. de fideicommiſſ. art. 52. num. 18. aliiſque relatis in deciſione que remittetur, §. neque obſtare.*

2 Nec ſubſiſtit repetitum obiectum, quod non verſemur in ſimplici diuiſione bonorũ, in quibus terminis loquuntur DD. ſuperius
3 adducti, ſed † in diuiſione facta ex cauſa tranſactionis initæ per apocam de anno 1623. vbi quando conuentum fuit, quod ſtante Donatione, ſeu quadam promiſſione, quam fecerat Io: Laurentius ad fauorem Rinaldi, vſque de anno 1624. deberet Rinaldus dictam donationẽ retrocedere, & viceuerſa Io. Laurentius illi renunciare portionem ſibi debitam, tàm ex hæreditate Francici Patris, quam Petri auunculi fideicõmiſſarij inferendo ex his dictam portionem Bonorum Petri à Ioanne Laurentio ceſſam Rinaldo, in compenſatione promiſſæ Donationis traditam fuiſſe in ſubſequuta diuiſione, non vti fideicommiſſariã, ſed vti liberam ad euitandam inæqualitatem, quia cum adhuc non exhibeatur Inſtrumentũ Donationis, ad quod habetur relatio in apoca tranſlationis, firma remanet reſponſio data in deciſione, quod ſcilicet non ſit ſtandum
4 ſimplici † relationi, niſi cõſtet de relato, *vulg. l. ſi ita ſcripſero, ff. de condit. & demonſtrat. Auth. ſi quis in aliquo, C. de eden.* maximè cum hodie pro inducenda remiſſione fideicommiſſi inter

diui-

diuidentes tota vis in dicta Donatione, qua-
5 propter † ſola enunciatiua non ſufficit, quãdo principaliter agitur de enunciato, *Pariſ. conſ. 94 conſ. 19. lib. 1. Dec. conſ. 348. in fin. Rota coram Put. deciſ. 371. num. 1. lib. 1. in correcta deciſ. 31. de prob. in antiq. & deciſ. 380. num. 26. par. 5. recen.*

Non obſtat, quod donatio præfata enuncietur non ſolum in apoca tranſactionis verũ etiam in ſubſequenti inſtrumento diuiſionis
6 ideoque ex †his geminatis confeſſionibus plenè probetur enuncians præſertim inter ipſas partes, vt dixit *Rota dec. 14. num. 12. & ſeq coram*
7 *Vbald.*, quia † ad effectum de quo agitur non ſufficit probare ſolum exiſtentiam donationis in quibus terminis *dicta Vbal. dec. applicari poſſet*, ſed ad oſtenden. inæqualitatem tranſactionis probari quid donatum fuit à Ioanne Laurentio quibus pactis & conditionibus, ſeu
8 qualitatibus, quæ † dicuntur eſſe pars ſubſtantialis contractus, vt tradunt *Felin. & alij in cap. 2. de reſcript. Bero conſ. 87. num. 11. lib. 2. Corn. conſ. 153. num. 4. lib. 4. Cranett. conſ. 143. num. 8.*, id autem cum deſumi non poſſit ex ſimplici enũciatiua quamuis in pluribus iuramentis reperta neceſſe † eſt, vt conſtat de relato à quo de-
9 claratione & certitudinẽ prædictorum recipiat *Rota dec. 54. n. 17. p. 8. rec.*, vel in omnem
10 caſum neceſſaria † eſſet in ipſo inferente, & proprio per extenſum totius tenoris relati ex cumulatio *in dec. 182. num. 10. par. 10. rec.*

Conſiderarunt etiam Domini pro excluſione inæqualitatis tranſactionis, quod Ioan. Laurentius in compenſatione propriæ donationis non ſolum ceſſit Rinaldo ſuam portionem hæreditatis Petri fideicommittentis, ſed etiam aliam ſibi debitam in bonis Franciſci Patris, quæ erant libera vnde non ſubſiſtit, quod Rinaldus qui poterat donationem liberã prætendere remanſiſſet læſus ſi in eius correſpectiuitatem recepiſſet tot bona fideicommiſſaria cum poſſit eſſe quod bona aſſignata partim libera partim fideicommiſſaria æquipollent præfatæ donationi maximè, quia de tempore tranſactionis idem Rinaldus habebat notitiam fideicommiſſi Petri eoque non obſtante nullã promiſſionem cuictionis
11 procurauit † ideoque cenſetur acceptaſſe bona cum dicto onere *Rota in recent. dec. 115. num. 8. part. 7. deciſion. 453. num. 14. & 15. deciſ. 457. numer. 2. & ſeqq. & deciſ. 469. num. 15. cum ſeqq. par. 9. tom. 2.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. TAIA.

Angolen. Archipresbyteratus.

Lunæ 29. Octobris 1666.

ARGVMENTVM.

Beneficiatus abſens ab Eccleſia abſque licentia Ordinarij priuatur & ſi abſentia ſit ex cauſa litis ad priuationem autem quomodò ſit proceden., & vbi Beneficium vacare dicatur vide in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Citatio perſonalis requiritur ad priuandum Canonicum propter abſentiam.*
2 *Citatio per Aedictum ad priuan. Canonicũ abſentem non eſt ſufficiens, quando poteſt haberi perſona.*
3 *Citatio per edictum habet locum contra latitantem non autem contra tum, qui commodè citari poteſt.*
4 *Citatio eſt exequen. à Curſore non à Clerico, licet agatur de re Eccleſiaſtica, limita vt n. 12.*
5 *Citationi executa per Clericum ſine teſtibus non creditur.*
6 *Sententia abſque citatione eſt nulla.*
7 *Citatio per examen Teſtium remanet circumdata.*
8 *Citationi perſonali quando ſuppleatur per edictum, & nu. 9. 10. & 11.*
13 *Priuatio Clerici ob abſentiam à beneficio quomodo facien.*
14 *Beneficiatus non excuſatur ab abſentia ex cauſa morbi, & litis à priuatione Beneficii, quod declara, vt num. 15.*
16 *Beneficiatus abſens ex cauſa Morbi, & litis ſine licentia Epiſcopi priuatur, & n. 17. & 18.*
19 *Beneficium quo Clericus propter abſentiam priuatur vbi vacare dicitur & cui ſpellet Collatio, & numer. 20. 21. & 22.*

DECISIO DVI.

POSSIDEBAT Archipresbyteratum Leonardus, & Ordinarius ob diuturnam abſentiam nè ampliùs cura animarum patiretur, & conferret alio digno, & idoneo 7. Iunij 1664. eumdem priuauit, & contulit 28. eiuſdem menſis Ioanni Antonio, qui die ſequenti poſſeſſionem accepit hinc dubitatum eſt in Rota, An & cui dandum ſit mandatum de manutenendo primo coram bon. memor. Veroſpio 1. Iunij 1665. poſtea me ſubrogato 23. proximi, & hodie reſponſum dandam Ioanni Antonio.

Nec viſæ ſunt obſtare tres quæ obijciebantur nullitates in proceſſu ad dict. priuationem, quia vltra defectus citationis perſonalis omnino requiſitæ *ad cap. 8. de Cleric. non reſi-*
1 *dent.* vbi mandat Pontifex † ſcribi illi Decano, qui in partibus Gallicanis iam per decem annos ibi habitationem elegerat, & *cap. ſex. ibi, per litteras veſtras vocatus, gloſſ. Canonib. verſ. ſuper hac expectatione, §. ſi vero aliter cap. vl-*
2 *timo, vt lit. non conteſt.*, nam † vbi ſcitur quod Clericus abſens eſt, & poteſt congruè citari non per edictum generale, ſed principaliter fieri debet præfixo termino competenti *ad tex. & Abb. conſ. 67. num. 1. lib. 1. Barboſſ. de offic. & pot. Parroch. cap. 8. numer. 75. & Canon. & dignoſcitur cap. 20. numer. 18. verſic. debet tamen quis*, præſertim, quod Leonardus Antonius non-
3 latitabat fraudulenter, † quo in caſu contra obſeruationem procederetur proximæ citationis edictum *cap. tua 11. de Cleric. non reſiden. Loter. de re benef. quæſt. 27. à num. 8. lib. 3. Rota coram Penia Lugdunen. edit. dec 1042. numer. 2. verſ. 1.*, & ſecunda ex defectu aſſictionis duorum ex tribus

4 bus edictis vtpotè, quod fuerat relata † à priuato Clerico non à publico Nuntio citationem *cap. quoniam* 11. *de probat. speculator de ci-*
5 *tation.* §. 4. *num.* 8., & sine Testium subscriptione, aut contestatione *dict. cap. quoniam Rota coram Seraph. decis.* 1085. *num.* 1. *& dec.* 1094. *num.* 3. *vers. non obstat*, tertia ex defectu præuiæ citatio-
6 nis ad audien. diffinitiuam † sententiam proiectionis non sufficiente edicto, vt supra à Cle-
7 rico affixo, quod per examen Testium intermedium remansit circumductum.

Nàm plenè DD. responderunt, & ad primam nullitatem consideratum fuit, non probari sententia Ordinarij respectu loci vbi ha-
8 bitaret Leonardus Antonius, † & quatenus probaretur satisfeciſſe pro citatione personali edictum quotannis promulgari solitum in Vrbe qua vniuersi, & singuli Clerici Beneficiati in Vrbe existentes monentur, vt intra duodecim dierum spatium debeant ab Vrbe discedere, & ad suas Ecclesias reuerti lapsis verò sex mensibus, † & præmissis non-
9 completis sit ipso iure priuatus *Grat. discept.* 990. *numer.* 5. §. *quicquid tamen.* Insuper dicebant
10 DD. Canones quoad † necessitatem citationis personalis fuisse correctos *per Sac. Concil. Trid. cap.* 1. *maximè vers. quid si per edictum citati sess.* 23. *nouissimè D. Fagnanus ad cap. ex tuc nu.* 31.,
11 vbi verba illa neque † priuationem Sac. Congregatio declarauit intelligenda esse de sententia priuatiua parochialis Ecclesiæ *Rot. coràm Coccinio in Calagurritana Canonum* 3. *Iunij* 1583. *in data particula*.

Ad secundam, & tertiam nullitatem specialiter visum est responderi ex stylo illarum
12 partium potuisse fieri citationes † per Clericum sicuti Creditur Nuntio, sine Testibus *ad Rot. coram Buratt. decis.* 146. *numer.* 4., ita & multo magis debeat credi Clerico.

Et generaliter dixerunt ad procedendum
13 contra Beneficiatos ratione † non residentiæ non esse necessariam solemnem citationem, nec solemnem priuationē *apud Grat. cap.* 2. *num.* 103. *&* 105. *Rota coram Mantic. decis.* 67. *numer.* 8., vbi satisfuit sententia declarans Cappellaniam vacare ob non residentiam.

Nec visa est iniusta sententia priuationis
14 ob † iniustam causam absentiæ Leonardi Antonij ex morbo, & lite *cap. ad audien.* 15. *de Clerio non residem cap. vnic. d. tit. num.* 6. *Rota coram Seraph. dec.* 1131. *numer.* 2. *vers. neque obstat Canon.* 38 *quæst.* 1., vbi est ad literam textus de Parocho absente, qui extra locum beneficij in morbū incidit *D. Fagnanus ad cap. vltim. de Cleric. non residen. num.* 9. Præsertim quod insignes Medici contestant: *Che non può far viaggio longo senza pericolo della vita*, maxime in ætate annorum 77. & in hoc omnes conueniunt monen. esse
15 absentem, † vt scire possit An satis absens habeat iustam causam *Rota decis.* 169. *num.* 8. *vers. secunda fuit part.* 4. *recent.*

16 Quia DD. dixerunt Clericum † sine licentia sui Prælati abesse non debere est ex iusta causa *cap.* 4. *de Cleric. non resid. & ibi gloss. Prælati Lotter. de re benef. dict. quæst.* 27. *numer.* 121. *Marescott. resolut.* 32. *numer.* 24. *vers. item vt aduertendum lib.* 2. *Rota d. decis.* 1131. *numer.* 6. *& decision.* 354. *in fin. part.* 4. *recent.*, & aliquis eorumdem animaduertit, quod lite etiam super Parochiali
17 pendente non excusari † regulariter à residētia *gloss. d. cap.* 2. *num.* 27. *Rota d. dec.* 1131. *numer.* 4., quo vero ad morbum doceri † talem esse debet, qui legitimum inferat impedimentum *Lotter. dict. quæst.* 27. *num.* 237.

Altera exceptio Leonardi Antonij respicien. nullitatem iuris Ioannis Antonij prouisi ab Ordinario in concursu Ioannis Baptistæ de tali Archipresbyteratu prouisi Apostolici per illius resignationem, etsi posteriorem fere per mensem cum reseruatione pensionis, visa fuit specialiter ponderanda stante præsertim admissione ad causam Ioannis Baptistæ pro validitate suæ prouisionis ipsi enim inquiunt, aut Episcopus nullitèr, & inualidè processit ad priuationem, & Archipresbyteratus non potest dici vacasse, aut si processit
18 validè vacauit in Curia, vbi Leonardus Antonius degebat, aut fortè melius † vacauit in Curia ipso iure per edictum Pontificium in Vrbe promulgatum *Gloss. cap.* 1. *num.* 18. *&* 19. *part.* 5. *Gonzal. ad regul.* 8. *gloss.* 15. §. 2. *num.* 18. *Castropal. apert. moral. tract.* 13. *discept. vltima de benef. Eccles. punct.* 3. §. 8. *in fin. Filiuce. Moral. quæst. tract.* 41. *cap.* 9. *num.* 16., & quatenùs cum quis priuatur beneficio videatur illud vacare in loco,
19 vbi fit priuatio, nihilominus facta fuit ipso iure Romæ, vt supra non autem Anglone, quia dicta decisio 31. intelligenda est, quando est ibi persona, quæ priuatur, vt *apud Gomez ad reg. de impetrat. benef. vacan. per obit. famil. Card.* 957. *in fin.* Beneficia vero vacantia per
20 priuationem † esse reseruata dubitandum non est *ex Constitutione Pauli III. Pont. de resignatione quæst.* 26. *num.* 27. *lib.* 7. *quin etiam per Extrauagan. ad regimen. ibi nec non per depositionem, vel priuationem de praben. Cocchier. ad regul.* 1. *ex verbis similis reseruationis vers. quartus casus*.

Placuit DD. respondere supra dd. procede-
21 re † si sententia priuationis lata esset in Curia, vt declarauit *Lotter. loco allegat. & in allegat. auctoritatibus* in tātum approbari doctrinam *Gomez* in quantum agitur de sentētia lata in Curia, & iuxtà hunc sensum sensisse *Graff.*, *& Lotter. de addit. aliquis ipsorum & fuit decisum in fortioribus terminis decis.* 728. *lib.* 3. *part.* 3. *diu.*, quando sententia priuationis fuit lata in Curia, & delictum commissum in partibus vacationē beneficij successisse in partibus ratione delicti ibidem commissi.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT

Nullius, seu Iuuenacen. Iurisdictionis.

Mercurii 24. *Nouembris* 1666.

ARGVMENTVM.

Sententia excommunicationis lata, ex falsa causa dicitur Notoriè Nulla, Maximè quando in illius promulgatione non fuit seruatum Decretum citationis in prosecutione Causæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata ex falsis allegationibus dicitur ipso iure nulla.*
2 *Sententia lata ex falsis allegationibus dicitur notoriè iniusta.*
3 *Interpretatio quæcumque sumenda est pro exclusione delicti.*
4 *Delictum est plenè probatum maximè, quando urgent Testes in contrarium, & num. 5.*
6 *Sententia excommunicationis, quando est iniusta est danda absolutio.*
7 *Nullitas sententiæ resultat ex illius errore.*
8 *Sententia lata in spretum appellationis interpositæ à gravamine est nulla.*
9 *Sententia nulla in parte est nulla in totum, quando non est lata per Capita separata, quod declara, vt num. 10. & 11.*
12 *Decretum citationis, quando non seruatur citatio inde emanata redditur nulla.*

DECISIO DVII.

AB inspectione validitatis censurarum, quas Reuerendissimus Episcopus Iuuenaccñ fulminauit contra Capitulum, & Clerum Terlitij, aliosque priuatos eiusdem loci Sacerdotes sub prætextu quod ei ad visitationem tamquam delegato Apostolico accedẽti vi armata obstitissent, reseruata ad particularem disputationem in decisione, quæ emanauit super negocio principali Iurisdictionis sub die 11. Ianuarij 1664. coram Reuerendiss. Gerundeñ hodie contigit dubitari an constet de nullitate censurarum, & affirmatiuè responsum est à DD.

Quibus dictæ censuræ manifesto nullitatis vitio laborare visę sunt præcipuè respectu Capituli, & Cleri quos Episcopus interdicti pœna mulctauit, præsupponendo quod ipsi effrænata agendi licentia perciti manu armata, & seditiosa conspiratione visitationem impediuerint, cum in rei veritate nullum concludens exhibeatur documentum quo tam exosæ audaciæ participes, ne quidem simplici infligatione conuincantur, quo fit vt sententia
1 contra ipsos lata per falsam causam, † seu falsas allegationes dicatur ipso iure nulla *l. cum vero §. subuentum vers. proinde ff. de fideicom. libert. l. magis puto §. si ex alienum ff. de reb. eo, qui sub. tut. Felin. in cap. inter cæteros num. 5. de sent. & re iud. Gabr. de sentent. concluſ. 7. num. 3. Rot. decis. 27. de sentent. & re iudic. in antiq. & decis. 988. numer. 10. coram Seraph.*

In qua re nullus datur ambigendi locus cũ sententia lata super falsis † imputationibus contineat notoriam iniustitiam, quæ nullitati æquiparatur *Surd. cons. 61. nu. 24. Rot. decis. 493. num. 2. & dilt. decis. 988. numer. 5. coram Seraph. & dec. 743. num. 5. part. 3. recent.* Falsa verò fuit imputatio præfati impedimenti respectu Capituli, & Cleri, quia de ipsorum ordine, vel mandato nullibi constat, & in hoc casu præsumi
3 non valent † imò potius pro exclusione delicti facienda est omnis interpretatio *ad l. merito ff. pro soc. Menoch. consil. 84. numer. 10. Id. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 161. numer. 26. Mascard. de probat. concl. 1392. num. 11. Rot. decis. 56. numer 11. part. 4. tom. 2. & decis. 33. numer. 10. part. 6. recent.*

Et depositiones Testium quæ adductæ fue-
4 runt ad illud probandum non sunt † plenæ, vt requiritur ex notat. *in l. Quoties §. qui dolo ff. de prob Rot. dec. 232. num. 21. par. 4. tom. 2. recentior.* imò prorsus conquassantur ab aliis testibus *Summ. præs. posit. Capituli, & Cleri numer. 5. & 6.*
5 æque fidem merentibus, † & ita redduntur irreleuantes *Rot. decis. 268. num. 14. & decis. 351. numer. 9. part. 9. recent.* Ex quibus patet perperam allegari quod absolutio sit impertienda,
6 quia † sententia est iniusta; vt firmauit *Rot. in dec. 168. part. 4. tom. 3. recent.* Siquidem in hac facti specie non iniustitiæ solum, & simpliciter arguitur sententia, sed opponitur quod est
7 nulla ex intollerabili errore † quem continet propter imputationem inobedientiæ, & impedimenti Capitulo, & Clero attributam per trad. ac *Franc. in cap. solet nu. 9. & 10. ibique Gem. pariter num. 10. de sent. excommunicat. in 6. Rot. dec. 7. eod. tit. in antiq. & decis. 6. eod. tit. in nouiss.* quodque etiam sit nulla ex eo quod lata fuit post interpositam appellationem à Capitulo, & Clero, vt in facto *Summ. præsent. posit. numer. 6.*
8 quibus duobus casibus indubiè sententia † excommunicationis est nulla, vt optimè explicatur in *d. dec. 168. num. 2. 3. & 8. par. 4. tom. 3. rec.* addito alio capite nullitatis quod infra *§. final.* perpendetur.

Quantum autem ad excommunicationem inflictam priuatis Sacerdotibus in sententia nominatis maior DD. videbatur difficultas, quæ tandem post maturum hinc inde allegatorum examen illorum etiam fenore decisa est super duplici ratione.

Primo. Nempe quod sententia quæ ex præfatis comprobata est nulla quoad Capitulum, & Clerum non potest dici valida quoad
9 priuatos illos Sacerdotes qui sub vno, & † eodem, ac indiuiduo verborum contextu comprehenduntur in illa, & non per Capitula separata, ex quo in totum dicitur nulla, iuxta *gloss. in l. fin., ff. de iurisd. omn. iud. vbi Bart. & alij Iaſ. in l. 1. §. si stipulati col. 4. ff. de verb. obligat. Curt. sen. cons. 20. num. 23. & seqq. Rot. decis. 315. num. 2. & 3. coram Put. in recent. decis. 451. num. 6. part. 4. & in Romana pecuniaria 9. Decembris 1643. coram Reuerendiss. Papien.*

Non obstat quod sententia lata contra plu-
10 res possit esse valida, quoad aliquos, † licet nulla quoad alios, ex *Gabr. cons. 58. numer. 16. & alijs*, quia illud procedit quando sententia lata est super capite diuiduo, vt in casu *dict.*
11 *consil.* secus † autem quando sententia lata est super capite indiuiduo, prout reuera censuræ in præsenti casu fulminatæ sunt super capite indiuiduo resistentiæ, qua de causa vti nulla in parte dicitur in totum corruere ex allegat. in proximè præcedenti §. quibus concordant adducti. *in dec. 221. num. 1. part. 2. diuers.* vbi ad hoc propositum citatur *alia decis. Pat. 320.*

Secundo, quod in decreto Citationis ordi-

natum

natum erat, vt tam Capitulum, & Clerus, quam priuati Sacerdotes citarentur personaliter si commodè haberi possent, sin minus in domibus eorum habitationis, vel per affixionem ad valuas Ecclesiarum &c. *d. Summ. nu. 2.* at in executione nulla facta fuit citatio personalis, sed citator processit ad affixionem ad valuas nulla adhibita diligentia pro facienda citatione, iuxta formam in decreto stabili-
12 tam, † vnde dicta citatio quæ solum fieri debebat per affixionem ad valuas casu quo citãdi personaliter commodè haberi non possent fuit nulla, ex tradit. per *Vbert. de citat. cap. 7. num. 139. tom. 1.* & consequenter sententia ab illa dependens ad *leg. cum principalis ff. de reg. iur. vbi Dec.* & fusè *Castill. controuers. iur. lib. 5. part. 2. cap. 168. nu. 12. cum seqq.* Addito etiam quod cum D. Episcopus attentis decretis, & prouisionibus Rotalibus vltimo loco realiter tãtum visitauerit, prout firmauit *Rota in præcedenti decis. 3. Iunij* 1665. §. *Quod clarius coram me*, non potuit publicare supradictum Edictum quo mediante intendebat etiam personas visitare.

Et ita decisum est constare de nullitate censurarum. Vtraque &c.

R. P. D. CARPINEO.

Postea S. R. Eccles. Cardinali.

Tudertina Bonorum.

Veneris 3. Decembris 1666.

ARGVMENTVM.

Censuario competit associatio ad fundum censitum etiam contra tertium vigore Clausulæ constituti, ibique est Manutenendus licèt dubitetur fundum esse fideicommissarium, quia in dubio præsumitur res libera.

SVMMARIVM.

1 *Clausula constituti transfert in Censuarium facultatem percipien. fructus rei censuatæ.*
2 *Clausula constituti dat associationem contra quemcumque successorem fundi censuati.*
3 *Census imponi non potest in bonis alienari prohibitis.*
4 *Census impositio est species alienationis.*
5 *Census impositus in bonis fideicommissariis substinetur in portionibus liberis.*
6 *Bona libera, & fideicommissaria simul per mixta excludunt identitatem, & sunt per probationes concludentes iustifican.*
7 *Census in dubio censetur impositus super bonis liberis, & nu. 8.*
9 *Prohibitio alienandi nullum commodum, seu vtilitatem respiciens resoluitur in nudum præceptum, quod arbitrio suo prohibitus potest spernere, quod declara vt nu. 10. 11. & 12.*
13 *Alienatio ab eo tantum impugnari potest cuius fauore prohibitio facta fuit, quod amplia. vt numer. 14.*
15 *Spoliato competit manutentio.*
16 *Spoliato post lapsum 30. dierum non competit emplius reintegratio.*
17 *Possidens legitimè non tenetur ad restitutionem fructuum etiamsi coniserit spolium, dummodò non sit violentum, quod declara, vt nu. 18.*
19 *Rota coram Merlin. decis. 687. n. 6. narrat requisita pro inducen. spolio violento.*

DECISIO DVIII.

VEN. Societas Sanctissimæ Annunciatæ Tuderti tanquam hæres Francisci de Aptis, vt consequeretur fructus Census a Baldutio Carduino impositi, obtento anno 1611. mandato de associando adepta fuit possessionem fundi Censiti, in qua continuauit vsque ad annum 1662. quo tempore Paulus Cellius, cuius auctores à Petro Frãcisco Carduino præter alia bona hunc etiam fundum Censitum acquisiisse prætendebant, sententiam reintegrationis reportauit simul cum alia in qua Societas cõdemnata fuit ad restitutionem fructuum ab ipso initio associationis perceptorum, quæ sententiæ fuerunt etiam in gradu appellationis confirmatæ. Quamobrem causa ad Rotam in tertia instantia deuoluta partes conuenerunt, vt disputaretur de cuius bono iure constaret, tam ad effectum manutentionis quam restitutionis fructuum, super quo dubio prodijt hodiè resolutio in omnibus Societati fauorabilis.

Nam bonum ius illius respectu manutentionis apparuit ex possessione capta vigore mandati de associando cuius iustitia fundatur in Instrumento impositionis Census, in
1 quo adest † clausula constituti, quæ licèt non transferat in Censuarium dominium, vel possessionem fundi Censualis, tamen eidem præbet facultatem percipiendi fructus rei Cẽsuatæ pro consecutione fructuum Census, vt notat idem *Cenc. de Cens. quæst. 94. num. 13. & aduertit Romana Census 26. Iunij* 1647. §. 1. *& seq. coram bon. me. Bichio*, &
2 † suffragatur Censuario ad obtinendã associationem contra quemcũque Successorem fundi idem *Cenc. loco proximè citato num. 16. & seqq. & Rota apud illum dec. 42. nn. 2. & alibi passim.*

Neque Iustitiam associationis obumbrare potuerit prætensa nullitas impositionis ex
3 eo deducta quod † bona Censita subiacerent strictissimæ prohibitioni alienandi factę in legato dictorum bonorum à Ioanne Angelo Carduino, quia quatenus etiam talis prohi-
4 bitio caperet hanc speciem alienationis, † quę fit per impositionem Cẽsuum *ex notat. in cap. fin. de reb. Eccles. alienand.*, *vel non* adhuc impo-
5 sitio substineretur † in illis portionibus liberis quæ in eodem prædio Montis Albani, vltra portiones illi legatas spectabant ad eundem Baldutium impositorem, vt benè deducebant informantes ex eodem legati contextu in quo tribus in locis enunciantur bona legata contigua, vnita bonis Baldutio Legatarijs obuentis in ibidem enunciata diuisione inter ipsum Testatorem, Ioannem Francis. cum fratrem ac prædictum Baldutium ex alio

lio fratre nepotem, vt proindè alterum ex prædictis ineuitabiliter ſuccedat, vel quod ex eo quod in eodem loco exiſtãt bona propria libera, & alia legata prohibitioni alienationis obnoxia inſurgat ex hac permixtione talis in-
6 certitudo, † quæ identitatem excludit ante prolationem ſententiæ ex capite caducitatis per probationes omnino cõcludentes per neceſſe iuſtificandi, vt de bonis allodialibus permixtis cum feudalibus *ex doctrina Iacobini de Sancto Georgio in rubr. ff. de rei vendic. num. 23. tradit egregie Surd. conſ. 151. num. 49. quod repetit in conſ. 410. num. 27. in fine, & num. 28.* Vel quod
7 Cenſus ad euitandam caducitatem cenſeatur† impoſitus ſuper bonis liberis, quantumuis cum alijs prohibitioni ſubiectis permixtis, *vt tradit Cenc. in quæſt. 20. num. 7. & 8. & comprobat Rota apud illum deciſ. 39. num. 3. & 4. & præclarius coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 225. vbi numer. 4.* quod hoc habet locum licèt Cenſus ſit
8 impoſitus ſuper Prædio† cum confinibus qui totum compræhendunt, & proſequitur ibi *Add. nu. 16.*

Præterea ex alio etiam capite euitatur obiecta nullitas nam perſpectis per DD. verbis prohibitionis viſum eſt illam inani cauſa, & nullius commodum, & vtilitatem reſpicientem fuiſſe veſtitam adeo † vt reſoluatur in nu-
9 dum præceptum, quod pro arbitrio ſuo prohibitus poteſt ſpernere, vt *diſponunt tex. expreſſ. in l. filius famil. 114. §. diu. ff. de leg. 1. & in l. pater 38. §. Iulius Agrippa ff. de leg. 3. latiſſimè Petr. de fideicommiſſ. quæſt. 1. num. 2. & pluribus ſeqq. ac Peregr. eodem tractat. art. 14. numer. 13. cum alijs adductis per Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 72. numer. 50.*

Neque ex eo quod Teſtator profiteatur id facere quia voluit quod bona dictumque fortalitium in familia ſua perpetuo permanerẽt in dicti Teſtatoris memoriam totum, & in-
10 tegrum; Inferri poteſt † quod prohibitio cẽſeatur veſtita ratione rei iuxta intellectum *gloſ. in l. quoties verbo ab omnibus C. de fideicomm.* vel ſaltem quod dicta prohibitio nulla licèt
11 expreſſa cauſa ſubſtineatur † fauore aliorum de familia non alienãtium ad ſenſum alterius *gloſ. in l. Titia Seio §7. §. inſtituta in verbo filijs ſuis ff. de leg. 2.* quia ex verbis quæ ſtatim ſubſequuntur aut totum, & integrum exire de ſua familia protinus deſtruitur vtraque illatio, & euidenter apparet cauſam prohibitionis ſolum fuiſſe integritatem bonorum, ſiuè in familia, ſiuè extra non autem fauorem ipſius familiæ, ſeu reſpectum alicuius perſo-
12 næ, † quo ſecluſo prohibitio de alienando licet pluribus facta inter illos fideicommiſſum non inducit, vt clarè probat idem *text. in dicto §. Diui ibi niſi inuenitur perſona cuius reſpectu hoc diſpoſitum ſit. & explicat gloſ. in verb. reſpectu ibi, vt quia voluit certam perſonam habere ſi contra fieret, & confert alius tex. in l. Lucius §3. ff. de leg. 3.*

Sed quatenus ex hac prohibitione aliquod induceretur fideicommiſſum illud ſolum eſſet inductum fauore aliorum de familia Teſtatoris, quales profecto non ſunt illi de Cellijs, qui ſententias obtinuerunt, & regula-
13 re † eſt eum tantum impugnare poſſe alienationẽ cuius fauore facta fuit prohibitio, *Honded. conſ. 72. num. 19. lib. 1. Fuſar. alios adducens de ſubſtit. quæſt. 740. numer. 9. Oſaſch. deciſ. Pedem. 84. numer. 23. & facit regula adducta à Bart. quod ibi propter aliquod in obſeruatum perditur dominium ac in alium transfertur non poteſt opponere niſi ille in quem transfertur, vt ait in conſil. 81. numer. 5. lib. 1.*

14 Eoque magis quia † nec etiam docuerunt dicta bona dictumque fortalitium totum, & integrum ad eos peruenisſe, ita vt neque ex hoc capite prætendere poſſint euenisſe conditionem prætenſi fideicommiſſi ſi qua cõſiderari poteſt ad eorum fauorem.

Stante igitur ex prædictis iuſtitia mandati de aſſociãdo cuius vigore detinebat fundum Ven. Societas de conſequenti venit illam nõ docto de ſatisfactione iniuſte fuiſſe ſpolia-
15 tam, † vt proinde veniat manuten. maximè
16 quod ob lapſum annorum 30. † reintegrationis remedium amplius non competebat, vt articulo plenè diſcuſſo de mandato Papæ *reſpondit Rota in deciſ. 1360. Seraphin. per totam, & nuper in Portuen. Tenutarum 18. Iunij 1640. §. fin. coram Reuerendiſſ. Domino meo Decano.*

Ac iniuſtè quoque dictam Societatem fuiſſe condemnatam ad reſtitutionem fructuum
17 perceptorum † cum illi debeantur legitimè poſſidenti, & licèt ageretur de ſpolio ac Cellijs deberetur reintegratio, vt ex ſuperius dictis clarè liquet debitam non fuiſſe tamen ſecundum veriorem, & receptiorem ſententiam condemnatio ad fructus præterquam in
18 ſpolio violento, & attentato fieri non † potuiſſet à die commiſſi ſpolij, vt in duabus sẽtentijs factum fuit, * ſed à die dumtaxat litis conteſtatæ vt ſequendo *doctrinam Archidiac. in cap. reintegranda verſ. quid de fructibus 3. quæſt. 1. Theſaur. deciſ. Pedemont. 29. num. 7. vbi ponderatis rationibus pro vtraque parte concludit numer. 8. poſt med. verſ. & hanc poſteriorem, quod hæc opinio placuit Senatui, & ſecundum eam ſemper fuit impoſterum obſeruatum, & proſequitur reſpondendo contrarijs vſque ad num. 11. in quam ſententiam perpetuo venit Rota noſtra vt in deciſionibus relatis in deciſio. Merlin. 687. numer. 3. quibus addi poſſunt deciſ. 87. nu. 2. Eminentiſſimi Otthob. & 193. nu. 4. cum alijs in Sabinen. ſpoly 13. Martij 1662. coram R.P.D. meo Beuilaqua, vbi in §. quamuis reſpondetur cõtrarijs ac in Auenionen. Saluiani 20. Martij 1605. §. quo vero coram R.P.D. meo Albergato.*

Tantum verò abeſt quod in præſenti verſemur in ſpolio violento, vel attentato, cum circumſtantijs quas ad hoc requiſiuit *Rota coram Merlin. dicta deciſ. 687. num. 6.* quin potius ex ſuperius ponderatis iuſtitia, & validitas mandati de aſſociando ac ſubſequutæ poſſeſſionis vndique exuberet, ita vt non ſolum quælibet excludatur mala fides, ſed de bono iure Societatis tã vt illa in prædicta poſſeſſione manuteneatur, quam vt nullatenus teneæ

tur ad fructuum restitutionem fuerit per DD. resolutum.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Fanen. Beneficij.

Veneris 3. Decembris 1666.

ARGVMENTVM.

Arbitrium pro retardatione executionis litterarum Apostolicarum non intrat quoties clausula in litteris adiecta *verificato prius Iurepatronatus* iustificata remanet ex antiquissimis enunciatiuis habentibus vim famæ, præsertim adminiculatis. Item ex præsentationibus effectum sortitis necnon ex armis, & insignijs patronorum in Ecclesia appositis. De existentia Iurispatronatus quando non dubitatur tunc prouisiones Apostolicæ tanquam de libero non obstant nisi factæ probentur cum voluntate acquirendi libertatem, vel cum scientia, & patientia patronorum. Concilium Tridentinum decernens probationem Iurispatronatus fieri per authentica documẽta quo casu loquatur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à Iure.*

2 *Executio litterarum Apostolicarum nunquam retardatur quoties clausula in illis adiecta iustificata remanent.*

3 *Pertinentia Iurispatronatus in litteris narrata probatur ex antiquissimis enunciatiuis plurium instrumentorum de Iurepatronatu mentionem habentibus.*

4 *Enunciatiua metam centum annorum excedentes habent vim famæ.*

5 *Enunciatiua antiqua contenta in diuersis instrumẽtis bene inseruiunt pro probatione existentiæ Iurispatronatus.*

6 *Et probant etiam in præiudicium tertij.*

7 *Iuspatronatus probatur ex præsentationibus supra centum annos ex quo inducunt præsumptiones tituli fundationis, vel dotationis.*

8 *Item probatur ex armis, & insignijs familiæ, quæ maximum inducunt argumentum pro iustificatione Iurispatronatus.*

9 *Enunciatiua emissa in Instrumentis informibus à personis suspectis, & interesse habentibus non meruntur attendi declara nu.* 11.

10 *Enunciatiua contenta in litteris Apostolicis si emanarunt ad supplicationem partis nullum probationis gradum constituunt in materia probationis Iurispatronatus.*

11 *Enunciatiua etiamsi aliqua emanarunt à personis suspectis si tamen concurrunt adminicula veritatem rei enunciata corroborantia plene probant.*

12 *Iurispatronatus enunciatiua robur sumunt ab adminiculis, & quænam adminicula ad hunc effectum suffragentur?*

13 *Episcopus præsumitur bene informatus de qualitate beneficiorum suæ Diœcesis.*

14 *Assertioni Ordinarij circa existentiam Iurispatronatus plurimum venit deferendum, cum tendat in eius præiudicium.*

15 *Enunciatiua Iurispatronatus quando sunt antiquissima tunc eorum forma tam rigide non est inquirenda cum præsumatur Iuris requisitis munita.*

16 *Enunciatiua, quamuis aliqua sit informis, iunctis adminiclis probant.*

17 *Præsentationes patronorum ex quibus probentur effectum sortite, & nu.* 18.

19 *Præsentationes intermedia præsumuntur æquales cum antecedentibus, & subsequentibus.*

20 *Verba* deducunt concessum &c. *important translationem dominij.*

21 *Præsentatio in lata significatione dicitur donatio.*

22 *Præsentato Ius quæsitum censetur patenti institutionem ab Ordinario.*

23 *Præsentatio patronorum sufficit, quod intra quadrimestre coram Ordinario exhibeatur.*

24 *Præsentatus præsumitur quod fueris ab Ordinario institutus si beneficium possedit.*

25 *Præsentatio quibuscunque verbis sit cõcepta suffragatur præsentato.*

26 *De Iurispatronatus existentia quoties apparet, tunc prouisiones Apostolicæ tanquam de libero non solum facta ostendi debent ad elidendum Iuspatronatus, sed etiam cum intentione præscribendi libertatem cum scientia patronorum.*

27 *Ordinarius si confert beneficiũ Iurispatronatus non contradicentibus patronis, tunc oritur præsumptio taciti consensus.*

28 *Prouisiones Apostolicæ continentes* clausulas forsan, &c. vt asseritur. *Iuspatronatus in suo esse relinquunt constito de illius existentia, & nihil operantur fauore libertatis beneficij.*

29 *Consensus patronorum prouisioni Apostolicæ æquipollet præsentationi.*

30 *Prouisionis Apostolicæ effectuatio ex quibus resultet?*

31 *Clausula* Dum eius dispositio ad nos hac vice pertineat *adiecta in prouisione Apostolica Iuspatronatus perseruat.*

32 *Beneficia quod sint diuersa ex quibus cognoscatur?*

33 *Beneficium vnum, & idem penes duos vno eodemque tempore manere non potest.*

34 *Iuspatronatus ex fundatione vel dotatione probari debet ex dispositione Sac. Conc. Tridentini per authentica documenta.*

35 Declara *dispositionem Concilij rectè procedere in personis potentioribus ac Dominis locorum, in quibus cadit præsumptio vsurpationis, non autem in personis priuatis, in quibus Concilium nihil voluit innouare.*

36 *Titulus dotationis in materia Iurispatronatus resultat ex centenaria, vel quadragenaria possessione præsentandi cum fama.*

37 *Et centenaria vel quadragenaria cum fama ex quibus probetur?*

38 *Medio præsumuntur probatis extremis.*

39 *Iuspatronatus probatur ex illius declaratione facta in litteris Apostolicis pro illa vice.*

40 *Iuspa-*

40 *Iuspatronatus spectat ad eos, qui sunt heredes, & descendentes ab exfundatore in quasi possessione præsentandi.*

41 *Litteræ Apostolicæ quando sunt subreptitiæ, tunc præuisus Apostolicus non efficitur legitimus contradictor.*

42 *Executor efficitur mixtus in cognoscendo, merus tamen in exequendo quoties clausulæ in litteris adiectæ modificantur à clausula* appellatione postposita.

43 *Litteræ Apostolicæ non censentur vulnerata per sententiã, quæ solum tãgit illarum non iustificationem, vnde si postea iustificatur non amittunt viam executionis.*

DECISIO DIX.

DEFVNCTO Pompeo Sernio vltimo, & pacifico possessore Beneficii simplicis nuncupati S. Mariæ de Misericordia Castri Carroceti Equites de Corbellis tanquam Patroni ad illud præsentarunt Canonicum Ioannem Franciscum Sperandeum, cuius præsentationis effectũ prouenti, innotuit Camillum Galantarium preuia resignatione dicti Pompeii Sernij in manibus summi Pontificis nulla facta mentione Iurispatronatus, ipsoque, & inconsulto assensu Patronorum dictum Beneficium obtinuisse.

Quo defectu comperto in litteris Apostolicis per Galantarium expeditis, eoque narrato Summo Pontifici dictus Sperandeus d. Beneficium impetrauit appositis in illius prouisionibus clausula *verificato prius Iurepatronatu &c.*

Et super ea re collitigantes antequam ad hoc Tribunal deueniret controuersia inter contestandum varios probauere litis euentus, sed tandem Causa mihi commissa cum clausula *Parito litteris arbitrio &c.* dubium pro 4. vice proposui An intret arbitrium, quod hodie DD. negatiuè resoluerunt.

1 Nam arbitrium Iuris dispositioni debet esse cõsonum iuxta praxim in hoc Sacro Tribunali piè inuiolateque seruatam ex regula passim elicita à *tex. in l. fin. §. sed & si C. comm. de leg. ibiq; num. 56. pront in extraueg. ad reprimend. verbo videlicet num. 8. Parisi. cons. 36. num. 5. lib. 1. Rot. dec. 547. nu. 1. par. 1. dec. 71. num. 1. par. 6. dec. 80. num. 1. par. 11. rec.*

2 Iuris autem dispositio nulla retardatione suspendi permittit litteras Apostolicas quoties illarum clausulæ debitis modis reperiantur iustificatæ *cap. si quando de reseru. cap. si capitulo ibique glos. in verb. exequatur de concess. prabend Rot. dec. 147. num. 2. par. 7. rec. & in Melenitana Beneficij 25. Iunij 1649. cor. bo. mem. Bichio in Vicen. Iurisdictionis 31. Maij proximipræteriti post princ. cor. R. D. Decano.*

Quod in proposita facti specie apprimè locum habere censuerunt DD. attento, quod pertinentia Iurispatronatus narrata in litteris
3 Apostolicis optimè comprobari visa est fauore dd. Equitum de Corbellis tum ex enunciatiuis plurium, antiquissimorum Instrumẽtorum iuxta varia temporum interualla dicti

duriſpatronatus mentionem habentibus vt in illis de anno 1476. 1499. 1530. 1558. ſumm. Sperandei præcedentis poſitionis *nu. 1. 3. & 4.* & de anno 1421. eiuſdem ſumm. præſentis poſitionis *num. 1.* quæ cum ſint plures, centum annos hominumque memoriam excedant, & inſigni proinde polleant vetuſtate, (vnde vim famæ alleguntur) atque à deuertis Notarijs emanauerint proculdubio pro
5 ſubſtinenda Iuriſpatronatus† enunciati exiſtẽtia benè interuiunt ex traditis per *Ias. in l. cum aliquis 21. num. 4. & ſeqq. C. de Iur. delib. Aym. de antiq. temp. par. 1. num. 67. & 68. Aretin. conſ. 42. num. 1. Ferret. conſ. 292. nu. 5. verſ. ex quib. decretis vol. 2. Achill. dec. 6. de Iurepatronatus Rot. dec. 388. nu. 1. par. 1. din. & in rec. dec. 295. n. 7. par. 1. dec. 223. nu. 4. par. 2. & dec. 272. num. 12. coram Buratt.* Et
6 probant etiam in præiudicium Tertij *Aym. de antiq. temp. par. 1. num. 74. Achill. dec. 1. de Iurepatr. Seraph. dec. 474. num 1. cum alijs concord. allegg. in d. dec. 172. num. 33. cor. Buratt.*

7 Tum etiam ex† præſentatis nibus per ſpatium pluſquam cẽtum annorum videlicet ab anno 1470. vſque ad annum 1559. ſumm. Sperandei primæ poſitionis *nu. 4. 6. 7. 9. & 10.* factis ab anteceſſoribus modernorum Patronorum quę propterea inducunt præſumptionem tituli fundationis, aut dotationis *iuxta doctrinam Felin. in cap. cauſ. de præſc. 3. col. Federic. de ſen. conſ. 234. num. 3. verſ. ſic ad propoſitum deciſ. conſ. 117. n. fin. & conſ. 174. num. 4. Caſſad. dec. 2 nu. 6. de probat. Seraph. dec. 1141. nu. 1.*

8 Tum denique ex† monumentis lapideis Armorum, & Inſignium familiæ de Corbellis in dicta Eccleſia appoſitis ab antiquo tempore cum alijs ſtemmatibus compatronorum ſumm. præcedentis poſitionis *nu. 5.* quæ pariter argumentum admodum efficax ſubminiſtrant ad proban. Iuſpatronatus ſicut aſſerũt *Bart. & Bald. in l. monumentorum C. de Relig. & ſumpt. funer. Lambert. de Iurepatr. lib. 3. queſt. 5. art. 40. num. 2. Menoch. de preſ. lib. 3. preſ. 90. num. 10. Anchar. conſ. 113. num. 4. Seraph. dec. 1141. num. 7. Cocc. dec. 230. nu. 1. & poſt Vivian de Iurepatr. dec. 6 num. 3. & dec. 20. num. 15.*

Non obſtat quod præfatæ probationes, vti elicitæ ab enunciatiuis emiſſis inter perſonas ſuſpectas & intereſſe habentes, & ab inſtrumentis† informibus non merẽtur attendi
9 *ex relatis apud add. Greg. dec. 172. num. 33. verſ. eſt etiam neceſſarium,* ſiue vti deſumptæ ex protocollis†, in quibus cum fuerint inertiæ ad ſupplicationem partis nullum probationis gradum conſtituere valent in materia Iuriſpatronatus. *Clem. fin. in fin. de ſent. examine Pariſ. conſ. 128. nu. 27. Aym. de antiq. temp. part. 1. §. 1. n. 9. Aretin. conſ. 23. num. 8. Rot. dec. 138. nu. 5. cor. Vbaldo cum alijs cumulatis in dec. 147. num. 70. & ſeqq. part. 5. & dec. 321. num. 20. part. 9. rec.*

Quia vltra, quod dd. antiquiſſimæ enunciatiuæ ab alijs etiam quam à perſonis intereſſe habentibus emanauerunt, vtex ſerie facti conſtat, præfatæ exceptiones non procedunt quoties adſunt plurima adminicula pro-
11 ut in præſenti† caſu veritatem rei enunciatæ corroborantia *Put. deciſ. 149. lib. 3. Ret. din.*

decis.130. nu.2. part.2. Merlin. dec.128.n.4. cum multis apud eund.d.dec.172. nu.31. vers.fallit eorum Burati.

12 Inter alia autem adminicula † quæ copiosè ex ſupra deductis combinantur præcipuè DD. conſiderabant inſcriptionem ſuper ianuâ Eccleſiæ controuerſæ in iis Verbis 1404. *hæc Eccleſia conſecrata fuit per Epiſcopum Manentem* iuncta cum quietantia Epiſcopi Fanen. pro Cenſu vnius Ducati cum vna libra Cetæ ſoluto Iure fundationis Eccleſiæ controuerſæ de anno 1409. Summ. Sperandi dat. 14. Maij proximipreteriti *nu.2.* Exiſtentiæ Iuriſpatronatus probationi ſummum robur impertiri,

13 ex eo quod Epiſcopus † præſumitur informatus de qualitate ſuorum beneficiorum. *Seraph. dec.1026.nn.3. vers.* & ceſſat difficultas

14 vnde illius aſſertioni in ea re † ipſi præiudiciali plurimum eſſe deferendum *tradit. Felyn. in cap.ad aures ſub n.15. vers.qua ratio de reſcript. Mantic.deciſ.87.nu.2. vers.quia multum Gregor. deciſ.482.nu.6.cum aliis in dec.147.num.16.par.10. vec.& in terminis Iuriſpatronatus dixit Rota dec.55. n.3.& dec.61.nn.3.cor.Canal.& in Bonon.Iuriſpatronatus 3.Martij proximipraterit.* §. *& comprobatur cor.N.P.D.meo Benilaqua.*

Quæ eo fortius admittenda videbantur, quia ſcripturæ in quibus leguntur enunciatiuæ præfati Iuriſpatronatus † iunt antiquiſſimæ, & plures excedunt ſpatium annorum

15 200. quo caſu tàm ſtrictè, & tàm rigoroſè earum forma non eſt inquirenda cum præſumantur iuris requiſitis munita *Menoch. deciſ. præſ.lib.2.præſ.50. nu.2. Tiraquell.de præſcript.fol. 2.vers.37. Barboſ.in cap.cum de Trebellio num.3. & 4. de fid.Inſtrum. Rota deciſ.170. num. 4. & 5. part.4.tom.2.dec.191.nu.6.part.8.& dec.184.nu.4 part. 6. recent.* Et quamuis aliqua eſſet infor-

16 mis † tamen iunctis tot adminiculis in facto abundantibus optimè probant Menoch. *conſ. 828.numer.35. Seraph.deciſion.1192.numer.2. Rota dec.418. numer.32.part.6. & dec.191.nu.7.part.8. recent.*

De qua obſeruantia non eſſe dubitandum exiſtimarunt DD. cum multæ præſentationes

17 effectum ſortitæ ſunt, † & ſignanter illa de anno 1476. & 1530. ex mandatis Procuratoris factis à Rectoribus dictæ Eccleſiæ Summario Sperandei primæ poſitionis *nn.5. & 8.* quæ benè probant effectuationem præſentationis vt in puncto tenuit *Rota dec.234. nu.11. coram Otthob.* ſicut & aliæ de anno 1517. dum Eccleſia vacauit per obitum Friderici Romuli præſentati d. Summario *nu.* 7. eodem anno 1554. dum reſignatio facta eſt ab eo qui vigore Iuriſpatronatus beneficium poſſidebat

18 d. Summario *nu.* 10. ex quibus reſultat † effectuatio præſentationis iuxta celebre *conſilium Oldrad. 229. approbatum à Rot. dec. 541.nn.2.par.2 dec.53.nu.32.part.5.dec.213.nu.3.& dec.329.n.5. part.5.rec.*

Et licèt in aliquibus intermedijs præſentationibus aliquatenus titubaret effectuationis

19 probatio conformis † tamen præcedentibus & ſubſequentibus præſumendum foret, vt pluries tenuit *Rota coram Seraph.deciſ.1145.nu-*

mer.1.coram Burat.dec.172. nu.10. coram Otthob. dec.234.nu.18.& in nu.dec.509. num.1.part.5.& dec.19.n.5.part.9.

Quibus non refragatur exceptiones, & prouiſiones adductæ à Galantario ad probandum ſtatum libertatis intermedium, quia vel fuerunt ſublatæ è ſperandeo, vel nihil ſimile concludunt, vel retorquentur, vel loquuntur de beneficio diuerſo.

Sublatæ quidem fuerunt exceptiones quia verba adiecta in preſentatione de anno 1476. vt

20 aſſerebatur importantia † translationē dominij ibi *dederunt, conceperunt, & attribuerunt Iuſpatronatus* declarantur ex mandato Procuræ facto ab eodem præſentato de anno 1499. Summario prædictæ poſitionis Sperandei *numer.* 5. in quo idem appellantur Rector non autem Patronus, & ex continuatione Patronatus in eadē familia. Vnde dicta verba ſumēda ſunt in lata illa ſignificatione ſecundum

21 quam præſentatio † dicitur Donatio *Rocc. de Iurepatronatus cap.Honeriſicum 3. num.24.* & de

22 translatione Iuriſquæſiti præſentato † petendi inſtitutionem ab Ordinario *Citadin.de Iurepatronatus part.6.art.1.nn.55.*

Quamuis autem huiuſmodi præſentatio cum emanauerit coram Ordinario ſufficit,

23 quod intra quadrimeſtre coram eo † exhibita fuerit, itaque præſumitur ab eodem inſtitutus dum Beneficium poſſedit *Roc. deciſ.53. num.24 & 35.part.5. recent.*

Sicuti ex Inſtrumento prouiſionis de anno 1530. in præſenti Summario Sperandei *num.9* patet præſentationem præceſiſſe inſtitutionē, eique non obſtare Verbum *contulit* cum ſuffi-

25 ciat præſentatum † quibuſcumque verbis admitti *Rot.poſt Vinium de Iurepatronatus deciſ. 26. num.25.vers.vltra quod.*

Et nihil ſimile concludunt prouiſiones datæ tamquam de libero Sum. Galantarij prima poſſit *num.7.11.12.& 13.*, quia dum conſtat de anteriori exiſtentia Iuriſpatronatus prouiſiones dicti beneficij † deberent oſtendi factæ

26 non ſolum & ſimpliciter tanquam de libero, ſed cum intentione libertatis præſcribendæ, vel ſcientibus atque patientibus Patronis, vt de primo teſtatur *Angel.in l.hoc autem nu.3.vers. requiritur & ſub numer.4. ius intentio Ordinata. Egid.deciſ.107.num.120. Lapus in Cap.cum de Beneficio de præben.in 6. Felyn.in cap.in noſtro cap.41. de Reſcript. Sylu.de Benef.deciſ.7.queſt.11.num.34.* & de ſecundo in ſpecie *Calder.conſ.15. de Iurepatronatus Rocch. in verb.competens queſt.18. num. 44. Lamber.de iurepatronatus lib.2. part.1. queſt.3. artic.15.numer.3.* & de vtraque ſimul in propriis terminis *Rot. in Regien. Archipreſbyteratus 9. Aprilis 1601. coram Pamphilio*, §. *& ita deficit intentio & ſeqq.* Ita vt ſi Ordinarius conferat

27 Beneficium de iurepatronatus † & Patroni non cōtradicunt præſumitur tacitum præbere aſſenſum *Rot.deciſion.10. de Iurepatronatus in antiqu. Dec.conſ.126. circa finem cum ſimilibus in d.Papien. Archipreſbyteratus 9. April. 1607.* §. *alias enim coram Pamphilio.* In eademque Cathegorica ponendæ ſunt illæ prouiſiones in quibus ad-

28 iunt † clauſulæ *forſan, &c. vt aſſeritur*; vltra

quod

quod in prouiſione anni 1517. referuntur ad nobilitatem & filiationem relinquunt Iuſpatronatus in ſuo eſſe dum ex aliis de illo conſtat *Rot. in Gerunden. Beneficij 5. Maij 1649.*, §. *nihilque refert coram Reuerendiſſimo Papien.*, maximè quia illis non obſtantibus prouiſi fuerunt admiſſi, *Eugen. Iuriſpatron. 27. Iunij 1657.*, §. *non obſtat coram Reuerendiſſimo Papien.*, & propterea nihil operatur fauore libertatis.

Retorquentur vero prouiſiones de anno 1558. & 1611. dicto Summ. Galantarij *num. 8. 11. & 12.* nam in prima præſtitus eſt conſenſus à Patronis Summ. Sperandei dat. 14. Maij proximipræteriti *numer. 4.*, qui æquipollet præ-
29 ſentationi, † illiuſque vices ſuſtinet *Creſc. deciſ. 2. de Iurepatronatus Rot. dec. 323. num. 1. part. 1. diu. deciſ. 195. num. 3. part. 1. recent. Merlin. dec. 407.*
30 *num. 7.* Cuius prouiſionis effectuatio † colligitur etiam ex inſtrumento poſſeſſionis de anno 1559. & ex actu viſitationis de ann. 1574 dicto Summario 1. poſit. Sperandei *num. 11.* & in ſimili ponderat *Rot. dec 93. num. 34. par. 5. cum add. in deciſ. 230. num. 4. par. 9. recent.* Cætera vero interceſſiſſe præſumuntur cum verſemur in antiquis adeo vt aſſerenti contrariũ onus incumbat probandi *Roias deciſ. 232. & Barchinonen. Canonicatus Cabiſcolie 2. Ianuarij 1618. coram ſan. mem. Innoc. X.* Et in duabus aliis prouiſionibus de anno 1579. & ibi legitur clauſula
31 *dum eius diſpoſitio ad nos hac vice pertinere* † dicto Summario Sperandei dat. 14. Maij proximipræteriti *num. 6. & 7.* cuius ea vis eſt vt præſeruat Iuſpatronatus *Seraph. deciſion. 777. num. 6. & in Firmana Parochialis 4. Maij 1657. coram Beuilaqua §. in propoſito.*

Aliæ vero prouiſiones de an. 1504. & 1519. Summario additionali Galantarij præcedentis poſitionis *numer. 4. 5. & 6.* nullius quoque ſunt momenti pro inducendo ſtatu libero beneficij, quia loquuntur de Beneficio diuerſo quod cõuincitur ex eo quod antiquitus Eccleſia controuerſa diſtincta fuerit ab Hoſpitali eiuſdem nuncupationis, & Eccleſia, de qua faciunt mentionem dd. prouiſiones, optimè comprobatur ex antiquo teſtamẽto nuper de partibus tranſmiſſo, in quo illa duo
32 beneficia clariſſimè diſtinguuntur † Summ. Sperandei præſentis poſitionis *n. 1.* ex diuerſo ſitu cum alterum exiſtebat in locum dicto Lagerlo, & alterum in alio denominato Celle ex datis in calce facti huius poſitionis & in proceſſ. fol. 42. Ex eo quod Hoſpitale curam animarum habebat annexam, vt in dicta prouiſione 1504. Et Eccleſia et Beneficium ſimplex, Et tandem atque fortius quia Petrus Ludouicus Ronculus prouiſus de Hoſpitali de anno 1519. & interim Bartholomæus Rõculus retinebat Eccleſiam controuerſam, illamque reſignauit Federico Ronculo de anno 1417. dicto Summario Sperandei primę poſit. *nu. 6* & Galantarij *num. 5.* Ex quibus manifeſtè infertur diuerſa fuiſſe Beneficia, aliquin dicendum eſſet, quod vnum & idem
33 Beneficium † penes duos eodem tempore remanebat, quod minimè fieri poteſt *Lamber. de Iurepatr. in 6. particulari queſt. lib. 1. num. 5. Rot. coram Gregor. deciſ. 479. numer. 1. & deciſ. 50. num. 2. part. 7. recent. Meleuitana Iuriſpatronatus 30. Aprilis 1660. §. idque euidentius coram R. P. D. meo Benilaqua confirmata 28. Ianuarij 1661.*, §. *ſuadent coram eodem.*

Nec quicquam referre viſum eſt quod Iuſ-
34 patronatus ex fundatione, & dotatione † probari debet per authentica documenta ex Decreto *Sac. Conc. Trident. Seſſ. 5. de Reform.*, & *vt firmauit Rot. in Leodien. Vnionis 28. Iunij 1666. coram me*, §. *ex eo quod.*

35 Quoniam requiſita à Concilio procedunt quoties agitur de perſonis potentioribus, &
35 loci Dominis † in quibus cadit præſumptio vſurpationis, eo quippe caſu Sac. Conc. Trident. nihil innouat circa probationem Iuriſpatronatus, vbi allegantur vna *Comen. Capellania 17. Iunij 1591. coram Penia, vna Sorana Beneficiorum 6. Iunij 1603. coram Pamphilio.* Et reuera hodie eędem probationes, quoad probationes priuatas admittuntur, quæ ante dictum Concilium *Maſc. de probat conſ. 959. per tot. Gonzal. reg. 8. glo. 18. num. 56. 59. & 58.* hoc eſt quod per centenariam aut ſaltem quadragenariam cũ fama inducatur titulus æquipollens totali dotationi *iuxta opinionem quam tenet Rot. vt de centenaria dec. 254. nu. 10. lib. 3. p. 3. diu. dec. 312. p. 1. recent. cum add. in deciſ. 875. nu. 1. coram Buratt. ibique add. num. 8.*, & de quadragenaria cum fama in antiquis fusè *in d. dec. 172. nu. 18. & ſeqq. coram Buratt.*

Quæ centenaria, vel quadragenaria cum
37 fama † pleniſſima Iurium comprobatione in ſubiecta facti ſpecie deducta ab anno 1476., vſque ad annum 1579. fulcitur cum omnibus requiſitis ponderatis *in dicta deciſ. 172. per tot. coram Buratt.* Supplente quemlibet dubietatẽ, quæ poſſet oriri in ſupputtanda continuatione præſentationũ trita cõcluſione, quod pro-
38 batis extremis † media præſumuntur *Alciat. præſ. 2. reg. 2. verſ. ſed mihi videtur Seraph. dec. 1334 num. 3. cum Concord. in diff. deciſ. 875. num. 3. coram Buratt.*

Præterea DD. aduertebant tot probationũ genera pro iuſtificando dicto Iurepatronatu in antiquis expoſita potentius robur mutuari ex vltimo ſtatu in quo d. Iuſpatronatus à Sũmo Pontifice præſuppoſitum eſt, vt patet ex duobus prouiſionibus Apoſtolicis de an. 1636. & 1639. dicto Summario Sperandei primę poſit. *num. 12. & 13.* In quibus Summus Pontifex derogauit dicto Iuripatronatui pro illis vici-
39 bus ob vacationem in Curia, † ex quo intrat concluſio, quod ſtante derogatione per Summum Pontificem facta conſequẽter arguitur Iuſpatronatus extitiſſe & extare, vt probant *Burſatt. conſ. 324. numer. 3. verſ. Rurſus lib. 3.* & in his terminis admittit *Rot. deciſ. 172. num. 15. coram Buratt. & dicto 245. part. 9. recent.*, de qua ſola prouiſione anni 1639. Sernius vſus fuit, eiuſque vigore poſſeſſionem nactus, vt in dicto Summario Speraud. *num. 13. & 14.*

Firmata igitur pertinentia Iuriſpatronatus tàm in antiquo, quàm in medio, & vltimo ſtatu fauore familiæ de Corbellis, concludendum eſt illud ſpectare ad modernos Equites de

de Corbellis eiusdem familiæ, & nominis qui per intermedios Petronos descendunt ab illis,
40 qui † in possessione præsentandi extiterunt, & sunt illorum hæredes, quam probationem descendentiæ sufficere in hac materia sæpissimè dixit *Rot. decis. 349. num. 1. ibique add. litt. A, coram Burat. decis. 452. num. 6. coram Gregor. 1312. coram Seraph. in fin. & decis. 87. num. 13. coram Duran. decis. 151. numer. 3. coram Otthoben. & in recent. decis. 82. numer. 2. part. 7.*

Nec exequutionem litterarum Apostolicarum ita iustificatarum impedire valet obiectum, vel quod Galantarius sit legitimus contradictor, vel quod clausulæ in prouisione Sperandei fecerint exequutorem mixtum, vel denique quod via exequutiua fuerit vulnerata per sententiam Vicarij Ordinarij Fanen.

Nam cum litteræ Apostolicæ Galantarij sint subreptitiæ non fecerunt illum legitimũ
41 contradictorum ad hanc exequutionem retardandam *Rot. in Volaterana Canonicatus 27. Aprilis 1654., altera vero coram R.P.D. meo Albergato & in Vrgellen. Parochialis 14. Decembris 1663. §. fin. coram bon. mem. Verospio.*

Et clausulæ in dictis litteris Sperandei cum modificentur à clausula *appellatione postposita*
42 faciunt † exequutorem mixtum in cognoscendo non in exequẽdo in qua remanet merus *Penia decis. 1453. numer. 6. & in Vintimillien. Cappellania 30. Maij 1635., §. non obstante coram Matmanno.*

Sententia verò Vicarij Ordinarij Fanen. eum nõ prodierit ex defectu iuris quoad me-
43 rita esse, sed non ob iustificationem † clausulæ (*verificato prius Iurepatronatu*) & hodie dicta clausula appareat iustificata ex præfatis, nulla exceptione vulnerationis retardari debet exequutio, vt in similis terminis *Rot. decis. 11. num. 5. coram Caual. & in una Asticen. Archidiaconatus 6. Nouembris 1602. coram Lancellotto ibi à fortiori allegata & impress. apud Marebes. de Comiss. part. 1. fol. 376. nu. 9.*

Et ita decisum est non intrare arbitrium pro retardatione vtraque parte, &c.

R. P. D. ALBERGATO

Sacræ Rotæ Decano.

Velliterna Beneficij.

Veneris 30. Decembris 1666.

ARGVMENTVM.

In hac Decisione agitur quando resignatio facta in Curia per Procuratorem sublineatur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia litigiosa conferri possunt ab eodem Indultario.*
2 *Clericatus probatur ex litteris patentibus Ordinarij.*
3 *Valor Beneficij per non excessum probatur per assertionem factam in supplicatione.*
4 *Littera Apost. habent executionem paratam.*
5 *Legitimus contradictor non est data tituli disparitate.*
6 *Resignatio facta in Curia per Procuratorem quando sit nulla, & nu. 9. 11. 12. & 14.*
8 *Obligatio residendi non probat actualem residentiam.*
9 *Præsentia non concluditur ex defectu punctationis.*
10 *Absens ex iusta causa non punctatur, sed lucratur distributiones quotidianas.*
15 *Stylus Datariæ probatur ex attestationibus Officialium.*

DECISIO DX.

POST quam per plures annos Franciscus Arconius simplex beneficium cõtrouersum sibi à Nicolao de Amatis anno 1626. resignatum pacifice possederat, Carolus de Marchis certo modo prouisionem à Sanctis simo reportauit. Et expedito successiue Breui de capiendæ possessione nomine Cameræ ab A.C. mandatum de immittendo obtinuit sed suspensa ad instãtiam Arconij per Signaturam executione causaque R. P. D. Baranzono commissa, Arconius fato functus est. Hinc deuoluto iure conferendi Eminentiss. D. Card. Medices, tunc Episcopo Hostien. & Veliternen. vigore indulti Sedis Apostolicæ Hercules Monannus ab illo prouisus fuit, & expeditis litteris Apostolicis ab eodem R. P. D. Baranzono sententiam fauorabilem, & mandatum de immittendo obtinuit.

Commissa vero mihi causa appellationis, cũ clausula Parito litteris arbitrio Rotæ proposui dubij conforme Commissioni, & arbitrium intrare fauore Herculis, illius que litteras esse exequendas responsum fuit. Quia respectu narratiuæ quod Beneficiũ per mortem Arconij vacauerit iustificario resultat ex resignatione illi facta à Nicolao, vt ex fide Parochi, obitus eiusdem fum. Monanni num. 1. & 5. facultas conferendi beneficia litigiosa
1 probatur ex indulto prædicti Eminentiss. d. sum. *num.* 7. cuius vigore † collationem substineri in simili indulto *respondit Rota in Neapolitana Ciuiliarchatus* 5. *Maij* 1631. §. *primum nititur indulto coram bo. me. Bichio.*

Clericatus eiusdem ex litteris † patentibus
2 Ordinarij iustificationem assumit *Rot. dec. 169. num. 8. part. 10. rec. & in Mediolanen. Iurispatronatus* 28. *Iunij* 1660. §. *nec etiam coram me.* Et demum valor per non excessum ex simili narratiua Caroli in supplicatione Sanctiss. porrecta quando gratiam Piscatoriam obtinuit *Rot coram Buratto dec. 931. sub nu. 1. vers. ex qua etiam dec. 595. num. 2. part. 3. dec. 564. num. 10. part. 5. dec.*
3 *357. num. 10. par. 10. rec. & in Segobricen. Canonicatus* 22. *Martij* 1656. §. *siquidem coram R.P.D. meo Priolo.* Quando autem litteræ Apostolicæ in omnibus sunt iustificatæ † paratam habent
4 executionem *Capitulo si Capitulo* 5. *vbi glos. in verbo exequatur de concess. praben. in 6. Rot. dec. 147 num. 2. par. 7. dec. 168. num. 50. par. 10. rec. & in Leodien. Canonicatus* 28. *Iunij* 1655. *in principio, & 7. Febr. 1656. coram bo. mem. Verospio.*

Nec

Nec Carolus contradictoris legitimi vicē ſubſtinere poteſt Quia cum certo modo prouiſus fuerit ſub prætextu nullitatis reſignationis, vt infra non eſt habilis ad impediendam dd. litterarum executionem ex quo parem titulum non habet cum Monanno per obi-
5 tum Antonij prouiſo, & data tituli diſparitate legitimus Contradictor quis non efficitur *Argel. de legitim. contradict. quæſt. 7. art. 7. num. 144. Rot. dec. 700. num. 8. par. 1. rec. coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono dec 187. num. 9. & 10. & in Alerien. Canonicatus 29. Aprilis 1650. vbi cum ex præſentis coram Eminentiſſ. D. Card. Celſo.*

Prout non aduertatur quod reſignatio à Nicolao facta ad fauorem Arconij ſit nulla, vt pote facta miniſterio Procuratoris ab eodem Nicolao preſente in Curia contra diſpo-
6 ſitionem † regulæ 45. Cancellariæ per quam reſignationes hoc modo factæ irritantur, & proinde vacatio non ſucceſſerit per obitum Arconij reſignatarij, ſed Nicolai reſignantis. Quoniam licèt ipſe præſens in Curia mandatum ad reſignandum fecerit die 7. Ianuarij 1626. Ex illo tamen non probatur quod in Vrbe ſemper permanſerit vſque ad diem 14. eiuſdem menſis ſecutæ reſignationis cum intermedijs diebus ab Vrbe recedere, & tunc
7 abeſſe potuerit, † quæ ſola poſſibilitas abſentiæ ſufficit ad effectum, vt probatio neceſſario non excludat, vt requiritur reſpectu Caroli, qui collationem certo modo impetrauit *Rota coram Coccino deciſ. 195. num. 2. Burat. deciſ. 165. nu. 9. & ſeqq. & in Leodien. Beneficij 20. Iunij 1661. §. quoniam coram Ren. P. D. meo Beurlemont.*

Nec pariter præſentia in Curia iuſtificatur ex eo quod idem Nicolaus tanquam Beneficiatus S. Petri teneretur reſidere in Vrbe quotidie per totum menſem Ianuarij in quo facta fuit reſignatio, numquam fuit tanquam
8 **abſens à ſeruitio Chori punctatus † Quoniã ab obligatione reſidendi ad actum neceſſario non infertur, & tamen probatio debet per** neceſſe concludere *l. neque natales* 10. *C. de probat Sard. conſ. 311. nu. 32. Cyriac. controu. 26. nu. 11. Rota in Ancomitana fructuum Cenſus 21. Aprilis 1662. coram me §. Agnitio autem poſt med.* Ex de-
9 fectu verò † punctationis præſentia non concluditur, tum quia libri capitulares ex quibus extractæ ſunt partitæ contra tertium non probant *Rota coram Seraph. deciſ. 889. numer. 12.* Tum quia Beneficiati in hac Baſilica alternis hebdomadis interueniũt. Tum demum quia abeſſe potuit ex legitima cauſa, vel propriæ
10 neceſſitatis, vel ſeruitij Eccleſiæ † quo caſu non punctandus, ſed ad participationem diſtributionum quotidianarum admittendus erat *cap. vnico de Cleric. non reſident. in 6. Ibi: Exceptis iis quos infirmitas ſeu iuſta, & rationabilis neceſſitas, aut euidens Eccleſiæ vtilitas excuſant Gratia. diſc. 591. nu. 43. Rota coram Penia deciſ. 1129. nu. 2. 4. & 5. Varmien. diſtribut. 17. Iunij 1659. §. reſolutionis ratio & ſeq. coram bon. me. Verospio & in Lucana Prioratus 24. Martij 1664. coram me §. hinc non aduerſatur.*

11 Doctrinam demum *Pariſ. † de reſignat. lib. 8. quæſt. 8. nu. 23. & lib. 9. quæſt. 12. per tot.* vbi tenet quod præſens in Curia Procuratorem
12 ad reſignandum † conſtituere nequit; intelligendam eſſe dixerunt Domini ad effectum
13 vt † durante ſucceſſiua illius præſentia in Vrbe reſignatio per Procuratorẽ facta non ſubſtineatur, ſecus quando poſt conſtitutũ Pro-
14 curatorem † principalis ab Vrbe receſſit; Hoc enim caſu mediãte procuratore reſignationem fieri poſſe deducitur tum *ex ipſa reg. 45. ibi Si præſens in Romana Curia fuerit principaliter alioquin per Procuratorem ſuum ab eo ſpecialiter conſtitutum*, Tum ex ſtilo, & obſeruantia
15 Datariæ quam practici † retulerunt, quibus in hac materia ſtandum eſſe reſpondit *Rota coram Seraph. dec. 792. numer. 13. Coccin. deciſ. 88. nu. 2. & in Viterbien. beneficiorum 20. Iunij 1653. §. predicta & ſeq. coram Eminentiſſ. D. Cardinali Celſo.*

Et ita vtraque &c.

MISCELLANEA DIVERSARVM DECISIONVM SACRÆ ROTÆ ROMANAE.

Aliàs non impreſſarum factarum in eiſdem cauſis, de quibus ſupra in ſuperioribus Partibus.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO,

Poſtea S. R. Eccleſ. Cardinali.

Bononien. bonorum de Graſſis.

Veneris 27. *Iunij* 1659.

ARGVMENTVM.

Repræſentans duplicem perſonam non poteſt agere in bonis ſecundæ ea actione, quæ ei competit in bonis primæ quod ſi agat Iudicium irritat cum omnibus inde ſequutis.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non poteſt Iure hæreditario petere bona, quæ faſſus fuit non eſſe defuncti cum veniat contra factum proprium & nu.* 8. *&* 9.

2 *Repræſentans duplicem perſonam non poteſt in prima vti iuribus, quæ habet in ſecunda, nec è contra & n.* 3. *&* 4., *quod declara, vt nu.* 5.

6 Remed. l.fin. *poteſt intentari ſummariè, & executiuè, & quomodò, & quando vt n.* 7.

10 *Poſſeſſio à non habente transferri non poteſt.*

11 *Poſſidentem pati, & poſſeſſionem tradere idem eſt.*

12 *Qui ſoluit approbat, & confirmat poſſeſſionem, & numer.* 13.

14 *Sententia nulla cum omnibus inde ſequutis eſt reuocanda.*

Deciſio iſta eſt in eadem cauſa ſupra deciſio 255. part. 12. recentior. ſub die 13. Iunij 1657. coram eodem Eminentiſſimo Cerro, olim Rotæ Decano.

DECISIO DXL

STETERVNT DD. in ſecundo loco deciſis pro reuocatione immiſſionis, quia cum Cæſar Certioratus de prætenſionibus Scipionis, & de poſſeſſione bonorum de quibus agitur per eum adepta de mandato Iudicis de partibus vigore fideicommiſſorum Petri Antonij, & Archangeli non ſolum eam non impugnauerit, ſed tanquam hæres Lactantij hæredis grauati tranſigendo 23. Maij 1651. eidem aſſignauerit quoddam prædium libr. 5630. pro pretio bonorum dictis fideicommiſſis ſubiectorum, quæ Lactãtius viuens alienauerat, non potuit deindè agere ad eadẽ bona vigore teſtamenti Lactantij, & tanquã eius hæres, vt hactenus fecit, cum veniat contra proprium factum nedum verbalis, ſed realis reſtitutionis fideicommiſſi, & ſic † eſt repellendus *ad text. in l. ſicut C. de act. & obligat.*, quem in his terminis expendunt *Menoch. de adipiſcen. remed. 4. num. 584. Angel. de legitim. contradict. quæſt. 10. art. 5. num. 62. 63. 71. & ſeqq.*

1

2 Non obſtat reſeruatio omnium, & quorumcunque Iurium ſibi, † & eius filiis, ac deſcendentibus competentium; Quia reſtricta fuit, ibi: *in ſupradictis fideicommiſſis, & illorum bonis, &c.* repræſentabat enim Cæſar duplicem

3 perſonam nempè † hæredis Lactantij, & prætenſi fideicommiſſi Petri Antonij, & Archangeli reſpectu huius ſecundæ perſonæ noluit ſibi, ne ſuis filiis & deſcendentibus præiudicari, ſed reſpectu primæ non ſolum nullam appoluit iurium præſeruatiuam, ſed poſitiuè

4 agnouit bona controuerſa nullo modo † ad ipſum ſpectare poſſe tanquam hæredem Lactantij, ſed eſſe fideicommiſſarium prædeceſſorum nomine fideicommiſſario captam à Scipione, eique ſoluẽn. alienationes, Vnde præſeruatio poterit quidem ei ſuffragari, vt alio particulari iudicio valeat agere ad fideicommiſſa, non autem, vt eadem bona † iu-

5 re hæreditario Lactantij petere poſſit, vt ſemper fecit, & facit ex allegatis in deciſione §. *finali*.

6 Nec refert quod *remed.† l.fina.* duplici via intentari ſolet nempè ſummarie, & executiuè quãdo deficit legitimus contradictor,

7 ordinarie verò quando adeſt, ſed † vtroque caſu procedatur ad immiſſionẽ ſi iura actoris ſint potiora *ex Menoch. d. remed. 4. num. 565. cum ſeqq.*

Quia fundamentum reſolutionis non eſt in eo quod vnus ſit † alteri in fideicommiſſo legitimus contradictor, de quo hodie non quæritur, ſed quod Cæſar iure hæreditario Lactantii non potuit auocare illa bona, quæ agnouit non eſſe Lactantii, ſed Petri Antonij & Archangeli, ac Scipioni dimiſit præ-

9 uia approbatione † eius poſſeſſionis, & ſolutione alienationum, Ideoque immiſſio hoc iure & nomine ſibi conceſſa, tanquam iniu-

ſta

sit est reuocanda cum omnibus inde secutis *cap. finali de sentent. & rtiud. Card. Seraphin. decis. 987. num. 2. & 6.*

Nec releuat, quod Cæsar tempore transactionis non possideret, & sic non potuerit
10 trãsferre in Scipionem possessionem, † quam non habebat, quia satis cum transtulit & restitutionem fideicommissi fecit dum reipsa passus fuit illius bona à Scipione possideri,
11 nam patientia habetur † loco traditionis *l. ex facto ff. ad Tribellian. §. Interdum Inst. de rer. divis. Surd. cons. 92. num. 23. cum seqq. Mascard. vare. resolut. lib. 1. cap. 1. num. 10. cum alijs allegatis in de-*
12 *cisione §. Hinc enim præterea* dum † actualiter soluit alienata, ex actu enim huiusmodi solutionis clarior redditus approbatio & positi-
13 ua † confirmatio possessionis, quæ æquipollet veræ translationi, *vt probat Surd. cum alijs in dec isione allegatis.*

Deducta autem circa fideicommissa non fuerit præsentis indaginis, quia in hoc ludicio Cæsar non agit illorum vigore, sed ex testamento Lactantij, & ideò dum huiusmodi actio sibi non competit, sententiæ in hoc cõ-
14 petenti † ludicio per ipsum impetratæ in primis & ante omnia cum omnibus inde secutis tunc reuocandæ, vt dictum est.

Et ità vtraque, &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Pecuniaria.

Lunæ 7. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Obligatus in forma Cameræ ad aliquid faciendum, compelli potest adimplendum, Relationi Periti, quando omnino sit standum, Subhastatio an, & quando præsumatur facta secundum verum valorem bonorum.

SVMMARIVM.

1 *ad Solvendum aliquid obligans se in forma Cameræ, compelli potest ad solutionem.*
2 *Relationi Periti standum est, quando de consensu vtriusque partis fuit electus.*
3 *à Relatione Periti non appellans, censetur illius relationi acquiescere.*
4 *Spolij exceptio attendi debet ad retardandam solutionem.*
5 *Spolium, quando non fuit violentum, sed iudiciale tunc non potest impedire solutionem.*
6 *Bona subhastari debent iuxta eorum verum valorem intelligo, vt nu. seq.*
7 *ex Subhastatione regulariter res non dicitur vendita iusto pretio.*
8 *ad Subhastationem, quando Iudex processit valide, tunc præsumitur facta iusto pretio.*
9 *Subhastatio bonorum valida præsumitur secundum præsumptionem iuris.*
Quod multo magis est dicendum est, quando id clare apparet per reuolutionem aliorum.
10 *Testes, qui inter se sunt discordes, nullatenus probant.*
11 *Testes deponentes de propriis ludicis, non iuuant ad probandam lesionem.*
12 *ad Lesionem probandam potius standum est relationi peritorum, quam testium.*

Decisio ista est in eadem causa, de qua supra decisio sub die 22. Iunij 1661. coram eodem R. P. D. Priolo, est in Ordine decisio 58.

DECISIO DXII.

IN Instrumẽto venditionis Domus facti vsque de anno 1611. per Cæciliam Tutricem Ioannæ, & Elisabethæ, ac aliarum de Turrinettis Paulo, & Philippo de Oddis pro scutis 3100. Emptores ad computum pretij solutis scutis tercentis, & pro totidem accolatis nonnullis debitis promiserunt reliqua scuta 2600. soluere infra terminum quatuor annorum, & in fine cuiuslibet anni eam ad effectum ex illis redimendi duos centos scutorum 400. & tantamfacienti PP. Sancti Caroli ad Catinarios de legato scutorum 300. & Societati Sanctissimæ Conceptionis de alio scutorum 200., residuum verò investiendi pro cautione, & voluerunt teneri ad fructus recompensatiuos ac rationem quinque durante quadriennio, abinde verò citrà ad rationẽ quinque cum dimidio.

Pro residuo sortis, & fructibus anno 1615. obtinuerunt Venditores extra Curiam contra Vados Emptores deliberari tot bona stabilia, quæ deliberatio cum fuerit anno 1640. reuocata ab Audit. Cameræ ex integro coram eodem egerunt Virgilius, & Victoria de Casalibus hæredes lupradictarum Ioannæ, & Elisabethæ, & obtinuerunt relaxari mandatum ad eorum fauorem in scutis 719. 37. pro residuo sortis, & in scutis 338. pro fructibus; Commissa deindè causa appellationis in Rota, & proposito Dubio, An & pro quanta summa sit relaxandum mandatum, DD. responderunt in scutis 719. 37.

Et moti fuere ex relatione Periti Iudicialiter, & de consensu Partium electi, qui in secundo calculo perpensis rationibus hinc inde deductis declarauit Vados remanere Debitores in dicta summa pro residuo sortis,
1 Vnde in vim eorum obligationis † etiam sub forma Camerali adiecta in Instrumento venditionis compellendi sunt ad solutionem ex adductis *per Gallef. de obl. Cam. p. 4. quæst. 1. num. 18. Cassad. decis. vnic. de mut. petit. Mohedan. dec. 1. de except. & Rota dec. 202. num. 1. post Lamb. ad eundem Galles.*

Et facilius quia non solùm Petrus fuit Iu-
2 dicialiter electus, & de consensu † Partium, quo casu illius relationi omnino standum est, vt probat *Abb. in cap. Proposuisti num 4. ibique Felin. numer. 5. & 6. de prob. Rota dec. 209. num. 6. ad fin. & dec. 326. num. 6 part. 1., & dec. 129. numer. 5. part. 5.* Sed etiam à relatione illius, nullate-
3 nus fuit appellatum, ideo Pars censetur † præfatæ appellationi acquieuisse *Rota dec. 393. numer.*

mer. 2. part. 4. vtr. & in Firmana Pradij 26. Iunij 1643. coram R. Compoſtellano.

Nec releuat exceptio ſpolij ex eo, quod cum anno 1632. debitum eſſet ſolummodo ſcutorum 667. nihilominus fuerit obtentum mandatum pro ſcutis 1369. cum ſubſecuta ſubhaſtatione, & deliberatione bonorum, nam admiſſo etiam ſine veri prejudicio, quod fuerit commiſſum ſpolium, cum illud non fuerit violentum, ſed iudiciale talis exceptio 5 non impedit, quominus † Caſales potuerint nouum iudicium inſtituere pro conſecutione crediti, in quo vadi remanebant Debitores *iuxta doctr. Io. Andr. in cap. frequens de reſt. Spol. lib. 6. ſub num. 5. verſ. non tamen contra eum, & dixit Rota in Romana Silua, ſeu crediti dotalis 21. Iunij 1630. coram bo. mem. Card. Veroſpio Iun. confirmata 1. Decembris 1630. cor. eodem apud Poſtib. de ſubhaſt. deciſ. 88. num. 2. & ſeqq.*

6 Minus altera exceptio † læſionis obſtat ex eo quod bona non fuerint ſubhaſtata ſecundum eorum verum valorem, quia licet regu- 7 lariter ex ſubhaſtatione res non dicatur vendita iuſto pretio, fallit tamen, quando Iudex 8 ad ſubhaſtationem † validè proceſſit, tunc enim pretium oblatum præſumitur iuſtum, itaut aſſerenti contrarium incumbat onus probandi *Surd. conſ. 130. num. 4. Fontanell. dec. 65. n. 1. Rot. dec. 695. & 705. vtrobique num. 1. & ſeqq. cor. Merlin.*

Validitas reſultat, vltra præſumptionem iuris, ex reuolutione Actorum, ex quibus 9 apparet fuiſſe ſecuuta omnia de † ſtilo loci requiſita, qui in ſubhaſtatione eſt attendendus *Guidop. deciſ. 22. num. 1. verſ. ſed contrarium Rotæ coram Buratt. dec. 675. num. 1. & penes Poſtib. de ſubhaſt. dec. 34. num. 17.*

Nec contrarium probatur, vt prætenditur ex Teſtibus exaduerſo examinatis, quia non 10 ſunt inter ſe † concordes, & deponunt de proprio iudicio, non autem ſecundum com- 11 munem exiſtimationem, vt † neceſſe eſt ad probam. læſionem, vt docuit *Bart. in l. pretia rerum ſub num. 2. ibique Alex. num. 11. ff. ad l. Falcid. & dixit Rota dec. 648. num. 3. part. 1. recent.* Et vlterius eorum depoſitio eliditur ex relatione 12 trium Peritorum, iuxta † quam facta fuit ſubhaſtatio, quibus potiùs quàm Teſtibus ſtandum eſt *Dec. conſ. 489. num. 12. Honded. conſ. 31. num. 46. lib. 1. Rota coram ſan. mem. Gregor. XV. dec. 161. num. 7. & ſeqq. Seraph. dec. 665. num. 7.*

Pro fructibus tamen etſi fuerint à Perito calculati DD. noluerunt capere reſolutionem differentes illam ad particularem diſputationem, & ita concluſum fuit relaxandum eſſe mandatum pro reſiduo ſortis tantum ſine præiudicio fructuum.

Vtraque &c.

REVERENDISS. CERRO DECANO.

Nunc S.R.E. Cardinali.

Romana Domus.

Lunæ 19. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Bona empta à Marito non acquiruntur Vxori licet de ea in inſtrumento fuit facta mentio, Ideoq; ſub generali eius hæreditate dicta bona in dubio comprehenſa non præſumuntur, imo ex Mulieris taciturnitate Oritur præſumptio fauore Viri.

SVMMARIVM.

1 *Vxor non poteſt diſponere de bonis Mariti fideicommiſſo ſubiectis.*

2 *Bona Emphyteotica titulo Oneroſo acquiſita poſſunt alienari etiam in præiudicium vocatorum.*

3 *Vir emens proprijs pecunijs ſua, & Vxoris nomine cenſetur nomen Vxoris ſimulatè appoſuiſſe, & ſibi tantum acquirit declara, vt num. 6.*

4 *Donatio inter virum, & Vxorem eſt prohibita, & num. 5.*

7 *Acceptatio in rebus vtilibus cenſetur inducta ex ſola ſcientia, ſed non præſumpta, vt num. 8.*

9 *Præſumptio præſumptionis non admittitur, niſi quando vna venit in neceſſariam conſequentiam alterius.*

10 *Acceptatio non præſumitur in re poſſibiliter damnoſa, & num. 11.*

12 *Bona Emphiteutica non veniunt ſub generali heredum inſtitutione, niſi fiat de eis ſpecialis mentio, & num. 13. & 14.*

In eadem cauſa infra habetur altera deciſio ſub die 26. Aprilis 1663. coram eodem Eminentiſſ. D. Card. Cerro.

DECISIO DXIII.

EMPTIO Domus (ſuper qua hodie tantum eſt quæſtio) ſub proprietate Eccleſiæ SS. Vincentij, & Anaſtaſij, fuit ſtipulata vſque de anno 1586. ad fauorem Alexandri Fabrini dumtaxat, præuia ſolutione pretij ab eodem facta in manibus Flauij Venturæ venditoris: Inſtrumenta verò translationis vitæ, ſeu generationis, ac perpetuationis dictæ Domus ſtipulata, & recepta leguntur ab Alexandro, tàm ſuo, quam Angelæ vxoris abſentis nomine.

Vndè cum primo loco de dicta Domo Alexandri diſpoluerit in eius Teſtamẽto ad fauorem Antonij filij pro medietate, & pro altera medietate ad fauorem Dominici, Ioannis Andreæ, & Petri Antonij Nepotum ex Franciſco altero filio prædefuncto, illam etiam ſubijciendi vinculo fideicommiſſi, & demùm Angela in omnibus ipſius bonis ſcripſerit hæredem vniuerſalem, tantum modò Antonium, nulla facta mentione Nepotum.

Hinc orta controuerſia inter Antonium

Pa-

Patruum, & Ioannem Andream Nepotem cui nam eſſet danda manutentio, & quatenus opus eſſet Immiſſio in domo de qua agitur, & per quibus partibus hoc Dubio propoſito Rota conceſſit manutentionem Antonio ſuper duabus partibus, inhærendo Teſtamento paterno, ſed denegauit eidem immiſſionem in portione prætenſa ex diſpoſitione Matris.

Circa manutentionem pro medietate nulla cadit difficultas, & altera pars conſenſit; Quo verò ad Immiſſionem non ſubſiſtere viſa fuit prætenſio deducentis Ius ſuum ex Teſtamento Angelæ Matris ſub prætextu, quod Domus controuerſa æquè principaliter pro dicta Angela cum Alexandro in Emphyteuſim recepta fuerit.

Quia DD. animaduertebant Angelam non
1 potuiſſe diſponere de † hac domo ob præcedens Alexandri Teſtamentum, qui eam fideicommiſſo ſuppoſuit, inſtituendo æqualiter filios, & Nepotes ex filio præmortuo. Et quidem hoc facere valuit, dum pretium illius ære proprio venditori perſoluit, illam notabiliter meliorauit, Canones auxit, & in vtraque Inueſtitura Lademia, & conſiderabilem pecuniarum ſummam Domino directo
2 exburſauit: Hinc enim † de huiuſmodi bonis Emphyteuticis titulo oneroſo ab ipſo acquiſitis potuit Alexander ad ſui libitum diſponere, etiam in præiudicium Angelæ, & aliorum quorumcumq; vocatorum iuxta doctrinam originalem *Bald. in l. 1. nu. 32. C. per quas perſon. nob. acquir.* & alijs cumulatis articulo benè diſcuſſo, dictum fuit *in Caſenaten. Emphyteuſis coram bo. me. Merlin. dec. 699. num. 4. cum plur. ſeqq. & latiſſimè in alia Caſenaten. Emphyteuſis 23. Ianuarij, & 16. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Albergato.*

Nec refert, quod ſuo, & vxoris nomine emptio, ſeu acquiſitio facta fuerit; Quia cum pretium expoſitum proprium eſſet mariti, & res ipſi tradita fuerit, vtique ſibi acquiſiuiſſe
3 cenſetur, & nomen vxoris præſumitur ſimulatè accomodatum *Bald. & Salycet. in l. multum intereſt in fin. Cod. ſi quis alt. vel ſibi &c. Socc. Sen. conſ. 129. num. 12. lib. 4. Decian. conſ. 47. num. 17. & 18. lib. 5. Cravett. conſ. 100. num. 6.* Alias autem redoleret donationem inter virum, & vxorem
4 omninò prohibitam, tàm † à iure communi *in l. 1. & 2. ac tot. tit. ff. & C. de donat. inter vir. & vxor. quam à Statut. Vrb. lib. 1. cap. 135.* cuius diſ-
5 poſitio non ſolum donationis expreſſo titulo ſed etiam ſub confeſſionibus, ac alijs prætextibus implicitè factas æquè comprehendit, & irritat, quamuis iuratæ ſint, vt latè fuit probatum *in Romana Cenſus 24. Maij proximi præteriti coram me §. Confeſſio.*

Idque certiùs admittendum eſt, cum Inſtrumenta acquiſitionum in Emphyteuſi perpetua ſtipulata fuerint † tantummodò ab
6 Alexandro viro, nec Angela vnquã fuit præſens illorum ſtipulationibus. Cùm enim non doceatur de ratificatione, ſeu acceptatione dd. acquiſitionum etiam eius nomine factarum, non cenſetur earum dominium vtile acquiſiuiſſe, licet eius nomine interfuerit acceptatio Notarij *Surd. conſ. 60, ſub num. 16. Menoch. conſ. 380. nu. 27. Rot. dec. 683. n. 4. par. 1. diuerſ. & in recent. dec. 12, ſub num. 3. par. 1. & 369. num. 3 part. 2. Gregor. deciſ. 567. num. 3.*

Neque dicatur, quod ex ſola ſcientia in
7 his, quæ afferunt † commodum, etiam in abſente cenſeatur inducta acceptatio, vt reſponſũ fuit *in Roman. Saluiani de Caſalibus 2. Iunij 1641. cor. me poſt Zacch. de oblig. Cam. dec. 189. n. 15*
8 Quæ vltrà quod in propoſito huiuſmodi ſcientia non iuſtificatur quæ debet eſſe certa, nec ſufficit præſumpta *iuxtà gloſ. in l. 1. C. de dot. promiſſ.* cum aliàs ex vna præſumptione altera educeretur præſumptio, quod non videtur admittendũ, niſi quando vna venit in neceſſa-
9 riam conſequentiam † alterius, vt declarauit *Rota apud Poſth. de manut. dec. 554. num. 9. & 10.* Id fortan admitti poſſet in acquiſitione facta pro abſente titulo merè lucratiuo in quibus terminis loquitur deciſio Romana Saluiani
10 de Caſalibus. Secus autem † quando prout hic acquiſitio fit titulo oneroſo, ſeu mixto, cum Alexander dictam Domum acquiſierit præuijs pluribus ſolutionibus, & obligationibus, in quibus Angela debuiſſet concur-
11 rere; Vndè cum † poſſibiliter portuerit talis acquiſitio eidem eſſe damnoſa, non præſumitur acceptata, niſi probetur *gloſſ. in l. 1. in verbo liberalitatem ff. de donat. Rota deciſ. 274. nu. 4. & 5. par. 6. & deciſ. 27. nu. 1. cum ſeqq. par. 7. recent.*

Quinimmò excluditur acceptatio, dum Angela nec viuens, nec in Teſtamento de
12 Domo, ſeù eius † rata partæ vnquam diſpoſuit, ſed relinquendo omnia eius bona Antonio, expreſſe declarauit illa præcipuè conſiſtere in ſcutis ſex ſingulis menſibus ſibi debitis per hæredes Alexandri loco vſufructus ſi-
13 bi relicti. Hinc enim † dùm domum præfatam non expreſſit cẽſetur agnouiſſe eam non eſſe propriam, ſed in totum, & integrè hæreditariam mariti, illamque propterea noluiſſe ſub vniuerſali inſtitutione, metiendo vo-
14 luntatem à poteſtate ad fauorem † Antonij factã, comprehendere, vt ponderatum fuit *in Camerinen. Domus coram Gypſio apud Gionagn. reſponſ. 44. num. 112. cum ſeqq. lib. 2. & in dicta Caſenaten. Emphyteuſis coram Merlin. num. 24. & in dec. 375. num. 2. cum ſeqq. par. 1. recent.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana ſeparationis Thori, & reſtitutionis Dotis.

Lunæ 26. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

Sæuitia viri præterita, & futura tribus vxori iuſtam cauſam prætendi ſeparationem Thori, quo caſu vir tenetur ad reſtitutionem Dotis.

SVMMARIVM.

1 *Sæuitia viri præterita, & futura tribuunt vxori iuſtam*

iustam causam ab eo recedendi.

2 *Sæuitia viri præterita resultat ex Verbis contumelioſis.*

3 *Verba contumelioſa inter coniuges pariunt odium, & inimicitiam.*

4 *Verberationes iteratæ excedentes limites correctionis probant sæuitiam præteritam viri.*

5 *Verberationes Viri probantur de auditu ab Vxore.*

6 *Titionis proiectio, & similis tentatus in vxorem sunt causa sufficientes removendi vxorem à viro.*

7 *Aggressus viri in vxorem cum ense tribuunt causam separationis Thori.*

8 *Criminationes à viro in vxorem obiecta arguunt animum viri implacabilem quod amplia, vt numer. 9.*

10 *Timor futuræ sæuitiæ viri in vxorem ex quibus desumatur, & nu. 11. 12. 13.*

14 *Sæuitia resultans non ex vnico actu, sed ex pluribus in genere probantur per Testes singulares.*

15 *Epistola viri exprimens malum animum comprobat illius sæuitiam.*

16 *Vir tenetur ad dotis restitutionem, quando Thori separatio procedit ex illius sæuitia.*

Decisio ista est in eadem causa de qua supra decisio 328., sub die 27. Maij 1661. part. 13. recent. coram eodem R. R. Priolo.

DECISIO DXIV.

PER Sententiam R. P. D. Vicesgerentis Anna à Dominico Viro, & Marito Thoro separata petebat in gradu appellationis declarari locũ esse restitutioni dotis, super quo posito dubio sub die 12. Decembris præteriti coram ipsam Informantem respõsum fuit, ex quo in dicta sententia de huiusmodi restitutione nulla fieret mentio, & Rota sententias extra causã latas attendere non soleat, nisi cognito de bono iure partium. Hodiè itaque assumpta disputatione, an esset locus separationi Thori ad effectum rehabendi dotem prædictam affirmatiuè DD. censuerunt.

Et moti sunt, quia concurrit non solum
1 sæuitia prædicta Dominici, † sed etiam timor futuræ sæuitiæ, & malæ tractationis, quæ duo requisita necessaria propter periculum, quod in vtroque euentu vxori imminet, iustam eidem diuertendi à viro causam præbet *cap. litteras, & cap. ex transmissa vtrobique Abb. & cateri Canonista de restit. spoliat., & cap. 1. vbi gloss. verb. suspectum, vt sit non contest. Idemque tradit Io. Andr. cap. 1. de Diuort., & conformis est text. in l. consensu C. de repud. Sperell. decision. 139. numer. 38., & Rota decis. 155. num. 1. part. 6. recent.*

Sæuitia præterita vltra verba contumelio-
2 sa, † quibus Dominicus pluries Annam im-
3 petiuit, vt deponunt Testes *summario num. 2.* † quæ inter Coniuges pariunt inimicitiam, & odium, *Bart. in l. 3. non solum nu. 4. ff. de adimend. legat. cum alijs, quos adducit Aldobrand. cons. 72. num. 19. lib. 1.* resultat ex iteratis verberationibus cum signis, & liuoribus in facie *dicto sum.*
4 *num. 3. & 4.*, quæ cum excedant limites correctionis sine vlla rationabili causa denotant, suam Viri naturam, à qua vxor necessario auxilio separationis liberatur *Aldobrand. d. cons. 11. nu. 19. & 21. lib. 1. Sperell. dicta dec. 129. num. 62. & seqq. Farinacc. quæst. 143. num. 182. Sanchez. de Matr. lib. 10. disput. 18. num. 16. Rota dicta decis. 155. & decis. 239., vtrobique numer. 4. part. 6. recent.*

Auget hanc irrationabilis Viri sæuitiam modus verberandi, cum ipse vna cum alijs noctis tempore apprehenderit vxorem, & in currum coniectam traduxerit ad domum Matris ipsius, vbi cã cubiculo clausam, adeò acriter verberauit, vt pẽnè semiuiuam reli-
5 querit, sicut referunt Testes *eod. sum. numer. 3.* qui licet loquantur de auditu ab ipsa vxore tamen in hac re clanculum peracta sufficiũt, *vt dixit Rota dicta decision. 155. numer. 51. part. 6. recent.*

Referunt quoque, quod suborta differentia super nonnullis mobilibus quæ vxor aiebat Dominicum sibi subripuisse, hic percitus ira titionem extraxit ab igne, quem iecisset in vxorem, si impeditus non fuisset, *vt in sum.*
6 *num. 5.* † Plenè tentatus huiusmodi vtpotè rei aptæ vulnus inferre sæuitiam indicat, & est causa sufficiens removendi vxorem à Viro, & separandi Matrimonium, quoad coniugalem cohabitationem *Sperell. dicta dec. 139. n. 68. & dicta dec. 239. n. 11. par. 6. rec.*

Ac etiam, quod eam insecutus est gladio, eo quia conquesta esset, quod ille non curabat eam alere, vt inquit vnus Testis deponens audiuisse Annam in cubiculo vbi aufugerat,
7 & se saluam fecit clamantem, † *ah traditore à me con la spada* dicto Sum. *nu. 6.* Vndè non nisi ope separationis eidem est consulendum adversus tantam viri sæuitiam *l. consensu, & auct. sed nouo iure C. de repud. Io. Andr. in cap. 1. de diuert. Paris. cons. 54. numer. .... lib. 4. Aldobrand. dicto cons. 71. per tot. & firmat in specie Zabarell. cons. 9. nu. 8.*

9 His accedunt criminationes obiectæ † eidẽ vxori super mendicatis abortibus, & adulterio *sum. nu. 10.* quæ magis ostendunt animum intensum, & implacabilem viri *ad Not. per Bellett. disquisit. cleric. part. 1. §. 4. nu. 110. Trimisan. dec. 61. per tot. lib. 1. Sperell. dicta dec. 139. nu. 51.* Ma-
9 ximè cum illa ab his † accusationibus reportauerit sententiam absolutoriam *dicto sum. nu. 11. vt dixit Rota dec. 706. n. 1. & dec. 58. n. 1. part. 3. recent.*

10 Timor futuræ sæuitiæ, † vltra, quod sufficienter deducitur ex inimicitia, & odio propter sæuitiam, & machinationes de præterito, vt considerauit *Aldobrand. sæpè citato cons. 71. num. 15. cum seqq. Rota dicta decis. 155. numer.*
11 34. *part. 6. recent.* resultat † ex iurgijs, & dissensionibus, quæ insurrexerunt, eo quia noluit vxor implicare pecunias dotales in emptionem officij vacabilis in personam viri, ob quam recusationem illi venerat in mẽtem aliquid moliri in necem ipsius vxoris, vt ex depositione Testis *sum. num. 8.* afferentis

eum

Digitized by Google

cum sibi dixisse, *che gli erano venuti pensieri di strangolarla &c. è se lei non mi comprarà questo officio mi farà fare questo spropesito &c.*

Idemque comprobat epistola *dicto summario nu.* 9. in qua talia minatur contra vxorem,
12 ibi: † *Io sono persona, che tutto il mondo mi è passo, e tu sarè in modo, che non sarai più Donna,* quę verba prolata, & scripta à viro, qui natura ad iracundiam proclivius est, vt dicunt Telles, *summario num.* 7., & solitus sæuire iustum, & rationabilem metum incutiunt in mulierem quantumuis constasem de pœna in futurum tractationem adeò vt non debeat exinde amplius eadem subire pericula, etiam sub qualibet cautione *dicto cap. litteris in fin. de rest. spol. Host. in cap. ex transmissa numer.* 3. *ibique tradunt Butr. num.* 7. *&* 9. *Bald. num.* 1., *&* 2. *& Abb. numer.* 4. *eod. titulo gloss. in cap. de Benedicto* 32. *quæstion.* 1. *vers. sub cautela, Riec. decis.* 112. *numer.* 2. *part.* 1. *&. decis.* 8. *num.* 83. *parte secunda Aldobrand. dicta cons.* 71. *num.* 45. *lib.* 1. *Sperell.*
13 *dicta decis.* 139. *num.* 44. *&. seqq.* † Stante etiam lite super separatione quæ confluit ad augendam inimicitiam, & odium, vt ponderauit *Rota dicta decision.* 155. *numer.* 44. *part.* 6. *recent.*

Nec refert, quod aliqui ex Testibus, ex quibus facta memorata recensētur sint singu-
14 lares, † quia cum agatur de probanda sæuitia non ex vnico actu speciali, sed ex pluribus in genere admittuntur testes etiam singulares, & alias inhabiles iuxtà tradita per *Grat. discept. for. cap.* 738. *numer.* 52. *Zabarell. cons.* 90. *num.* 5. *& Rota dicta decis* 155. *numer.* 51. *part.* 6. *rec.* Eoque magis, quia dicta supradictorum
15 Testium corroborantur † ex Epistola Dominici *de qua in fauor. numer.* 9. in qua ipse dixit *Done per il passato ci hò fatto qualche maltrattamento, mi dispiace di non ci hauer fatto più di quello, che hò fatto.*

Cum igitur ex præmissis appareat, quod separatio Thori processerit ob sæuitiam, & cul-
16 pam Dominici Viri † locus est restitutioni dotis *ad text. in §. mitiores Auth. de nupt.*, *& dixit Rota dicta decision.* 706. *num.* 3. *part.* 1. *dicta decis.* 239. *num.* 27., *& decis.* 277. *num.* 37., *& decis.* 300. *num.* 2. *part.* 6. *rec. & latè fuit comprobatum in dicta dec. huius etiam edita sub die* 12. *Decembris coram me.*

Et ita pro Anna nunc quoq; solum informante fuit resolutum &c.

R. P. D. PRIOLO

Interamnen. Iurispatronatus de Castellis.

Veneris 18. *Iunij* 1660.

ARGVMENTVM.

Clementina *plures de Iurepatronatus* locum habet in Patronatu, de cuius fundatione constat, non autem in Patronatu ab immemorabili, cuius fundatio non habetur; minusuè quando per continuatas præsentationes Patronorum centum., & plurium annorum constat de obseruantia gentilitia, qui proprie-

rea transit ad omnes de eadem familia quantumuis à diuersis Columnellis procedentes, inter quos sola quadragenaria sufficit ad effectum præscribendi qualitatem gentilitiam.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus gentilitium est commune omnibus de familia.*
2 *Præsentatio facta, non facta mentione quæ hereditatis, demonstrat Iuspatronatus gentilitium.*
3 *Qualitas hereditaria post tempus immemorabile non datur.*
4 *Præsentatio Iure hereditario debet continere quotas, & uncias.*
5 *Præsentatio personalissima demonstrat Iuspatronatus gentilitium.*
6 *Filius non succedit in Patronatu viuente Patre.*
7 *Præmiores Remotioribus præferuntur in Patronatu hereditario.*
8 *Præsentatio facta à filio Banditi Capitalis demonstrat Iuspatronatus gentilitium.*
9 *Præsentatio facta cum expressione* di casa nostra, è di casa mia *illud demonstrat esse gentilitium, &*
11 *Dictiones* nostro, e mio *sunt taxatiuæ.*
12 *Historia alicuius familiæ probat Iuspatronatus esse gentilitium.*
13 *Historia tamquam in fama fundata probant.*
14 *Iuspatronatus honorificum præsumitur gentilitium.*
15 *Præsentationes factæ à solis Masculis exclusis fœminis, & extraneis probant Iuspatronatus esse gentilitium.*
16 *Iura hereditaria non semper conseruantur in eadem familia.*
17 *Præsentatio facta à solis masculis licet adsit statutū exclusiuum fœminarum, & non probetur existentia extraneorum demonstrat Iuspatronatus gentilitium.*
18 *Præsentatio æqualiter facta est referibilis Patronatu gentilitio, & hereditario quod fallit, vt nu.* 20. *&* 21.
22 *Præsentatio facta æqualiter iuxta numerum Personarum dicitur in Capita.*
23 *Iuspatronatus gentilitium spectat ad proximiorem de familia, quod fallit, vt num.* 24.
25 *Præsentatio facta à filijs vti filijs demonstrat Iuspatronatus gentilitium, & num.* 26.
27 *Institutio Ordinarij ad præsentationes filiorum spreta protestatione contraria demonstrat Iuspatronatus gentilitium, & num.* 28.
29 *Dictio* vti *in præsentationibus stat declaratiuè, non autem restrictiuè.*
30 *Dictio* etiam *iuncta dictione,* & *auget dispositionem*
31 *Institutio sub hac expressione,* & eius etiā procurationis *demonstrat præsentationes fuisse factam à Patre, & filijs.*
32 *Præsentationes subsequentes declarant antecedentes.*
33 *Præsentationes subsequētes impropiant qualitatē hereditariā in præsētationibus antecedētibus appositā.*
34 *Iuspatronatus de cuius fundatione non constat non præsumitur hereditarium.*
35 *Clementina* plures de Iurepatronatus *inducit præsumptionē qualitatis hereditariæ in patronatu, qui constat de fundatione.*
36 *Iuspatronatus ab immemorabili dicitur gentilitium & in eo succeditur in capita & num.* 37.

38 *Gentilitia qualitas inter Compatronos præscribitur per 40. annos.*

39 *Gentilitia qualitas probata per observantiam contrarium est probat. certissimaliter & nim.* 40.

Decisio ista verum est, quod iam impressa habetur supra in part. 13. Recent. decis. 237. verum quia in curia quadam fuit mutilata, vnde suo nitori restituitur &c. cum materia ista sit non parum Magistralis, & per sæpe in Iure occurrat, atque in eadem causa habetur supra altera decisio in part. 12. Recent. in ordine 204.

DECISIO DXV.

DOMINI iterum responderunt Iuspatronatus Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Papineæ non esse hæreditarium, sed gentilitium,
1 & consequenter † commune omnibus de familia de Castellis *ad tex. in l. cum ita §. in fidecom. de leg. 2. Vivian. de Iurepatronatus lib. 4. c. 9. nu. 16. & lib. 14. cap. 2. num. 42. & seq. Rota in Pientina Iurispatr. 10. Iunij 1602. cor. Litta apud eundem Vivian. d. lib. 4. cap. 9. num. 55.*

Quia visum fuit subsistere fundamentum alterius decisionis ædnæ 23. Iunij 1636. quod cum ab anno 1538. vsque in præsens omnes, & soli masculi præsentauerint, nulla facta mentione quotæ hæreditariæ reluctet ex tali
2 obseruantia cuidens † argumentum qualitatis gentilitiæ, & præsentandi in Capita, quia sicuti est impossibile, quod omnes essent æqualiter hæredes primi † fundatoris post tempus
3 immemorabile, ità repugnat verisimilitudini, quod si præsentassent iure hæreditario, &
4 in stirpes non expressissent † quotas, & vncias pro quibus præsentabant ad distinctionem, & differentiam vnius patroni ab alio, sine qua non potest euitari confusio, *vt inquit glos. in clem. plures de Iurepatr. & considerauit Rota in Florentina de Ricasolis 10. Martij 1603. pariter apud Vivian. lib. 4. cap. 1. post num. 71. vers. 30. quia & in Bononien. Beneficij 26. February 1652. §. est igitur coram R. P. D. meo Albergato.*

Præterim quando (prout hic) adminicula plura concurrunt, siquidem Ioseph, & Agabitus anno 1561. præsentarunt, seu resignationi factæ in personam Francisci Valentini consensserunt insimul cum Georgio, & Iulio Patruis, qui duo Nepotes licet repræsentarēt Marcūm Antoniun eorum Patrem, tamen ipsi non præsentarunt ex vna parte, & Patrui pro eorum portionibus ex altera, sed præsentarunt propriis nominibus expressis, absque aliqua differentia, quæ forma præsen-
5 tationis, cum sit personalissima † designat Iuspatronatus esse gentilitium, vbi enim fuisset hæreditarium Patrui habuissent duas tertias, Nepotes verò pro vna tantum voce Patris, non autem pro dimidia præsentare potuissent *d. Clem. plures de Iurepatr. Lambert. eodem tract. part. 2. lib. 1. quæst. 1. art. 25. vers. 2. pro ista parte Rot. coram Buratt. dec. 138. num. 4. & fuit ponderatum in præterita §. clarius educitur.*

Imò non solum Patrui, sed Pater, & filij conuenerunt ad præsentandum; Nam anno 1607. Marcus Castellus adhuc viuens præsentatus fuit à Io: Francisco Gabriele, & Honuphrio, vnacum Io: Baptista eorum Patre, quod nō nisi in Iurepatronatu gentilitio per-
6 mittitur, cum alias filius non possit in eo admitti tanquam Compatronus viuente Patre,
1 *Cardin. d. Clem. plures Rotæ de Curt. tract. eodem verb. Compatroni quæst. 7. num. 10. ad fin. Vivian. lib. 14. cap. 2. num. 51. Grat. discept. forens. cap. 521. num. 23. Rota coram Merlin. decis. 563. nu. 14. cum aliis in alia relatis §. eoque magis.*

Nec non fuerunt admissi Annibal, & Alexander descendentes ex alio Columnello, qui admitti non debuissent si Patronatus fuisset
7 hæreditarius; cum † eo casu proximiores remotionibus præferantur *d. l. cum ita §. in fidecommisso ff. de leg. 2. cuius dispositio habet locum etiam Iurepatronatus Bald. cons. 1. num. 8. lib. 3. Grat. d. cap. 521. nu. 30. cum seqq. & Vivian. vbi supra lib. 4. cap. 1. post num. 71. vers. 20. principaliter* maximè
8 quia Alexander non fuit hæres Scipionis Patris, vt potè capitaliter banniti ex quo appareret non fuisse † habitam rationem qualitatis
9 hæreditariæ *Conar. resolut. cap. 18. num. 8. lib. 1. Grat. d. cap. 521. num. 35. & ita deduxit Rota coram Merlin. dec. 563. num. 23.*

Prout habitam fuisse rationem qualitatis Patronatus gentilitij apparet ex eo quod tam Io. Baptista vna cum filijs, quam Annibal nomine suo, & Alexandri Nepotis dixerunt, quod præsentabant ad Iuspatronatus suę familiæ, vt ex Epistola Ioannis Baptistæ scripta filijs ibi *Vacati Beneficio di Santa Maria, e nostro*
10 *Iuspatronato* & ex † alia Annibalis Procuratori transmissa ibi *Iuspatronato di casa mia*: Denominationes enim huiusmodi denotant illos, qui præsentarunt agnouisse Iuspatronatus pro gentilitio, & familiari, *vt ponderat Gabr. cons. 196. num. 10. Rota in Aquilana Iurispatronatus 1. February 1651. §. quæ clarius coram R. D. meo Papien.* Præcipuè ponderatis verbis illis *nostro*,
11 *e mio* replicatis in Instrumentis per † ipsummet Marchionem Iulium cum expressione Immemorabilis, quæ æquipollent taxatiuè, *vt in terminis fuit dictum in Leodien. Beneficij Sanctissimæ Trinitatis 27. Iunij 1629. coram Cardinali Virili.*

12 Constat quoque † ex historia eiusdem familiæ, in ea adesse hoc Iuspatronatus tanquā gentilitium, & familiare, quæ cum fundetur
13 in fama, & versemur † in Iurepatronatus, cuius initij memoria nō habetur optimè probat *Glos. in cap. cum causam verb. testes de probat. si-*
14 cuti admodum est verisimile quia agitur de Ecclesia Archipresbyterali, cui aliæ septem Ecclesiæ subyciuntur, & sic de Patronatu valdè honorifico, *vt resp. Rota in Capuana Abbatiæ 5. Maij 1659. §. dictaque coram me.*

15 Nec vnquam contingentibus † vacationibus vllus extraneus, vel aliqua fœmina præsentauit, quod est moraliter impossibile si Iuspatronatus fuisset hæreditarium, cum à com-
16 muniter accidentibus † Iura hæreditaria non semper conseruentur in eadem familia, quæ

conie-

conuincitur vera cum aliis plurimum confert ad dignoscendam naturam, & qualitatem Iurispatronatus, *vt prater allegatos in alia decisione fuit consideratum in dicta Capuana Abbatia confirmata 16. Ianuarii proteriti coram me §. comprobatur.*

Nihil suffragãte statuto exclusiuo fœminarum, vel quod non probetur extraneos, scil. 17 fœminas extitisse† quia neutrum tollit inueritimilitudinem, quod si Iuspatronatus fuisset hæreditarium, aliqua fœmina, vel extraneus non præsentasset, *vt considerant Rot. in Cremonen. Præpositura 23. Maij 1644. coram Eminentiss. D. Card. Corrado.*

Ea autem, quæ fuerunt alias deducta, & nunc repetuntur pro statu, & qualitate hæreditaria non subsistere, aut releuare visa sunt. Primum etenim, quod præsentatio facta de anno 1538. in personam Angeli Zuccoli non 18 excludat Patronatum, fuisse gentilitium, ex quo Iulius Georgeus, & Marcus Antonius, qui præsentarunt essent omnes æquè filij, & hæredes Agabiti, sicque præsentatio sit referibilis Patronatui tam gentilitio, quàm hæ- 19 reditario, † Cessat ex eo quod illi præsentarũt nomine proprio tanquàm singuli in Capita, vt patet ex Lectura eiusdem præsenta- 20 tionis. † Ideoquè conuincitur ex ea Iuspatronatus esse gentilitiũ, & non hæreditarium, 21 aliàs enim duci non potuisset in capita, † Nec competissent tot voces, quot erant personæ, vt probatur *in dicta l. Cum itaq; §. in fideicommisso de leg. 2. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 11. nu. 123. Rota dicta dec. 183. nu. 4. & 16. apud Burat. & dec. 798. nu. 13. apud Merlin. cum aliis adductis in præsenti §. obseruantia.*

Alterum quod præsentatio facta à Patruis sit intelligenda facta à Patruis pro duabus tertijs; à Nepotibus verò pro altera tertia in hę- 22 reditate Patris illis obuenta † tollitur ex Lectura præsentationis, in qua legitur omnes æqualiter præsentasse iuxtà numerum personarum in capita, nulla habita ratione quotæ, 23 vel Successionis hæreditariæ, † Nihil referente quod Ius præsentandi spectare non possit nisi ad proximiorem de familia, *ex adductis in decis. 288. num. 9. part. 5. recent. & reassumit Lotter. lib. 2. quæst. 11. num. 124.* Quia hoc non impedit 24 quominus ex vsu, † & obseruantia remotiores cum proximioribus conuenire possint ad præsentandum, *vt in dicta Florentina de Ricasolis 10. Martij 1603. in fin., & declarat idem Lotter. vbi supra numer. 125. in fin., & Grat. dicto cap. 521. nu. 19.*

Tertium quòd non probetur factam fuisse præsentationem à filijs nomine proprio, sed quòd solùm vti Procuratores Patris præsentauerint; nec etiam videtur subsistere: Nam 25 vtroquè nomine fuisse factam deducitur ex † verbis ibi: vti filij, & Procuratores, & ex edicto successiuè publicato, in quo asseritur coram Vicario comparuisse Gabrielem, Ioãnem Franciscum, & Honuphrium filios, & 26 Procuratores Ioannis Baptistæ, † vti Patronos, & Iuspatronatus habentes, & pariter ex quo Ordinarius instituit Marium Castellum

27 ab ipsis præsentatum, † Spreta protestatione vnius ex compatronis, quòd filij non erant admittendi; Quinimò cum expressione quòd ille fuerat præsentatus per Gabrielem, Io: Fra- 28 ciscum, & Honuphrium† filios dicti Io. Baptistæ, & eius etiam Procuratores: Ex quibus negari non potest quin filij præsentauerint, & approbati fuerint tanquam Patroni; illa nam- 29 que dictio *vti* facit ibi declaratiuè quod scilicet filij præsentarunt tanquam Patroni, & de familia, non autem limitatiuè solùm tanquam Procuratores Patris, *vt dixit Rota coram Merlin. decis. 750. numer. 1. vers. non est legitimè & decis. 136. num. 5. post Vivian.* & hoc idem comprobant verba illa, & eius etiam Procu- 30 ratores ponderando † dictionem *etiam*, quæ iuncta dictioni & auget dispositionem *l. si quis seruum §. etiam ff. de pecun. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 15. num. 25.* & consequenter præsenta- 31 tio facta intelligitur † nedùm procuratorio nomine, sed etiam titulo filiationis, *vt considerauit Rota dec. 30. num. 22. par. 5. recent.*

Nec demum vrget obiectum quod de anno 1452. & 1454. reperiantur præsentationes, cum expressione qualitatis hæreditariæ; Quia placuit responsio quod cum aliundè nõ probetur patronatum esse hæreditarium, & pro gentilitio adsint præsentationes numero plures supra centum annos precedentes ex subsequentibus declarantur, vt mentio hæredita- 32 ria fiat in eis demonstratiuè † ad indicandam qualitatem hæreditariam impropriam. hoc 33 est sanguinis, vt dictum fuit *in Piscien. Beneficij 26. Nouembris 1650. coram R. P. D. meo Celso §. nec quicquam confirmata 21. Aprilis 1651. coram R. Tarraconen. §. penultimo cum aliis in alia decis. §. hinc non refert.*

34 Eoque magis de Iurispatronatus † initio memoriã non extet, quod propterea non præsumitur hereditarium quia dispositio *Clem.* 35 *plures de iurepatronatus* † inducit quidem præsumptionem qualitatis hæreditariæ in patronatu, de cuius fundatione constat, non au- 36 tem in Patronatu ab Immemorabili, in quo militat præsumptiò contraria, quod sit gentilitium, in eoque succedatur in capita, ne- 37 dentur quæstiones † inextricabiles, quas ibi considerat *glos. in verb. plures, & refert Lambert. lib. 1. quæst. 1. art. 25. part. 2. sub num. 6. Florentina de Ricasolis penes Vivian. de Iurepatronatus lib. 4. cap. 1 num. 71. §. quæ omnia confirmata 11. Februarij 1604 penes eundem §. Item quod Iuspatronatus], & in fine Penia dec. 934. num. 7.*

Et nihilominus cessat quælibet difficultas ex vltimo statu pro qualitate gentilitia resultante ex d. præsentatione facta de anno 1607. in personam Marci Castelli, qui adhuc viuit 38 ob lapsum quadraginta annorum † sufficiens ad hunc effectum, *vt dixit Rota in Leodien. Beneficij 14. Ianuarij 1628. coram Vbaldo, quam sequuta fuit coram Merlin. dec. 301. num. 7. & 821. num. 4. & dec. 290. num. 7. & 8. par. 5. recent.* Quo 39 tiante onus probandi† contrarium incumbit asserenti hæreditarium, non quidem præsumptiuè, sed certitudinaliter per confessionem 40 partis, aut rem iudicatam †, vel publicum

Instrumentum *iuxtà limitationem de qua Adden. ad Buratt. decis. 776. num. 16.*

Quæ obijciebantur circa identitatem familiæ, & descendentiam Bartholomæi, ac de negligentia, & præscriptione fuerunt sufficiẽter sublata in præterita decisione, In qua proindè persistendum esse responsum fuit hinc inde partibus accerrime informantibus.

R. P. D. CERRO DECANO,
Nunc S. R. E. Cardinali.

Neapolitana Hæreditatis.

Veneris 25. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Adimplementum voluntatis Testatoris, quando hæres ex iusta causa adimplere non valuit, non est factus locus substitutioni in casu non adimplementi.

SVMMARIVM.

1 *Confessionem partis aduersæ, quando quis intendit acceptare, debet eam recipere cum sua qualitate.*
2 *Veritas est attendenda, non quod pars simpliciter asserit.*
3 *Comperta vt attendantur non esse in genere, & confusim sed distincta esse debent.*
4 *Priuationis pœna in casu non adimplementi in vno casu extenditur minime ad alium casum.*
5 *Testator, quod disposuit attendendum est & n. 6.*
7 *Testatoris dispositio respectu suæ hæreditatis tanquam altera lex seruanda venit.*

In eadem causa habetur supra altera decisio sub die 30. Ianuarij 1660. coram eodem Eminentiss. D. Cardin. Cerro in part. 13. recentior. & ibi corrige annum cum loco anni 1660. dicat 1659. Infra pariter altera decisio habetur in eadem causa sub die 9. Maij 1672. coram eodem R.P.D. Albergato Decano, cum qua decisione terminata fuit causa.

DECISIO DXVI.

PRAETEXTV quod Patres B. Mariæ in Porticu Neapolis non curauerint erigi Nouitiatum iuxta præceptum, & enixam voluntatem Nobilis Mulieris Fœlicis Mariæ Vrsinæ Ducissæ Grauinæ Testatricis, quodque duas fecerint alienationes, transigendo cum Duce Ferdinando Vrsino de Bisignano, & cũ Octauio Blanco, Patres Ministrantes Infirmis eiusdem Ciuitatis supponentes exindè factũ esse locum ipsorum vocationi, iudicialiter cõtra eos petierunt immissionem in possessionẽ bonorum hæreditariorum dictæ Ducissæ, sed Rota *die 30. Ianuarij præteriti*, vtraque Parte informante, existimauit immissionem non esse concedendam ex rationibus in decisione deductis, ex quibus pro illius confirmatione hodie responsum fuit.

Et respectu erectionis Nouitiatus non refert, quòd Patres B. Mariæ *à die 2. Februarij* 1647. per totum mensem Augusti 1651. ex bonis hæreditarijs exegerint scuta 30514. quæ non poterant in aliam causam conuerti antequàm Domus Nouitiatus erigeretur.

Quoniam ex calculo ab ijsdem Patribus exhibito in Tribunali Fabricę S. Petri Neapolis, ex quo delumitur confessio dictæ exactionis, apparet etiam dictas pecunias ab eis erogatas fuisse partim in expensis funeralium, litium, æris alieni hæreditarij, fructuum censuum passiuorum per totum dictum mensem Augusti, legatorum pro vnica vice, & aliorum annuorum, ac pro bono gubernio hæreditatis, *Summario num. 1.* quæ omnia erant præferenda erectioni Nouitiatus, vt ex Testamento impresso *pag. 3. lit. M. N. & R, ad pag. 14. lit. T, 1. & Z, 3.* & partim in fabrica ipsius Nouitiatus, alimentis Nouitiorum i ac in emptione mobilium, & supellectilium pro eo necessariorum; ita vt pro adæquatione dictæ quantitatis scutorum 30514. non superfuerint in capsa de tempore dati computi nisi scuta 116 *vt in dict. Summ. dict. num. 1.* Dùm enim Patres Ministrantes Infirmis dicto calculo vtuntur ad eligendam confessionem Patrum B. Mariç circa exactionem, tenentur etiam illum acceptare respectu exitus earumdem pecuniarũ exactionibus contrapositi, † & conticuam- 1
causam habentis, licèt diuerso tempore peracti, dum præsumptionem iuris non habet contra se, *iuxta Theor. Bart. in L. Aurelius § Idem quæsit num. 1. & 2, ff. de liberat. legat. Cyn. in l. vnic. quæst. 13. C. de confess. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 1. cas. 93. num. 19. cum seqq. Surd. decis. 258. num. 4. cum seqq. & signanter nu. 10. & 11.*

Respectu verò alienationum aliarumque contrauentionum, quæ in idem reincidunt, placuerunt responsiones decisionis, quæ omninò subsistunt; ac signanter quo ad Transactionem cum Vrsino non subsistit, quòd iola mobilia essent sub sequestro, quia verius est Patres nullam potuisse assequi † possessionem bonorum hæreditariorum Neapolis ante dictam Transactionem, postquam, & non priùs ab eis obtentum fuit præambulum, & dissequestrum, *Summar. impresso Patrum B. Mariæ præterita positionis num. 5. 14. & 15.*

Non obstat, quod ijdem Patres impugnauerint legatum mobilium, & annuorum scutorum biscentum pro persona nominanda, quodque non impleuerint mandatum Testatricis circa declarationes Congregationis ge- 3
neralis exhibendas quolibet triennio † cum scutis sex monetæ Patri Generali Ministrantium Infirmis in Vrbe, dum non fuerunt factæ distinctim, & per capita separata, sed per verba generalia.

Primum enim obiectum facili responsio- 4
ne † remouetur, quia scilicet in eo casu nulla adest vocatio Collitigantium, nec pœnæ priuationis, quæ expressa in vno, non trahi-

tur

tur ad alium casum *ex authoritatibus relatis in decisione §. fin.*

Secundum verò tollitur animaduertendo, quod Testatrix pro distincta rationis redditione elegit tanquam in Iudicem, & Arbitrũ
5 Congregationem † Generalem, quæ constituitur ex Vocalibus omnium Domorũ vniuersæ Religionis B. Mariæ, & coram ipsa voluit quòd Administratores hæreditatis redderent distinctam, & specificam rationem, qua reddita, constitoque de punctuali obseruantia, ab eadem Generali Congregatione fieri debet declaratio, quòd in præcedenti Triennio
6 voluntati Testatricis plenè paritum fuerit, illaque exhiberi Patri Generali Ministrantium Infirmis, qui ab hæredibus quidquam prætendere non possunt, nec petere librorum aut computorum visionem, *vt ex d. Testamento pag. 12. lit. P. 3. & pag. 13. lit. R, 3.* Quapropter indubium redditur, generalem sufficere de-
7 clarationem, pro vt facta fuit, ex † qua plenè satisfactum dicitur Testatricis mãdato ad formam eius testamentariæ dispositionis, quæ pro lege respectu suę hereditatis seruanda est, §. *Disponat Testator. Auth. de Nupt.*

Et ita altera tantum, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT

Romana Fideicommissi de Mutis.

Veneris 3. Decembris 1660.

ARGVMENTVM.

Probatis extremis immissio non est deneganda: potest illam impedire hæres retinendo bona defuncti pro suo credito, quando illud superuenit post aditam hæreditatem, quia tunc non intrat imaginaria solutio, quę competit heredi creditori ante aditam hæreditatem pro retentione bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Immissio conceditur probatis fideicommisso, identitate bonorum, & possessione fideicommittentis.*
2 *Immissio non retardatur per detractiones illiquidas & num. 16.*
3 *Hæres creditor defuncti adeundo hæreditatem censetur sibi satisfeciſſe per imaginariam solutionem, & potest retinere bona, quod declara vt numer. 4. & 5.*
6 *Imaginaria solutio consistit in animo, nec simpliciter inducitur, sed præsumitur.*
7 *Præsumptio eliditur per contrariam animi declarationem & num. 8.*
9 *Hæres pro medietate creditor defuncti hæreditatem adeundo ratam crediti extinguit, & nu. 10.*
11 *Cessionarius non potest habere maiora iura cedente.*
12 *Sententia recipit interpretationem ex aliis.*
13 *Sub nomine dotis veniunt accencia, & gemmæ aliaque in Instrumento Matrimoniali annexa.*
14 *Dos est detrahenda ex bonis fideicommissarijs, quando bona libera non extant, quod declara vt num. 15. & 17.*

In eadem causa adest supra altera decisio sub die 3. Iunij 1667. coram R. P. D. Bourlemont in præcedenti part. 13.

DECISIO DXVII.

POST latam sententiam à Reuerendissimo D.meo Papien. concedentem immissionem DD. de Mutis super medietate sextæ partis totius Casalis Polidori demptis quinta parte dictæ sextæ pro Dote q. Lucretiæ de Mutis, & quarta parte residui ex eiusdem sexta pro Dote q. Liuiæ, solutis tamen per eosdem DD. de Mutis integro residuo Dotis q. Philippæ Caffarellæ aliisque certis pecuniarum quantitatibus in eadem sententia enunciatis fuit à Reuerendissimo D.meo Decano coram quo causa per appellationem vtrinque interpositã respectu detractionum fuerat deuoluta, pronunciatum eosdem DD. de Mutis esse immittendos in possessionem rubiorum 18. cum tribus quartis partibus alterius rubij pro residuo medietatis dictæ sextæ partis totius Casalis præter portionem pro Trebellianica Valeriano assignatam, & residuum dotis Philippæ esse ab eisdem immediatè solùm restituendũ reiectis aliis omnibus solutionibus prius demandatis, à qua sententia iterum appellatione interposita, causaque mihi delata proposui dubium super illius subsistentia, & pro confirmatione responsum fuit.

Omissa enim validitate, quæ non Controuertitur iustitia probatur ex eo, quod constito superabundè per plures decisiones de exi-
1 stentia fideicommissi à Valeriano ordinati deque illius † purificatione ad fauorem DD. Marij, & aliorum de Mutis & de identitate Controuersi Casalis non poterat his concurrentibus immissio denegari, vt tradit *Menoch. de adipisc. remed. 4. numer. 190. Rot. decis. 162. numer. 7. part. 8. recent. & in Romana fideicommissi de Zuccaris 4. Februarij 1650. coram bon. mem. Dunozetto, & in decisionibus huius causæ 19. Februarij 1646., & 15. Ianuarij 1648. coram Reuerendissimo D.meo Papien.*, licet Auctoribus D. Falconerij detentoris Casalis detractiones competerent, quia
2 liquidæ fuerunt in sententia reseruatæ † reiectis aliis illiquidis, quæ immissionem retardare non possunt *Caualer. dec. 573. num. 3. & Rota in Bononien. fideicommissi 16. Iuny 1651., §. Et vlterius coram Reuerendissimo P. D. meo Celso, & passim in alijs.*

Nec subsistit, quod non potuerit in sententia demãdari restitutio medietatis residui Dotis Philippæ in pecunia, sed pro Concurrenti rata diminuenda veniat quantitas rubiorũ, ad quam in posteriori sententia concessa fuit, immissio, ex quo Alexander, & Laurentius filij, & hæredes dictæ Philippæ † Auctores reorum Conuentorum sibi ipsis per imaginariam solutionem de Dote materna satisfecerint in portione Casalis, vnicuique obuenta ex hæreditate Valeriani fideicommittentis eiusdem dotis debitoris.

Quia vt respondetur in decisione 1. Decembris

bris 1651. coram Reuerendissimo D. meo Dec-
4 cano, §. †. quia cùm allegata imaginaria solu-
tio intrare non potuit, dùm tempore obitus
Valeriani, Alexander, & Laurentius non erãt
Creditores, ex quo adhuc constabat matrimo-
nium inter Philippam, & Cæsarem eorum
5 Parentes contractum, † pro illis enim dum-
taxat creditis admittitur imaginaria solutio in
quibus hæres reperitur Creditor defuncti de
tempore aditæ hæreditatis, non autem pro il-
lis, quæ post aditam superueniunt, vt firmat
Rota coram Caual. dec. 367. num. 1., & per tot. in Interamnen. vsusfructus 19. Iunij 1649., §. quia præter quod circa med. coram Reuerendissimo D. meo Decano.

Et quoad hoc cessat omnis hæsitatio dùm ex Instrumento vẽditionis cuiusdam Domus ad hęreditatem Fuluiæ Taschæ spectan. ab Alexandro, & Laurentio celebrato de anno 1573. sicque per annos nouem postquam effecti fuerant Creditores Dotis Philippæ quæ obierat 1564. expressè asseruerunt alienare dictam Domum in computum Dotis Philippæ eorum matris, vt fuit ponderatum in hac causa *coram Reuerendissimo D. meo Papien. 11. Ianuarij 1649. §. tertia detractio, & 2. Iunij 1650., §. habita neque, & coram Reuerendiss. D. meo Decano 10. Martij 1651. §. Verùm omnibus perpensis*,
6 cùm† enim imaginaria solutio cõsistat in ani-
mo nec simpliciter inducatur, sed prę sumia-
7 tur, *ad text. in l. si ei cui, §. 1. ff. de cuict.* † vtique
potuit ista prę sumptio per contrariam animi
declarationem elidi dùm præfati hæredes de-
clararunt velle satisfieri de dicta Dotę Philip-
8 pæ matris super vendita Domo, † ex quo pa-
tet assertam imaginariam solutionem super
Casali penitus excludi *Surd. decis. 92. num. 8., & seq. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 8. numer. 17. Add. ad Gregor. decis. 67. num. 17.*

Minusque relcuat, quod residuum præfatæ Dotis Philippæ sit integraliter à DD. de Mutis restituendum, ex quo illius vna medietas spectabat ad Alexandrum, Auctorem D. Falconerij iure proprio altera verò ex iure ei cesso à Laurentio fratre.

Quoniam placuit iterum DD. responsio data in decisione 10. *Martij* 1651. *coram Reuerendissimo D. meo Decano, §. quia subsisteret*, quod
9 nempè tunc demùm tenerentur Actores inte-
grum Dotis residuum persoluere, ll super in-
tegra sexta parte Casalis pro eius restitutione
obligata, sicque super vtraque portione tàm
ad Laurentium quàm Alexandrum spectan-
10 te concederetur immissio, † At quia pro nũc
tantummodo conceditur in portionem Ale-
xandri, altera verò portio Laurentij possidet
tur à Reis Conuentis, qui de dicta Dote exci-
piunt; Vtique sicut si viueret ipse Lauren-
tius retinendo suam portionem Casalis, ni-
hil vltra occasione dictæ dotis prætendere
posset, ex quo per assecutionem suæ partis
de ea iam fuisset integrè satisfactus, ità etiam
Dominus Falconerius, & litis Consortes ex
persona illius eandem portionem possidentes
ne quidquam petere possunt cum ei plus iu-
11 ris † non competat, quam eidem Laurentio
competeret ex vulgata regula *text. l. nemo plus de reg. Iur.*

Prout nec potest sententia redargui, ex quo in ea fuerit omissa solutio Acconcij, & ducatorum centum auri pro pretio Peluis, & Vizei, sed simpliciter demandata solutio medietatis residui dotis Philippæ, quia dato etiam, quod Actores teneantur illorum medietatem restituere, non potest exinde iniusta dici sen-
12 tentia, quæ cum recipiat interpretationem
ex actis *Bart. in l. Ait Prætor, § si Iudex num. 1., ff. de re iud. Alex. conf. 49. num. 9. Rota coram Seraph. decis. 738. num. 3. & coram Merlin. decis. 611. nu. 6.*
13 sub illa expressione medietatis residui † Do-
tis est apta compræhendere etiam medietatẽ
totius quantitatis eorum, quæ occasione Do-
tis, & aliorum annexorum in Instrumento
matrimoniali Valeriano consignata fuerunt.

Ne quidquam pariter DD. obstare visum fuit obiectum alias etiam adductum, quod nempè Dotes filiarum Cæsaris scilicet Sigismundæ, Portiæ, & Deliæ sint ex fideicommisso Valeriani detrahendæ, sicque pro eis
14 competat reis conuentis retentio, † cùm de
tempore dotationis bona libera Patris non
extarent, & proinde ex bonis Aui licèt fidei-
commisso subiectis sint persoluendæ.

Quia non probatur in facto, quod omnia
15 bona libera Cæsaris essent † tunc temporis
alienata, ex quo fit, vt prætensæ detractiones
16 tanquàm illiquidæ non releuent pro impe-
17 dienda immissione, † donec enim probatum
non fuerit bona libera non extare, non debet
ex portione Valeriani fideicommisso subie-
cta, quæ solùm in subsidium iuxtà dispositionem *Auth. res, quæ C. cõm. de leg.* alienari posset, fieri dictarum dotium satisfactio, vt passim firmat *Rota coram Buratt. decis. 641. n. 23. & decis. 245. num. 14. part. 3. recent. fuitque latè responsum in alia decisione 15. Iunij 1654. §. Verùm reproposita coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Leodien. Beneficij.

Lunæ 20. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apostolicæ sunt concludẽter iustificandæ aliàs gratia est nulla, & datur manutentio prouiso ab Ordinario.

SVMMARIVM.

1. *Obitus Parochi, & deuolutio Beneficij sunt concludenter iustificanda, aliàs gratia est nulla, & n. 2.*
3. *Deuolutioni ad Sedem Apostolicam locus non est, nisi concludenter probata scientia patronorum, & Ordinarij, ac lapsu temporis post dictam scientiam & num. 4.*
5. *Scientia vacationis in Canonicis, & Ordinario præsumitur secùs in Metropolitano, & Nuncio, & num. 6. & 7.*

8 Gra-

1 *Gratia quæ fuit executa præsumitur iustificata secùs num. 9.*
10 *Papa potest concurrere cum Ordinarijs Collatoribus.*
11 *Papa in dubio non præsumitur velle inferiores Collatores præuenire.*
12 *Gratia facta tanquam de deuoluto non potest subsistineri per viam præuentionis.*
13 *Regula de annali quænam requirat ad subsistendam gratiam.*
14 *Regula de annali non requirit titulum, sed meram detentationem.*
15 *Regula de triennali repellit impetrantem, & possidentem tuetur.*
16 *Regula de Triennali requirit titulum præsumptum.*
17 *Titulus præsumptus, & coloratus resultat ex decennali possessione.*
18 *Possessio ex fructuum perceptione optimè probatur.*

DECISIO DXVIII.

OBTINVERAT à Sede Apostolica Andreas Fictue Beneficium, de quo agitur tamquam ad eam deuolutum ob negligẽtiam interiorum Collatorum, & non citato Petro Ramerio Proenen iam per 24. annos antea possessore Immissionem ab Executore reportauerat in gradu appellationis prius cõfirmatam, & iterum à Decano Sancti Dionysij Leodien. tamquam nullam & iniustam reuocatam; Hinc postmodum Causa ad Rotam delata, dubitatum fuit coram me, An constaret de bono iure Fictue, & à DD. negatiuè responsum.

Quoniam Andreæ gratia non est iustificata, † cum enim fundetur in vacatione dicti
1 beneficij per obitum Petri Proenen, necnon in deuolutione vigore Concilij Lateranen. ad *cap. 2. de conceff. prob.* vtrumque ex dictis requisitis tamquam gratiæ fundamentum debuerat plene & concludenter probari præsertim contra possidentem, vt in simili *dixit Rota coram Put. dec. 266. lib. 3. & coram Coccin. 195. num. 2 & dec. 186. numer. 1. part. 2. recent., Buratt. decis. 18. nu. 2. & in Melenitana Beneficij 5. Decembris 1631. coram bon. mem. Dunozetto.*

Huiusmodi siquidem probatio cessare visa fuit in præsenti, ex quo respectu vacationis per obitum Petri non datur concludentissima
2 iustificatio, † prout ex deductis requiritur; Respectu verò deuolutionis ad formam Concilij Lateranen. nec pariter probatio necessaria concurrit; Cum enim beneficium deuolueretur à Canonicis ad Ordinarium, deindè ad Metropolitanum & Nuncium, à quo demum ad Papam opus erat iustificare nedum
3 negligentiam † remissam in conferendo dd. inferiorum Collatorum, vt firmant decisiones mox adductæ, verum etiam † scientiam
4 vacationis *ad text. in cap. 3. de suppl. neglig. Prælat. Lotter. de re benef. part. 2. cap. 24. numer. 11. & seqq. Rota decis. 5. de rer. permut. in antiq. Buratt. dicta decis. 18. num. 2. & 3.* Quæ † quidquid est an præsumi potuerit in Canonicis & Ordinario, cessat tamen in Metropolitano & Nuncio, vt bene distinguendo fuit responsum *in dicta de-*
6 *cis. 186. part. 2. recent. num. 2.* In quibus † nec potuit induci ex lapsu tanti temporis, vt voluit *Abb. in cap. quia diuersitatem num. 7. de concess. prab.*
7 *Seraph. decis. 380. num. 4.* † quia habebant iustam causam dubitandi de vacatione dum beneficium possidebatur à Rainerio, vt bene aduertit *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 24. num. 17. Egid. decis. 559. num. 2. ad finem.*

Nec releuat quod Andreas obtinuerit im-
8 missionem ab executore, & exinde † oriatur præsumptio iustificationis omnium in supplicatione narratorum, *Rota coram Buratt. decis. 342. nu. 4. & in Vicen. Parochialis 20. Iunij 1650. coram bon. mem. Bichio §. siquidem.*

Quia admittitur præsumptio in executore
9 mero † & absoluto non autem in mixto & dato cum clausula, *Dummodo non sit alteri ius quæsitum*, cuius extraiudiciales informationes non præiudicant possessori non citato, vt distinguendo firmatum fuit *in Vicen. Parochialis 28. Iunij 1639. & 20. Iunij 1650., §. suffragari coram bon. mem. Bichio, & in Asculana Beneficij 24. Ianuarii 1631. coram bon. mem. Dunozetto, & in Pisentina Parochialis 28. Iunii 1655. §. nullius autem coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

10 Nec subsistineri posse videtur gratia † per viã præuentionis, ex quo Papa possit concurrere cum Ordinarijs collatoribus *Rebuff. ad concord. Rubr. de Collat. §. si quis verò verb. Ad alium superiorem in princ. & in prax. tit. de deuolut. numer. 40. Gonzal. super reg. 8. §. 3. procem. num. 3. & seqq. & §. 4. nu. 38. & late Garz. de benef. part. 5. cap. 1. n. 1. num. 10. seqq. & part. 10. cap. 3. nu. 30. Lotter. lib. 2. q. 24.*
11 *nu. 67.* Papa enim † in dubio numquam præsumitur velle inferiores Collatores præuenire, illisque in eorum prouisionibus præiudicare, Vnde † si gratia dispositiuè facta fuerit
12 tamquam de deuoluto, non potest subsistineri per viam præuentionis, *Lotter. de re benef. dicta quæst. 24. nu. 64. & in simili Rota decis. 590. num. 5. part. 2. recent.* fortius etiam eliditur ius Andreæ ex duplici obstaculo regularum de annali & triennali possessore.

13 Nam illa excludit impetrantem nisi † qualitates possessoris in gratia exprimat, eumdem infra sex menses ad iudicem trahat, Causamque intra annum vsque ad sententiam prosequatur, quæ forma cum seruata non fuerit gratia remansit inefficax & inanis, vt tradit *Lotter. lib. 2. quæst. 52. nu. 69. Ian. mem. Gregor. decis. 420. nu. 1. Seraph. decis. 933. nu. 2. & in Melenitana Beneficii 5. Decembris 1631. coram bon. mem. Dunozetto, & in Gerunden. Prioratus 27. Iunii 1654. in fine coram bon. mem. Bichio.* Esto quod Rainerius nullum haberet titulum validum vel appa-
14 rentem, cum † hoc tolam facti detentionem requirat, non respiciens ius possessoris, sed solum odium impetrantis, *Lotter. dicta quæst. 24. num. 39. & seqq. Garz. de benef. part. 12. cap. 2. num. 3. Crescent. decis. 4. tit. de reuoc. Seraph. decision. 1000. num. 7.*

15 Ista verò non solum repellit † impetrantem, sed tuetur possidentem tàm in petitorio quàm in petitorio, vt nequeat aliquo mo-

do

do molestari *Lotter. lib. 2. qu. 35. num. 7. Buratt.* 16 *decis. 280. nu. 1. & seqq.* dum in † præsenti adest titulus præsumptus ab hac regula requisitus ad differentiam annalis, *Lotter. d. qu. 52. n. 39. Rota coram Verall. decis. 349. num. 3. par. 3.* qui resultat ex decennali, & vltra possessione, quę 17 tribuit † titulum præsumptum, & coloratũ, *Lotther. lib. 2. qu. 53. num. 31. Sarn. ad reg. de annal. qu. 10. num. 24. Lap. alleg. 89. ibique add. qu. 2. Rot. decis. 352. in fin. & decis. 1004. num. 3. & 4. cum aliis in Burgen. Beneficiorum 26. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Celso.*

Cęterum cum in Rainerio, vt dictum est, concurrat non solùm decennalis, sed continuata pacifica possessio per 24. annos iustifi- 18 cata † præsertim ex diuturna fructuum perceptione, quod est signum veræ possessionis, iuxtà tradit. per *Rot. inter recent. decis. 508. nu. 1. par. 2.* nequit de eius bono iure dubitari, pro quo etiam ad effectum manutentionis DD. paritèr responderunt.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Firmana Primogenituræ.

Lunæ 15. *Martij* 1662.

ARGVMENTVM.

In bonis suis si Testator constituerit Primogenituram, cum quibusdam conditionibus tibi beneuisis, modo hæres, si disponat contra mentem disponentis, perperam omnia facit &c.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitura in bonis suis constituens, non potest deinde per eius hæredem, prater eius voluntatem alterari.*

2 *Bona certo onori obnoxia à Testatore non potest id tolli ab harede.*

3 *Hæreditatem simpliciter adiens hæres, onus sibi iniunctum, dimittere non valet.*

4 *Primogenituram possidens non potest ipsam alterare, etiamsi magis diuersam ab ea constituere.*

5 *Qualitatis omissio, per Testatorem ordinata, non operatur, vt intret nullitas dispositionis.*
Quod quidem procedit, si qualitas præscripta, respiciat tantum commodum hæredis, & nu. 5.

6 *Qualitatis omissio, per Testatorem statuta, tunc non annullat actum, si ipsius voluntas non sit læsa in parte substantiali.*
Decis. Cardin. Caualer. 589. num. 9. & 11. *quo casu loquatur, & nu. 6.*

7 *Qualitas ad certum effectum ordinata inspici non debet ad effectum nullitatis actus quoties ipse effectus subsequatur.*

8 *Dispositio contra mentem Testatoris facta ab hærede, tunc actus nullitatem operatur; quando mens Testatoris euerteretur.*

9 *Hæres non valet voluntate Testatoris spreta, omninò substitutiones contrarias, vel hæreditatem vocare.*

10 *Testator id tantum, quod ipse disposuit attendendi venit, & si ipse non distinxerit, nec hæres distinguere valet.*

11 *Primogenitura erectio quando non possit negari, quin purè à Testatore fuerit erecta, & nu. 12.*

13 *Testamenti verba, quando clarè aliquid innuunt, non est vlterius quarendum.*

14 *Masculorum primogenitus fœminæ primogenitæ succedit.*

15 *Testatoris dispositio circa constitutionem Primogenituræ, non potest alterari per hæredem.*

16 *Præiudicia irreparabilia sunt euitanda.*

17 *Pgimogenitura inuenta sunt vt bona omnia constituentis in vna tantùm persona conseruentur continuò.*

18 *In Primogenituræ constitutione, si asseratur quod ea constituatur ob familiæ splendorem, quid inde inferatur.*

19 *Contractus, quando vti correspectiui veniant attendendi, & num. 20.*

21 *à Contractu nominato rescissio admitti non solet, Sed tantum conceditur à Iure actio contra non obseruantem adimplementum.*

22 *Causæ finalis defectus quando plures adsint tunc an etiam à contractu nominato admittatur rescissio, seu recessus, & nu. 23.*

23 *Ratificatio non potest præsumi, quando constat de reuocatione.*

24 *Ratificatio actus nulli, & inualidi, non potest præsumi, ex tacita ratificatione, non constito de scientia nullitatis, & inualiditatis.*

DECISIO DXIX.

RVGGERIVS de Iuliuccijs ex causa ingressus in Religionem Diui Francisci sub ea lege Ioannem Baptistam fratrem sibi instituit hæredem, vt ex integro hæreditatis asse, ac portione bonorum paterna eidemmet Io. Baptistæ debita Primogenituram Iure contractus institueret in fauorem alterius ex fratribus in vltima vitæ periodo ad ipsius hæredes libitum nominandi, quorum fratrum masculina linea extincta primogenitũ exortum ex fœmina primogenita mandauit admitti.

Post hanc verò dispositionem à Ioanne Baptista anno 1621. tùm proprio, tùm hæreditario nomine Ruggerij, nec non etiam vti Petri alterius fratris Donatario vnanimi consensu cum Dominico, ac Antonio fratribus quoque germanis Primogenitura Iure donationis inter viuos instituta fuit in fauorem eiusdemmet Antonij; deindè verò ordine tamen successiuo pro Dominico, ac Petro, nec non masculis ex eis descendentibus, facultate quoque vltimo ex ijs attributa eligendi aliquem ex natis à fœmina Iuliuccia, quorum vocatio expressa præcesserat in casu quo linea fratrum masculina foret extincta; Cum verò vocatio Iulij Cæsaris Morici virtute prædictæ facultatis à Marco Antonio vltimo masculo habita nullius roboris detecta fuerit Eminentiss. D. Cardinalis Azzolinus eiusdẽ Marci Antonij hæres ex Testamento nullitatem Primogenituræ obiecit, super cuius proindè existentia pluries per me proposito dubio,

bio, negatiua hodie prodijt resolutio, ac à decisis fuit idcirco in hac parte recessum.

Ratio verò resolutionis ea potissima fuit, quod forma à Ruggerio præscripta in parte substantiali conuincitur à Ioanne Baptista posthabita, ac innouata; Ille enim in Testamento disposuit, vt post Ioannis Baptistæ decessum Primogenitura à fratre initium sumeret, seù Nepote ab ipsomet hærede in vltima voluntate eligẽ, & fratrum linea masculina extincta admitti mandauit Primogenitum ex primogenita fœmina descendentem; Hic verò in vim contractus prælegit Antonium; Quinimò vltimo masculo facultatem detulit nominandi masculum ex fœmina Iuliuccia descendentem ad propriæ libitum voluntatis; Adeòque portio Ruggerij inclusa cẽseri nõ
1 valet † sub primogenitura, de qua agitur, ordine omninò diuerso, ac præter sui voluntatem à fratre instituta, *ad Tex. in l. vnum ex familia* 69. §. *sed etsi fundum ff. de leg. 2. & in l. si duobus* 3. §. *sed quia C. comm. de legat.* vbi quod bona
2 certo onerj obnoxia, iterùm nequeunt † ab hærede contraria dispositione grauari, *Molin. de primog. lib. 4. cap. 1. num. 2. Surd. cons. 505. n. 5. vers. secundo considero Cyriac. contro. Iur. 312. num. 84. Rota coram Seraph. decis. 848. num. 4. & decis. 855. num. 2. & 5. cum alijs relatis iuribus in decis. 518. num. 12. par. 4. tom. 3. rec.*

Quinimò Ioannis Baptistæ quoque portio Primogenituræ per Ruggerium ordinatæ debet subiacere; Is enim eiusdemmet Ruggerij hæreditatem simpliciter † adeundo, iniunctum sibi onus, dimittendi videlicèt bona paterna in fauorem Primogenituræ censetur
3 acceptasse, *ad Tex. in l. Titia cum Testamento* 35. §. *qui in vita, ibiq; glossus verb. petitione ff. de leg. 2. Bald. cons. 89. num. 8. lib. 1. Surd. cons. 7. numer. 5. & cons. 361. num. 42. Card. Mant. de coniect. vlt. volun. lib. 7. tit. 11. num. 9. Rot. coram Seraphin. decis. 848. num. 4. vers. quarum causa.* Nec proinde potuit
4 super † eisdemmet bonis erigere Primogenituram omninò diuersam, *Purpurat. cons. 500. num. 25. cum seqq. Castrens. cons. 164. numer. 6. lib. 2. Roland. cons. 10. num. 40. vol. 3. Molin. de Primogen. qu. 8. num. 7.*

Nec subsistit, quod omissio qualitatis per Testatorem ordinatę nullitatem nequeat operari, dum Primogenitura executioni demandata fuit in substantia; † Posset enim admitti
5 obiectio, si qualitas præscripta cum modum dumtaxat hæredi respiceret, vel defuncti voluntas in parte substantiali innouata † non fo-
6 ret, in quibus terminis loquitur decisio corã *Seraph. 589. num. 9. & 11. & altera 93. numer. 7. Spur. 7. rec.* vbi rationem ponderat, quod qualitas ad certum effectum ordinata † inspici
7 non debet, quoties idem effectus subsequatur secus verò dum ex variatione, nedum ipsa
8 dispositionis substantia euertitur, sed etiam exclusio resultat Primogeniti, ex fœmina primogenita à Ruggerio expressè vocati; Tali quippè casu non potuit hæres, Testatoris voluntate posthabita, substitutiones om-
9 nino † contrarias apponere *Rota in Romana Iurispatronatus* 12. *Decembris* 1659. *coram Reuerendissimo D. meo Decano, & coram bonæmem. Merlino decis. 348. num. 8.*

Hæc autem contrarietas euitari non valet sub prætextu, quod Ruggerij Testamentum in duas diuidatur partes in quarum altera ex-
10 aduerso contenditur † Primogenitum ex primogenita fœmina exortum ad successionem vocari dumtaxat in casu quo à Ioanne Baptista nominatio expleta non foret, perinde ac si dum is ad actum nominationis processit, Primogeniti vocatio prorsùs expirauerit.

Siquidèm in priori parte Testamenti perpetuæ Primogenituræ erectio purè demandata
11 † conuincitur; Successiuè verò Ruggerius in casu nominationis non subsequutæ ordinauit, vt maior ex fratribus, & ijs extinctis
12 † prior ex Nepotibus censeretur electus, quacumque prorsus mentione posthabita Primogeniti ex primogenita fœmina descendentis, qui oratione omninò distincta, vlla absque conditione ad Primogenituram admittitur, postquam fratrum linea masculina necnon legitima, ac naturalis expirasset, vt
13 innuunt Testamenti † verba, ibi, *Hæc autem Primogenitura intelligatur perpetua, & in infinitum transitura de primogenito, in primogenitum &c.* Itá tamen quod dd. legitimatis præferantur filij masculi alicuius fœminæ, quæ sit de d. fami-
14 lia de Iuliuccijs, quorum † masculorum Primogenitus fœminæ Primogenitæ, si plures sint, succedat.

Electio præterea Antonij sub ea lege in erectionis Instrumento expleta, vt Primogenitura statim ab ipso initium sumeret, eaque in Descendentibus suis asseruaretur, difformis omninò constitit à Testamẽto Ruggerij præcipientis Primogenituram post Io. Baptistæ decessum debere initium sumere à fratre per eumdemmet Ioannem Baptistam eligendo
15 in vltima † vitæ Periodo; Adeòque non valet sublineri *Calcan. cons. 6. nu. 24. Castill. var. resol. lib. 2. cap. 26. num. 56. vers. respondetur etiam, & tertio loco Fontanell. decis. 525. num. 22. Rot. cor. Burat. decis. 744. num. 4. & 5. in Ciuitatis Plebis Cappellania 21. Ianuarij 1660. in §. ijs enim coram me, eaque expressè improbatur à Iuxt. in l. cum Pater 79. §. à filia ff. de leg. 2.* disponente, vt adstrictus aliquem ex certis personis in vltima voluntate nominare nequeat electionem in vita peragere, cuius ea ratio assignatur, quod obitu prælecti ante nominantis decessum eueniente, vt contigit in casu proposito, præ-
16 iudicium † irreparabile ex præuentione inferatur existentibus de tempore obitus, vt tradunt *Roman. cons. 452. num. 3. & 4. Molin. de Iust. & Iur. tom. 3. disp. 593. nu. 1. Cald. de Iur. Emphit. lib. 3. cap. 12. num. 15. cum seqq. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 4. nu. 14. Rot. decis. 263. nu. 1. & dec. 323. num. 1. par. 1. & dec. 326. num. 19. & 20. par. 4. to. 2. recent.*

Hinc inferebant DD. contractum cęterorũ quoque fratrum respectu corruere, siquidem erectio Primogenituræ exindè ab ipsis propriis in bonis instituta fuit, quod Ruggerij, cuiusque portionem Io. Baptista eidem Primo-
17 genitum subiecerat, † ipsa Institutio Primoge-

nogenituræ suadet ad hoc adinuentæ, vt bona valeant indiuisa in vnica dumtaxat persona continuò asseruari, vt aduertit *Bald. in auth. ex testamento nu. 39. C. de collat. Soccin. Sen. conf. 47 num. 6 vol. 1. Paris. conf. 72. num. 81. vol. 4. Molin. de Primogen. lib. 1 cap. 11. numer. 2. cum seqq. Surd. conf. 241. num. 14. & conf. 369. num. Rot decis. 182. num. 32. coram Eminentissimo Domino meo Cardi-*
18 *nali Ottobono*. Nec non ostendit † à parte ratio asseruationis bonorum in primogenitis, tùm in præmio, tùm etiam in parte dispositiua à contrahentibus pro splendore familiæ expressa.

Detracta itaque ex asse Primogenituræ Io. Baptistæ, ac Ruggerij portione bonorum cessio à Donatoribus contemplata videtur omninò corruere, † ac contractus proindè vti correspectiuus ex defectu causæ finalis fratrũ quoque respectu debet infringi *ad text. in l. cũ Emptor 5. ff. de rescind. vendit. Becc. conf. 45. n. 19. cum seqq. Mart. conf. 123. numer. 2. cum seqq. Surd. conf. 68. num. 21. & decis. 344. num. 19. Card. Mant. de Tacit. lib. 3. tit. 13. numer. 54. Faber. in suo Cod. lib. 6. tit. 5. diffinit. 18. versic. sed tamen negari non posse Gratian. discept. forens. cap. 273. num. 15. & 16 Rota decis. 233. num. 3. par. 4. recent.* Idque in terminis donationis probat *Text. in l. 1. C. de donat. quæ sub mod. Curt. Iun. conf. 124. numer. 14. Clar. in §. Donatio quæst. vlt. num. 1. Molin. de Iust. & Iur. qu. 584. num. 3. post med. vers. quando maioratus, Th. saur. decis. 270. num. 22. Cyriac. controu. Iur. 239. num. 5. cum seqq. Rota coram Merlin. decis. 229. num. 1. & decis. 331. num. 10. & 11. par. 4. tom. 2. recent. & penès Modern. Peruf. de manuten. decis. 86. num. 6.* Dissolutione præsertim Primo-
20 genituræ inspecta ab Antonio, & Petro vnanimi consensu † cum Ioanne Baptista de anno 1614. perhabita, cuius virtute Domino Cardinali mediato hæredi facilius hac se exceptione tueri permittitur, *Rota coram Buratt. dec. 246. num. 2.*

21 Et licèt contractus nominati † rescissio admitti non soleat, sed actio dumtaxat contra inobseruantem pro eius implemento à Iure tribuatur; *ad Tex. in l. ea condition 14. C. de rescind. vend. Surd. conf. 369. num. 26. coram. Merlin. decis. 761. num. 23. & 24.* Non tamen adducta
22 conclusio sibi locum † assumit quoties, vt hic promissa nequeant expleri *Soccin. Sen. consil. 26. num. 4. vers. ex quibus, & num. 5. vol. 3. Rota decis. 676. num. 7. par. 2. recent. & in Romana, seu Veliterna assistus 15. Martij 1652. in §. sed quicquid sit coram bo. me. Bichio*. Vel concurrat defectus
23 causæ finalis, tunc enim rescissio, necnon à contractu recessus quoque permittitur, *iuxtà Text. in l. cum tamen 6. ibique post glos. in verb. conueniat not. Castren. num. 11. ff. de pact. inter empt. & venoit. Abb. in cap. verum 4. num. 2. vers. Vnde concludendo de condit. appos. Rolan. conf. 69. num. 40. vol. 4. Becc. conf. 45. num. 29. Surd. decis. 220. nu. 19. & conf. 65. num. 21. Rota coram Seraph. decis. 191. num. 10. Merlin. decis. 229. num. 2. & notat. Adden. ad decis. Buratt. 640. num. 28.* Aliàs enim dispositio traheretur ad casum, quo deceptio fratrum resultaret contra dispositionem Iuris id expressè prohibentis *in l. cum Aquiliana 5. ff. de transact. & in l. tres fratres 36. ff. de pact. Alex. consil. 46. num. 7. & 8. vol. 1. Aym. cos. 70. nu. 28. Rimin. Iun. consil. 5. num. 116. & consil. 33. numer. 5. Surd. cons. 431. num. 46.*

Nec valet obesse scientia Testamenti Ruggerij in Petro Dominico, ac Antonio de tempore adiræ Primogenituræ, cuius virtute eamdem Primogenituram subsistere saltèm posse concluditur in portione ipsorum, quo-
22 niam ex scientia Testamenti ad † notitiam oneris in eo contenti nequit inferri, *Gratian. discept. forens. cap. 788. num. 11. Osasch. decis. 312. num. 15. vers. non obstat Rota dec. 268. num. 3. par. 2. & dec. 157. nu. 21. par. 8. rec.*

Tacita verò ratihabitio ex diuersis actibus elicita visa fuit quoque corruere, vel quia,
23 expressa † Primogenituræ reuocatio eam excludit, ex regula *Tex. in l. cum ex filio 39. §. filio impuberi ff. de vulg. Castren. in l. si fundum 83. §. Sticum num. 1. ff. de leg. 1. Aym. cons. 32. numer. 2.* Vel quia sine scientia nullitatis, ac erectionis
24 inualidæ eadem induci nequiuit † *Natt. consil. 162. num. 3. & 4. Gabr. conf. 36. numer. 60. lib. 1. Surd. conf. 49. num. 31. vers. secundo respondeo Rota coram Burati decis. 410. num. 11. & decis. 191. n. 19. coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Ottobono, cum alijs relatis in Romana Testamenti 4. Februarij 1661. in §. vltimo post med. coram me.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Pisana Tenutæ.

Die 5. Maij 1662.

ARGVMENTVM.

In hac celebri, diuque ventilata, & non resoluta controuersia probationis confinium, quæ agitatur inter Mensam Archiepiscopalem, & Dominum Ducem de Saluiatis, quo ad quædam eius Corpora bonorum, discutitur, cum sit materia valdè intricata propter varia, & dissonantia argumenta hinc inde deducta à partibus per viam præsumptionum degladiantium vnde, vt veritas tam inuolutæ causæ clarescceret, fuit Ordinatum per Rotam, R.P.D. Bourlemont, vt ad maiorem, & clariorem veritatem causæ in lucem daret discursum, & sic rationes vtriusque in equilibrio ponerentur, vt iusta causæ decisio possit suum sortiri effectum.

SVMMARIVM.

2 *in Possessionum concursu ille obtinere debet, qui iuste possidet, amoto aduersario, ne iustum possessorem iniuste turbet.*

2 *Possessio apud duos esse non potest.*

3 *in Possessionum concursu, ille obtinere debet qui antiquiorem possessionem probat.*

4 *Possessio anterior, & manutenenda etiam si possessio posterior esset titulata.*

5 *in Possessionum concursu eiusdem temporis, qualis sit manutenenda.*

6 Tit-

6 *Titulata poſſeſſio in paritate probationum eſt præferenda.*
7 *Poſſeſſio ſuper aliquem locum pleniſſimè probatur, ex penſionum, & mercedum exactione.*
8 *ex Affictuum exactione non ſolum probatur poſſeſſio inter Locatorem, & conductorem, verum etiam contra tertium.*
9 *Poſſeſſio ex quo remaneat inſtificata, & num. 10. 25. 26.*
11 *Confines ex quibus inſtificentur.*
12 *Aeſtimum publicum quibus concurrentibus probet.*
13 *ex Aeſtimo publico bene dicitur probatum qualia bona ad aliquem ſpectent, & nn. 14. & 15.*
16 *Aeſtimum publicum pleniſſime probat contra eum, de cuius voluntate confectum eſt.*
17 *Aeſtimum bonorum quibus concurrentibus probet etiam contra tertium.*
18 *Identitas bonorum, quibus concurrentibus, bene remaneat probata.*
19 *Identitas bonorum ex duabus demonſtrationibus remanet inſtificata.*
20 *ad Identitatẽ bonorum probandam ſufficit etiã duorum terminorum conuenientia, non obſtante in alijs diuerſitate, ſecundum veriorem, & communiorem opinionem.*
21 *Poſſeſſio alicuius, tunc multo magis remanet inſtificata, multis ſimul inſtis de quibus hic.*
22 *Poſſeſſio, vt ſint manutenibilis quid ſit inueſtigandum.*
23 *ex Conductoris animo, in ſoluendo penſionem, arguitur, poſſeſſio illius, cui ſoluitur effectus ſeu penſio.*
24 *Confeſſio emanata vigore monitorialium, eſt relevans.*
27 *in Poſſeſſionum concurſu illa digna eſt, vt manuteneatur, quæ eſt inſtior, antiquior, & magis priuilegiata, & vſque ad motam litem continuata.*
28 *Cauſa deciſa, quando ſuccedere non valeat, ſine acerrimo conflictu controuerſia.*
29 *Iuris articuli, quando ſtante vehementia motiuorũ, efficiuntur Problematici.*
30 *Poſſeſſionis probatio, quando acerrimè fuit inſtificata, & validis demonſtrationibus roboratur, redditur inefficax, & nullius roboris ſi re vera alius in poſſeſſione realiter deprehendatur.*
31 *Continuatæ poſſeſſionis præſumptio, ſemper admittitur, quotieſcumque allegatur ab eo, qui anteriores poſſeſſores habuerit.*
32 *Haeredibus acquiritur poſſeſſio bonorum locatorum defuncti mediantibus Colonis, ſine alia apprehenſione.*
33 *Attenta potiſſimum eorum recognitione facta per ſolutionem penſionis.*
34 *Inſtrumenta locationum, quando ſunt plura, pleniſſimè probant poſſeſſionem locantis.*
35 *Inſtrumenta antiqua locationum probant abſque effectuatione.*
36 *Et maximè ſi ſint plura, & geminata.*
37 *Conſenſus in actu aliquo quando eſt, quomodo probetur, ad finem.*
De Praeiudicio alicuius, quãdo agitur adeſſectum, vt etiã afficiat, requiritur, vt probetur eius conſenſus.
38 *Aeſtimum, hinc multo magis non probat dum præſumitur erroneum.*
39 *Aeſtimo bonorum in Comitatu Piſano non adhibetur fides.*
40 *Teſtes examinati in indicio ſummariſſimo manutentionis non probant in plenario petitorio.*
41 *Teſtes dubij, & æquinoci non merentur fidem.*
42 *Teſtes nihil probant qui ſeſe melius declararunt.*
43 *Scripturis publicis, & inſtrumentis magis deferendum, quam teſtibus.*
44 *de Probatione rerum antiquiſſimarum, quando agitur, quid ſit attendendum.*
45 *Iudicium poſſeſſorium quando inclinet ad rationem petitorij.*
46 *Domini exceptio incontinenti quando detur in poſſeſſorio.*
47 *Præſumptiones potentiſſimæ in antiquiſſimis deſeruiunt ad probandam identitatem in antiquis.*
48 *Confines, dum ſunus in antiquiſſimis, probantur ex enunciatiuis inſtrumentorum.*
49 *In quibus adeſt vniformis confinium determinatio.*
50 *Confinia, ſi de tempore antiquo fuerunt inſtificata, præſumuntur durare, niſi contrarium probetur.*
51 *Confinia æterna dicuntur Mare, & Flumina.*
52 *Confinia, indicantia menſuram, quantitatem, & extenſionem, quicquid intra ea includitur.*
53 *ſub Tenuta totius appellatione quid contineatur, & comprehenſione veniat.*
54 *Dictio, In, quam extenſionem importet.*
55 *Dictio, In, denotat, & importat intrinſicitatem.*
55 *Dictio, verſus, non comprehendit locum ad cuius ſitum demonſtrat rei exiſtentiam.*
56 *ad Confinia, & maxima in antiquiſſimis quid ſit efficaciſſimum.*
57 *Teſtes contra inducentes pleniſſimè probant, & numer. 61.*
58 *ex Pretij quantitate optimè colligitur, quid veniant in emptione, locatione &c.*
59 *Impugnare quis non poteſt, quod iam approbauit.*
60 *Enunciatio generalis, quando in vno tantum caſu poteſt verificari, perinde eſt ac enunciatio fuerit ſpecialis.*
62 *Confinium probatio adminiculatur etiam ex iuribus etiam alienis.*
63 *Relatum in eſt referente cum omnibus ſuis qualitatibus, & annexis, & connexis, & num. 64.*
65 *Articuli concernentes petitorium non ſunt impertinentes in indicio manutentionis, cum deſeruiant ad coadiuuandum poſſeſſorium.*
66 *Confinia non probantur, ex terminis indeterminatis, & generalibus.*
67 *Dictiones, vel aliter &c. ſunt dubitatiuæ.*
68 *Diuerſitas excludit ſcientiam.*
69 *Probatio, dum eſt incerta, & æquiuoca non relevat.*
70 *Probationes debent eſſe certæ, indubitatæ, & inuariabiles.*
71 *inter Confinium terminos, quidquid eſt, cenſetur in confinato eſſe, quod declara, & nn. 72.*
72 *Bona ſua inueriſimile eſt, quod quis noluerit, non agnoſcere.*
73 *Iactare ſuum, quod quis minimè noluerit, eſt præſumptio omnium validiſſima.*

74 Ter-

Digitized by Google

74 *Terminus terminatus, non potest esse idem cum termino terminante.*
75 *Fossa adducta pro confine, non potest esse de accessionibus, & attinentibus Fundi principalis.*
76 *Confinia si identificarentur cum rebus confinatis, eorum expressio absurda, & inepta videretur.*
77 *Error quando apparet ex reflexione facti, non relevat.*
78 *Error quando est notorius, non potest deservire ad aliquid colorandum.*
79 *Libri contra producentem bene probant.*
80 *Probationes in terminis manutentionis illa sunt preferenda, quæ sunt nitidiores, & potentiores.*
81 *Possessio in specie probata, prævalet ei, quæ probatur in genere.*
82 *Possessio illa preferenda est quæ habet tempus determinatum.*
83 *Dictio* versus, *non denotat intrinsicitatem, & quid denotet.*
84 *Officialibus à publico electis, & deponentibus super re super qua sunt periti credendum est.*
85 *Testis æquivocus, non est ad probandum relevans.*
86 *ex Tempore præterito non bene arguitur ad præsens.*
87 *Archiepiscopus non potest præjudicare Ecclesiæ suæ.*
88 *Enunciativæ emanatæ ad instantiam partis, non relevant ad probanda confinia.*
89 *ad Identitatem instificandam in antiquis sufficiunt leviores probationes.*
90 *Indicia, & conjectura sufficiunt ad probandam identitatem in antiquis.*
91 *Demonstrationes duæ probant identitatem concludentissimè.*
92 *Scripturis antiquissimis standum est in probanda identitate bonorum, amplia nu. 93.*
94 *Possessio etiam titulata, quando & ex quibus expugnetur.*
95 *ex Locationibus pluribus, junctis adminiculis probatur dominium.*
96 *Dominium in vim præscriptionis, quando possit probari.*
97 *Possessio, quando probatur titulata, sicque venit præferenda in manutentione.*
98 *Reintegratio, ad possessionem non potest prætendi, quando non adest primum extremum, scilicet possessio antiquior.*
99 *Possessio ratione præscriptionis 40. & ultra, an possit prætendi titulata, itaut veniat manutenenda in concursu.*
100 *Præscriptio quadraginta annorum reddit possessionem inutilem.*
101 *Reintegratio ad possessionem ut detur necessarium est probatio illorum extremorum scilicet anterior possessio actoris, & junior rei.*
102 *Reintegratio nunquam denegatur probatis suis extremis necessarijs.*

In hac eadem causa adsunt plures decisiones, supra & præsertim sub die 23. Ianuarij 1666. coram eodem R.P.D. Bourlemont, & in Ordine decis. 487. Aliæ Decisiones in hac causa emanatæ recensentur hic in Discursu in §. 2. Vbi ennarratur tota series huius causę, & propositionum in Rota Præclarus est prædictus Discursus, & non mirum cùm sit compositus ab egregio Auditore, qui elegantem doctrinæ supellectilem habet, & sanè in nullo doctrinæ genere, non perfectus, vnde est præstanti litterarum scientia conspicuus, ac non minori morum probitate, quam scientia decoratus, & præsertim Iuris vtriusque scientia clarissimus.

DECISIO DXX.

IN Territorio Pisano situs est ager, seù fundus antquissimis temporibus Sylua Palatina, nunc autem iuxta vulgare idioma, Tenuta di Migliarino communis Malauentris nuncupatus, quem syluosi locorum anbractus, & inculta soli natura, varia hinc indè instrumentorum super actibus possessorijs, & denominationibus, atque finium determinatione discrepātium series testium dicta respectiuè opposita, & inter se dissonantia, aliaque digladiantium præsumptionum, & consequētiarum paritet vtrinque exagerata argumenta, in perdifficili diuturnæ controuersiæ inter Mensam Archiepiscopalem Pisanam, & D. Ducem de Saluiatis, quoad quędam eius corpora labyrintho muoluere, Quocirca, ne cōfusa nimis huius arduæ disceptationis causa in dispendiosum producatur tædium, digesta, & elucidata per discursum facti, atque iuris materia eius resolutionem DD. mei cēsuerunt esse contrahendam, mihique illud oneris imposuere, in quo morem gessisse ex officij ratione, vti debeo, si non ad modum in tàm graui Prouincia requisitum pro tota saltem animi contentione allaborauisse, aliqualem me demereri excusationem, æquissima DD. meorum spondet indulgentia, qua velut auspice magis impulsus, & accensus, præmisso motæ litis contextu, positoque rerum tractandarum ordine, veritatis inquirendæ voto, quantum in me erit satisfaciam.

Primus huius discriminis litigiosi motus duxit originem ex eo, quod quidam nomine de Saluiatis (quos tamen D. Dux negat, suos Authores esse, vti à Mensa allegantur) cum socijs in negotio, sub vulgari nomenclatura cantante, Banca, seu Magona di Pisa, conduxerant ab anno 1574. multa tenimenta Mensæ Archiepiscopalis in instrumentis locationum expressa, atquè etiam eodem tempore habuerunt Tenutā de Migliarino ab Authoribus D. Ducis sibi locatam, cum omnibus accessionibus, & pertinentijs: Cum verò per multum temporis interuallum Tenimenta Mensæ, & D. Ducis in possessione conductorum promiscuo vsu, & ordine confuso permanerint, accedente colonorum infrequentia, ac Terminorum positione neglecta, seù, si quæ fuit antè disputabili obliuioni tradita, factum est, vt de anno 1621. occasione restitutionis faciendæ locatoribus, Mensa Archiepiscopalis, & D. Dux de Saluiatis super recuperatione reali controuersorum locorum omninò

omninò diſcordes, in grauem hanc deuenirent controuerſiam, quæ coram Reuerendiſſimo Domino Nuncio Florentiæ priùs auocata poſſeſſione per ſummariſſimum poſſeſſorium fauore Menſæ, eſt acta, eidemque dimiſſa, & relaxata per ſententiam cum mãdato de manutenendo poſſeſſione, ſuper tenutis controuerſis, videlicet, *Padule di Malaventre, Poggio à padule Debbi, Iſola, Romita, Recorreccia, Foſſa Magna, & Lama Trinca bonaldi.* at in plenario poſſeſſorio cauſa alia ſorte mota eſt in eodem Tribunali Reuerẽdiſſimi Domini Nuncij Florentiæ quippe qui retractata ſententia in ſummariſſimo lata manutentionem cum reintegratione D. Duci ſuper iſtis Tenutis conceſſit, exceptis tamen *Poggio à Padule, Recorreccia, & Lama Trincabonaldi*, ſuper quibus retenauit iura D. Ducis in petitorio deducenda. Poſtea verò interpoſita per Menſam Piſanam appellatione aditaquè Signatura Iuſtitiæ, Cauſa fuit commiſſa bo. me. Peutingerio *cum facultate manutenendi, quem de Iure*, & quia pro parte D. Ducis contendebatur ſententiam tranſiiſſe in iudicatum ab eadem Signatura ſuperaddita fuit commiſſio executorialis cum clauſula *conſtito de re iudicata*, & conſequenter cauſa in Rota diſputata ſub die 17. Maij 1652. Dominis viſum eſt, vt propter quædam impedimenta per menſam adducta, & non omni excuſatione carentia prętermiſſa ſententiæ validitate, ſtrictè ſuper eius iuſtitia informaretur, quo peracto iuxtà DD. reſolutionem benignam, & æquitate plenam, Cauſa deinceps quintam cum dilatorijs, & illiquidis reſcriptis paſſa eſt propoſitionem, & ad ſextam ſuper iuſtitia ſententiæ propoſitionem eſt protracta, in qua coram me in locum bonæ memoriæ Peutingerij ſuffecto die 5. Martij 1661. reſolutum fuit, vt fieret acceſſus per R. P. D. meum Thayam, & coram eo conficeretur planta, *quibus ab eo iuxta ſui morem ingenitum vigilantiſſima aquè, ac perſpicaciſſima diſſertatione locali executioni demandatis* tandem Cauſa coràm me die 5. Maij 1662. reproposita DD. mandarunt ſupra nominatum fieri diſcurſum, in quo iuſtitiam, vel iniuſtitiam ſententiæ, pro potioribus actoris, aut rei argumentis explanaturus, me, non à methodico tramite receſſurũ ſum arbitratus, ſi proæmiali concluſione ſuper poſſeſſione requiſita, & præferibili in plenario poſſeſſorio, in fronte diſcurſus appoſita, totum prætenſionum vtriuſq; partis negotium in tribus inſpectionibus expediam.

In quarum prima poſſeſſionem vtriuſque partis ſuis probationibus, & ſelectior Facti, & iuris dilucidatione, quantum in re contumacibus dubijs irretita fieri dabitur, expoſitam DD. meorum iudicio recenſebo; In ſecunda verò, *attenta ſuſpenſione petitorij à Domino Duce plures repetita*, præſumptiones poſſeſſionem D. Ducis coadiuuantes ex inſtrumentis elicitas cum reſponſionibus à Menſa datis perpendam, *ad hoc, vt ſolummodò illæſa ratione petitorij Duci inſeruiant plenario*; In tertia appendicem ſuper reintegratione adnectã, ex quibus omnibus ſuo loco accuratè ponderandis iuſtitia, vel iniuſtitia ſententiæ, atque penitiora prætenſionum vtriuſque partis fundamenta, Deo dante, non mediocriter eluceſcent.

Antequam autem ad diſcuſſionem iurium deſcendam DD. meos præmonere debeo, vt ſcopum inſpectionis, & examinis, hac in cauſa dirigant ad indagandum; Primò an loca controuerſa, & in locationibus Menſæ ſpecificata, & in locationibus D. Ducis ſub generico modo loquendi cum pertinentijs, & annexis comprehenſa, à locatoribus reuera nomine Menſæ, vel nomine Domini Ducis vſque ad tempus motæ litis fuerint poſſeſſa; Secundo an Tenuta de Migliarino habeat peculiares terminos, ad quos debeant reſtringi confinia enunciata in antiquis inſtrumẽtis pro parte D. Ducis adductis; & tertiò, an illa loca poſſint verificari extra dicta confinia generalia.

Super his enim tribus dubijs formãtur tres proæmiales concluſionis canones, pro enucleandis potioris poſſeſſionis priuilegijs, ad quos in hac cauſa tota materia poteſt reduci amandatis alijs caſibus extra præſentem vagantibus, vel parum ad eam ſpectantibus, & ad quorum normam omnibus deducendis modus imponi poterit deciſiuus.

Nam ſi poſſeſſio continuata ad tẽpus motæ litis, elicitur ex inſtrumentis, & probationibus potior, ac iuſtior, reſpectu alterutrius
1 e collitigantibus, eo caſu firmatur † primus Canon, quod obtinere debet, qui iuſtè poſſidet, & Aduerſarius à iudicio remouetur, ne iuſtum poſſeſſorem iniuſtè perturbet, Bald. *in l. Ordinarij ff. de rei vindicat.* Ruin. *conſ.* 28 *n.* 12. *verſic. ſecundus caſus lib.* 4. Menoch. *de retinend. remed.* 3. *nu.* 715.

Si verò ambo collitigantes æquali probationum momento ſuam poſſeſſionem iuſtifi-
2 cant, eoque caſu † cum poſſeſſio apud duos inſolidum remanere non poſſit iuxtà tex. *in l.* 3. *§. ex contrario ff. de acquirend. poſſeſſ.* & quælibet poſterior dicatur clandeſtina, & vitioſa poſſeſſio *c. licet cauſam de probat.* firmatur ſe-
3 cundus Canon, quod † qui ſuam poſſeſſionem eſſe antiquiorem probat obtinere debet in concurſu poſterioris, Barth. *in l. ſi duò nu.* 4. *ff. vti poſſidet*, Ancar. *conſ.* 866. Barbat. *conſ.* 21.
4 *col.* 2. *lib.* 4. etiamſi iunior eſſet † inſtituta, Bald. *in l. data opera num.* 68. *C. de ijs, qui accuſ. non poſſ.* Ber. *in cap. licet cauſam de probat.* Rota *dec.* 214. *numer.* 3. *part.* 8. *rec. deciſ.* 35. *num.* 2. *part.* 2. *recent.*

Si denique vtriuſque partis probationes in pari gradu temporis, & conditionis collucta-
5 ri reperiantur, † nec ſit facilè ſcrutari quænã poſſeſſio ſit magis fundata pro controuerſiæ deciſione, tunc præſcribitur à DD. Tertius Canon videlicet, quod qui vltrà æqualem poſſeſſionem iuſtum titulum oſtendit, quoad eam rationem manutenibilis efficitur, quia ex eo titulo emanat iuris potioris coniectum ſubſidium, & præſumpta anterior poſſeſſio *l.* 1. *C. de Edict. Diu. Adr. tollend. cap. licet cauſam*

di probat. ibique Baldus *num.* 7. Bart. *ibid. lib. 1. tit. 2. num.* 4. *ff. vti possidet* Socc. *cons.* 15 *num.* 4. *lib.* 4. seu, vt dicunt, titulata possessio, † quæ in
6 paritate probationum est præferenda Possit. de *manuten. observ.* 71. *num.* 105. vbi latè Alex. *consil.* 86. *numer.* 12. *lib.* 5. Rota *dec.* 595. *numer.* 3. & 2. *part.* & *diuers. in recent. decis.* 230. *num.* 1. *par.* 8. post Posth. *decis.* 116. *num.* 8. & *decis.* 493. *numer.* 5.

Quibus ità præmissis primam inspectionē aggredior, in qua Mensa Archiepiscopalis Pisana suam possessionē omnibus dictis modis, conditionibus, & qualitatibus in plenario requisitis turgere prætendit ex multis instrumentis locationum ab anno 1574. vsque ad annum 1618. à Mensa factis, in quibus expressa, & specificata enumenta, dicta *Isola, Romita, Pecoreccia, Poggio, e Padule, e Fossa Magna* comprehenduntur *Summ. impresso Mensæ præced. positionis num.* 8. quorum vigore, tanquam potissimum mercedum solutione, atque exactione pensionum d. *Summario num.* 9. non du-
7 bium est quin possessio super illis † tanquam plenissimè probetur, iuxta celebratam in relligētiam Bart. *in l. qui vniuersas §. quod per Colonum, & in l. quamuis §. si conductor ff. de acquirend. possess.* Soccin. Sen. *cons.* 106. *num.* 3. *lib.* 3. quorum opinionem Rota est amplexa ad effectum nō solum probandi possessionem inter locatorē, & conductorem *dec.* 766. *num.* 3. *part.* 2. *diuersor.* Add. ad Gregor. XV. *decis.* 6. *num.* 4. Sed etiam
8 contra † tertium, iuxta elegantes declarationes Menoch. *de retinend. remed.* 3. *num.* 572. & *seqq. decis.* 5. *num.* 1. & *decis.* 391. *num.* 3. coram Caual. Gregor. XV. *decis.* 6. *num.* 6. & 7. ibique Adden. & *decis.* 500. *numer.* 2. in quibus allegantur Gabr. *concl.* 4. *num.* 2. & 7. Grat. *cons.* 50. *nu.* 2. *lib.* 1.

Quæ possessio Mensæ redditur adhuc indubitata super dictis locis controuersis ex multis aliis scripturis identitatem locorum pro-
9 bantibus, vt videre est in inuentario † facto à Priore Ecclesiæ S. Nicolai de anno 1594. *Summario impresso Mensæ præcedentis Positionis numer.* 3. vbi expressè, & specificè *via Turris Filicaia, quæ per mediam syluam transit vsque ad Lacum Maccinccoli, ponitur pro confine bonorum dictæ Ecclesiæ, iuxta bona spectantia ad Archiepiscopatum*, sicquè ex iuxta positione diuisoria, resultat identitas, Poppij paludis, Paludis, & Foueæ Magnæ, quæ reperiuntur citra viā illam, bona Mensæ à bonis Prioratus Sancti
10 Nicolai separantem, † sicuti etiam identitas Tenutæ dictæ, Lama Trincabonaldi, cum nominatim in Inuentario dicatur spectare ad Mensam, quamuis existat in Tenuta de Migliarino, arg. *ex l. fin. C. Arbitrar. Tut. & l. Tutor qui repertorium ff. de administrat. Tut.* Bart. & alij DD. *in l. fin. C. de iur. deliber.* Decian. *consil.* 76. *numer.* 8. *lib.* 3. Paris. *consil.* 45. *numer.* 20. *lib.* 2.

Hancquè identitatis demonstrationem cōfirmat æstimum bonorum Mensæ factum de anno 1619. ante moram litem, in quo pa-
11 riter *via publica Turris Filicaia* † affirmatur diuidere bona Mensæ, quodque eadem Mensa partem habeat in dicta Tenuta Lama Trincabonaldi. *Summario Mensæ præsentis positionis num.* 4. cuius æstimi publica auctoritate confecti, & in officio publico custoditi per Ministrum ad id deputatum eius † est fides, vt
12 bona censeantur esse illius, ad cuius fauorem in eo sunt descripta. Soccin. Sen. *consil.* 80. *vol. tot. lib.* 2. Ber. *consil.* 77. *num.* 13. Peregr. *de fideic. art.* 44. *num.* 7. cum pluribus ad hunc effectum ponderatis in similibus terminis identitatis in *decis.* 209 *nu.* 6. *par.* 8. *recent.* præcipuè quoties-
13 cunque in alio æstimo † ad fauorem alterius eodem tempore descripta non reperiantur. Castren. *in l. si pater C. de act. empt.* Soccin. *in l. n. num.* 37. *ff. de acquirend. possess.* optimè Rota *in d. dec.* 209. *num.* 7. *part.* 8. *recent.* at in præsenti casu non reperiūtur descripta in aliquo æstimo ad fauorem alterius; Quinimmò in æstimis D. Ducis (quamuis in illis ad eius fauorem apposita esse deberent, si de eo tempore, quo facta sunt æstima, ad eum spectare constituisset) contrarium habemus, siquidem in ipsis legitur conformis bonorum descriptio teno-
14 ri supradicti inuentarij, † & æstimi mensæ, nempè quòd pars Tenutæ dictæ Lama Trincabonaldi spectat ad Mensam, & quod via Turris Filicaiæ, quæ tendit ad lacum Macciucoli sit iuxtà bona Mensę *Summario præsentis positionis num.* 1. 2. & 3. quapropter pro parte Mensæ, eam possediſſe supradicta loca, in-
15 fertur ex dictis æstimis † D. Ducis de anno 1555. & 1579. *dicto Summario Mensæ numer.* 1. & 2. & signanter ex illo de anno 1619. *d. Summario num.* 2. & 3. auctoritate Principis edicto, & præuia citatione possessorum ad approbādum constructo, iuxtà receptam conclusio-
16 nem, quod æstima † plenissimè probant cōtrà eos, de quorum voluntate confecta sunt ex Text. *in l. censualis.* ibique Bald. *C. de dand.* Pereg. *de fideicom. art.* 44. *num.* 9. & contra omnes causam habentes ab eis, Bart. *in l. si à te §. fin. ff. de except. rei* Quod Ruin. *cons.* 40. *nu.* 3. *lib.* 4. Aret. *cons.* 36. *num.* 3. Rota *decis.* 706. *numer.* 6. *part.* 2. *recent.* & consequenter tot admi-
17 niculis, & circumstantijs fauore † Mensę vallata, si opus esset, probarent contra Tertium, Aretin. *in l decem num.* 4. *ff. de verb. oblig.* Soccin. Sen. *consil.* 205. *col.* 2. *lib.* 2. Afflict. *decis.* 303. *num.* 3. & 4. Burat. *decis.* 690. *nu.* 2. Seraph. *dec.* 1077. *num.* 2. Rota *in rec. decision.* 227. *numer.* 23. *part.* 8.

Tot ergo demonstrationibus ex instrumētis locationum ex inuentario Prioris Sancti Nicolai, & æstimis bonorum Mensæ, atque bonorum dicti Ducis desumptis, remanet iustificata locorum controuersorum identi-
18 tas, † & super ipsis notoria possessio, cum
19 duæ tantùm † demonstrationes ad illum finē sufficerent Barth. *in l. demonstratio falsa num.* 14. *ff. de condit. & demonst.* Soccin. *cons.* 89. *num.* 1. *lib.* 1. Alex. *cons.* 73. *num.* 6. Gregor. *decision.* 575. *num.* 3. Sicuti etiam sufficit duorum termino-
20 rum conuenientia nor, † obstante in aliis diuersitate, secundum veriorem, & communiorem opinionem, Marsicot, *var. resol. lib.* 1. *cap.* 12. *numer.* 24. & à Rota receptam *dec.* 98.

l. num. 1.

num.1.par.6.& dec.205.num.15.part.8. vbi fusè.

Præterea possessio mensæ potentius adhuc
21 iustificatur super locis controuersis, ex eo, *quod conductores*, qui vtriusque partis bona possidebant, declarauerint in suis libris *se soluere Mensæ pensiones pro affictu bonorum à mensa locatorum, Summario impresso num.9.& specificè* pro affictu Migliarini *Summ. Mensæ præsentis positionis num.* 7. cum autem illa bona sint ea, quæ specialiter exprimuntur in instrumentis locationum, necessariò concludendum est, dictos Conductores eadem loca nomine Mēsæ possedisse, & ea ratione illius possessionem
22 fieri manutenibilem, qnia ad illam inuestigandam maximè attenditur animus Conductoris; arguitur possessionem esse illius, seu illius nomine possidere, cuius nomine merce-
23 dem soluit; hæc †pensionē ex *glossis insigni in l.quānis §.si Conductor ff. de acquir. possess. Bald. consil.* 299. *col.2. lib.1. Parisius consil.* 104. *num.8. lib.1.* cum multis cumulat *per Menoch. de retinen. remed. 3.nnm.*554. & 567.

Quibus pro veritatis adminiculo subiungitur reuelatio Samminiatelli Ministri D. Ducis fidem, ad statum bonorum in æstimis firmatum, relatiuam facientis *Summ. impresso Mensæ præcedentis positionis nu.*23. quæ admittenda est
24 vti emissa vigore † monitorialium, Verall. *dec.*208. *num.*8. *par.*2. *Farinac. de Testibus quæst.*62. *num.*274.& 279. *Buratt. dec.*266. *num.*5. vltimo loco pro coronanda iustificatione possessionis mensæ in plenario requisita, adducuntur e-
25 tiam à Mensa quamplurimi testes, quorum depositio vti percutiens actus possessorios, & positiuos *Sum. præsentis positionis num.* 5.& 6. super omnibus locis in instrumentis locationū expressis nomine Mensæ tactos, & elaboratos summopere probationem possessionis exal-
26 tant, vt profuso calamo tractat *Posthnic manuten. obser.*19. *num.*4. vbi iurium, & decisionum amplissima hac in materia leges habetur, quāobrem concludendum videtur, quod illa numerosa probationum classis, ex omnibus argumentis antecedentibus conflata, victoriam ad portum fauore Mensę eo facilius sit tractura, quo ex ea possessio iustior, & antiquior,
27 magisque priuilegiata †, & ad motam litem continuata, potentissimè propugnatur, ideoque digna, qnod ipsi adscribatur manutentio vulgat §. retinendæ Institut. de interdict. *Nevizan. consil.*81. *num.*16. *Posth. de manuten. obseru.*73 *num.*6.& *seqq. Rota dec.*27. *num.*21. *dec.*28. *num.*2. *part.*1. *diuers.& dec.*529. *num.*1.& 2. *coram Caual.* & ex aliis in Canonibus proæmialis conclusionis allegatis.

At explosis è conuerso pro parte D. Ducis grauissimis rationum momentis non sine a-
28 cerrimo conflictu controuersiæ decisio succedere potest; enimuerò quamplurima allegantur motiua, quæ iuris articulum in præsenti casu reddunt quasi problematicum, suo-
29 que ita stant systemate, vt forsan non imparem, sibi queant vindicare defensionis ipham; & in primis ab informantibus pro eo euertitur fundamentalis basis possessionis Mēsæ opposita limitatione doctrinæ Barthoii, ab ipsomet ponderata *in l.quamuis §. si conductor in fin. ff. de acquir. poss.* qua docetur possessionem omnibus modis supra recensitis, vtcunque
31 munitam, esse prorsus inefficacem, & nullius considerationis, si reuera alius in possessione existere deprehenditur ex *l. Pomponius ff. quibus modis vsufr.* quam Barth. maximè notandam aduertit loco proximè allegato, hāc-que limitationem amplexa est *Rota dec.*56. *vbi Adden. num.*7. *coram fæl. me. Greg. XV.* quæque explicauit *Bald. in l. Celsus num.* 13. *ff. de vsucap. Grat. consil.*50. *num.*3. *lib.*1. *Menoch. de retinen. remed.*3. *nu.*367. *vers. declarant non procedere Afflict. dec.*325. *num.*1.& 2.

Quod verò authores D. Ducis de Salutaris reuera possederint Tenutam de Migliarino eo tempore, quo Mensa Archiepiscopalis loca controuersa locauit de anno 1574. iisdem affictuariis d. Ducis sociis Mugonę nuncupatis, comprobatur, ex eo, quod dicti socii Magonæ iam ante conduxerāt Tenutam de Migliarino de anno 1573. vt patet ex instrumento locationis *Sum. d. Ducis num.* 32. & ex restitutione facta dictæ Tenutæ authoribus dicti Ducis de anno 1550 *d. Summ. num.* 31. vbi etiam duæ Tenutæ, dictæ la Romita, e l'Isola ad ipsos spectare ponuntur, tum etiam ex pensionum solutione ab affictuariis ad annū 1618. pro conductione Migliarini continuata *d. Sum. num.* 33. Exindeque oritur præsumptio continuationis possessionis, quæ semper admittitur, quoticscunque allegatur ab eo, qui authores possessores habuerit, nomineq; possessorio possessionem eorum exponit, *Bart. in l. Pomponius §. vltimo ff. de acquir. poss. Abb. in cap cum ad sedem de restitut. spoliat. Nat. consil.* 400. *num.*6. *cum pluribus à Menoch. allegatis præsumpt.* 64. *num.*17. *lib.*6. *Rot. pænes Posth. dec.*640. *num.*12.

Veritas nutus Conclusionis in eo fundatur, quod mediantibus Colonis possessio aquiratur hæredibus sine alia apprehensione *l. quædam mulier, ff. de rei vendit. Cyriac. contron.* 255. *num.* 11. *Posth. de manutent. obseru.*59. *num.*5. *vers. cum hæredi* attenta potissimum eorum recognitio-
33 ne per solutionem † pensionis sequuta, *Bart. in d. l. qui vniuersas, §. quod per Colonum*, ibique DD. & *in l. quamuis, §. si conductor, ff. de acquir. possess. Menoch. de retinen. remed.*3. *num.*564. & 567. vnde sequitur, iura pro possessione Mēsæ militantia arte, seu fortuna satis insolita pro iustificando contrario vehementer decertare, Instrumenta enim tot Locationum ab Authoribus D. Ducis factarum, *vt dicto eius Summ. nu.*32. pariter debent admitti pro concluden-
34 ti eius possessionis probatione, vt potè quæ, iisdem gaudeant requisitis, ac Instrumenta Locationum Mensæ, sicquè eorumdem Iurium adipiscuntur. iustissimas adaptationes, tum etiam ad probandum contrà Tertium, vnoque verbo reciprocum habent robur respectu articuli Iuris, in facto tamen determinandi, sicuti sunt eiusdem conditionis, quæ sequuntur ad extendendam probationem dictorum Instrumentorum, quæ vti antiqua, probant sine effectuatione, *Menoch. remed.*3. *retinend. num.*574. *consil.*704. *num.*13.& 14. seu quia

36 sunt plura †, & gemitata, *Menoch. dicto cons.* 704. *num.* 14. *Mascard. de probat. conclus.* 1281. *n.* 11 *Rot. penes, Posth. decis.* 651. *num.* 1. *Add. ad Buratt. dec.* 263. *num.* 10. *Seraph. dec.* 1061. *num.* 3. *Rot. decis.* 146. *num.* 1. *part.* 3. *recent.*

Cui possessioni D. Ducis tot argumentis suffultæ, & probatæ, non officere dicuntur ea, quæ deducuntur ex æstimis pro parte Mē-
37 sæ, quia negatur pro † parte D. Ducis, consensum fuisse prætitum, ideoquè nullius probationis, *Bald. in l quidam num.* 8. *ff. de condit. instit. Paris. cons.* 104. *num.* 169. *lib.* 1. *Rot. penes Posth. d. decis.* 640. *num.* 15. *Addens. ad Buratt. dec.* 317. *nu.* 9.
38 maximè quia † prætenduntur erronea, *Decian. cons.* 40. *num.* 71. *lib.* 4. *Mascard. de probat. concl.* 274 *num.* 11. *Paris. cons.* 23. *num.* 235. *lib.* 1. *Cephal. cons.* 458. *nu.* 71. vel quia non ipsis fides adhibetur
39 in Comitatu Pisano de consuetudine, vt patet ex attestatione Curialium illius Vrbis, *d. Summ. d. Ducis nu.* 48. quod maximè aduertendum est, *Mascard. de probat. d. conclus.* 274. *n.* 12. *Barbat. cons.* 6. *num.* 10. *Alex. cons.* 92. *num.* 6. *lib.* 2. *Add. ad Buratt. dec.* 317. *num.* 9.

Minusquè illius possessionem Testes pro Mensa examinati asseruntur offendere, quia, vel fuerunt examinati in summarijssimo, sicque fidem non faciunt in plenario, *Greg. XV. dec.* 535. *nu.* 14. *Rot. decis.* 18. *num.* 3. & *dec.* 205. *n.* 1. *par.* 3. *recent.* vel in plenario, & deponunt de
40 possessione Afflictuariorum possidentium bona vtriusque partis, vno, & eodem tempore, itaut nesciuerint pro quo, & cuius nomine possederint, & sic vti dubij, & æquiuoci non merentur attendi, *Mascard. de probat. concl.* 1200 *num.* 18. *Rot. penes Posth. de manut. dec.* 46. *num.* 7. in qua insubsistentiæ cymba nauigare dicitur re-
42 uelatio Sammiatelli, qui nihil probat, cum sese melius explicauerit *d. Summ. D. Ducis num.* 45. nec fuerit repetitus, *Cavaler. dec.* 21. *nu.* 3. *Merlin. dec.* 608. *nu.* 24. vltra quod depositiones Testium Mensæ retundūtur à depositionibus Testium D. Ducis, qui non minorem debent obtinere fidem, cum sint etiam ruſtici circumcolentes, *Mantic. dec.* 741. *num.* 1. & de facto proprio deponant, *Surd. cons.* 94. *num.* 7. *Cyriac. contr.* 10. *nu.* 8. *Gregor. XV. dec.* 351. *nu.* 11. *dec.*
43 419. *num.* 7. & *dec.* 521. *nu.* 2. quod etiam magis sit tribuendum scripturis, & publicis documentis, possessionem D. Ducis vigore terminorum, & confinium super locis controuersis insinuantibus, quod apprimè perpendendum est, cum agatur super † rebus anti-
44 quissimis, *Felin. in cap. cum causam de probat. Soccin. cons.* 187. *nu.* 18. *lib.* 2. *Bald. cons.* 109. *in princip. lib.* 4. *Rot. dec.* 15. *num.* 8. *coram. Gregor.* & *decis.* 34. *num. pariter* 8. coram eodem.

Sed aduertendo, quod harum scripturarum discussio sensim Discursum inclinet ad ratio-
45 nem peritorij †, *cuius suspensio expressè repetitis vicibus pro parte D. Ducis est intimata. Summ. impress. nu.* 5. & *processu fol.* 8. 156. 157. 506. & 682. *in quibus leguntur multæ protestationes super suspensione petitorij*, quæque ex peculiari dispositione Iudicij plenarij, fortiùs locum habet quotiescunque incontinenti non est data exceptio
46 Dominij, vt † optimè per *Menoch. de retinen. remed.* 3. *num.* 672. & *seqq.* qua de causa Iudex caret super eo Iurisdictione, *Rot. dec.* 194. *cor. Pen.* ad secundam inspectionem gradum tacitam, in qua strictius veritatis causa ventilabitur. Ratio autem, quæ me mouit ad formandam hanc inspectionem super præsumptionibus eliciendis ex multis antiquissimis instrumentis pro coadiuuanda possessione D. Ducis, seù vt melius dicam, ad seligendas, aut reponendas in vna inspectione præsumptiones illas permixtè ab informantibus pro D. Duce sparsas, ea fuit scilicet, ad hoc vt ex illis facilius, & commodius erui possit, quidquid consideratione dignum est, *pro corroboranda probatione possessionis dicti Ducis*, quæ minus, *adæquatam ex supra deductis sortitur perfectionem, ex eo quod loca controuersa specificata sunt nominatim in Instrumentis Locationum Mensæ, at in illis d. Ducis possunt tantum venire sub generica cōprehensione totius Tenutæ de Migliarino*, & vt ratio distributiua suum haberet complementū, suas quoque Mensæ responsiones adnectere Iudicis vtriusque partis iura referentis postulauit officium, ad quem effectum præmittendum est pro indubitato Tenutam de Migliarino nuncupatam, in duas partes antiquitùs fuisse diuisam, quarum altera ad Ecclesiam Sancti Nicolai, altera verò ad dd. de Orlandis spectabat, & ad præsens vtraque sub Dominio D. Ducis exitit multaque instrumenta vetustissima à Domino Duce produci, in quibus confinia enunciata dictæ Tenutæ comprehendunt inclusiuè controuersa Tenutarū corpora, quam ob causam informantes pro Domino Duce ijs vtuntur pro adminiculo ad extendendam possessionem, eliciendo ex co-
47 rum enunciatiuis præsumptiones quæ inseruiunt ad probandam identitatem in antiquis, *Paris. consil.* 17. *num.* 6. *lib.* 1. *Ruin. cons.* 95. *num.* 10. *lib.* 5. *Bald. cons.* 267. *lib.* 2. cum aliis pluribus congestis *per Marescott. var. resol. cap.* 12. *num.* 39. *lib.* 1.

Prima præsumptio, quæ opitulatur voto d. Ducis, illa solemnis est, quæ depromitur ex enunciatiuis Instrumentorum totum cor-
48 pus Tenutæ Migliarini per fines † circumductos etiam loca controuersa includentes, designantibus, *Summ. D. Ducis nn.* 1. 4. & *pluribus seqq. & Sum. impresso Mensæ præcedentis positionis.* In quibus vniformis est confinium Tenutæ Migliarini determinatio, quæ seù quoad partem Orlandorum, seu quoad eam Ecclesiæ,
49 seu quoad vtramque simul vnitam; Tantam habet limitum consonantiam, vt negari non possit, quin loca controuersa in ipsis confinibus includantur, & inferatur, ea spectare ad
50 Dominum Ducem †, & venire sub appellatione generali Tenutæ de Migliarino, ex eo, quod iuris præsumptione eadem confinia existimantur permansisse, nisi contrarium exadverso probatum fuerit *Menoch. præsumpt.* 46. *n.* 1 *lib.* 6. *Felin. cap. cum causam num.* 12. *de probat. Decian. cons.* 44. *nu.* 20. *vol.* 1. *Ruin. cons.* 50. *nu.* 15. *lib.* 1 *Rot. dec.* 254. *num.* 29. & *dec.* 215. *nu.* 4. *par.* 7. *recent. Verall. dec.* 337. *lib.* 3. maximè dum pro confinibus dantur flumina, & mare, quæ dicun-

tur

tur confinia æterna, *Bald. in d.cap. cum causam de probat.* ibique *Felin. num.5. Rot.dec.683.n.3. par.1.recent.* vndè infrat firmata à DD. regula quod confinia mensuram quantitatem, & ex-
52 tensionem indicantia, quicquid intra ea includitur comprehendunt, *Bald.in rubr. C. de contrab.empt.nu.43. Textus in l. si fines C. de Exift. l.patronus §.1.& 2.de leg.3. l.forma ff.de cens. Dec. cons.146. col.3.num.14. Parisi.cons.64.num.19.lib.1* cum multis cumulatis per *Grat.discept.657.nu. 26. Rot.dec.234. num.3.* Ex quibus euidenter sequitur dicta loca controuersa fuisse ab Authoribus dicti Ducis possessa, cum locauerint Tenutam de Migliarino cum omnibus acces-
53 sionibus, & pertinentijs, suisque confinibus, & terminis notis, quod maximè est releuantiæ, ad probandam possessionem D. Ducis super dictis Tenutis controuersis, quia licet non specificentur in eius locationibus; continentur tamen sub generica totius Tenutæ com-
53 prehensione, quæ secum *importat* omnes accessiones, pertinentias, & partes integrantes, sicuti de facto totum corpus Tenutę locatum est cum accessionibus, pertinentijs, &c. *dicto Summ. D.Ducis num.12.& seq. Bald.in l. in legatis num.1.C.de legat. Bart.in l.Seia quinta Tiranna ff. de fund.rust. Nat. cons.446.num.5. Curt.Iun. cons. 184.nu.8.& seqq.prolixè Gratian.discept. for.d.cap. 657.num.28.& seqq. Rot. dec.164. num.26. part.6. recens. & penes Posth.de manut. decis. 26.num.6.& dec.120.num.4.eadem part.6.recent.*

Secunda præsumptio, quæ præcedentem summopere corroborat, deducitur ex eo, quod prædicta limitum, & confinium enunciatio sit expressa per dictionem, In, vt patet ex instrumentis vtriusque medietatis Tenutæ mentionem facientibus, quoad partem Ecclesiæ Sancti Nicolai, videlicet confinia ita declarantur; *tenet vnum caput in Mari, aliud caput in Lacu Maciuccoli, & partim in Fossa Magna, Latus vnum in Fouea noua, aliud latus in Terra nobilium de Orlandis*, & quoad medietatem Orlandorum, *tenet vnum caput in fossa dicta Storregiana, & partim in bonis nobilium de Caprona, aliud caput in bonis Ecclesiæ Sancti Nicolai de Migliarino, latus vnum in Fouea vocata Fossa magna, aliud latus partim in Mari, & partim in Terris Hospitalis noui Misericordiæ de Pisis, vocata la Romita, &c. Summ. D. Ducis num.8. & 23.* & passim in omnibus instrumentis locationum factis ab Ecclesia Sancti Nicolai, vel ab Orlandis, qui modus enunciandi limites potissimũ, confert ab probandam comprehensionem Tenutarum controuersarum, vi præpositio-
55 nis, In, quæ denotat, † & importat intrinsicitatem iuxta *Text.in in l.1.§.de Flum.glos.in l. 3. ff. de offic. Præsid. DD. in l.Gallus, §. ille casus ff. de liber.& posth. vbi Ias. num. 21. Alex, num. 15. & Bart.num.2.* quos sequuta est Rota *dec.683. num.8. part.1. dec.274. num.14.part.8.& dec.316 num.10.part.9. recent. Put.decis. 220. num.4.lib.2.* præcipuè quando secum regit ablatiuum, *Bald. in d. l.Gallus, §.ille casus, ff.de lib.& Posth. Corn. cons.268. num.7. vol.3. Rot. dec.683. num.8. part.1.recent.*

Tertia præsumptio, quæ non minus, quàm præcedentes pro tuenda D. Ducis possessione in locis controuersis militare dignoscitur, potiora habet fundamenta in aliis instrumentis, ex quorum tenore colligitur authores D. Ducis quasdam è Tenutis controuersis locauisse vt ex instrumento quodam restitutionis *Sum. Ducis num.31.* vbi dicitur, locatas ab eis fuisse la Romita, e l'Isola, & in alio simili *nu.42* vbi idem asseritur, itemquè paludem, & foueam magnam *num.7. & num.16.* Tenutasq; nuncupatas Debbi, Poggio, à Palude, & padule ipsius nomine possessas fuisse arguitur ex libris Affictuariorum *num.35.* hæcquè præsumptio supradictis modis adminiculata fortior euadit, attenta designatione frequenti apposita in locationibus Mensæ per dictionem *versus Migliarinum. Summ. d. Ducis num.18.* quæ fuisset nimis impropria, si loca expressa in dictis locationibus Mensę posita fuissent in Tenuta Migliarini, cum significatio dictionis
55 *versus* non comprehendat locum, † ad cuius situm demonstrat rei existentiam, *Barbos.dict. 421. Surd.consil.94.n.78. Cyriac. controuers.10.n.8. Alex.cons.54.n.10.lib.5. Merlin.dec.600.n.7. Rot.in recent. dec.213.n.9.par.7. dec.509.n.5. par.1.* & in vna Theatina iurisdictionis 17. *Maij* 1613. relata *in dec.683.n.5.par.1.coram Coccin.* cuius con-
56 sequentiæ vis est † efficacissima ad probandum loca specificata in locationibus Mensæ iuxtà propriam ipsius mentem non habere situm in Migliarino, vti ab eadem prætenditur, sed extrà eius confinia esse posita, quod egregiè corroboratur ex fide multorum attestantium *dicto Summ.num.43. & seqq.* poppium paludis, paludem, & partem foueæ magnæ, à Mensa prætensam verificari inter foueæ Storreggianę meatum per paludem vsquè ad foueam magnam transeuntem, cuius meatus propter diuturnitatem temporis antiquata fuisse vestigia dicitur pro parte D. Ducis, nec ea amplius apparere, nisi in margine Foueæ, nuncupatæ Trauersagna, quam alias intersecuisse aiunt, ductumque habuisse non eundẽ cum fouea Trauersagna, sed trans paludem vsque ad foueam magnam, in cuius quoque margine rude monimentum ingressus dictæ foueæ asserunt existere, pro quorum confirmatione informantes contrà Mensam afferũt non leuè argumentum desumptum ex asser-
57 tione duorum Testium Mensæ † de reali existentia illius meatus deponentium, *in Summ. d. Ducis num.* 1. qui contra eam probant, plenissimè *Rot.coram Buratt.dec.618.num.4.dec.631 num.17.in recent.dec.146.num.7. part.3.* nec non ex modico precio, sub quo fouea magna à
58 Mensa aliquando locata est, *d. Summ. num.3.* ex cuius ratione volunt solum partem foueæ magnæ ad mensam spectare, cum ex quantitate precij optimè colligatur quãtum venit in emptione, vel locatione, *Mantic.de tacit.& ambig.lib.4.tit.9.num.8. Menoch.de præsumpt. præsumpt.73.lib.5. Surd. cons.13. num.3. Gregor.XV. dec.125.num.8. Merlin. dec. 338.num.5. Rot.decis. 26. part.4.tom.2.*

Quartam Maius adhuc pondus præcedentibus suppeditantem extrahunt ex confirma-

tione concessionis Emphyteusis Archiepiscopi Pisani dictorum confinium declarationem approbantis *dicto Summ. num.* 18. & 19.

59 quo circa Mensa non †† debet admitti ad illa impugnanda, cum ab ea fuerint recognita in persona dicti Archiepiscopi iuxta tradita à DD. *in l. cum aliquis, C. de iur. de liber. Alex. cons.* 89. *num.* 6. *lib.* 5. *Afflict. dec.* 83. *num.* 2. *Seraph. decis.* 1142. *num.* 8. *Rot. dec.* 205. *nu.* 9. *par.* 8. *decis.* 242. *n.* 6. *par.* 9. *recent.* vltrà quod in illa canonizata fuerint loca paludosa, quæ cum verificari non possint, nisi, in palude controuersa; licet generaliter fuerint enuntiata de illa specialiter sunt intelligenda, *l.* 2. *ff. de liber. & Posth. Surd. cons.* 179. *num.* 24. *vbi latè, & cons.* 267. *nu.* 28.

Quinta præsumptio præcipuè foueam Magnam percutit, & eruitur ex iure piscandi in instrumentis antiquis ab authoribus D. Ducis locato, *d. Sum. n.* 9. *cum duob. seqq.* 16. & 24. quod non reperitur verificabile, misi in Fouea Magna, ideoquè suffragatur possessione D. Ducis ex suprà proximè ponderatis, atque etiã ex depositione Testium Mensæ asserentium non alibi dari piscationem *dicto Sum. num.* 29. quare probant contrà Mensam *Rot. in dec.* 618 *num.* 4. *coram Buratt. & ex aliis vulgatis*. Tum etiam illa præsumptio nititur super laudo antiquissimo, quo Datium fauore Orlandorum Authorum D. Ducis canonizatum est super fouea Magna, *dicto Summ. num.* 28. quodque valde inseruit, ad probandam possessionem quoad illam foueam licet inter alios celebratum fuerit *Alex. cons.* 190. *nu.* 16. *lib.* 2. *Dec. cons.* 93. *nn.* 14. *lib.* 1. *Gregor. dec.* 434. *nu.* 3.

Sexta denique ex omnibus componitur reflectendo, quod etamsi loca controuersa specificata non fuerint in locationibus de tenuta Migliarini ab Auctoribus D. Ducis factis, nihilominus sub verbis relatiuis ad totum corpus, & notissima eius confinia fuerunt comprehensa, & concepta vi axiomatis passim recepti, quod relatum inest in referente cum omnibus suis qualitatibus *Rot. dec.* 230. *nu.* 7. *par.* 3. *recent.* ex quibus infertur possessionem dicti Ducis vti titulatam hoc in iudicio esse præferendam per allegatam in tertio canone prohæmiali conclusionis hoc in loco repetenda, non obstante obiectione;

64 quod nimis vrgeatur † difensio dominij, quia in causa manutentionis; præcipuè quando probationes in quadam paritate posita: suspensum, & dubium tenent Iudicis animum articuli concernentes proprietatem, seu Titulum non sunt impertinentes, cum tantum-

65 modo deseruiant ad coadiuuandum possessorium, vt supra notatum ex præcisa eius cognitione ad petitorium reseruata *Posth. de manut. obser.* 71. *num.* 122. vbi plura.

Pro Mensa verò potentissima responsionũ series ad dictarum præsumptionum refutationem adducta, maturam etiam meretur deliberationem, nam pro ea informantes acerrimè contendunt, nullam ex illis præsumptionibus talem esse; vt ex ea titulata possessio construatur, imò potius conantur ostendere possessionem Mensæ reuera esse intitulatam, vt post præsumptionum solutionem explicabitur. Ad primam igitur affatim respondent, probantque eam esse captiosam, & æquiuocam demonstrando Terminos, & cõfinia tenutæ de Migliarino allata indeterminata esse, †

66 & generalia, potiusque esse popularem descriptionem, quam legalem; pro quo fundamento confirmando modum, quo dicti limites in antiquissimis illis instrumentis enunciantur in primis obiiciunt, vt potè qui essentialem patiuntur incertitudinem, & cõstanter apparet ex lectura omnium illorum instrumentorum, in quibus post generalem terminorum descriptionem dubitatiua subsequuntur verba, *vel si qui sunt eius veriores cõfines, vel si qui alij, seu aliter sint eius veriores confines, Summ. D. Ducis num.* 8. *& multis seqq.* (vbi adsunt locationes factæ super partibus ad Ecclesiam Sancti Nicolaij, & ad Orlandos spectantibus) ex qua dubitatiua decisione *vel* & modo loquẽdi *seu aliter* significatio termino-

67 rum generalium declaratur †, & restringitur *Menoch. cons.* 347. *num.* 91. *Ruin. cons.* 99. *num.* 11. *lib.* 2. *Rota dec.* 300. *num.* 26. *part.* 1. *dec.* 484. *nu.* 4. *par.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 125. *nu.* 3. *par.* 5. *recent.* Secundusque casus diuersificatur à primo, *Rota dec.* 255. *num.* 4. *par.* 5. *recent.* Ex qua diuersificatio-

68 ne oritur dubietas; †, quæ scientiam excludit *Rota decis.* 4. *nu.* 12. *part.* 5. *recent.* & consequenter cum illa descriptio sit dubia, æquiuoca,

69 & incerta non releuat *l. in præsentia de probat. l. si domus de leg.* 1. *Bald. cõs.* 420. *n.* 2. *vers. multo minus valet probatio lib.* 4. *Rot. dec.* 39. *nn.* 24. & 25. *par.* 4. *rec.* to. 2. & ita ex ventre dictorum instrumentorum omninò contrariæ nascuntur præ-

70 sumptiones ad oculũ demonstrantes terminos Tenutæ Migliarini nõ esse indubitatos, & inuariabiles, vti prædicantur pro parte D. Ducis, cum implicaret rem esse indubitatam, & inuariabilem, quæ verioris status determinationem consequi posset, atque regulam ab informantibus pro D. Duce toties inculcatam super comprehensione omnium partium intra confinia circumducta contentarum, insi-

71 gnem pati limitationem, & locum tantum habere, quoties rem confinatam, & terminatam totam sub dominio concedentis, vel locantis indubitanter existere constat DD. in *l. adè sacra ff. de contrah. empt. Grat. discept. for. tom.* 657. *num.* 27. vbi optimè *Bertazol. Clauis* 29. *glos.* 2 *num.* 1. *Oldrad. cons.* 198. *Alex. cons.* 91. *num.* 10. & 12. Sed in præsenti casu facti euidentia contrarium innuit, siquidem non negatur pro parte D. Ducis, alios quarumdam Tenutarum intra dicta confinia inclusarum esse Dominos *folio concord. in Summ. Mensæ præcedentis positionis num.* 1. *post lit. A. & Summ. Ducis num.* 1. *vers. la Romita, & Summ. Mensæ vltimæ positionis num.* 1. & 2. *vlt. & in Proces. fol.* 463. 464. *à tergo & 467* ac proinde inutilem esset, quod ab eo prætenderetur, quidquid intra dicta confinia continetur, summamque illam iuris rationem,

72 quæ infert ex † confinibus ductis ad totum comprehensum fore nimis iniuriosam, vltra quod est omninò inuerisimile Authores D. Ducis eam habuisse tolerantiam, vt permiserint

, runt Mensę Archiepiſcopali tot Tenutas iutra dicta confinia compræhenſas per tantum tẽporis ſpacium locare, quarum Dominium ad ſe ſpectare cognouiſſent, iuxta præſumptionem omnium † veriſſimam, quod nemo præſumitur iactare ſuum, *Rota deciſ. 253. num. 27. part. 4. tom. 2. recent.* 73

Secundæ præſumptioni ſatisfacere prætendunt, retorquendo argumentum deductum ex dictione, *in*, hoc modo nempè, quòd ſi valeret illatio facta, quod ſouea Magna eſt pars integrans Tenutæ Migliarini, qui dicitur in enunciatione confinium generalium, *tenet vnum caput in Fouea Magna*, ſequeretur neceſſariò, quod alia loca pari modo deſignata eſſe deberent de partibus integrantibus Tenutæ Migliarini, Mare, & lacus Maciuccoli comprehenderentur in Migliarino, quia æquè dicitur *tenet vnum caput in mari, in lacu Marciuccoli*, eaque ratione pars Orlandorum continueretur in parte Prioratus Sancti Nicolai, quia in deſcriptione confinium partis huius vltimi dicitur, *Tenet vnum caput in bonis Nobilium de Orlandis*, & vice verſa pars Eccleſiæ comprehenderetur ſub parte Orlandorum, quia in illius deſcriptione exprimitur *Tenet vnum caput in bonis Eccleſiæ*, & id genus alia in omnibus inſtrumentis ſimili modo concepta, quæ propter verius, & potiùs, affirmandum eſt, illum modum loquendi reſoluendum eſſe iuxta concluſionem à DD. receptam in materia confinium, videlicet, quod bona pro confinibus enunciata non † comprehenduntur cum bonis confinaris, ex eo, quod terminus terminatus non poteſt eſſe idem cũ termino terminante. ideòque ſouea magna allata pro confine † non poteſt eſſe de acceſſionibus, & pertinentijs Tenutæ Migliarini. *DD. in l. cum ſeruo ad fin. ff. de contrahend. empt. Bald. in l. fines agri C. de euict. Hieronym. à Mont. de finibus cap. 13. num. 2. cap. 107. nu. 4. Bald. conſ. 422. lib. 4. Otthobon. dec. 162. nu. 11. Merlin. deciſ. 200. n. 9. Rot. in recent. deciſ. 236. num. 8. deciſ. 286. num. 4. p. 6. in Romana fideicommiſſ. de Spiritibus 17 Ianuarii 1642. §. Teſtes autem coram bon. mem. Bichio relat. in diſſa deciſ. 102. nn. 11. coram Otthobon.* aliòquin 74 75 absurda, † & inepta daretur expreſſio ſi confinia identificarentur cum rebus confinatis *Rot. in Ariminen. fideicomm. 7. Maij 1632. coram Merlin. allegata in deciſ. 236. num. 6. part. 6. recent. & in deciſ. 200. num. 9. coram ipſo Merlin.* 76

Pro refutatione tertiæ præſumptionis quàplurima pariter exagerantur ab informantibus pro Menſa, ſiquidem dicunt Enunciationes in inſtrumentis reſtitutionis, & ceſſionis, de tenutis nunchpatis *In Romita*, & *Iſola*, eſſe erroneas ex ſola reflexione facta, quod nunquam Romita comprehenſa eſt in parte Orlandorum, imò potius ſemper eſt excepta, & allata pro vno ex confinibus, vt patet ex Inſtrumentis *Summ. D. Ducis nu.* 10. *& ſeqq.* & fuit ſemper expreſſa ſpectare ad Hoſpitale Nouæ Miſericordiæ de Piſis *eodem Summ.* vbi proximè, vnde cum ſit notorius error non poteſt 77 78 intervenire ad colorandam poſſeſſionem D. Ducis Rota penes *Poſth. de manuten. deciſ. 186. n. 10.* vbi aſſeruntur text. *in l. nihil conſensui §. videtur, ff. de reg. iur. l. ſi per errorem, ff. de iuriſd. omn. Iudic. l. 2. ff. de iudic. Rota deciſ. 597. num. 2. part. 4. recent. tom. 3.* Sicuti nec vim habere debent allertæ locationes paludis, & Foueæ Magnæ; minuſque partitas Aſſictuariorum quaſdam operas ponentium factas ſuper *Debbi, Poggio à Padule, & Padule*, quia vel illæ locationes reperiuntur vnicæ, & ineffectuatæ, & longæ deterioris conditionis quam locationes Menſæ, additoetiam, quod ex ipſis libris Aſſictuariorum, ſubodoratur poſitio confinium particularũ Tenutæ Migliarini in Poppio, quia in ipſis apponitur immediatè poſtquam loquuti ſunt de Poppio Paludis *per hauer vltronato i confini nelle Tenute del Signor Marcheſe, con quelle del-* 79 *l' Arciueſconato*, qui † libri contra producentem probare debent *c. cum olim de cenſib. Ruin. conſ. 14. numer. 3 lib. 5. Burat. dec. 622. num. 3.* quo fit, vt probationes Menſæ deſumptæ ex multis inſtrumentis locationum, in quibus ſpecificantur loca controuerſa ex cataſtris, eſtimis, depoſitionibus Teſtium, & reuelationibus ſunt nitidiores, & potentiores allegatis pro parte D. Ducis, † eaque de cauſa ſunt præferendæ in iudicio manutentionis per notat. *apud Poſth. de manutent. obſeru. 71. num. 77. & ſeqq.* vbi plura cumulantur prætenſionibus Menſæ apprime fauentia, & præcipuè, quod poſſeſſio † in ſpecie probata præualet ei, quæ probatur in genere, veluti prætertur ea, quæ ha- 81 82 bet † determinatum tempus *Poſth. ibidem num. 83. & allegat. Rota deciſ. 291. n. 1. part. 2. recent.*

Subiungunt etiam informantes pro Menſa nullius eſſe releuantiæ ſpeculationes deccãtatas ſuper illis verbis *verſus Migliarinum*, quia Menſa, quæ particulares, & determinatos fines Tenutæ Migliarini, in via Turris Filicaiæ ad Lacum Maciuccoli recta bona Menſæ, quoad illam partem diſſecantis ſemper agnouit, non autem generales, & improprios ſupra explicatos, nullum ſibi fecit præiudicium enunciando ſua bona verſus Migliarinum ſuis particularibus terminis coangustatum, quia ſumte illa limitum poſitione, cum rationabili, & conuenienti expreſſione, ſuas Tenutas extrà Migliarinum propriè loquendo, & non generaliter poſitas deſignare potuit, verſus Migliarinum, vltrà quod conſideratur etiam ſouea Magnam deſignari verſus Migliarinum in inſtrumento locationis à Prioribus Sancti Nicolai Authoribus D. Ducis facto de Ripa Foueæ Magnæ, ex quo concluditur contra D. Ducem foueam Magnam non fuiſſe ab illius Authoribus intellectam in Migliarino, ſed extrà Migliarinum, nam in eo inſtrumento apertiſſima ſunt verba *verſus paſcuum Migliarinum Summ. d. Ducis nu.* 16. cum- 83 que illa † dictio *verſus* non denotet intrinſecitatem, ſed ſolùm remotam adiacentiam, ex ponderatis in tertia præſumptione rectè concluditur pro Menſa, Foueam Magnam eſſe extrà Migliarinum iuxtà confeſſionem Authorum D. Ducis, & probat contra confitentem *Rip. in l. ſi aliquam rem num. 39. ff. de acquiren. poſſeſſ. Rot. deciſ. 611. numer. 2. part. 4. recent. tom. 3.*

Præ-

Præterea asseuerant meatum illum Foueæ Storreggianæ, qui supponitur trans paludem diuidere bona Mensæ à bonis D. Ducis, esse prorsus fictitium, eaque vestigia in margine foueæ Trauersagnæ, & Foueæ Maguæ adnotata, cum nullo alio ductu cohærentiam habere, sed solum esse depressiones laterum foucarum supradictarum, propter armentorum bibendi, vel transeundi gratia concursum attritas, vt in pluribus alijs locis similia reperiuntur in marginibus foucarum vestigia, quod confirmatur ex eo, quod fouea magna nũc sit eiusdem dimensionis; quoad latitudinem, & longitudinem ab ingressu Foueę Trauersagnæ vsque ad Lacum Maciuccoli, cuius fuit antea ab ingressu Foueæ Storeggianę, vsque ad dictum lacum, vt constat ex collationibus rerum in facto positis *Summario nouo Mensæ num.* 11. 12. *&* 13. super fide Ministrorũ, & officialium ad id à publico deputatorum,
84 quibus deferendum† est in rebus ad ipsorum officium spectantibus iuxt. *tex. in l. Septimo mense, vbi Bald. ff. de Stat. hom. Soce. Iun. conf.* 183. *nn.* 51. *lib.* 2. *Grat. discept.* 752. *num.* 49. *Borr. decis.* 223. *numer.* 21. cum enim verisimile meatum Storreggianæ confusum fuisset in ea parte, quæ tendit ad foueam magnam, quando fouea Trauersagna fuit confecta, & elaborata, quia facilius erat inceptum iam meatum sequi, quàm nouum excauare, sed dato, & non concesso, quod depositio illius Testis Mensæ, qui vti vnicus reijciendus est, nam alter negat absolutè se aliquid audiuisse de tali meatu fuisse vera, quomodo tot loca inter se, & magno interuallo distantia, magnisque distincta dimensionibus possent verificari in angulo paludis ad spacium minimum, vti loquitur ille Testis *Sum. d. Ducis n.* 1. *d'vn tiro di moschetto,*
85 quod vti †æquiuocum attendendum non est *l. non hoc C. vnde legit. cap. in præsentia de probation. Marescot. variar. resolut. cap.* 12. *num.* 3. *lib.* 1. *Rota in vna Ciuitatis Castelli* 16. *Iunij* 1595. *coram Seraph.*

Vltimo tandem loco insistunt nihil inferri posse ex modicitate locationis foueæ Ma-
86 gnæ, quia hac in re non benè arguitur † à tempore præterito ad præsens, ex eo, quod sit in confesso apud omnes numismatum valorem elapso sæculo in modica quantitate æquiualere maiori hoc in currenti † numeratæ, quod accidit ex magis in dies distributa peruuiani Thesauri Fodina, vt de per se patet.

Quartam præsumptionem accusant etiam insubsistentiæ aduertendo Archiepiscopum
87 Pisanum † nullum potuisse præiudicium inferre Mensæ, quia enunciatiuæ emanatæ in confirmatione concessionis Emphyteusis, fue-
88 runt ad † suggestionem partis insinuatæ; *Innocent. C. dudum num.* 3. *Ruin. consil.* 41. *nu.* 13. *lib.* 1. *cap. inter dilectos n.* 6. *de fid. instrument. Gemin. in cap. si Papa num.* 7. quia est ab alio informatus, *Curt. Sen. in cons.* 20. *n.* 12. *Roman. cons.* 80. *nu.* 3. *Put. decis.* 427. *nu.* 1. *lib.* 2.

Ad quintam respondent, piscationem verificari in loco dicto, *l'Vgnone*, nec in facto subsistere suppositum de Testibus Mensæ cum apertissimè mentionem faciant de piscatione *dell'Vgnone, Summ. dicti Ducis num.* 29. in reliquis verò ponderatis in dicta præsumptione dissoluendis laudum etiam antiquissimum ostẽdunt, ex quo asserunt veritatem ab aquis emergere. Siquidem illud celebratum est de anno 1342. & in eo sententiatum, foueam Magnam spectare ad Mensam, & quod maiorem postulat attentionem. sunt quædam verba in eo laudo deprompta ex alio Instrumento producto ad probandum foueam spectare ad Mensam, quæ suscitare videntur sepulta mensæ confinia, quia secum ferunt Terminorum descriptionem, illique à Mensa prætenditur in Poppio paludis per viam Turris Filicaiæ diuisorium, satis similem; nam in bonis datis in feudum ab Archiepiscopo Pisano legitur inter confinia ibi enunciata, *Currit vsque ad Poppium de Migliarino Summario Mensæ impresso num. vlt.* quæ verba iuxta cum termino reperto propè dictam viam diuisoriam valde conferunt ad probandum dictam viam olim fuisse cognitam pro limite bona Mensæ à Tenuta Migliarini propriè, & pecu-
89 liariter separante cum sufficiant † leniores probationes ad iustificandam identitatem in Antiquis, *Rota coram Seraphino decis* 462. *nu.* 9. *coram Gregor. decis.* 172. *num.* 6. *vbi Adden. num.* 10.
90 *in recent. decis.* 87. *num.* 3. *part.* 5. etiam † per inditia, & coniecturas. *Rota coram Seraph. in dicta decis.* 462. *num.* 8. *in recent. decis.* 42. *num.* 7. *& decis.* 81. *num.* 20. *part.* 8. & duæ demonstrationes
91 plenissimam † faciunt probationem ex *Theor. Bart. in l. demonstratio falsa, ff. de condit. & demonstrat. Rota decis.* 236. *num.* 2. *& 3. part.* 6. *recent.* præcipuè quando noui termini confinant, & cõcordant cum antiquis *Grat. discept.* 447. *num.* 33. *Rota decis.* 286. *num.* 1. *part.* 6. *recent.* illique lau-
92 do, † vti scripturæ antiquissimæ standum est *Calcan. cons.* 90. *num.* 5. *Hieron. à Mont. in tract. de finib. cap.* 263. *num.* 5. *Rota in Barchinoren. confinium* 19. *Ianuarij* 1607. *coram Sacrat.* eoque ma-
93 gis, quia super † Fouea Magna celebratum, quo casu cõcludentissimè probare debet *Bald. cons.* 286. *num.* 2. *lib.* 2. *Dec. cons.* 42. *sub nu.* 10. *Natt. cons.* 632. *num.* 6. præsertim cum adminiculis in termin. punctualibus *Gregor. decis.* 434. *numer.* 1. *& seqq. Adden. ad eund. decis.* 407. *nu.* 6.

Sextam denique præsumptionem impugnant repetendo possessionem Mensę, vti specificatam omnique genere probationum possessionem dicti Ducis superantem esse ipsis præferribilem, vt amplè dictum est in responsione ad tertiam præsumptionem, ex quorũ
94 omnium combinatione possessionem † Mensæ etiam titulatam propugnant iuxta tradit. *à Posib. de manuten. obseruat.* 71. *num.* 105. potioraque ad id monimenta afferunt ex illo laudo antiquissimo, ex termino reperto, & ex locationibus per tantum temporis interuallum
95 continuatis, † ex quibus arguitur, & probatur dominium iunctis præsumptionibus, & coniecturis ex Tex. *in l. licet Imperator, vbi Iason. n.* 3. *de leg.* 3. *Menoch. præsum.* 36. *nu.* 5. *glos. in cap.* 3. *de probat. Abb. cons.* 64. *num.* 21. *lib.* 1. attenta potissimum solutione pensionum per spatium excedens tempus 30. annorum, quia eo casu

proba-

96 probatur† Dominium in vim præscriptionis *Bart. in l. ad probationem C. decret. Alex. cons. 12. lib. 4. cons. 8. num. 2. lib. 7. Rota decis. 290. numer. 4. part. 1. recent.* cum aliis permultis *in decis. 611. num. 5. part. 4. recent. tom. 3. decis. 215. num. 2. par. 7. Adden. ad Burat. decis. 502. num. 25. Rota decis. 234. nu. 3. & decis. 286. num. 1. part. 8.* ac proinde volunt, vt
97 illa possessio † sibi priuilegia titulatæ possessionis attribuat, itaque hoc in casu manutenibilis ex adductis in tertio Canone procemialis conclusionis.

Supereſt solum, vt ex appendice formato super reintegratione manus vltima discursui apponatur, quod paucis infra perpendendis expediam, nam totius difficultatis arcana in supra examinatis debent esse referata, si in re tam intricata, & confusa referenda prætensiones vtriusque partis referari queant, quantum verò spectat ad reintegrationem informantes pro Mensa firmiter inferunt eam non posse
98 dari D. Duci, quia † non probatur concludenter primum extremum, scilicet antiquior eius possessio, vt est requisitum *Rot. decis. 65. num. 1. part. 2. diuers. decis. 729. num. 1. decis. 502. n. 5. par. 4. recent. tom. 2.* quia etiam contrarium promouetur ex inconcusso, & ineluctabili argumento deducto ex celeberrima illa decisione Rotæ omnem in hoc articulo ambiguitatem resoluente coram Seraphino quæ est 1360. *per tot.* ex qua manifestè cognoscitur contra mẽsam non posse dari legitimam reintegrationẽ, cum alleget, & probet præscriptionem 40. an-
99 norum, & vltrà, † quare prætendit obtinere super ratione dominij *Bart. in l. rem alienam. ff. de pig. act. Rota dicta decis. 502. numer. 5. part. 4. tom. 2.* & omnem, si quæ fuit apud Auctores D. Ducis actionis possessoriæ tollere suspicionem, ac characterem, *Soccin. in l. rem quæ vobis nu. 18. ff. de acquir. possess. Balb. de præscript. 4. part. 1. quæst. 20. num. 1. Pariſ. cons. 1. num. 155. lib. 1.* & esse magis communem dixit, & admisit *Rota d. decis. 502. num. 7. & seqq. penes Posth. decis. 330. numer. 9.*
100 vbi præscriptio† 40. annorum reddit possessionem inutilem *ex Castren. consil. 105. n. 2. lib. 1. Menoch. de recuperand. remed. 15. num. 249. Rota dec. 126. num. 1. part. recent.*

Quibus non obstantibus informantes pro D. Duce constanter affirmant reintegrationẽ ipsi esse concedendam, quia ex supra deductis volunt, vt remanserint probata duo ex-
101 trema de stylo requisita possessio, † scilicet antiquior Domini Ducis; Et quod possessio Mensæ minor sit *Abb. in cap. cum ad Sedem col. 4. num. 17. vers. post hoc etiam de restit. spoliator. C. liter tantum de probat. Bald. in l. penultima num. 15. C. si à non com. Iud. Rot. decis. 495. num. 43. & seqq.*
102 *part. 4. tom. 2.* quæ numquam † denegatur probatis duobus extremis *Menoch. de recuperan. remed. 15. num. 383. Surd cons. 160. numer. 6. Roland. cons. 6. num 11. lib. 3. Affict. decis. 327. num. 2. Rota decis. 519. nu. 11. part. 4. tom. 3.*

Hæc ab informantium disputatione octies hinc inde repetita sunt excerpta.

R. P. D. VICECOMITE
Poltea S. R. Eccles. Cardinali.

Romana Dotis.

Veneris 16. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, licet remaneat illæsus, vt non possit personaliter capi, nec teneatur de eius bonis, attamen talia priuilegia non intrant si hæres non intendat reddere rationem de bonis hæreditarijs. Hæres etiam beneficiatus soluendo debita posteriora, & relinquendo debita anteriora non benefacit, &c.

SVMMARIVM.

1 *Dotis credità fatis probatur ex instrumento dotali, obligatione Camerali, & iuramento vallato.*
2 *Obligatio Cameralis tribuit facultatem etiam contra debitoris hæredem.*
3 *Beneficium legis, & inuentarij non operatur suum effectum, quando non fuit reddita ratio ab hærede de bonis hæreditarijs.*
4 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, non reddita ratione bonorum, tenetur de proprio, creditoribus hæreditarijs, si vires hæreditariæ non sufficiant.*
5 *Calculus bonorum dum pro fundamento habet librum introitus & exitus, debet in actis constare de dicto libro.*
Aliàs dictus Calculus non venit attendendus n. 5.
6 *in Calculo hæreditario deuent apponi fructus ex bonis hæreditarijs, ex sui natura fructiferis.*
7 *Fructus bonorum hæreditariorum non cadunt in commodum hæredis etiam beneficiati, dum scientiam habet de oneribus hæreditarijs.*
8 *Creditis hæreditarijs hæreditas subiacet bonis defuncti.*
9 *Hæredi beneficium legis, & inuentarij operatur, vt ipse præseruetur à damno, non autem vt fructus hæreditatis lucretur.*
10 *Hæres beneficiatus soluens creditoribus hæreditarijs debet constare de credito vero, & reali.*
11 *Quod multo magis procedit quando per creditores hæreditarios fuit id oppositum.*
12 *Hæres beneficiatus soluens Creditoribus hæreditarijs posterioribus, non reportata cessione de restituendo anterioribus, seu potioribus, sibi imputet.*
13 *Hæres quando excusari non possit de ignorantia crediti hæreditarij anterioris.*
14 *in Soluente, quando resultet mala fides aperta, ita vt soluendo, non remaneat liberatus.*
15 *Hæres etiam beneficiatus soluens credita posteriora scienter, de proprio tenetur.*
16 *Et ita in praxi seruatur.*
17 *Credita sunt soluenda de bonis debitoris.*
18 *Domini Affictuum sunt potiores, quo ad fructus ex eorum Terris habitos.*
19 *Pater si non habeat vnde dotem possit constituere filia tunc eius Anus ad id tenetur.*
20 *Quod procedit etiam in casu d. Anus, aut alij descenden-*

scendente id prohibuisset, cum sit id constitutum bone.

21 *Ascendentes non possunt effugere obligationem debendi.*

Adest supta in causa decis. 37. sub die 26. Martij 1633. coram eodem R.P.D. Vicecomite.

DECISIO DXXI.

POSTQVAM Simon de Nigris de anno 1645. dotem scut. 2000. Catherinæ eius naturali filiæ constituerat in suo vltimo, cum quo decessit Testamento, expresè iniunxit Philippo Cæsari aliisque fratribus de Arigonis d. dotis solutionem, nec non aliorum scut. 2000. in causam legati illos priuando hæreditatis commodo in casum non secutæ satisfactionis: Recusantes autem iidem hæredes Testatoris præceptis parere fuerunt pro parte Catherinæ conuenti coram A. C. pro dotis, ac fructuum consecutione, à quo decerni obtinuit mandatum contra bona Simonis, & successiuè contra propria, & personas hæredum quibus appellãtibus causa mihi delata ex Signaturæ referipto cum clausula *si quid exequen.*, dubium hodiè proposui, An mandatum A. C. esset exequen., & affirmatiuè responderunt DD. contra Personam, & bona propria Philippi Cæsaris tantum.

Crediti siquidem existentia controuerti nequit, cum id deducatur ex dotali Instru-
1 mento † iuramento ac obligatione Camerali
2 permunito, cuius virtus paratam † tribuit Creditori executionem etiam contra Debitoris hæredes *Gales. ad for. oblig. Cam. quæst. 2. numer. 12. Thes. decis. 26. nu. 11. Rota dec. 383. sub n. 4. in fin. & 630. num. 1. part. 1. rec. & dec. 460. num. 2. part. 9.*

Aditio verò hæreditatis cũ beneficio legis, & Inuentarij releuare minime potest Philippum Cæsarem ab huiusmodi onere, eo quia non docet de redditione rationis de bonis in
3 Inuentario descriptis, † qũa cessante cessare quoq; debet illius beneficium, adeout hæres adstrictus remaneat de proprio fauore creditorum, etiamsi hæreditariæ † vires non sufficiant
4 *Bald. in l. fin. §. in computatione numer. 3. C. de Iur. delib. Alex. in l. Postulante numer. 7. ff. ad Trebell. & consil. 18. numer. 14. vol. 5. Pban. de Inuent. in 5. part. numer. 130. inter tract. tom. 8. part. 2. Grat. cap. 931. num. 26. & seqq. Merlin. decis. 721. num. 1. & 2.*

Periti autem calculum firmantem valorem bonorum hæreditariorum consistere in scut. 12437. impensas verò ascendere ad scuta 14135. existimarunt DD. suffragari minimè posse pluribus innitentes rationibus, quas distincte recensere opere pretium duxi.

Prima etenim est, quod calculus pro fun-
5 damento habeat librum exitus, † & introitus per Arigonum compositum, & de illo adhuc in actis non constet, ideò deficiente libro, ad
6 quem calculus refertur, iste nullius est põderis, neque venit attenden. *l. si ità scripsero ff. de condit. & demonstr. Auth. si quis in aliquo C. de eden. Paris. cons. 94. numer. 22. lib. 1. Surdus cons. 313. nu. 50.*

Secunda est, quod in calculo non fuerint positi fructus ex bonis hæreditarijs percepti
7 de eorũ † natura fructiferis, qui non cedunt in commodum hęredis Beneficiati scientiam habentis de oneribus, quibus hæreditas subiacet, sed augumentum eiusdem hæreditatis
8 fauore † Creditorum, adeout de eis ratione non reddita mandatum relaxatum cõtra bona defuncti veniat exequen. contra hæredemmet, eiusque bona *l. item veniunt §. Item non solum ff. de pet. hæredit. Iaf. in l. vlt. §. In computatione num. 4. C. de Iur. deliber. vbi etiam Bald. in l. Debenti C. de pact. Guidop de Inuent. num. 17. Surdus decis. 92. num. 5. Peregr. de fideicomm. art. 49. num. 77.*, quia Inuentarij beneficium operatur, † vt hæres præseruetur à damno, ne teneatur vltra vires hęreditarias, non autem
9 quod fructus ei acquirantur in præiudicium
10 Creditorum *Bart. in l. Cum Emptorem in † fine ff. ad l. falcid. Thes. quæst. for. lib. 1. quæst. 10. numer. 29. Citiac. contr. 24. numer. 24. Buratt. decision. 245. num. 5. Peregr. de fideicomm. art. 49. numer. 77.*

Tertia quod præexistentia Creditorum, quę supponuntur soluta non † iustificetur in
11 parte, quinimo solutiones non sint in forma probanti, cum non fuerint recognitę quamuis pro parte Catharinæ fuerit oppositum, *cap. si quis in Auth. de Instr. caut. & fid. Dec. cõs. 615. num. 3. Rot. decis. 124. numer. 1. & decis. 170. part. 2. diuers. Ridolph. in prax. part. 1. cap. 2. nu. 135.*

Quarta quod soluerit legatarijs, alijsque nonnullis Creditoribus posterioribus non reputata fideiussione de restituendo potioribus licet Arigonus indubitatam notitiam haberet de antetiori credito Catherinæ enunciatæ in testamento Simonis, cuius vigore ad hæredi-
12 tatem † se admitti curauit *Bart. in l. Qui Romæ §. Duo fratres sub num. 13. & 14. vers. Post ex alio ff. de verb. oblig. Paris. cons. 46. num. 15. & seqq. lib. 2. Soccin. cons. 116. numer. 42. & seqq. lib. 1. Crot. cons.*
13 *sil. 335. num. 20.*; Ideoque resultat † manifesta mala fides soluentis, ex qua non remansit li-
14 beratus, sed de proprio satisfacere † debet Creditrici *l. Dote 41. ff. ad l. Falc. gloss. in l. fin., §. etsi prefatam, & ibi Alex. num. 7. C. de Iur. delib. Grat. disc. 532. num. 5. & 8. Thes. Inn. quæst. for. cap. 16. num. 7. lib. 2. Valesc. consil. 52. num. 38. in fin.*, qui
15 testatur † ita in praxi seruari *Seraph. decis. 1311. numer. 3.*

Hinc non vrget, quod legata deberentur ex dispositione Cosmi Guiducci Consocij in arte agraria Simonis, qui supponitur illius hæres; Tùm quia nullibi docetur de testamento Cosimi, ac successiua Simonis aditione, minusue de allegata societate, Tùm etiam quia hoc admisso non potuit Arigonus propria auctoritate soluere Creditoribus Cosimi, sed tenebatur Iudicem adire, ab eoque bonorum separationem obtinere, & sic nullibi illarum esset præiudicium soluendo cuilibet Creditori ex bonis † proprijs Debitoris

l. 1.

l. 1. Quotiens ff. de fer. & hon. Cauler. dec. 413. num. 3. & 4.

Remouetur quoque obiectum, quod aliquæ ex allegatis solutionibus factæ fuerint DD. Ducibus Cæsarino, & Caffarello pro pẽ-
17 sionibus, pro quibus eis competebat potioritas super bonis Debitoris ex affectu prouenientibus quia ass. affectus non iustificatur, præterquam solutiones non fuerunt factæ ex
18 effectibus, & fructibus affectus. † sed de pecuniis, quæ ratione incerritudinis non admittunt specialem hypothecam, proindeque ceteras Catherina super illis concurrere *Affict. decis. 190. Paris. cons. 60. num. 3. lib. 4. Surd. consil. 4. num. 11. & 12. Rota penes Stat. de Saluian. dec. 204. num. 2.*

Denique non extantibus bonis Simonis pro taxatione dotis Catherinæ à Simone Patre constitutæ ex est soluenda de bonis Pauli Aui possessoris per Arigonum, quæ obliga-
19 ta censetur pro dote † Neptis quamuis spuriæ non obstante quod ipse fideicommissa instituerit, cum deficientibus bonis Paternis, altera ascenden. ad talem effectum distrahi valeant *Peregr. de fideic. art. 42. nu. 38. & conf. 115. num. 4. lib. 5. Molin. de Primog. lib. 4. cap. 6. num. 14. Gurb. ad consuet. Messan. glos. 3. num. 15.*, quod procedit etiam in casu quo fidicommittens
20 id expresse † prohibuisset, cum non possit effugere obligationem à lure in suis bonis in-
21 fixam pro bono publico † matrimonium, scilicet contrahendo *Bald. in l. id quod Pauperibus num. 39. C. de Episc. & Clerie. Paleoth. de nat. col. 47 num. 6. Thes. decision. 211. num. 3. Vrsill. ad Affict. decis. 99. num. 5. Rota decis. 30. numer. 15. & 36. part. 7. recent.*

Quo verò ad alios fratres DD. dixerunt mandatum esse exequen. cum non constat de sufficienti additione hæreditatis Simonis.

Et ita vtraque, &c.

RESOLVTIO CAM. APOSTOLICAE ILLVSTRISS. D. GASTALDO

Postea eiusdem Camerae Thesaurario Generali.

In Causa Romana Expensarum.

Veneris 23. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Expensæ citationum, examinum registrorum & aliæ similes, quæ dicuntur iudiciales veniunt reficiendæ tanquam legitimæ & necessariæ, etiam si victus renunciet liti, quia renunciatio non potest fieri absque consensu partis, eoque magis quando victus non habuit iustam causam litigandi, & causa male olet.

SVMMARIVM.

1 *Expensa iudiciales quænam sint.*
2 *Expensa iudiciales tanquam legitimæ, & necessariæ*
veniri omnes refici debent, etiamsi victus liti renunciet, & nu. 3.
4 *Renunciatio litis dicitur pactum, & parit exceptionem pacti.*
5 *Renunciatio litis parte dissentiente non subsistetur.*
6 *Renunciatio litis facta prope conclusionem in causa non excusat ab expensis, quod declara, vt n. 7.*
8 *Probationum patrocinio potius, quam per non iuris alteris vincere melius est.*
9 *Iudex potest sententiare non obstante renunciatione partis aduersæ, illamque in expensis condemnare.*
10 *Sportula debentur Iudici post prolatam sententiam, etiamsi partes liti renuncient & nu. 11. & 12.*
13 *Sportulæ solui debent à victore earum repetendi à victa.*
14 *Declarantur nonnulli Doctores loquentes de talibus expensis.*
15 *Renunciatio litis renuncianrem ab expensis excusare solet, quod declara cum numer. 16. 17. 18. 19. & 20.*
21 *Renunciatio litis nimis sera facta induxit indicij elusionem.*

RESOLVTIO, seu DECISIO DXXII.

PRAEVIIS duabus sententijs altera Eminentissimi D. Camerarij, & altera Illustrissimi D. mei Acciaioli viarum Præsidis, fuerat absolutus Ioannes Baptista Barsotus ab impetitis per Donatum Gambirasium; ille verò non acquiescens, introduxit causam per appellationem in Camera, eaque commissa Illustrissimo D. meo Cæsarino, dubitatum fuit sub die 27. Martij proximi præteriti, An constaret de duabus conformibus, seu potius de causis restitutionis in integrum, & quoad primam partem dubij affirmatiua resolutione emanata, volens Gambirasius parcere vitationibus expensis cessit secunda die liti; & causæ, atque obtulit Barsoto expensas vsque in diem cessionis mediante deposito iuliorum decem, & obligatione soluendi residuum quandocumque illarum liquidatione sequuta, protestans non esse ad viteriora procedendum; Barsotus autem prætendens sibi soluendas fore etiam expensas pro sententia ferenda ab Illustrissimo D. meo Cæsarino, instetit causam expediri iuxta resolutionem Camerae, & in vim rei iudicatæ obtinuit taxari expensas etiam post cessionem liti, & causæ, quamobrem appellante Gambirasio ab excessiua taxatione, causa mihi commissa dubitaui hodie an constaret de excessiuitate, & negatiue resolutum fuit.

Si quidem taxatæ fuerunt tantummodo expensæ iudiciales consistentes, in citationibus, extractione scripturarum, examine testium, sportulis, & registris, aliisque similibus pro expeditione sententiarum; † Huiusmodi autem expensæ dicuntur certæ, quia de illis constat in actis *l. hac sententia C. de sentent. quæ sin. cert. quant. profer.* & omnes † tam quam necessariæ, atque legitimæ Victori refici debent. *cap. cum dilecti in fin. de dol. & contum. l. properandum §. sin autem C. de Iudic. vbi Iaf. num. 14.*

Rot.

Rota dec. 283. num. 1. par. 1. recent. & apud Duran. decis. 161. num. 1. & 2. Adden. ad Barat. decis. 921. num. 12.

Et quidem visum fuit reficiendas esse etiã
3 expensas post cessionem litis, & causæ, †quia licèt sit in potestate Actoris renunciare, & desistere *l. si quis libellos C. de appell. l. definitiue ff. de Iudic.* attamen renunciatio litis dicitur esse
4 pactum, & parit exceptionem pacti *l. postquam*
5 *liti C. de pact.* ita quod non releuat nisi † consensus vtriusque partis concurrat *l. 1. §. consentiens ff. de pact.* Eoque minus in præsenti releuare visa fuit ex quo Gambirasius Actor nedum passus fuit contra se ferri duas sententias conformes; At etiam expectauit resolutionẽ
6 Cameræ in tertia instantia, † & propè conclusionem in causa serò renunciauit *l. si rem quam §. quolibet tempore ff. de euict.* & facit quod notatur *in l. edita actio C. de eden. & in auth. qui semel C. quomod. & quand. Ind.*

Præterea etiam si teneret renunciatio, non
7 tamen † ipso iure remansit extincta instantia, sed bene potuit reus petere, quod procederetur ad diffinitiuam, vt esset securus de iure suo, quod per factum, & culpam renuncian-
8 tis potitum fuerat in dubio, † tùm quia expedit potius probationum patrocinio defendi, quam per desistentiam Actoris iuxtà notabilem *text. in l. si te C. de Ingen. & manum.* &
9 proinde † inuito etiam renunciante potest Iudex ad diffinitiuam procedere, & eum in expensis condemnare, vt optimè iuxtà superius allegata *tradit in terminis Bald. cons. 146. numer. 2. vol. 5.* Et ita sæpe sæpius resolutum fuit in Camera, signantèr verò *in Romana taxationis expensarum die 30. Octobris 1627. coram bon. mem. Vsimbardus, Romana expensarum 15. May 1654. coram Illustrissimo D. meo Palutio, Romana pretensæ contrauentionis 4. Februarij 1658. coram Illustrissimo D. meo Corsino, Ferrarien. expensarum 14. Februarij 1659. coram Illustrissimo D. m. Benatio, Asculana portus litterarum 9. May 1659. coram Illustrissimo D. meo Acciaiolo, & nuper in Romana retractus Vineæ, seu expensarum 23. Ianuarij præsentis anni coram Illustrissimo D. meo Caietano.*

Eoque magis in huiusmodi casibus reficiendæ debent expensæ quantumlibet factæ post ces-
10 sionem litis, † quia restringuntur ad sportulas pro sententijs, cum autem vltis scripturis,
11 excitatis motiuis, † auditis partibus iam fuerint discussa merita causæ, & resoluta dubia, proposita, certum est, quod sportulæ denega-
12 ri non possunt Iudici, † etiamsi partes liti renuncient, vel alias ad concordiam deueniant *Iaf. in §. tripli verò num. 58. Instit. de act. Cost. de ration. rat. quæst. 86. num. 12. Grat. discept. for. cap. 55. num. 15. & cap. 561. num. 34.* & sicuti victor il-
13 larum solutionẽ euitare non potest † dicuntur expensæ certæ, legitimæ, atque necessariæ, quæ sibi refici debent ex supra allegatis.

Nec applicantur in proposito *Grat. discept. forens. cap. 725. num. 28. Rot. apud Bellamer. dec. 14. num. 2. Merlin. dec. 261. num. 4. & in Sulmonen. Beneficij 5. Iulij 1659. §. & demum coram R. P. D.*
14 *Albergato*, alijque firmantes † quod renuncia-

tio litis renunciantem ab expensis postmodũ
15 factis excusare solet; †Id enim procedit quando renunciatur liti, & causæ ante latam sententiam, vel si lata sententia vlteriùs proces-
16 sum non fuit, † secus autem si post interpositam appellationem, & editam resolutionem fiat renunciatio, tunc enim illa non attenditur *Rota apud Consitul. dec. 110. nu. 6. & 7. impress. post tract. de manut. dec. 73.* atque in specie respondendo ijsdem authoritatibus supra allegatis *dictum fuit in Camerinen. Canonicatus 14. Martij 1661. coram R. P. D. Priolo, §. nec releuat.*

Neque visum fuit Gambirasium vllam
17 mereri excusationem, † quia in discussione meritorum causæ non bene oleuit lis ab eo
18 mota, † & quod peius est non sine protemia post duas sententias adhuc litigare voluit, cũ alioquin saltèm lata prima sententia debuis-
19 set à lite desistere, † quatenùs vellet post renunciationem ad vlteriores expensas non teneri *Dec. cons. 241. vers. vnde in casu isto, Natt. cons. 232 num. 4. Surd. consil. 437. num. 38. Rota in Oscen. exrensarum 5. Iulij 1649. coram Rev. P. D. Priolo §. vnde.* Immo ex eã nimis serotina renunciatione post resolutionem Cameralem
20 in tertia instantia apertè conuincitur, † quod in limine expeditionis causæ iudicium eludere tentauerit, & vsque ad vltimum temere litigauerit, *ad tradita per Dec. in cap. interposita §. illa denique num. 2. de appell. Scacc. de appell. qu. 17. limit. 2. num. 112. vers. Ratio huius declarationis.*

Et itaque vtraque parte informante &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO

Forosempronien. Transactionis.

Lunæ 26. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

Transactio facta calore litis, seù Vexationis, etiam extraiudicialis impugnari non potest, maximè post illius obseruantiam, & decursum plurium annorum.

SVMMARIVM.

1 *Transactio legitimi facta ab auctore impugnari non potest ab eius hærede, & nu. 25.*
2 *Vexatio licèt extraiudicialis dat legitimam causam transigendi.*
3 *Trebellianica competit hæredi gravato.*
4 *Filiæ legitimatæ non debetur legitima, quando in legitimatione apposita fuit clausula,* sine præiudicio venientium ab intestato, *quod fallit vt num. 5. & 6.*
7 *Filio fideicommissi onere gravato debetur legitima, & Trebellianica.*
8 Decis. 3. penès Merlin. de legitim. necnon decis. 135. coram Greg. *explicantur.*
9 Decis. 35. par. 8. recent. *explicatur.*
10 *Pupillus non potest testare.*
11 *Ætas quando ex baptismi libro desumi non possit, & nu. 13. 16. 17. & 19.*
12 *Nominis vniformitas non concludit Personæ identitatem.*

14 *Curator à Iudice datus excludit ætatem pupillarem.*

15 *Testes contra inducentem plenè probant.*

18 *Ætatis defectus pro testamenti invaliditate est concludenter iustificandus.*

20 *Hæres non potest impugnare factum defuncti, salvo tit. n. 21. & 22.*

21 *Transactio in dubio præsumitur valida.*

24 *Femina potius decepta, quàm decipiens præsumitur.*

26 *Læsio quando non intret, seu allio rescindens.*

DECISIO DXXIII.

TRANSACTIONEM inter Cleopham ac Cęsarem contractã super bonis Floriani fideicommisso suppositis, iterùm subsistere Domini censuerunt, licèt Catherina eiusdemmet Cæsaris hæres eãdemnouò de causæ falsitate, ac læsionis vitio enormissimæ redarguerit. Siquidem litis institutio, pro causa transigendi expressa in Instrumento, iustificationem legitimam ex iurata Cæsaris confessione assumit, † quæ nequit à Catherinæ hærede impugnari, *Rain. conſ.32.num.6.lib.1. Sund.conſ.151.num.19.& deciſ.72.num.8.ad finem & num.9.Rota deciſ.434.num.1.par.9.rec.* 1

Neque contrarium suadere poterit attestatio Archimistæ Ciuitatis Pisauri post reuoluta ibidem acta concludentis, actum nullum iudicialem præcessisse transactionem. Hęc enim attestatio non excludit alibi litem fuisse institutam quinimmò † hæc mentio litis in vexatione quoque extraiudiciali poterat verificationem assumere, pro causa transigendi legitima deseruiente, *ad tex.in l.2. C. de tranſact.* vbi quod futuræ quoque litis timor suffragatur, *glos. in l.1. in verbo qui tranſegit ad medium, ibi ſine extra iudicium fat. ff.eod.tit. Bart.in lucenſis 16.num.2.C.eod.tit. Alex.conſ.41.num.4.lib.6. Gratian.diſcept.forenſ. cap.476.numer.3. Rot.coram Canaler.dec.23.nu.2.* 2

Enormissima verò læsio concludenter exaduerso iustificanda, remoueri visa fuit ex calculo in decisione præterita recensito. Neque detrahi debet ex eo portio legitimæ, vel Trebellianicæ à Cleophã deducta, vti hærede ex testamento Hipolitæ filiæ Testatoris.

Siquidèm detractio Trebellianicæ † competebat Hipolitæ hæredi grauatæ *cap.Reinutius 16. & cap.Rainaldus 18.de teſtam. Rot.coram Caſ. de Graff dec.179. alibi n. in fine qui fil.ſint legitim. Canaler.dec.453.num.2.& dec.36.num.2.& 3. ex vsu Eminentiſſimo Domino meo Card. Ottobono.* 3

Legitima verò retardari eo sub prętextu non poterat, † quod eademmet Hipolita sub clausula, *ſine prædicitio venientium ab inteſtato*, legitimationis ius obtinuerit; Talis quippè clausula, filiam legitimatam, non arcebat † in casu proposito à cõsuetudine legitimę, quo Florianus non decessit ab inteſtato, nec Diambram, ac Catherinam sorores, & proximiores in gradu, sed ipsammet Hipolitam inscripsit hæredem, vt tradit *Coſ. de port. vxor. quæſt.156. num.8. Merlin.de legit.lib.1.tit.2.qu.9.num.25. Rot. penes eundem dec.62.num.35. cum aliis recenſitis in* 4 5

deciſione præterita. Cuius ratio ea videtur esse potissima, quod † venientes ab inteſtato tali casu de aliquo præiudicio conquerineqneãt, dum ipsorum exclusio ex testamento, ac ex Testatoris voluntate procedit, vt in specie tradit *Caſtreuſ.conſ.102.num.3. verſ. quæro par.2.* 6

debitam † proindè asserens filio fideicommissi onere grauato legitimam atque Trebellianicam, *Curt.Sen.conſ.73.num.8.poſt med.verſ.Peruſ.Gozzad.conſ.6.num.33.* 7

Neq; adductæ in contrarium decisiones aduersantur, decis. enim 3. *penes Merlin. de legit.* nec non † *deciſio 135. coram Greg.* loquuntur 8
in casu, quo filius legitimatus vna cum filijs legitimis, ac naturalibus concurrere velit ad portionẽ legitimæ, quibus ex prædicta clausula præseruata censetur integra portio legitimæ, ex iure inteſtati ipsis debita; † *in dec. verò 35.par.8. recent.* filius legitimatus exindè expellitur ab assequendo supplemento legitimę 9
quod pater portionem certam ipsi relinqueret pro toto eo quod ex sui hæreditatis asse consequi poterat, ac in legitimatione nedum clausula, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato*, interta fuerat, sed altera quoque videlicèt, aut alia valida dispositionę, vel aliis pro sui arbitrio, & voluntate absolutis, vt ex n.13. ac 19. aperte conuincitur.

Hoc autèm Testamentum Hipolitæ, ab anno 1611. exaratum, perperam exaduerso impugnatur, † quod eadem duodecimum 12
suæ ætatis annum nondum excesserat, iuxtà dispositionem *Text.in Lqua ætate 5. ff. de teſtam.* Hic enim defectus ætatis non valet † ex libro 11
baptismi Pisauri confecto desumi, licèt enim ibi de anno 1601. quædam Hipolita ex incertis parentibus Sacro Fonte ablata referatur, non tamen huius expressio nominis valet ad Hipolitam, de qua agitur referri. † Vel quia 12
nominis vniformitas dumtaxat personæ identitatem non concludit, *ex doctrina Bartoli communiter recepta in l. demonſtratio falſa num.14. ff. de condit. & demonſtr. & in l.inter ſtipulantem 83. §.1.num.13.ff.de verb.obligat. Corn.conſ.143.n.12. lib.2.& conſ.146.num.3.ad finem, ac num.4. lib.1. Maſcard.de probat.concluſ.375.num.2.& 3. Cyriac. contron.281.num.26.cum ſeqq. Rot.in Romana hæreditatis 7. Nouembris 1597. coram Orano.* Vel quia Florianus pater in præcibus Vrbini Duci porrectis pro impetranda legitimitate Hipolitę in lucem æditam eandem asserit de anno 1595. vt ex ipsomet legitimationis priuilegio desumitur, quod originale adesse conuincitur, nedum ex stemmate, ac subscriptione Ducis, sed ex trino quoque Auditorum ipsius caractere.

Hanc præterea ætatem legitimam suadet 14
Curator † à Iudice ante factionem testamenti attributus Hipolitæ, vt ponderatum fuit in decisione præterita, necnon etiam Testium depositio, ex Hipolitæ aspectu attestantium de ipsius obitu in decimoquarto, seù quinto ætatis anno subsecuto; Qui cum à Catherina, nedum † inducti fuerint, sed etiam re- 15
producti contra ipsam plenum debent gradũ probationis constituere, vt in fortioribus ter-

mònia de ipſe ſcilicèt vnico, tradit *Barſitt. conſ.89.num.11.lib.1.Honded.conſ.84.nu.50.& 51 lib.2.Rot.dec.344.num.2.par.1.recen. & in Romana Pecuniaria 9. Iunij 1650. in §.verumtamen ad fin. coram me.*

Hinc non vrget, quod in Caſtro S. Hipoliti patrio Teſtatoris ſolo, necnon Foroſempronij, ac † Aeſij diligentiæ quam plures licèt adhibitæ fuerint, nulla tamen mulier ſub hoc nomine Hipolitæ in baptiſmali libro legatur, perinde ac ſi Hipolita baptiſmi fonte abluta Piſauri de hac debeat præditari.

Hæc enim diligentia in caſſum repetita, cenſetur, dum Hipolita alibi, quam in locis 17 ſupra relatis natale † ſolum potuit ſortiri, præſertim quia Florianus patet, vti artis me- 18 dicę profeſſor † varium ſæpè incolatum obtinebat ex Teſtium depoſitione, atteſtantium præterea de anno duntaxat 1600. ipſum appuliſſe Piſaurum, neque incolatum ſemper 18 ibi traxiſſe. † Et dum teſtamenti validitas ex eius diſpoſitione præſumitur, ætatis proinde defectus concludenti debet probationum genere eluceſcere, *ad tex. in l. ſi pars 10. ff. de inoff. teſtam. l. ſi poſt diuiſionem 4. vbi Bartol. num. 5. C. de iur. & fact. ignorant. l. ſcriptum 11. ibique Bald. in prim. C. de probat. idem Bald. in l. iure noſtro 26. §. propter litem num. 2. ff. de teſtam. tutel. Rota dec. 96. num. 5. par. 7. rec.* vbi quod ſpecialis non autem præſumptiua probatio exquiritur quoad ætatem. 19 † Perſpectis ſupra relatis potiſſimè coniecturis, ſuadentibus contrarium, necnon confeſſione Cæſaris, qui ex receptione pecuniæ ſcutorum quatuorcentum ab Hipolitæ Floræ filiæ, ac ſibi legatæ, de ipſius ætate legitima informatus extitiſſe præſumitur, necnō 20 teſtamentum acceptaſſe cenſetur, † ita vt illud à Catherina ex eiuſdem perſona nequeat impugnari *ad tex. in l. ſi pars §. illud, & in l. ſi is, qui 31. §. ſi hæres verſ. diuerſum ff. de inoff. teſtam. Bart. in l. vlt. §. ſi legatario ff. eod. tit. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 429. num. 21. Roc. in Romana de Pratis 4. Decembris 1623. coram Manzanedo,* † donec ſaltem inualiditas Teſtamenti concludenter innotęſcat, *per tex. in l. ſi poſt diuiſionem 4. C. de iur.* 22 *& fact. ignor.* † vbi quod acceptatio teſtamēti inualidi, ſubſecuta ex ignorantia præiudicium nullum irrogaſſe cenſetur, latè *Barbat. in l. poſt legatum 5. ff. de his quibus, vt indign. Gratian. ad diſcept. 429. num. 22. cum ſeqq. num. 31.*

In quam Domini ſententiam eò facilius 23 inclinarunt, † quod pro tranſactionis validitate debet in dubio pronunciari *Ber. conſ. 176. num. 15. vol. 1. Surd. conſ. 451. num. 18. & 19. Aym. conſ. 151. num. 33. Rot. in Romana fideicommiſſi de Barriſanis 27. Iunij 1650. in §. nec quicquam coram R. P. D. nunc Criſo,* præſertim in caſu propoſito, quo tranſactio hæc nedum cum fœmina cō- 24 tracta fuit, quæ ex † fragilitate ſexus deceptioni potius præſumitur obnoxia, quam quod alios ipſa deceperit, *l. 1. vbi gloſ. & in l. & quidē C. de legit. tutel. l. 1. cum ſeqq. Cod. ad Senat. Conſul. Velleian.* latè *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 32. num. 1. cum ſeqq. Rot. in his terminis in Bononien. fideicommiſſi de Bonfilijs 24. Ianuarij præteriti, in §. quę vero poſt mod. coram me.* Verùm etiam, quia quadraginta ſeptem annorū cuſtodiā 25 penes Cæſarem tranſigentem, † tùm penes ipſius hæredem in viridi obſeruantia extitiſſe conuincitur, iuxtà diſpoſitionem *tex. in cap. contingit 3. de tranſact. Decian. conſil. 28. num. 11. lib. 3. Pariſ. conſ. 3. nu. 26. lib. 4. Rot. dec. 715. in fine par. 2. & dec. 86. num. 7. par. 6. recen. & in Bononien. fideicommiſſi de Bonfilijs 5. Maij 1662. in §. ex ſiquidem, & in §. hinc coram me,* vbi præterea ſancitur in facto quoque dubitali tranſactionem poſſe iniri.

Cenſuerunt paritèr Domini ſubſiſtere detractiones Cleophæ comperentes prò legatis in ſumma ſcutorum 3035. per eam perſolutis, ſiuè ex cauſa dotis eidem debitæ in ſumma ſcut. 2500. ac legati ſcutor. mille à Floriano viro ipſi attributi; Quorum perſolutio, eo ſub prætextu non poterat euitari, quod ex ſubtractione bonorum hæreditariorum poſſet ſatisfacta præſumi, dum ex ipſo Inuentario per Cleopham vti vſufructuariam expleto ſatisfactio hæc penitus remoueatur.

Quinimmò in calculo ex parte Catherinæ exhibito plura deſcripta aſſeruntur erroneè, ac ſignanter Prædium Pontani, quod licèt fuerit prò 1500. à Teſtatore coemptum, dum tamen ſcuta duntaxat quatorcentum ad cōputum perſoluerat, prò hac ſumma duntaxat, non autem prò integro valore apponi debuerat in calculo.

Ex capite denique læſionis actio prò reſciſſione contractus Catherinæ non tribuitur, donec prius per Cęſarem authorem ſuum re- 26 cepti reſtitutio ſubſecuta fuerit, † quicquid dicendum foret in caſu, quo ex ſola falſitatis cauſa impugnetur ipſa tranſactio, *l. ſi diuiſa 14. C. de tranſact. Gonçal. ſuper reg. 8. gloſ. 27. nu. 22 & gloſ. 96. num. 150. Affliict. dec. 220. numer. 4. Rota coram Put. dec. 353. num. 6. lib. 1. & dec. 7. nu. 2. cum ſeqq. par. 6. recent.*

Et ita vtraque &c.

REVERENDISSIMO CERRO DECANO

Poſtea S. R. Eccleſ. Cardinali.

Romana Domus.

Lunæ 26. Februarij 1663.

ARGVMENTVM.

Maritus emens propriis pecuniis non Vxori, ſed ſibi acquirit licèt tàm ſui, quàm Vxoris nomine emere, quia dicti nominis expreſſio ſapit donationem, quæ eſt prohibita.

SVMMARIVM.

1 *Nomen ex intervallo appoſitum in ſcriptura dicitur ſimulatum.*

2 *Acquiſitio illius eſt qui pretium ſoluit.*

3 *Stipulatio viri prò vxore ſapit donationem, quæ eſt inter eos prohibita, & nu. 4. & 5.*

6 *Acceptatio rei vtilis infertur à ſola ſcientia, dolitio, vt num. 7. & 8.*

9 *Notarius non poteſt abſentem obligare in contractibus*

tibus correſpectiuis, & onerosis.
10 *Acceptatio in abſente, quando requiratur expreſſa, & quando tacita ſufficiat, & nu.* 11.
12 *Qui de re, nec in vita, nec in morte diſponit ſatetur non eſſe ſuam: tanto magis ſi fuerit præſens alterius aſſertioni, & num.* 13. & 14.
15 *Teſtes ſibi contrarij, & mendaces nihil probant.*
16 *Confeſſio geminata Aduerſarij magis probat, quàm iidem Teſtes.*

Eſt ſupra in eadem cauſa in Miſcellanea altera deciſio ſub die 19. Aprilis 1660. coram eodem Eminentiſs. Cerro.

DECISIO DXXIV.

CONFIRMARVNT hodie Domini deciſionem coram me emanatam die 19. Aprilis 1660. in qua fuit Antonio Fabrino denegata manutentio, & reſpectiuè immiſſio in poſſeſſionem portionis domus, de qua agitur in vim teſtamenti materni, eo quod non probatur eſſe hæreditariam Angelæ, ſed Alexandri Patris, qui tanquam primus acquirens titulo oneroſo, potuit de illa diſponere, eamque vinculo fideicommiſſi ſubijcere ad fauorem d. Antonij filij, ac nepotum ex Franciſco altero filio prædefuncto.

Non enim ſubſiſtit, quod domus æqualiter acquiſita fuerit per Alexandrum, & Angelam coniuges; nam ex inſtrumento anni 1586. conſtat Alexandrum tantùm, nulla facta mentione vxoris, domum acquiſiuiſſe, ſoluendo pretium Venturæ venditori, augendo canones, eamque notabiliter meliorando,
1 & licèt poſtea † in Inſtrumento anni 1595. nomen quoque vxoris expreſſum fuerit nihilominus vel dicendum eſt nomen vxoris fuiſſe ex interuallo in dicto inſtrumento anni
2 1595. ſimulatè appoſitum, † cum acquiſitio fiat illi tantùm, qui pretium ſoluit, vt concludit *Roman. conſ.* 291. *nu.* 11. *circa med. cum aliis in deciſ. allegg.* vel in omnem caſum huiuſmodi
2 ſtipulatio Alexandri pro Angela † ſapit donationem prohibitam inter virum, & vxorem, tàm ſattenta diſpoſitione iuris communis, quàm Statuti Vrbis *lib.* 1. *cap.* 135. *vt in deciſ.* §. *nec refert.*

Præcipuè cum domus fuerit per Alexan-
4 drum acquiſita abſente † Angela vxore, nec docetur ipſam huiuſmodi acquiſitionem eius
5 nomine factam vnquam † approbaſſe, ſeù ra-
6 tificaſſe, vt requiritur. † Nil refragante quod ex ſola ſcientia ſtipulationis præſumatur acceptatio, vt in terminis mariti acquirentis emphyteuſim pro ſe, & vxore conſuluit *Dec.*
7 *conſ.* 58. *num.* 2. † Tùm quia id poſſet habere locum in contractu merè lucratiuo, & in donatione gratuita: tunc enim ex ſola ſcientia donatarij inducitur acceptatio, cum non præſumatur velle repudiare rem ſibi vtilem *Menoch. conſ.* 1153. *num.* 113. *Rot. dec.* 428. *nu.* 12. *par.* 4
8 *tom.* 2. *recent.* † Secus verò quando vt in caſu noſtro, acquiſitio habet mixturam oneris, attenta obligatione ſoluendi canones, aliaq;

adimplendi ad formam inueſtituræ, quo caſu cum poſſit Angelę donatarię damnum afferre, non inducitur ratificatio ex ſimplici ſcientia, ſed neceſſarius erat explicitus eius conſenſus, vt in propoſito benè declarat, *Altograd. conſ.* 37. *num.* 11. & 12. *lib.* 2. & *prater adductos in deciſ.* §. *neque dicatur, firmauit Rota in Bononien. donationis* 27. *Iunij* 1661. *coram R.P.D. meo Beuilaqua* §. *non relenat replicatio in fin.* & *prius in Romana Cenſus coram Bichio penes Merlin. de pignor.*
9 *deciſ.* 35. *nu.* 5. vbi quod in † contractibus correſpectiuis, & onerosis, nulla lege, aut ratione cauetur, quod Notarius poſſit abſentem obligare abſque eius conſenſu.

10 Tùm etiam [quia acceptatio † ad effectum acquiſitionis dominij, ſeù poſſeſſionis, vt in caſu noſtro, omninò requiritur, licèt ſecus ſit
11 ad effectum irreuocabilitatis contractus † ex parte donantis, ſeù promittentis, ad hoc ne poſſit pœnitere, & à contractu recedere ante ratificationem abſentis, iuxtà diſtinctionem quam ſequitur *dec.* 683. *nu.* 4. *par.* 1. *diuerſ. Card. Seraph. dec.* 472. *num.* 3. *late Add. ad Gregor. dec.* 97. *num.* 8. vbi quod cum hac diſtinctione reducuntur ad concordiam *dec.* 12. & 262. *par.* 2. *rec.* quæ inter ſe videbantur contrariæ.

Et hodie ceſſat quælibet præſumpta acceptatio Angelæ, non ſolum ex ponderatis in *dec.* §. *quinimo*, dum ipſa de hac domo, ſeu eius
12 rata parte, † nec viuens, nec in teſtamento
13 diſpoſuit, † ſed etiam ex propria eiuſdem cõfeſſione, quod ſit hæreditaria mariti, emiſſa tàm in confectione inuentarij, cui fuit præ-
14 ſens, † quam in monitorio obtento ab A.C. ne moleſtaretur à creditoribus Summ. Ioannis Andreæ *num.* 5. & 10. quam propterea confeſſionem Antonius hæres impugnare non valet.

Non obſtant Teſtes nuper examinati pro parte Antonij deponentes de confeſſione extraiudiciali Alexandri præſente Angela vxore, quod pars domus ad eam ſpectabat dicto Summ. Antonij *nu.* 2. Quoniam viſum fuit
15 DD. dd. teſtes non eſſe attendendos, † tanquam ſibi contrarios, & de mendacio conuictos, dum alias contrarium depoſuerunt, nempè domum ſpectare ad Alexandrum, ac perinde nulla venit eis adhibenda fides *l.* 2. & *l. qui falſo, ff. de teſtib.*

Præſertim, quia dictis Teſtibus aduerſantur geminatæ confeſſiones tàm Antonij, qui in aditione hæreditatis Alexandri patris in Inuentario deſuper confecto, & in iudicio detractionis legitimæ aſſeruit dictam domum eſſe hæreditariam patris, approbando relationem Periti cum dicta qualitate d. Summ. Io. Andr. *num.* 6. 7. & 8. quam etiam eiuſdem Angelæ in confectione inuentarij, & in mo-
16 nitorio præmemoratis, † quibus confeſſionibus geminatis, & ſeriò emiſſis, magis deferendum eſt, quàm dictis teſtibus *Gabr. de teſt. concl.* 4. *num.* 77. *Rot. coram Verall. dec.* 283. *numer.* 6. *par.* 3. & *coram Gregor. dec.* 367. *num.* 3. & *ibi Add. num.* 7.

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. BEVILAQVA

Amerina Hæreditatis.

Lunæ 6. Aprilis 1663

ARGVMENTVM.

Testamentum ex quibus desumatur falsificatū, & contrarium voluntati Testatoris in hac decisione luculentèr pertractatur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum quando non sit exequendum.*
2 *Notarij mendacium inducit in testamento maximam falsitatis suspicionem.*
3 *Notarius est obligatus seruare protocollum, seu originale scripturarum, illudque ad omnem interesse habentium comoditatem exhibere, vt nu.4.*
5 *Notarij falsitas ex quibus desumatur in testamento, & num.6. 7. & 13.*
8 *Testatoris confessio contraria irritat testamentum tanquam suspectum de falsitate, & nu.9.*
10 *Testamentum continens plura conuenientia in prioribus dispositionibus præsumitur verum quod fallit, vt num.11. & 12.*
14 *Testamentum continens dispositionem fauore pia causa non præsumitur falsum quod fallit, vt num.15. 16. & 17.*

DECISIO DXXV.

IN vim quarti, & vltimi Testamenti à Sophonisba conditi præuia decisione sub die 28. Iunij 1659. coram Reuerendiss. D. Papiensi tunc Sacræ Rotæ Auditore decreta fuit immissio Ven. Cappellæ Sanctæ Mariæ Succursus hæredis scriptæ; Commissa verò causa appellationis R. P. D. meo Priolo emanauit sententia primæ reuocatoria, & pro illius cōfirmatione die 16. Iunij anni præteriti coram R. P. D. meo Bourlemont prodijt resolutio, hodie corā me in locum ipsius absentiæ cōfirmata ex eodem fundamento, quod † quotiescumque contra Testamentum alioquin in nulla sui parte vitium visibile continens concurrunt vrgentes coniecturæ, & præsumptiones orientes ex vitio latente, & intrinseco, & non agitur ad illud falsum declarandum, sed nè ei detur fides, tunc ob suspicionem falsitatis ex coniecturis resultantem hæres non mittitur in possessionem, vt distinguunt *Mandell. de Alba in conf.99. à num.3. Mascard. de probat. concl.740. num.7. Farinacc. de falsit. & simulat. qu.152. num.16. & alij relati in decisione R. P. D. mei Prioli, sub die 8. Martij 1660. §. quamuis, & Modern. Fulginaten. discept. for. 53. num.39.* probat *Natta conf.633. num.3. cum seqq. Surd. consil.6. sub num.4. Farin. conf.108. num.8. cum seqq. & consil.109. nu.6. lib.2.*

Et aliquas ex dictis coniecturis iterum Domini examinando ea in primis vrgens visa fuit, quæ deducta fuit ex responsione data per Notarium de testamento rogatum, is enim requisitus ad exhibendum vltimum, si forte vltra tertium Sophonisba ordinasset absolutè affirmauit non fuisse conditum, ex quo mendacio † oritur maxima falsitatis suspicio, quia si aderat, & ipsi rogato de eo melius quàm alijs innotescebat non debuit mentiri, *Bart. in l. vnus, & l. fin. ff. de quæst. Port. Imol. consil. 94. num.33. Farin. conf.109. sub num.5. lib.2.*

Altera huic affinis, & non minus concludens sumitur ex eo quia dictus Notarius ex debito sui officij † protocollum, seù originale seruare obligatus, *Mandell. de Alba conf.165. num.30. lib.2. Curt. sen. conf.55. num.18. Rero. consil.1. num.20. 21. 27. & 64. lib.1.* Et ad partis, ac aliorum † interesse habentium exhibere, *Curt. Sen. vbi proximè Conar. pract. quæst. cap.19. num.3. vers. de Tabellione Osasc. decis. 19. num.18.*

Nedum vt suprà † negauit rogitum testamenti, sed diù distulit illud in lucem edere, & producere quinimò passus fuit † possessionem Testatricis per Dominicū in tertio Testamento hæredem scriptum apprehendi in præiudicium Cappellę in hoc vltimo institutæ, & cuius indemnitati ipse vti Prior tenebatur consulere, † quare ex ijs omnibus, & præcipuè ex tarditate productionis subintrat suspicio falsitatis, *l. si quis forte 6. §.1. ff. de pen. Crauett. conf.6. num.8. & conf.28. num.6. Bertazzol. conf.521. num.28. Giurb. conf.96. num.21. Osasc. decis.117. num.9. Farin. conf.11. num.3. lib.1. Cassad. decis.3. num.3. de appellat. Mascard. de probat. concl.740. num.17.*

Tertia omissis alijs in decisionibus recensitis, & quidem potentissima resultat ex eiusdem Sophonisbæ † assertione probata per eius confessarium, & alios Testes, quod aliud testamētum non condiderat, nec institutionem Dominici in tertio factam reuocauerat, sed Codicillos ordinauerat, ibique certa legata in testamento non expressa addiderat; dum ergō Testatrix non habuit intentionem quartum testamentum faciendi, & cum effectu haud condidisse asseruit, id auget suspicionem fuisse deceptam, credens in sua dispositione contineri Codicillos non testamentum † inde insurgit vt controuersum non sit fide dignum ad effectum, de quo agitur, vt perpensa hac coniectura responsum fuit *in d. decisione D. mei Prioli §. vrgentissima, & comprobant tradita per Soccin. Iun. in conf.183. sub num.19. vers. tertio, & potissimè lib.2. Corn. in conf.232. sub num.4. lib.1. & in istis terminis illis relatis ratiocinatur, Io. Baptista Spad. in conf.92. num.24. & 25. lib.1.*

Nec refert quod plura contenta † in hoc vltimo Testamento conueniant dispositis in primo, & secundo, quia cum ijs idem Notarius esset rogatus, & ob id esset in sua facultate illa † videre, & in vltimo adijcere, inde non tollitur suspicio ex prædictis concludentissimis coniecturis resultans circa institutionem hæredis contra mentē Sophonisbę Confessario, & alijs declaratam, quod ab institutione facta fauore Dominici non recessit, quando † enim scribitur plus vel minus eo quod erat de mente contrahentium, non solùm intrat suspicio falsitatis, sed falsitas ipsa, *cap.1. de crimine falsi, Hostien. in summa §. qualiter eod. tit. Bart. & Bald. in l. Presbyteri, C. de Episc. & Cleric.*

Cleric. Marsil. in rubr. num. 3. & 11. ff. ad l. Cornel. de falsis Cephal. conf. 138. num. 25. Farin. consil. 12. num. 6. lib. 1.

Non vrgent depositiones Testium super rogitu testamenti, & existentia illius. Vtrumque enim à Dominico collitigante admitte-
13 batur, At nec unimus † cessat suipscio falsitatis in alteratione institutionis, & appositione clausularum insolitarum post obitum Testatricis tàm ex supra deductis, quàm ex diuersitate atramenti Caracteris, & alijs additionibus *Cravett. conf. 134. num. 27. Mascard. concl. 740. num. 37. Farinacc. in præcit. conf. 12. num. 19. cum seq.*

Non facit, quòd in præsenti testamento institutus fuerit locus Pius, nullaque aderat causa, ob quam possit aliunde voluisse com-
14 mitti falsitatis crimen, † quia licèt pro pia causa stet præsumptio; vbi tamen, vt hic, ex deductis, & signanter ex assertione disponentis aliter de eius voluntate appareat, tunc præ-
15 textus † piæ causæ non attenditur, sed id quod voluit Testator *Bald. cons. 254. in fin. lib. 1. Socin Iun. cons. 120. num. 30. & 31. lib. 1. Corn. cons. 302. num. 2. & 3. lib. 4. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. cap. 19. num. 10. vers. nullam esse Mascard. de probat. concluf. 1170. num. 76. & 77. Sanct. discept. forens. cap. 662. num. 15. Rota in Romana executionis Laudi 14. Iunij 1647. §. potissimè coram bon. mem. Arguelles.* † Et in dubio etiam procedunt alia
16 deducta pro testamento † non autem stantibus præsumptionibus in contrarium, quarũ
17 dare sufficiunt, vt illud non probet, vt tradit *Ofasc. dec. 117. in fine.*

Et ità fuit concluſum standum esse in decisis vtraque parte informante.

R. P. D. BOVRLEMONT,

Sanonen. Pecuniaria.

Lunæ 15. Februarij 1666.

ARGVMENTVM.

Ex mutuo non debentur fructus licet contracto inter mercatores, qui habent promptam occasionem negociandi pecunias, nisi concurrentibus requisitis Pauli de Castro.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum non est fructifera, quinimmo fructus ex eo indebitè percepti extrompuntur in sortem, & nu. 2. & 18.*

3 *Mercatores non solent pecunias otiosas tenere.*

4 *Mercatoribus non est concessum ex mutuo fructus percipere nisi concurrentibus requisitis Castrens. & nu. 5.*

6 *Occasio remota, & ambigua pecunias reinuestiendi non suffragatur ad faciend. fructus suos, quod declara vt nu. 7. & 9. & 10.*

11 *Vsura pro futuro tempore taxari non possunt.*

12 *Cedisio debiti est concludenter iustificanda secus vt nu. 13. & 14.*

15 *Vsura regulariter solent palliari.*

16 Text. in l. curabit explicatur, & nu. 17.

19 *Pecunia propria, non aliena facit fructus.*

DECISIO DXXVI.

RESPONSVM fuit pro Confirmatione sententiæ Rotalis declarantis exactiones factas à Ioanne Thoma Messea vt deterret repetitionẽ mutui duplatum 500. esse illicitas & ideò in sortẽ imputandas, & in exitu restituendas cuius sententiæ validitas sicut ex actis desumebatur, ita & Iuditia reddebatur euidens ex decisione antecedentis sententiæ 31. Martij 1664. Coràm R. P. D. meo Taia.

1 Et cum ageretur de mutuo † certum erat pro eo fructus legitime percipi non potuisse *per text. in l. vsura pecuniæ in ff. de verb. signif. & in l. rogasti §. si tibi ff. si cert. pet. & in c. consuluit, & in cap. nauganti de vsur. & traducit ibidem Communiter Canonistæ vt dixit Rota in Romana quatuor Dominorum 21. Iunij 1648. §. non obstat coram bo. mem. Peutin. & plenè in Viterbien. transactionis 11. Decembris 1658. & 9. Maij 1659. coram Eminentissimo Domino meo Celsò, & in decisione huius causæ coram Rev. Pad. D. meo Taia*

2 §. *exprimente* legis Minuterio † vsuræ Imputantur in sortem & si quid fuerit vltra eam solutum restitui debet ad *l. Iudebitas 15. C. de vsur. & bene Rota decis. 289. num. 5. part. 4. conf. 3. recent. & decis. 409. nu. 29. & 30. coram bon. mem. Merlino, & in allegat. Viterbiensis transactionis*

3 quamuis etiã ageretur † inter mercatores quĩ licet vt plurimum nõ soleãt pecunias otiosas retinere sed ex eis lucrum percipere quia-
4 tamen quandoque etiam dãnum patiuntur † Ideo ex solito tantum negotiandi non admittit Rota licitè vsuras exigi posse ex mutuo, vt planè *in Sticien. Pecuniaria 10. Februarij 1640. coram bo. me. Bichio impress. & Merlin. dec. 29. probatur & in dd. Viterbien. coram Eminentissimo Cel-*
5 *so*, sed † concurrentibus solummodò requisitis *Castren. in l. 3. §. fin. de eo quod certo loco* de quibus aut visum est constare in casu de quo agitur nam quamuis testes dati in decis. coràm R. P. D. meo Taia deponant Messeam esse solitum negotiari prompteque & faciles esse-
6 occasiones Inueniendi in Castro Dinarij † inde tamen non resultat proxima, & determinata voluntas, & potentia certi Inuestimenti, & lucri sed remota & ambigua, *vt practice dixit Rota in dict. decis. 29. pro vt Merlin. de pignor. num. 3.* adeò vt remanserit indeterminata voluntas creditoris circa hoc vel illud Inuestimentum, † & ob id incertum est lucrum fa-
7 ciendum cum tamen ad effectum vt possit legitimè percipi vsura non sufficiat occasio generalis, sed exigatur specialiter & individua
8 & † quia sanè visus fuisset Creditor si ex culpa debitoris non soluentis pecunias non defecisset *vt Castren. l. c. vlt. ibi* quod habuit pre manibus mercantia ex qua fuisset lucratus quem referit cum alijs innumeris *Rota in decis. huius causæ coram R. P. D. meo Taia §. quia tamen & dict. decis. 29. post Merlin. nu. 3. & strictius prosequitur sub nu. 4.* † vbi quod non sufficit sit lucrum sit in sola possibilitate, sed debet esse in actu,

vel quasi quia tunc verè diceretur peti quid certum & *dixit Rota in Senogallien. Pradij 17. Iunij 1644. & 25. Iunij 1645. & in Terracinen. pecuniaria 4. Iulij 1639. coram Reuerendiss. Domino meo Papien. & prius in Romana Cambij 4. Decembris 1658. §. quia hæc attendantur coram Ren. D. meo Decano, & in Colonien. Pecuniaria 26. Maij 1653. §. respectu verò coram Reuerendissimo Segobien.*

Quæ cuncta fortius procedunt si pro hoc interesse fuerit anticipata quia si dicitur incerta possibilitas lucri probata ex eo quod iam creditor, vel alius emendo, vel inuestiendo diuersam pecuniam lucratus est vti firmatur in omnibus decisionibus supra allegatis.

Quãto certius est in casu de quo agitur vbi de tempore factæ solutionis absolute ignorabatur quidnam lucratus fuisset quodque relatiuè ad alia lucra in similibus negotijs facta
10 poterat deprehendi dum † ex dubio futuri lucri & damni possibilitate pendebat propter quam † Incertitudinem, & acrius vniuersaliter damnatur anticipata solutio vsurarum †
11 quæ nunquam pro futuro tempore possunt taxari nec solui vt *tradit Io. Andreas in cap. Salubriter. In princip. de vsur. Gam. decis. 110. nu. 28. late Spad. conf. 20. num. 1. & seqq. lib. 3. Rota decis. 215. & 315. numer. 6. part. 2. diuers. & post 2. volum. conf. Farinac. decis. 325. & dec. 331. vtrobique n. 1. & coram Merlin. dec. 21. nu. 2. & in d. Colonien. pecuniaria pluries allegata.*

Quarum vsurarum imputatione in sortem, seu restitutionem euitare non potest Messea allegando, quod non constet solutiones in
12 dicta causa fuisse factas quodq; cum agatur † conditione indebiti opus sit cõcludenter illud probare vt veniat restituen. *ex frmatis per Rot. in Panormitana pensionis 1. Decembris 1642. coram bo.me. Dunozetto.*

Quia quidquid in solutione de Iure permissa licèt de facto indebita vt erat in casu di-
13 ctæ decisionis † secus est in solutione vsurarum pro mutuo à Iure damnata & improbata in quarum repetitione non grauatur actor tam rigorosa probatione prout in conditione
14 alterius indebiti, † sed sufficit etiam exacta & præsumptiua licèt hic ex pluribus habeatur plena & concludens *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 122. num. 3. Vgol. de vsur. cap. 27. §. 3. vers. ad proband. Mantic. de tacit. & ambig. lib.*
15 *8. tit. 19. num. 11. & 20.* quia † regulariter vsuræ solent palliari *vt ait Mascard. de probat. conclus. 447. num. 31. Grat. de except. 25. num. 15. 28. 22. & Cate Corgosti per Scacc. de Indic. lib. 2. cap. 9. lib. 8. n. 305. & seqq.*

Non obstant quod Carentij emerint ex pecunia mutuata quoddam prædium, & ideò
16 debeantur saltem fructus † percepti ex re cum sua pecunia comparata ex æquitate *b. earabit. de all. comp.*

17 Quia textus † procedit solum fauore dictæ rei venditæ si pretium non fuit solutum non
18 mutuanti † qui nil potest lucri percipere. *Iuxta dictum Euangely* mutuum date nihil inde sperantes &. in puncto fuit animaduersum in *d. Colonien. pecuniarum §. finali coram Reuerendiss.*
19 *simo Segobien.* & fructus spectant ad Carentios. vti quæsitos ex pecunia in eorum Dominio translata non ex aliena, *vt bene dixit Rota decis. 458. num. 4. & 5. coram Coccin. & decis. 409. n. 39. & 40. corã Merlino quæ sequta fuit nuperrime Rota in Romana Societate officij 9. Decembris 1665. coram me §. fin.*

Non obstantibus laudo & sententia ob eorum nullitates & Iniustitias egregiè firmatas in decisione Antecedenti Instanti, *sed coram R. P. D. meo Taia §. nec visum & alijs seqq.* cum quibus transierunt.

Et ita altera tantum parte Informante decis. iterum atque iterum alia citata, & expectata &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Regien. Beneficij.

Mercurij 16. *Nouembris* 1667.

ARGVMENTVM.

Iuspatronatus reseruatum fauore familiæ quando comprehendat fœminas, & quando sit transitorium ad extraneos latè in decisione declaratur.

SVMMARIVM.

Iuspatronatus comprehendit fœminas quando dictio taxatiua fuit limitate apposita fauore masculorum, vt ipsi donec extant præferantur fœminis, & n. 3. & 4.

2 *Verba* donec, & quamdiu *in Iurepatronatus apposita important temporalem exclusionem fœminarum.*

5 *Iuspatronatus non comprehendit fœminas quãdo est Ordinatum pro masculis tantum, quod declara vt num. 6.*

7 *Statutum Regien. non extantibus masculis vocat ad successionem fœminas.*

8 *Fundator Iurispatronatus præsumitur sese conformare voluisse cum statuto loci.*

9 *Fœminæ sunt extraneæ præferendæ in materia fauorabili, declara vt nu. 11.*

10 *Fœminæ simpliciter exclusæ non possunt post masculos regredi ad successionem.*

12 *Coniectura cornunis stante veritate in contrarium.*

13 *Fœminæ censentur exclusæ à fideicommisso, si nulla de eis fit mentio in dispositione.*

14 *Vocatio agnatorum masculorum coniuncta excludit fœminas.*

15 *Dictio taxatiua* tãtum *repetita in agnatis masculis excludit fœminas & num. 16. & 17.*

18 *Decis. 581. Bichij declaratur.*

19 *Verba debent interpretari secundum subiectam materiam.*

20 *Dispositio gradatim facta debet per Ordinẽ seruari, & num. 21. & 22.*

23 *Iuspatronatus non est regulandus ad modum exclusionum generalium, sed iuxta casus ad quos fuit restrictum, & num. 24. & 25.*

26. De-

16 *Declaratio licet facta ex intervallo ſuffragatur.*

17 *Simplex aſſertio nihil valet.*

18 *Quaſi poſſeſſio probatur ex præſentatione, & inſtitutione, ſubſequuta.*

In eadem cauſa habetur infra altera deciſio ſub die 19. Iunij 1667. coram eodem R. P. D. Bourlemont.

DECISIO DXXVII.

CONTRA deciſionem emiſſam coram me ſub die 9. Aprilis 1666. hodie plurima opponebantur. Quibus tamen per DD. reiectis vti parùm vrgentibus, in deciſis ſanctum eſſe decretum eſt.

Quicquid enim Informãtes pro Zannichio allegare potuerint ad probandum, quod in vocatione actiua Iuriſpatronatus controuerſi, fœminæ tantummodò fuerunt excluſæ, durante maſculorum exiſtentia, contendentes per illa verba in fundatione appoſita, *omnibus aliis excluſis donec, & quandiù extent agnati maſculi* † implicitam haberi fœminarum vocationem in defectum maſculorũ *ex doctrina Bart. in l. vltima §. quando in pendenti nu. 5. ad med. verſ. Incontrarium videtur, ff. ad Senat. conſil. Tertull. Bald. conſ. 420. num. 1. poſt med. lib. 3. Abb. conſ. 92. ſub num. 4. verſ. Quia Anchar. conſ. 220. numer. 2. verſ. Nunc ad propoſitum. Berou. conſ. 150. num. 6. lib. 2. Ruin. conſ. 140. num. 4. verſ. Sed maſculis non extantibus lib. 2. Cirocch. diſcept. 44. num. 9. & 10. Marth. de ſucceſſ. legal. part. 1. cap. 13. an. 9. num. 9. verſ. ſecus eſſe, Rota in Regien. Beneficij 10. Decembris 1653. §. In caſu autem coram bon. mem. Bichio*, in qua agebatur de hoc Iurepatronatus, † & dictum eſt illa verba *donec, & quandiù* importare temporalem excluſionem fœminarum.

Nihil tamen in illis auctoritatibus obſeruatum eſt à DD. quod eos à deciſis dimouere valuerit, nam quocumque modo prædicta iura vertantur, ſemper redeunt ad conſonantiam diſtinctionis traditæ in præcedenti deciſione, quod quando Iuſpatronatus † in fundatione acquiritur pro illis de ſtipite, de domo, de ſtirpe, de familia, de Trunco, de genere, de parentela &c. Et deindè reſtringitur ad ſolos maſculos, donec, & quandiù extiterint abſque dubio ipſis deficientibus admitti debent fœminæ, quæ fuerunt ab initio comprehenſæ ſub verbis communibus, iuxtà quas, & ſimiles circumſtantias in defectum maſculorum fœminas vocari dixerunt. *Pariſ. conſ. 35 num. 4. 5. & 6. lib. 3. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 4. numer. 10. Gaſſad. deciſ. 1. de Iurepatronatus Rotæ deciſ. 482. num. 1. part. 1. diuerſ. coram Durante deciſ. 8. num. 7. coram Rutilio deciſ. 272. in fine, & in rec. deciſ. 221. num. 21. verſ. non ſecundum obiectum part. 8. poſt Vivian. de Iurepatr. dec. 69. num. 1. & 2. & in illa Parmen. Iuriſpatronatus 26. Aprilis 1613 coram ſan. mem. Innocentio X.* & in hoc ſenſu intelligendi ſunt prælaudati Authores, apud quos eſt animaduertendum, quod vbi tractant de temporali excluſione fœminarum, ipſe vel ſunt expreſsè vocatæ, vel ſub generali verborum ſignificatu comprehenſæ, † quo fit, vt ſublato impedimento temporali earum vocatio reducitur ad primæuam aptitudinem, licet hoc non exprimatur, & in his terminis *Bart, Bald. Abb. Anchar. Bero. Cirocch. Marth. & alij* adducti ab Informantibus pro Zannichio, quibus adiungi poſſunt concordãtes fusè relati apud *Bellon. Iun. conſ. 74. nu. 24. & in Aſculana ſucceſſionis 21. Iunij 1666. §. Alter ſcilicet cum ſeq. coram me.*

At quando ordinatio Iuriſpatronatus eſt concepta pro agnatis † maſculis tantùm, & ſub verbis quamlibet fœminarum comprehenſionem excludentibus, prout in hac facti ſpecie legitur, extinctis maſculis, ad quorum fauorem, & priuilegium tantùm loquuntur conuentiones fundationis, Iuſpatronatus ad ius commune reuertitur, & tunc fœminæ, quæ à principio nullo modo fuerunt in vocatione cõprehenſæ non fiunt illius capaces, † imò per titulum hæreditarium, minimè verò per qualitatem gentilitiam, vt in puncto ratiocinantur, *Anchar. conſ. 81. num. 2. & 3. Lambert. de Iurepatr. art. 5. 2. quæſt. princ. part. 2. lib. 1. num. 6. verſ. Ideò dicerem illa verba, & pluries reſoluta Rota deciſ 107. nu. 9. part. 7. recent. in vna Ianuen. Iuriſpatronatus 23. Ianuarij 1612. coram Cardin. Pamphilio, & in vna Piſcien. Beneficij 7. Nouembris 1629. coram Vbaldo*, ibidem allegatis cum alijs eumdem intellectum ſequentibus, *deciſ. 231. n. 7. verſ. Quia quicquid, & 248. num. 3. coram Rojas. & in Regien. Iuriſpatronatus 27. Aprilis 1640 coram Ghiſilerio.*

Quibus non obſtare viſum eſt, ſtatutum Regien. quod vocat ad † ſucceſſionem, filias, & deſcendentes fœminas, ſi nulli deſcendentes maſculi extiterint, † cum quo ſeſe conformare voluiſſe præſumuntur fundatores, *Rota deciſ. 504. num. 12. deciſ. 133. num. 6. part. 9. & deciſ. 123. num. 21. part. 10. rec.* nec coniectura, quæ in materia fauorabili fœminas † extraneis eſſe præferendas inſinuat ex veriſimili prædilectione ſecũdum ea, quæ dixit, *Rota dec. 383. n. 4. & 5. part. 9. rec.*

Quia vltra, quod dictum ſtatutum retorqueri poſſet ex eo, quod in eo fœminæ ſunt perpetuò, & ſimpliciter excluſæ, † quo caſu poſt maſculos non poſſunt ad ſucceſſionem regredi, vt in materia ſtatutariæ excluſionis fœminarum tradit. *Bart. in dicta l. vltima §. 1. num. 2. ad S. C. Tertull. Bald. in Auth. ſi quis C. de ſecund. nupt. Iaſ. conſ. 68. col. 7. verſ. ſecundo reſpondetur lib. 3. Menoch. conſ. 206. num. 42. Bellon. Iun. dicto conſ. 74. numer. 25. Gabr. tit. de ſtat. concluſ. 4. num. 1. cum alijs in dicta Aſculana ſucceſſionis 21. Iunij 1666. §. Alter verò, coram me*, quodque fœminæ præferri quidem debent extraneis, ceſſante concurſu maſculorum, quorum fauore ad tempus fuerunt excluſæ, † quoties agitur de ſucceſſionibus, à quibus per accidens remouentur, & ad quas admittuntur amoto temporali, & ſuſpenſiuo obice, attenta potiſſimum ratione ſupra expoſita, quod ius ſuccedendi ipſis competit à principio. † Similes

miles coniecturæ, & præsumptiones cor-
ruunt, dum veritas in contrarium apparet, l.
in rebus C. de Iur. dot. l. penultima §. mulier ff. de
probat. Felin. in cap. illud num. 7. ad fin. vers. Et idem
si forte, de præsumpt. Rota coram Verall. decis. 45.
num. 2. part. 3. decis. 64. num. 3. part. 1. diuers. decision.
203. num. 12. part. 5. & decis. 79. num. 11. part. 9.
recent.

Veritas autem, quod fœminæ nullo mo-
do fuerint comprehensæ in vocatione actiua,
13 est euidentissima, † siue quia in nulla parte
reperitur illarum facta mentio, quod sufficere
in materia fideicommissi dixit, *Rota decis.*
432. num. 2. part. 2. recent. vbi citantur Soccin. sen.
cons. 63. num. 14. lib. 4. Soccin. Iun. cons. 64. numer.
14. lib. 3. Decian. cons. 287. num. 7. & alij; siue
14 quia illa † vocatio actiua coarctatur ad agna
tos masculos, quo casu fœminæ non possunt
dici compræhensæ; vt in simili quæstione
fideicommissi loquuntur, *Socc. sen. dicto cons. 63.*
numer. 14. circa fin. lib. 3. Gabr. de verb. signific.
conclus. 6. num. 54. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præ-
sumpt. 84. numer. 8. Rota decis. 203. & decis. 217.
vbique num. 4. part. 2. & decis. 133. numer. 20.
part. 9. recent. & ita in termino Iurispatronatus re-
spondit in decis. 69. num. 7. post Vinian. ex Bart. in
l. 1. ff. de verb. signific. & Tiraquell. de retract. lignag.
§. 1. glos. 9. num. 180. cum aliis in decisione præceden-
ti §. ex quibus sequitur, quæ formis procedunt
ob taxatiuam *tantùm* agnatis masculis reperi-
15 tis vicibus adnexam, † quæ efficit, vt fœ-
minæ non possint illis intelligi substitutæ,
Gabriel. conf. 132. in 5. quæst. lib. 1. Peregrin. conf. 159.
num. 13. vers. Quartus est casus lib. 5. Rotæ coram
Buratta decis. 172. num. 16. & in Regien. Iurispa-
16 *tronatus 24. Martij 1653. coram bon. mem. Bichio*, †
vis enim, ac proprietas dictæ dictionis taxa-
tiuæ *tantùm* est includere expressa, reliqua ve-
rò excludere, *l. qui alienam §. libertos ff. de neg. gest.*
l. qui fella, §. cui vsum ff. de seruit. præd. rustic. Bart.
in l. 1. num. 1. ibique Ias. num. 9. ff. si quis iasdicem.
non obtemp. Menoch. consil. 705. numer. 19. Surdus
17 *decis. 291. numer. 19.* & † propterea restringit-
vim comprehensionis ad personas specifica-
tas, & consequenter in præsenti casu ad solos
agnatos masculos, *ad text. in l. Iulianus, & l. mu-*
tantibus, ff. de pact. dotal. Rimin. Iun. cons. 253. nu-
15. Rota. dec. 600. num. 7. & dec. 740. num. 4. part. 2.
recent.

Exindè sequi demonstrabatur, prælatio-
nem masculorum, & temporalem exclusio-
nem fœminarum, de quibus loquitur illa
18 Regiensis Beneficij, † quæ in secundo loco e-
manauit super hoc Iurepatronatus 10. *Decem-*
bris 1653. coram bon. mem. Bichio, non præsuppo-
nere fœminarum comprehensionem in fun-
datione, quod subsistere nequit ex præfatis,
sed solum distinguere duas qualitates diuer-
sas in illo Iurepatronatus Alteram Gentili-
tiam, in qua masculi agnati præferri debebãt
aliis omnibus exclusis, quandiu extarent, Al-
teram Hæreditariam, quæ iuxta ius commu-
ne suscitata est post extinctam gentilitiam, vt
sufficienter comprobatur in præcedenti deci-
sione §. *Hæque potierem*, itaut Rota denotare
voluerit, quod Beneficium non acquisiuerat
libertatem, vt prætendebatur, quia hæredes
erant solùm temporaliter exclusi per illa ver
ba, vt videre est in duabus decisionibus edi-
tis, *coram bon. mem. Bichio 24. Martij*, & 10. *De-*
cembris 1653. in quibus principalis scopus
fuit, firmare, quod hoc Iuspatronatus cua-
ferat hæreditarium per defectum masculo-
rum, vndè absquè ratione effingitur, iudi-
catum fuisse gentilitium propter illa verba
prælationis masculorum, & exclusionis tem-
19 poralis fœminarum † quæ recipere debent in-
terpretationem iuxtà subiectam materiam
status hæreditarij in prima decisione stabiliti,
Rolan. cons. 96. num. 8. lib. 1. Gabr. de verb. signific.
concl. 2. num. 7. Rota decis. 169. num. 3. & decis. 395.
num. 4. part. 1. & decis. 273. num. 14. & 15. part. 9.
recent.

Nec quicquam etiam, vtpote repetita inter-
pretatio aliàs data super vocatione passiua,
20 quod nempè † gradatim in ea vocati fuerint
primò agnati, secundò prouenientes ex agna-
tis; tertiò descendentes de stirpe, seu proge-
nie aliorum de Bracchijs; quartò extranei
quodq; proindè sit admittendus Zannichius,
qui est ex progenie descendentium, & non
Cassolius, qui est extraneus secundùm ordi-
nem seruandum inter vocatos, *ex l. cum Pa-*
ter 79. §. penultimo ff. de legat. 2. l. peto 71. §. fratre
eodem tit. l. Gallus 29. §. quidam rectè de liber. &
posthum. Lamber. de Iurepatr. lib. 2. part. 2. quæst. 2.
art. 8. num. 3. post med. vers. Vndè pro eorum intel-
21 *ligentia*, & iuxtà dictiones aduersatiuas, † *sin*
minus, sin autem, quæ non admittunt vocatio-
nem sequentem, nisi prius locum habuerit
præcedens per text. *in l. si ita scriptum 13. ibi*
Bart. ff. de liber. & posth. Barbos. dict. 370. num. 2.
22 *in fin.* † alioquin graue sequeretur absurdum,
si extraneus admitteretur in præiudicium des-
cendentium ex progenie fundatorum, vt plu-
ribus relatis probant, *Cephal. cons. 146. nu. 18.*
lib. 2. Gratian. discept. 771. n. 23. & discept. 328. n. 48.
cum aliis quos sequuta est *Rota coram Gregor.*
dec. 319. n. 7.

Quoniam vltra plurimas responsiones ad-
ductas in decisione, quæ refutebatur, §. *Ne*
verò ad vocationem passiuam, quæ similibus ob-
iectis omnimodam præcidunt applicationem
23 placuit † DD. pro superabundanti refutatio-
ne addere dictum Iuspatronatus ordinatum
fauore agnationis tàm in vocatione actiua,
quàm in passiua non regulandum esse admo-
dum conclusionum generalium, sed iuxta
casus, ad quos restrictum fuit absque vlla
dispositionis extensione per tradit *Menoch.*
cons. 179. num. 63. Cephal. cons. 16. num. 11. Honded.
consil. 78. numer. 49. lib. 1. Rota decis. 667. num.
11. part. 2. recent. & decis. 206. num. 6. coram Rojas,
vnde nullo comparente cum requisitis agna-
tionis qualitatibus, nil impedit, quominus
ad sensum præfatorum iurium extraneus ad-
mittatur iure quidem merito cum Iuspatro-
24 natus, † sicut & omnis contractus recipiat
formam, & essentiam à lege, & conuentio-
ne in fundatione apposita *not. Innocent. in rubr.*
de Iurepatr. Ancharan. cons. 81. num. 1. vers. Item
istud Lambert. de Iurepatr. lib. 2. part. 2. quæst. 2.
art. 5.

tit. 5. nu. 2. verſ. ſed lex appoſita Rocch. eodem tract. in verb. ipſe, vel is, à quo, verſ. ſuboritur nunc alia,
25 & dictiones aduerſatiuas inducant repetitionem agnationis expreſſæ, excepto gradu extraneorum, in quo ſpecialiter aduerſantur, *gloſ. in l. interdum 20. in verbo ſed id dumtaxat tempus ff. de minorib. Bald. in l. omnes populi 9. num. 21. ff. de Iuſt. & iur. Iaſ. in l. ſi filius à Patre 28. num. 22 verſ. ſiſte quintus ff. de liber. & poſth. Crauett. conſ. 208. num. 5. Gabr. conſ. 11. num. 3. lib. 2. Surd. conſ. 315. nu. 2.*

Et quatenus etiam daretur aliqualis ambiguitas circa repetitionem agnationis in omnibus gradibus vbi Fundatores loquuti ſunt de deſcendentibus, ſiuè de progenie aliorum de Bracchijs, prorſus diluetur ex Inſtrumento augumenti dotis, cui duo ex fundatoribus interfuerunt, vbi qualitas agnationis legitur appoſita in dictis gradibus, quæ declaratio licet ex interuallo facta in re dubia ne-
26 mini eſt damnoſa, & de nouo † nihil addit, ſed cenſetur ineſſe actui declarato, vt præter allegata in præcedenti deciſione §. *& ſi quæ dubietas*, adhuc probare conuenit ex *l. heredes palam §. 1. ff. de teſtam. Bald. in l. cum Teſtamentum num. 5. verſ. item nota C. de teſtam. manumiſſ. Rota dec. 453. num. 23. & deciſ. 502. num. 13. part. 1. deciſ. 414. num. 15. par. 5. dec. 140. num. 14. part. 7. deciſ. 113. num. 12. & 272. par. 9. & deciſ. 137. num. 12. par. 11. recent.*

Cæterum quaſi poſſeſſio præſentandi, quã acquiſiuit Bonuicinus in penultima vacatione offendi non poteſt ab obiecta obſeruantia Iuriſpatronatus gentilitij figurata in quibuſdam inſtantijs iudicialibus factis à Pediano tã nomine proprio, quàm nomine Lauræ Bracchiæ *Summ. Zannichii hodierna poſſeſſionis num. 4.*
27 Quia ſimplices illæ aſſertiones nullam indicant nominationem gentilitiam imò potiùs **oſtendunt Lauram concurriſſe cum Pediano ad defendendum Iuſpatronatus contra Prouiſum Apoſtolicum, qui illud impugnabat, atque eodem titulo hæreditario, quo ipſa cum Bonuicino illius marito, & cohærede dictum Pedianum præſentauerat**, vt arguitur ex ſententia Ordinarij Regiẽ *Summ. reſponſuis dato pro Caſſolio nu. 1.* ex quibus concludebant DD.
28 quaſi poſſeſſionem Bonuicini vndequaque ſuſtineri, dum illius præſentatio effectum ſortita eſt per inſtitutionem ſubſequutam, & fuit confirmata per ſententiam, *cap. cum Sutrina, & ibi glaſ. in verbo veritatis, atque Abb. de conſ. poſſeſſ. & proprietat. Put. deciſ. 136. num. 3. lib. 3. Verall. deciſ. 337. num. 3. & deciſ. 338. & 339. num. 1. par. 2.* atque ſit munita omnibus requiſitis neceſſarijs, de quibus *Viuian. de Iurepatr. lib. 5. par. 2. cap. 4. num. 29. cum pluribus ſeqq.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT

Baren. Cenſus,

Veneris 24. Aprilis 1666.

ARGVMENTVM.

Cenſus licet creatus abſque numerata pecunia, quando ſubſtineatur, & fructus ex illo percepti non ſint reſtituendi, nec in ſortem computandi.

SVMMARIVM.

1 *In cenſu nullo quando fructus debeantur & executio ſuſtineatur iux. taxam legalem.*
2 *Ignorantia non numerata pecunia in Muliere, & pupillo ſtante mala fide debitoris facit cenſum ſubſtinere declarat, vt num. 3. 4. 5.*
6 *Cenſus abſque pecunia numerata eſt licitus in foro conſcientiæ, & de iure naturali.*
7 *Actio Naturalis licet non pariat actionem, impedit tamen ſoluti repetitionem.*
8. *Indebiti repetitio non competit, niſi ſolutione concludenter probata, & num. 9.*
10 *Conditio indebiti non datur aduerſus minorem niſi cum locupletiorem factum eſſe doceatur.*
11 *Confeſſio muneris nihil relenat.*
12 *Confeſſio de recepto non ſuffragatur pro indebiti repetitione.*

DECISIO DXXVIII.

PRAESENS dubium, an ſententia Rotalis ſit confirmañ, vel infirmañ, fuit cõcordatum coram R. Gerunden. & ab eo propoſitum ſub die 20. Febr. 1665. quo dilata, fuit reſolutio, deinde verò in locum d. Reuerendiſs Gerunden. ſubrogatus, illud hodiè repropoſui, ſed cum Informantes hinc indè quæſtionem, ſub dubio diuerſo modo comprehenſam intelligerent, aliis ſcilicet pro parte Iacobi Salutij articulum validitatis Cenſus, adhuc cadere ſub cognitione ſententiæ, de qua agitur, prętendẽtibus, aliis verò pro parte Martini de Corde nullatenus imò potius, pũctum validitatis cenſus eſſe per tres ſententias conformes euacuatum, & difficultatẽ reſtringi ad ſolã repetitionem ducat. 513. indebitè ſolutorum in d. ſententia conceſſã & DD. aduerterent quam plurimas exceptiones æquitate plenas pro parte d. Salutij deductas alicuius
2 eſſe releuantiæ ad ſubſtinẽ executionem fructuum Cenſus pro rata ſcut. 5. iuxta taxam legalem, & æquitatem *l. curabit C. de act. empt. & gloſ. in auth. perpetua in verb. Iuſta C. de Sacroſ. Eccleſ. vt declarauit Rot. dec. 571. nu. 6. & 10. part. 3. rec. cum alij in dec. ſuper hac cauſa edita, vtraque parte informante 15. Iunij 1661. coram ho. me. Verſpien licet poſtmod. ea vacã* Martino dumtaxat inf. ad tria ſcuta pro ſing. cent. reductã 4. Iulij 1663. Ideò facultatem experiẽ ſua iura circa comprehenſionem validitatis cenſus ſub hoc dubio in alia diſputatione partibus relinquẽ eſſe cenſuerunt, & interim quoad repetitionem in duc. 513. ex alio, ea parte ſententiam eſſe infirmandam.

Hanc autem reſolutionem fundant DD.

tum

tum in æquitatis ratione, quam Rota sequi passim profitetur quæque in præsenti casu maximè exuberat, dum census controuersus de nullitate arguitur, ob non numeratam
2 pecuniam iuxta formã Picenæ Cõstitutionis, quæ solemnitas rigorosa intolerabile damnũ Tutrici, pauperique pupillo & vtrique d. formam ignoranti affert, & vice versa lucrum odiosum Abbati Tutori Martini census vẽditori, rerum forensium, & negotiorum tractandorum conscio quique in empta domo à Tutrice, & pupillo, tacita d. solemnitate numerationis pecuniæ Censũ de maiori par-
3 te prætij imposuit † ad hoc, vt sub imagine Census ad sui commodum solutis paulatim fructibus dominium rei emptæ ab hoc onere post aliquod tempus liberaret, detegendo nullitatem, quam ex charitatis officio ab initio, nisi spes lucri à debito bono opere distraxisset
4 proximos idiotas † cum eo bona fide contrahentes debuisset edocere, & imputañ dd. fructus in extinctionem sortis, vt accidit, quo circa DD. ponderantes prædictas circumstan-
5 tias existimarunt in † fructibus census solutis subesse obligationem naturalem fauorabili æquitatis vinculo subsistentẽ *iur. tex. in l. filiũ §. naturalis 95. ff. de solut.* ex eo quod contra-
6 ctus censualis est licitus in foro † conscientiæ & de Iure naturali etiãsi in eo actualis pecuniæ numeratio non interuenerit, tradit *Gnat. disc. c. 652. num. 14. Cenc. de cens. quæst. 48. nu. 37. Duard. eodem tract. §. 2. num. 11. cum pluribus apud illos cumul. & optimè Sperell. decis. 28. num. 32. par. 1*
7 quæ obligatio naturalis † quamuis actionem non pariat, impedire tamen valet repetitionem soluti *l. naturales 10. ff. de oblig. & act. l. fideiussor §. fid. vers. naturales ff. de fideiuss. l. 1. cum ibi not. ff. de cond. indeb. l. naturaliter ibiq. Bart. & l. Iulianus ff. eodem l. 1. §. vt id quod natura ff. ad l. Falcid. l. 51. 15. cui §. Fabius ff. de solut. Ber. cons. 56. num. 12. volum. 1.*

Tum etiam in eo quod aliquæ ex solutionibus fuerunt confectæ à tertio non habẽ mandatum speciale, & aliæ factæ Iacobo Salutio tunc in minori ætate constituto, quæ propterea non sufficiũt in Iudicio repetitionis
8 indebiti, in quo probatio solutionis debet esse plena, & concludens non præsumptiua, aut æquiuoca *l. cum de indeb. ff. de prob. Ciriac. contr. 264. nu. 7. Cocc. dec. 94. num. 2. dec. 192. nu. 28. par. 9. rec.* & in casu repetitionis † fructuum Census ob prætensam illius nullitatem *Rot. dec. 96. n. 7. post Cenc. de cens.*

Tum demum in eo quod non probatur ex prætensis solutionibus minorem locupletiorem factum fuisse, vt esset † minor, vt daretur conditio indebiti aduersus eum *l. prædiorum 10. & l. si prædium 16. C. de præd. min. Eminentissimus Otthob. dec. 124. num. 1. & 5.*

Nec obstat solutio facta d. Salutio de anno 1651. die 19. Feb. in qua hæc verba leguntur
11 ibi: *e resto contento, e sodisfatto di tutte l' annate passate, Summ. Martini num. 2.* quia de eo tempore d. Iacobus erat minor, vt constat ex fide Baptismatis data in præterito Summ. Salutij *num. 3.* nam iuxta illam natus est pridiæ Idus Iunii 1633. & consequenter de mense Febr. 1651. annũ 18. non dum compleuerat.
12 vltra quod illa verba † tantummodo important confessionẽ de recepto, quæ ad effectum repetitionis indebiti non sufficit *Feder. de fin. cons. 54. num. 1. & seq. Add. ad Burat. dec. 192. nu. 7.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. LEONE VEROSPIO.

Romana fideicommissi.

Mercurij 20. Nouembris 1663.

ARGVMENTVM.

Donatio facta Patri stipulanti pro se, & filijs non inducit fideicommissum, quia stipulatio interpretatur de filijs vti hæredibus non autem de filijs vti filijs, licet secùs esset quando donatio facta fuit patri, e filijs, tunc enim bona donata quæruntur, filijs ex propria persona, non autem vti hæredibus.

SYMMARIVM.

1 *Pater stipulans pro se, & filijs in materia indifferenti censetur contemplasse filios vti hæredes.*
2 *Donatio facta patri, & filijs quæritur filiis vti filijs, & non vti hæredibus & datur ratio, & nu. 3. 4. & 5.*
6 *Liberorum appellatione filij, & ceteri descendentes veniunt.*
7 *Fauores non debent retorqueri in odium.*
8 *Remotiores præsumuntur minus dilecti.*
9 *Expressio Nepotum, & descenden. in donatione quod operetur, & nu. 10.*
11 *Fideicommissum ordinatur ex voluntate Testatoris.*
12 *Fideicommissum in donatione requirit acceptationem primi Donatarij.*
13 *Clausula cæterata adiecta hæredi intelligitur de hærede, & successoribus quibuscumque.*
14 *Filiorum nomen expressum cum qualitate hereditaria in una parte censetur repetita ista qualitas etiã in alia.*
15 *Donatio facta Titio acceptante pro se &c. intelligitur de hæredibus quibuscumque.*
16 *Nepotes, & descendentes comprahensi sub clausula cæterata intelligitur de hæredibus.*
17 *Instrumentum non debet aduersari capitulis.*
18 *Fideicommissum ex animo contrario excluditur.*
19 *Voluntas dubia declaratur ex actibus multiplicatis.*
20 *Fideicommissum in donatione facta Titio acceptãti pro se, & filijs tunc inducitur quando fuit contemplata agnatio.*
21 *Abdicatio totius iuris in donatione, ex quibus desumatur.*
22 *Dictio* Saluis *est præcedentium aduersatiua.*
23 *Reseruatio vsusfructus in donatione conuenit soli donatori.*
24 *Aduersatiua dictio repetit qualitatem præcedentem.*
25 *Assertio se referens ad Instrumentum quomodo sit intelligenda.*

26. *Dictio*

16 *Filiis hæredibus, & successoribus comprehendit etiam extraneos.*

17 *Filiorum nomine non veniunt nepotes quando agitur de extendenda fideicommissa.*

DECISIO DXXVIII.

EX CONTRACTV donationis contemplatione certi matrimonij per Franciotum ab Herrico Patre recepta pro semetipso, & filijs, nec non Neporibus, Pronepotibus, atque descendentibus Masculis, ac fœminis in infinitum, hodiè Domini censuere eumdemmet Franciotum nullo extitisse ergà descendentes onere fideicommissi grauatum, & à decisis sub die 22. Iunij proximi idcirco recessisse.

Si quidem Pater pro semetipso, ac filijs recipiens bonorum donationem ex sui natura transeuntium ad hæredes extraneos filios,
1 vti suos hæredes expressisse censetur, † non autem, vt se restitutionis onere voluerit prægrauare ex *doctrina gloss. in l. si fibi 18. §. si patius in verbo prodierit, ibique Bartol. num. 8. & 9. cæteri que communiter ff. de pact. Ruin. cons. 122. nu. 3. vers. 2. nec casu lib. 1. Rutsatt. cons. 31. num. 8. & 9. Cor. cons. 288. nu. 2. vers. quicquid autem sit lib. 1. Alciat. cons. 20. nu. 3. vol. 3. & cons. 165. nu. 1. lib. 5. Marcambru. consil. 111. num. 1. & 15. cum seqq. Sorr. Iun. cons. 144. num. 76. cum seqq. lib. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 48. lib. 1. Cardinal*
2 *Mandos vari. lib. 14. titul. 18. numer. 9. cum seqq.* † Quicquid dici posset in casu, quo donatio Patri, ac filijs concessa foret, Tunc enim sicuti à donante expresse vocati ad bona possent ex propria persona aspirare, ac independenter à Patre, vt tradit *Peregr. consil. 77. nu. 1. 15. & 16. lib. 3. Mart. decis. Pisan. 215. num. 22. Capic. Galeot. controuers. lib. 1. cap. 57. num. 3. & in terminis donationis actæ certi contemplatione matrimonij, & distinguit Dec. cons. 216. num. 4. ad fin. & num. 5. Bertazol. cons. 254. propè finem vers. præterea Rotul. lib. 2. part. 1. Menoch. cons. 286. num. 18. cum seqq. Surdus decis. 324. num. 5. cum seqq. Molfes. cons. 2. à num. 22. vsque ad finem Ludou. Rolli cons. 135. num. 10. & 21. Modern. Auenionen. quæst. ciuil. cap. 53. num. 13. cum seqq. Rota in Florentina donationis 2. Decembris 1650. in §. non obstat præmissa num. Peregrin. & in Vrbinaten. Pensionis 24. Ianuarij 1661. §. in donatione coram nos.*

Ratio verò differentiæ inter casum vtrumque in eo consistit, † quod in casu Priori filij ex prouidentia Patris bona consequuntur,
3 cui duntaxat fuit attributa Donatio in secundo ex Donantis liberalitate, & aduertit *Surdus decis. 324. num. 7., & 8. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 9. part. 1. numer. 10. Capit. Galeot. controuers. lib. 1. quæst. 57. nu. 18. Rot. in Auenionen. fideicommissi 4. Februarij 1647. in §. hæc autem coram me.*

Hinc obesse non poterit illa Nepotum, atque descendentium exclusio. Quoniam siue Pater pro se, ac filijs duntaxat, siue Pronepotibus quoque, atque descendentibus stipulatur. Hi omnes bona ab ipso censentur
4 obtinere, † qui modo sibi magis profectio præsumitur voluisse adstipulari, ac hæreditariam consequêter qualitatem in omnibus exoptasse, *vt in puncto stipulationis pro se filijs, ac nepotibus tradit Bartol. in l. Gallus 29. §. quidem recte numer. 8. ff. de liber. & Posthum. & in terminis descendentium notat Ruin. cons. 208. num. 15. num. 1. Alciat. cons. 17. num. 20. vers. sed nostra est quæstio, & num. 21. lib. 1. Menoch. cons. 355. num. 16. & 17. & cons. 286. num. 13. & 17. cum seqq. & numer. 30. lib. 3. Quod etiam tueri videtur Alex. in lege quod*
5 *dicitur 130. num. 19. & 20. ff. de verb. oblig.* † dum quoties de indifferenti materia tractetur, Idêmet ius omnino constituit, siue stipulatio patris pro se, ac filijs concepta fuerit, siue pro
6 sè, ac liberis, † quorum nomine ne dum filii, sed nepotes quoque, ac cæteri descendentes includuntur *iuxta textum in l liberorum 200. ff. de verb. significat. l. sed si hac. 10. §. liberos ff. de iniust. vocat. Concurr. in terminis quoque liberorum cons. 127. num. 5. cum seqq. Moder. Auenionen. quæstio Ciuil. cap. 55. in prin. num. 13. Rota dec. 171. par. 8. rec. & in dec. 133. n. 8, coram Eminentiss. D. meo Cardinali Ottobono.*

Alias enim si Pater foret onere restitutionis astrictus duplex exinde resultaret absurdum,
7 quod nimirum descendentium nomen † in sui fauorem adiectum in ipsius posset odium retorqueri, vt ponderat in specie *Siluan. cons. 97. num. 14. & 15.* Alterum verò, quod filii aliquoties succederent, vti hæredes, aliquando vero ex propria persona deberent admitti, & tamen hanc variationem descendentium
8 concursus non debet operari, † dum ipsi vti remotiores in gradu minorem à Donatario dilectionem præsumuntur obtinere *Natt. cons. 501. num. 15.*

Quare ea Nepotum ac descendentium expressio iuxta nomen commune Parentum cê-
9 setur adiecta, qui existimant bona † in filios fore peruentura, ac in Nepotes successiuè nec non cæteros descendentes cum hereditaria qualitate *Dec. cons. 216. num. 5. Alciat. consil. 7. num. 30. in fin. lib. 8. Rota decis. 171. num. 3. part. 8. recent.*

Et licet ex plurium expressione graduum dictioni in infinitum præsertim annexa aucto
10 res complures recêsiti in decis. proxima fidei commissum asserunt resultare fauore omnium descendentium. † Hi tamen casui proprio non applicantur Castello, enim excepto *in decis. 106.* qui ea ratione decipitur, quod ex Patris stipulatione pro se, ac filiis, ius ipsis censeatur acquisitum independenter à patre. ceteri omnes in terminis loquuntur vltimarum voluntatum, qui aliquo modo possent secundo distinctionis gradu conuenire quoties scilicet Patri deferatur donatio, ac suis descendentibus, sicuti enim descendentes bona huius vigore Donationis assequuntur à Donante: Ita quoque in Testamento recensiti ex testatoris liberalitate ad hæreditatem aspirant
11 sub hoc tamen discrimine, † quod sola voluntas testatoris fideicommissi institutionem in vltimis voluntatibus operatur, quamuis descendentium acceptatio nulla concurrat ad

tex. in

12 *tex. in l. cum pater 79. §. donationis ff. de leg. 2.* † In donationis verò contractu acceptatio saltem primi donatarij exigitur *iuxta text. in l. quoties 3. C. de donat, quæ sub mod., quam differentiam ponderat. in specie Donat. de Anton. de Marini quotidian. resolut. cap. 89. numer. 16., & 17. lib. primo.*

Hoc vero axioma iuris, eo facilius aliqui ex Dominis censuerunt admittendum, quod donatio quacumque filiorum mentione post habita in eodemmet Instrumento pluries à Franciotto recepta conuincitur sub simplici
13 clausula cęterata† quę cum pro hęredibus,& successoribus quibuscumq; in hac indifferenti materia extendi consueuerit *Rot. coram Seraph. dec. 703. num. 2. & decis. 707. numer. 10. part. 1. & 299. num. 5. & 6. part. 9. recent. & in Romana restitutionis dotis 29. Martij 1658. in §. non obstat, quod facta ad finem cum R. P. D. meo Beuilacqua* operatur, vt filiorum, ac descendentium no-
14 men in altera parte † conscriptum ad euitan. contrarietatem, cum hæreditaria debeat qualitate censeri expræssum, *vt tradit Corn. consil. 13. num. 4. vers. hoc præsupposito lib. 3. Mazol. cons. 1. nu. 101. cum seqq. Surd. dec. 322. n. 65. & 68. cum seqq.*

In nuptialibus præterea Capitulis solo Franciotto conuincitur promissa donatio acceptā-
15 ti pro se, ac pro suis consequenter hæredibus quibuscumque, vt in terminis simlis promissionis editæ contemplatione matrimonij notant *Bertrand. cons. 281. per totum lib. 3. part. 1. cum alijs recensitis in Vrbinaten. Pecuniaria 24. Ianuarij 1661. in §. dum enim cum seq. coram me,* adeoque
16 subsequens mentio nepotum, ac descendentium cum hæreditaria debet qualitate per necesse assumi, dum editio Instrumenti ad normam Capitulorum regularum præsumitur subsecuta. *vt aduertit Alex. cons. 122. num. 2. & 3. lib. 3. & cons. 156. nu. 8. lib. 6. Surdus cons. 202. num. 8. cum seq. & dec. 71. num. 4. & 5. Rota decis. 250. num. 16. cum seqq. part. 6. recent. & in Romana Casalis Veteris 4. Iunij 1655. sed in his minime obstantibus coram R. P. D. meo Albergato*, ita vt in-
17 terpretatio † quælibet possibilis debeat adhiberi, ne Instrumentum capitulis aduersetur. *Dec. cons. 195. num. 3. Rota decision. 99. num. 34. coram Eminentissimo Domino meo Cardinali Ottobono.*

Hinc denique intellectum demonstrat Gabiniani Castri, sub donatione inclusi distractio, quam post æditum Instrumentum Franciottus cum Henrici Patris ratihabitione peregit sub assertione explicita, quod nulli illud fideicommisso, seu restitutionis oneri subiace-
18 bat ex tali † quippe aperitione animi præcedens voluntas fideicommissi exclusiua desumitur, *vt ponderauit Rota in Romana successionis de Comitibus 26. Iunij 1647. in §. supradictis accedit coram Reuerendissimo Terracinen.* Dum præsertim Franciotti filij distractioni acquieuere prædictæ Quinimo in cuiusdam distinctione Census Henrici fauore impositi Franciottum dumtaxat patrem enunciarunt eiusdem met Henrici Donatarium, ex quo sanè multipli-
19 ci actuum † concursu nequit inficiari, quin obseruatio oneris saltem excluſiua relatæ pro dubię declaratione voluntatis plurimum deseruiens, *vt aduertit in specie Spada consil. 5. numer. 38. lib. 1. Fusar. de substit. quæst. 593. num. 160. Rota dec. 401. nu. 13. part. 9. recent. & dec. 254. num. 12. & 13. coram Eminentiss. D. Cardinali Ottobono.*

Nec vrgent coniecturæ recensitæ in dec. præterea si quid bonorum iurisdictionalium qualitas fideicommissi institutionem tunc so-
20 lum consueuit operari † quoties super illis vti in familia obseruari consuetis prohibitio fuerit alienationis adhibita, *vt notat Ripa in l. filiusfamilias §. Dini num. 4. ff. de leg. 1. Cur. Iun. cons. 43. num. 10. vers. si ergo in proposito Simon. de Prat. de interpretat. vltimar. voluntat. lib. 3. folio 10. numer. 3. fol. mihi 282. Petr. de fideicommiss. quæst. 1. nu. 95. & in simili casu hanc coniecturam id circo Rota reiecit in Aneniomen. fideicommissi 22. Aprilis 1652. in §., & tamen coram R. P. D. meo Celso.*

Quæ sanè prohibitio ex sequenti non valet Verborum contextu desumi in eodē met Instrumento inserto videlicet. *Has autem donationes fecerunt, & faciunt respective dd. DD. Henricus, & Franciscus eidem D. Franciotto præsenti videlicet pro se, filijs, Nepotibus, Pronepotibus, ac Descendentibus ab eisdem masculis, & semini in perpetuum absq; aliqua dictorum Castrorum, iurium, & actionum, vt supra donatorum detractione.* Si quidem posteriora hæc verba detractionis interdictæ aperte demōstrant Donato-
21 res † Ius omne à semetipsis voluisse abdicare, ad quos debent eadem, non autem ad Franciottum proinde referri, *vt in simili fere casu censuit Rota coram Pat. decis. 20. à principio vsque ad numerum secundum lib. 3. in correct.* Dum maximè reseruatio administrationis omnimodæ, ac vsusfructus immediatè subiiciuntur, Vna cum facultate de quadam portione disponendi *ibi Salvis tamen & reservatis penitus de administratione, regimine, ac vsufructu dictorum Castrorum & bonorum ac supradonatorum, ac facultate testandi &c.* Dictio quippe illa *salvis* ad-
22 uersatiua præcedentibus † prohibitionem limitat, atque declarat *Signorol. cons. 75. num. 8. Ancharan. cons. 27. num. 5. Rota coram Cocc. decis. 463. numer. 2.* Adeoque sicuti reseruatio vsus-
23 fructus ‡ soli poterat Donatori conuenire, ita vt prohibitio antecedens verificationē in eo perneceſſe assumit, *vt aduertit Alex. in cons. 99. num. 5. & 9. lib. 7.* vbi quod dictio aduersa-
24 tiua † præcedentem repetit qualitatem, ac in eisdem debet consequenter terminis, ac personis verificari *Corn. consil. 286. numer. 5. lib. 6. Surdus consil. 354. numer. 23. Gionazz. consil. 55. numer. 13. libro primo Spada cons. 109. numer. 9. lib. 1.*

Altera pariter visa fuit corruere coniectura elicita ex Instrumento cessionis Gubernij, licet enim Hēricus donationem ibi Franciotto, ac suis filijs masculis concessā enuncia-
25 rit. Hęc † tamen assertio dum ad præcedens se refert Instrumentum de filijs debet hęredibus intelligi iuxta eiusdem met Instrumenti tenorem *Surdus dec. 322. à num. 56. vsque ad numer. 81.*

mer. 81. *Larat. conf. 9. num. 25. Capic. Castro consultat. 79. num. 55. & 56. Rota in Vrbinaten. Pecuniaria 24. Ianuarij 1661. in §. nec refert, & §. eadem præterea coram me*, præsertim quia Franciotus cessionem pro suis met hæredibus, ac succ-
26 cessoribus immediatè recepit† quorũ nomine comprehensi censentur successores extranei *Alciat. conf. 20. n. 3. & 6. vol. 3. Rot. in dicta Vrbinaten. Pecuniaria coram me*.

Quinimo sorores quoties Ius suum vellent ex tali declaratione desumere masculorum dumtaxat filiorum inclusiua, nullo modo ad bona donata valerent aspirare, vel quia qualitate masculina destituuntur, siue ex quo eędem vti Franciotti Nepotes sub filiorum ap-
27 pellatione in casu proprio non includũtur † quod de prorogatione fideicommissi peragitur in eiusdem met Francciotti præiudicium, qui ne dum filijs, sed Nepotibus etiam coactus foret bona restituere *ad text. in leg. quod si nepotes ff. de testam. Menoch. conf. 215. num. 22. cum seqq. Card. Mont. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 8. num. 2. cum alijs plenè relatis in Bononien. fideicommissi 16. Ianuary 1662. in §. altera vero cum seqq. coram me*.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Bononien. fideicommissi de Amorinis.

Lima 17. Martij 1664.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus non potest impedire immissionem in bonis fideicommissarijs sub pretextu sibi satisfaciendi de trebellianica, aliisque detractionibus, quando nonnulla bona alienauit, ex quibus præsumitur satisfactus, donec contrarium non probetur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata fauore defuncti est exequenda fauore hæredis.*
2 *Lis in actione reali ab hærede transit in fideicommissarium.*
3 *Vitium litigij non cadit in actione personali, sed in reali.*
4 *Sententia lata contra defunctum potest exequi contra hæredem.*
5 *Authentica res quæ C. com. de leg. non intrat contra fideicommissum initum à transuersali.*
6 *Detractiones non possunt fieri nisi super bonis assignatis.*
7 *Detractiones præsumuntur consumptæ ex alienatione facta de bonis fideicommissarijs, & numer. 8.*
9 *Alienatio bonorum fideicommissariorum reddit illiquidum creditum detractionum.*
10 *Creditum liquidum ab illiquido retardari non potest.*

DECISIO DXXX.

PER obitum Alexandri Amorini purificato fideicommisso Mathæi ad fauorem Coꝛ Ioſephi Mariæ Vrſi, & Ioannis Andreæ Bolognini electorum, & agnationibus ex prolapijs nobilium familiarum Bononien. iuxtà ordinem, in Testamento præscriptum, Rota concessit eisdem immissionem in possessionem bonorum suppositorum fideicommisso, sub quo inter alia bona comprehenditur Prædium nuncupatum la Ricciardina, quod Hieronymus Pandulphus possidebat, Cum autem ab Alexandro obtenta fuisset immissio super isto Prædio contra D. Pandulphum præuia decis. & sententia lata, vsque de anno 1650. per Reuerendissimũ Dominũ meum Meltium Episcopum Papien. Com. prædictus petebat mãdari illam exequi contrà Andream Fornasarium hæredem Pandulphi; Vnde fuit dubitatũ, an sententia Rotalis super Immissione in dicto Prædio sit exequenda, & affirmatiuè DD. responderunt.

Quia dum super isto prædio tamquam fideicommisso subiecto fuerat mota lis à dicto
1 Alexandro hærede grauato, sententia † desuper lata venit executioni demandanda ad fauorem Com: Vrſi, & Bolognini successorum
2 in eodem fideicommisso, † cum lis, & instantia ipsa ab hærede in actione reali transeat in fideicommissarium, *Molina de primog. lib. 4. cap. 8. num. 6. Peregrin. de fideicom. art. 53. numer. 18. Fusar. de substit. quæst. 620. numer. 1. Rota coram Buratt. decis. 337. nu. 4. & 5. & dec. 277. n. 3. part. 8. recent.*

Vndè quemadmodum Alexandro competebat Ius exequendi sententiam contrà Pãdulphum, ità ex aduerso competit istis fideicommissarijs contrà Fornasarium illius hæredem, in quem prædium, pendente lite
3 translatum fuit, † quia Vitium litigij, si non cadat in actione personali, secùs est in actione
4 reali, cuius virtute sentẽtia lata contrà † possessorem defunctum, potest executioni demandari, contrà eius hæredem, & successorem, & singularem vt *in l. fin. C. de litig. Rota coram Duran. dec. 88. nu. 4. & 6. & in Perusina reintegrationis 22. Maij 1654. coram bon. mem. Pontingerio.*

Non obstat quod exaduerso prædio sit detrahenda dos Cæciliæ Vxoris Alexandri Senioris Creditoris fideicommissarij, & ex causa aliarum detractionum, de quibus in laudo dato, vsque de anno 1595. nam respectu dotis, illa detrahi non potest ex hoc prædio, li-
5 cet ab ipsa pro eadem dote optato, † quia beneficium auth. resque *C. Com. de leg.* non intrat cõtra fideicommissum à transuersali *Bart. ibidem num. 4. eodem n. Ias. num. 33. Fusar. de substit. 531. num. 95. Castil. lib. 5. quæst. 2. cap. 161. num. 39. Rota post Zacch. de oblig. Camerali decis. 130. n. 4. & in recent. part. 9. decis. 438.* respectu vero detractionum quæ fuerunt liquidatę in dicto laudo nulla competit retentio, cum ex eodẽ laudo appareat fuisse eidem Alexandro inſolutum, & satisfactionem assignata tot bona,

6 vnde detractiones fieri non debent super isto prædio, dum fuerunt factæ super bonis assignatis, *Rota coram san.me.Greg.dec.580.num.4.& in Bononien.fideicommissi 5. Decemb. 1650. & 16. Jan. 1651. coram Eminentiss. D. meo Celso, & in Bononien. fideicommissi de Catanciis 11. May 1663 coram R.P.D. m. Ninot.*

Parumque refert, quod in laudo sit Alexandro reseruata facultas sibi satisfaciendi, super alijs bonis, quatenus illa assignata non sufficiant, quia nullibi constat de tali insufficientia, & si quid deberetur, esset compensandum tàm cum fructibus à die motæ litis per Gandulphum, & successores perceptis, & creditis in Inuentario hæreditatis ab eodē Alexandro Seniore descriptis, quæ superant
7 debita in lib. 30 mil. † cum ex assignatione, & alienatione facta de bonis fideicommisso subiectis detractiones præsumantur consumptæ *Gimagn.lib.2.conf.2.sub nu.15. vers. Caterum Rota decis.226.num.16. par.5. & dec.265. num.9. coram Merlin.cum alijs per adden. ad san.me.Greg.*
8 *dec.226.num.16.* vel † onus probandi contrarium spectet ad alienantem, vel eius hæredem *Rota dec.432.num.5.& duobus seqq.par.4.recent.& dec.88.num.25.& 26. & dec.163.numer.6. par.7.* prout ita etiam fuit resolutum in hac eadem causa contra Seghettum *die 28. May 1648.coram Reuerendiss.D.m.Papien.*

Immò sufficit Comitibus Vrso, & Bolognino hæredibus fideicommissariis, quod as-
9 signatio, † & alienatio prædicta facta hæredibus grauatis, cum fructibus perceptis à die moræ litis illiquidum reddant prætensum cre-
10 ditum detractionum, † ad hoc vt Immissio in possessionem istius Prædij in vim d.sententiæ petita sibi retardari non debeat *Alciat. consil.63.num.14.lib.9.Moazan.de fid.par.3.quæst.66. vers.& vlterius post medium Rot. coram Canal.decis.573.num.3.& in recent.dec.472.num.13.par.5. & in Recanaten. Bonorum 1. February 1647.coram Eminentiss.D. Corrado.*

Et ità sententiam Rotalem exequendam esse, altera tantùm parte informante decisum fuit &c.

R. P. D. BOVRLEMONT Bononien fideicommissi de Pepulis.

Lunæ 30. Ianuarij 1668.

ARGVMENTVM.

Capitula dum inseruntur in Instrumento valido etiamsi ab initio fuerint nulla reconualidantur, nec possunt amplius impugnari tantò magis quando agitur cum Minore, cuius cōtractus habent statum implicitum validitatis.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio conualidat actum nullum, tanquam nouum contractum, & nu.7.*

2 *Stante secundo contractu primus non est attendendus, vnde si quod contrarium in primo stabiliatur præsumitur immutatum per viam nouæ voluntatis.*

3 *Contractus minoris habet implicitum statum validitatis, quod declara. vt nu.4.*

5 *Contractus minoris post ratificationem non potest amplius de nullitate redargui. & num.6.*

7 *Alteratio capitulorum non præsumitur in Instrumento, nisi adsit expressa contrarietas, & num.9. & 10.*

11 *Interpretatio quælibet est sumenda pro conciliand. Capitula, & Instrumentum.*

12 *Dictio, forsan, est dubitatiua. & num.13. & 17.*

14 *Transactio debet non lites litibus, sed ipsis finem imponere.*

15 *Interpretatio quæ iuri, & rationi est consona sumi debet, & nu.16.*

18 *Transactio inita pro sopiendis litibus est valida, & num.19.*

20 *Transactio dum comprehendit omnia, & est generalissima quælibet iterata calculorum inspectio est supernacanea.*

DECISIO DXXXI.

RESOLVTIO data corā me in hac causa sub die 27. Ianuarij 1666. iterùm hodie nomine Co: Io. est impugnata, incassum tamen, quia nihil de nouo deductum est, quod mutationem consilij, Iudicijque potuerit inspirare; Quapropter standum esse in decisis responsum est à Dominis.

Siquidem allegabatur Capitula inter Comites Io. & Franciscum super transactione exarata esse nulla; Tùm ob minorem ætatem d. Com. Ioannis, tùm ob quamcumque alienationis speciem in fideicommisso conuentionali sub rigidissimo præcepto prohibitam, Summ. Co. Ioannis præsentis positionis *num.1.* Et proindè Instrumentum ad eorum formam extensum tantummodò substineri, vt nunc celebratum non habita relatione ad Capitula euidenti nullitate laborantia ex defectu solemnitatum in contractibus
1 minorum adhibendarum, † ex quo Capitula vti nulla minimè possunt influere in Instrumentum subsequentèr factum per Theoricā *Bart.in l.obseruare in prima oppositi.num.4.ff.de offic.Proconsul. Alex.conf.78.n.18.in fine lib.5. Baldo in l.fin.in princip.in prima limit. C.ad Macedonian. Ruin.conf.72.num.10.lib.3. cum alijs per Surd. decis.245.num.9. & in recent.dec.34.num.37.par.8.* & insuper dicebatur, quod in præsenti casu potiùs standum est Instrumento, quàm Capitulis, ex eo quod stipulatio Instrumenti post
2 temporis interuallum facta est, † quo casu si quid Capitulis contrarium stabiliatur in Instrumento per viam nouæ voluntatis præsumitur immutatum, vt in his terminis respōdit *Rota coram Royas dec.188.num.6. ex Dec.consil.195.nu.3.vers.sed tamen prædictis Paul.de Monte Piro conf.62.num.17. Tornell.conf.49. num.25. & dec.250.nu.16.par.6.rec.*

At similium argumentorum consequentia visa est inanis in subiecta facti specie, quia
3 contractus † minorum habent statum impli-
4 citum validitatis, † & nullitas ob defectum solemni-

solemnitatum eorum fauore statuta illis tantummodò volentibus contractum inficit; secus autem nolentibus, vt declarant cumulati apud *Fenton. ad Stat. Verb. cap. 151. nu. 51. Osasch. dec. 94. num. 23. & seqq. Rot. coram Merlin. dec. 219. num. 4. dec. 165. num. 57. & dec. 306. num. 49. par. 7. recent. & in Romana Cambii 16. Iunii 1662. §. nec dicatur coram R. P. D. meo Albergato*, & in terminis Statuti Bononiæ, *Monterent. in rubr. de contract. minor. & fil. simil. §. si quæ cessiones in verb. præiudicium, & in verb. voluerunt.*

Vndè cum præfatus Comes Ioannes nullitatis exceptionem contra Capitula nõ deduxerit † ante stipulationem Instrumenti, non poterit amplius in huius præiudicium cum omnibus solemnitatibus inita dictam nullitatem opponere, & ità in puncto dixit *Rota coram Millino dec. 235. nu. 4.* † præcipuè quia Capitula licèt absq; solemnitatibus cum minore facta, postquam tamen fuerunt inserta in subsequenti Instrumento solemnitatibus requisitis munito perperam nullitatis accusari firmauit in specie, *Rota in Leodien. Pensionis 29. Aprilis 1654. §. subsistentia autem coram bo. me. Bichio relata in d. Rom. Cambij 10. Iunij 1662. §. Nec dicatur coram R. P. D. meo Albergato.*

Posito igitur hoc fundamento, quod per Instrumentum, † cui accesserunt solemnitates dicta Capitula explicitam validitatem sint adepta, vt inquit ex prælatis aliud Domini adhuc aduertebant optimè subsistere ex recepta conclusione, quod † nunquam præsumitur alteratio Capitulorum in Instrumento nisi expressè, & disertis verbis inter vtrumq; contrarietas innotescat, & non aliter sentiunt adducti in *d. dec. 188. nu. 6. coram Royas.* Quinimò ad hunc finem allegantur *in dec. 250. n. 16 par. 6. rec.* & ratio redditur apud *Pan. dec. 1237. num. 19. & dec. 1350. num. 5.* quod † nempè Capitula tanquam matrix, & originalis conuentio sunt attendenda, *ex Bartol. in l. Sempronius Proculus num. 3. ff. de leg. Cephal. conf. 88.* quod incipit originalis scriptura, † quodque nouatio non sit præsumenda, nisi expressè agatur, per *text. in l. fin. Cod. de nouat. & per congest. apud Gabr. cod. tit. concl. 1. num. 1.*

In proposita autem facti seriè nec talis cõtrarietas, minusq; nouatio legitur, siuè enim Capitula, & Instrumentum vti duo actus distincti, & separati considerentur, siuè vti vnicus tantùm, vt nunc factus, illa tamen pacta, quæ in eis sunt apposita, nec contrarietate, nec nouatione conquassantur, sed proprias interpretationes recipiendo potiuntur æquissima conuenientia, & inter alia illa duo principaliter controuertà, videlicèt in Capitulis, vbi præseruantur iura fideicommissaria contra tertios tantum, *e non mai contro il Sig. Conte Francesco, ò suoi heredi, ò successori*, & in Instrumento, vbi præseruantur iura forsan purificanda per mortem alterius ex transigentibus sine filijs capacibus fideicommissorum euenientibus casibus, prout iuris fuerit, quæ prima facie videntur contraria in eo, quod alterum præferat absolutam remissionem fideicommissorum inter transigentes, & eorum hæredes, atque successores, alterum verò illorum præseruationem in casum mortis alterius ex transigentibus sine filijs capacibus ostendat.

Sed facile est illis concordem intellectum conciliare cum hac explicatione, quod remissio fideicommissorum facta in Capitulis respicit bona inter transigentes diuisa, ad hoc vt æqualitas inter eos seruaretur propter bona libera cõmunicata, & detractiones, quæ liberè prætendebantur à Co. Francisco, illorũ verò præseruatio in Instrumento refertur ad alia fideicommissa, quæ poterant adesse, & detegi in familia de Pepulis; quæque purificari possent ad fauorem alterius ex transigẽtibus, quo casu decederent sine filijs capacibus. † Quæ interpretatio vltrà alias in præcedentibus decisionibus datas est capienda, ne alioquin detur inepta correctio, & contrarietas inter Instrumentum, & Capitula, ad quod præbet argum. *text. in l. quod traditum ff. de cond. & demonstr. & communis adnotatio DD. in cap. inter dilectos §. exterum de fide Instrum. Aret. conf. 9. num. 1. Paris. conf. 3. num. 25. lib. 3. Bald. consil. 463. num. 5. lib. 5. Dec. conf. 195. num. 3. Cranett. conf. 70. num. 5. & 18. Rot. dec. 9. num. 11. & dec. 250. nu. 13. par. 6. rec.*

Nec obstat aliud fideicommissum non reperiri, ad quod dicta præseruatio referri possit, & consequentèr transigentes intellexisse de bonis fideicommissariis, quæ diuidebantur, quia tantùm abest illos cogitasse de dicto fideicommisso, quod certum erat, & purificatum, quod potius manifestè colligitur eos mentem direxisse ad alia fideicommissa ignota, & incerta, cum sint locuti per dictionem, *forsan*, † quæ est dubitatiua, *l. Gallus §. forsitan ff. de liber. & posthum. l. & si quis §. fortassis ff. de releg. & sumpt. funer. l. arboribus §. vltimo ff. de vsufr. Rot. dec. 533. nu. 3. par. 4. rec.* † ex quo præseruatio dubitatiua benè potuerit apponi, & remanere inefficax, quam diù nihil reseruabile deprehendetur, *Surd. conf. 125. num. 9. 302. num. 4. 377. num. 21. & 458. num. 33. Menoch. conf. 319. num. 22. & conf. 1034. num. 5. Ciriac. controuer. 275. num. 19. & contron. 281. num. 48. Rot. dec. 384. nu. 4. par. 2. recent. & coram Gregor. decis. 82. num. 22. & decis. 85. num. 11. & 18.*

Minus pariter vrget dictum Co. Ioannem admisisse ad fideicommissum Co: Francisci, atque illius descendentes, & voluisse, vt ipsis deficientibus ad se reuerteretur, talis enim admissio, vti de incapacibus contra expressam voluntatem fideicommittentis, qui extantibus legitimis legitimatos excluserat, † potius lites litibus, quam ipsis finem imposuisset, & nullo modo facta fuit, vt aduertit *prima decis. bo. me. Verospij 5. Martij 1660. §. siquidem bonorũ.*

Quapropter Domini censuerunt † sumendam esse prædictam interpretationem, quæ iuri, & rationi congruit, *l. cum Pater ff. pact. dotal. l. nõ ad ea vers. quod si purè ff. de condit. & demonstr. cum concord. per Bart. in l. fin. §. item quæsitum numer. 4. vers. Debet scire ff. de condit. indebit. Rot. decis. 711. n. 11. vers. & interpretatio par. 3. dec. 429. sub n. 24. vers. quia prius par. 5. cum aliis in decis. 387. nu. 45.*

16 par.9.rec. quæque omnem admittt contrarietatem, & repugnantiam in eodem contractu, vt præter alleg. in antecedenti §. *sed facile est*, tenent *Dec.in l.pacta nouissima num.5. C. de pact. Surd.dec.288.num.39. Rimin.Iun.conf.551.nu.15. Rimin.sen.conf.177.num.13.Ret.decis.439.num.50. par.9.rec.*

Rursus talis admissio remanet etiã exclusa per illa verba, *iura forsitan puniscenda per mor-*
17 *tem alterius &c.* † quia illa dictio, *forsitan*, facti dubietatem importat, *Ias.in l.si ex falsis num.5. C. de transact. Menoch.conf.759.num.4. cum alijs, quos recenset Barbos.dict.126.num.3.*

Nullitatem quoque ex capite prohibitionis alienationis obiectam nihil refragari cen-
18 fuerunt Domini, † quia transactio inter dd. Comites Ioannem, & Franciscum bona fide, & pro sopiendis litium, & altercationum fomitibus celebrata, firma est, ac valida non-
19 obstante qualicumque † prohibitione alienationis etiam in præiudicium successiuè vocatorum ad fideicommissum, *l. cum hereditas ff. ad Trebell.l.Præses C.de transact. Mantic. de tacit. lib.26.tit.26.num.20.Grat.discept.for.cap.476.n.1. & 7.Fusar.de substit.qu.564.num.2. Ret. cor.Royas dec.437.num.6. & dec.477. num.10. cum pluribus relatis in Romana fideicommissi de Parisanis 27. Iunij* 1650. & §. *imò coram Eminentiss.D.Cardinali Celso, in Romana fideic. de Mutis* 10. *Maij* 1658. §. *penult. coram Reuerendiss. Di meo Decano, & in Ferrarien. fideicommissi* 22. *Iunij* 1661. §. *Iustissima coram me.*

Tabulæ verò de nouo confectæ, quæque vocantur contra calculo, nulla ratione præfatis officere fuerunt existimatæ, vltrà enim plures exceptiones, quæ aduersus eas datæ sunt in responsione facti, Domini iudicarunt non à tali calculo causæ decisionem pendere,
20 sed à pactis in transactione positis, † quæ pacta dum referuntur ad plures detractiones, quæ liberè debebantur Co. Francisco, & ob bona libera per eum communicata, vt ex tenore prolixi Instrumenti transactionis colligere est, dum in consequentia transigentes conuenerũt inter se de remissione fideicommissi per verba clarissima, & verba dubia, & obscura suam applicationem fortiuntur circa alia bona, vt supra dictum est, quælibet iterata calculorum inspectio est superuacanea.

Aliæ denique repetitiones fieri solitæ abunde refutantur, tàm in decisione, quæ hodie examinabatur, quàm in cęteris editis coram bo.mem. Verospio, & coram R. P. D. meo Ottalora, & propterea non egent alia diiudicatione,

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT

Fulginaten. Fideicommissi.

Luna 4. Iunij 1668.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommissaria quando in veritate constat, quod fuerunt distracta, tunc probato statu hæreditario, & alia de quibus in decisione locus est sine dubio integrationi fideicommissi.

SVMMARIVM:

1 *Sententiæ validitas in dubio præsumitur, si omiserit adfuisse necessaria in actis.*
2 *Iustitia sententiæ Rotalis deducitur ex decisionibus in causa emanatis.*
3 *de Fideicommisso, quando dicatur plenissimè constare.*
4 *pro Fideicommisso reintegrando, quando bona ei adiudicanda sint.*
5 *Fideicommissi status, benè deducitur certissimus vigore confessionis ipsius partis.*
6 *Partis confessio habet vim rei iudicatæ.*
Confessio propria superat omnem probationem, num.6.
Fideicommissi status, quando dicatur certissimus, num.6.
7 *Partis narratiua, emissa ad ipsius commodum, & prout ei magis expediebat, non est attendenda.*
8 *Hæres non potest impugnare confessionem defuncti.*
9 *Hæres non valet redarguere defunctum de mendacio quod non est permissum.*
10 *Probatum quod est, non eget alia probatione.*
11 *Confessione propria stante, non admittitur nisi extatissima, & per necesse conuincens probatio.*
12 *Legitima non debetur filijs nisi ex bonis patris, deducto ære alieno.*
13 *Filius non præsumitur voluisse diminuere quantitatem bonorum paternorum, quia sic diminueretur eius legitima, & nu.14. & seq.*
19 *Inuentarii defectus bonorum hereditariorum inter cohæredes vnus alteri non potest obijcere, si à nemine fuerit confectum.*
20 *Hæres, sicuti non potest reclamare facto defuncti, ita multo minus dicendum est de hærede hæredis.*
21 *contra Hæredem competunt omnes exceptiones, quæ competebant contra defunctum.*
22 *Hæres quando non confecit Inuentarium, & alienauit bona hereditaria præsumitur sibi satisfeciſſe de eo, quod erat creditor defuncti.*
23 *Et quando id habeat locum.*
24 *Libello æquipollet inuentarium.*
25 *Hæres, quando non præsumatur sibi satisfeciſſe de credito hereditario, licèt inuentarium bonorum hereditariorum non confecerit.*
26 *Confessio implicita ex quo oriatur.*
27 *Confessio etiam implicita plenè probat.*
28 *Præsumptio cedit veritati à parte agnitæ, & approbatæ.*
29 *in Facto proprio ignorantia non est excusabilis, num.28.*
29 *Probatio præsumptiua versatur circa id, quod ignoratur, qualitèr gestum fuit.*
30 *Ignorantia non potest allegari, cui factum est notum.*
Hæres est eiusdem iuris, quàm defunctus, num.30.

In eadem causa adest altera decisio supra sub die 2. Martij 1658. coram eodem R.P.D. Bourlemont est in ordine decis.526.

DE-

DECISIO DXXXII.

IN binis decisionibus editis coram R.P.D. meo Beuilaqua 27. Martij 1653. & prima eiusdem mensis 1660. firmatur constare de fideicommisso Io: Martini ad fauorem Flaminiæ, & aliarum sororum de Roncallis ipsis debito ex personis Francisci Claudij, & Octauiani filiorum Rodulphi Senioris. Postea gradatim cõrrouersia processit ad articulum retentionis bonorum Rodulphi prætati, qui fideicommissum Io: Martini Patris dissipauit, & prima vice resolutum fuit retentionem dictis sororibus non competere ex capite illiquiditatis creuiti, & incertitudinis status hereditatis Io: Martini, vt in decisione sub die 7. Iunij 1660. sed in subsequenti disputatione semel atque iterum assumpta explanatis, illiquiditatis, & incertitudinis, obiectionibus dictum fuit petitam retentionem competere ex iuribus recensitis in duabus alijs decisionibus pariter R.P.D. mei Beuilaquæ, sub diebus 14. Martii 1661. & 13. eiusdem mensis 1662. Quibus ita discussis lata est sententia fideicõmissi Iura, & retentionis beneficium pro eo reintegrando Laurentio, & alijs de Iacobellis dictarum sororum successoribus adiudicans. Vnde causa per appellationem ad me deuoluta hodie Domini censuerunt sententiam Rotalem esse confirmandam.

1 Subsistente illius validitate † cum omnia de iure seruanda adimpleta fuerint, iux. *vulg. dec. Caputaq. 260. par. 2.* atque iustitia resultante ex tot decisionibus, quæ sententiam præcesserunt *Rota decis. 362. num. 12. par. 4. tom. 2. dec. 51 num. 18. par. 5. dec. 32. nu. 5. & dec. 219. n. 3. par. 11. recent. & passim.*

Quarum decisionum fundamenta circa vtrumque caput fideicommissi, & retentionis iterum ad examen redacta pro subsistenda iustitia sententiæ optimè subsistere visum est DD. nam quoad fideicommissum Ioannis Martini certissimum est, quod dicti Franciscus, & Octauianus, ac alij Rodulphi Senioris filij in conditione posiri fuerunt dispositiuè vocati. Idque plenissimè † probant vrgentissimæ coniecturæ ex Testamento fideicommittentis elicitæ, & admissæ in duabus primis decisionibus, quodque dictas sorores de Roncallis ad illud agere potuerint vti hæredes filiorum dicti Rodulphi Senioris, quorum fauore fideicommissum ordinatum fuerat, & cum quibus expirauerat, in specie declarauit *Rota in §. fin. secundæ decis.* 3

Quantùm verò spectat ad retẽtionem pro reintegratione fideicommissi Io: Martini DD. ad epilogum reducentes obiecta aliàs excitata, & retoluta in dictis decisionibus indubitatum esse existimarũt bona fideicommissi distracta fuisse à Rodulpho Seniore, dum pro parte alienatio ostenditur, & de reliquis ratio non redditur, † & proinde super illius bonis competere retentionem pro resarciendo fideicommisso, *ex addictis in prima parte tertiæ, & in §. 1. quartæ decis.* & status fideicommissi est certus, iuxta confessionem filiorum 4 fideicommittentis, qui pro consequenda legitima † in bonis Patris medio iuramento asseruerunt, non comprehensis bonis Bergomi existentibus, ac subiectis fideicommisso particulari, illius hæreditatem ascendere ad scut. 275. mil. & ad hunc effectum exhibuerunt Instrumenta necessaria, ac legitimam assignari a Iudice obtinuerunt. 5

Quæ confessio clarissimè iustificata † vim rei iudicatæ obtinet, & superat omne genus probationis, vt præter adductos in duabus vltimis decisionibus, ex pluribus cumulatis aduertit *Posth. de manut. observ. 19. nu. 7. vsque ad 19.* & de dicto certissimo statu minimè dubitandum est, cum successu temporis obseruatus fuerit (iuxtà calculum liquidò supputatum *in penultima decis. in §. 1.*) in restitutione ratæ Decij vnius ex filijs Io. Martini vigore dicti fideicommissi, super quo tantùm fuit facta tranlactio, non autem super bonis proprijs ipsius Decij, *vt habetur in quinta decisione §. 1.* & apertis verbis dicitur in transactione facta cum Petri hærede, & in alia concordia cum Marci filiabus in fine illius non attenta dictarum filiarum narratiua, quæ † nihil in contrarium concludit, & emissa legitur ad ipsarum commodum, & prout magis illis expediebat, vt in Summ. dato in præteritis positionibus. 6 7

Quamobrem dicta confessio super dicto statu † impugnari non potest ab hæredibus illorum, qui eam religiosè obseruarunt, per *Text. in l. cum à matre C. de rei vindic. Coccin. decis. 120. num. 2. dec. 170. num. 8. & dec. 295. nu. 3. par. 8. recent.* Alioquin suos Auctores de mendacio redarguerent, quod illis non est permissum, ex adductis *in decis. 925. num. 4. coram Burat. & decis. 148. num. 33. par. 10. rec.* 8 9

Nec afficit, quod dicta confessio veluti innixa Instrumentis productis coram Iudice, qui legitimam assignauit non subsistat, ex quo nonnulla bona in eisdem Instrumentis expressa non sint referenda ad creditum hæreditatis. Cum dicti filij sua bona, & credita non deduxerint ex hæreditate paterna.

Etenim hæc nullo pacto iustificantur atque etiam probata non relenarent, quia dici non posset fuisse relata ad creditum hæreditatis, dum dicti filij coram Iudice non expresserunt quæ bona supputauerint † pro complenda summa scutorum 275. mil. vt patet ex verbis dictæ confessionis relatis *in quinta decisione §. 1.* & d. Status firmatus in scutis 275. mil. non indiget alio fulcimento, ac ex se plenè probat *Rota in Montis falisci supplementi legitimæ 18. Iunij 1642. coram bo. me. Bichio*, nec contra illum vlla probatio est admittenda, nisi ex actissima pernecessè conuincens, † quod res se aliter habere non potuerit, *per text. in l. cum de indeb. 25. §. vlt. ff. de probat.* vbi communiter scribentes *Rota decis. 64. num. 2. coram Eminentiss. Card. Otthobono decis. 349. num. 29. par. 9. recent. & in penultima decisione §. primo Ren. P. D. mei Beuilaquæ.* 10 11

Dumque dictus status fuit firmatus ad effectum detrahendi legitimam, quæ non debe-

12 tur nisi ex † bonis Patris detracto, ære alieno verisimile non est, quod dicti filij voluerint augere hæreditatem paternam, cum bonis ad eam non spectantibus, sed verisimilius est, quod maluerint illius diminutionem procu-
13 rare † ad hoc, vt maior quantitas bonorum liberorum penes ipsos remanere posset, ex traditis *per Rub. ad decis. 29. nu. 143. & ad dec. 262 num 231. par. 8. recent. cum alijs allegatis in vltima decisione R. P. D. mei Beuilaquæ §. à qua quidem.*

Et quatenùs etiam dicti filij voluissent augere hæreditatem paternam, attamen dictus status esset attendendus, quia sibi præiudicassent, attenta præsertim dicta obseruantia
13 subsequura † in restitutione portionis Decij, ad tradita *per Cirac. discept. 3. num. 33. Rot. diuers. dec. 693. num. 1. & 3. par. 3.*

Ex qua confessione inter filios fideicommittentis obseruata, ac incontrouertibili infertur ad Iacobillos spectasse scut. 6854. ex personis Francisci, & Octauiani, vltra similè summam sibi debitam, quod inter partes non controuertitur ex persona Claudij, vt in fine secundę decisionis, nam detracta legitima sex filiorum Io. Martini, quæ est semis totius assis hæreditarij scut. 275. mil. remansit fideicommissum in scut. 137500. & hæc diuisa inter sex fratres cuiuslibet portio reducitur ad scuta 22916. quæ postea aucta est ad sc. 27416 inter alios quinque fratres, ad quos reducit portio fideicommissaria Decij, *vt in quinta de-*
15 *cisione* §. 1. quæ venit † in restitutione fideicommissi *Surd cons. 458. n. 1. Rellon. Iun. cons. 86. num. 29. Greg. dec. 337. num. 5.* Vnde portio Rodulphi Senioris alterius ex quinque fratribus ascendit ad dicta scuta 27416. quæ diuisa inter quatuor eius filios scilicèt Franciscum, Claudium, Octauianum, & Hieronymum Rodulphum videlicèt reddi debent sc. 6854. ex quo fit, vt mortuis Francisco, & Octauiano, illorum portiones, de quibus agitur pro medietate spectent ad Iacobillos Nepotes Claudij, & pro medietate ad Paulum Aemilium filium Hieronymi Rodulphi illorum
16 hæredes pro æquali. Sicque † pro his summis ita liquidatis competit Iocobillis retentio bonorum d. Rodulphi Senioris pro reintegratione fideicommissi Io. Martini *glos. in l. postulante in verb. petere ff. ad Senat. Consult. Trebell. Bart. in l. quid si possessor ff. de petit. hared. Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 186. num. 1. & seqq. cum alijs adductis in decis. 7. Iunij 1660. in prine. ac in 4. decis. in prine. & §. 1.*

17 Cui retentioni † officere non possunt exceptiones turbidæ quatenùs afferrentur, *Cirac. contron. 180. num. 41.* ac dixit *Rota in fine d. vltimæ decisionis*, & consequentèr ante solutio-
18 nem dictarum pecuniarum † Immissio concedi non poterat Hieronymo Rodulpho vigore fideicommissi Rodulphi Senioris aduersus dictas sorores, quæ possidebant medietatē illius bonorum, ac Iacobillis absque vllo dubio decernendum est retentio dictorum bonorum *Rota coram Buratt. decis. 946. per tot. Bononien. pecuniaria 16. Februarij 1637. §. & quod hæres teneatur bo. me. Card. Verospius, as in penultima, & vltima decisione R. P. D. mei Beuilaquæ.*

Minusque suffragatur exceptio non confecti Inuentarij, dum cohæredes Rodulphi Senioris illud prætermiserunt, alter alteri non
19 potest † illius defectum obicere, *Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 72. nu. 9. & 13. Barr. de success. legal. tom. 2. lib. 1. tit. 9. num. 9. & 10. Ofasch. decis. Pedemont. 147. num. 7. Rot. in Romana hæreditatis de Canalerijs 22. Maij 1630. coram Coccino cum alijs cumulatis in penultima decisione §. non obstat quod Franciscus*, & sicuti Hieronymus Rodulphus cohæres Rodulphi Senioris, ac dictorum Francisci, & Octauiani non posset hanc ex-
20 ceptionem † opponere pari quoque ratione idem dicendum est de Paulo Aemilio eius
21 hærede, † cui obstant exceptiones, quæ contra defunctum competebant, vt vltra adductos in *penultima decisione Rot. dec. 314. n. 1. par. 9. recent. & coram Card. Caual. dec. 536. nu. 2.*

Demùm non obstat præsumpta satisfactio
22 deducta ex omissione Inuentarij, † & bonorum alienationibus. Cessat enim respectu Iacobillorum, qui sunt rei, *vt in tertia decisione §. 1. Rota in Casenaten. bonorum 15. May 1651 coram R. P. D. mei Albergato, vbi referuntur concordantes*, vtque ea locum habeat duo copulatiuè requiruntur bonorum distractio, & Inuentarij omissio. Verùm non dicuntur bo-
23 na dilapidata † in hac facti specie, quia docetur de coæqualibus inuestimentis, & debitis solutis pro Rodulpho Seniore, vt ostenditur in duabus vltimis decisionibus, & in Summarijs tunc datis, ac Inuentario æquipollet libel-
24 lus porrectus † coram Iudice de partibus per dictum Hieronymum Rodulphum, in quo describendo bona stabilia, loca Montium, Census tun vigentes, ac retrouēditos cenendum est, cuncta bona annotasse, & Inuentarij prætermissio, vt supra opponi nequit, proindeque penitus cessat præsumptio satisfactionis, quia nullum ex dictis requisitis concur-
25 rit, ac respectu cohæredis non procedit, concurrentibus etiam Inuentarij omissione, & alienationibus, quæ imputantur in credita, hæredis grauati, quando non docetur de Inuestimentis, *vt in dicta Romana de Canalerijs 20. Nouembris 1630. coram Coccino.*

Dumque Hieronymus Rodulphus petijt immuniti in possessionem bonorum dicti Rodulphi Senioris aduersus dictas sorores detractis de iure detrahend., vt in dicto libello dato in Summario in prēteritis positionibus, & in alio Iudicio separationis legitimæ ab hęreditate paterna eā obtinuit ex personis quoque dictorum Francisci, & Octauiani, & sententiam latam super dicta separatione ratificauit, vt in dicto Summario vtique in neces-
26 sarium antecedens implicitè † ex his fassus fuit dictos Franciscum, & Octauianum bona non dilapidasse, nec esse satisfactos de eorum creditis, aliàs etiam legitima fuisset consumpta, nec illa detrahi potuisset, & ex dicta im-
27 plicita † confessione, quæ plenè probat *Aegid. decis. 683. ante num. 1. Rot. dec. 242. n. 4. & dec. 347. num. 1. par. 2. & dec. 363. num. 5. par. 9. rec. Certum*,
28 est, quod omninò diluitur præsumptio † satisfactio-

factionis, quæ cedit veritati à parte agnitæ, & approbatæ, *per text. in l. in rebus C. de iur. dot. Surd. conſ. 7. num. 61. Ros. in recent. deciſ. 477. numer. 10. part. 9.* Etſi eam allegare non poſſent dd. Franciſcus, & Octauianus, ex quo tenerentur ſaltem indicare alienationes per ipſos factas, cum in † facto proprio ignorantia non
29 ſit excuſabilis *Rota deciſ. 11. num. 8. par. 8. recent.* & præſumptiua probatio verſetur tantum circa id, quod ignoratur qualitèr geſtum fue-
30 rit, nec allegari poſſit † ab eo, cui notum eſt factum *Menoch. de præſumpt. lib. 1. qu. 8. nu. 2. & 3.* Ità paritèr adduci nequit à Paulo Aemilio eorum hærede, qui eſt eiuſdem Iuris cum defunctis *Barat. deciſ. 750. num. 3. cum aliis adductis in penultima deciſione R. P. D. mei Beuilaqua.*

Et ita decitum eſt vna tantum parte informante altera tamen pluries, ac pluries ad informandum ſimulata &c.

R. P. D. BOVRLEMONT

Romana Teſtamenti:

Veneris 13. Iunij 1670.

ARGVMENTVM.

Filiusfamilias Clericus Teſtari poteſt de bonis vndecumque quæſitis exceptis tamen iis quæ ab Eccleſia prouenium.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias vnicus Teſtari poteſt de bonis vndecumque quæſitis, præterquam intuitu Eccleſiæ, & numer. 2.*
3 *Leges conduntur ſuper re dubia.*
4 *Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, & num. 5.*
6 *Genus comprehendit ſub ſe ſpecies.*
7 *Clericorum appellatione comprehenduntur Clerici primæ Tonſuræ.*
8 Auth. Presbyteros, *quos comprehendat, & n. 9.*
10 *Extenſio de expreſſis ad non expreſſa non datur.*
11 *Prima Tonſura non eſt Ordo, ſed Ianua ad Ordines.*
12 *Prima Tonſura exuit ſuſcipientem ſtatu Laicali.*
13 *Militia Cæleſtis tribuit priuilegia ſicut Terreſtris.*
14 *Suſcipiens primam Tonſuram dicitur relatus in numero cæleſtium Militum.*
15 *Prima Tonſura præditus gaudet priuilegio Clericorum.*
16 *Prima Tonſura initiatus dicitur effectus de foro Eccleſiæ.*
17 *Argumentum à Militia Terreſtri ad Cæleſtem valet.*
18 *Prima Tonſura initiatus verè Clericus dicitur, &* in Auth. *Presbyteros comprehenditur.*
19 *Explicatio priuilegiorum non à verbis, ſed ab intellectu dependet.*
20 *Fauorabilis diſpoſitio non eſt mutilanda ſubtilitatibus amplia vt num. 21.*
22 *Priuilegia cum concedente latè interpretantur declara vt num. 24.*
23 *Extenſio ab expreſſis ad connexa datur.*
25 *Clericale priuilegium quibus competat.*
26 *Cantoris ſub nomen veſtè intelligitur initiatum primæ Tonſuræ.*
27 *Priuilegia Clericorum omnibus Clericis Communicantur.*
28 *Extenſio à gradibus ſuperioribus ad inferiores paſſim datur, amplia, vt num. 29.*
30 *Filiusfamilias Tonſuratus Teſtari poteſt.*
31 *Ordo idem Clericalis diuerſo iure cenſeri non debet.*
32 *Generale Verbum ad omnia appellatiua eiuſdem generis extenditur.*
33 *Filiusfamilias Clerici primæ Tonſuræ teſtari poſſunt, quod amplia, vt n. 34. 35. & 36.*
37 *Rota moueri ſolet ex rationibus non ex Calculo DD.*
38 *Declaratur* Sac. Concilium Trident. Seſſ. 23. cap. 6. de reform.
39 *Prothonotarius Apoſtolicus gaudet Priuilegio Clericali.*
40 *Prima Tonſura initiatus quando perdat priuilegium Fori in habitu non incedens, & num. 41.*
42 Cap. 6 Sac. Concil. Trident. *eſt reſtrictum ad ſolum priuilegium fori, in reliquis in nihilo eſt innouatum, & nu. 43.*
44 *Sublatio vnius priuilegij non tollit aliud.*
45 *Expreſſi non correctum relictum cenſetur ſub regulis iuris communis.*
46 *Ius ciuile, & Canonicum tribuens plura priuilegia Clericis non eſt Correctum, niſi in quantum apparet.*
47 *Patria poteſtas non læditur ex quo filiſamil. Clerici teſtari poſſint, & numer. 48. 49. 50. & 51.*
52 *Priuilegium Clericorum filiſamil. ad effectum Teſtandi regulatur iuxta terminos habiles.*
53 *Quæſita à filiſamil. præter intuitu Eccleſiæ omnia præſumuntur Caſtrenſia, vel quaſi.*

DECISIO DXXXIII.

INTER fluctuantes viciſſitudinum humanarum Curſus tot & tanti dubitationum, ac ambiguitatum Caſus emerguut atque tam varijs opinionibus inuoluuntur, vt perſæpè Iudicum attentio ſub titubanti deliberatione vacillet, donec magis, ac magis iteratis examinibus opinionem magis rationabilem primas partes obtinere contingat.

Hoc idem accidit in hac inſigni controuerſia, An filiusfamilias Clericus primæ Tonſuræ legitimè teſtari valeat ſuper qua reſolutum eſt die 26. Nouembris 1668. coram R. P. D. meo Priolo Teſtamentũ filijfamilias Clerici, de quo agebatur non ſuſtineri, quia in eo non concurrebat aliquod ex requiſitis *à Sac. Conc. Trident. Seſſ. 23. cap. 6. de reformat.*, vbi de Clerico primæ tonſuræ dicitur, *quod ipſe priuilegio fori non gaudeat, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut Clericalem habitum & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi ſeruiat vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſetur.*

Sed hodie articuli tanti ponderis qualitate

profundius, ac maturius inquisita & consequentiarum hinc inde expositarum natura, accuratissime subacta ac ruminata DD. agnoscentes *Sac. Concil. Trident.* loqui tantummodo de priuilegio fori non autem de aliis priuilegijs toti ordini Ecclesiastico competentibus opiniosissimorum Doctorum innumeris super hac quæstione Cõmentationibus postpositis, & recedendo à decisis coram R.P.D. meo Priolo † censuerunt filiosfamilias Clericos etiam primæ Tonsuræ gaudere priuilegio testandi de quibuscumque bonis ad eos quomodolibet alias tamen quam intuitu Ecclesiæ spectantibus ita ipsis indulgente absque vllo conflictu vtroque Iure Canonico scilicet per competentiam authoritatis in Clericos à Spirituali iurisdictione emanantis, vt *in cap. quia nos detestam.*, & Ciuili per modum priuilegij fauorabilis quod Supremi Principes in temporalibus Clericis impartiri possunt, vt *in l. Sacrosancta & in Auth. Presbyteros C. de Episc. & Cleric.*

Et licet in dicta Decretali, *quia nos de testam.* non adsit explicita mentio Clericorum filiorumfamilias, Nihilominus DD. reprobata Decij opinione existimarunt illum textum de ijs quoque esse intelligendum, quia nemini dubium erat † quin Clerici sui iuris de proprijs bonis aliunde, quam contiderationc Ecclesiæ quæsitis disponere valerent *ex Canon. placuit & Canon. quinque cum concordantibus allegat. in gloss. vtrobique 12. quæst. 3.* Quapropter euidentior visa est ratio, quod textus illius decretalis comprehendere debuerit etiam Clericos filiosfamilias respectu quorum difficultas adesse poterat, cum regulariter condantur leges super casu dubitabili † non autem super indubitabili iuxta responsum *Iurisconsult. in l. quod labeo, ff. de Carbon. & l. 1. vers. final. ff. ad municip. cum pluribus cumulatis in gloss. verb. Parentibus.*

Præterea dum hæc Decretalis loquitur de Clericis in genere, & indistinctè parimodo est intelligenda secundum legalem aphorismum in vtroque iure receptum, quod vbi lex non distinguit † nec nos distinguere debemus *cap. solita circa fin. de maiorit. & obed. ibique gloss. verb. distinguens l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præstand. l. pretio ff. de public. in rem. act. l. non distinguend. ff. de recept-arbit. Rot. decis. 36. num. 13. part. 5. recent.* potissimum quando agitur prout hic de genere † sub quo species omnes comprehenduntur *ad text. in Can. si Romanorum post med. & gloss. verbo dicendo distinct. 19. & in l. omnes C. de præscript. 30. vel 40. annorum, vbi pariter gloss. verb. enumerata* aduertit quod tantum valet generaliter dici, † quantum si singula numerentur *ex l. 2. ibi tanquam si super singulis C. de quadriennp. præscript.* & in terminis Clerici primæ Tonsuræ † quod sub generali Clericorum appellatione comprehendantur *trad. Barbos. Iur. Eccles. vniuers. lib. 1. cap. 39. num. 2.*

Sicut etiam quamuis *in auth.* † *Presbyteros* solummodo Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi Cantores, & Lectores exprimantur vnde plurimi Doctores expiscati sunt materiã & causam opinandi quod testandi priuilegium Clericis filijsfamilias *in dicta auth.* concessum † ad illos ordines expressos omnino sit restringendum & non ampliandum ad initiatos prima Tonsura inter ordines à Theologis non connumerata cum in materia priuilegiorum regulariter non detur extensio † de expressis ad non expressa *cap. sane de priuil. ibique Abb. num. 2. & 3. & cap. ex litteris de vita & honest. Clericorum.*

Attamen DD. prætermittendo quicquid Theologi firmant de prima Tonsura, quæ iuxta illorum documenta & dogmata † non est proprie ordo definitus & conceptus vti Sacramentum ad effectum imprimendi Characterem, sed solum ianua præambulum seu dispositio ad ordines, vt post *magist. sentent. in 4. sent. 24. distinct. qu. 2. art. 1. docet D. Thom. in summ. par. 3 quæst. 35. art. 2. & referunt Io. Lup. in tract. de libert. Eccles. par. 2. quæst. 4. num. 2. & 3. Mandos. ad regul. Cancell. 24. 1. quæst. num. 5. Graff. de effect. Cleric. in prælud. num. 298.* dixerunt indubitatum esse de iure Canonico per primam tonsuram statum laicalem exui & † Clericalem induci cum omnibus priuilegijs atque prærogatiuis ad ordinem Ecclesiasticum spectantibus pro Communi Canonistarum intellectu *in cap. cum contingat de stat. & qualit. & pluribus allegat. tradunt Graff. de effectu Clericorum in prælud. num. 201. Lap. allegat. 138. num. 11. & 12. Valenzuol. consil. 3. num. 66. & Lotter de re benefic. lib. 3. quæst. 35. n. 29.* merito quidem, nam sicuti in militia terrestri quis censetur † effectus miles, & gaudet omnibus priuilegijs militiæ ex eo tempore, quo in numeros est relatus, vt declarat *text. in l. ex eo tempore 43. ibique gloss. verb. electi ff. de milit. testam. l. final., §. Iubemus C. locat. Piccard. in principio tit. num. 17. vers. vnde arbitror Iustit. eodem tit.* pari quoque ratione quando aliquis prima Tonsura fuit initiatus in numeros Clericorum, † seu Militiæ Cælestis dicitur relatus *dicto cap. cum contingat de stat. & qualit.*, & ex eo tempore debet gaudere priuilegijs Clericalibus, † vt constat ex formula qua vtitur Episcopus conferendo primam Tonsuram secundum Rituale Romanum dum admonet † initiatum ex tunc effectum esse de foro Ecclesiæ & sortitum esse priuilegia Clericalia prout aduertisse *Rotam in vna Veronen. Pensionis 23. Februarij 1600. coram Cardinali Lancellotto notat Lotter. de re benefic. lib. 3. quæst. 35. numer. 30.* & ex aliis allegatis *apud Barbastr. pastoral. reg. vol. 1. numer. 9. part. 3. Graff. de effectu Clericorum in prælud. num. 300. & Boss. de patr. potest. cap. 5. num. 183.* Quod argumentum † à militia terrestri ad Cælestem valere dixit *Rota in dec. 166. num. 47. part. 8. recent.*

Cum igitur prima Tonsura initiatus sit uera Clericus † bene comprehenditur *in dicta auth. Presbyteros*, quia in priuilegijs fauorabilibus explicandis non esse inhærendum † litteræ, ac verbali interpretationi, sed esse attendendum verum & magis genuinum rationis sensum admonuit *Sum. Pontifex in cap. quanto de priuil. Imperator. in l. non dubium C. de legibus & in l. 3. in fin. C. deliber. prætor. atque Iurisconsult. in l. cen-*

20 *l. contra legem ff. eodem.* Nam diſpoſitio † fauorabilis ſubtilioribus interpretationibus non eſt mutilanda aut torquenda *cap. non nimis & cap. aduerſus de Immunit. Eccleſ. cap. quamquam de Cenſib. in 6. & in l. fancimus la ſecunda verſic. cum enim C. de Sacroſanct. Eccleſ.* præſertim vbi agitur, vt in præſenti caſu de priuilegiis fauore
21 Eccleſiarum diſpenſatis, † quæ ampliſſima largitione fruuntur *l. 4. in fin. & in l. priuilegia 12 C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. ſi qua per Calumniam 22. §. quin etiam omnia priuilegia & in leg. Orphanotrophoſ. 31. C. de Epiſc. & Cleric.* Quæque conceſſa ſunt ab eo, cuius iuri detrahitur, quo caſu latiſſimam recipiunt interpretationem in præ-
22 iudicium † concedentis, vt in terminis priuilegii declarat *Abbaſ. in cap. cum ex iniuncto 12. de hæretic. per text. ibi allegat. in cap. cum dilectus de conſuetudin. cap. olim de verborum ſignificat. & l. Beneficium, ff. de Conſtitut. Princip.* Itaut detur exten-
23 ſio ab expreſſis † ad connexa non expreſſa ſecundum egregiam diſtinctionem qua ad concilianda iura contraria vtitur *Abb. in dicto cap. cum ex iniuncto numer. 6. de hæretic. cum allegat. in adnotationibus eodem loco ab Alexandr. de Neu. littera B, vbi dicitur quod eſt doctrin. Innocent. in cap. cum dilecti de donat. quodque concordat gloſſ. in Clement. ſi de beneficio verſic. ſiue ad nos de prabend.*, quam diſtinctionem adhuc clarius dilucidat, Idem *Abb. in cap. quia circa num. 4. de priuil.* licèt
24 ſecus dicendum foret † quando priuilegium tenderet in præiudicium alterius quam concedentis, vt *in cap. ex Tuarum de auctorit. & vſu pallij cap. Paſtoralis de priuil. cap. ſuper eo de Offic. de legat. vbi Abb. cum alus & Innocent. in cap. cum dilecti de Donat.*

Ex quibus nullum ſupereſt dubium quin facultas teſtandi æquè competat filiisfamilias
25 Clericis primæ Tonſuræ, † oſtiariis, exorciſtis & Accolitis, licet illorum ſpecialis mentio non habeatur *in auth. Presbyteros*, ac aliis or-
26 dinibus expreſſis ſiue quia ſub nomine † Cantoris recte intelligi poſſe initiatum prima tõſura ĩnfertur *ex Canon. Pſalmiſta 20. ibique Gloſſ. diſtinct. 21. & in Canon. Aprimo verb. Pſalmiſta verſ. & per primam Tonſuram diſtinct. 21. & in Canon. illud verb. primum diſtinct. 77. Stephan. de Gait. in repetit. Can. ad limina 30. quæſt. 1. num. 11.*, qui concordantes adducit, ſiue quia priuilegia Clericorum † omnibus Clericis Communicantur cuiuſcumque ordinis & dignitatis exiſtãt vt optime infert *Abb. in rubric. de vit. & honeſt. Clericorum* atque ex identitate rationis paſ-
28 ſim datur † extenſio à gradibus ſuperioribus ad inferiores *Alex. conſ. 24. num. 44. lib. 2 conſ. 75. num. 3. lib. 3. Surd. conſ. 443. num. 21. Rot. coram Seraphin. deciſ. 496. num. 12. in recent. deciſ. 783. nu. 3. part. 2. & deciſ. 136. numer. 10. part. 7.*, vbi ſubdit
29 quod maxime fauore Eccleſiæ † ſeu alterius cauſæ piæ fit locus extenſioni *ex Roland. conſil. 72 num. 64. & ſeqq. lib. 1. & Honded. conſ. 95. n. 30. lib. 1.*, vnde in ſpecie Tonſuratum quoque
30 poſſe † teſtari firmant *Cepoll. auth. 111. Roland. conſ. 16. à numer. 7. & per tot. lib. 4. Graſſ. de effectu Clericorum effect. 19. num. 65. Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 19. num. 26. Molfeſ. conſ. 33. num. 4. Fontanell. deciſ. 531. num. 18. Gratian. diſcept. 464. numer. 12. & ſeqq. Bellett. diſquiſit. Clerical. part. 1. tit. de bon. Clericorum §. 7. nu. 25. de Communi & Communiſſima teſtatur Boſſ. de patr. poteſt. cap. 5. §. 6. numer. 182.*

Ne ergo vnus & idem ordo Status Cleri-
31 calis † ſeu vna & eadem ſubſtantia diuerſo Iure cenſeatur contra *text. in cap. quia circa verſ. fin. de priuil. vbi gloſſ. notat.*, quod verbum gene-
32 rale † ad omnia appellatiua eiuſdem generis extenditur in Verbo. ſed futuri DD. per confuſos diuerſarum opinionum amfractus ducto rationis euidentioris atque potentioris filo exiſtimarunt veriorem eſſe opinionẽ Do-
33 ctorum, qui admittunt filiosfamilias † Clericos etiam primæ tonſuræ teſtari poſſe de omnibus bonis ad eos ſpectantibus aliunde quam conſideratione Eccleſiæ, vt *trad. Barbaſ. Hoſtienſ. Butr. Io. Andr. Card. Ancharan. & alij Iuriſperiti ex antiquioribus relatis apud Couarr. in dicto cap. quia nos numer. 3. de teſtam. Sanchez lib. 7. Summ. cap. 13. num. 32.*, vbi *enumerat ex recentioribus Theologis & Summiſtis Angel. Sylueſt. Tabien. Nauarr. Azor. & Leſſ. quos etiam cum alys recenſet Boſſ. de patria poteſtat. cap. 5. num. 182. & inter eos Graſſ. de effect. Clericor. in prælud. numer. 300 & ſeqq.*, ſiue dicta bona ſint aduentitia, ſiue
34 profectitia, † ſiue ante ſiue poſt Cleticatum fuerint à filiofam. acquiſita ſaluo tamen vſufructu fauore Patris in bonis ante Clericatũ acquiſitis, vt reprobatis opinionibus contrariis tenent *Caſtrenſ. in l. Sacroſanct. numer. 3. C. de Epiſc. & Cleric. Dec. in cap. in præſentia num. 251. de probat. Pin. in l. 1. part. 1. numer. 45. de bonis quæ liber. Faſq. de ſucceſſ. progreſſ. tit. qui teſtam. non poſſ. numer. 33. Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 19. nn. 28. Barboſ. in l. Sacroſancta num. 2. & in auth. Presbyteros num. 5. C. de Epiſc. & Cleric. Guttier. pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 40. num. 3. verſ. vbi filius Ceuall. Comm. Controu. Commun. quæſt. 194. numer. 25. prope fin. verſ. vbi reſoluit Fragoſ. de regim. Reip. tom. 3. lib. 1. diſput. 2. de filiisfam. §. 8. numer. 233. & lib. 5. de teſtam. diſput. 8. §. 19. num. 300. Surd. conſ. 259. nu. 26.* qui teſtatur diſtinctionem inter Tonſuratos
35 & aliõs ordines † carere ratione, quemadmodum etiam arguitur ab aliis in genere loquentibus, vt *Viſill. ad afflict. deciſ. 241. numer. 2. & ſeqq. late Simon de pret. de interpretat. vltim. vol. lib. 2. interpret. 1 dub. 42. num. 16. Andreol. controu. 326. à numer. 2. Marin. var. reſol. lib. 1. cap. 62. numer. 12.*

36 Quam opinionem loquendo in genere † de filiisfamil. Clericis iam amplexa fuit *Rota in deciſ. 96. & deciſ. 166. part. 8. recent. & in Romana Cenſus 17. Maij 1669.*, §. *& licet coram Reuerendiſſimo D. Datario, vbi reſpondetur deciſ. Buratt. 639.*, quæ loquitur perfunctoriè illamque opinionem hodie in ſpecie filiisfamil. Clerici primæ Tonſuræ vti magis rationabilem approbauit iuxta morem huius Sac. Tribunalis in quo opiniones non ex multitudine Docto-
37 rum, † ſed ex rationum pondere ac momento ſolent prævaleſcere, *vt in deciſion. 301. nu. 1.*, ibi *non eſſe attendendas auctoritates Doctorum, ſed Iuribus & rationibus quæſtionem eſſe decidendam part. 1. diuerſ. deciſ. 62. num. 13. part. 5. deciſ. 17. nn. 4. part. 7. deciſ. 384. num. 33. part. 9. recent. In Foroli-*

nien.

nien. Emphiteuſis 23. Martij 1667. §. militantibus verſ. præſertim, vbi *adeſt vina ratio, & in Romana Dotis 29. Nouembris 1664.*, §. *& cum Rota coram me*.

Hinc non obſtat quod *Sac. Concil. Tridentinũ ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat.* præſcribat initiatos
38 prima † tonſura priuilegio fori non gaudere niſi cum qualitatibus, ibi recenſitis quibus Adrianum filiumfamil. Clericum, de quo agitur deſtitutum & vti laicum exiſtimatum fuiſſe prætenditur quia vltra quod Adrianum requiſita Concilii habuiſſe allegarunt Informantes pro Franciſco & Conſortibus, ex eo
39 quod eſſet Prothonotarius † Apoſtolicus deputatus pro legatione ab Eminẽtiſſimo Cardinali Ghiſio Legato à Latere, qua deputatione vti pro ſeruitio Eccleſiæ vniuerſalis & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ dicitur habuiſſe requiſitum *Sac. Concil. de ſeruitio & deſcriptione Eccleſiæ iuxta reſolutiones Sac. Congregationis relatas per Pignatell. conſult. 174. num. 5. & ſeqq.*, Necnon habitum ante eius diceſſum ab Vrbe continuo geſtauerat, prout etiam reuerſus vſque ad vltimam infirmitatem iuxta teſtium depoſitionẽ
40 poſt deciſionem examinatorum, † eſto quod aliquando dimiſerit medio tempore, quia non ſubſecuta declaratione Ordinarij ſemper potuit reaſſumere *iuxt. textum in cap. Clericus 2. de Vit. & honeſt. Cleric. Canon. eos qui vbi gloſſ. 20. quæſt. 3. Reuerendiſſimus Sperell. deciſ. 20. numer. 19.*
41 vbi quod ob non delationem † ſuſpenditur, ſed non extinguitur priuilegium *fori Ciarlin. controu. forenſ. lib. 1. cap. 55. nu. 12. Barbaſtr. de compet. iuriſdict. quæſt. 43. à num. 5. & tenere Doctores cum alijs copioſe recenſitis apud Queſad. contr. for. 24. num. 41. San Felic. deciſ. 14. numer. 1. Riccinll. de Iur. perſon. lib. 7. cap. 7. num. 23. Prat. diſcept. for. cap. 75. num. 26.* Cenſuerunt DD. diſpoſitionem
42 dicti † *cap. 6. Sac. Concil. Trident.* reſtrictam eſſe ad ſolum priuilegium fori, quod Clericus amittit non obſeruando requiſitas conditiones *à Sac. Concil. Trid.* In cæteris autem pri-
43 uilegijs † Clericorum nihil innouatum fuiſſe; vt *in puncto Sac. Congregationem Eminentiſſimorum Cardinalium Concil. Trident. interpretum declaraſſe commemorat. Gonzal. ſuper regul. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 5. num. 7. & Bellett. diſquiſit. Cleric. part. 1. de fauor. Cleric. perſon. §. 8. num. 22. Garz. de benefic. par. 2 cap. 3. num. 5. in fin. & alijs relatis reſol. Sac. Congregationis Iacob. Pignatell. conſult. 104. à num. 7. Comitul. reſponſ. moral. lib. 6. quæſt. 20. Nicol. in Floſcul. verb. Clericus num. 27. Dian. part. 1. reſolut. 36. Riccinll. de Iur. perſonarum extr. grem. Eccleſ. lib. 7. cap. 9 numer. 11. eos ſeqq. Barboſ. ſuper dicto cap. 6. Concil. num. 14. Squillant. de priuileg. Clerie. cap. 12. limit. 1. Parlador. rer. quotid. definit. 14. §. 2. num. 6. Sanchez in præcept. Decalog. lib. 7. cap. 13. num. 35. Rot. deciſ. 62. poſt Zuff. de legitimat. proceſſ. num. final.* optima quidem ratione cum per ſublationem
44 vnius † priuilegij non inducatur priuatio alterius ex eo quod Iuris Communis correctio non extenditur *cap cum expediat de elect. in 6.*, &
45 quod expreſsè correctum non inueniturſ intactum ſub Iuris communis regulis relictum intelligitur *l. præcipimus in fin. C. de appellat. Nauar. conſ. 24. de priuil. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5 §. 5. num. 9.* Vnde cum multiplicia priuilegia competant Clericis ex præfato armonico vtriuſque Iuris Canonici & Ciuilis concurſu
46 non inducitur † illorum priuatio niſi in Caſibus à Iure expreſſis, ita *Innocent. in cap. bona fil ſecundo col vltim. de elect. Imol. Abb. & Felin. in cap. quærelam de Iur. Iur. cum pluribus addutt. à Tiraquell. in l. ſi vnquam verb. reuertatur num. 48. C. de reuocand. donat. Gonzal. ſuper regul. 8. Cancell. gloſſ. 15. num. 19. Rota coram Puteo deciſ. 129. lib. 3. & part. 1. diuerſ. deciſ. 269. num. 2. & coram Achill. de Graſſis dicta deciſ. 1. de pan.*

Nec alicuius cõſiderationis viſum eſt DD. ad ſtructum inconueniens quod per tam am-
47 plum † priuilegium exorbitans præiudicium inferatur Iuri patriæ poteſtatis, Quoniam *in dicta auth. Presbyteros* parentibus etiam proſpectũ
48 eſt, † dum ipſis in bonis filiorum Clericorum præſeruata eſt legitima quam petere poſſunt ex conditione ex *l. iux. gloſſ. nouiter in dicta auth. verb. ferant ibique Bald. numer. 2. & l. cum lege C. de Epiſcop. & Cleric. Angel. in l. 2. num. 5. ff. de inoffic. teſtam. Surd. conſ. 259. num. 10. Rot. deciſ. 96. nu. 21. & dec. 166. num. 39. part 8. recent.* dumque vſu-
49 fructus in bonis acquiſitis anne † Clericatum fauore patris quoque remanet illæſus ex auctoritatibus ſupra congeſtis *in §. ne ergo poſt. verſic. ſiue dicta bona, & dixit Rota in allegat. Romana Cenſus 17. Maij 1669. §. & licet verſ. tamen verior & receptior ſententia*, etſi aliquod damnum patria poteſtas ex eo priuilegio videtur recipere adhuc tamen apparet valde temperatum &
50 compenſatum, † quia filijfamil. Clerici per talem auth. obligantur & coguntur velint nolint, relinquere legitimam parentibus etſi eã non relinquant poteſt à parentibus vindicari per condictionem ex lege, vt proxime firmatum eſt & in omnem euentum nemini liceret conqueri etiam ſi dictum priuilegium adhuc
51 magis minueret effectus patriæ † poteſtatis, quia ſupremus Princeps tales nexus ad ſui placitum ſoluere poteſt *ex tex. inſtit. §. filiusfam. quib. mod. Iuſpatr. poteſt. ſolvit.*

Non eſt etiam tam effrenata huiuſmodi teſtandi licentia in Clericis filijsfamilias prima Tonſura initiatis, itaut ante legitimam ætatem poſſint factionem Teſtamenti celebrare
52 vt exaduerſo opponebatur † Nam hoc priuilegium regulatur iuxta terminos habiles & Iuri Ciuili congruentes ex Cõſtitutione Leonina, de qua *tex. in l. cum lege*, ibi, *vltima condere ſecundum leges elogia licere C. de Epiſc. & Cleric.*

Reſpuerunt quoque DD. diſtinctiones inter bona aduentitia, profecticia, Caſtrenſia, ex
53 quibus diuerſæ opiniones pullularunt † ſiquidem in Clericis filijsfamilias omnia bona aliũde quam intuitu Eccleſiæ quæſita reputantur Caſtrenſia, aut quaſi Caſtrenſia ex concluſione inter Canoniſtas communiter recepta, de qua *Conarrin dicto cap. quia nos de teſtam. numer. 1. & 3. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 281. Bellett. diſquiſit. Cleric. part. 1.*

Reliqua vero obiectionum genera deſumpta ex alijs opinionibus leuioris armaturæ pariter reiecta fuerunt à DD. eorumque nullam

ratio-

54 rationem habendam esse † contra communem fauore Clericorum receptam in propriis terminis respondit *Rota dec. 166. n. 50. p. 8. recent.* Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Sacræ Rotæ Decano.

Neapolitana Hæreditatis.

Luna 9. May 1672.

ARGVMENTVM.

Dispositio licet sub verborum cortice conditionalis videatur, nihilominus attenta dispositione orationis modalis dicitur etiam per impropriationem verborum præsertim ad euitandum absurdum ex cõtrario sensu resultañ.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio dicitur modalis, & non conditionalis quoties onere implenda sunt post emolumentum licet oratio cantet, & datur ratio. num. 2. & num. 5.*

3 *Hæreditate iacente nemo potest accipere bona hæreditaria, nec quidquam facere.*

4 *Privatio supponit habitum.*

6 *Interpretatio qualibet sumenda est ad euitandum absurdum.*

7 *Proœmium demonstrat causam finalem.*

8 *Dispositio conditionalis interpretatur pro modali ad euitandum absurdum, & num. 9.*

10 *Privationis pœna nunquam inducitur nisi cum dolo & positiua malitia.*

11 *Monitio præcedere debet privationem.*

12 *Pœna, & amissio iuris quæsiti non irrogatur nisi cum interpellatione, & mora.*

13 *Impedimentum excludit dolum.*

14 *Lis præbet iustam causam transigendi.*

15 *Transactio facta bona fide, in qua relaxatur quid modicum respectu quæstionum subsistenda est.*

16 *Prohibitio alienandi non intrat quando hæres acquirit rem, cuius possessione carebat.*

17 *Lædere suum nemo præsumitur.*

18 *Dispositio facta ab eo, cuius conscientia demãdata est habetur perindè ac si facta fuisset ab ipso disponẽte*

19 *Dispositio testatoris est pro lege seruanda.*

Adsunt supra in eadem Causa duæ Decisiones, 1. sub die 30. Ianuarij coram Eminẽtissimo Card. Cerro, altera die 23. Iunij 1660. coram eodem, Præsens Decisio est coram Reuerendiss. P. D. Albergato cum qua terminata est Causa, & lata Sententia diffinitiua.

DECISIO DXXXIV.

IN prosecutione Causæ aduersus sententiam de voto Rotæ latam Patres Ministrantes Infirmis Ciuitatis Neapolis obtinuerunt Decisionem fauorabilem coram, Eminentissimo Domino Cardinali Carpineo contra Patres S. Mariæ in Porticu Burgi Chiaiæ eiusdem Ciuitatis fundatam in eo, quod propter nonnullas contrauentiones, & non adimplementum eorum, quæ in Donatione, & Testamento ipsis demãdauerat Pia, ac Nobilis mulier Felix Maria Vrsina Duciss Grauinæ, factus fuisset locus deuolutioni ad eorum fauorem, sed reproposita à me Causa, Domini recesserunt à Decisis, & censuerunt dictam sententiam fuisse iustè latam, quia ex nouiter deductis, & præsertim ex folio concordato coram d. Eminentiss. Carpineo apparuit Iustitia dictæ primæ sententiæ, & subsistentia Decisionũ aliis emanatarum corãm Eminẽtissimo Cerro, itaut sit locus confirmationi.

Et distinguendo Bona in Donationibus cõprehensa ab in testamento contentis animaduerterunt Domini quoad illa nullam incontrouertibiliter suspensiuam conditionem contineri, cum Duciss, non solum eorumdem ciuilem possessionem in Donatarios viuens trãstulerit, verum etiam iusserit, ac mandauerit ex tunc naturalem, atque actualem per eos apprehendi, licet sibi vsumfructum reseruasset, ibi: *Rimettendo liberamente essa Signora Duchessa à detta Ven. Casa, e Chiesa, e tutti i RR. Padri la corporale, e real Cattura della possessione di detti Beni stabili, Giardino e Bosco, vt supra donati, quale possessione vuole detta Sign. Duchessa, che detti RR. Padri da hoggi auanti vagliano, e debbano pigliare corporalmente à lor maggior cautela, non ostante la detta riserua dell' vsufrutto*, vt legitur in ipsomet Instrumento Donationis impresso *lit.* Y.

Quod amplius conuincitur ex iisdemmet legibus, & pactis ad eamdem Donationem appositis, emolumentum iam quæsitum pernecessè importantibus, cuiusmodi est prohibitio alienationis, atq; applicationis fructuum aliis Domibus eiusdem Religionis sub pœna priuationis ad fauorem substitutorum eodem Instrumento *lit. B. il. 2.* necnon alia prohibitio nedum venditionis, verum etiam locationis eorumdem Bonorum, & Palatii ipsius Donatricis sub pœna erogandi pretium, vel affictum inde perceptum in commodum, & beneficium ipsorummet substitutorum, eodem Instrumento *lit. E. & I. 2.* Item alia, quolibet triennio in publica Congregatione reddẽdi rationem sub pœna amissionis fructuũ sequentriennii *lit. S. T. & V. 2.* quæ omnia indubitanter ostendunt, atque euidenter supponunt antecedentem acquisitionem; cum alienare, locare, aut reddere rationem non possit, qui rem actu non habet tanquam subiectum circa quod potentia disponendi versatur; Indeque emersit æquiuocum in contraria decisione deductum *sub §. Nam aduerterunt*, quod scilicet Duciss etiam hic voluerit prius erigi Nouitiatum, etenim verba illa superinde ponderata, *Hà deliberato, e disposto di perfettionare, & augumentare detta Fondatione*, non respiciunt hanc fabricam Nouitiatus, sed Domum ipsorummet Patrum quatuordecim annis ante, & vsque de anno 1632. ab ipsa Duciss fundatam, vt conuincitur ex lectura eiusdemmet Donationis *lit. I.* & *in d. fol. concordato num. 17.*

Quo verò ad bona in Testamento contenta dispositionem fuisse modalem, non verò conditionalem ex eo constat, nam quoties onera, quæ iniunguntur à Disponente implenda sunt, post quæsitum emolumentum, toties

dispo-

dispositio dicitur facta sub modo, non verò sub conditione, & sic vnum ab altero distingui dixit *Bart. in l. quibus §. Termilius num. 1. ff. de condit. & demonstr. Natt. conf. 313. nu. 28. Surd. decis. 156. numer. 6.* etiamsi verba sonarent † in
2 conditionem, cum ad effectum, de quo agitur inspicienda sit substantia dispositionis, non autem cortex verborum, *Molina de primogen. lib. 2. cap. 12. nu. 14.* & pluries tenuit *Rota*, & signanter *in recent. decis. 217. numer. 5. par. 3.* & *201. num. 4. par. 9.* & *Melenitana pensionis 4. Februarij 1669. coram Reu. P. D. meo Priolo §. non obstante, & in Albanen. Donationis 16. Februarij 1671. §. Tamen coram R. P. D. meo Vicecomite, & in Pevusina pretensæ resolutionis Contractus 27. eiusdem mensis §. Prosequitis coram R. P. D. meo Calataiù.*

In proposito ex toto contextu Testamenti dati per extensum constat Patres S. Mariæ in Porticu fuisse purè, & simpliciter institutos, & postea per orationem distinctam, & separatam Testatrix mandat Patri Generali, & aliis Officialibus Domus ab ipsa fundatæ, quam suam hæredem appellat: *Che debbano subito erigere, &c. vna Casa di Nouitiato formato secondo le Costitutioni di detta Religione con applicarui il denaro per la suppellettile necessaria nel primo ingresso, e prouisione di detto Nouitiato, e li frutti annui in perpetuum secondo la necessità del numero de Nouitij, Padri, e fratelli necessarij al buon gouerno di detto Nouitiato, &c.* Et deindè præcipit, quod debeant, *assegnare, e spendere quella somma di denari, che sarà necessaria per la fabrica della nuoua habitatione di detto Nouitiato,* & infernùs vult, quod legatum *sia il primo ad essere eseguito, e sempre preferito à tutti gli altri legati, quali da me si fanno, &c.* & vlteriùs, *non prohibendo però à detti miei heredi valersi de denari, e frutti di detta mia hereditè per le spese, che occorreranno farsi per le liti, e per ogni altra cosa concernente la consecutione, e buon gouerno delli miei beni, e creditti della mia hereditè, e per la celebratione delle Messe, che lascio da celebrarsi doppo la mia morte.* Quæ omnia supponunt in necessarium antecedens Testatricem voluisse, quod
3 Patres † prius adirent, & acquirerent hæreditatem, quàm onera iniuncta adimplerent, nàm donec hæreditas iacet, nemo potest bona hæreditaria accipere, nec pecunias hæreditarias impendere, minusque soluere legata, quæ capi debent de manu hæredis, & solum ab eo præstanda sunt post aditam hereditatem §. *legatum Instit. de legat. Surd. cons. 319. num. 2. Rota coram Eminentiss. Otthobono dec. 203. num. 10. & dec. 401. num. 7. par. 12. recent. & decis. 56 num. 12. coram bon. mem. Bichio.*

Idipsum comprobat pœna caducitatis apposita in casu non obseruantiæ, & contrauentionis, ibi: *Et in ogni altro caso d'inosseruanza delle cose predette, e di ciascuna d'esse voglio espressamente, che detta Vener. Casa della Natiuità della Madonna, e suoi RR. Padri siano, e s'intendano decaduti da detta mia hereditè*: quod manifestè concludit hæreditatem fuisse agnitam, & ac-
4 quisitam, nàm priuatio supponit † habitum, cum nemo possit cadere ab emolumento nisi illud præcedenter acquisiuerit *l. decem ff. de verbor. oblig.* & præcisè ex hoc capite caducitatis, & priuationis Actores istud Iudicium intentarunt, vt videre est in eorum Monitorijs datis in secundo Summario hæredum coram Eminentissimo Carpineo *sub num. 3.* Vndè dispositionem verè, & propriè dici modalem,
5 non † autem conditionalem tradunt *Cephal. cons. 52. num. 2. & seqq. Gienagn. respons. 93. & apud eum Rota num. 32. in fine Carena resol. 93. numer. 11. Rota in recent. dec. 201. num. 15. & 16. par. 9. recent. & decis. 132. num. 13. coram bon. mem. Bichio.*

Nec dispositio desinit esse modalis ex eo, quod Testatrix dixerit: *Data la sepoltura al mio Corpo non possino detti miei heredi disporre di denaro alcuno, e frutti della mia hereditè, &c., se prima non sarà eretta, e stabilita la sudetta Casa di Nouitiato*; Nàm hæc non important suspensionem aditionis hæreditatis, sed solùm respiciunt executionem dispositorum in Testamento, & distributionem pecuniæ, cum immediatè subdiderit, & mandauerit, quod ante erectionem Nouitiatus expendantur à Patribus pecuniæ pro funeralibus, pro litibus, pro celebratione missarum, & pro consecutione, & bono gubernio Bonorum, & successiuè etiam quod soluantur legata vitalitia, & alia facta pro vnica vice, ideò intelligitur huiusmodi præceptum, quòd prædictis solutis, & adimpletis; reliquum in alios vsus, quàm in erectionem Nouitiatus conuertere non possent, & sic non suspendunt, sed præsupponunt aditionem hæreditatis, & si aliter intellectus admitteretur, sequeretur, quod dispositio esset sibimet con-
6 traria, quod præsupponi non † debet, imo ad hoc absurdum euitandum interpretatio capi debet *Text. in cap. Cum Tu, vbi DD. de Testibus, Alex. cons. 185 num. 4. lib. 7. Menoch. cons. 677. num. 8. Gratian. discept. 416. nu. 5. & decis. 184. num. 14. coram bon. memor. Bichio, & in Imolen. Tutela 27. Nouembris 1669. coram Reuerendiss. Beulacqua Alma Vrbis Gubernatore*, in nihilo subtilitè, quod erectio Nouitiatus, & alia onera fuerint iniuncta per modum causæ finalis, indeque illis
7 non adimpletis euanuerit relictum, nàm † causa finalis fuit pietas, & obsequium, quod Testatrix profitebatur erga S. Dei Genitricem, vt liquet ex prohemio, ex cuius forma causa finalis dignoscitur, & comprehenditur, *Altograd. cons. 36. num. 29. Gregor. decis. 531. numer. 5. Rot. decis. 229. num. 15. coram Eminentiss. Otthob. & decis. 20. num. 13. par. 5. recent.*

Minus autem dici potest conditionalis dispositio ex eo, quod Testatrix Patres instituerit limitatè, & cum clausula *eccettuati però l'infrascritti legati, e fideicommissi*, & ità excepta hac ipsamet dispositione nunc controuersa, vt arguit contraria decisio sub dicto §. *Nam*
8 *aduerterunt, & §. Quia contrarium.* † Etenim vltra quod implicat de directo vniuersalem hæredis Institutionem non comprehendere etiam legata, & fideicommissa, vtpotè, quæ de manu ipsius hæredis capienda sunt, vt in terminis respondit *Iuris Cons. in l. si quis ita 74.* & ex ea *Bald. de hared. instituen.* vbi quod exceptio illa operatione Iuris censetur reiecta, optimè *Ruin. cons. 32. num. 8. lib. 2. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 3. num. 16.* & in specie *Rota in Romana fideicom-*

Digitized by

commiſſ. ſeu Saluiani 2. Maij 1664. §. Quod comprobatur coram me; Reſpondetur ea verba non ſtare aduerſatiuè ad hanc inſtitutionem, ſed ad detractiones, quæ ex iiſdem legatis, ac fideicommiſſis fieri prætenderentur, ibi: *Eccettuati però gl'infraſcritti legati, e fideicommiſſi, dalli quali voglio, non ſi debba dedurre, ne diſalcare coſa alcuna anco per ragione di natura, Falcidia, Trebellianica, à per donato ſuſſidio de Beni*, eodem teſtamento impreſſo *lit. F.* itaut ſenſus Teſtatricis fuerit quod Patres in omnibus, & per omnia forent hæredes, hoc eſt Domini illorum Bonorum, de quibus pro Religionis augumento diſponere poſſent, exceptis tamen legatis, & fideicommiſſis, à quibus nec Falcidiam, nec Trebellianicam alioquin debitam
9 ſubducere valerent, † non quod ipſa legata, & fideicommiſſum non eſſent in ipſa generali Inſtitutione comprehenſa, cū alias à nemine prętari poſſent *d.l. ſi quis ita de hared inſtit. l. Neque enim de teſtam.* & in ſpecie ponderat *Rota in dicta Romana fideicommiſſi, ſeu Saluiani d. §. Quod comprobatur verſ. cum omnia coram me*.

Cum igitur diſpoſitio ſit non ſolùm modalis, verùm etiam priuatiua, & pœnalis, incumbit Patribus Miniſtrantibus Infirmis plenè, & concludenter iuſtificare non implementum,
10 & † inobſeruantiam cum dolo, & poſitiua malitia Patrum S. Mariæ in Porticu, ſine quibus pœna priuationis nunquam incurritur, & qualibet cauſa etiam iniuſta ſufficit etiam ad illam euitandam *Dec. conſ. 271. num. 2. Rota deciſ. 110. nu. 13. coram Eminentiſſ. Ottobono cum aliis in deciſione huius Cauſa 30. Ianuarij 1660.*
11 *§. verum quia coram Eminentiſſ. Cerro*, † quinimò præcedere debuiſſet monitio *iuxta Textum in auth. hoc amplius C. de fideicom. Felin. conſ. 34. n. 10. Menoch. conſ. 201. num. 43.* præcipuè ad hoc, vt ob non factum, contracta dici poſſit mora re-
12 gularis, ſine qua pœna, † & amiſſio luris iam quæſiti nō poteſt irrogari *l. pœnam ff. quando dies leg. ced. Pacian. conſ. 145. num 8. Rota in dicta Albanen. Donationis §. Sed admiſſa coram R.P.D. m. Vicecomite*, & priùs *in Bononien. Donationis 27. Iunij 1661. coram Reuerendiſſ. Beuilacqua*, & *22. Maij 1662. coram R.P.D. meo Bourlemont*.

Et quamuis ad probandum defectum adimplementi adduceretur, quod Patres hæredes ſtatim ſecuto obitu Teſtatricis in Palatio Magno Ducißæ, aut in Domo hærede ab ea fundata Nouitiatum non erexerint, id euenit non culpa, aut dolo illorum, ſed ex impedimentis, quæ immediatè ſuperuenerunt, nàm ſtatim ſecuto obitu Ducißæ ad inſtàtiam Ducis Grauinæ appoſitum fuit ſequeſtrum à Cōſilio Regio ſuper omnibus bonis, tàm cōprehenſis in Donationibus, quàm hæreditarijs, (cuius reuocationem obtinere nō potuerunt, niſi de anno 1651. vt ex folio concordato *nu. 1. & plurib. ſeqq.* & poſt tranſactionem initam cum Duce Grauinæ ſub die 8. Aprilis 1650.) & paulò poſt ſuborti fuerunt Neapoli tumultus Populares, qui non fuerunt ſedati, niſi poſt plures menſes, & coacti etiam fuerunt Patres plures lites ſubtinere pro adipiſcenda bonorum poſſeſſione, *vt in eorum Summario numero 24.* poſtquam ſedati fuerunt dicti tumultus populares, & longè ante mota m litem ab Aduerſarijs ſolliciti fuerunt introducere Nouitios quotquot potuerunt in Domo hærede, vt in folio concordato *nu. 42.* & ſucceſſiuè alios de anno 1649. *vt in d. eorum Sum. numer. 19. & ſeqq.* Deindè verò non potuerunt magis ſollicitè alios introducere tùm ob defectum pecuniarū, vt clarè reſultat ex calculo à Tribunali Fabricæ illius Ciuitatis approbato, tùm ſub ſubſecutam Conſtitutionem Innocentij X. fel. rec. in qua receptionem Nouitiorum generaliter prohibuit, qua ſtante opus fuit, vt recurrerent ad Congregationem deputatam pro licentia, quæ de anno 1650. illis conceſſa fuit pro admittēdis ad profeſſionem ſex Nouitijs anteà receptis, & pro admittendis ad habitum alijs quinque, qui recepti fuerunt de anno 1651. vt *in d. Sum. Patrum num. 19. & ſeq.* & demum poſt remotionem ſequeſtri, & poſt adeptam bonorum poſſeſſionem, & renouatis precibus fel. rec. Alexandro VII. poſt indultam in Signatura Gratię dilationem pluries poſtea prorogatam ad implendam Teſtatricis voluntatem, perfecta fuit fabrica materialis in Palatio, & de anno 1658. obtenta alia licentia admittendi alios decem, qui
13 pariter fuerunt recepti; † Vnde excluſus remanet dolus, & negligentia Patrum, qui ab huiuſmodi accidentibus fuerunt legitimè impediti, *cap. final. & ibi gloſſ. in verbo currit de elect. Creſcen. deciſ. 10. num. 20. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Rota deciſ. 104. num. 3. par. 1. diuerſ. & deciſ. 400. num. 5. coram b.m. Dunozetto, & deciſ. 328. num. 10. coram Papa Gregor.* vt fuit etiam ponderatum *in deciſ. edita in hac cauſa coram Eminentiſſ. Cerro die 30. Ianuarij 1660. §. Concurrentibus*, in qua etiam §. *Non probatur* ſatisfactum fuit adductis in contrarium *in deciſ. Eminentiſſ. Carpinei §. His poſitis*, ex relatione Architecti, & confeſſione Patrum circa Fabricam Nouitiatus.

Nec ſubſiſtit, quod Patres hæredes ob non adimplementum condemnati fuerint in illo Tribunali Fabricæ ad ſolutionem ducat. 5070 Quinimò poſt primum præceptum ſine Patrum citatione emanatum, à quo incepit inſtantia, exhibitis à Patribus declarationibus factis in Congregatione Generali iuxta ordinationem Teſtatricis, & alijs iuſtificationibus, fuerunt per diffinitiuam ſententiam de anno 1652. abſoluti, vt *in eorum Sum. coram d. Eminentiſſ. Carpineo num. 37.* quæ etiam ſententia optimè deſeruit ad excluſionem prętenſi non implementi, & multò magis doloſi, & malitioſi, *vt in d. deciſ. Eminentiſſ. Cerri §. Accedente.*

Similiter viſum eſt inſubſiſtens motiuum contrauentionis, quæ prætendebatur incurſa ex eo, quod non obſtante præcepto non alienandi Patres hæredes tranſegerint cum Octauio Blanco, & cum Duce Ferdinando Grauinæ, Debitore hæreditatis ex cauſa cenſus, nàm reſpectu tranſactionis, licet Teſtatrix generaliter prohibuerit hæredibus omnem, & quamcumque alienationem ex quauis cauſa, non tamen cenſetur, quod prohibere voluerit hu-

iusmodi transactionem, per quam Patres dimissa tantùm rata ducat. 18. mil. ex credito, seu censu maioris summę, in cuius possessione non existebant, vt in folio concordato num. 40. & *in Sum. num.* 45. non dissiparunt illius bona, ad quod Testatrix principaliter respexit, sed ea mediante recuperarunt possessionem hæreditatis, quæ instante Duce sequestrata fuerat, ac factum præceptum Magnæ Curiæ Vicariæ, ne concederet hæredibus præambulum ad adeundam hæreditatem, quæ impedimenta durarunt spatio trium annorum, nec prius remoueri potuerunt, quamuis Patres acriter litigauerint, quam post stipu-
14 latam transactionem, † vndè non solùm aderat lis, quæ tribuere solet iustam causam transigendi, vt dixit *Rota* cæteris allegatis in *Perusina Transactionis* 27. *Februarij* 1671. *coram R.P.D.mo Vicecomite*, Verùm etiam dubius illius euentus ob difficultates, quę oriebantur ex eo, quod prætendebatur non potuisse à Ducissa donari bona tanquam habita cum strictissima prohibitione alienationis ad fauorem Agnatorum, & quod vigore consuetudinis Neapolitanæ nequiuisset disponere vltra medietatem dotis, & bonorum antiquorum, tàm stabilium, quàm mobilium, reliquam reseruando consanguineis, super quibus etiam non defuit consilium iuris Perito-
15 rum, † vnde tanquam bona fide facta, & tendens in vtilitatem hæreditatis, per quam Patres dimittendo quid modicum respectu illius, quod acquirebant, debet substineri, & comprehendi non potest sub prohibitione a-
16 lienandi, quæ solum intelligitur † quando per transactionem hæres rem penès se existẽtem transfert in alium, non verò quando per illam, possessionem rei, qua carebat adipiscitur, quia tunc non alienat, sed acquirit, *Bero. conf.* 68. *num.* 54. & *conf.* 176. *num.* 32. *lib.* 1. *Roland. conf.* 15. *num.* 42. *lib.* 1. *Natta cons.* 441. *numer.* 11. *Peregr. de fideic. art.* 52. *num.* 88. *Petr. eodem tract. quæst.* 8. *num.* 72. *Duaren. de Maiorat. par.* 4. *q.* 22. *num.* 8. *Valleron. de transact. tit.* 4. *quæst.* 1. *num.* 26. *Add. ad Buratt. decis.* 690. *lit. B. Rot. decis.* 767. *num.* 11. & 12. *coram Merlino, & in decis. edita* 30. *Ianuary* 1660. §. *Minus coram Eminentiss. Cerro*, in qua vlterius *sub* §. *Hic autem*, plene comprobata fuit, nedum vtilitas, sed necessitas transigendi ob euidens periculum longè maioris iacturæ.

Denique contrauentionem non importat Concordia cum Blanco, nam pariter in hoc Patres hęredes acquisiuerunt scut. 1600. & ducatos 1000. pro fructibus cuiusdam census, de quo nulla aderat iustificatio præferens illum fuisse creatum de pecunijs Ducissæ, imò aderant in contrarium depositiones Testium formiter examinatorum, & sententia absolutoria R.P.D. Areosti tunc A.C. Locumtenentis, adeout nemo prudentiùs se gerere poterat, & totum illud, quod ex huiusmodi credito pro hæreditate Patres acquisiuerunt, ex
17 eorum industria fuit acquisitum, † si enim Iustificationes contra Blancum habuissent, non est credendum, quod voluissent in præiudicium pij operis ità transigere, suumque iactare, resistente *notissimo textu in Extravag. ambitiosæ de rebus Eccles. non alienan.* & in præcisis terminis hoc argumento vsa est *Rota in Romana Locorum Montium* 26. *Iunij proximi præteriti* §. *huius autem vtilitatis coram R.P.D. meo Rondanino*.

Cæterum, quod rem ponit in claris est præceptum Ducissæ, quo statuit discussiones implementi, & obseruantiæ suæ voluntatis impleri, & iudicari debere de triennio in triennium à Congregatione Generali eorumdem Patrum, de qua omninò ipsa confidit, cui voluit Ministrantes Infirmis sub pœna caducitatis stare, seù acquiescere, ibi: *Affinche non resti occasione di lite, ò differenza alcuna trà detta Ven. Casa, e Chiesa di Santa Maria in Portico, e detta Religione de Ministri dell' Infermi, vuole, e dichiara, che nelle Congregationi Generali di Triennio in Triennio debbano dichiarare per atto publico, che nella detta Congregatione, e Triennio precedente si è appunto osservato, adempito, & eseguito quanto nella presente Donatione è stato disposto, &c. Verum in qualsinoglia futuro tempo detta Religione de Ministri, &c. forse intentasse in Iudicio, ò extrà contro detta Ven. Casa, &c. qualsinoglia pretensione, ò lite vuole espressamente detta Signora Duchessa ex nunc pro tunc, & è contra, che detta Religione de Ministri d' Infermi ipso Iure, ipsoque facto, subito, e senza dichiaratione, ne Decreto giudiciario, s' habbia, & s' intenda, e sia esclusa, si come ex nunc pro tunc, & è contra l' esclude in detto caso, e vuole, che non si habbia per nominata, ne chiamata* d. Instrumento donationis *lit. S. & X.* 2. & d. Testamento impresso *lit. O. P. Q. & R.* 1. Quapropter cum Patres in sua Generali Congregatione horum omnium rationem reddiderint, cunctaque adimpleuisse ostenderint, & super his fernata forma à Ducissa tradita quolibet Triennio accesserit iurata declaratio, & approbatio Patris Rectoris Generalis, & Patrum Vocalium Religionis, de quibus Ducissa summopere confidit, eorum tantum conscientiam onerando, frustra hodie Patres Ministrantes Infir-
18 mis † contra præceptum Testatricis prætendunt discussionem reficare, cum perindè sit, ac si omnia ab ipsamet Ducissa fuissent approbata ex deductis *in Romana Locorum Montium* 21. *Iunij* 1660. §. *Eoque magis coram Reuerendissimo Benilacqua, & in Bononien. fideicommissi de Amorinis* 8. *Iunij proximi præteriti* §. *Nec subsistit coram R.P.D. meo Bourlemont*.

Nec benè impugnantur declarationes factæ à Congregatione Generali sub prætextu, quod in eis non fuerit facta expressio rerum adimpletarum, quia Ducissa non requisiuit huiusmodi expressionem, & sufficit factas fuis-
19 se iuxta formam ab eadem præscriptã. † quæ debet pro lege seruari, vt responsum fuit *in secunda decisione Eminentissimi Cerri* 25. *Iunij* 1660. §. *Secundùm verò*.

Et ita post plures propositiones capta fuit resolutio pro recessu à Decisis, vtraque Parte informante.

Finis coronat Opus, & procoronide præsentis Volum. duas sequentes aureas coronas, seu Vota apponam.

R.P.D.

R. P. D.

MARCELLO SEVEROLO.

VOTVM DECISIVVM

In Causa Romana prætensæ Immissionis, seù Fideicommissi de Ceulis.

Die Lunæ 5. Octobris 1672.

ARGVMENTVM.

Latissimè examinatur: An filiatio, & Descendentia requisitæ ad effectum obtinendi immissionem in bonis fideicommissariis, ad quę sunt vocati filij legitimi, & naturales, probata remaneat ex enunciatiuis, ac Testibus de publica voce, & fama deponentibus, & quæ probationes ad hunc effectum requirantur pro auocandis bonis à tertijs possessoribus. Et an etiam probata sit qualitas legitimitatis, præsertim in Actore, vbi an hoc casu illa sit præsumenda, vel probandum Matrimonium, pro cuius probatione an concedenda Remissoria, vel ex scripturis constare debeat; Præsertim dum ex præsumptionibus exclusa remanet illius probatio, & quæ sint huiusmodi præsumptiones.

Examinatur etiam nouitèr, ac singulariter Articulus à nemine tactus; An inter diligentias quæ Parochi facere tenentur in matrimonio vagorum, & forensium vigore *Sac. Concily Trid.* teneantur etiam exquirere fidem Baptismatis, vbi etiam An, & qualis probatio filiationis ex illa resultet.

VNDEQVAQVE præstantissimum, & doctissimum est sequens hoc Decisiuum Votum, & non mirum sit latum, & extensum ab Illustris. & Reuerendiss. D. Marcello Seuerolo, vtriusque Signaturæ S. D. N. Referendario, Qui præter summam, & exquisitam eruditionem, eminet in eo perbellè Iuris vtriusque profunda cognitio. Vnde Iuris nodos, ac Legum tortuosa Aenigmata perexcellentèr soluit, tenebrasque fugando omnes.

Et cum eiusdem familiaritatem à prima eius iuuentute habuerim, elucet in eo mirifica virtutis indoles, nihilque in eo inexpertum reperi. Tædet me reperiri, in tàm angustis terminis huius argumenti, in latiori campo multa reseruo, verèque est tanti Patris, dignus Filius, qui est Illustris. D. meus Nicolaus Seuerola, S. Aulę Concist. Aduocatus præclarus, Atque in Magno Romanorum Aduocatorũ Theatro, locum obtinet eminentissimum, Vtinam par esset valdè debile ingenium meum laudibus eius, vt voluntati meæ in parte satisfacerem; Vnde loquaci silentio me submitto, Temeritas enim rarò felix est.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio personæ in quocumque iudicio quamuis summario, & possessorio præcedere debet.*

2 *Maximè parte opponente.*

3 *Amplia etiamsi adsit statutum disponens, quod præcedatur sola facti veritate inspecta, ac omni iuris, & statutorum solemnitate, & substantialitate reiecta.*

4 *Immissio denegatur, filiatione non probata.*
Imò & non probata legitimitate, quando est fundamentum intentionis, ibid.

5 *Filiatio ex parte Patris est quodammodo impossibilis, nec directè probari potest.*

6 *Filiatio ex parte Patris probatur coniecturis, & præsumptionibus.*

7 *Filiatio, quando agitur ex fideicommisso ad effectum auocandi bona à tertijs possessoribus, non probatur ex leuibus præsumptionibus, & coniecturis, sed requiruntur probationes efficaces, & concludentes, & num. 69.*

8 *Enunciatiuæ filiationis illam non probant in alia causa, & quoad alios, qui causam non habent à Nominantibus, & nu. 9. & 15.*

10 *Enunciatiuæ prouenientes à personis suspectis, & interessatis nihil probant. Amplia nu. 11.*

12 *Copiæ non debet præstari maior fides, quàm originali.*

13 *Enunciatiuæ nec plenam, nec semiplenam probationem faciunt, quando principaliter contingit dubitari de enunciato.*

14 *Maximè quando disputatio versatur cum aliis, quàm ijs, qui interuenerunt in Instrumento enunciante.*

15 *Enunciatiuæ emissæ in loco, vbi de enunciato nulla habetur notitia, nec alicui inibi existenti fit præiudicium nõ probant extra eundem locum in damnum aliorum.*

16 *Fama filiationis non probatur per Testes de illa attestante, dum non deponunt eam vigere in Ciuitate, in qua vigere debet.*

17 *Enunciatiuæ emanatæ tempore suspecto non attenduntur etiam in antiquis.*

18 *Filiatio, quando in antiquis probetur enunciatiuis, pluribus, & geminatis, & nu. 19. & 23.*

19 *Enunciatiuæ, quamuis plures ab vno prouenientes, vel ab habentibus causam ab eo pro vnica reputantur.*

20 *Enunciatiuæ, vt dicantur antiquæ ad effectum probandi filiationem debent esse centum annorum.*

21 *Enunciatiuæ, quod probent in antiquis, procedit in vim probationis antiquitatis, quæ non operatur circa substantiam dispositionis, sed tantum probationem illius supplet, & credibiliorem facit.*

22 *Antiquitas non efficit, sed adiuuat probationem, quatenus existat.*

23 Rota in Romana Palatij de Capranica 6. Maij 1665. §. quo verò ad legitimationem vsque in finem coram Eminentiss. Cerro, *in quibus terminis procedat.*

24 *Morientem non præsumi mentiri immemorem salutis æternæ procedit vbicunque agitur de ipsius, vel eius hæredum præiudicio; Secus in præiudicium tertij.*
Confessio, seu enunciatiua à Moriente emissa præiudicat enuncianti, vel eius hæredibus, non autem tertio, num. 24.

25 *Filiatio, quando probetur ex confessione morientis.*

26 *Morientis dicto non statur, nec pro, nec contra eum.*

27 *Testes, qui non fuerunt examinati cum legitimo contradictore, qui fuerit præsens, & fecerit suas*

defensiones, non probant in alio indicio contra tertium.

Testes extraiudicialitèr examinati non probant contra tertium, nu.27. 31. & 37.

23 *Dictio, dicto, importare potest relationem subsistentiæ rei, non tamen qualitatis expresse.*

29 *Testis in causa propria ad sui fauorem, vel heredis nemo esse potest.*

30 *Testium depositio equiuoca, vel ambigua non attenditur, nec prodest, sed contra producentem interpretatur.*

32 *Testes de auditu non probant, si is, à quo audierunt, non probat.*

33 *Filiatio non probatur ex testibus de publica voce, & fama deponentibus, dum deponunt de auditu, num.34. & 35.*

34 *Publica vox, & fama in materia filiationis, non probatur ex testibus, qui non deponunt cum requisitis necessarijs, de quibus ibi.*

35 *Maximè ad effectum successionis.*

36 *Fama aliquando remanet in puris terminis falsi, & pernicioſi rumoris dolosè transmissi ab eo, qui desiderabat de re aliqua famam adesse.*

38 *Filiatio aspirantis ad fideicommissum excluditur ex declaratione fideicommissarij, de qua ibi.*

39 Carill.decis.7.nu.3. *in quibus terminis procedat.*

40 *Falsas, & supposititias personas plures quandoque repræsentarunt, & multa etiam ardua, & difficilia, vt plurimum tentarunt, & aliquando gesserunt.*

41 *Milites multotiès ducunt vxores extrà Patriam etiam proprijs natalibus maiores, & impares.*

42 *Vagorum in Matrimonio, quæ diligentia requiuantur remissiuè, num.49. & 54.*

43 *Filiatio ex fide Baptismatis, an arguatur, nu.45. & 46.*

44 *Assertio, quæ non dependit à potestate asserentis nihil probat in materia filiationis.*

47 *Præsumptio præsumptionis in iure non admittitur.*

48 *Fides, quæ innititur falso supposito, & insubsistenti corruit, corruente supposito.*

49 *Fides Baptismatis non requiritur in matrimonio vagorum vigore diligentiarum, quæ fieri præcipiuntur à Sac. Concil. Trid. & num.seqq.*

50 *Coniugia per Sacramentum Baptismi non soluuntur, sed crimina dimittuntur.*

51 *Matrimonium fidelis cum Iudæo, vel alio Infideli non baptizato contractum an valeat.*

52 *Parochi non tenentur fidem baptismi forensium, vel vagorum, qui matrimonium contrahere volunt exquirere.*

53 *Matrimonia cõtrahere volentes an teneantur prius confiteri eorum peccata.*

54 *Matrimonium forensium, vel vagorum contractum, non præmissis diligentijs requisitis à Conc. Trid. valet, sed Parochus peccat mortaliter.*

55 *Filiationis coniectura an deducatur ex nomine consimili alijs ascendentibus familiæ, nec non ex cognomine, & insignibus. Intellige vt nu.57.*

56 *Consanguinitas non præsumitur ex nomine consimili alijs ascendentibus familiæ, nec non ex cognomine, & insignibus.*

58 *Identitas personæ tunc præsumitur ex nomine, & cognomine, quando non dubitatur de persona, & alia circumstantia, & demonstrationes concurrũt, & adest præiudicium tertij.*

59 *Filiatio ex arbore, seu gentilitio stemmate familiæ, ac ex libro memoriarum an probetur, & num.60.*

60 *Oculi Iudicis certiores aure arbitrati sunt.*

61 *Scripturæ in Archiuio aliquando dolosè reponuntur & falsè effinguntur.*

Actiones familiarum, & gentilitia stemmata, vt plurimum sunt fictitia, & dolosè confecta ibid.

62 *Scriptura priuata non probat, quando ad libitum potuit amoueri ex ea aliquod folium. Amplia num 63.*

64 *Partitis libris, quæ ex oculari inspectione apparent falsæ, non est fides præstanda.*

65 *In admittendis probationibus filiationis multum potest Iudicis arbitrium falsitas Testium, & scripturarum in probandis filiationibus hodie sæpè occurrit.*

66 *Filiatio ex parte Patris, vt probetur, an sint coniungenda coniecturæ, & nu.67.*

Singula, quæ non prosunt an iuncta iuuantur in probanda filiatione num.66. Declara nu.67.

68 *Immissio in fideicommisso, an, & quando debeatur, constituto in quasi possessione filiationis.*

69 *Filiationis probatio dicitur incidentèr deducta, quando adducitur pro consequendis alimentis, vel quid simile, secus si agatur de auocandis bonis à tertijs possessoribus, & in preiudicium tertij, quia tunc dicitur deducta principaliter.*

70 *Filius repellitur à fideicommisso, sicut repelleretur eius Pater, si viueret.*

71 *Legitimitas debet probari, quando in ea consistit totum fundamentum.*

72 *Legitimitas licèt præsumatur, probata descendentia, & filiatione; hoc intelligitur in Reo, non autem in Actore num.73. & hæc est Praxis Curiæ ibid.*

74 *Legitimitas per subsequens matrimonium non suffragatur, quod à Testatore fuit expresè prohibita.*

75 *Legitimitas remanet exclusa, dũ non probatur præcedens matrimonium.*

Filiatio debet probari, mediante matrimonio, non autem enunciatiuis, & nudis assertionibus, ac solis instrumentis, epistolis, & similibus nu.75

76 *Remissoria ad probandum matrimonium non conceditur, sed scripturis est probandum: Maximè si sit suspicio, quod possint subornari testes.*

77 *Professio, & obitus Religiosi probatur ex Historia Religionis.*

78 *Cælibatus præsumitur in eo, qui probatur obijsse in Religione.*

Vxorem non habuisse præsumitur is, qui professus est in Religione, ac in ea obijt, nu.77. & 78.

79 *In materia filiationis ea, quæ frequentiùs, & verisimiliùs, non quæ rarò accidunt, spectantur.*

80 *Alimenta pinguiora debentur ei, qui habet familiã pinguiorem.*

81 *Vxorati fere nunquam se conferunt ad statuendum in Vniuersitatibus.*

Inuerisimile præfefert imaginem falsitatis, ibid.

82 *In iactura librorum matrimonij se fundans ad effectum illud probandi debet probare habitationem in eadem Parochia de tempore, quo prætenditur contractum matrimonium.*

83 *Homo naturaliter circumscriptiuè non potest eodem tempore esse in duobus locis.*

84 *Filios habuisse non præsumitur eum, qui in renunciatione facta ad effectum profitendi in Religione*

nul-

nullam fuit mentionem filiorum.

85 *Filij sunt instituendi, vel exheredandi.*

Filiatio excluditur ex præteritione in testamento prætensi Patris ibid.

86 *Filiatio excluditur ex diuturna acquiescentia post apertum fideicommissum ad eius fauorem, si esset talis, & post obitum possessoris fideicommissi bene informati de iuribus suæ cognationis.*

Filiatio excluditur ex non productione circa hoc domesticarum litterarum, quæ inter nobilium cognationes retineri solent, ibid.

VOTVM, SEV DECISIO DXXXV.

HIERONYMVS FIDEICOMMITTENS.

Tiberius Senior — *Fabius,* — *Iulius Cæsar*

Lelius — *Adrian.* — *Franc.* — *Io. Bapt.* — *Rayn.*

Tiberius Iun. — *Angelus, Fabius, Horatius.*

Anna, Iulia, Martia.

RELICTIS, & institutis per Hieronymũ de Ceulis in Testamento, sub quo decessit de anno 1574. hæredibus tribus filijs, nempè Fabio in bonis Pisarum, Iulio Cæsare in quibusdam officijs, & bonis stabilibus, & Tiberio in omnibus alijs bonis, *illisq; quandocunque contigerit aliquem, seu aliquos eorum decedere sine filijs masculis, vel nepotibus, aut alijs descendentibus masculis ex legitima prole masculina de vero, & legitimo matrimonio procreatis, ad inuicem vulgariter, compendiosè, & per fideicommissum, & omni alio meliori modo substitutis &c.* Mortuisq; Fabio, & Adriano eius filio, & extincta linea Iulij Cęsaris per obitum Raineri de anno 1618. Ioannis Baptistæ de anno 1606. & Francisci de anno 1638. ipsius filiorum, nullis relictis filijs legitimis, & naturalibus, & proindè consolidato, & purificato toto fideicommisso ad fauorem Abbatis Angeli, Fabij, & Tiberij iuniorum dicti Hieronymi fideicommittentis Pronepotum, vt in Arbore superius posito, & in pleniori narratione facti, de qua per *Rot. cor. Carill. decis.* 141. Fuit de anno 1608. ab eodem Tiberio iuniore, ob præmorientiã dd. Abbatis Angeli, & Fabij fratrum absque filijs legitimis, & naturalibus, & extinctionẽ in sui personam lineæ masculinæ legitimę, & naturalis, conditum Testamentum, sub quo decessit, in toto asse hæredibus institutis Anna Iulia, & Martia, cum Violante ex nobili, & antiqua familia de Crescẽtijs vxore procreatis, quibus legitimè, & pacificè vltrà biennium possidentibus insurrexit modo Nicolaus filius Francisci, asserens hunc fuisse filium legitimum, & naturalem Raynerij de Ceulis, vnius ex filijs Iulij Cęsaris, & vti talem fuisse vocatum ad d. fideicommissum Hieronymi, petẽs immissionem vigore *l. final. C. de educ. Diu. Adr. tollen.* Quam tamen Ego Iudex de partium consensu deputatus ab Illustrissimo Domino A. C. partibus pluries etiam in Contradictorio iudicio auditis, prædicto Nicolao ob non iustificatam tàm dictam assertam filiationem Francisci, quàm quod ille fuerit de legitimo matrimonio procreatus, prout in præsenti requirebatur vt infrà dicemus, omninò denegandam existimaui.

Idque nedum, quia legitimatio Personę in quocumque iudicio, quamuis Summario, & possessorio ante omnia præcedere debet,
1 ne aliàs † iudicium illud reddatur cluforium & frustraneum, vt inquit *Marsil in l. si quis nec quæstio num.* 11. *ff. de quæstion.* qui proinde addit Iudicem hoc ex officio efficere debere, *Menoch. de adipisc. remed. 4. num. 441. Argel. de acquir. possess. qu. 3. art. 10. num. 533. Doctissimus, & studiosissimus D. Vincent. Bonden. Collect. legal. 1. n. 91. & collect. 19. num. 119. Rot. cor. Puteo dec. 270. n. 2. lib. 2. in correct. & in recent. dec. 142. nu. 2. par. 1. & in Rononien de Malvetijs* 11. *Decembris* 1624. *in fin. coram Pironano, impress. post Io. Paul. Meli. obseru. forens. decis. 16. num. 9.* Maximè parte op-
2 ponente, † & contradicente, *Post. de manut. obseru. 87. num. 1. Thom. t. dec. Maceraten. 286. num. 1. & 3. & dec. 294. num. 8. & Rot. coram Greg. dec. 264 num. 2. & ibi Adden nu. 5. & 6.*

Quod procedit, quãuis in loco vbi lis versatur, adesset Statutum, quod procedatur so-
3 la facti veritate inspecta, † ac omni iuris, & statutorum solemnitate, & substantialitate reiecta, & omissa, quia per ista verba nunquam intelligitur sublata, ea substantialitas, quæ concernit legitimationem personarum, vt ex aureo *Baldi*, dicto, quem sequuntur *Felin.* & alij, declarando quoddam *Statut. Florentin.* egregiè tradit *Menoc. decis. Florentin.* 18. *num.* 12. *& seqq.* vbi *num.* 26. dicit, quod aliàs intelligẽdo similia statuta esset destruere omnia iudicia cum non adesset neque Actor, neque Reus, quod non est dicendum, & circa *Constitutiones Mediolanen.* dixit *Mandell. cons.* 293 *num.* 1. Et generaliter circa similium Statutorum interpretationem, *Grass. de except. except.* 8. *num.* 1. *& seqq. Leon. de præparator. Iudicior. par.* 2. *præparator. 6. num.* 19. *& seq.* & melius *Virgil. de legitim. personar. in præliud. nu.* 8. *& seqq.* vbi *nu.* 10. quod per nullam legem, vel Statutum, nullamue aliam dispositionem sublata, vel exclusa remanere potest legitimatio personarũ in iudicijs.

Verùm etiam quia probationes istæ filiationis, & legitimitatis reputantur ex necessa-
4 riis extremis ad effectum obtinẽdi in hoc iudicio, † quibus non iustificatis semper denegatur Immissio, ad tradita *per Pacian. consil. 1. num. 5. & seqq.* vbi *num. 9.* quod hoc casu Iudex non solùm ad instantiam partis, sed etiam ex officio suo potest Actorem vti sine actione agentem à crimine iudicij repellere *Giurb. de succes. feud. §. 1. gloss. 9. num. 30. & 32. Castill. quotid. controu. lib. 5. cap. 104. sub num. 2. Censal. in observ. ad Peregrin. de fideicom. ad artic. 23. inspect. 2. vers. nam vel Iulius circa fin. pag. mihi* 57. vbi specificè ait hoc casu Actorem ad obtinendam immis-

immissionem debere probare duo extrema copulatiuè, Filiationem scilicèt, & Legitimitatem *D. de Luca in Summ. fideicomm. sub n. 369. vers. secundo pertinentia Rota in recent. decis. 388. in princip. par. 13. & in Eugubina Successionis 16. Novembris 1665. §. Cum enim, iunctis §. Anteced. coram Eminentiss. D. n. Card. Cerro*, & est Praxis satis nota.

Nullatenùs autem in præsenti visum est iustificasi, imò reputatum impossibile posse probari Franciscum prædictum fuisse filium Raynerij de Ceulis, nàm licèt versemus in probanda filiatione ex parte Patris, quæ difficillima, † & quodammodo impossibilis reputatur, ex quo eius respectu directè probari nō 5 potest *l. Lucius, & ibi DD. ff. de condit. & demonstr. Gloss. in cap. Michael. de fil. Presbyter. Felin. Dec. & cæteri in cap. per tuas de probat. Giurb. de success. feudor cap. 118. §. 1. gloss. 9. num. 35. Merlin. Pignatell. contron forens. cap. 84. num. 2. & 4. centur. 2. Capic. Latro decis. 150. num. 24. & dec. 166. num. 29. Rota coram Vbaldo decis. 151. num. 1. coram Eminentiss. Otthobon. decis. 251. nu. 17. & coram Rojas dec. 159. num. 3.* Et proindè satis videatur iustificari ex 6 coniecturis, & præsumptionibus, † ad quas in hac materia definienda recurri solet *cap. litteris, & cap. illud de præsumpt. cap. per tuas de probat. Surd. cons. 1. sub nu. 37. & 38. Bursatt. cons. 384. sub num. 18. vers. tertio, & ultimo Altograd. cons. 7. n. 5. lib. 2. Rot. coram Dunozett. senior decis. 8. num. 1. & coram Dunozett. Iun. decis. 563. numer. 2. & 3. & in recent. decis. 430. sub nu. 12. par. 5. & decis. 314. n. 1. par. 6. & dec. 310. num. 1. par. 11.*

Attamen quando prout in præsenti casu agitur ex fideicommisso ad effectum auocandi bona à tertijs possessoribus, † & sic de magno, & perpetuo præiudicio, non sufficiunt 7 leues præsumptiones, & coniecturæ, sed requiruntur probationes efficaces, & concludētes, vt distinguendo communitèr tradunt *Peregr. de fideicom. qu. 11. num. 484. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. sub nu. 11. vers. verum Burgatt. cons. 88. num. 5. lib. 1. Rot. coram Vbaldo decis. 161. num. 1. & 2. decis. 235. in princ. coram Merlin. decis. 716. num. 7. vers. non autem respectu coram Dunozett. Iun. decis. 977. nu. 2. coram Celso, dec. 334. num. 9. & in recent. decis. 289. sub num. 1. vers. & licet ad effectum par. 1. dec. 164. num. 9. vers. atq; hæc eo magis procedunt par. 3. decis. 314. num. 19. & 20. par. 6. dec. 317. numer. 18. cum seqq. par. 9. decis. 214. num. 1. par. 10. decis. 8. nu. 1. & 2. par. 12. & dec. 388. num. 11. & 12. par. 13.*

Tales autem non possunt dici coniecturæ deductæ per Nicolaum. Nàm quatenùs primo loco conceruantur enunciatiuæ nonnullorum Instrumentorum, in quibus ipse Franciscus se filium Raynerij de Ceulis descripsit, 8 & describi † curauit. Omnes visæ sunt pati quamplures exceptiones tàm respectu personarum, quàm loci, & temporis, cum tamen etiamsi essent validè nullum probationis gradum constituere possent aduersus Annam, Iuliam, & Martiam, nullam prorsus à personis, qui dictas enunciatiuas fecerunt habentes causam cum enunciatiuę filiationis emisse in Instrumento aliquod adminiculum cōstituere valeant dumtaxat inter eosdem personas, inter quas enunciatiuæ emanarunt, & quoad validitatem illius dumtaxat actus, super quo enunciatio fuit facta, non autem in 9 alia causa, † & quoad alios de quorum præiudicio agitur, & qui causam non habent à nominantibus, vt in his terminis post plures, quos adducit latè, & benè tradit *Io. Petr. Addolim.* doctus, & accuratus Neotericus *var. resol. iur. cap. 30. numer. 24. & 25.* & antea *Mercadrun. cons. 13. num. 100. & seqq.* & generalitèr *Surd. decis. 250. num. 5. & 6. Rot. coram Eminentiss. Otthob. dec. 227. num. 10. & 11. ac in recent. decis. 279. nu. 4. par. 5. dec. 197. num. 12. par. 8. decis. 80. num. 13. & decis. 169. num. 13. par. 9. & in Pisana Tenuta 23. Januarij 1666. §. Hinc non officiunt coram R. P. D. Bourlemont, & in Romana Locorum Montium 11. Maij 1668. §. & hinc apparet coram R. P. D. Calataiù.*

Exceptiones verò dictarum enunciatiuarū quoad personam mihi visæ sunt claræ cum 10 doceatur omnes peruenire, † & esse originatæ ab ipso Francisco Patre Nicolai, vel ab eius vxore suspectis, & interessatis, quo casu nulli dubium est quod tales enunciatiuæ nullum probationis gradum constituere possunt *Felin. in cap. cum causam, & ibi Aretin. nu. 13. cum seqq. de probat. Loffred. cons. 44. num. 6. Rot. cor. Penia decis. 431. nu. 4. & dec. 823. num. 12. coram Ludouis. decis. 77. num. 8. & 9. coram Vbaldo dec. 138. n. 15. coram Burgatt. decis. 570. num. 4. & 5. cum seqq.* vbi *num. 8.* quod nec minus enunciatiuæ hoc casu 11 possunt adminiculari † *coram Coccino dec. 2141. num. 37. in recent. dec. 160. nu. 9. par. 1. dec. 633. n. 19. cum seqq. par. 4. tom. 3. & dec. 71. num. 5. & decis. 83. num. 7. par. 8.* Maximè cum controuersia, & disputatio Filiationis versetur circa personam ipsiusmet Francisci ne alias videatur plus esse 12 fidei copiæ, quam originali † contra *Text. in cap. licet ex quodam*, ibi, *cum non sufficeret itle si vineret*, & rursus ibi: *Cum satis videretur absurdum illos admitti, quorum repellerentur auctores de testib. Cravett. cons. 6. num. 67. cons. 41. nu. 1. & consil. 112. num. 13. Rot. coram Burgatt. decis. 323. nu. 18. coram Celso decis. 403. num. 8. & in recent. dec. 221. num. 24. par. 9.* Et est satis protrita, & vulgata regula, quod enunciatiuæ, nec plenam, nec 13 semiplenam faciant probationem, † quamuis principalitèr, prout hic, contingit dubitari de enunciato, de qua *Rot. decis. 31. de probat. in antiq. & inter diuers. dec. 162. num. 2. par. 4. cor. Seraphin. dec. 1272. num. 2. coram Vbaldo dec. 75. num. 2. & dec. 126. num. 3. coram Dunozett. Sen. dec. 58. n. 7. & in recent. dec. 53. num. 11. par. 4. tom. 2. decis. 203. num. 9. par. 7. & dec. 214. num. 12. par. 10.* Præterea 14 tim quando disputatio versatur † cum alijs quam ijs, qui non intetuenerunt in Instrumento enunciante *Rinnald. Iun. cons. 365. n. 19. & 20. vol. 4. Salgad. de liberat. benefic. & Capell. recup. art. 9. num. 11.* Et sine vlla difficultate cum agatur de re quæ non dependet à potestate enunciantis, quo attento potest insinuari stare quod circa id, quod concernebat ipsiusmet arbitrium, Franciscus assereret se talem, non autem quod huiusmodi assertio illum efficeret talem dum non erat, vt optimè distinguit

gùit Te. Otho Valerius Barbo Sloncpla lib. 5. cap. 13. axiom. 1. verſ. Aut illud quod enunciatur non poteſt diſponi ab enunciante.

Quo verò ad locum res itidem eſt clara, cum ferè omnes dictæ enunciatiuæ emanauerint in Liguria, & in loco penitus ab Vrbe
15 remoto, † & in quo forſan omnes ignorabant notitias Familiæ de Ceulis, & certè nemo ibi exiſtebat, cui per talem aſſertionem præiudicium inferretur, nec proinde illi contradicere poſſet, aut ſaltem vellet. Vndè enunciatiuæ emanatæ ab ipſo Franciſco, & eius vxore ac aliis qui cum ipſis contraxerunt in tali loco, quatenus aliàs ſubſiſterent, quod non puto, ad nihil aliud deſeruire poſſent, niſi quod in illo loco, in quo emanarunt Franciſcus aſſereret ſe talem qualis enunciatur, nō autem quod eſſet verè talis. Præſertim apud Dominos de Ceulis, & alios, qui illum habere debebant pro tali Romæ, Piſis, & aliis in locis, in quibus ſuæ familiæ notitia haberi poterat, & in quibus intereſſe habentes poſſent contradicere, iuxta ea, quæ in ſimili traditur
16 de Teſtibus de fama deponentibus, † qui nullatenus eam probare dicuntur, niſi deponant eam vigere in Ciuitate, in qua vigere debet, vt relcuet, iuxta, *Capell. Thoſolan. deciſ. 580. ante num. 9. verſ. Quid ſi Teſtis dicit*, quam ſequitur *Aemil. de Teſtib. tit. de Teſt. audit num. 10. fol. 257.* & in his terminis *Rota in Recent. dec. 645. nu. 11. in fine, & nu. 13. pariter in fine part. 4.*

Quo demum ad tempus exceptiones dictarum Enunciatiuarum ſunt euidentes, cum omnes illæ exordium ducant ab anno 1627., quo tempore cum iam ab anno 1606. apertū eſſet fideicommiſſum per mortem Ioannis Baptiſtæ ſine filijs, ad quod potuiſſet aſpirare Franciſcus, quatenus fuiſſet verus filius legitimus Raynerii, inde ſequitur quod tempus erat ſuſpectum, vt propterea eius enunciatiuæ, atque ab eius aſſertionibus cauſatæ, tam-
17 quam emanatæ tempore ſuſpecto † tantò minùs veniant attendendæ, etiamſi ageretur in antiquis, vt poſt innumeros quos adducit latè traditur his terminis *Rot. coram Coccin. deciſ. 2342. nu. 37. & coram Carillo dec. 190. nu. 19.* & generaliter *Rot. coram Buratt. dec. 178. nu. 12. & 13. in recent. dec. 364. num. 3. in fine, verſ. Quæ tanquam part. 4. tom. 1. & dec. 321. nu. 19. part. 9.*

Hinc non viſi ſunt applicari DD. qui tradunt enunciatiuas probare Filiationem in an-
18 tiquis, † maximè quando ſunt geminatæ, & plures, iuxtà cumulat. per *Alex. conſ. 90. lib. 6. per tot. Allegrad. conſ. 7. à numer. 1. lib. 2. Redenaſch. conſ. 62. nu. 10. Rot. coram Buratt. dec. 725. num. 1. & coram Eminentiſſ. Otthobon. dec. 251. nu. 17.* Quia vltra quod omnes loquuntur quando prædictæ Enunciatiuæ ſunt antiquiſſimæ, & proueniunt á perſonis diuerſis, non ſuſpectis, in loco, ac tempore, quibus nihil opponi poſſit; Et præſertim quando emanarunt ab ijs, qui ſciunt iura ſanguinis, vt patet ex eorum lectura, nec proinde ſi iſta deficiant, in nihilo veniunt attendendæ, vt habetur ex ſuperiùs deductis, quibus addo plenè omnia examinantes poſt plures DD. quos allegant *Eſtobar.* qui innumeros adducit *de Purit. & Nobilit. proband. queſt. 15. §. 3. num. 52. & ſeq. Noguerol. alleg. 25. numer. 258. & Rot. in recent. deciſ. 259. numer. 2. part. 13.*

Eorum dicta ceſſant in iſto caſu tàm in facto, quàm in iure. In facto quidem, Tum quia non eſt verum enunciatiuas hoc caſu poſſe dici plures, dum omnes proueniunt ab ipſo Franciſco & ab eo cauſam habentibus, ſed pro vnica, & quidem ſuſpecta & nihil
19 probante enunciatiua reputantur † iuxta plene cumulata in his terminis *per Noguerol. dec. alleg. 25. ſub numer. 259.* Tum quia non poſſet dici enunciatiuas prędictas eſſe antiquas, cum omnes vt dixi incipiant poſt annum 1627. & ſic vix excedant quadraginta annos, cum ta-
20 men ad hoc, vt dicantur antiquæ, ad effectum de quo agitur, debeant eſſe centum annorum, vt in his terminis, alijs adductis tradunt *Binini conſ. 239. num. 25. lib. 3. Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 11. num. 100. Eſtobar. de Purit. & Nobilit. proband. dict. queſt. 15. §. 1. num. 50. & ſeqq. Noguerol. d. alleg. 25. num. 277. Rota coram Coccin. deciſ. 105. num. 7. coram Canaler. deciſ. 61. num. 1. & 2. & in recent. deciſ. 214. num. 14. part. 10.* & generaliter *Rot. coram Caſſador. dec. 2. de probat. coram Vbaldo dec. 144. numer. 1. coram Carill. deciſ. 41. numer. 13. & deciſ. 46. numer. 15. in recentior. deciſion. 93. numer. 2. verſic. Præſertim quia iſta part. 3. deciſ. 633. num. 21. par. 4. tom. 3.*

In iure verò ceſſant dicta dictorum DD. Quia dato quod verſaremur in terminis, quod enunciatiuæ prædictæ eſſent antiquæ, quod omninò negatur. Animaduertendum concluſionem, quod Enunciatiuæ probent
21 in antiquis, † procedere dumtaxat in vim probationis antiquitatis, quæ non operatur circa ſubſtantiam diſpoſitionis, ſed tantum probationem ipſius ſupplet, & credibiliorem facit. Et proindè quando res, prout in præſenti non exiſtit, antiquitas efficere non po-
22 teſt, quod ſit talis, ſi verè non eſt talis, † cum vt dixi antiquitas nō efficiat, ſed adiuuet probationem quatenus exiſtat, & non aliàs *Dec. conſ. 36. ſub num. 8. Corr. conſ. 19. col. fin. lib. 2.* & bene in proximis terminis probandæ nobilitatis ex antiquis enunciatiuis, *Io. Baptiſt. Piſticell. in alleg. 36. num. 32. ex impreſſ. poſt deciſ. Anell. Salernit.* Vbicumque enim deficit ſubſtantia, ad nihil deſeruire poteſt qualitas, vt in his terminis poſt alias *Merlin. Pignatell. contr. 1. num. 31. centur. 1. Prat. diſcept. forenſ. cap. 48. nu. 18. tom. 2.*

Et his reſponſionibus tolluntur etiam deducta *ex Rota in Romana Palatij de Capranica 6. May 1665. §. Quoverò ad legitimationem vſque in*
23 *finem coram Eminentiſſ. D. meo Card. Cerro.* † In qua vlterius animaduertendum quod ibi non agebatur inter deſcendentes & cōſanguineos, ſed pro excludendis extraneis, quo caſu nulli dubium eſt non requiri tàm exactas probationes Filiationis, vt præter ibi deducta, eam deciſionem ſic allegando tradit *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Grottis 4. Iunij 1666. coram R. P. D. Ottalora nunc Præſide Granaten. ſub §. his & alijs, quæ eſt impreſſ. apud Vrceol. conſul. forenſ. to. 2. cap. 80. num. 50.* Et quod magis eſt Enunciatiuæ

uæ in dicta decisione ponderatæ emanarunt intra domesticos lares, ac à Personis interessatis, & qui sciebant iura sanguinis, & vltra enunciatiuas concurrebant depositiones plurium Testium, ac plures actus tàm publici, quàm priuati gesti ab ipso, de cuius Filiatione agebatur vti tali, & ab alijs Illustribus cõsanguineis erga ipsum, qui etiam possidebat palatia, & iura honorifica ad talem familiam pertinentia, vt legitur *in ipsa Decisione* & habetur ex his, quæ in ea causa scribens deduxit *D. de Luca in Theatr. verit. & iustit. tom.* 10 *. de fideicom. discurs.* 106. quibus omnibus concurrentibus nil mirum si enunciatiuæ antiquissimæ plurium Instrumentorum fuerunt ponderatæ inter cætera pro probanda Filiatione in viro familiæ Patritiæ, & ex præclarioribus Vrbis, cum in his familijs probationes tàm exactæ non requirantur, sed res veluti notoria habeatur iuxtà ea, quæ pariter allegando *dictam Decisionem in Romana Palatij de Capranica* plenè cumulantur *in Romana, seu Tiburtina Cassionum 3. Iunij* 1672. §. *Posita autem coram R. P. D. Rondinino*.

Nec iuuare existimaui Nicolao, quod vna ex his enunciatiuis facta fuerit à Francisco in suo testamento iam morti proximo, vocando nempè se filium Raineri de Ceulis: Quoniã præsumptio illa, quod nemo moriens præsumatur mentiri immemor salutis æternæ, de qua latè *Gimb. ad consuet. Messan. cap.* 2. *gloss.* 7.
24 *num.* 2. & 28., † Admittitur solum vbicumque agitur de ipsius morientis, eiusque hæredum præiudicio, in quibus terminis loquitur *gloss. vltim. in l.* 1. *C. du falsi. caus. adiecta legat.* super qua illa fundatur; Secus verò quoties, vt hic agitur de præiudicio tertij, cui fuit ius quæsitum; In eius enim præiudicium non admittitur dicta præsumptio, nec procedit dicta conclusio, *vt ex Bart. in l. si quis in graui, §. si quis moriens ff. ad S. C. Syllanian. Bald. in Auth. si Testis productus nu.* 3. *in fin. C. de Testib. & in tract. de Pace Constant. verb. Vassalli, & Oldrad. cons.* 192. *num.* 2. *vers. nec enim morientes*, bene declarant *Alciat. de præsumpt. regul.* 3. *præsumpt.* 4. *numer.* 7. *vers. aduerte tamen, Menoch. de arbitrar. lib.* 2. *cap.* 89 *num.* 30. & *præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 7. *num.* 9. *lib.* 4. *præsumpt.* 29 *num.* 4. & *lib.* 5. *præsumpt.* 5. *numer.* 17. & *seqq.* & *cons.* 39. *numer* 68. & *seq.* cum alijs *per Io. Otto Tabor. in Barbos. locuplet. lib.* 11. *cap.* 52. *axiom.* 12. *vers. limita* 1. *in præiudicium tertij* facit *Rot. coram Merlin. decis.* 900. *num.* 10. & *coram Coccin. decis.* 1256. *num.* 15. *repetita in recent. decis.* 139. *num.* 18. & 19. *part.* 4. *tom.* 2. & in his punctualibus terminis tradit *ead. Rota coram Coccino decis.* 1290. *numer.* 4.

Idque sine vlla difficultate in præsenti casu, in quo vt sæpiùs diximus disputatio versatur circa personam ipsius Franciſci, cuius assertio sicut etiam iurata non poterat iuuare, dũ viuebat, ita eiusdem assertionis fidem ampliare non poterat Enunciatiua facta in extremis, vt notanter in nostris proximis terminis vna cum *Butr. in cap. per tuas qui filij sint legitimi*, animaduertit *Io. Franc. de Ponte cons.* 4. *n.* 15. *lib.* 2. Et quando per DD. consideratur huiusmodi Confessio morientis pro indirio Filiationis, hoc fit nedum retentis supradictis terminis, nempè ad effectum præiudicandi ipsi confitenti, & ab eo causam habentibus, sed etiam quando ista confessio emanauit ab eo, qui prætenditur Pater, non autem ab eo,
25 qui se asserit filium, † vt patet *ex Rot. coram Merlin. decision.* 658. *numer.* 4. *repetit. apud Zacch. quæst. Medico legal. lib.* 10. *decision.* 60. *pariter num.* 4. Et est satis generale quod non statur dicto morientis, nec pro, nec contra, quia non semper præsumitur dicere verum,
26 nec † omnis moriens existimatur quod sit Sanctus Ioannes Baptista, vt præter eundem *de Ponte* dicunt *Ripa de Act. in mort. artic. cap.* 27. *num.* 8. *Surd. cons.* 382. *num.* 61. & *decis.* 135. *nu.* 14. *Zahnius de mendac. lib.* 1. *cap.* 7. *sub nu.* 7. *vers. Imò statuunt.* Imò quod confessio facta à moribundo, & in extremis laborante, quando est in tertij præiudicium semper præsumatur fraudolenta, ex eodem *Rip. de act. in mort. artic. cap.* 29. tradit *Merlin. Pignatell. controu. forens. cap.* 34. *num.* 14. *cent.* 2.

Coadiuuari verò prædicta ex Testibus ab eodem Nicolao deductis nullatenus existimaui; Nam quatenus primo loco adducuntur depositiones duorum Testium examinatorum super statu libero ipsius Francisci ad effectum contrahendi matrimonium cum Francisca matre Nicolai; Vltra quod non sunt examinati in Iudicio cum legitimo Cõ-
27 tradictore, † qui fuerit præsens, & suas defensiones fecerit, sed fuerunt examinati extraiudicialiter nemine citato, & nemine opponente ad solum effectum obtinendi licentiam pro contrahendo matrimonio prædicto, ideò in hoc iudicio nullo prorsus modo attendendæ sunt contra Annam, Iuliam, & Martiam, quæ sunt tertiæ iuxtà notam distinctionem *Bald. in l.* 2. *num.* 46. *C. quib. res iudic. non nocet*, & sic in earum fauorem stant firmæ conclusiones de testibus inter alios examinatis, qui nihil contra alios probant, de qua optimè in illis terminis nostris post plures, quos adducunt *Censal. in obseru. ad Peregrin. de fideicommiss. ad art.* 23. *inspect.* 2. *sub §. Quæ coniectura fol. mihi* 57. & *Rot. in recent. decis.* 388. *num.* 2. & 5. *part.* 13. & generaliter habetur *in cap. inter dilectos, vers. Nec attestationes de fid. Instrum. & in l.* 1. *ac tot. tit. C. res inter alios acta cum concordan. adductis per Posth. de manut. obseru.* 38. *num.* 31. *Rot. coram Mantic. dec.* 105. *num.* 1. *coram Caualer. decis.* 233. *num.* 3. *in recent. decis.* 305 *num.* 7. *part.* 7. *cum alijs cumulat. in meo respons. in Causa Burgen. Funeralium impress. apud Pitoia in Addit. ad Franc. de Protest. in addit. ad consid.* 96. *num.* 33.

Eorum depositiones non videntur mereri, quod allegentur in præsenti, siquidem nemo eorum deponit super Filiatione Franciſci, sed ambo examinati sine interrogatorijs super statu libero eiusdem Franciſci filij Rayneriij de Ceulis, vt ibi asseritur. Primus respondit, *Io*
28 *dico che hò conosciuto il detto Signor Francesco*, † & secundus respondit, *Io conosco benissimo detto Signor Francesco Ceuli Romano*, ex quibus verbis nullatenus potest deduci id, quod ab Informã-

tibus

tibus pro Nicolao prætenditur nempè per dictionem illam *Detto* Teſtes illos voluiſſe probare eundem Franciſcum fuiſſe filium Raynerij, cum nihil circa hoc in tota periodo, & depoſitione vtriuſque legatur, & dictio illa *Detto* importare quidem poſſit relationem ſubſtantiæ rei, non tamen qualitatis expreſſæ, *Bald. in l. ſi cui la 2. §. ſi à filio ff. de legat. 1.*, vbi quod quis interrogatus, An cognouerit Bertam vxorem Titi; ſi dicat cognouiſſe *dictam Bertam* nō cenſetur atteſtari qualitatem, quod ſcilicet ſit vxor Titii, quia dictio *dicta* refert tantum ſubſtantiam, non autem qualitatem; Idemque repetit *conſ. 190. in fin. lib. 1.* & ſequitur *Tuſch. Pract. concluſ. Littera D. concluſ. 298. num. 4. & 5.*

Maximè cum vt dixi ipſi deponant ſuper aſſertione ipſius Franciſci facta in illorum inductione; Quæ non poteſt admitti; Tum quia exinde dictum Franciſci eſſet fundamentum
29 probationis ad ſui commodum, † & ſui hæredis, quod in iure non permittitur *ad text. in l. nullus, ff. de Teſtib. & l. omnibus C. eodem*, cum aliis ſupra recenſitis; Tum quia in Iudiciis pro producente illa tantum depoſitio Teſtium attenditur, quæ ex eorum propriis, & expreſſis verbis cum expreſſione cauſæ ſcientiæ certa,
30 & perſpicua eſt, aliàs ſi ſit æquiuoca, † vel ambigua non attenditur, nec prodeſt, & ſemper contra producentem interpretatur, *gloſſ. notabilis in cap. In præſentia verb. verbum dubium, verſ. & eſt notabile de probat. cum concordantib. adduct. per Conciol. alleg. 24. numer. 36. & 37.* qui loquitur in his terminis probandæ conſanguinitatis, & *Rot. coram Dunozett. Iun. deciſ. 899. numer. 4. & 5.* His addito quod reſpectu Ioannis Lætitiæ vnius ex dictis Teſtibus, qui dicitur patria fuiſſe Capuanus, fuit exhibita fides Ordinarii dictæ Ciuitatis, in qua dicitur ex depoſitionibus Teſtium haberi nunquam ex dicta Ciuitate fuiſſe ortum talem virum tali tempore, quo ipſius depoſitio aſſeritur facta. Et proinde cum agatur de probanda Filiatione Ciuis Romani, & familiæ ſatis notæ depoſitio dicti Lætitiæ quatenus in aliquo deſeruire poſſet cuius tamen contrarium patet ad ſenſum, ſatis videretur excludi ex præſumptione, de qua per *Rot. coram Pania deciſion. 1299. num. 3.*

Atteſtationes verò Hieronymi Sanſoni, & aliorum Teſtium, de quibus *in Summ. Nicolai num. 14. 15. & 16.* Nullius eſſe momenti indubitanter exiſtimaui. Primò quia ſunt atteſtationes extraiudiciales factæ abſque contradi-
31 ctore, † & parte non citata, quibus attentis nullum probationis gradum conſtituere poſſunt in præſenti iuxtà plenè deducta in his terminis per *Rot. in recent. deciſ. 8. num. 17. par. 12.* & eſt regula omnibus nota quod Teſtes formitèr, & validè examinati in iudicio attenduntur, non autem atteſtationes extraiudiciales, *cap. 2. vbi DD. de teſtib. l. ſi quando C. eod. Rot. coram Celſo, deciſ. 378. num. 15. & in recent. deciſ. 119. num. 15. deciſ. 161. num. 19. & deciſ. 324. nu. 20. part. 5.*

Secundo, quia ferè omnes deponunt de auditu ab aliis, & præſertim ab ipſo Franciſco, qui propterea plus probationis conſtituc-
32 re non poſſunt, † quàm illi à quo audiuerunt iuxta regulam *Text. in cap. licet ex quadam de Teſtam.* quam in his punctualibus terminis poſt alios latè, & benè expendit *Rot. in recent. dicta deciſ 8. numer. 21. & ſeqq. part. 12. & in Eugubina Succeſſionis 16. Nouembris 1665. §. Quæ probatio coram Eminentiſſ. D. meo Card. Cerro.*

Nihil obſtante, quod aliquis ex dictis Teſtibus deponat de publica voce, & fama in eo
33 loco, † quia cum ſint Teſtes de auditu adhuc ſufficere non poſſent ad illam probandā in præſenti caſu *Grat. reſponſ. 62. numer. 5. vol. 2. Soccin. Iun. conſ. 86. num. 35. vol. 2. Mart. deciſ. Piſan. vol. 26. num. 14. & ſeqq. Barbat. de Fideicom. Legaſ. par. 1. cap. 6. ſub numer. 226. Capyc. Latro conſult. 50 num. 39. & ſeqq. lib. 1. Chriſtoph. Creſp. de Kaldaur. obſer. 59. num. 69. & 70.* Et ſine vlla difficultate cum non deponant cum requiſitis neceſſariis,
34 & ſiguanter † quo tempore talis Famā ortū habuerit, minuſque aſſerunt originem habuiſſe à non habentibus intereſſe, quæ duo copulatiuè eſſe neceſſaria ad iſtum effectum relictis generalibus plenè in his terminis firmant *Noguerol. allegat. 25. num. 282. cum ſeqq. Ciriac. controu. 601. num. 30. & ſeqq. vol. 4. Aldouin. conſ. 14. nu. Rot. in recent. deciſ. 167. num. 4. part. 8. & dict. deciſ. 8. nu. 22. & ſeqq. part. 12. in Romana, ſeu Sabinen. Fideicommiſſ. 24. Maij 1658. ſub §. pari modo coram R. P. D. Beuilaqua, impreſſ. apud Zuff. de legitim. Proceſſ. Criminal. deciſ. 39. num. 19. & in dicta Eugubina Succeſſionis coram Eminentiſſ. Cerro §. nihil re-*
35 *leuante*. Maximè in re grauis † præiudicij, nempe ad effectum Succeſſionis, vt in præſenti, iuxta plenè tradita *per Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 12. ſub nu. 67.*

In caſu autem noſtro nedum Teſtes iſta deponunt, verùm etiam Franciſcus Auxerius, Io. Baptiſta Parochus Villæ Leginę, & Io. Andréas Sauonenſis expreſsè, vt dixi deponunt de auditu ab ipſo Franciſco, quo attento nedum eorum depoſitiones, & probationes indè deſumptæ remanent inſubſiſtentes, & erroneæ iuxta ſuperius deducta Verùm etiam intrat certa Præſumptio, quod huiuſmodi Fama quatenus in eo loco adeſſet, remaneret in
36 puris terminis falſi, † & pernicioſi rumoris dolosè tranſmiſſi ab eo, qui deſiderabat de hoc Famam adeſſe, quemadmodum paſſim contingere ſolet, vt poſt *Bart. Bald. Pariſ. de Puteo, Guttier. & alios* in his terminis noſtris egregiè animaduertit *Valenzuelt. conſ. 169. num. 111. tom. 2.* adducens *Quintiliani* locum *in Declamat. 11. pro Diuite*, qui optimè cauſæ iſtæ adaptatur ibi: *Quis enim Iudicis neſciat hanc Famæ eſſe naturā, vt ſit primo vnius hominis audacia? & mox Quam non poſſis mouere Ciuitatem, quem non replere Populum, ſi quid omnibus narres, in nullo non cœtu loquaris cum maximè fingas iam dicas eſſe rumorem? Quanta ibi deinde mentiendi materia de periculorum noſtrorum occaſione ſuccurrit.*

Depoſitiones verò Cecilię, & aliorum Teſtium, de quibus *in Summ. eiuſdem Nicolai n. 22.* quatenus dicunt Tiberium Annæ, Iuliæ, & Martiæ Patrem non nunquam aſſeruiſſe extre-

re alios de Ceulis extra Vrbem, Vltra exceptiones personales ipsius Ceciliæ, & aliorum deductas per informantes pro dictis Sororibus de Ceulis, & quod sunt simplices Fides factę
37 extraiudicialiter, † & parte non citata, nec proinde vllam fidem facere possunt ad tradita in terminis per *Rot. in Romana, seu Sabinen. Fideicommissi 24. Maij 1658. coram R. P. D. Bevilaqua impress. post Zuff. de Legitim. Process. Crimin. decis. 39. sub num. 15.* Satis superque visæ sunt cessare ex eo, quod nihil concludunt fauore Nicolai, ac ex contrarijs, & quidem iuridicis ipsius Tiberij assertionibus, nempe in lite agitata in Rota, in qua semper egit vti vltimus ex descendentibus lineæ masculinæ, vt patet ex decisionibus in illa causa emanatis *cor. Cavill. decision. 141. decis. 167. & dec. 223.*, ac ex de-
38 claratione facta in Testamento, † sub quo decessit eisdem Anna, Iulia, & Martia hæredibus institutis ibi: *Dichiaro in oltre, che per mancanza della famiglia, e descendenza mascolina della bon. mem. del Signor Girolamo Ceuli mio Proauo, che finisce nella mia persona, &c.* Quæ declaratio quãuis nihil iuuare posset quatenus veritas staret in contrarium, maximè in Tertij præiudiciũ per ea quæ diximus circa assertionem factam à Francisco in suo Testamento. Attamen satis superque est pro infringenda prętensa assertione ipsiusmet Tiberij ex dictis Testibus deducta, Cùm tamen similem declarationem pro exclusione Filiationis non parui fecerit *Rot. coram Coccin. decis. 2342. sub num. 39. vers. secundo ponderata etiam non modicum fuit.*

Minus visum est iuuari Nicolaum ex prædicto matrimonio Francisci vti filio Rainerij cum Francisca del Carretto, eiusdem Matre palam consentiente, & permittente, contracto, quod in similibus terminis pro coniectura Filiationis fuit ponderatum per *Rot. co-*
39 *ram Carill. decis. 7. num. 3.* Siquidem licet *Rota* in ea decisione faciat aliquod fundamentum super nuptijs à Victoria contractis vti filiæ Oleriæ, Attamen animaduertendum quod fundamentum hoc constituit super eo, quod illæ nuptiæ cum hac assertione fuerunt contractæ hic in Vrbe in faciem Ecclesiæ, & præsentibus Cardinale de Pilis, ac alijs illustribus consanguineis, qui tamquam benè informati de veritate facti, dictam assertionem non permisissent nisi eius veritatem scisissent, vt in ipsa decisione legitur. Quæ circumstantiæ non concurrunt in casu isto, in quo agitur de assertione Francisci ad sui commodum facta in longinquis partibus apud personas totaliter ignaras, & quæ facilè poterant decipi, vtique nec ipsa admitti potest, nec credulitas eius Socrus, quatenus sibi ipsi potuisset præiudicium inferre, non esset apta in aliquo præiudicare, nec probationem constituere in præiudicium Tertii absentis, & qui contradicere non potuit *Rota in recent. decis. 380. num. 26. p. 5. cum alijs supra recensitis.*

Argumentum verò deductum ex inueri similitudine, quod si Franciscus non esset talis, qualem se asserebat non ita de facili contraxisset matrimonium cum muliere nobili, vi-
sum est prorsus insubsistens; Omissis enim facti circumstantijs, circa quas, vti nihil ad causæ decisionem inseruientes, curiosus inquirere nolui; Iuridicè satis illud cessare existimaui ex his, quæ non semel contigisse con-
40 stat circa multos, † qui alienas personas pluries affectarunt, & suppositijs, & falsis circumstantijs induti, multa etiam ardua, & difficilia vt plurimum tentarunt, & quandoque gesserunt, vt patet ex *Text. in cap. Perpendimus, de sentent. excommunic. & in l. Barbarius 2. ff. de offic. Prætor.* ac alijs exemplis plenè cumulatis *per Petr. Aered. Rer. Iudicatur. lib. 9. tit. 2. per tot. Coras. in Arrest. Tholosan. annot. 82. & per tot. P. Menoch. Stuor. cap. 96. centur. 11. Theophil. Raynaud. Heteroclit. Spiritual. part. 1. sect. 3. punct. vers. Hactenus de ex autoratione Oper. tom. 15. pag. 244. & seq. & eorumd. Heteroclit. pa. 2. sect. 5. punct. 2. num. 2. & seqq. Oper. tom. 16. pag. 485. & seq. D. de Luca in Theatr. Verit. & Instit. lib. 10. de fideicommiss. discurs. 193. num. 6.* Et ex his, quæ quotidie videmus de similibus hominibus, præsertim militibus,
41 qualem † suum Genitorem fuisse asserit Nicolaus, qui vt plurimùm à suauitate morum, vel brachij fortitudine commendati, Vxores ducũt extra Patriam, etiam proprijs natalibus maiores, & impares, vt optimè *Menoch. decis. Lucens. 56. num. 12.*

Istoque erroneitatis, & insubsistentiæ vitio laborare visa est etiam alia ponderatio ex dicto matrimonio deducta, & ab ipso Nicolao magni facta, quod nempè cum ipse Franciscus in loco, in quo matrimonium prædictũ
42 contraxit, † esset Forensis, & vagus, verisimile non videretur, quod Parochus, & loci Ordinarius hoc illi permisissent, nisi Fidem Baptismatis ipsius Francisci vidissent propter diligentias, quæ in similibus vagorum matrimonijs ab Ordinarijs, & Parochis obseruari præcipiuntur *à Sac. Concil. Trident. sess. 24. de Reform. cap. 7.* Et proindè cum postmodum illi facultatem dedissent contrahendi matrimonium, asserendo, eum Filium Rayneri de
43 Ceulis, prætendebatur deduci, † hoc illis ex dicta Fide innotuisse, eamque proindè ex hoc debere præsumi, ac ex illa Filiationis probationem argui per ea, quæ de Fide Baptismatis in similibus terminis ponderantur *per Bero consil. 162. numer. 9. vol. 2. Surd. consil. 1. nu. 45. Ciarlin. contr. 222. nu. 13. tom. 3. Rota coram Buratt. dec. 709 num. 5. coram Vbald. decis. 155. num. 3. coram Otthob. dec. 251. num. 1. & 2. coram Celso dec. 109. num. 3. & dec. 347. num. 3. cum alijs in Romana Prætensa filiationis 8. Februarij 1669. coram Eminentiss. D. meo Cardin. Carpineo §. Accedentibus.*

Nam Aut fit vis in dicta assertione Ordinarij, & Parochi, & hæc cum non sit de re per-
44 tinente à potestate asserentis, sitque assertio in alienam causam facta, quæve à personis, qui rei veritatem ignorabant, ac qui certè in ipsius Francisci assertione se fundarunt, emanauerat, certum visum fuit, ac sine controuersia asserendum, nullam in ea vim fieri posse, maximè in præiudicium Tertij per ea, quæ præter superius tradita habentur in simili assertione Episcopi, vel Principis, in his terminis

minis apud *Capic. Latro. consult.* 30. *sub nu.* 43. & 47. *lib.* 1. & ferè in puncto apud *Mandell. consil.* 293. *sub nu.* 2. *vers. Nec quicquam facit Instrumentū dispensationis.*

Aut fit vis in ipsa præsūpta fide Baptismatis, & omisso disquirere, An ex ipsa Filiationis probatio deduci valeat, cum id expresè
45 negent post alios † *Mart. decis. Pisan. Vol.* 26. *numer.* 8. *Franc. Rocc, respons. legal.* 52. *numer.* 16. *vers. Tertia coniectura, & seqq. lib.* 1. *late Thor. in compend. decis. tom.* 1. *verb. filiatio in Iure vers. nec denùm aduersatur, & vers. seqq. pag.* 228. & 229. Et qui illam admittunt, hoc intelligunt concur-
46 rentibus adminiculis, & coniecturis, † vt patet ex eorum lectura, & declarant *Lancellott. Gall. conf.* 15. *num.* 105. *vers. Præterea, Capic. Latro decis.* 166. *num.* 52. *Rota in Romana Præterisse filiationis* 22. *Iunij* 1657. *coram Verospio, impress. post Bouden. collull. legal. decis.* 17. *num.* 10. & *in rec. dec.* 388. *numer.* 14. *part.* 13. Iuris illi occurritur, respondendo esse præsumptionem præsumptio-
47 nis, † quæ nunquam in iure admittitur, & ad nihil deseruire potest *Rota in rec. dec.* 134. *nu.* 7. *part.* 4. *tom.* 2. Maximè cum sit innixa præsup-
48 posito falso, & insubsistenti, † quo concurrente, ipsam quoque corruere necesse est, *Surdus conf.* 150. *num.* 78. *Rota coram Seraphin. dec.* 829. *num.* 6. & *in recent. decis.* 590. *numer.* 2. *in fine part.* 2.

Et quidem nullibi cautum reperitur in matrimonio Vagorum, Ordinarios, & Parochos
49 teneri exquirere Fidem Baptismatis. † Quia licèt *Concilium* ipsis Parochis præcipiat, quod non possint matrimonio Vagorum interesse, nisi diligenti inquisione præmissa, & obtenta Ordinarij licentia: Attamen, vltra quod istas diligentias esse Parochis arbitrarias, & multum pendere à facti, & temporum circumstantijs, dicit *Michael. Ferr. Manrique resol. moral. & Vicarial. part.* 1. *quæst.* 1. *numer.* 7. Omnes versari debent circa Inquisitionem status liberi illius vagi, qui matrimonium contrahere vult, nè cum ignoti sint, alibi matrimonium contraxerint vt legitur in ipso conciliari Decreto, ibi: *multi sunt, qui vagantur, & incertas habent sedes, & vt improbi sunt ingenij, prima vxore relicta, alio, & plerumque plures illa vigente, diuersis in locis ducunt, cui morbo cupiens Sancta Synodus occurrere &c. Parochis autem præcepit &c.* & tradit *Gutierez de matrim. cap.* 65. *sub numer.* 7. *vers. Quia cum ignoti*, Non autem circa Fidem, & Religionem ipsius Contrahentis, & quod Parochus Baptismi Fidem teneatur exquirere, vt colligitur ex optimo *Text. in cap. Gaudemus de diuortijs*, vbi Innocent III. Consultus an Infideles contrahētes in gradu pro-
50 hibito ad fidem conuerti liberè, † & licitè possint remanere coniuncti, affirmatiuè respondit, ea præsertim addita ratione, *cum per Sacramentum Baptismi non soluantur coniugia, sed crimina dimittantur*. Et ex ijs, quæ de matrimonio fidelis cum Iudæo, vel alio Infideli
51 non baptizato, † quod si contrahatur neque naturali, neque Diuino iure sit irritum, communiter tradunt, tàm Theologi, quàm Canonistæ nostri, quorum testimonia, & rationes plenè cumulant, post cæteros, *Bellarmin. in controu. de matrim. lib.* 1. *cap.* 23. *Sanchez de Sacrament. matrimon. libro septimo disput.* 71. *per tot. signanter numer.* 7. *Riccius. de Iur. Personar. extra Eccles. gremium existen. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 18. & *seqq.*

Et quamuis posset dici, quod Parochi, qui eamdem Fidem exquirunt, prudenter se gerant, non per hoc si id facere omittunt, pos-
52 sent redargui, & reprehendi, † ac ex eo deduci, quod per necesse illam viderint, cum ad id contrahentes hortari, non autem cogere possint, quemadmodum videmus in simili, quod licet ipsi Parochi curare debeant, ne sponsi contrahere volentes peccato mortali
53 ad matrimonij Sacramentum accedant, † & ob id Peccatorem publicum, aut occultum matrimonium contrahere volentem admonere de necessitate confessionis, aut contritionis, & si ista ignorent docere fidei rudimenta, ac de symbolo fidei, & Decalogi, ac Ecclesiæ præceptis illos instruere, si tamen aliquis ex Sponsis id facere reculet, vel quia dicat se esse contritum, vel quia confteri nolit, aut sit incapax, & rudis addiscendi, vel id omninò reculet, non ob id ipsi Parochi per longum tempus, aut vbi Sponsi millarent, matrimonium illis impedire valent, ne matrimonium celebrent, & illorum matrimonio ipsi valide, & sine peccato assistunt, vt post alios latè docet *Bossi. de contract. matrimon. capit.* 15. *sub numero secundo vers. quo facto, & numer.* 5. *ac per tot.*

Præterea quando etiam ex præscripto *Sac. Concil. Trid.* in matrimonio Vagorum Parochus teneretur inquirere fidem Baptismatis Vagi contrahere volentis, quod est falsum, vt probauimus; Attamen animaduertēdum, quod Parochus hoc potuit omittere; cum certum sit, quod si Parochus non seruata dispositione dicti Decreti Conciliaris, nempe non præmissa diligentia, & obtenta Ordinarij licentia vagum matrimonium coniunxe-
54 rit, † licet peccet mortaliter, non per hoc matrimonium erit inualidum, vt post *Veracruz. Henriquez Petr. de Ledesma*, & alios late probant *Sanchez de matrim. lib.* 3. *disp.* 25. *num.* 16. & 17. *Gutierez. in simili tract. cap.* 65. *num.* 15. & *cap.* 67. *num.* 2. *Perez. pariter de matrim. disput.* 40. *sect.* 8. *numer.* 9. *Molphes. in Summ. Theolog. moral. tract.* 4. *cap.* 6. *nu.* 5. *Homobon. de Bonis de exam. Eccles. tract.* 11. *cap.* 10. *quæst.* 33. *resol.* 1. & 2. *Barbos. de Episc. alleg.* 32. *num.* 74. & *de offic. & potest. Parroch. cap.* 21. *num.* 89. Et proindè quatenus dicta Fides in matrimonio Francisci fuisset requisita, quod semper negatur, adhuc tamen cum sit res, quæ potuit adesse, & abesse præter substantiæ matrimonij corruptionem, nulla inde præsumptio fauore Nicolai deduci potest, ad tradita in similibus terminis per *Rot. coram Carill. decis.* 190. *num.* 15. & generaliter faciunt cumulata per *Barbos. axiom.* 5. *numer.* 4. & 5. *Rot. apud Zacc. qu. Medico legal. lib.* 10. *dec.* 38. *sub num.* 22. *vers. Ideo si morbus potuit esse, vel non esse, & num.* 23.

Leuissima pariter visa fuit animaduersio facta

facta ab vno ex Informantibus pro Nicolao,
55 nempè nomen ipsius Francisci † consimile
aliis ascendentibus familiæ de Ceulis, necnon
Cognomen, & Insignia, quæ pro coniectura
Filiationis ponderantur *per Gratian. discept. forens. cap.* 554. *num.* 56. *Giouagn. consil.* 21. *numer.* 2. *lib.* 1. *Rota coram Merlin. decis.* 658. *num.* 6. *in fin.* Etenim vltra quod, adhuc his concurrentibus
non induci præsumptionem consanguinita-
56 tis, † nonnulli voluerunt, *vt Signorell. de Homod. cons.* 81. *numer.* 5. vbi esse refert Mediolani quamplures cognomine de Homodeis, & nō esse eius Consanguineos, *Menoch. cons.* 133. *nu.* 14. *& seqq.* & latè *Theod. Hocping. de Iur. Insign. & Amor. cap.* 13. *num.* 53. *& seqq. Cyriac. contr.* 281. *nu.* 29. *& 30. cum seqq.* Maximè in præiudicium tertij iuxta cumul. per *Horat. Montan. contr.* 80. *sub nu.* 9. *vers. Plus dico* Multipliciter cuitatur in casu isto, & signanter quia agitur de nomine
57 satis communi, & frequenti, † prout est illud Francisci, & quod magis est non docetur à quo dictum nomen illi fuerit impositum, sed habetur ex eius tantum assertionibus, ac ab eo causam habentibus, quibus casibus vniformitatem nominis nullam præsumptionem consanguinitatis inducere, cum possit esse vsurpatio, & dolosa denominatio, plenissimè tradunt post alios, quos adducunt *Lotter de re benefic. lib.* 2. *quæst.* 11. *numer.* 120. *& seqq. Cyriac. d. controu.* 281. *nu.* 25. 33. *& per tot.* & omnium melius *Noguerol. alleg.* 25. *à num.* 265. *vbi sub nu.* 271. præcipuè *Gratian.* declarat dicens eius dicta, ac aliorum Doctorum, qui dicunt, identita-
58 tem præsumi ex nomine, & cognomine, † esse intelligenda, quando non dubitatur de persona, & aliæ circumstantiæ, & demōstrationes concurrunt, vt plenè etiam *Rot. in rec. decis.* 380. *n.* 3. 7. *& 8. par.* 13.

Arbor demùm, siuè gentilitium Stemma Familiæ de Ceulis in Scripturis Tiberij, vt di-
59 citur repertum, † & assertus Liber Memorialis Rayneri vltimo loco, sed inter præcipuas Nicolai probationes deducta per ea, quæ de consimili Arbore tradit *Monac. dec. Florent.* 61. *nu.* 15. & de libro memoriali *ex Theorica Bald. in l. neque natales num.* 6. *vers. vel aliquando ipsemet Pater C. deprobat.* notarunt *Paris. cons.* 10. *num.* 54. *vers. talis nomina part.* 2. *Surdus cons.* 1. *numer.* 52, *Monach. dec.* 128. *num.* 1. *Scip. Theodor. alleg.* 18. *nu.* 36. *Prat. discep. forens. cap.* 40. *num.* 13. *tom.* 1. *& alij per Rot. in rec. dec.* 229. *nu.* 8. *& decis.* 234. *num.* 10. *part.* 10.

Ex inspectione oculari nullius momenti visa sunt, atque cessare existimaui omnia, quę inde deduci possent, expertus in hoc id, quod tradit *Imperator in* §. *final. Inst. de gradib. cognation.* quod nempè oculi Iudicis certiores aure
60 arbitri sunt, † vt referunt, *Zuff. de legitim. Process. crimin. quæst.* 9. *num.* 6. & latè *Baron. de corpor. eiusque partib. tit.* 7. *de ocul. numer.* 25. *& seqq.* Omissa sanè disquisitione iuridica probationis indè desumptæ, cum tamen vt plurimum fallacem, & mendosam esse tradat in puncto *D. de Luca in Theatr. Verit. & Iustit. lib.* 10. *De Fideicommiss. discur.* 106. *sub nu.* 5. vbi refert se non semel fuisse expertum in istis terminis, siue etiam sint Instrumenta, siue aliæ quæcumque
61 documenta in Archiuijs etiam retenta, † vel esse de recenti conficta imitando formam antiquam, atque in Archiuijs authenticis; & probatis inter scripturas antiquas studiosè reposita, vel si sint verà erroneè à dolosis rerū harum affectatoribus applicari ad factū, subdendo etiam pluries fuisse expertum, quod aliqui ordinis popularis casualiter habentis idē cognomem, quod aliqua antiqua familia habere consueuit non solum plantauerunt magnos Arbores, cum quibus demonstretur Familiæ identitas, ac directa descendentia probetur cum antiquis Instrumentis, & documentis, vt supra de recenti confictis, eo modo, quo moderni Pictores satis benè confingunt antiquas tabulas Titiani, & Raphaelis, Sed etiam malis his artibus, & dolosis captionibus acquisiuerunt illa castra, & bona, quæ per dictam Familiam possessa fuerunt.

Et quidem quoad Arborem reperij, illum fuisse descriptum à manu, cuius persona ignoratur, & tàm ipsum Arborem, quàm discursus illi adiacentes, esse contura in folio albo totaliter diuerso, in cuius folij albi fronte, licèt adsint, manu, quæ dicitur Tiberij Iunioris, ad notata verba *Arbore della Casa Ceuli, &c.* non indè tamen credidi posse dici illum Arborem ipsum Tiberium approbare, dum ab ipso non est confectus, nec sua manu conscriptus, vt per Nicolaum non controuertebatur, nec adiunt aliqua verba præcisè dictam approbationem concludentia, & quod magis est, non docetur prout requiritur, quòd sit illemet Arbor, quem Tiberius prædictus in-
62 seruit intùs suum folium, † cum potuerit vnum folium amoueri, & aliud aponi ad libitum ipsius Partis, quæ scripturam, & librum, in quo ea erat inserta in manibus retinebat, quæ possibilitas est apta adimere fidem cuicumque scripturæ, quamuis publicæ, & alias probanti, ergo multò magis scripturæ priuatæ, quæ quatenùs etiam contrà eam prædicta non concurrerent, vtpotè nullis iustificationibus fulcita, cuiusuis manu scripta, adhuc non probaret, tanquam priuata, *per text. in cap.* 2. *de fid. Instrm. & in l. Instrumenta l. exemplo. & l. rationes C. de probat.* & ibi latè *Barbos. in Collectan. cum aliis per Genua de scriptur. priuat. dub.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 4. *num.* 17. *Pareia de Instrum. edit. part.* 1. *tit.* 1. *resol.* 3. §. 5. *nu.* 1. *seqq.* vbi *nu.* 5. *& 6.* hoc ampliat procedere, etiam si tales scripturæ priuatę repertæ fuissent in filcia, in qua so-
63 lent apponi scripturæ authenticæ, † *Rota coram Buratt. decis.* 274. *num.* 21. *& decis.* 282. *num.* 6. *ibique Adden. litt. B. & in recent. decis.* 515. *num.* 2. *part.* 2. *& dec.* 103. *num.* 9. *part.* 5. *& dec.* 272. *n.* 10. *part.* 12.

Quòverò ad partitas asserti libri memorialis Rayneri, in quibus dicitur ipsum adnotasse diem natiuitatis dicti Francisci, reperij esse in libro, in quo adsunt nonnullæ adnotationes Hieronymi de Ceulis, quoad expensas victuale, & res domesticas ipsius Hieronymi, vt dicebatur, manu conscriptas, & in quibus-

dam

dam foliis albis ibi remanentibus conſcriptas dictas partitas datas *in Summario Nicolai nu.21.* Quæ tamen ex dicta oculari inſpectione nullatenus mihi viſæ ſunt manu ipſius Raynerij
64 conſcriptæ, † nec puto, quod alicui probo Viro videri poſſint, comparatis dictis partitis manu ſatis tremula, & ab eo, qui vix literas pingere ſciat, conſcriptis, cum manu certa ipſius Raynerij, tàm in pluribus Epiſtolis mihi exhibitis, quàm in Profeſſione emiſſa per ipſum de anno 1664. in Conuentu S. Mariæ de Scala Vrbis, & ipſius manu ſcripta in libro dictæ Religionis ab illius Priore in Contradictorio Iudicio, vtraque Parte præſente, exhibito, in quibus caracteres ſunt adeò benè efformati, vt ferè nihil melius ſcribi poſſit, quod eſt toto Cœlo diuerſum à caractere, quo dictæ partitæ in dicto libro fuerunt deſcriptæ, vt dixi qua comparatione, & oculari inſpectione attentis, nullatenus dictis partitis fidem adhibendam duxi, iuxta deducta *per Rotam in Romana Caſalis S. Agathæ 15. Ianuarij 1659. §. Quoniam non ſolùm, coram R.P.D. Priolo.* Reflectendo etiam ad id, quod tradit *Horat. Barbat. de fideicommiſſ. legal. part.1. cap.6. numer. 276. in fin.* dum dicit in admittendis probationibus filiationis multùm poſſe Iudicis ar-
65 bitrium. † *præſertim temporibus hiſce noſtris, in quibus cernuntur corrupti mores, & in dies occurrunt in forenſibus negotijs iſtis ſubductiones, & falſitates, tùm circa Teſtes tùm circa ſcripturas, ſiue publicas, ſiuè priuatas*, vt ſunt ipſius verba.

Ex quibus omnibus cum præſumptiones omnes prædictæ pro probanda Filiatione Francifci deductæ pro parte Nicolai ſingillatim viſæ ſint vanæ, & inſubſiſtentes, Ceſſare etiam exiſtimaui conclutionem deductam, quod quæ per ſe ſingula non proſunt, iun-
66 cta iuuent, † maximè in his terminis probandæ filiationis ex parte Patris, quæ difficilis, & ferè impoſſibilis reputatur, & proindè coniecturas coniungi ad eam probandã poſſ *Gloſſ. in l.2. §.1. verſ. legitimos ff. de excuſat. Tutor.* tradunt *Caranz. de partu cap. 20. quæſt.4. ſub num. 33. Gratian. diſcept.754. num.30. & 31. Scip. Theodor. alleg.18. num.29. Rota coram Buratt. dec. 709. num.9. coram Dunozett. Iun. deciſ.981. num.4 & in recent. deciſ.93. num.21. part.8. & deciſ.309. numer.1. part.10.* Quia hæc procedunt quando
67 ſingulæ ex coniecturis, & præſumptionibus in genere ſuo ſunt perfectæ, non autem quando ſunt imperfectæ, vt in præſenti caſu, quia tunc iungi non poſſunt etiam, vt probent Filiationem, vt in his terminis declarant *Alex. conſil.11. num.3. & 5 lib.4. Rota coram Mantic. deciſ.307. num.11. coram Merlin. deciſ.277. num.12. & coram Coccin. deciſ.234. num.58. coram Caſtill. deciſ.190. num.25. & in recent. deciſ.167. num.15. part.8. deciſ.8. num.29. part.12. & dec.388. nu.15. part.13.*

Atque ex his viſum eſt ceſſare id, quod dicebatur à ſcribẽtibus pro Nicolao ex his actibus, ſeu præſumptionibus ipſum fuiſſe ſaltem conſtitutum in quaſi poſſeſſione Filiatio-
68 nis, † quàm dicebant eſſe ſufficientem ad probandam Filiationem incidenter ad effectũ immiſſionis iuxtà vulgatum *Gemin. conſil. 27. paſſim à DD. & Rota* approbatum, dum dictæ præſumptiones fuerunt compertæ inſubſiſtẽtes, & vanæ, nec proindè vllum probabile ius, nec vllam quaſi poſſeſſionem conſtituere valentes, cum tamen ſi etiam eſſent ſufficientes ad conſtituendum ipſum Nicolaum in quaſi poſſeſſione filiationis reſpectu Franciſci ſui Genitoris, quod ſemper negatur, cum ad conſtituendum aliquem in quaſi poſſeſſione ad effectum, de quo agitur, requirantur actus certi, & indubitati geſti à prætenſo Patre, vel Conſanguineis, aut aliàs intereſſatis, itaut ſi hæc non concurrant, nulla quaſi poſſeſſio prætendi poſſit. Adhuc tamen mihi non viſæ fuiſſent ſatis in caſu, de quo agitur, quia concluſio, quod quaſi poſſeſſio Filiationis ſufficiat ad effectum Immiſſionis, quando de Filiatione incidenter agitur, benè procedit, & vera eſt illis terminis incidenter retentis, non tamen poteſt dici de ea incidenter agi, quando in ea conſiſtit totum Partis fundamentum, atque agitur de graui præiudicio tertij, ac de auferenda aliis hæreditate, quia tunc dicitur de ea agi principaliter, nec ſufficit quaſi poſſeſſio, quamuis ageretur in poſſeſſorijs, & præparatorijs, vt plenè declarat, ac diſtinguit *Maluaſ. conſil.94. ſub num.15. verſ. præſertim vbi Filiatio, & Ioann. Franciſc. de Ponte conſil.3. num.26. & ſeqq. lib.2. ac per tot.* Incidenter enim dicitur deducta Filiationis pro-
69 batio, † quando adducitur pro conſequendis alimentis, vel quid ſimile, non autem vbi adeſt Tertij præiudicium, & agitur de ſuccedendo in fideicommiſſo; quia tunc magis exactæ, & fortiores probationes, requiruntur, vt *prater adduct. ſupra in §. Attamen quandò.* latè pluribus cumulatis tradunt *Caſtill. contr. Iur. lib.3. cap.27. num.21. & lib.5. cap.104. ex nu-mer. 2. Ioſeph Meli in addit. ad cumd. Caſtill. de alim. cap.4. num.13. Cenſal. obſern. & Addit. à Peregrin. de fideicommiſſ. ad artic.23. inſpect.2. ſub §. Quæ coniectura poſt med. fol. mihi 57. Pilata in addit. ad Iranc. de proteſt. in addit. ad conſid.35. ſub numer.6. Rota coram Bichio dec. 101. num. 11. & in Eugubina Succeſſionis 10. Nouembris 1665. coram Eminentiſſ. D. meo Card. Cerro §. Hinc probatio, & §. ſeqq*

Cæterum in caſu iſto nedùm ex prædictis, ac ex non probata Filiatione Franciſci remanent reiectæ prætenſiones Nicolai ob id quod
70 quemadmodum eius Pater repelleretur † ab huiuſmodi fideicommiſſo, ſi viueret, ita non poteſt admitti eius filius tanquàm a radice infecta proueniens; iuxtà plene tradita per *Rotam in ſæpiùs allegat. dec.388. n.18. & 19. par.13.* Sed etiam illa probata, adhùc non potuiſſet obtinere, dum non probauit, ipſum Franciſcum fuiſſe filium Rayneri legitimum, & naturalem, attenta clara diſpoſitione Hieronymi fideicommittentis, † qui vocauit Deſcendentes natos ex vero, & legitimo matrimonio, cum expreſſa excluſione legitimatorum, etiam per ſubſequens matrimonium, vt *in Summario Anna, Iulia, & Martia d. num. 1. ideo-*
71

que etiamsi doceretur, Franciscũ esse Filium Raynerij, quod ex superius recensitis semper erit impossibile, adhuc tamen dicta Filiatio non posset prodesse Nicolao, nisi concludentèr probaret, fuisse Filium legitimum, & naturalẽ, ac de legitimo matrimonio procreatum, dum maximè in legitimitate consistit fundamentum, *Butrin cap. Peruenit. colum. 2. in fine vers. Aut fil. agit, qui fil. sint legitim.* ibique *Præpositus sub num. 3. & Abb. sub num. 4. ac cæteri scribentes* cum aliis innumeris *apud Iason. consil. 106. num. 7. & seqq. lib. 1. Ramon. consil. 22. num. 24. & seqq. lib. 3. Spad. consil. 362. nu. 1. Iom. 2. Gratian. discept. forens. 969. numer. 3. & 5. Sesse decision. Aragon. 390. num. 3. Rota coram Coccin. dec. 2299. numer. 5.* & latissimè *coram Bichio decis. 101. numer. 1. & seqq. ac per tot. repetit. in recent. decis. 105. part. 9.*

Et quamuis probata descendentia, ac Filiatione, eam præsumi legitimam, ita vt alia non
72 exigatur probatio, † voluerint *Dec. consil. 152. numer. vers. & quia lex, Parisc. consil. 57. num. 43. lib. 4. & aly per Rota in recent. dec. 201. num. 41. part. 5.* Attamen quidquid sit in Reo, certum est,
73 quod in Actore, † qualis est Nicolaus præsumptio ista non suffragatur, sed requiritur plena. ac concludens probatio, iuxta distinctionem communiter traditam à DD. de qua latissimè post alios *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 16. num. 59. Roland. consil. 10. num. 21. & seqq. lib. 2. Rota coram Cæsar. de Graff. decis. 1. num. 10. qui fil. sint legitim. coram Coccino decision. 2342. num. 56. & 57. & coram Carill. decis. 190. num. 24.* Attenta præsertim praxi in Curia communiter recepta, de qua *D. de Luca in Theatr. Verit. & Iustit. lib. 10. de Fideicommiss. discurs. 193. numer. 17. & 18.*

Quod adeò verum est, vt nec etiam hoc casu fuisset satis Nicolao probare dictum Franciscum fuisse legitimatum per subsequẽs
74 matrimonium, † dum fideicommittens hoc expressè prohibuit, & legitimitatem considerauit in ipsa conceptione, iuxtà latissimè tradita *per Castill. quotid. controu. lib. 4. cap. 31. per tot & lib. 5. cap. 75. Faiard. in tract. de legitimat. per subseq. matrimon. impress. post alleg. Fiscal. à nu. 266. Fragos. de Regimin. Reipubl. Christ. par. 3. lib. 3. disp. 6. §. 3. sub nu. 43. vers. Illud vnũ addam, Redenasch. conf. 84. num. 15. vers. In quam rem, & num. 16. cum seqq. Merend. lib. 4. controu. cap. 17. Donat. Anton. de Marin. resol. quotid. lib. 1. cap. 226. à num. 2. ibique Rodar in addit. à num. 6. Ciarlin. contr. forens. lib. 1. cap. 111. per tot. Hodiern ad Surd. dec. 319. Caren. resol. 212. & Rot. coram Bichio d. dec. 101. nu. 19. & seqq. repetit. in rec. dec. 105. part. 9.* apud quos omnes innumeri cumulantur, & contraria omnia diluuntur, & explicantur.

Et proindè Nicolaus pro obtinẽdo in hoc Iudicio debebat antè omnia docere de Matrimonio dicti Raynerij, ità vt, eo non probato, Filiatio Francisci apertè exclusa remanserit,
75 præsertim legitima †, & naturalis, prout in præsenti requiritur, vt plenissimè probant *Io. Francisc. de Pont. conf. 3. per tot. lib. 2.* omninò viden. cum id nedum latissimè firmet, sed omnia, quæ in contrarium possent adduci, plenè reijciat *Bim. conf. 239. pariter per tot. lib. 3.* vbi plures præsumptiones pro filiatione adductas reijcit, ac *numer. 24.* dicit non enunciatiuis, & nudis assertionibus, sed matrimonio probandam esse Filiationem, nec proinde sola Instrumenta, epistolas, & similia leuia documenta posse sufficere, *Angel. Spina, & aly in alleg. 10. nu. 5. ex impress. post Donat. Anton. de Marin. var. resolut. tom. 2.* vbi pariter reijciuntur depositiones Testium, non docto de matrimonio, antèa *Natt. conf. 421. per tot. & Soccin. Iun. conf. 76. num. 40. lib. 2.* vbi recenset omnia, quę ab eo, qui se asserit filium alicuius, sunt probanda, *Negusant. in Silu. respons. quæst. 167. nu. 13. & quæst. 296. nu. 18. Magen. decis. Lucens. 86. nu. 12. & seqq. Maluas. conf. 22. nu. 29. & seqq. Marcabrun. conf. 13. num. 60. & latissimè Ciriac. contr. 651. nu. 1. & seqq. ac per tot. vol. 4.*

Nec ad istud matrimonium probandum, Nicolao concedendam esse Remissoriam existimaui; Tum quia nullus neque imaginarius fumus dabatur ad eam obtinendam sufficiens & articuli omnes exhibiti visi fuerunt extranei, & penitus irreleuantes; Tum quia *illud*
76 non Testibus †, sed scripturis est probandum *Io. Francisc. de Pont. dict. conf. 3. num. 118. Ciriac. d. contr. 101. num. 4. vol. 4.* nec proindè Remissoria concedi debet, optimè *Boccac. de litter. remissorial. cap. 4. num. 5.* vbi explicitè dicit, quod hodie, stante clara dispositione Sac. Concilij Tridentini, quo cauetur, matrimonium debere describi in libro apud Parochum retento, quoties de illo dubitari contingit, ex eis illius probatio detumi debet, non autem concedenda remissoria pro examinandis Testibus qui de facili possint subornari.

Et sine vlla controuersia Nicolaum reijciendum existimaui, cum nedum Filiationẽ prædictam Francisci sui Patris probet cum qualitate, maximè quod fuerit legitimus, & naturalis, quodque Raxnerius Vxorem habuerit; Verùm etiam quia hæc omnia apertè remanserunt exclusa ex deductis pro Sororibus de Ceulis; Siquidem Primò fuit dictum, Raynerium ab initio fuisse Clericum, & vt litteris vacaret, Perusijs commorantem, ac paulò post Romæ inter nostros Vtriusque Signaturæ Referendarios cooptatum, ac postremò Religiosum professum Fratrũ Carmelita-
77 rum Discalceatorum † inter quos decessit, vt etiam habetur in *Histor. dict. Relig. tom. 1. lib. 2. cap. 7. pag. 180. colum. 1. §. Primus è Romanis*, quibus attentis, magis verisimile est, ipsum nunquam fuisse vxoratum, quam è contra, adeout ad contrarium probandũ efficaciores pro-
78 bationes requirantur, & præsumptio stet pro cœlibatu à communiter accidentibus, ità deducta, vt punctualiter contrà eum, qui se filium asserebat Viri in Episcopali gradu defũcti, ex dicta verisimilitudine decisum refert in supremo Lusitaniæ Magistratu *Anton. de Sousa de Maced. dec. 18. sub nu. 9. vers. erat inquam verisimilis, & num. 10. cum seq. ac per tot.* Et licet non negem aliquando diuersimodè contingere posse, in iure tamen & in his præsertim
79 materijs filiationis, † ea quæ frequentiùs, &

verisimilius nō quæ raro accidunt spectãtur, & attenduntur, vt post alios *Rot. in rec.dec.* 261. n.12.p.12. *& post Bonden. Coll.leg.dec.*72.*n.*9.

Secundò fuerunt exhibiti articuli ab eodem Raynerio de anno 1596, dati cor. Card. Blanchetto Iudice Commissario ad obtinendum à Tiberio Seniore augumentum alimẽtorum, prout obtinuit á scutis 1200. ad scuta 2000. In quibus ponitur numerus suæ familiæ alimentandæ, nec vllum verbum quidem habetur de asserta illius vxore, prout nihil de ea dicunt Testes in eo processu exhibiti, quod sanè recensere non omisisset Raynerius in illo Iudicio, vt Iudex moueri posset
80 ad decernenda alimenta pinguiora † si reuera vxorem, & filios habuisset, ad tradita per *Gratian.discept.forens.cap.*613.*num.*18.

Tertiò fuerunt ponderatæ depositiones dictorum quatuor Testium in dicto Iudicio examinatorum, qui omnes concludunt, Raynerium de anno 1591. se contulisse Perusium ibique per triennium studijs operam dedisse; Quare prorsùs excludi visum fuit, dicto tempore illum vxorem habuisse, & de anno 1592 & 1593. ex illa filios progenuisse; quemadmodum asserebatur pro parte Nicolai, & reperitur descriptum in dicto asserto libro memoriali ipsius Raynerij, cum ferè nunquam
81 contingere soleat, quod vxorati ad studendum in Vniuersitatibus se conferant, & certè prorsus inuerisimile sit, & quod inuerisimile est, imaginem falsitatis, præsefert *in l.*1 *de fer.fugit*, *Mandell.cons.*224. *num.*9. *Petr. Aerod. Rer. Iudicat. lib.*1. *cap.*5. *Rot.coram Penia dec.* 521.*num.*13.*& decis.*581.*num.*20. *& in recen. dec.* 176.*num.*18. *par.*11. Et ideo efficaciorem probationem requirit, *cap. Quia verisimile non est de præscript. Ansald. cons.*16. *num.*74.

Imò ex dicto horum Testium plurimum ponderaui, quod requisitus Nicolaus, vt de matrimonio Raynerij, & Baptismate Francisci doceret per Fides Parochorum, nihil aliud ab eo fuit responsum, quàm producendo Fidem Parochorum S. Marci, & SS. Vincentij, & Anastasij, in qua deponunt, nonnullos libros suarum Parochiarum, vel ob inundationes, vel ob pestes, vel incuriam Antecessorum fuisse deperditos, nec amplius reperiri. Nam, vltraquod nullatenus fuerat doctum, quod Raynerius in dictis Parochijs habitasset tempore quo matrimonium con-
82 traxit, & filios suscepit, quod tamen ante omnia erat probandum, ab eo qui in iactura dictorum librorum se fundare volebat, iuxtà plenè tradita *per Doctissimum D. Martium Meditem, examin.* 53. *nu.*3. *& in addit. ad eandem nu.*1. Quatenus aliquid circà hoc fuisset deductum plenè ex dd. Testibus remaneret reiectum, cum ex illis apertè habeatur, illum eo tempore commorasse Perusijs, & sic ineptè fuit allegata iactura dictorũ librorum, cum Raynerius non potuisset adesse Perusijs, & Vxorem prægnantem reddere Romæ nisi data
83 corporis multiplicatione, † quæ nonnisi per miraculum contingere poterat, cum homo eodem tempore circumscriptiuè residere nõ possit naturaliter in duobus distinctis locis, & in vno esse non possit sinè deperditione alterius, vt sciunt Philosophi, quorum placita colligit *Guarin. Placit. Philosoph. disp.* 10. *de loco, & vacuo expension.* 6. extradit ex nostris *Hermenegild. de Roxas de incompatibil. Regnor. & maiorat. par.*2. *cap.*1. *num.*15. *&* 16.

Quartò fuit productum Instrumẽtum Renunciationis à dicto Raynerio infrà duos menses antè professionem de anno 1604. in Religionem emissam, factæ iuxta præscriptum *Sac. Concil. Trident. sess.*25. *de Regular. cap.*16. ad fauorem fratrum, quam Raynerius voluit valere etiam Iure Testamenti, & omni
84 meliori modo, nulla penitùs facta mentione de filijs in decimo, vel circiter anno, si illos habuisset, tunc constitutis; Quod sanè esset valdè inuerisimile, tum inspecta Paterna pietate, quæ abscondi non potest, vt in puncto dixit *Rot. in recent. dec.*167. *num.*19. *par.*8. vel saltem inspecta necessitate Iuris, iuxta quod filij sunt instituendi, vel exhæredandi, *l.*1. *ff. de*
85 *inoffi. supt. testam.* & proindè † cum Raynerius in dicta sua vltima dispositione antequam ciuiliter statui sæculari moreretur facta, de Francisco nullam fecerit mentionem, nec illi legitimam, seu alimenta, vel quicquid aliud reliquerit quemadmodum, & ad actus validitatem, & ad propriæ conscientiæ satisfactionem omninò facere debebat, satis vehemens argumentum indè resultat, illum non fuisse sui filium, quemadmodum à Nicolao asseritur, vt in puncto tradit *Soccin. iun. cons.* 86.*num.*41.*vol.*2. *Gabriel. cons.*25. *sub num.*6. *vers. Quarto quantitas lib.*1. *Ciriac. contr.*601. *sub num.*34. *vers. Quinimo de contrario & censuit Rota in recent. dicta dec.*167. *num.*23. *par.*8. *& melius in Eugubina successionis* 16. *Nouembris* 1665. §. *Idq; facilius, in fine, coram Eminentiss. D. Card. Cerro.*

Quinto demum multi ponderis visæ fuerunt considerationes; Quod per dictum Nicolaum nulla producantur rei huius domesticæ litterarum vestigia, quæ inter nobilium
86 cognationes retineri solent, † & diuturna taciturnitas, & acquiescentia tàm dicti Francisci, quam ipsius Nicolai, cum tamen ad eorum fauorem longè ante posset esse apertum fideicommissum, si essent tales, quales se asserunt, quæ ambo pro exclusione Filiationis fuerunt ponderata *à Rot. cor. Cocin. d. dec.* 2342. *num.* 39. vbi inter cætera dicitur, quod quando concurrit similis taciturnitas, & acquiescentia, præsumitur ex eo quod qui taliter acquieuerunt de iuribus suis iustè diffiderent. Imò cum Nicolaus litem hanc intentauerit longè post obitum ipsius Tiberij Iunioris informati de Iuribus suæ cognationis, vehemens intrat suspicio, ne hoc studio, & dolosè contra Pupillas huius rei ignaras fuerit factum ad tradita per *Rot. coram Carill. decis.* 136.*nu.*16. *repetit in recent. dec.*167. *nu.*18. *par.*8.

Ex quibus omnibus dictas Annam, Iuliam & Martiam ab soluendas ad impetitis per Nicolaum, illiquè immissionem denegandam iuri consonum existimaui, vtraque parte pluriès audita &c.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

D. HIERONYMO GASTALDO

Thesaurario Generali, & Iudice Commiss.

VOTVM DECISIVVM.

In Causa Romana Incamerationis.

Mercurii 16. Nouembris 1672.

ARGVMENTVM.

Optimis rationibus, validis fundamentis & nobili caterua Doctorũ deciditur ardua illa, & ventilata quæstio, vtrum in atrocissimo Crimine læsæ Maiestatis humanæ in primo Capite, lata sententia vltimi supplicij contra delinquentem, & effectualiter executa, cum fiat confiscatio omnium bonorum delinquentis, proinde an sequatur, quod nedum Princeps ille cuius Maiestas fuit læsa, capiat tantum illius bona, in eius Territorio existentia, Imo non tantum quilibet Fiscus, de eodem Principatu, cuius Iurisdictiones, & Bursæ Fiscales solum sunt separatæ,

Et an quoque, si tractetur de quolibet alio Fisco penitus diuerso, & separato, in tantum quod vnus non dependeat ab altero, & sic ipse in suo Principatu, absolutus sit Dominus, & superiorem nequaquam recognoscat.

Quibus stantibus, in præsenti Voto, vt dixit magistraliter deciditur, & pergregie sententiatur, quod opinio affirmatiua sit & verior, ac communior, ac tamquam martirizata, coronata reperitur. Tandem cum d. opinio ad incudinem disputationis fuerit posita à non nullis DD. & cum sub potentibus malleis rationum, contrariæ opinionis non fuerit fractanda. Vnde repertum fuit quod ea est admantina.

Demonstratur etiam in præsenti voto quod nõ est perpetuo vera illa satis in iure decantata conclusio, quod sententia sine actis lata non possit tamquam valida substineri. Quoniam sententia ex actis iustificanda veniat.

R soluitur, quoque Magistraliter quod quamuis, bona Ecclesiastica Feudalia in exteros sine Beneplacito Apostolico, nullatenus alienari possint verum quatenus obtineatur tale Beneplacitum, sub aliqua conditione, sed si deficiat talis conditio, sub qua fuit concessũ tale Beneplacitum, tunc perinde, ac si numquam fuerit concessum, ex hoc enim bene infertur ad casum præsentis voti, aliaque vide in summarijs.

FRVERE (Amice Lector) sequenti Voto Decisiuo, cum emanet & sit extensum à Iudice Doctissimo, exquisitissimi ingenij, acerrimique Iudicij, & qui præter summam scientiã est etiam Optimus. Atque præsertim est Legum consultissimus, & tantũ auxit ex Christallinis Iuris fontibus, quantum alicui alio Mortali haurire fas fuit. Desisto loqui, cum ipse, Laudatores existimet laculatores.

Qualiter verò se gerat in amplissimo Officio, & Dignitate Thesaurarij Generalis Cameræ Apostolicę famam ipsam communem interroga, quæ nullatenus mentitur, eiusque heroicum animum sæpe admiratus sum, ac ipsius innatæ Benignitati multum me debere intelligo.

SVMMARIVM.

1 *Facti series refertur, cum suis omnibus circumstantiis & nn. 2. 3. & 4.*

5 *Camera Apostolica prius incamerat bona confiscanda & postea cognoscit, vtrum &c.*

6 *Et hoc non solum ex dispositione Iuris communis, quã ex stylo omnium Curiarum, & Principum Italiæ.*

7 *In Crimine læsæ Maiestatis humanæ in primo capite fit cõfiscatio bonorum vbiq; locorum, & quare n. 8.*

9 *Confiscatio bonorum condemnati ob Crimen læsæ Maiestatis in primo capite, non solum fit in loco delicti, sed vbilibet vbi adsunt bona eius. & num. 10. & 11.*

12 *Et refertur numerosa cohors Doctorũ, qui prædictam opinionem tamquam veriorem, & verissimam prædicarunt, & rationibus corroborarunt.*
Atque eiusdem opinionis sunt diuersa Orbis Tribunalia, & pluries respondit Rota Romana.

13 *Confiscatio bonorum in Crimine læsæ Maiestatis in primo capite, tunc non admittitur vbi licet locorum quando.*
Vel confiscatio non fit iure communi, sed à Iure Municipali.

14 *Vel quando sententia fuit lata in cõtumacia non secuta morte naturali.*

15 *Sed his cessantibus, prior sententia est verior, & communior, explosis, & refutatis contrarium sentientibus.*

16 *Nec vera est distinctio illa inter crimen hæresis, & Crimen læsæ Maiestatis humanæ.*

17 *Opinio illa non est attendenda, quæ habet contra se communiorem Doctarum sententiam.*

18 *Et præsertim Sacræ Rotæ Romanæ, & dum in diuersis Orbis Tribunalibus fuit ita seruatum, & num. 19.*

20 *Confiscatio bonorum facta in Terris Imperij, in Crimine læsæ Maiestatis in primo capite, extenditur etiam ad bona existentia in Terris Ecclesiæ.*

21 *De Bonis in Regno Gallia ob delictum commissum in Regno Siciliæ fuit facta confiscatio.*

22 *Ob Crimen læsæ Maiestatis humanæ patratum contra quosdam Marchiones, fuerunt confiscata bona existentia, sub diuersis Iurisdictionibus, & in alieno Principatu.*

23 *Ob Confiscationem in Gallia secutam, fuerunt confiscata bona hic in Vrbe, delinquentis.*

24 *Per Datariam, & Cancellariam Apostolicam fuerunt publicata officia, illius, qui commiserat crimen læsæ Maiestatis humanæ contra Rẽpublicam Iannæ.*

25 *Iudex vnius Territorij nullam habet in alieno Iurisdictionem.*

26 *Confiscationem in Crimine læsæ Maiestatis humanæ Ius commune inducens, idem Ius est vbique.*
Ideoque etiam suos effectus parit in omni loco n. 26.

27 *Ob Crimen læsæ Maiestatis humanæ, statim secuta condemnatione in vno Regno, alterius Regni fiscus bona delinquentis confiscat, in vim confiscationis à Iure communi sancita.*

28 *Condemnatus in vno Regno habere hæredem potest in alieno Regno, declara vt hic.*

29 *De*

29 *De Crimine læſæ Maieſtatis condemnatus, verè, & realiter efficitur ſeruus pœnæ.*
Et ideo nec poteſt retinere dominium in aliquo loco, nec vllibi habere hæredem nu.29.
30 Auth. ſed hodie C. de donat. inter virum, & vxorem *diſpoſitio quomodo intelligenda venit*
31 *Et ſic Iuris rigor emollitur, vt qui poſt condemnationem viuunt, non efficiuntur ſerui pœnæ, alias ſecus & 32.*
33 *Crimen læſæ Maieſtatis ex quo magis remanet aggranatum.*
34 *Inter Romanum Pontificem, & Cæſaream Maieſtatem Imperatoris adeſt confœderatio:*
35 *Hungaria Regnum eſt de Iuribus Sancti Petri, & Sedis Apoſtolicæ.*
36 *Hungaria Rex Sanctus Stephanus, ſeq. & Regnum Sanctæ Sedi Apoſtolicæ ſubmiſit:*
37 *Crimen læſæ Maieſtatis humanæ, ex quo reddatur valdè, & ſummè deteſtabile, & horribile.*
38 *Arma deferens Infidelibus, tanquam hæreticus puniendus eſt.*
Et inquiſitionis foro ſubijcitur.
39 *Ad delicti iuſtificationem ſufficit inſtrumentum ſententiæ condemnatoriæ.*
40 *Sententia ſine actis quando probet.*
41 *Acta, non requiruntur, quando ſententia deducitur, ad iuſtificandum, ſeu manifeſtandum aliquod factum.*
42 *Acta, quando non poſſunt haberi, ob aliquam rationabilem cauſam, tunc eorum defectus, non cauſant nullitatem.*
43 *Acta facta in aliquo ſupremo Tribunali, quo ad atrociſſimum aliquod delictum, non conſueuerunt publicari.*
44 *Arcana Regiorum non ſolent pandi.*
45 *Teſtator, poteſt priuari fideicommiſſarium fideicommiſſo, per menſem ante quo commiſit graue delictum.*
Ob quod bona confiſcanda veniunt.
49 *Bona feudalia Eccleſiaſtica non poſſunt alienari in extraneos, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, nec inter viuos per teſtamentum, & numer. 47. 48. & 49.*
50 *Hæredis inſtitutio eſt caput teſtamentariæ diſpoſitionis.*
51 *Teſtamentum etiam tacitè, poteſt reuocari Teſtamenti prioris reuocatio reſultat, ex quo teſtator aliud condidit teſtamentum.*
52 *Teſtamentum primum reuocatur per ſecundum, & hoc maximè, dum primum eſt inualidum, & ſecundum validum.*
53 *Diſpenſatio Apoſtolica extenditur etiam ad ſpecies in eo incluſas, & neceſſario conſequentes.*
54 *Conſequens, qui vult cenſetur etiam velle omne neceſſarium antecedens.*
55 *Primogenitura in primo teſtamento ordinata, quando in ſecundo teſtamento dicatur reuocata. & n.56.*
57 *Primogenituram ordinare, aliud eſt, & aliud eſt talem ordinationem remittere in liberum arbitrium alicuius.*
58 *Contraria dicuntur, ea quorum finis eſt contrarius, & incompatibilis.*
59 *Inter Teſtamentum primum, & ſecundum, quando adeſt contrarietas, iſta contrarietas, quid operetur.*
60 *Arbitrium abſolutum, & poteſtas libera ſi ſit data alicui de diſponendo de aliquibus bonis.*
Tunc poteſt ille diſponere de prædictis, & etiam non diſponere.
61 *Hæres fiduciarius omninò tenetur, reſtituere totam hæreditatem, cui fuit commiſſum à Teſtatore.*
62 *Hæres fiduciarius quis ſit, & ad quid tenetur.*
63 *Hæres verus, & proprius eſt, qui liberam, & abſolutam habet poteſtatem diſponendi de bonis hæreditarijs.*
64 *Hæres, aliud eſt, ſi aſſerat, ſe eſſe hæredem, & aliud ſi dicat ſe poſſidere hæreditatem.*
65 *Hæredis aſſertiones contrariæ voluntati Teſtatoris non ſunt attendendæ.*
66 *Aſſertiones, quæ ſunt contrariæ veritati non præiudicant, nec ipſi aſſerenti.*
67 *Teſtator, quod voluerit ſequi alicuius fidem, id probandum eſt num.63.*
69 *Bona ſtatus Eccleſiaſtici non poſſunt alienari in Fœnſes ſine licentia Sedis Apoſtolicæ.*
70 *Et hoc ſub pœna perpetuæ confiſcationis, quod procedit, etiam ſi alienans eſſet abſolutus Dominus num. 71.*
72 *Gratia, quando ſub conditione aliqua fuit conceſſa non poteſt dici pura.*
73 *Relatio ad aliquid inducit, & operatur veram, & relationem, & individualem expreſſionem eorum, quæ habentur in ipſo relato & nu. 74.*
75 *Diſpoſitio qualificata ſecundum termmos qualificationis eſt regulanda.*
76 *Primogenitura aliud eſt quod ſit ordinata iure proprio, & ex priuatis bonis.*
77 *Et aliud ſi ſit conſtituta cum facultate Principis ſupremi, & fuit conditionata & num. 123.*
78 *Relatio videnſum eſt ad quid fuit relata, quia tunc ad omnia non eſt referenda*
79 *Dictio, alijs implicat ſimilia expreſſis.*
80 *Relatio ad ea fieri debet, quibus congruè, & præciſe adaptatur & num.81.*
82 *Conditiones appoſitæ in conſtitutione Primogenituræ ſunt attendendæ.*
83 *Gratia conceſſa à Principe, ſi habeat in ventre aliquam præfernatiuam conditionatam, omnino attendenda venit.*
84 *Facultate ſibi conceſſa diſponendo vtens, non poteſt egredi terminos dictæ facultatis.*
85 *Gratiam qualificatam acceptans afficitur qualitate per concedentem, ipſi gratiæ, annexa, & qualificatæ.*
86 *Gratia, quando eſt conditionata, ab ea conditione eſt regulanda.*
87 *Papa concedendo aliquid prohibitum attendi debet mens Papæ concedentis non autem mens impetrantis.*
88 *Princeps confirmans gratiã cum qualitate alterante cenſetur eam reuocare, quatenus qualitas alteram id importat.*
89 *Relatio operatur vt omnes conditiones, & qualitates cenſeantur repetita in diſpoſitione, in qua fit relatio.*
Et operatur ac ſi dd. conditiones & qualitates fuiſſet de verbo, ad verbum repetita in diſpoſitione num.89.
90 *Relatio ad aliquam ſcripturam operatur, vt dua ſcripturæ vigore relationis habeantur pro vnica.*
91 *Relatio eſt facienda iuxta mente referentis & nu.92*
93 *Relatio nunquam facta dicitur ad ea ex quibus aliquid*

quid incompatibile sequeretur.

94 *Correctio, vt euitatur, & maxime subitanea, in quacumque dispositione, est facienda omnis interpretatio.*

95 *Dispositionis voluntas est regulanda, secundum eius potestatem.*

96 *Potentia est principium cuiusque effectus, sine qua voluntas non potest operari.*

97 *Princeps concedendo alicui gratiam rei prohibitæ, sed conditionaliter, ita secundum dictam conditionem est intelligenda, & num. 98.*

99 Molin. de Primogenitur. Hispan. lib. 2. cap. 12. num. 57. & lib. 4 cap. 11. num. 67. *in quibus terminis loquatur.*

100 *Primogenituram acceptans cum omnibus suis qualitatibus, quid inde sequatur.*

101 *Clausula*, sine præiudicio Iuris, *& Clausula* Saluis iuribus *&c. licet secundum aliquos non faciant conditionem suspensiuam.*

Tamen important conditionem resolutiuam.

102 *Actus si afferat aliquod præiudicium habetur pro non facto, si adsit clausula sine iurium præiudicio agentis.*

103 *Clausulæ præseruantes præseruant etiam ius de futuro.*

104 *Præseruatio ne dum Iuris præteriti, & præsentis, sed etiam futuri, quatenus antea non competisset attenditur.*

105 *Reseruatio, quando non fiet per viam simplicis dispositionis.*

106 *Clausula*, sine præiudicio *per Iudicem apposita in sententia, in mandato &c. qualiter intelligatur apposita.*

107 *Clausularum efficacia realis, non attenditur, à qua persona apponatur.*

108 *In Crimine læsæ Maiestatis humanæ in primo capite, omnia delinquentis confiscantur bona.*

109 *Bona committentis Crimen læsæ Maiestatis humanæ confiscantur de iure communi & num. 110.*

111 *Emphiteusis euenientе casu deuolutionis, remanet totaliter resoluta,*

112 *Princeps si Primogenituram cum prohibitione alienandi, etiam in casu Confiscationis erectam, confirmet.*

113 *Si apponat clausulam* Saluis iuribus, *non dicitur confirmare in sui præiudicium.*

114 *Scriptura duæ, quando habeantur pro vnica, & indiuiduali scriptura.*

115 *Papa non præsumitur voluisse præiudicare iuribus Cameræ Apostolicæ.*

Et hoc maximè stantibus clausulis pregnantibus valde.

116 *Clausula*, perinde ac si præsentes, non emanassent *posita in concessione gratiæ Principis. æquipollet, Decreto irritanti.*

117 *Clausulæ præseruatiuæ, non operantur, quo ad ea quæ sunt contra naturam contractus confirmati.*

118 *Gratia concessa, cum aliqua limitatione, nisi euenerit casus dictæ limitationis, dicitur pura.*

119 *Fideicommissum ordinatum, cum facultate alienandi, sane remanet fideicommissum, donec sequatur alienatio.*

Qua alienatione facta remanet resolutum, & extinctum fideicommissum num. 119. ex mente fideicommittentis.

120 *Clausula*, omni meliori modo, *operatur, vt actus valeat omni meliori modo quo valere potest.*

121 *Disponens, si se restringat ad aliquam facultatem sibi concessam, non est extendenda dicta dispositio vltra limites dictæ facultatis.*

122 *Clausula*, omni meliori modo, *non debet extendi ad alios modos non expressos.*

124 *Gratia concessa alicui, præterquam in certo casu, si ille casus euenerit, cessat gratia.*

125 *Ob conditionis purificationis speciem succedendi omnium vocatorum euanescit.*

126 *Feudum à Rege concessum cum clausula*, Fidelitate Regia salua, *sequuta infidelitate, vnius, durante eius vita intrat deuolutio illius non aut, quo ad alios vocatos.*

Rouit in consil. 1. à nu. 50. cum seq. lib. 1. *in quibus terminis loquatur n.* 126. & 129.

127 *Feudum, quando est antiquum, tunc propter felloniam ab vno in Dominum commissam, ille omnesque descendentes, & agnati vsque in tertium gradum priuantur feudo.*

128 *Feudum, quando est nouum & fuit commissa felonia ab aliquo ex vocatis contra Dominum, tunc omnes agnati, & descendentes priuantur feudo & num.* 129.

130 *Clausula*, Fidelitate semper excepta, *in concessione Feudi apposita, qualiter intelligatur.*

131 *Vocatus sub aliqua conditione, nisi euenerit talis casus tunc si talis casus euenerit cessat talis vocatio.*

132 *Primogenitura cum licentia Principis, sub expressa conditione Cõfiscationis bonorum etiam ex causa de futuro concessa.*

133 *Tunc secundum aliquos DD. non habentes contradictores d. primogenitura in perpetuum cadit, & deuoluitur exclusis vocatis ad Principem concedentem.*

Primogenitura habetur pro non facta quando remanet resoluta num. 133.

Decisiones, & Doctores non habentes contradictorem dicuntur casus legis num. 133.

134 *Consulentium leuia argumenta præsertim super casu diuerso, & diuersa materia scribentium attendendo non sunt.*

135 *Incompatibilia, & contraria, simul stare non possunt.*

136 *Incompatilitatis præcipuus affectus, qualis sit.*

137 *Princeps licentiam alienandi bona in forenses, an valeat negare.*

138 *Bona status Ecclesiastici stabilia, quod non possint alienari in forenses, ad sunt plures constitutiones Apostolicæ.*

139 *Papa ad libitum suæ voluntatis denegat licentiam alienandi bona stabilia in forenses.*

140 *Principes supremi nullo iure, licentiam alienandi bona stabilia sui status in forenses cogunturinuiti concedere.*

141 *Feudi concessio aliud est si fuerit facta à Supremis Dominis, & aliud si à Dominis inferioribus.*

142 *Licentiam alienandi bona stabilia in forenses, non solum potest denegari per Supremum Principem, sed etiam per inferiorem.*

143 *Dominus directus non tenetur assentire alienationi bonorum stabilium quando fit in forenses.*

144 *Alienationes, ne fiant bonorum stabilium in forenses prohibitiones iuxta sunt.*

Nec

Nec non Reipublicæ ſunt valde utiles, atque ſunt rationabiles & num. 144.

145 *Princeps ſicuti poteſt denegare licentiam, vt bona ſtabilia nullatenus alienentur in forenſes.*
Ita poterit multo magis conditionibus bene viſis, illam reſtringere, & limitare num. 145.

146 *Poteſtatem liberam concedendi, & denegandi habens ſine dubio libere poteſt grauare conceſſionarium.*

147 *Gratiam conditionatam recipiens à Principe ſicuti ipſe non poteſt eam impugnare, ita nec eius Succeſſores, & vocatos.*

148 *Gratiam, quando quis agnouit, & facto ipſo approbauit, ceſſat omnis impugnatio, etiam ſucceſſorum.*

149 *Caſtri dominium, quando alicui fuit datum, cenſetur etiam ab initio conceſſa Iuriſdictio, & ſolita concedi.*

150 *Iuriſdictio, quamuis habitu ſit individua, reſpectu tamen vſus, & exercitii eſt individua.*

151 *Vſus, & exercitium Iuriſdictionis, per mortem eam habentis ipſo iure conſolidatur cum re, cui erant annexa.*

152 *Conditioni, ea, quæ ſunt ſuppoſita, ſub ea conditione veniunt amplia num.* 153. & 154.

155 *Primogenitura licet in bonis diuerſis, diuiſibilibus ſit ordinata, tamen nec diuidi, nec ſeparari poteſt.*

156 *Interpretatio ea ſumenda eſt, qua tam menti Principis concedentis gratiam, quam vtentis eam fauet.*

157 *Auctoritatem habens diſponendi de aliquibus bonis duplici facultate, qua cenſetur vti voluiſſe facultate.*

158 *Licentia ſibi conceſſa præſumitur vti quis voluiſſe pro vt vtilius, & melius potuit.*

159 *Primogenitura indiuiſibilitas, eſt reſpectu vocatorum ad eam, vt non dividatur inter plures.*
Sed ſemper vnita in ſolo primogenito pro tempore conſeruetur num. 159.

160 *Primogenitura ſufficit, quod conſeruetur indiuiſibilis, & individua, quo ad ea, in eis bonis, in quibus fuit conſtituta.*

161 *Confiſcatio, & Incameratio bonorum pro crimine læſæ Maieſtatis, an temporalis ſit temporis durante vita delinquentis.*

162 *ad fauorem alicuius, ea quæ fiunt ſi ille non allegat, nemo alius allegare non valet.*

163 *Bona exiſtentia in ſtatu Eccleſiaſtico non poſſunt alienari ſine licentia Sedis Apoſtolicæ etiam ſi fiat in ſubditum.*

164 *In Primogenitura ob delictum, quando officiales etiam alus, quamuis ex propria perſona vocatis.*

165 *Clauſula, ſine præiudicio eſt præſeruatiua iuris.*

166 *Princeps de re, qua ſine eius conſenſu, non ſunt in commertio, concedendo facultatem eam alienandi, quid veniat conſiderandum.*

167 *Bona Primogenituræ quando euitari poteſt, quod non intrat confiſcatio, quoad vocatos, an ſit facienda.*

168 *Primogenitura inſeparabilitate ſtante, quid conſequatur, quoad vocatos, ſtante quod aliquis vocatus, commiſerit Crimen læſæ Maieſtatis.*

169 *Subſtitutio vulgaris anomala de neceſſitate ſupponit, durationem fideicommiſſi.*

170 *Subſtitutio vulgaris anomala, non intrat, quando fideicommiſſum extinctum, & diſſolutum eſt.*

171 *Subſtitutio vulgaris anomala, tunc intrat, quando vocatio eſt pura.*

172 *Subſtitutio vulgaris anomala, dum eſt conditionalis, quia tunc defecta conditione, ceſſat dicta vulgaris, & fideicommiſſum.*

173 *Diſpoſitio aliqua clara & aperta eſt, ceſſat omnis vmbra difficultatis.*

174 *Clauſula* perinde ac ſi non emanaſſet, *apposita in gratia Principis intelligitur de præterito, de præſenti, & de futuro.*

175 *Gratiam qualificatam, & prout iacet acceptans, iuxta eiuſdem qualitatem, & conditiones eſt ſeruanda.*

176 *Camera Apoſtolica, quando fuit ius quæſitum, tunc ei non poteſt præiudicari.*

177 *Bona, quando ſunt prohibita alienari in forenſes, per Principem, iſta alienatio intelligitur reſpectu tituli ſingularis, non autem vniuerſalis.*

178 *Alienationis prohibitio, quando eſt facta à Principe, verbis vniuerſalibus, tam directè quam indirectè generaliter, & abſolute venit intelligenda & num.* 179.

180 *Prohibitio intelligitur iuxta terminos exceptionis.*

181 *Malitijs hominum querendum obuiare.*
Fraudes tam poſſunt committi in alienationibus vniuerſalibus, quam particularibus num. 181.

182 *Ratio eadem, vbi militat eadem ratio vniformis quoque militare debet.*

183 *Iuriſpatronatus alienatio quando fit, cum vniuerſitate bonorum licentia, & conſenſus Ordinarii non requiritur*

184 *Alienatio Iuriſpatronatus cum vniuerſitate bonorum tunc tenet ſine conſenſu Ordinarij, quando abſque vlla particulari Iuriſpatronatus mentione fit.*
Secus, ſi aliqua ſpecialis mentio Iuriſpatronatus fiat in alienatione, quia tunc ſecus eſt num. 184.

185 *Conſtitutio* 107. *ſan. mem. Alexandri VII. reuocatoria licentiarum alienandi bona ſtabilia ſtatus Eccleſiaſtici, qualiter intelligatur, & num.* 186.

187 *Effectuatio, & acceptatio donationis per primogenituram facta ſufficit, vt per primum donatarium fuerit acceptatio vt omnibus proſit.*

188 *Adimplementum per æquipollens quando eſt data, & inducta forma, ad certum effectum ad euitandas fraudes.*

189 *Diſpoſitio, quando non cadit ſub conditione reſolutiua remanet firma, & aperta.*

190 *Teſtamentum primum eſt attendendum, non aliud precedens neceſſario reuocatum.*

191 *Deſcendentium appellatione, non ſolum veniunt deſcendentes maſculi, verum etiam deſcendentes ex fœminis.*

192 *Ex fideicommiſſo antiquiori venientes & nominatim non ſunt vocati, ſed nominatio non inducitur niſi per interpretationem, & tunc non debetur immiſſio, in concurſu fideicommiſſi poſterioris clari, & litterali & num.* 193.

194 Fulgol. opinio in conſil. 85. per tot, *licet ſit communiter recepta, tamen limitatur, quando teſtator intellexit vocare deſcendentes per lineam maſculinam.*

195 *Tunc enim nunquam poſſunt venire deſcendentes fœminarum.*
Nam tunc neceſſarium eſt, vt concurrant duo qualitates

litates in volente ſuccedere, quod ſit Maſculus, & quod immediate deſcendant ex maſculis nu. 195.

196 *Deſcendentes vocando Teſtator, quando dicatur vocaſſe tantum deſcendentes ex maſculis.*

197 *Teſtatoris voluntas ad indagandum, an ipſe voluerit, quod appellatione deſcendentium veniant tantum deſcendentes ex maſculis.*

198 *Verba* ita vt *de ipſorum natura declarant, & reſtringunt præcedentia ad ſubſequentia.*

199 *Verbum*, præferantur, *quid importet.*

200 *Verbum*, præferantur, *non refertur ad lineam mentionariam in ſingulari.*

201 *Ratio recti ſermonis ſemper attendi debet* & 202.

203 *Declaratio non dicitur ſuperflua, ſi excludat aliquam queſtionem acerrime agitatam inter Doctores.*

204 *Teſtator ſimpliciter loquens de deſcendentibus cenſetur generaliter eos vocaſſe.*

Perſonæ illæ tantum cenſentur in conditione comprehenſæ, quatenus per Teſtatorem conſtat, voluiſſe, vt comprehendantur num. 204.

205 *Quod multo magis procedit quando clare apparet, quod talis erat mens Teſtatoris.*

206 Fulgoſ. opinio de quo in conſil. 85. per totum, *non procedit, quando Teſtator habuit votum conſeruandæ agnationis.*

207 *Teſtator, quod habuerit votum conſeruandæ agnationis ex quo clariſſime appareat.*

208 *Verbum* domus *in fideicommiſſis importat agnationem.*

VOTVM, ſeù DECISIO DXXXVI.

1 TABVLAS ſui Teſtamenti fecerat q. Marius Frangipanus † Patritius Romanus die 17. Septembris 1638., inſtitutis, & ſubſtitutis ſibi hæredibus gradatim ordine ſucceſſiuo vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, ac aliàs omni meliori modo, Frangipanis de Croatia, deindè D. Cornelio q. Antigoni, & alijs Frangipanis de Foro Iulio, poſtcà filius de Domo D. Comitis Franciſci Fiſci Ianuenſ, ſucceſſiue illis D. Maximi de Maximis, & deniquè D. Tiberij Aſtallij Romanis, eorumquè deſcendentibus maſculis per lineam maſculinam, & in eorum defectu maſculis ex fœminis de Primogenito in Primogenitum ſeruato ſemper ordine, & gradu Primogenituræ in perpetuum.

2 At die 14. Ianuarij 1654. præuia † reuocatione cuiuſcumque alterius ſuæ diſpoſitionis, & inſtitutionis eius hæredis, quæ quouis modo foret contraria, nouum condidit Teſtamẽtum, in quo ſibi ex aſſe hæredem inſtituit, clar. mem. Cardinalem Antonium Barberinum, tunc in humanis agentem, & aſſerens temper optaſſe perpetuitatem ſuæ Domus, & Familiæ de Frangipanis, ideò remiſit. *Nel totale arbitrio, e volontà del predetto Eminentiſſ., e Reuerendiſſ. Signor Cardinale ſuo herede come ſopra inſtituito, che morendo egli (che Dio lo guardi, e conſerui molto tempo ſano) poſſa, ſe così parerà à Sua Eminenza, inſtituire, ò ſoſtituire in detta ſua heredità quelli, che il medemo Signor Mario Teſtatore hà chiamato in vn Teſtamento fatto da lui li 17. Settembre 1638. cominciando, ſe così parerà à Sua Eminenza dalli Signori Frangipani di Croatia, ſeguitando in tutto, e per tutto nel modo, e forma, che hà fatto nel ſuo Teſtamento, quando però alla morte di detto Signor Cardinale ſuo herede, li detti Signori Francipani di Croatia, ò altri da lui in detto Teſtamento chiamati, ſiano capaci di ſuccedere nell' heredità, e beni di detto Signor Teſtatore, e non gli oſtino le Bolle, Conſtitutioni, ò Decreti Apoſtolici, come detto Signor Mario crede, che non gli oſtino, e quando à Sua Eminenza piaccia di farlo, perche vuole, che queſto in tutto, e per tutto dipenda dalla mera volontà, & arbitrio di Sua Eminenza.* Voluit tamen adueniente caſu prædictæ vocationis familiam de Aſtallijs præferri præfatæ de Maximis. *Se così come ſopra piacerà à detto Eminentiſſimo Signor Cardinale di diſporre, all' arbitrio del quale detto Signor Mario ſi rimette come ſopra.*

3 Quia verò præfatus clar. mem. Cardinalis Antonius de bonis hæreditarijs d. q. Marij ad fauorem vocatorum in illius priori Teſtamẽto diſponere intendens, obſtantibus autem Conſtitutionibus Apoſtolicis Caſtra, Oppida, ſeù Feudalia, & iuriſdictiones in Statu Eccleſiaſtico, ac etiam Allodialia extrà quatuor milliaria ab Vrbe in forenſes alienari prohibẽtibus eaſdem Familias de Frangipanis tam ex Croatia, quam ex Prouincia Fori Iulij, necnon Familiam Fiſcam ad acquiſitionem Caſtri, & Terræ Nemi, & aliorum bonorum immobilium in Vrbe, eiuſque Diſtrictu à d. q. Mario relictorum habilitari, ſibique de illis ad fauorem Familiarum huiuſmodi licentiã, & facultatem ex contractu, & donatione, Teſtamento, ſeu alio quocumque modo diſponendi à ſan. mem. Alexandro VII. obtinuit, ſub illa nimirum lege. *Citrà tamen immutationem, aut alterationem inueſtiturarum, ſeù conceſſionum, ac Status, qualitatis, & naturæ eorumdem Terræ, & Caſtri, & aliorum bonorum, ac ſaluis, & illæſis remanentibus iuribus, & actionibus quoquomodo Cameræ Apoſtolicæ deſuper competentibus, & quandocumque competituris, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio ex quibuſcumque titulis, cauſis, temporibus, euentibus, caſibus, & capitibus, etiam de neceſſitate ſpecialiter exprimendis, & cum declaratione quod per præſentes, ac omnia, & ſingula in eis contenta nullo modo eidem Cameræ præiudicare intendimus in caſu deuolutionis, caducitatis, vel confiſcationis, & in alijs quibuſuis d. Cameræ iuribus ex cauſa de præſenti, de præterito, & de futuro, ſed ſolum quoſcumque ex prædictis Familijs de Frangipanis, & de Fiſcis nũc pro tempore exiſtentes, & deſcendentes ex earumdem familiarum fœminis maſculos. ad Terra, & Caſtri, ac bonorum prædictorum acquiſitionem, vt præfertur habilitare, dictoque Antonio Cardinali de Terra, & Caſtro, ac bonis huiuſmodi, vt præfertur, diſponendi licentiam, & facultatem concedere, & ad eum effectũ obſtantiam Conſtitutionum Apoſtolicarum tollere. Volentes de catero iura Camera prædicta ex inueſtitura, iure communi, Conſtitutionibus, Aedictis, & alia qualibet diſpoſitione competentia, & competitura in, & ſuper præmiſſis, ſeù illorum ratione ſalua, & illæſa remanere, perindè, ac ſi præſentes non emanaſſent, proteſtationemque huiuſmodi in principio, medio, & fine & alia qualibet illarum parte repetitam intelligi, nec eas, niſi eadem proteſtatione ſalua valere,* Prouin

in

in litteris Apoſtolicis ſubſdatum Romę apud S. Mariam Maiorem die 17. Iunij 1655.

4 Succeſſiuè autem prefatus † D. Cardinalis die 2. Nouembris eiuſdem anni ad donationē ergà vocatos in priori Teſtamento Marij deueniendo, aſſerens dictam licentiam, & diſpenſationem Apoſtolicam obtinuiſſe, prout in litteris in forma Breuis, quas originaliter præ manibus habens Notario exhibuit, copia collationata penès eum dimiſſa in donationis Inſtrumento inſereñ. &c. alligañ, *Conſideran.* (ſunt verba ex eodem donationis Inſtrumento deſumpta) *dictam hæreditatem eſſe ſuam, & non teneri ad aliquid &c. Attamen ratione naturali tantū motus, & vt magnificentiam oſtenderet, & nobiliſſimam familiam Frangipanam in Vrbe denuò reuiniſceret &c. & quatenus rectè ſciens eius vita naturali durante ipſum eſſe liberum, & abſolutum Dominum, & Patronum totius hæreditatis predicta, & euentuę tempore ſui obitus de illa ad ſui libitum diſponere poſſe, nihilominus ab impulſis ſuæ innatæ generoſitatis motus, illam ergà DD. de Frangipanis in predicto priori teſtamento vocatos, & ſubſtitutos exercere volens &c. vtendo, vtique declarando præcitata licentia, & facultate ſibi, eiſdemque vocatis, & ſubſtitutis, vt ſupra à Sanctiſſimo Domino Noſtro Alexandro Papa VII. conceſſa, & attributa, prout in ſupradictis litteris Apoſtolicis latiùs contineri dicitur, ad quas &c., ac ob ipſius liberalitatem, & quia ſic, &c. nunquę alio meliori modo &c. Caſtrum Nemi, Caſalia, Vineam, Palatium in Vrbe, omniaque, & ſingula bona in hæreditate predicti bonæmem. Marchionis Marij Frangipani reperta &c. donauit &c. D. Comiti Franciſco Frangipano &c. omnibuſq; alijs, & ſingulis in ſupracitato priori Teſtamento per predictum bonæ. Marium Frangipanum quomodolibet vocatis, & ſubſtitutis, ſemper ſeruato ordine primogenitura. illorumque ſucceſſoribus, & in defectum totius Familiæ Frangipanæ, & Fiſca voluit quod ſupradicta Familia de Aſtallijs in huiuſmodi hæreditate præferatur Familia de Maximis, ſemper cum præcitatis conditionibus in caſibus ſuprà expreſſis, aſſumendi arma, & cognomen de dicta Domo Frangipana, & cohabitandi in Vrbe, ſiue in dicta Terra Nemi, vt in dicto Teſtamento ad quod &c. reſeruatis in primis, & ante omnia ſibi Eminentiſſ. D. Card. Donatorique quod vixerit tantum, libera, & plenaria iuriſdictione totius predicti Caſtri, Nemi, mero que ac mixto Imperio predicta iuriſdictionis vna etiam cum vſu Palatij eiuſdem Caſtri cum omnibus, & ſingulis eiuſdem Palatij membris, iuribus, & pertinentijs vniuerſis &c. qua omnia ipſe Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. D. Cardinalis Donator ſibi, ac donec, & vſque quo ipſe naturaliter vixerit, & non vltrà reſeruauit &c. & in præſenti donatione, ac durante ipſius vita naturali tantum, vt ſuprà minimè comprehenſa eſſe declarauit &c. hanc autem donationem fecit, &c. vigore ſupradicta facultatis, & indulti ſibi, & alijs vt ſuprà à prælibato Sanctiſſimo D. Noſtro conceſſi, & attributi, ob ſuam liberalitatem, & generoſitatem, & quia ſic ſibi &c. inhærendo etiam menti, & voluntati in hac parte prefati bonæmem. Marij Frangipani in vltimo illius teſtamento declarata, cum pactis, conditionibus, & reſeruationibus infrà dicendis, & nō alias &c. de quo &c. vulgari ſermone loquendo videlicet Che dell' annue entrate &c. E perche il fine di Sua Eminenza è, che queſta robba reſti, e ſi conſerui perpetuamẽte nella Caſa Frangipana, però vuole Sua Eminenza, che nella preſente donatione s'intendino eſpreſſe, e repetite le prohibitioni di alienare, far detrattioni, vendere aque eſſistenti in Nemi, e ſuo Territorio etiam in poca quantità, con altre prohibitioni, che ſono in detto Teſtamento della detta bonæmem. del Signor Mario Frangipani, e che li Donatarij, e loro ſoſtituti ſi obligano alla preciſa oſſeruanza, & alle pene in eſſo contenute, ottme ſe quì foſſero eſpreſſe de verbo ad verbum.

Hinc ob maximam capitis diminutionem quam ex ſententia Imperialis Conſilij Status paſſus fuit idem Franciſcus Frangipanus de Croatia omnibus honoribus, prærogatiuis, & dignitatibus ſpoliatus, ſuiſque bonis confiſcatis eiuſque memoria è Mundo eliminata, & capite ab ipſius corpore per manus Lictoris amputato, è vita ad mortem perductus, harum pœnarum ſeruus effectus propter execrandum læſæ Maieſtatis, & felloniæ crimen in primo capite aduerſus Cęſaream Maieſtatē ab eo patratum. Comparuit coram me R. P. D. Commiſſarius Cameræ Apoſtolicæ prætēdens ipſo iure cecidiſſe in commiſſum, & cōfiſcata remaniſſe ad fauorem eiuſdem Cameræ Caſtrum Nemi, cæteraque bona ad eumdem Frangipanum intrà ditionem Eccleſiaſticam ſpectantia, ideoque ſuper eis iniecta

5 manu, iuxtà conſuetudinem non ſolum ex iuris diſpoſitione, † ſed etiam ex communi Curiarum, & Principum Italiæ ſtylo admiſſam, de qua teſtantur *Colleg. Patauin. inter conſ. Peregr. lib. 1. conſ. 2. num. 18. & ſeqq. & Oſtan. Zobol. ibi conſ. 3. per tot. & num. 109. Coccin. dec. 2305. num. 1. Manent. dec. 56. num. 13. & ſeqq. Capyc. Galeott. reſponſ. fiſcal. 12. num. 443. cum ſequent.* inſtetit ad illorum Incamerationem deueniri.

Se ſe autem opponētibus DD. Barone Cornelio Frangipano de Foro Iulio, ac Primogenito D. Marchionis Tiberij Aſtallij, contendente illo excludere Camerā, & aſpirante iſto ad excluſionem vtriuſque, inſurrexerunt quoque R. P. D. Horatius de Matthæis Sac. Rotæ Auditor, eiuſque fratres, prætendentes poſt obitum d. q. Marij ad ipſorum fauorem, vti filiorum q. Laurę Frangipanæ apertum fuiſſe fideicommiſſum q. Antonini Frangipani in illius Teſtamento ordinatum *die 29. Decembris 1537.*, & proinde ſuper illius bonis fideicommiſſarijs ad dictum q. Marium peruētis, immiſſionem eis fore concedendam. Commiſſis verò mihi per reſcriptum ſpeciale Sanctiſſimi huiuſmodi cauſis, appellatione remota, diù per annum, & vltra controuerſia inter partes agitata, maximè ferè omnium Curiæ Aduocatorum conflictu, tum in ſcriptis, tum in Contradictorijs oretenus acerrimè pugnantium, & altercantium, tandem ad ſaturitatem omnibus auditis fuit à me diffinitiuè reſolutum quoad Caſtrum Nemi, & Caſalia extrà quatuor ab Vrbe milliaria factum fuiſſe locum Incamerationi: Super reliquis verò bonis fideicommiſſarijs concedendam fore D. Baroni Cornelio Frangipano immiſſionem,

Fun-

Fundamentum potissimum fuit respectu
7 Incamerationis, quia † in crimine læsæ Maiestatis humanæ in primo capite, lata sententia vltimi supplicij contra Delinquentem, & a-
8 ctualiter exequuta, fit confiscatio † bonorum à iure communi ex *Text.in l.quisquis 5. C. ad l. Iuliam Maiest.* ibi, *Bonis eius omnibus Fisco nostro addictis*, & in *Auth.bona damnatorum in fine, & ibi glos.verb.Fisco, C.de Bon.proscriptor. Clar. in §.fin. quæst.78. sub num.1. vers.Sed certè quicquid*, & in §.*Læsa Maiestatis crimen, num.9. vers.in hoc tamen crimine Gigas de crimin.læs.Maiest.lib.2.tit.de pœn. quæst.1. num.6. inter tract. magn.tom.11. fol.67.* in puncto *Roland.à Vall.conf.78.num.17.lib.2., Burs-fatt.conf.147.num.23.in princ.lib.2., Cepol.consil.cri-min.17.num.35., Petr.Gregor.in syntag.Iur.vniuers. lib.3.cap.17.num.3. vers.excepta crimina*, & plures congesti *per Farinac.in prax.quæst.116.de crimin.læs.Maiest.§.1.num.12., Spad. conf.27.numer.2. 13. & 14.lib.1., Maximilian.Faust.in conf pro eran. class.6.ordinat.576.de bon.commit. crim. læs.Maiest. ab init.* vbi citat *Arnisæum de Iur.Maiest., & alios, Carolus Eman.Vizzan.de mand. Princip. leg.3.cap. 12.num.9., Io.de Ayllon Laynez in addit.ad Gonesl. tom.3.cap.2.de crimin. læs.Maiest.nu.12.*

Et proindè nedùm Fiscus illius Principis,
9 cuius Maiestas † læsa fuit Delinquentis bona capit, sed etiam quilibet alius Fiscus, siue agatur de eodem Principatu, cuius iurisdictio-
10 nes, & † Bursæ fiscales tantummodò sint diuersæ, & separatæ vt inquit *Bartol.in l. cunctos Populos sub num.51. vers.secundò quandò, & versic. Aut sit de iure communi, C.de summ. Trinit.& fid. Catholic. Paul.de Castro conf.319.sub num.2.versic. sit tamen determinatio.lib.1.*, & plerique omnes infra citandi: Siue agatur de diuersis, & omninò distinctis Principatibus, ac supremis
11 Principibus, † quorum vnus non dependeat ab altero, sed quilibet in suo Principatu absolutus sit Dominus, & superiorem non recognoscat, vt ex veriori, & communiori firmant *Bald.in l.ex facto 35.ff.de hæredib. instituen. & in l.prima num.100.in fine & seqq. C. de summ. Trinit.& Fid.Catbol. Anton.de Butr.in cap.postulasti.14.n.9.de for.competen. ibique Abb.nu.11. in fin. vers.tertiò casu, Augustin. Barbos. num.10. vers.verum si quis priuetur*, & egregiè *Ioan.Andr.in cap. cum secundum 17. n.3. & seqq. de hæretic. in 6.* vbi relata contraria opinione *Riccard. de Malombr.* singulis eius argumentis respondet, & con-
12 cludit hanc in practica seruari, † subditque ità pronunciatū fuisse per Nicolaum Papam Quartum, & sequitur *Andr. ab Eccles. conf. 58. nu.7.& 13.inter feudal. diuers.* ab aliis insignibus sex Iuris Consultis subscript. *Imol. in Clem.Pastoralis nu.52. & 72. de re iudic. Igneus in repetit.l. necessarios.5.§.non alias.n.421.ff. ad Sen.Conf.Syllan.Fulu.Constant.in l.1.num.161. C.de pœn.fiscal. lib.10. Andre. Censal. in commentar. ad l.vnic.§.8. n.9. C. si quis Imperat maledix. Augustin.de Angel. de malefic. verbo & eius bona publicamus num.7. in fine, Anton.Faber.in suo Codic.lib.9.tit.27.de bon. damnat.definit.prima per tot.Barbat. conf.70. n.38. vol.4. Imol.conf.35. num.23. in fine & seqq. Alex. 31. nu.1. vers. vnusquisque Fiscus occupat. & nu.2. & 4. lib.1.Plot.inter conf.crim. diuers. conf.130.nu. 15.Roland. à Valle conf.78.n.14.& seqq.& nu.18. lib.2.* Vbi in fine hanc esse magis communem opinionem testatur, nec ab ea recedendum esse, & *conf.21.nu.19.lib.4. Bertazzol. conf.crim. 82. num.5. vers. hoc præsupposito & num. 6. lib. 1. Christopbor.Besold.conf.153. num.3.& seqq.part.4. & in tract.de Iure Ciuium cap.7.nn.3. Spad.d.conf. 27.num.1.& 13.& conf.28. num.8.lib.1. Cassan.ad consuetud.Burgund.rubric.2.tit.de confiscat.num.17. & seq.vers.si verò confiscatio fiat de iure Communi, Rouit.in pragm.1. num.18.tit. de Bon.proditor. Rossent.de feud.cap.5.conclus.52. in glos.Ripol.de Regalib.cap.9. num.20. Boss.de public.bonor.num.62. Roland.Caugnol.in Parafras.decision. pag.463.nu.34. Calum.de æquit. lib.1. cap.32. num.8.Costa de portorat.quæst.24. num.5. & 6. Donat. Anton. de Marin. quotid.resol.35.num.1. lib.1. Caball.resol.crim.centur. 2.cas.138. num.5. & 6. Farinac. in præt.crim. quæstion. 25. numer. 100. & seqq. Capic. Latr. consult. 131.numer.31. Surdus decision.280. numer.9. Rota coram Merlino decision. 125. numer. 9. vers. ex quo regulariter, & numer. 16. vers. quicquid esset*, ac egregiè *post primum vol. consil. Farinac. decis.16.num.6.* & idem affirmauit *Modern. Dominus de Luca in Theatr. verit. tom. 1. de regalibus discurs. 148. numer.46. & discurs. 149. numer.21.* Licèt hodie tanquam Aduocatus D.Baronis Frangipani in hac Causa contrarium scripserit.

Alia autem sententia procedit, & locum habet in duobus diuersis casibus, quando sci-
13 licet confiscatio à † Iure communi non inducitur, sed à iure municipali, quod extra Territorium statuentium non extenditur iuxtà casus, super quibus scripserūt *Paul.de Castr. dicto consil.319. nu.3. vers.patet igitur part.1.Butr. consil.66.in princ.* & alij pro D. Barone allegati: Vel quando sententia in contumaciam lata
14 fuit non subsequuta morte † naturali Delinquentis, prout in casibus eiusdem *Castren. d. consil.319.d.num.3. vers.dico etiam, Bologninus cons. 35.num.7.Noguerol.alleg.12.num.59.& 60.* & alij pro hac sententia allegati, vt in specie declarat *Boss.tit.de bonor.publication. num.62.vers.Sive-rè iure proprio loci, Clar.in §. final. quæst.78.num. 27. vers.aliàs enim si fieret ex Statuto, Surdus* qui alios refert *consil.152.nu.28. lib.2.* Contrariam verò opinionem tenentes etiam in confiscatione, quæ fit à Iure Communi, & in casu sententiæ actualiter cum morte Delinquentis
15 exequutæ, † tanquam loquentes contra veriorem, & communiorem in iudicando non sunt attendendi vt in terminis reiecto *Castren. loc.citat.* respondit *Natta conf.580. num.14. vers. & ita tenendum quidquid dicat Castren. Rota in recent. decision. 72. numer. 9. part. 7. decision. 398. num.39. & decis. 438. num.13. 14. & 15. part.9. tom.2.*

Nec subsistit distinctio inter crimen hære-
16 sis, † & crimen læsæ Maiestatis humanæ inuenta à *Peregrin.de Iur.Fisci lib.5.tit.1. sub num. 138.vers.sed hic subsistendum est*, quem sequuntur *Menoch.de regal.tit.de bon.contraben. incest.nupt.nu. 16.Battiglier. de success.ab intest. Theorem 110.nu. 23.vers.Aly tamen, Gnaz.de confisc. conclus.13. limit.16.nu.13. vers. Qui Peregrinus, ibique Massin.*

qu.43.

qu.43.n.19. Bellon. de Iur. antefcen. par.3.c.10.q.3. a n.64.

17 Iſta enim diſtinctio nullo prorſus legali † fundamento innitur, & habet contra ſe communiorem Doctorum, & Sacræ Rotæ ſententiam vno ore probantium, confiſcationem à Iure communi inductam, ſententia execu-
18 tioni † demandata, locum habere ad fauorē cuiuſcumque Principatus diuerſi, & ſeparati non ſolum in crimine hæreſis, & læſæ Maieſtatis Diuinæ, ſed etiam in crimine læſæ Ma-
19 ieſtatis humanæ, † & iſta ſententia vti verior, & communior actualiter recepta fuit, & à toto Orbe approbatur, iuxta Doctores ſupra allegatos, & ſignanter in caſibus, quos referunt *Butr. in d.cap. poſtulaſti, n.9. de foro compet.* Vbi loquitur de confiſcatione facta in Terris Impe-
20 rij, † quod extendatur etiam ad bona ſita in Terris Eccleſiæ *Imol. d.conſ.35.num.23. in fin.* vbi de Ferraria & Venetijs, *Alexand. d. conſ.31.n.1.2. & 4 lib.1.* vbi de Bononia & Mutina, *Barbat. d. conſil.70.* vbi de Bononia, & Ferraria, *Bertazol. d.conſ.crim.82. ſub nu.5. & 6. lib.1.* vbi de Territorijs Mutinen̄, & Bononien̄, *Iſern. in tit. quæ ſint regal. nu.48. verſ. ſed ſi lex,* vbi de bonis in Re-
21 gno Galliæ ob delictum † commiſſum in Regno Siciliæ, *Cuball. d. reſol. crimin. 138.n.5. & 6.* vbi ob crimen læſæ Maieſtatis humanę patratum contra Marchiones Malaſpinas, fuerunt confiſcata bona exiſtentia ſub diuerſis iuriſdi-
22 ctionibus, † & in alieno Principatu, *Caſſan. d. rubr. 2. tit. de confiſcat. nu.17. & ſeqq.* Qui pariter de diuerſis Principatibus, *Spad. de conſ.27. lib.1.* vbi ità practicatum fuiſſe ſcribit in Vrbe, ob
23 confiſcationem † in Gallia ſequutam, idem moderuus *Dominus de Luca d. diſcurſ.148.nu.46.* vbi refert, quod per Datariam, & Cameram Apoſtolicam fuerunt publicata officia illius,
24 qui cōmiſerat crimen læſæ Maieſtatis † humanæ aduerſus Rempublicam Ianuæ. Atque hanc ſententiam ſequuti ſunt plures moderniores, qui poſt *Peregr.* contrariæ opinionis Auctorem, ſcripſerunt, & in ſpecie *Gaſpar Klock. lib.2. de Aerar. cap.136. num.16. Philipp. Knipſchild. de iurib. & priuil. Ciuit. Imperial. lib.2. cap.15.nu.4. & 37. Chriſtopher. Creſp. de Valdaur. obſeru.15.num.281 verſ. ſed defert Fiſco, Ioan. Carolus Antonell. de loc. legal. lib.3. cap. fin. qu.1. num.1. & ſeqq.*

Et ſanè nullius ſunt momēti rationes, quibus motus fuit *Peregr.* Nam prima ex defectu
25 iuriſdictionis, † quod ſcilicet Iudex vnius Territorij nullam habeat in alieno iuriſdictionem, ceſſat, quia ius commune inducens confiſcationem in crimine læſæ Maieſtatis huma-
26 næ idem eſt vbique, † ideòquè etiam ſuos effectus parit in omni loco, iuxtà animaduerſionem *Iſern. d. tit. quæ ſint regal. d. nu.48.* ac ſtatim ſequuta condemnatione ob crimen læſæ
27 Maieſtatis humanæ in vno Regno, Fiſcus † alterius Regni, vel Principatus bona delinquentis capit in vim confiſcationis à Iure Communi, vbique locorum, inductæ, abſque eo quod ſe fundet in confiſcatione primi, vt diſtinguendo declarat *Archidiac. in cap. Felicis. 5. ſub num.13. ad med. verſ. vel dicere poſſumus quod hoc in crimine de penis in Gibique Gemin. n.8. Franch. in §. nullus. nu.3. verſ. erit tamen poſtea neceſſaria, Barbat. d. conſ.70. num.39. verſ. facit text. lib.4.* & plenius *Farinac. d. quæſt.116. §.1. num.20. Spad. d. conſ.27. nu.13. & ſeqq. lib.1. Carpan. ad nou. Conſtit. Mediolan. §. omnium nu.632. Maſſin. d. confiſcat. d. qu.43. nu.14. & ſeqq.* & conferunt adducta per *Franciſ. de Amaya in l.1. num.58. & ſeqq. C. de iur. fiſc. lib.10. & per Ioan. de Aylon. Lapez. loc. cit.*

Secunda verò ratio à *Peregrino, Bellano,* & ab
28 alijs eius ſequacibus adducta, quod † condemnatus in vno Regno poſſit habere hæredem in Regno alieno, ex quo non ſit effectus ſeruus pœnæ, procedit ſolum in terminis Iuris nouiſſimi *Auth. ſed hodie. C. de donat. int. vir. & uxor.* Quoties ſcilicet agitur de ſola condēnatione ad mortem ciuilem remanente condemnato naturaliter viuo: Secus verò eſt in capitaliter damnato, qui in executionem cō-
29 demnationis actualiter mortuus eſt, † iſte enim verè, & realiter effectus dicitur ſeruus pœnæ, & ideò nec poteſt retinere Dominium in aliquo loco, nec vllibi habere hæredem, ac proinde Fiſcus cuiuslibet loci capit eius bona vti vacantia, iuxta formalia verba *Baldi in d.l. prima num.100. verſ. tunc omnia confiſcantur. C. de Summ. Trin. & Fid. Catbol.* cum alijs ſuperius allegatis. Correctio enim ex nouo iure reſultans *ex d. Auth. ſed hodie.* reſtringitur ad ſo-
30 lam mortem † ciuilem, damnationis ſcilicet in metallum, deportationis, vel ſimilem, in quibus condemnati naturaliter non moriuntur, ſed viui remanent, & his dumtaxat caſibus antiqui Iuris rigor emollitur, vt qui poſt
31 condemnationem viuunt, ſerui pœnæ † non efficiantur, ſed non extenditur iſta correctio ad condemnatos in pœnam mortis naturalis ſententia, vt in caſu noſtro executioni demādata: Horum enim reſpectu iura antiqua in-
32 correcta, & in ſuo robore † remanierunt. & etiam hodie vbiquè ſeruantur, vt declarat *gloſ. in* eadem *Auth. ſed hodie verſ. ex ſupplicio* expreſsè dicens, quod *Auth.* diſponit ſuper viuentibus, ibiquè *Barboſ. n.3. Bart. in l. Eius, qui apud hoſtes 8. §. ſi cui num.1. in fine verſ. nec obſtat Auth. ſed hodie ff. qui teſtam. fac. poſſ. & in l. ſi quis filio 6. §. irritum nu.1. verſ. quod non eſt verum in iis, qui ſtatim debent mori ff. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſt. m. Maran. in repet. legis poteſt 18. nu.113. verſ. dic quod non ff. de acquir. hared.* vbi egregiè, & habetur impreſſa in fine ſuæ praxis, *Andreas ab Eccleſ. inter conſ. feud. diuerſ. d. conſ.58. nu.9. Conar. in tertia parte rubr. num.27. verſ. hæc tamen opinio, & nu.44. de teſtam. Vaſqu. de ſucceſſion. reſol. lib.1. §. tertio num.27.* vbi multos antiquiores allegat *Gamm. dec. Luſitan.362. nu.2.* & in *tract. de ſacram. præſtan. ultim. ſupplic. damnat. queſtion. 5. & 6. vtrobique num.10., Pinell. Seleſt. interpret lib.2. cap.7. num.9. Gomes ad leg. quartam Tauri num.3.*

Prædicta autem eo magis locum habent in
33 caſu noſtro, Tum quia Franciſcus † Frangipanus crimen perduellionis commiſiſſe dicitur non ſolum aduerſus Cæſaream Maieſtatē tanquam Hungariæ Regem, ſed etiam con-

tra Summum Pontificem propter confœdera-
34 tionem inter suam Beatitudinem, † & Inuictissimum Imperatorem, *Gig. de crim. lesi. Maiest. tit. qualiter, & à quibus crimen læsæ Maiest. committ. q. 8. per tot. inter tract. magn. tom. 11. part. 1. fol. 36. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 8. num. 4. vers. ideò offendens Imperatorem, Rota post primum vol. consil. Farinac. dict. decis. 16. n. 22. vers. quia crimen dicitur commissum in Papam.*

35 Tum quia Regnum † Hungariæ est de iuribus Sancti Petri, & Sedis Apostolicæ, à qua Sanctus Stephanus Rex titulum Regium ac-
36 cepit, sequè, & Regnum † Sanctæ Sedi submisit, vt refert *Bonfinius rer. Hungaric. decad. 2. lib. 1.* vbi adducit diploma *Gregorij Papæ VII.* quod habetur inter eius *epistol. la* 13. aliaquè duo diplomata refert *Sthench. histor. lib. 2. cap.* 94. quæ idem Gregorius scripsit Salomoni & Getæ Regibus Hungariæ, in quibus dictus Summus Pontifex ita inquit. ibi: *Sicut à maioribus Patria tua cognoscere potes, Regnum Hungariæ Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ proprium est,* & referunt *Marc. Anton. Marcell. Venet. in eius tract. de iur. secul. Roman. Pontific. cap.* 25. *Cardinalis Baronius Annal. Eccles. tom.* 11. *anno Christi* 1074. *fol.* 454. iuxta impressionem Romanam, idemque tradunt *Lauren. Beierlinck. in Theatr. vitæ human. tom.* 6. *verb. Pontifex fol.* 539. *litera A.*

Tum etiam, quia reatus dicti Francisci fuit
37 coniurationis cũ Turcis infensissimis † Christianæ Religionis Hostibus, in necem Cæsareæ Maiestatis, & in euersionem dicti Regni Hungariæ, qui proindè non humanæ tantum, sed etiam Diuinæ Maiestatis læsionem præsefert. quo casu *Peregrinus*, & sequaces confiscationem à quolibet Fisco diuersi, & distincti Principatus indubitanter admittunt,
38 & in læuioribus terminis, † quod nempè deferentes arma Infidelibus puniendi sint tanquam hæretici, & Inquisitionis Foro subijciantur firmant *Canter. in suis quæstionib. cap.* 1. *de hæreticis nu.* 67. *& seqq. Bobadil. Politic. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 69. *Azened. ad leg. nova recopilat. lib.* 8. *tit.* 2. *de los Indies y Moros l.* 10. *per tot., Castropal. oper. moral. tract.* 4. *part.* 1. *disp.* 8. *punct.* 16. §. 10. *Caren. de offic. Sac. Inquisit. part.* 2. *tit.* 17. §. 20. *n.* 64. *&* 65.

His pro confiscatione firmatis nihil visum fuit obstare quod processus contra Franciscũ, super crimine læsæ Maiestatis, non fuerit corã me productus.

Quoniam vltrà quod probabilis est opinio
39 illorum, qui voluerunt ad iustificationem † delicti sufficere Instrumentum sententiæ cõdemnatoriæ, quoties, vt hic, non fuit lata in contumaciam, sed ex veris probationibus *Bald. in l. sciant cuncti* 25. *n.* 12. *in fine C. de probat. Felin. in cap. cum in Ecclesijs* 10. *num.* 9. *de maior. & obedien. Natt. cons.* 40. *nu.* 17. 28. *& 29. Mascard. de probat. conclus.* 461. *num.* 21. *Zuff. de criminal. process. legitim. lib.* 1. *quæst.* 41. *nu.* 12. *cum seqq.* & in puncto *Spad. d. conf.* 27. *à num.* 21. *vsque in finem & conf.* 65. *per tot. lib.* 1. In terminis nostris, in quibus confiscatio re ipsa fit à Iure commu-
40 ni, non admittitur regula, † quod sententia sine actis non probet, non enim propriè agitur de illius executione, sed solum sententia, & fides illius executionis deseruit ad ostendendum factum, quod scilicet Frangipanus fuerit punitus de crimine læsæ Maiestatis inducente bonorum confiscationem ipso iure, vt notat *Spad. d. conf.* 27. *nu.* 21. *cum seqq. lib.* 1. Et in similibus quod dicta regula nõ intret quo-
41 ties non agitur, vt hic, de ea exequenda, seu † sententia deducitur dumtaxat ad manifestandum factum *Rota in recent. dec.* 296. *num.* 3. *&* 4. *part.* 5. *& dec.* 72. *nu.* 10. *&* 11. *part.* 9. *& coram Reyas dec.* 475. *num.* 3. *vers. Hoc tamen*; Maximè quando fecit transitum in rem iudicatam *Cassador. dec.* 1. *nu.* 2. *de præsumpt. Crawett. de antiq. temp. part.* 2. *num.* 32. in terminis *Spad. d. conf.* 27. *num.* 31. *lib.* 1. Et denique cessat omnis hæsita-
42 tio cum versemur † in sententia ab Excelso Consilio Status Imperatoriæ Maiestatis prolata, super dicto atrocissimo crimine læsæ Maiestatis, cuius processus copia dari non so-
43 let, eiusque acta publicari non † consueuerunt, & haberi non possunt, ne Regnorum Arcana pandantur: Hoc enim stante nunquã dubitatur de sufficientia sententiæ, sine actis,
44 *Spad. d. conf.* 27. *num.* 32. *lib.* 1. & in terminis † læsæ Maiestatis diuinæ, *Gratian. discep.* 121. *n.* 4. *Caputaq. dec.* 134. *num.* 2. *&* 3. *part.* 3. *Rota post Secund. vol. cons. Farinacc. dec.* 123. *n.* 10. *coram Merlin. dec.* 252. *n.* 1. & admissum fuit *coram Buratt. dec.* 94. *nu.* 3.

Nec ad euitandam cõfiscationem subsfie-
45 re visum fuit partis obiectum desumptum † ex fideicommisso in priori Testamento Marij ordinato de anno 1638. cum priuatione delinquentis per mensem ante commissum delictum.

Præmisso enim quod primum Testamentum Marij conditum sine licentia, & dispensatione Apostolica pro dispositione Castri
46 Nemi ad fauorem † extraneorum hęredum alienari prohibiti etiam per viam Testamenti iuxtà Constitutionem *Clementis VIII.* 78. §. 4. *&* 5. *in Bullar. nouo tom.* 3. *fol.* 88. nedum nullum inualidum, & omninò irritum fuit ex eadem *Constitutione* §. 6. *in fine*, ac in alijs Constitutionibus *Pauli V.* 108. §. 6. *in eodem Bullar. nou. tom.* 3. *fol.* 265. confirmatis in subsequentibus Cõ-
47 stitutionibus † *Vrbani VIII. la* 65. §. 2. *& seqq. tom.* 4. *fol.* 81. *Innocentij X. la* 41. §. 2. *& seqq. fol.* 513. *in nouissimo Bullar. to.* 5. *atque Alexandri VII. la* 107. §. 8. *&* 9. *fol.* 150. *tom.* 6. Sed etiam eodem nullitatis morbo laborat respectu Casalium, & aliorum stabilium vltrà quatuor ab Vrbe milliaria in Forẽses pariter alienari pro-
49 hibitorum, † prout cauetur in illa Constitutione *Innocentij X.* 41. §. 11. & altera *Alexandri VII.* 107. §. 6. *post medium*; Quapropter nullam facit fidem, nec ex eo hæredes audiri, agere, nec excipere possunt in iudicio, neque extrà, sic disponente dicta Constitutione *Clementis VIII. la* 78. §. 6. *in fine*, & dixit, *Rota apud Durand. decision.* 257. *num.* 4. *vers. Quod autem Index, & in Ferrarien. Pradij* 1. *Ianuarij* 1669. §. *verum & §. gratia verò in fine coram R. P. D. Vicecomite.*

Certum

Certum est, quod Marius anno 1654. secundum condidit Testamentum, in quo reuocando in primis, & ante omnia: *Qualsiuoglia altra dispositione, & instituzione di herede, che in qualsiuoglia modo fosse contraria alla presente, benche per questa reuocatione bisognassero clausule, ò espressioni di parole certe, quali tutte vuole, che si habbino qui per espresse, & espose, &c.* Instituit
49 sibi hæredem vniuersalem † d. clar. mem. Cardinalem Antonium Barberinum, ad cuius arbitrium remisit post ipsius Cardinalis obitum eos vocare, instituere, & substituere, quos ipse Marius vocauerat in dicto primo Testamento anni 1638. vt supra relatum fuit inhibitis sæpiùs repetitis clausulis: *Rimette perciò nel totale arbitrio, e volontà del predetto Eminentissimo, e Reuerendissimo Sig. Cardinale suo herede, &c. che morendo egli, &c. possa, se così parerà à S. Em. instituire, &c. cominciando, se così parerà à S. Em. &c. e quando à S. Em. piaccia di farlo, perche vuole, che questo in tutto, e per tutto dipenda dalla mera volontà, & arbitrio di S. Em.* Et ibi: *Se così come sopra piacerà à detto Eminentissimo Sign. Cardinale di disporre, all' arbitrio del quale detto Sign. Mario si rimette come sopra;* Subdens deindè, *nel resto per quello, che concerne li legati, Esecutori testamentarij, & qualsiuoglia altra cosa non contraria alla presente dispositione, il medemo Sig. Mario Testatore approua, e conferma, & emologa, & in tutto, e per tutto si riferisce à quello, che si contiene nel predetto suo Testamento come sopra fatto dell' anno 1638. fatto li 17. Settembre, disponendo di nouo in tutto, & per tutto, caso che facia di bisogno, nella forma, che in quello hà già disposto, ferma sempre rimanente la presente dispositione, &c.*

Est igitur clara, & litteralis reuocatio primi Testamenti respectu institutionis hære-
50 dis, † quæ caput est testamentariæ dispositionis *ad text. in l. 1.* vbi notant *Doctores ff. de hæred. instituen.* & plenè *Rota coram Bichio decis. 460. num. 39.* Eoquè clarior redditur, quia in primo fuerat hæres institutus Nicolaus Frangipanus Comes Thersat Prouinciæ Croatiæ; in secundo autem prædictus Cardinalis Antonius, vndè ob istam postremam diuersi hæredis institutionem, tacita etiam resultat prioris
51 Testamenti † reuocatio, vt benè explicat *Menoch. cons. 176. numer. 3. Cyriac. contr. 168. num. 39.* Indèque perneceſſe sequitur, quod primum Testamentum allegari nequit, nec in eò tanquam voluntariè reuocato, fundamentum constitui potest, *Bart. in l. Status Florus. 48. num. 2. in verb. final. ff. de iur. Fisc. Dec. in cap. 1. in prima lectura num. 58. vers. sed adde, & in secunda nu. 14. de Constitution. Alex. cons. 70. sub num. 11. vers. non obstat. lib. 2. Ruin. cons. 93. nu. 14. vers. & istud etiam, & cons. 144. sub num. 17. vers. ex vno tamen lib. 2. Curt. Iun. cons. 163. n. 14. & 15. Simon. de Pret. Mevvb.* & alij congesti *per Rot. dec. 265. num. 7. part. 11. recent. & coram Dunoz. Iunior. decis. 107. num. 9.*

Secundum ideò Testamentum est attendè-
52 dum vti non laborans dicto vitio nullitatis, † cum ad illius validitatem sufficere videatur facultas eidem Cardinali concessa disponendi de omnibus bonis hæreditarijs, & signanter de Castro Nemi, & Casalibus vltra quatuor milliaria ab Vrbe, præuia narratiua à Cardinale facta Papæ se à Mario fuisse institutum
53 hæredem; Dispensatio enim † Apostolica extenditur etiam ad species in ea inclusas, & necessariò tam cõsequentes *Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 1. num. 19. Rota in recent. decis. 12. nu. 33. part. 5.* quàm antecedentes, *Archidiac. in cap. cum ex eo. 34. de elect. in 6. Pirr. Corrad. in prax. dispens. Apostolic. lib. 1. cap. 5. num. 20.* Eo enim ipso quod Pontifex Cardinali facultatem disponendi concessit dicitur ipsum habilitasse, & capacem reddidisse Testamentariæ dispositionis in ipsum directæ, ex regula, quod † qui vult consequens, censetur etiam velle
54 omne necessarium antecedens, *l. ad rem mobilem 56. ff. de procurator. Alex. cons. 110. num. 3. lib. 5. Crauett. cons. 130. num. 10. Curt. Iun. cons. 45. numer. 6. & seqq. Menoch. cons. 115. num. 18. & duobus seqq. Castr. Fusar.* & alij relati *per Augustin. Barbos. axiom. 54. numer. 1. Cyriac. contr. 90. numer. 41. Canaler. decision. 481. numer. 4. vers. ideò ex hac ratione, Rota in recent. decision. 44. numer. 2. decision. 105. num. 3. part. 1. & part. 10. decis. 142. num. 17.*

Ex hoc autem secundo Testamento resultat quoque litteralis reuocatio Primogenitu-
55 ræ in † primo ordinatæ: In eo enim Nicolaus scriptus hæres vniuersalis grauatus fuit explicitè, dispositiuè, & præceptiuè restituere omnia bona iure Primogenituræ successiuè vocatis; in secundo verò licet Marius dixerit optare perpetuitatem suæ Domus, & ordinationem Primogenituræ ad formam sui primi Testamenti, illudque voluerit remanere firmum in partibus non cõtrarijs; nihilominus eumdem Cardinalem hæredem nullo modo grauauit, vt Primogenituram fauore vocato-
56 rum in primo Testamento † institueret, sed illius ordinationem remisit in liberam volũtatem, & absolutum arbitrium Cardinalis Antonij hæredis scripti, iuxtà verba suprà relata, & præcipuè, ibi: *Quando à Sua Eminenza piaccia di farlo, perche vuole, che questo in tutto, e per tutto dipenda dalla mera volontà, & arbitrio di Sua Eminenza.* Vndè sine dubio ista secunda dispositio est cõtraria dispositioni primi testamenti, explicitè, dispositiuè, & præ-
57 ceptiuè imponentis † hæredi onus restitutionis bonorum ordine Primogenituræ, *ad text. in l. Pomponius 40. §. si is, ff. de Procurat. & l. si inter me, & te 15. ff. de except. rei iudic.* Contraria enim dicuntur, quorum finis est contra-
58 rius, & incomparibilis *Bald. in l. vnica sub numer. 4. in octau. notabil. C. si seruus exter. Cyriac. contr. § 22. numer. 97. Rota coram Bichio decis. 437. num. 26.*

Idque adeò verùm, & clarum est, quod Nicolaus ex primo Testamento de bonis hæreditarijs Marij nullo prorsus modo disponere poterat, sed tenebatur necessariò, & coactiuè post suam mortem illa restituere vocatis in dicto primo Testamento: At Cardinalis Antonius ex secundo liberam habebat facultatem disponendi arbitrio suo de omnibus

bonis hæreditarijs Marij ad fauorem quarũcumque personarum, & poterat ordinare, ac non ordinare Primogenituram ad fauorem vocatorum in primo illius Testamento: Vn-
59 de † contrarietas inter vtrumque, & de consequenti reuocatio primi per secundum in hac etiam in parte est clarissima, quia vigore primi omnes vocati non capiebant bona ab hærede, sed à Mario testante. E conuersò autem vocati ad Primogenituram non capiunt bona à Mario Testatore, sed ex donatione Cardinalis Antonij hæredis in secundo
60 Testamento instituti, † qui poterat de bonis liberè disponere, & Primogenituram ad eorum fauorem non constituere, vt ex veriori, & communiori *per text. in l. 1. §. sciendum ff. de legat. 3.* probant *Surdus conf. 29. num. 18. Decian. resp. 48. num. 18. & seqq. lib. 2. Fusar. conf. 63. num. 14. Molin. de contract. tract. 2. disp. 480. sub num. 10. vers. quo loco etiam obserua. cum seqq. Cald. de inv. emphit. tit. de potest. eligen lib. 3. cap. 16. numer. 61. vers. crederem profectò cum seqq. Peregrin decision. Pataun 106. numer. 3. Rota apud Fenzon. ad Stat. Verb. decision. 100. sub §. statutum enim vers. tamen hoc non est verum, in recent. decis. 205. num. 7. & decis. 314. num. 7. & 8. part. 9. decis. 170. num. 22. part. 12. in Romana Emphyteusis 28. Nouembris 1653. coram Verospio, & in Auenionen. Testamenti 23. Martij 1661. §. cui fundamento in fine corã Reuerendissimo Albergato Decano*: In quibus omnibus distinguendo ita declaratur *text. in leg. vnum ex familia 67. §. si de falcidia ff. de leg. 2.*

Et hinc etiam ex prædictis secundi Testamenti verbis totaliter corruit suppositum, quod Cardinalis Antonius fuerit hæres Marij
61 Fiduciarius. Quia † talis est ille dumtaxat, qui veluti merus depositarius, & nudus minister per necesse totam hæreditatẽ alteri restituere tenetur, *Castr. in l. Seius Saturninus 46. col. 2. vers. ex quo nihil volnit penes institutum ff. ad Sen. Conf. Trebell. Gugliel. Budaus in annot ad Pandect. ad leg. 2. ff. de orig. iur. pag. 24. & 25. Cuman. conf. 108. sub num. 2. Menoch. conf. 1135. numer. 16. vers. est enim hæres fiduciarius, Fulvius Pacianus conf. 66. num. 91. Tiraq. de retract. conuention in præfat. num. 39. vers. fiduciam ait, Peregrin. de fideicom. art. 3. sub num. 19. vers. ego autem fiduciarium, Caneer. ver. resol. part. 2. cap. 1. num. 215. in fine vers. & quod hæc fuerit, & numer. 216. Fontanell. de pact. nuptial. tom. secundo claus. 5. gloss. 8. part. 4. num. 77. Buratt. decis. 616. num. 21.* Ac pariter hæres fi-
62 duciarius † est, qui tacitè, & clàm fidem suam Testatori accõmodauit, atque adstrinxit de restituendo alteri integram hæreditatem, *Dec. conf. 310. num. 3. in fin. vers. sed solum consideratur, & num. 4. vers. quod tunc demum, & vers. & hoc debet probari, Barbat. consil. 46. num. 3. vers. sed etiam lib. 1. Peregrin. de iure Fisci lib. 3. tit. 19. num. 6.* Non autem talis, sed verus, & pro-
63 prius est hæres, † qui liberam, & absolutam de bonis hæreditarijs disponendi facultatem habet, *Roman. conf. 67. sub num. 17. Petr. Franc. Tondut. lib. 1. quæst. Ciuil. cap. 77. num. 26.* & articulo discusso *Rota coram Richio decis. 35. num. 1. 2. & per tot. decis. 317. num. 1. & seqq. decis. 354. per tot. & in recent. decision. 226. numer. 4. & seqq. part. 12.*

Neque in facto subsistit quod Franciscus in pluribus precibus pro diuersis gratijs, & dispensationibus fan. memor. Alexandro VII. porrectis se enunciauerit hæredem Marij.

Quia in eis non dixit se esse hæredem, sed
64 asseruit † possidere hæreditatem & bona Marij Frangipani, quod pernecessè non concludit Cardinalem Antonium fuisse hæredem fiduciarium, minusque excludit illa possedisse ex donatione, & Primogenitura ordinatis ab eodem Cardinale: In omnem casum hu-
65 iusmodi assertiones vti de directo † contrarijs verbis Testamenti nullo modo attendendæ essent, *Surdus conf. 179. numer. 47. Dunozz. Iun. decis. 294. num. 1.* & in puncto *Rota d. decis. 225. num. 15. part. 12. recent.* Et tanquam emanatæ ad alium effectum prædictis nullatenus con-
66 trarium, nec repugnãtem non possent † præiudicare veritati, nec ipsimet enũcianti, multòquè minùs Reu. Cameræ, aliquod præiudicium inferre *Surdus decis. 250. numer. 5. & 6. Rota coram Eminentiss. D. Cardinali Otthebono decis. 227. num. 10. & 11. ac in recent. decision. 279. num. 4. part. 5. decis. 197. num. 12. part. 8. decis. 80. num. 13. & decis. 169. num. 18. par. 9. & in Pisana Tenuta 23. Ianuarij 1666. §. Hinc non efficiunt coram R. P. D. Bourlemont, Romana Locorum Montis 11. Maij 1668. §. & hinc apparet coram R. P. D. Celatanò.*

Præterea si verum esset Marium fidem
67 Cardinalis sequi voluisse, † quod euidenter constare deberet *ad text. in l. quidam cum filium 46. vers. respondi ff. de hæred. instit.* ibi: *Respondi manifestum esse debet scriptum hæredem fidem dedisse, & Testatorem fidem eius secutum fuisse.* Nihilominus ex alio capite locum haberet confiscatio, tunc enim negari non posset, verum Marij hæredem non fuisse Cardinalem, sed
68 DD. de Frangipanis primo loco, & deindè † alios forenses in intentione Testatoris, primariò, & principaliter contemplatos ad tradita per *Menoch. conf. 1135. num. 46. lib. 12. Bertazzol. consil. Ciuil. 8. numer. 1. Fontanell. de pact. nuptial. dicta gloss. 8. part. 4. num. 77. in princ. Petr. Franc. Tondut. lib. 1. quæst. Ciuil. cap. 77. numer. 5. Canaler. decision. 381. num. 1.* Et consequenter cum eo tempore bona, de quibus agitur liberè ad Marium Testatorem spectarent, nullique fi-
69 deicommisso, oneri, aut vinculo † subiecta essent, intraret confiscatio contra alienantes bona Status Ecclesiastici in Forenses, sine licentia Sedis Apostolicæ *in Constit. Innoc. X. 41.* otdinata §. *Ac vt eò maior Buller. nou. tom. 5. fol. 513.* in qua disertis verbis prohibita fuit in
70 Forenses alienatio † sub pœna perpetuæ cõfiscationis, quando alienans liber, & absolutus Dominus est, nec alius post ipsum vocatus reperitur, & confirmata fuit *ab Alexandro VII. Constitut. 107. §. 6. ad med. tom. sexto fol. 150.*

Cumquè Cardinalis Antonius Primogenituram quoad Castrum Nemi, & bona vl-
71 tra quatuor milliaria ab Vrbe † existentia, propria auctoritate non ordinauerit, nec fa-

uore

uore DD. de Frangipanis ordinare potuerit, ex quò ipſi erant Forenſes, obſtantibus notiſſimis Conſtitutionibus Apoſtolicis ſupra relatis, & ſignanter *ſan.mem. Sixti V. Conſt.3. §.3. & 4. Bullar.nou. tom.2. fol.371. Clementis VIII. Conſtit.78.§.4.& 5. tom.3.fol.38. Pauli V.Conſtit. 108. §.Primò, & ſeqq. eodem tom. fol.265. Vrbani VIII.Conſtit.65.§. 1.& ſeqq.tom.4. fol.81. Innocentij X. Conſt.41. §.6. & per tot. tom.5. fol.513.* & poſtremò *Alexandri VII. Conſtit.107. §.2.& ſeqq. tom.6. fol.* 150. Sed dictam Primogenituram in contractù donationis inſtituerit præuia prædicta licentia, & diſpenſatione Apo-
72 ſtolica ſan.mem. † Alexandri VII. quæ non fuit purè conceſſa, ſed cum conditionibus ſuprà relatis, & ſpecialiter cum declaratione, ibi: *Quod per præſentes, ac omnia, & per ſingula in eis contenta, nullo modo eidem Cameræ præiudicare intendimus in caſu deuolutionis, caducitatis, vel confiſcationis, & in aliis quibuſuis dicte Camere iuribus ex cauſa de præſenti, de præterito, & de futuro, &c.* iuncta clauſula, *Perindè ac ſi præſentes non emanaſſent*: Dictuſque Cardinalis in donatione, & Primogenitura ſpecificè declarauerit ad eam deuenire, vtendo dicta licentia, &
73 di ſpenſatione ad eam † habita expreſſa relatione, mediante clauſula cæterata ad quas, &c. quæ relationem induxit, & operatur indiuidualem expreſſionem, ac repetitionem illorum, quæ in ſcriptura relata continentur, *l. ait Prator. 5. §. primò*, vbi *Bart. ff. de re iudic. Cranett. conſil.45.num. 4. Gratian.diſcept.751.numer.3. Rota in recent. deciſ.125. num.9. & 10. & deciſ. 155.ſub numer.13. & 14. part. 12. & coram bon. mem. Bichio deciſ.607. num.6. Cardinal. Celſi deciſ.338.num.9. & in Bononien. Bonorum 23. Iunij* 1662. §. *Impugnari, & 5. Aprilis* 1663. §. *E conuersò coram Reuerendiſſimo Domino Albergato Decano*. Quinimo † in eadem donatione
74 totum illius tenorem per extenſum inſeri fecerit.

Inde perneceſſe ſequitur, quod primogenitura non iure proprio, ſed in vim licentiæ
75 ſic qualificatæ ordinata, confiſcationem, & incamerationem impedire non poteſt, ſequuto eius caſu propter crimen à primo vocato commiſſum; ſed confiſcatio, & incameratio locum habere debet in perpetuum in præiudicium omnium, & quorum cumque vocatorum; Hoc enim caſu primogenitura remanet reſoluta, perindè ac ſi nullatenus facta
76 fuiſſet, vt optimè diſtinguendo inter Primogenituram inſtitutam iure proprio ex priuata facultate, & ordinatam cum facultate Principis Supremi habentis dictam conditionem,
77 latè probant † *Molin. de Primog. Hiſpan. lib.2. cap.12.num.57. & lib.4. cap. vltimo num.63. alter Molin.de Iuſt.& Iur.tom.3. diſput.582. nu.1. verſ. ſi verò, & diſput.637. num.2.* ibi; *Proindè ſi aliquis ex ſucceſſoribus*, inquit *in aliquod ex illis tribus criminibus incidat, confiſcatur Maioratus, eoq; priuantur cæteri ad eum vocati, Gomes ad leg. Tauri 40. num.41. verſ. pulcrum tamen, Gregor. Lopez ad leg.partitar.partic.6.num.11.fol.82.d tergo col.2. poſt medium verſ. hodie communiter tom.6. Mieres de Maior.par.4. quæſt.23. num.23. Sanchez. in præ-*

cept.decalog.lib.2. cap.18.num.41.cum ſeqq. Caſtropal. oper. moral. tom.1. tract.4. diſputat.4.punct.5. num.12. Canter. quæſt. crimin.tit. de quæſit. tangen. vnit.delict.cap.1.num.52. Cenſal. ad Peregrin. de fideic.art.31,ad num.35. circa fin. fol.314. ſub verſ. & ex his conſultò.

Non obſtat quod Cardinalis Antonius in donatione habuerit quoq; relationem ad primum Teſtamentum Marij, in quo expreſſa priuatio adiecta fuit delinquentis fauore aliorum vocatorum.

Nam præter quod huiuſmodi relatio habita fuit ad prohibitiones, non autem ad pri-
78 uationem in caſu † delicti, vt conſtat ex iiſdemmet verbis, ibi: *Però vuole ſua Eminenza che nella preſente donatione s'intendano eſpreſſe, e repetite le prohibitioni di alienare, far detrattioni, vendere acque eſiſtenti in Nemi, e ſuo Territorio, etiam in poca quantità, con altre prohibitioni, che ſono in detto teſtamento*. Quæ verba *con altre prohibitioni* intelliguntur de ſimilibus his expreſſis, & ſpecialiter de pignorando, & hypothecando, tàm tacitè, quàm expreſsè; ac de incidendo Arbores in dicto teſtemento ſuper-
79 additis: † Illa enim dictio *Alijs* implicat ſimilia expreſſis *gloſſ.in l.ſi fugitiui, 3. verb.alia C. de ſeruis fugitiu. Soccin.ſen.cõſ.23.n.3.lib.4.Surd.conſ.77. n.25.& conſ.303n.33. Honded.conſ.7.nu.21. vol.2.* eſt cæteris relatis per *Auguſtin. Barboſ.dict.26.n.1. Cyriac.contr.211.n.6. Rot.dec.194.nu 7.& 8.par.4. to.2.* & in fortioribus *dec.331.n.4.verſ. cum enim natura par.1. & dec.200.num.14.& 15.par.7.* Iequentia autem verba, ibi; *E che li Donatarij, e loro Soſtituti ſi obligbino alla preciſa oſſeruanza, & alle pene in eſſo contenute, come ſe qui foſſero eſpreſſe de verbo, ad verbum*, Non poſſunt referri, nec adaptari priuationi in caſu delicti, ſed referenda ſunt ad onus aſſumendi cognomen, & inſignia familiæ Frangipanæ abſque aliorum
80 mixtura, & ad onus extinguendi debita hæreditaria cum fructibus, quorũ reſpectu Marius pœnam caducitatis & obligationem obſeruandi expreſsè appoſuit; Relatio enim ad ea fieri debet, quibus congruè, & preciſè ad-
81 daptatur. *Alex.conſ.31.num.11.lib.6. Ruin. conſ. 123.num.12.lib.3.Becc.conſ.101.nu.78.lib.1.Rot. coram ſan.me.Greg XV. dec.384.num.2.*

Veriùs omninò viſum fuit, quod Cardinalis non potuerit, & noluerit in hac parte habere relationem ad primum Teſtamentum, & ſic pro expreſſa non habuit in Primogenitura priuationem in caſu delicti. Incontrouertibilis eſt enim defectus poteſtatis, quia priuationis pœna apponi nõ valet in primogenitura inſtituta vigore facultatis, & licentiæ à ſupremo Principe conceſſæ habentis in ventre dictam conditionẽ confiſcationis præ-
83 ſeruatiuam, vt in proprijs terminis explicat *Molin.de Primog.d.lib.2.d.cap.12.ſub dicto nu. 57.* ibi: *Igitur dicendum eſt eam clauſulam in Primogenys ex Regia facultate inſtitutis apponi non poſſe, nec appoſitam ſeruandam eſſe & d.lib.4. d.cap. vlt. ſub d.nu.63.* ibi *Adeout non valeat aliquid eidem facultati cõtrarium diſponere, Molin. Theolog. diſput.657. numer. 2. poſt princip. verſ. obſeruat verò Sanchez lib.2.ad præcept. Decalog.d.cap.18. num.41. & 45.*

Eo magis, quia Cardinalis licentia sibi concessa in ordinatione Primogenituræ vsus fuit illaque, vt supra dictum est, prætata conditione restricta erat, vndè non potuit disponendo egredi terminos dictæ facultatis *Cuman. conf.84.post princ. Dec.conf.532. num.7. &* 8. aliique relati per *Surd. dec.333.num.11. Rot.dec.* 82.*nu.7.post Merlin. de legitim.* Acceptans enim
85 gratiam qualificatam† afficitur qualitate per concedentem ipsi gratiæ adiecta *Corn. conf.* 69. *num.7.lib.1.Surd.conf.52. num.40. & seqq.Rota apud Put.dec.100.nu.2.lib.2.in correct. Canaler.dec.* 26.*sub num.4. Bich.dec.182.num.12. Salgad. labyr. credit.par.2.cap.6.num.15. cum seqq.* Et in his, in quibus quis sine licentia Principis disponere non potest, non attenditur quid dispositum fuerit, sed quid Princeps in indulto concesse-
86 rit, à quo† dispositio regulanda est, & quod in eodem indulto non continetur, vt potè sine licentia ordinatum non attenditur, nec vllum effectum operatur, vt aduertunt *Fælin. in cap. super litteris 20. num. 10. post med. de rescript. Natta consil. 276.num.1.in princ. Camer.in cap. Imperialem fol.46.col.4.littera S. de prohibit. Feud.alien.per Federic.Montan.de regal. in verbo diuidiũ Thesauri num.12 vers.nec sufficit.* Vbi quod in prohibitis attẽdi debet, quid cogitauerit Prin-
87 ceps concedens†, non autem impetrans, *Surd. cons.5.num.62. Decian. resp.86.num.53. lib.6. Corsett.conf.23.num.28.* vbi in puncto inquit, quod Rex confirmans cum qualitate alterante cen-
88 setur reuocare†, quatenus qualitas hæc alterans importet, & ob id dicit, quod confirmatio habet caudam serpentinam *Camill. de Medic.conf.62. numer.6. & conf.71.numer.53. Capic. Galeott. controuers.23.numer.23.cum seq. lib.2. Duran.* in puncto *decis.145. num.18. Bich.decis.299. num.25.*

Clarior est defectus voluntatis; dum enim Cardinalis donationem fecit cum Primogenitura vtendo d. licentia san.mem. Alexandri VII. eamque in illa registrando, & ad ipsam adeo expressam habendo relationem, inde se-
89 quitur, quod omnes† conditiones, qualitates, & reseruationes appositæ in licentia dicantur de verbo ad verbum repetitæ in donatione, & Primogenitura, vt supra dictum fuit, & concordant, *Menoch.conf.1043. num.3. Cranett.conf.45.num.4. Surd.conf.200.num.5. Gratian.discept.751.nu.3.* plures; relati per *Cironcch. discept. 66. nu.62. & seqq. Rot.in recent. dec.125. num.10. part.12. & coram Regas dec.402.nu.4.*
90 Adeo vt ex coniunctione dictarum duarum scripturarum habeatur vnica dispositio, vt inquit *Bald.conf.212.num.1. lib.5.* quem sequitur *Dec.conf.647. num.3.vers.& dixit*, ac per consequens sicuti Papa apposuit expressam conditionem in licentia in casu confiscationis ex
91 causa nedum præterita†, & præsenti, sed etiam futura, ità pariter eamdem conditionem expresse apposuisse dicitur Cardinalis in Primogenitura, ac propterea fateri oportet nullatenus subsequenter voluisse relationem habere ad primum testamentum Marij respectu priuationis in casu delicti, ex quo implicat in adiecto, quod Primogenituram ordinare vo-
luerit cum reseruatione confiscationis, tenore
92 tenorem licentiæ in casum delicti, & eodem tempore per relationem ad testamẽtum Delinquentes priuare, & confiscationem excludere, relatio enim nunquam facta dicitur ad
93 ea, ex quibus aliquid† incompatibile resultaret *Iaſin l.1.num.3. vers. istam regulam C.de liber. præterit. Bald.* & alij relati per *Cranett. cons.* 70.*num.5.vers.sic dicamus igitur, Alex.conf.56.n.8 lib.2. & conf.226. num.5. lib.6.Curt. Sen.conf.63. num.11.vers.secundò & num.19.lib.1. Dec.conf.14 sub num.5. vers. ergo benè consonat, Mandell, Alb. conf.382 num.80. Becc.conf.101.num.79. Surd.conf.* 440.*num.49. Cæsar. de Graſ.dec.10.num.9. de Prebend. Vbald.dec.338. num.10. Royas dec.188.num.6* optimè *Dunoz. Iun.dec.125.num.7. Rota in recent. dec.68.num.12.& 13. par.12.*

Præsertim, quia idem Cardinalis in constitutione Primogenituræ relationem prius habuit ad licentiam Apostolicam, & postmodum ad primum Testamentum Marij, ac proindè quicquid ex eodem testamento repugnans reperitur licentiæ Apostolicæ, in Primogenitura expressum dici non potest, sed
94 omninò reiectum, tum† vt euitetur subitanea correctio, in quacumque dispositione semper vitanda *l. non ad ea. 89. ff. de legib. Alex. conf. 123. numer. 9. & seqq. lib. 4. Roman. conf.* 104. *col.2.in princip. Rimin. iun.conf.792.num.15. Altograd. conf.60. num.113. lib.1. Burat. dec.168. num.3. Rot.recent.dec.240. num.5.par.8.* Tum, &
95 certius metiendo, ac regulando voluntatem Cardinalis ab eius potestate ex dicta licentia resultante, vt opus est, *Bero conf. 76. num. 30. lib.1.Surd.conf.127.num.57. Buratt.dec.24.num.12 Dunoz.sen.dec.229.num.19. Dunoz. Iun.dec.32.n.8. & dec.678.num.21. Card.Celsi.dec.116.nu.12. Rot. recent.dec.182. num.9. part.7.ac dec.146. num.23. part.9.* Potentia enim est principium cuius-
96 cumque effectus, sine qua voluntas operari non potest. *Bero d.conf.66. num. 30. lib.1. Surd. conf.127.num.57.* & consequenter sicut Papa concedendo licentiam ità conditionatam,
97 omnia quę possent ex futura Primogenitura contraria esse dictæ conditioni prohibuisse, & reiiciisse dicitur *Iſern.in cap.1. nu.7. vers.sed generaliter, & ibi Liparol.littera B.tit. qui successor. teneant. Camerar.in cap.Imperialem fol.45.littera H. num.3. Afflict.in cap.1.§. donare num.24. qualit. poter.olim feud.alien.Carleuall.de Iudic.tom.2. disput. 23. num.64.* Ità pari modo ea omnia reiecta dicuntur à Cardinale constituendo Primogenituram cum expressa relatione ad d. licentiã
98 eiusque insertione in† instrumento donationis, vt supra ostensum fuit, quodquè omne id non attendatur, pro quo non adest licentia *Seraphin. dec.868. num. 1. & per totam, Durand. dec.145.nu.18.in rec.dec.38.num.48.par.12.*
99 Obiectum verò, quod *Molina*†, cæterique Doctores Hispani superiùs allegati fundentur super legibus Hispaniarum, & super natura bonorum prouenientium à Rege, nullo modo subsistit, quia ex illorum lectura manifestè patet, quod fundamentum constituunt super conditione appositæ in licentia, scilicet, quod illa per cõditorem Primogenituræ cum

Iuris

ieo ſuis conditionibus acceptata, † operatur, vt bona (de quibus præſertim ſine licentia diſponere non valebat) perpetuæ confiſcationi ipſe ſubmiſiſſe dicatur, in caſibus in licentia expreſſis. *Molin.d.cap.12.d. num. 57.* ibi: *conſequens eſt vt ſub iſdem legibus, & conditionibus Primogenium inſtituere teneatur, & d.cap. vltimo.diſt. num.63.* ibi: *aut facultas reiecnda eſt, aut ea vtendum erit cum legibus, ac conditionibus in ea expreſſis, Itaque is, qui ex huiuſmodi regia facultate Maioratum inſtituit, bona eiuſdem Maioratus horum trium criminum confiſcationi ſubiicere videtur, adeoùt non valeat eidem facultati contrarium diſponere, Sanchez. in præcept. Decalog.d.cap. 18.ſub num.41.* ibi; *Quippe cum Princeps eam facultatem cum hoc onere concedat, ea vtens in conſtituendo Maioratu, cenſetur bona illius perpetua ob hæc crimina, confiſcationi ſubijcere. Caſtropal.d.punct.5.num.12.* ibi; *Quia inſtituens Maioratum fiſco applicat bona Maioratus in caſu talium delictorum*, & alij cum *Salgad. dicta part.2.cap.6.num.17.& 18.*

Neque vrget, quod ijdem Doctores loquantur de licentia continente verba diſpoſitiua fauore Fiſci. In propoſito autèm licentia contineat clauſulas præſeruatiuas tantummodo, quæ regulariter nihil dant de nouo.

Cum enim indubitatum ſit, quod Pontifex omnem caſum confiſcationis fauore Ca-
101 meræ præſeruare voluerit, vtique clauſulæ *Non intendimus præiudicare &c. ſine præiudicio Iurium &c. ac ſaluis iuribus &c.* & ſimiles, licet ſecundum aliquos non faciant conditionem ſuſpenſiuam, important tamen conditionem reſolutiuam, vt tradunt *Hond.conſ.86. num.44. 45. lib.2.Perez.de fideicom. art. 47. num.29.in fine verſ. intellige, quod faciat, A Ponte conſ.81.nu.38. cum duob.ſeqq. Lanar. conſ.15. num. 11. Salgad.d. par.2.d.cap.6.num.60.Mareſcott.var.reſolut. lib.2. cap.138.num.2. Grat. diſcept.317. num.31.& 32. ac diſcept.980.num.8. Barboſ.clauſ.157. nu.9.Add. ad ſa.me.Gregor.XV. dec.332. ſub num.6,poſt med. verſ. quod tamen eſt intelligendum, Rot. diuerſ.dec. 320. num.2.par.1.& in rec.dec.513. num.13. verſ. quæ propterea par.1.& dec.300. num.6. par.8. cor. Bichio dec.541.num.10. & in Segobricen.Canonicatus 14.Iunij 1656.§.clauſula verò coram R. P. D. Priolo*, & dixi ego ipſe *in Romana Appaltus Gabellæ carnis impreſſa in recentior.par.12. deciſ.414.*
102 *num. 24.& 25.* & operantur † quod ſi actus afferat aliquod præiudicium, habeatur pro non facto *l. ſi teſtamento. 51. §.1. ff. de manumiſſ. Teſtam. Tob.Non.conſ.38.num.16. A Pont. conſ.5. num.66.Salgad. d.cap.6.nu.60.cum ſeqq. Mareſcott. lib.2.var.reſol.cap.137.num.2. Surd.conſ.333. nu. 10. verſ. & vbi poſſeſſio poſſit præiudicare Add. ad Burat.dec.511.num.6. Merlin.dec.316. num.25.in principio, Dunoz.Sen.dec.123.num.5. Dunoz.Iun. deciſ.931. num.8. Coccin. deciſ. 2283. numer. 103. Rota in Romana fideicommiſſi, ſeu Saluiani 25. Iunij 1663. in principio coram Reuerendiſs. Albergato Decano.* Atque in ſubſtantia huiuſmodi clauſulæ præſeruantes præcipuè non ſolum ius de præterito, & de præſenti, ſed etiam de futuro, vt hic, conueniunt verbis diſpoſitiuis, nam quemadmodum ex illis condi-

tio reſolutiua reſultat, per cuius purificationem Primogenitura haberur pro non facta, & eueniente caſu delicti confiſcatio fit in perpetuum in præiudicium omnium vocatorũ ex propria perſona, ita paritèr eadem reſolutio Primogenituræ ex huiuſmodi clauſulis ita
103 conceptis reſultat†, quæ proinde æquipollent verbis in licentijs Regis Hiſpaniarum apponi ſolitis, & eumdem effectum inducunt. *Scrader.de Fend. par. 5.cap.2.à num.12.ſ2.& 54 Frecc.de ſubfeud.lib.2. quæſt.37. num.18. fol. 234. Afflict.in cap.1. num.29. poſt med. verſ. qui ſucceſſ. teneant. Pariſ.conſ.21.nu.54.verſ. & conditionaliter, & num.55.lib.1. Carleual.de iudic.tom.2. d.diſput. 23. num.57.& 60.* Præſeruatio enim nedum iuris præteriti, & præſentis, ſed etiam futuri
104 tribuere dicitur † nouum ius præſeruanti, quatenus antea non competiiſſet, vt declarant *Alexan. conſ.28. num.4.in fine lib.1. Cranett. conſ.748. ſub num. 10. verſ. quartò ius nouum Menoch.conſ.341.num.21.verſ. hoc caſu reſeruatio in punctο Cæſar Manent. dec.1. num. 45.* & conſequenter non ſtat ſimpliciter in puris terminis
105 reſeruationis, ſed ampliatiuè per modum principalis diſpoſitionis, ex deductis à *Manent. dicta deciſ. 1.num. 38. cum ſeqq.*

Replicatio autem, quod aliquæ ex Doctrinis loquantur de clauſula, *ſine præiudicio* per Iudicem appoſita in mandato, ſeu decreto iu-
106 diciali, inſubſiſtens†, leuis, & irreleuans eſt, quia multi ex Doctoribus ſuprà allegatis loquuntur in clauſula appoſita in contractibus, licentijs, inueſtituris, & ſimilibus: Tum quia vis cõcluſionis non fundatur ſuper qualitate perſonæ apponentis dictam clauſulam, quod nempè ſit Princeps, Iudex, vel priuatus, ſed fundatur ſuper natura, qualitate, & efficacia clauſulæ, quæ ſemper eſt eadem, ſiue ab vno, ſiue ab altero apponatur; Et remouetur quælibet difficultas, quia tempore petitæ, & conceſſæ licentiæ à ſan. mem. Ale-
107 xandri VII. bona † Marij erant propria, & libera Cardinalis Antonij nulli prorſus reſtitutionis vinculo ſubiecta, nulliquè prohibitioni, nec pœnæ priuationis ſuppoſita, adeoùt ſi tunc illorum Poſſeſſor conſimile delictum commiſiſſet, ſanè abſque aliqua controuerſia,
108 omnia fuiſſent † confiſcata, ſeu tanquam vacantia per fiſcum Apoſtolicum capta, iuxta clariſſimam Iuris communis diſpoſitionem in ſupradicta *l. quiſquis 5. C. ad leg. Iuliam Maieſtat. & in d. Auth. bona damnatorum C. de bonis proſcriptor.* Vndè dictus Summus Pontifex in prædictis clauſulis, in quibus præciſis verbis declarauit, quod nullo modo Cameræ Apoſtolicæ præiudicatum foret in caſu Confiſcationis, & in aliis quibuſuis eiuſdem Cameræ Iuribus ex cauſa de præſenti, de præterito, & de futuro, volens Iura Cameræ, etiam ex
109 Iure communi, & alia qualibet diſpoſitione competentia, & competitura, ſaltua, & illæſa remanere, dictum ius confiſcandi, & capiendi prædicta Bona, vti vacantia, ob diſpoſitionem Iuris Communis, ex cauſa de futuro Reuerendæ Cameræ præſeruauit, pèrindè, ac ſi diſſiſſet: *Licentiam tibi inſtituendi Pri-*

mogenituram in istis Bonis, fauore forensium concedimus, eosque ad illa acquirenda habilitamus, sed expressè declaramus, quod si quocumque tempore etiam futuro casus Confiscationis, & Incamerationis euenerit, Camera Nostra possit illa capere, Confiscare, & Incamerare in perpetuum dicta Primogenitura non obstante, Sicuti hodie ex Iuris Communis
110 dispositione ea capere, confiscare, & incamerare posset, si casus euenisset, *ad Rot. decis. 640. num. 9. vers. quasi dicere voluerit, par. 1. diuers.* Et hæc declaratio, seu reseruatio Reuerendæ Cameræ, sufficit ad tradita per *Surd. cons. 449 num. 38. vers. nec repugnat, lib. 3. Marescott. lib. 2. var. resol. cap. 138. num. 1. Verall. dec. 119. sub n. 1 vers. per quam ius part. 1. Rota in Romana Domus, & Census 16. Iunij 1606. coram Sacrato*], *apud Marches. de Commiss. part. 1. fol. 203. nu. 4. vers. sed imo contingit*: Et idem expressè admittunt auctoritates pro D. Basone Allegatæ; Atque in his terminis ipsamet præseruatio importat resolutionem, vt de Domino directo, qui consensit Feudum à Vassallo hypothecari, *saluo iure ipsius Domini*, quod huiusmodi præseruatio-
111 nis vigore adueniente casu deuolutionis hypotheca remaneat totaliter resoluta, perinde ac si non fuisset contracta, & Feudum liberè ad Dominum reuertatur, tenent communiter Doctores relati per *Afflict. ad Constit. Regni lib. 3. rubr. 13. sub n. 28. in fine Paris de Puteo de Reintegrat. Feudor. cap. 259. num. 3. & 4. Bursatt. cons. 80. num. 26.* & egregiè *cons. 171. per tot.*] *Rossental. Surd. Borgum. Valasc.* cæteriquè congesti per *Cyriac. controuers. 446. num. 4. & seqq. Mart. d. cons. 147. num. 46. & 47. vers.* [*& ita stante dicta reseruatione*. Vbi si Rex Primogenituram, cum
112 prohibitione alienandi, † etiam in casu Cõfiscationis erectam confirmet, cum clausulæ *saluis iuribus*, non dicitur confirmare in sui præiudicium], & in vim dictæ præseruatiuæ,
113 eueniente casu de bonis, & feudo tanquam deuoluto disponere poterit, & latè prosequitur *Guid. Turrianus inter cons. Accadem. Illustr. part. 3. cons. 8. sub num. 95. vers. & tanto magis, cum seqq. Dunn. d. dec. 145. num. 38.*

Ista verò omnia æquè principaliter procedunt respectu Primogenitùrę, vt quoad Bona, pro quibus licentia Principis ad effectum disponendi in Forenses erat necessaria, sequuto Confiscationis, & Incamerationis, Primogenitura habeatur pro non facta, omnes enim dictæ clausulæ non solum sunt expressæ in licentia, sed pari modo dicuntur inesse Primogenituræ, cum in ea fuerit inserta eadem licentia, & Cardinalis in omnibus, & per omnia, iuxtà illius formam, & tenorem Primogenituram instituere professus fuerit, expressam habendo relationem ad eamdem licentiam: ex quo necessariò sequitur, quod omninò inseparabilis sit Primogenitura à licen-
114 tia, & quod istæ duæ Scripturæ pro vnica, & indiuidua dispositione habeantur. *Bald. disp. cons. 212. num. 1. lib. 5. Dec. cons. 647. num. 3. vers. & dicit. Decian. disp. respons. 7. num. 99. vers. ex coniunctione enim duarum, lib. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 36. num. 113. Seraph. dec. 540. num. 40. Dunozet. Iun. decis. 326. num. 5.* Et profectò fieri non potest, quod eædem clausulæ appositæ in licentia instituendi Primogenituram, repetitæ non intelligantur, & non in sint in ipsa Primogenitura, aliàs enim non intraret confiscatio in perpetuum, & hoc esset in apertissimum præiudicium iurium Reu. Cameræ, quod Ponti-
115 fex omnimodo etiam minimum adeò leniter geminatis verbis, & clausulis præseruatiuis in licentia cuitare velle declarauit, volens iura Cameræ salua, & illæsa remanere, addita etiam clausula ibi: *perinde ac si præsentes non emanassent*; Quæ verba vim habent decreti irri-
116 tantis, † & Primogenituram in casu delicti præiudicialem Cameræ penitus tollunt, & inficiunt. *Couar. practic. quæst. cap. 9. num. 7. Menoch. cons. 322. num. 40. Gratian. discept. 527. nu. 19.* plenè *Barbos. claus. 40. num. 2. dec. in recent. dec. 178. num. 32. part. 12.*

Nec applicatur conclusio, quod clausulæ
117 præseruatiuæ † non operantur quoad ea, quæ sunt contra naturam actus confirmati.

Qua non veramur in confirmatione Primogenituræ iam factæ, sed in licentia illam condendi, nec in facto subsistit, quod confirmatum fuerit à Pontifice fideicommissum in casu delicti, contra cuius naturam esset confiscatio, sed per reseruationem iuris confiscãdi in licentia appositam, fideicommissum, & Primogenitura in casu confiscationis reprobata, & annullata fuit, atquè præseruatio iuris confiscandi fauore Principis supremi in casu Criminis læsæ Maiestatis, non est contra naturam futuræ Primogenituræ, præcipue
118 quando nec potuit fieri, nec facta † fuit priuata facultate, sed præuia illius licentia, non enim tollit penitùs Primogenituram, sed in certo tantum casu illam limitat, & restringit, vt scilicet locum habeat, donec casus confiscationis euenerit *ad text. in l. Titius, 45. in princip. ff. ad Senat. Consul. Trebell.* optimè *Alex. cons. 130. num. 13. vers. nec obstat si diceretur, & seqq. lib. 4. Mart. claus. 150. num. 10. part. 4. Rota decis. 140. num. 4. decis. 207. numer. 7. post Pacific. de Saluian & in recent. decis. 170. nu. 19. & 20. part. 12.* Firmantes hæc esse compatibilia, adducto casu fideicommissi ordinati, cum facultate alienandi,
119 vt nempè fideicommissum † procedat, & suum habeat effectum, donec sequatur alienatio, qua demùm sequuta, remaneat resolutum, & extinctum, & id latiùs probant *Gabr. cons. 99. num. 8. in fine, & seq. lib. 2. Surd. cons. 10. numer. 14. vers. quia imò, & cons. 96. numer. 26. Menoch. consil. 1130. num. 1. & seqq. lib. 12. Mantic. cons. 106. num. 29. lib. 2. Peregr. de fideicomm. art. 40. num. 45. & seq. Crocch. discept. 5. nu. 73. Capic. Latr. decis. 23. numer. 8. & seqq. lib. 1. Cavill. decis. 223. sub num. 7. in fine, vers. quia obstellum dilatur. Bich. decis. 287. num. 22. Rota in Placentina Bonorum, 4. Februarij 1656. §. fideicommissum, coram Eminentiss. Cerro, in Romana Locorum Montium 16. Iunij 1659. §. quamuis enim, & 5. Maij 1660. §. quoniam, coram R. P. D. Priolo, in recent. decis. 48. num. 1. & 2. ac decis. 171. numer. 2. par. 13. & in eadem 10. Decembris eiusdem anni, coram R. P. D. Taya.*

Neque in aliquo suffragari potest clausula, *omni meliori modo, &c.* qua Cardinalis vsus fuit

in

in Donatione, & Primogenitura, licet enim
120 iſta † clauſula regulariter operetur, vt actus
valeat eo meliori modo, quo valere poteſt,
ex adductis in propoſito per *Cyriac.contrauer.*
205.nu.117.& ſeqq. Attamen cum idem Car-
dinalis expreſsè deuenerit ad ordinationem
121 Primogenituræ in vim licentiæ, † & facul-
tatis ſibi à Pontifice conceſſæ, ibi: *Vtentio, vtiq;*
declarando præcitata licentia, & facultate ſibi,
eiſdemque vocatis, & ſubſtitutis vt ſupra à Sanctiſſ.
D.N. Alexandro Papa VII. conceſſa, ac attributa;
Indè conſtat, quod ad certam facultatem, &
titulum ſe reſtrinxit, & proindè clauſula præ-
dicta ad alios modos, & facultates extendi nõ
122 poteſt, † ſed quoad expreſſum tantum ope-
ratur quem omni meliori modo ſuſtinet, quo
fieri poteſt, vt declarat *Decius in capit. cum ſu-*
per 23.num.62.verſ.quia apparebat de intentione li-
mitata de offic. Iudic. delegat. Rimin. Iun.conſ.110.
num.60.verſic.ſequè ad illum caſum reſtringit, lib.1.
Gratian diſcept.764. numer.18.& ſeqq. in puncto
Rota deciſ.329.num.17.verſ.dummodo tamen, pa.9.
recent. coram Bichio deciſ.241.num.25.& 26. Bono-
mien. Hæreditatis 7. Februarij 1659. §. *ſicuti non re-*
fragatur clauſula, coram R.P.D. Beuilaqua, & in
Mediolanen. Iuriſpatronatus 5. Maij 1660. §. *final. co-*
ram Reuerendiſſ. D. Albergato Decano.

Nulloque modo admitti poſſe viſa fuit re-
ſtrictio, cum qua dictas clauſulas intelligen-
das eſſe dicebant informantes pro D. Barone
Frangipano, vt ſcilicet præſeruare poſſint Cõ-
fiſcationem, durante vita Delinquentis, non
autem præiudicare aliis ſucceſſiuè vocatis. Id
123 enim procedere poſſet, ſi † Primogenitura,
& ſubſtitutiones iure proprio ab habente po-
teſtatem, purè, & ſimpliciter ordinatæ fuiſ-
ſent; Secus autem in præſenti, vbi Primoge-
nitura dependet à licentia, & ob conditionẽ,
& reſeruationem Confiſcationis, nullum ius
124 quæſitum fuit ſucceſſiuè vocatis † niſi ſub
dicta conditione; quatenus caſus confiſca-
tionis non eueniret ideoque dicta clauſu-
la, & præſeruatio iuriumꝰ reſtringi non
poteſt ad vitam delinquentis, ſed ob puri-
125 ficationem conditionis, † ſpes ſuccedẽ-
di omnium vocatorum euanuit, vt in puncto
diſtinguendo *Molin. de inſt.& iur.tract.2.d.diſput.*
582.num.1.verſ.quoniam quando, & verſ. ſi verò ex
facultate, & declarant etiam *Peregrin. conſil.77.*
num.8.& ſeqq.lib.3. Cutell. de Donat.diſcuſſ.1. ſpe-
cial.8.numer.5. & 8. Rota coram Comitol. deciſ.54.
num.40. Buratt. dec.246.numer.8. Duran. deciſ.339.
num.66. in recentior. deciſ.203.nu.24. part.6. in Me-
diolanen. Donationis, 16. *Martij* 1646. §. *neque reſo-*
lutio, in fine, coram Reuerendiſſ. Ghiſlerio, & in
Bononien. Fideicommiſſi de Bouys, 15. *Decembris*
1670. §. *nec non exertitur, cor. R.P.D. Bourlemont.*

Multoquè minus applicatur *Ronit. conſ.1. à*
126 *num.50. cum ſeqq. lib. primo*: Volens † in termi-
nis clauſulæ, *Fidelitate Regia ſemper ſalua*, appo-
ſitæ in priuilegio conceſſo ſuper feudo, quod
ſequuta infidelitate vnius ceſſet tantummo-
do eius reſpectu priuilegium, non autem ceſ-
ſet, ſed firmum remaneat quoad exteros ad
feudum vocatos: Quæ materia eſt valdè di-
127 uerſa, ipſe enim loquitur in † feudo, in quo
res eſt ſpecialis, imò in eo ita diſtinguitur, ſi
feudum eſt antiquum, tunc propter felloniàm
ab vno in perſonam Domini commiſſam, il-
le, eiuſquè deſcendentes omnes, & agnati vſ-
què ad tertium gradum priuantur feudo ad-
miſſis agnatis in quarto, ſeù vlteriori gradu
exiſtentibus, *per Text. ſingularem, in cap.1. §. de-*
niquè, qua ſit prim. cauſ. benefic. amitten. Si vero
feudum eſt nouum, tunc ob dictam felloniàm
128 dicit † *Soccin. Iun.conſ.65. numer.1. verſic.& vbi*
feudum, lib.3. tem eſſe claram, & ſine dubio
neduin Delinquentem, & eius Deſcendentes,
ſed etiam omnes Agnatos remanere priuatos,
& feudum in perpetuum reuerti ad Domi-
num, ex *Alnarot. in dicto §. denique in prima con-*
cluſione. Roland. à Vall d.conſ.78. numer.25. lib.2.
Farinac. de delictis, & pan. quæſt.25. num.91.& ſeq.
alijque plures congeſti *per Berlich. concluſ.37.*
num.19. part.3. Rota deciſ.213.n.15. part.12. rec.

Vlteriùs in caſu, ſuper quo reſpondit *Ronit.*
omnes, & ſinguli Familiæ Sanſeuerinę in pre-
cedentibus inueſtituris erant æqualiter voca-
129 ti, illiſque originaliter purè ius † quæſitum
erat, independenter ab alijs, proindequè clau-
ſula, *Fidelitate Regia ſemper ſalua*, in priuilegio
ſuperueniente inſerta, ius quæſitum ex forma
130 inueſtiturarum illis tollere non † poterat, ſed
Infideli tantum præiudicare: In hac autem
facti contingentia, nullum ius quæſitum erat
ſubſtitutis ſucceſſiuè vocatis, niſi ſub dicta
conditione, vt ſuprà dictum fuit, & illorum
excluſio non prouenit immediatè à delicto
131 per Franciſcum commiſſo, ſed † ex defectu
conditionis, quaſi ſub conditione vocati, ſi
primus Confiſcationem paſſus non fuerit, vt
diximus, & diſtinguendo priuationem à de-
fectu conditionis, benè probant *Cephal. conſil.*
32.num.15.27.& per tot. lib.1. Menoch. conſ.78.n.3
Surd. deciſ.232. num.3. Rota in Carpentaraten. He-
reditatis, 26. *Februarij* 1662. §. *ſed facit, cum ſeq.*
& 13. Ianuarij 1668. §. *defectus, & ſeqq. coram R.*
P.D. Priolo.

Cumquè in præſenti caſu Primogenituræ
ordinatæ cum licentia Principis Supremi, ſub
dicta expreſſa conditione Confiſcationis Bo-
norum, etiam ex cauſa de futuro conceſſa,
132 habeamus † Doctores punctuales ſupra al-
legatos, firmantes ſine aliquo contradictore,
Confiſcationem fieri in perpetuum, cum ex-
cluſione omnium vocatorum, ex quo ſequu-
to eius caſu, Primogenitura habeatur pro nõ
133 facta, cum remaneat † reſoluta perindè, ac
ſi verè non emanaſſet: Vtiquè in iudicando
ab eis non eſt recedendum; Deciſiones enim,
& Doctores non habentes contradictores, di-
cuntur caſus legis. *Barbat. conſ.36. numer.41. in*
fine, verſ. item ſatis dicitur, lib.2. Becc. conſ.23. nu.6.
verſ.& vbi non habent, Surd. conſ.313. nu.43. vol.3.
& deciſ.229. num.37. Gratian. diſcept.531. num.29.
Coccin. deciſ.2121. ſub num.18. verſ. quorum deciſio,
& ab eis non eſt recedendum, ſicut recedi nõ
poteſt à caſu legis. *Rota in recent. dec.122. num.10.*
134 *part.5.* Nec leuia Conſulentium † argumen-
ta præſertim ſuper caſu diuerſo, & diuerſa
materia ſcribentium, attendenda veniunt. *Ro-*
ta apud Put. deciſ.66. num.3. lib.3. in correct.

Nec

Nec pariter in facto subsistit, quod san. me. Alexander VII. habuerit certam scientiam totius tenoris primi Testamenti Marij, & sic etiam priuationis Delinquentis per mensem ante commissum delictum; Quia in precibus Cardinalis id expositum non fuit, sed solummodo Marium in priori Testamento instituisse, & substituisse Frangipanos de Croatia, & Fori Iulij, ac alios successiuè vocatos, nullatenùs verò fuit narratum Marium priuasse Delinquentem per mensem ante delictum: Immò si Papa id sciuisset mirabiliter retorqueretur obiectum, exindè enim tanto certior redderetur eius expressa voluntas, non admittendi talem priuationem ad commodum successiuè vocatorum, importantem exclusionē Fisci in casum delicti, dum in licentia tam explicitam conditionem apposuit præseruatiuam Confiscationis ex causa præterita, præ-
135 senti, & futura: Hæc enim duo † simul implicant, & inter se omninò incompatibilia sunt, quod Delinquens per Mensem ante cōmissum delictum priuatus sit ad commodum vocatorum, cum exclusione Fisci, quodquè præseruatum sit Cameræ ius Confiscandi, etiā ex causa de futuro, & consequentèr ob incōpatibilitatem præcedens Marij dispositio in hac parte, non haberetur pro admissa, sed pro reiecta in licentia donandi, & condendi Primogenituram Cardinali concessa; Id enim
136 est † præcipuus effectus incompatibilitatis, ad tradita *per Bald. cons. 495. num. 9. cum seqq. lib. 5* pluresque relati *per Gratian. discept. 463. num. 3. & seqq. Buratt. dec. 396. sub numer. 7. Bich. dec. 554. num. 14.* & egregie firmant *Paul. de Castr. consil. 102. sub num. 3. vers. contrarium dico, part. 2. Anan. cons. 81. num. 4. vers. qua certa scientia. Alex. cons. 111. num. 19. lib. 2. Cravett. cons. 126. num. 5. vers. tamen si contra. Rota decision. 614. numer. 3. part. 2. recent.*

Inanè demū visum fuit assumptum à scribentibus pro D. Barone deductum, quod Papa non potuerit dictam conditionem in licentia
137 apponere, eo † quod licentiam, vt bona in Forenses alienarentur, denegare non poterat. Istud namquè est paradoxum, dum adsunt tot Constitutiones Apostolicæ acritèr prohibentes huiusmodi alienationes, nedum per Contractus, vt hic, sed etiam per vltimas voluntates, cum decretis irritantibus, atque annullatiuis: Cum enim non agatur de concessio-
138 ne feudali, sed de † Constitutionibus æditis per viam legis generalis, atquè versemur in Principe supremo, in cuius arbitrio stat concedere, vel denegare licentiam à dictis Constitutionibus requisitam, ipse Supremus Princeps ad libitum suæ voluntatis dictam licen-
139 tiam † denegare potest, prout in dies Summi Pontifices illam denegarunt, & denegant etiam subditis; Gratia siquidem est huiusmodi licentias concedere, & nullo iure Principes
140 supremi eas concedere † tenentur inuiti, vt optimè inquiunt *Isern. in capit. 1. num. 13. vers. dicunt quidam, de probib. feud. alien. per Federic. Pasis. de feud. reintegr. cap. 298. numer. 2. fol. 158.* quos refert *Burgatt. cons. 45. nu. 8. lib. 1.* & plenius *cons. 171. num. 49. lib. 2. Natt. cons. 164. numer. 29. vers. vnde Princeps liberè potest denegare assensum, & cō-
fil. 165. numer. 3. vers. caterum tenet inconcussè, lib. 1.* vbi alios adducit *Petrus Peckius de amortizat. honor. cap. 24. num. 1. vers. idem de Principe inter tract. magnos, tom. 11. part. 11. fol. 324. à tergo,* & passim *DD. in cap. Gratiam, de rescript. in 6.*

Doctores autem in contrarium allegati loquuntur in concessionibus feudalibus, & emphitheuticis, ac pro maiori parte de inferioribus Dominis, qui ex forma Inuestiturarum, aut ex pacto, vel consuetudine consensum
141 præstare tenentur, † nec habent iustam causam illum denegandi, de his enim agunt *Rolan. à Valle cons. 56. num. 18. in fin. & num. 21. vers. non obstat, quod Dominus, lib. 4. Burgatt. consil. 256. numer. 11. lib. 3. Lanar. cons. 6. per tot. Syluan. cons. 65 numer. 17. lib. 1.* & alij relati *per Surd. consil. 382. numer. 75. & seq. lib. 3. & decis. 220. num. 54. vers. si Dominus illud concedere consuenit, & num. 56. vers. quia apud eos non viget consuetudo,* & declarat *Rota coram san. mem. Greger. XV. decis. 52. num. 2. in fine, vers. quia loquuntur quando Dominus.*

Quinimmò dum Domini Frangipani de Croatia, & de Foro Iulio, ac Domini de Flisceis erant forenses assensus eis poterat in totū
142 denegari, † nedùm à Sūmo Pontifice Principe supremo, in casu, quo agitur, verum quoq; à quouis alio Domino inferiore, quantumuis etiam in terminis contractuum feu-
143 dalium, & emphitheuticorum, de iure † enim Dominus non tenetur assentiri, vbi in forensem fit alienatio. *Frece. lib. 2. de sub feud. quæst. 23. Petr. Greg. de feud. part. 8. quæst. 7. per tot.* & præsertim, *num. 6. & 25. Cæsar Manent. d. dec. 1. n. 11. 20.*
144 *& 24.* Ac huiusmodi † prohibitiones iustæ sunt, rationabiles, & Reipublicæ valdè vtiles, atquè fauorabiles, ex rationibus adductis *per Roman. cons. 509. num. 11. in fine, vers. caterum hoc subiungo, & num. 13. vers. his tamen non refragantibus. Alex. cons. 41. numer. 11. in princip. vers. sed prohibitio, lib. 5. Barbat. cons. 43. sub numer. 12. vers. quia censetur factum, lib. 1. Calcan. cons. 125. num. 6. Signorol. cons. 21. nu. 3. & 5.* plenè *Cephal. consil. 53. n. 8. & seqq. lib. 1. Surd. cons. 276. nu. 9. tom. 2. Rimin. Iun. cons. 28. nu. 13. & seq. Carpan. ad nou. Constitut. Mediol. in cap. Collegij à nu. 6. vsque ad 11. Duraz.*
145 *decis. 257. num. 5.* Et consequenter † sicut Pontifex ex prædictis licentiam denegare potuisset, multo magis conditionibus sibi benè visis illam restringere, & limitare potuit, in pūcto *Cæsar Manent. dec. 2. nu. 40. vers. igitur si potuit denegare*, qui enim liberam concedendi, & denegandi potestatem habet, non est dubium,
146 quod † grauare potest Concessionariū. *Surd. cons. 29. num. 18. & 19. Cabr. cons. 132. num. 75. lib. 1 Peregr. dec. 106. nu. 3. & 6. in fine,* plureſque relati *per Fusar. de substit. quæst. 511. nu. 1. & duobus seqq. Tondut. quæst. ciuil. lib. 1. cap. 50. nu. 41. & 44.* vbi in facti contingentia, ita obtinuisse profitetur. *Rota dec. 100. §. statutum enim ad med. post Fenzon. ad Statut. Verb.*

Quibus additur, quod idem Cardinalis Antonius, tunc absolutus, & liber Dominus omnium bonorum Marij licentiam disponendi, ità conditionatam acceptauit, atquè sub eadē

con-

conditione donauit, & Primogenituram ordinando executioni demandauit; Vndè quẽ
147 admodum si † ipse viueret eam impugnare non posset, ex allegatis superius, §. *eo magis, quia cum*; Ita nec DD. de Frangipanis, nec alij ad Primogenituram vocati, ab eo, non autem à Mario, eorum vocationem recognoscentes, præfatam conditionem, quam eorum Auctor
148 agnouit, † & facto ipso approbauit, impugnare valent, in terminis *A Pont. dicto consil. 5. num. 69. & 70.* ac in similibus *Decian. respon. 78. nu. 41. lib. 3. Odd. cons. 6. nu. 30. Valasc. de iur. emphit. quæst. 9. nu. 15.* egregiè *Rota coram Bich. decis. 449. numer. 12. in recent. decis. 429. numer. 5. & decis. 115. num. 14. part. 12. & in Romana Domus 29. Nouembris* 1660. §. *sed cessare visa est, coram Reuerendiss. D. Albergato Decano*.

Nec ex eo, quod prædictus Cardinalis Antonius Donationem fecerit, reseruatis sibi in primis, & ante omnia quoad vixerit libera, & plenaria iurisdictione totius prædicti Castri Nemi, meroquè, & mixto Imperio prædictæ iurisdictionis, vna cum vsu Palatij eiusdem Castri, cum omnibus, & singulis eiusdem Palatij, membris, iuribus, & pertinentijs, quæ sibi, & donec naturaliter vixerit, & non vltra reseruauit, & in præsenti Donatione, ac durante ipsius vita naturali tantùm, minimè cõprehensa esse declarauit, inferri potest, quod cum ipse Francisco delinquenti superuixerit, prædicta sibi reseruata, non videantur, sub Confiscatione posse comprehendi.

Quando quidem huiusmodi reseruatio sicut respectu Palatij litteraliter loquitur de vsu, ita pariter quoad iurisdictionem de illius nudo, & simplici vsu, atque exercitio intelligenda venit, substantia ipsius iurisdictionis in Fr̃ancisum primum Donatarium translata, in quẽ actualiter translatum fuit ipsum Castrum,
149 cui † dicta iurisdictio vsquè ab initio annexa fuit, & in quo solita fuit exerceri. *Roman. cons. 444. num. 7. vers. quarto quia iurisdictio. Gasp. Valasc. in repet. l. Imperium, numer. 51. ubique Ioann. Longanillius, nu. 204. ff. de iurisdict. omn. iudic. Couar. practic. quæst. cap. 1. nu. 10. vers. quod ipse censeo. Rosental. de feud. cap. 5. concl. 6. num. 1. 2. & 3. Menoch. lib. 3. præsumpt. 97. num. 14.* Quamuis enim ha-
150 bitu † iurisdictio sit indiuidua, respectu tamen vsus, & exercitij est diuidua, vt probauit *Collegium Bononien. inter cons. Curt. Sen. cons. 50. nu. 15. Capic. Galeott. in eius decis. post tom. 1. contr. art. 3. num. 15. & tom. 2. contr. 1. num. 67. & seqq. & contr. 2. num. 70. & respons. fiscal. 28. num. 130. in fine, & numer. 131.* Vndè tublatis vsu Palatij, & exercitio Iurisdictionis per mortem Cardina-
151 lis, proprietas, & substantia vtriusque † ad se vsum, & exercitium ipso iure traxerunt, atquè consolidarunt, licet tempore mortis dicti Cardinalis ipsa penès Franciscum Frangipanum adhuc non existerent; Consolidatio enim velut ius reale cum proprietate fit,
152 nullo habito respectu † penès quẽ proprietas reperiatur. *ad Text. in leg. generaliter, 32. §. primo vbi gloss. ff. de vsufruct. legat. Dec. consil. 597. num. 4. & seq. Cephal. cons. 158. num. 1. 2. & per tot. & præsertim nu. 27. & seq. lib. 2. Bellon. de iur. accresc. cap. 7. quæst. 19. nu. 70. & seq. Rota coram Merlin. decis. 505. num. 2. & seq. Cardin. Celsi. decis. 399. num. 2. & 3.*

Incalescentibus verò Cameralibus etiam pro incameratione bonorum in Vrbe, & intra quatuor milliaria existentium, ex eo quod
153 omnia dicantur supposita conditioni, † quatenus casus confiscationis non euenerit ad tradita in terminis *per Gomez in d. leg. 40. Tauri, in fine versic. Imò quod*; attentò præsertim quod Cardinalis vigore licentiæ, nulla facta bonorũ distinctione super eius promiscuè Primogenituram instituit, proindeque supposuisse dicitur conditioni ipsius licentiæ illa etiam bona, pro quibus licentia non erat neces-
154 saria, itaut euenientes casu conditionis, omnia veniant indistinctè confiscanda in perpetuum, vt pariter in terminis tenet *Castropal. tom. 1. oper. moral. tract. 4. disput. 4. punct. 6. num. 17.* vbi dicit esse probabiliorem sententiam.

Eò magis attenta natura, & qualitate Pri-
155 mogenituræ, quæ quamuis super † bonis omninò diuersis, & diuisibilibus ordinata, indiuisibilis tamen, & omninò indiuidua est, itaut, nec diuidi, nec eius bona separari possint, vt in specie tradunt *Peregr. cons. 35. num. 9. lib. 3. Tiraquell. de Iur. primogen. quæst. 23. num. 13. Molin. de primogen lib. 2. cap. 1. num. 1. & seq. Castill. tom. 5. contr. Iur. cap. 161. num. 1., Cyriac. contr. 213. nu. 63* & alijs relatis firmauit *Rota in Fuentina successionis 5. Aprilis* 1666. §. *Neque obstare. 7. Maij* 1668 §. *Caterum & 14. Maij* 1669. §. *Accedit coram Reuerendiss. Ottalora*.

Istis tamen non obstantibus magis æquum, & rationabile visum fuit magisque cõforme menti, tàm Pontificis concedentis licentiam,
156 quam Cardinalis ea vtentis, quod conditioni eiusdem licentiæ subiaceant tantummodo Castrum Nemi, cæteraque bona vltra quatuor milliaria ab Vrbe, pro quibus licentia tunc erat necessaria, quo verò ad reliqua bona, quorum erant capaces forenses, & de quibus propria auctoritate Cardinalis disponere
157 poterat, minimè visum fuit, † quod de illis vigore licentiæ, sed ex facultate sibi de Iure competenti disposuerit, vt firmant in puncto *Lopez ad leg. partitar. d. tom. 6. quæst. 2. tit. 11. Molin. de inst. & iur. tract. 2. disput. 582. num. 2. & 3. Sanchez in præcept. decalog. d. lib. 2. tit. 18. num. 50., & 51.*, & quamuis Cardinalis indistinctè pro alienatione omnium bonorum licentiam petierit, & obtinuerit; non tamen censetur se priuare voluisse facultate quam habebat disponendi de bonis in Vrbe, & intra quatuor milliaria absque licentia, & proindè de illis disposuisse dicitur absque grauamine conditionis in licentia appositæ, prout sibi, & vo-
158 catis vtilius erat, † non autem ad terminos licentiæ suam dispositionem in hac etiam parte restringere voluisse, vt propè in terminis respondit *Alex. cons. 55. numer. 6. lib. 5.* & in puncto *Molin. de primog. Hispan. lib. 2. cap. 2. num. 13. & seqq.*, aliter *Molin. Theolog. dict. disput. 582. vers. illud obseruandum est, & disput. 657. numer. 2. in fin. vers. quando non constat, Sanchez d. cap. 18. num. 48. & 50.*

Ratio

Ratio autem indiuisibilitatis Primogeni-
159 turæ procedit dumtaxat respectu † vocato-
rum ad eam, vt nempè non diuidatur inter
plures vocatos, sed semper vnita in solo pri-
mogenito pro tempore conseruetur iuxta
doctrinam *Bald. in auth.ex testamento circa finem C.de collation.*, *Tiraquell.de iure primogen.quæst.* 23. *num.*13. *vers.ius autem & quæst.*51. *num.*1. Secus verò est respectu tertij, cui aliqua pars bono-
rum Primogenituræ alio iure, quam ipsius Primogenituræ debita est; Tunc enim non
potest impediri diuisio, nec separatio dictæ partis bonorum, neque eius applicatio debita
160 tertio indubium reuocari valet, † sed suffi-
cit quod Primogenitura conseruetur indiuisi-
bilis, ac indiuidua respectu residui remanen-
tis pro vocatis, & in quo ipsa firma remanet,
& subsistit, vt in specie respondendo ad dictã
rationẽ punctualiter fauore fisci firmat *Sanch. in præcept. Decalog.d.lib.*2.*d.cap.*18.*d.nu.*50. *in fine vers.quippe non est effectus*.

Visa quoque fuerunt irrelenantia deducta
ex parte Primogeniti D.Marchionis Astallij,
161 quod mirum confiscatio, & † incamera-
tio debeat esse temporalis vsque ad diem, quo
illius nomine petita fuit immissio, & exclu-
dendum esse D.Baronem Cornelium ab om-
nibus bonis vti incapacem, sibiquè super eis
immissionem esse concedendam, cum tanquã
subdito non obstent Constitutiones Apostoli-
cæ, nec licentia pro ipso petita, neque con-
cessa fuerit. Præmisso enim quod Baro Cor-
nelius, aliique Forenses non excluduntur pro-
pter illorum incapacitatem ratione forensita-
tis, sed propter casum confiscationis ob cri-
men Francisci sequutum, & per consequens
162 corruit talis † prætensio, totaliter fundata
in incapacitate forensium, quam Camera non
allegat, & nemo alius allegare potest *Bald. consil.*480.*in tert.quæst.num.*4.*volum.*1., *Surd. consil.* 93.*num.*15.*Rauden.cons.*8.*nu.*1. & 23.*vol.*2. cum alijs relatis *per Cyriac. controu.*205. *numer.*170. *Rot.decis.*670. *numer.*22. *coram Bichio*, Præmisso etiam quod tres sunt bonorum species sub Primogenitura comprahensorum, Castrum videlicet Nemi iurisdictionale, Casalia vltra quatuor milliaria ab Vrbe, & Palatium, alia-
què bona intra quartum ab Vrbe lapidẽ exi-
stentia; Certum est quod respectu Castri Ne-
163 mi, ipse pariter † quamuis subditus omninò
indigebat licentia, prout cauetur in toties cõ-
firmata *Constitution.*3.*Sisti V.* §.4. ibi *Castra oppida, seu feuda, ac iurisdictiones feudales &c., nec in Exteros, nec in alios quoscumque, visi de expressa Romani Pontificis licentia, vendi, permutari, vel donari valeant &c.* Et proindè ipse etiam à dicto Castro Nemi excluditur, ex eisdem fundamentis supradictis ad exclusionem D. Baronis Cornelij.

Quo verò ad Casalia vltra quatuor milliaria ab Vrbe licet respectu eiusdem Primoge-
niti tamquam subditi licentia Apostolica nõ esset necessaria, requirebatur tamen omninò quoad forenses ante ipsum ad Primogenitu-
ram vocatos: Vndè etiam ipse excluditur quoad ista Casalia ob purificationem condi-
tionis resolutiuæ appositæ in licentia, & repe-
titæ in Primogenitura, quia propter dictæ li-
centiæ necessitatem, quoad familias exteras primo loco vocatas, dicta Casalia remanserũt affecta conditioni eiusdem licentiæ, itaut Fa-
miliæ Romanæ successiuè post exteras voca-
tæ, sub tacita, & subintellecta conditione sub-
stitutæ dicantur, quatenùs nullus ex familijs exteris primò vocatis, delictum committat, pro quo sit locus confiscationi; isto autem ca-
su adueniente, intrat confiscatio in perpetuũ respectu omnium, & singulorum vocatorũ, cum virtute dictæ conditionis resolutiuæ, ea purificata Primogenitura respectu bonorum, pro quibus ab initio fuit necessaria licentia
164 quoad omnes vocatos, habeatur pro † non
facta, & delictum vnius officiat etiam, & ob-
stet alijs quamuis ex propria persona vocatis, plenè *Peregrin.d.conf.*77.*numer.*8.10.& 11.*lib.*3., *Rot.in recent.dec.*203.*num.*24.& 25.*part.*6.& *in d. Bononien.fidicõmissi de Bonys* 15.*Decembris* 1670. *coram R.P.D.Bourlemont* §.*nec nõ euertitur*, & alij supra relati, & in similibus terminis consulti responderunt *Ruin.conf.*150.*num.*9. *vers.secundo infertur.volum.*3.*Soccin.sen.conf.*21.*num.*2.& *duobus seqq.vol.*3., *Castill.tom.*6.*controu.iur. cap.*119. *num.*9., *Fusar.de subfeit.quæst.*582.*nu.*21., *Surd.de-cis.*101.*num.*7.

Postremò quæ reperebantur à scribentibus pro d.D.Primogenito circa licẽtiam, & quod
165 clausula, *sine præiudicio*, sit tantum † præser-
uatiua iurium, ex supra deductis abundè sub-
lata fuerunt: Quando enim Princeps de re,
quæ sine ipsius consensu non esset in commer-
cio disponendi, facultatem concedit, duorum præcipuè considerator intereſſe, videlicet ip-
sius Principis, ac intereſſe Subditi licentiam obtinentis: Vndè si assensum præstat sine di-
166 cta clausula, vel simili præseruatiua, † etiam
pro suo iure, ac in sui præiudicium consensis-
se dicitur: Si autem è conuerso d.clausulam sui iuris præseruatiuam apponit, tunc solum modo subditum habilitasse dicitur, vt bona respectu sui particularis intereſſe alienare pos-
sit, non autem facultas ad intereſſe Principis
167 extenditur, qui proindè † eueniente casu
bona vtique confiscare potest, vt declarat *Præpositus in cap.*1. §.*quid ergo num.*2.*de inuest.de re alien.facl.* vbi dominos cautos esse monet, vt in assentibus præstandis addant illam clausulam, *salvo iure nostro*, ibique *Martin.Landen. vers. sint ergo cauti Domini, & Affitil.num.*15.21.26.& 30. *Valdris Zafius de feud.par.*9.*num.*9.egregiè *Barfatt.conf.*171. *per tot.num.*33. *vers.sexto hæc omnia* & indiuiduo *nu.*37. *vers.cum propter dictam clausulam lib.*2.*Mart. d.conf.*147. *nu.*46.*in fine vers.& ita voluit Zuccard.conf.*3.*num.*75.& *seq. Mantan.in repetit. leg.Imperialem in princ.numer.*108. *C. de prohib.feud.alienat. per Federic.Ion., Franc.de Pont te de potest.Proreg.tit.*3.*de resut.feud.* §.5. *sub numer.*30. *Cyriac.diff.contr.*446. *numer.*7.& 8. *Carleual. de iudic. disput.* 23. *numer.* 60. & 63. *in fine*.

Ex eo autem, quod licentia fuerit conces-
sa pro forensibus, non intrat obiectum quod purificata conditione excludantur solum ipsi

foren-

forenſes non tamen locum habeat cõfiſcatio in perpetuum, ſed firma remaneat Primogenitura fauore Subditorum.

Quoniam firmata inſeparabilitate Primogenituræ à licentia Apoſtolica reſultante ex explicita relatione ipſius Primogenituræ ad
168 dictam licentiam, † ac ex inſertione illius in Inſtrumento Donationis, perneceſſe ſequitur, quod reſpectu eorumdem bonorum ipſa Primogenitura in eodem caſu purificatæ conditionis confiſcationis, & incamerationis perindè habeatur, ac ſi nunquam facta fuiſſet, idquè plenè probatum eſt ſupra reſpondendo argumentis D. Baronis Cornelij; Et hoc intelligitur coæqualiter reſpectu omnium, & ſingulorum poſt delinquentem vocatorum, ſiue Forenſium, ſiue ſubditorum, cum omnes ſubordinatè, & ſucceſſiuè vocati fuerint, & Subſtituti intelligantur, quatenùs nullus ex primo nominatis crimen cõmittat, per quod ſequatur confiſcatio, quæ fit in perpetuum, & eſt totaliter deſtructiua Primogenituræ reſpectu illorum bonorum, pro quibus ab inito fuit neceſſaria licentia Apoſtolica: Ex purificatione enim dictę conditionis appoſitæ in licentia, & repetitæ in Primogenitura non poſſunt dici effecti incapaces Forenſes vocati poſt Franciſcum, ſed dicitur extincta, diſſoluta, & terminata ipſa Primogenitura, quæ diſſolutio, extinctio, & terminatio tanquam perpetua nocet etiam Subditis, qui proindè
169 non † poſſunt allegare vulgarem anomolam, cum iſta de neceſſitate præſupponat durationem fideicommiſſi, vt notat *Alex. conſ.* 1. num. 15. *lib.* 1. In caſu verò noſtro fideicom-
170 miſſum, ſeù Primogenitura extincta, † diſſoluta, & termicata eſt in perpetuum, quoad bona, pro quibus Franciſcus delinquens habuit neceſſitatem licentiæ Apoſtolicæ, vt toties ſupra probatum eſt doctrinis punctua-
171 liſſimis. † Addito quod Doctores allegati pro vulgari anomola loquuntur, & procedũt quando vocatio eſt pura; Vndè ſecus eſt quãdo eſt conditionalis, vt hic, tunc enim defe-
172 cta conditione ceſſat dicta vulgaris, † & fideicommiſſum, quoad omnes, excluditur *Alexand. dict. conſil.* 1. *num.* 9. *&* 11. *lib.* 1. *Pereg. conſ.* 36. *numer.* 28. *lib.* 3. *Altograd. conſ.* 46. *numer.* 50. *lib.* 1. *Rot. in recent. deciſion.* 49. *per tot. & deciſ.* 154. *n.* 12. *cum ſeqq. part.* 13.

Et ceſſat omnis vmbra difficultatis, quia ſan. mem. Alexander VII., concedendo licentiam alienandi in Exteros duo fecit, alterum
173 forenſes habilitauit, † & alterum facultatem conceſſit diſponendi de bonis Marij; vtrumquè tamen confeſſionis caput, ac omnia, & ſingula in ea contenta qualificauit, mediante dicta conditione præſeruatiua confiſcationis ex cauſa de præterito, de præſenti, & de futu-
174 ro, atque addidit clauſulam, † *perindè ac ſi non emanaſſent*: Cum autem Cardinalis acceptauerit huiuſmodi licentiam ſic qualificatã, & iuxtà illius tenorem pro forenſibus, & ſucceſſiuè pro familijs Romanis Primogenitură ordinauerit, perneceſſe Primogenitura non poteſt dici facta Romanis, niſi quatenùs confiſcationis caſus in aliquo ex forenſibus non
175 eueniret: † Hoc autem caſu adueniente, iam Cardinalis per acceptationem licentiæ conſenſerat, vt Camera confiſcare poſſet omnia bona, pro quibus in forenſibus fuit opus dicta licentia; Et conſequenter exindè fuit ius quæſitum Cameræ, in cuius præiudicium nec potuit, nec voluiſſe cenſetur poſtea diſpone-
176 re, vt eadem bona ad Romanos † tranſirent cum excluſione ipſius Cameræ prius habentis ius confiſcationis ſuper eiſdem bonis, ad tradita *per Caſtren. conſil.* 432. *numer.* 2. *in fine verſic. & illi alteri ius ſit quæſitum lib.* 1. *Rot. deciſ.* 189. *nu.* 9. *part.* 12. *recent.*

Nec officit ſubtilis diſtinctio, quod prohi-
157 bitio alienandi bona in Forenſes, † intelligenda ſit, & locum habeat, ſolum quando alienatio fit titulo ſingulari, ſecus quando titulo vniuerſali ſimul cum alijs rebus vniuerſitatem conſtituentibus bona alienantur ex *Fulgoſ. conſil.* 215. *numer.* 12. & alijs exemplo Iuriſpatronatus, & rei litigioſæ.

Quia pœnitùs ceſſat ex lectura dictarum Conſtitutionum Apoſtolicarum, in illa enim *Clementis VIII.* 78. §. 2. *ante fin.* alienatio verbis
178 vniuerſalibus, † tàm directè, quam indirectè prohibetur, quo caſu alienatio ex quocumquè titulo, ſiue particulari, ſiue vniuerſali reſultans, prohibita cenſetur *Ruin. conſil.* 89. *numer.* 36. *& conſil.* 98. *numer.* 11. *lib.* 2. *Sylvan. conſil.* 25. *numer.* 17. *Carpan. ad nou. Conſtit. Mediolan. cap. Collegij titul. de Iur. fiſc. numer.* 56. *Rot. deciſion.* 251. *numer.* 18. *& ſeqq. part.* 8. *recentior.* atque in eadem Conſtitutione *Clementis* §. 9. & in alia præcedenti *Sixti V.* §. 6. à prohibitione in illis inducta excipitur titulus ſucceſſionis vniuerſalis ab inteſtato, ſi-
179 gnum euidens, quod idemmet † titulus vniuerſalis in prohibitione compræhenditur, quia prohibitio intelligi debet iuxtà
180 terminos † exceptionis *Bartol. in l. ſi cum.* 10. §. *Qui iniuriam. ſub numer.* 8. *ff. ſi quis caution. Corn. conſil.* 57. *numer.* 1. *verſic. ex quo ergo excepcuat. lib.* 1. *plenè Altograd. conſil.* 68. *numer.* 46. *lib.* 1. *Cyriac. controu.* 210. *nu.* 5. *Bichius deciſ.* 612. *num.* 8.

Idquè ſuadent rationes obuiandi mali-
181 tijs hominum, & aliæ in Conſtitutionibus expreſſæ, quæ cum non minus habeant locum in diſpoſitionibus vniuerſalibus, quam particularibus, vtrumquè caſum ſine dubio
182 compræhendunt, ex vulgari regula, † quod vbi militat eadem ratio vniformis locum habet legis diſpoſitio ex adductis per *Auguſt. Barboſ. axiom.* 197. *num.* 3. *Cyriac. controuerſ.* 97. *numer.* 12. *Rota deciſ.* 77. *num.* 18. *part.* 10. *& deciſ.* 230. *num.* 21. *part.* 12. *recent.* Cumquè Cardinalis Caſtrum Nemi in ipſa Donatione expreſſè nominauerit, ſimile deductum rerorquetur, nam
183 tunc demũ in translatione Iuriſpatronatus † cum vniuerſitate bonorum licentia, & conſenſus Ordinarij non requiritur, quando abſque vlla particulari eiuſdem Patronatus ſpecificatione titulo vniuerſali cum hæreditate, villa, vel alia vniuerſitate transfunditur; Secus autem quando ipſarum rerum particula-

rium.

184 rium, & signatè Patronatus fit translatio, † tunc enim non attenta tituli vniuersalitate, necessarius est Ordinarij consensus, sine quo translatio nulla est, nec subsistetur ad *text. in cap. quod autem 5. de Iurepatr. Ferrett. consil. 134. num. 11. Sanchez ad precept. Decalog lib. 2. cap. 19. num. 3. August. Barbos. lib. 3. iur. Eccles. vniuers. cap. 12. num. 343. Ciarlin. lib. 1. contr. forens. cap. 107. num. 84. Rota decision. 164. num. 5. & 6. part. 11. recent. & in Firmana iurispatronatus 9. Iunij 1656 in prine. coram Reuerendissimo Domino Albergato Decano.*

185 Nec aduersatur quod *in* † *d. Constitutione 107. fan. mem. Alexandri VII.* reuocatæ fuerint omnes licentiæ in his terminis tàm à suis Prædecessoribus, quàm ab ipso cõcessæ, Quia huiusmodi reuocatio nedum intelligitur, sed expressè loquitur de illis licentijs, quæ vsque tunc non habuerunt effectum, & ideò non
186 capit controuersiam, quæ statim effectuata † fuit per eius acceptationem factam à Cardinale Antonio, & per Donationem, ac Primogenituram eius vigore peractas, & nomine Donatariorum, & vocatorum acceptatas à Paulo Macarano Procuratore, ac successiuè pari modo acceptatas actualiter à Francisco primò Donatario, qui eius vigore assequtus fuit, & vsque ad mortem retinuit veram, & realem possessionem omnium bonorum: Nõ refragante, quod adhuc non videatur effectua-
187 ta respectu D. Baronis Cornelij, † quia effectuatio, & acceptatio facta per primum Donatarium omnibus successiuè vocatis suffragatur *per text. in l. quoties 4. C. de donation. quæ sub mod. Molin. de Primog. Hispan. lib. 4. cap. 2. num. 75. in secundo casu, Cyriac. contr. 312. num. 83. & duobus seqq. Rota dec. 683. nu. 8. & 9. part. 1. diuers. in rec. dec. 40. nu. 20. & seqq. part. 9. & dec. 116. num. 7 part. 12.*

Sicuti non est alicuius momenti, quod *in eadem Constitutione 107. fan. mem. Alexandri VII.* præcipiatur, quod infrà tres menses deberent exhiberi licentiæ apud acta Lucarelli: Quia quatenus exhibitio requireretur etiam in licentijs iam effectuatis, quod non admittitur, & non fuerit à Francisco peracta; attamen ipse pleniùs impleuit, ex quo eam exhibuit ipsimet Summo Pontifici Alexandro VII. & ab eo obtinuit pluriès indultum non cõmo-
188 randi in Vrbe, & Statu Ecclesiastico; † pinguiùs igitur impleuisse constat, & tamen implementum per æquipollens est sufficiens cũ forma præfata data, & inducta fuerit ad certũ effectum euitandi fraudes *Bald. in l. si quis mihi bona 25. §. sed si mandauit ff. de acquir. hared. Roman. consil. 433. numer. 1. vers. septimò, & seqq. Paris. cons. 99. num. 16. & 17. lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 4. numer. 45. Marescot. lib. 1. var. resol. cap. 68. num. 1. & 2. Seraphin. decis. 1413. nu. 3. Bich. decis. 458. num. 23. & 24. in recent. decis. 353. nu. 5. part. 6. & decis. 465. num. 5. part. 9. tom. 2. dec. 363. n. 5. & 6. part. 10. & in Bononien. Primogenitura de Lupatis 5. Martij 1666. §. tamen quia corã R. P. D. Bourlemont.*

In bonis demum in Vrbe, & intra quatuor milliaria existentibus non debetur immissio d. Primogenito D. Marchionis, sed D. Baroni Cornelio, tanquam primo vocato; nam ob delictum commissum à Francisco non fuit caducatus gradus subsequentis substitutionis, nec sumus in terminis vulgaris Anomaliæ, sed ex dicto delicto Primogenitura remansit resoluta, & pro non facta respectu Bonotum de quibus Delinquens habuit opus licentia, vt supra probatum est: in reliquis ve-
189 rò, de quibus dictus Franciscus † non indigebat licentia, & quæ proindè non cadebant sub conditione resolutiua, Primogenitura remansit firma, & aperta fuit fauore D. Baronis, qui primo loco post Franciscum, eiusque descendentiam vocatus fuit *per text. clar. in l. quamdiù instituta 68. ff. de acquir. hared. & in l. cum in testamento 37. ff. de hared. instit.* latè *Gabr. cons. 5. num. 12. & 13. lib. 1. Surdus cons. 34. num. 13. & seqq. Fusar. de substit. quæst. 469. num. 78. Rota coram Bichio dec. 17. nu. 11. & seqq. & dec. 27. nu. 5. Card. Cels. decis. 373. num. 11. & in Interamnen. fideicommissi 26. Ianuary 1654. coram R. P. D. Beuilacqua.*

Denique non obstant deducta per DD. de Matthęis petentes immissionem ex antiquiori fideicommisso q. Antonini Frangipani in possessionem certorum bonorum Vrbis, & vnius Casalis ab Vrbe positi vltrà quatuor milliaria vigore testamenti ab illo conditi *die 29. Decembris 1537.* vt supra dictum fuit.

Quãdoquidem Antoninus aliud deindè testamentum condidit *die 18. Iuny 1540.* quod
190 attendendum † est; non autem aliud præcedẽs per posterius de necessitate reuocatum *§. Posteriore instit. quib. mod. testam. infirm. l. 1. §. penult. ff. si tabul. testam. null. extab.* cum alijs superius adductis.

Alienatio Iuriſpatronatus cum vniuerſitate bonorum tunc tenet ſine conſenſu Ordinarij, quando abſque vlla particulari Iuriſpatronatus mentione fit. *deciſ.536.num.184.Caſtaldo.*

Secus, ſi aliqua ſpecialis mentio Iuriſpatronatus fiat in alienatione, quia tunc ſecus eſt. *ibidem numer.184.*

Alienatio Iuriſpatronatus quando fit, cum vniuerſitate bonorum, licentia, & conſenſus Ordinarij non requiritur. *dec.536.nu.183.Caſtaldi.*

Alienari in forenſes, bona, quando ſunt prohibita per Principem, iſta alienatio intelligitur reſpectu tituli ſingularis, non autem vniuerſalis. *dec.536. num.177.Caſtaldo.*

ALIMENTA.

Alimenta collitiganti iudicis officio decernuntur. *dec.48.num.5.Albergato.*

Alimenta paupertate concurrente vna cum bono iure debentur. *deciſ.94.nu.1.Veroſpio.*

Alimenta illi non ſunt præſtanda, qui aliundè ex quo ſe alere poſſit, habet. *deciſ.442. num.6. Albergato.*

Alimenta non poſſunt dici exceſſiua, quando adeſt turbiditas. *dec.112.nu.39.Tata.*

Alimenta decernuntur ad rationem fructuum rei ſub lite vertentis. *dec.94.nu.9.Veroſpio.*

Alimenta, & ſumptus litis non poſſunt prætendi, bonorum ſtante deficientia, ſecus quando apparet tanta eſſe bona, ex quibus alimenta poſſint deduci. *dec.127. nu.4.& 5.Benilaqua.*

Alimenta ex cuius rei fructibus debeantur. *dec.482. nu.7.& 9.Bourlemont.*

Alimenta in commiſſione Papa mandante ſubminiſtrari non intrat ſuper illorum præſtatione diſputatio. *dec.127.num.1.Bourlemont.*

Alimenta pinguiora debentur ei, qui habet familiam pinguiorem. *deciſ.535.num.10.Cerro.*

Alimenta hæres tenetur legatarie ſubminiſtrare. *deciſ.442.num.11.Albergato.*

Alimenta prætendens debet docere de paupertate, adeo vt non habeat, vnde viuat. *deciſ.204.num.15. Cerro.*

Alimenta attenta quantitate bonorum, & perſonarum qualitate, aliiſque circumſtantijs à Iudice taxantur. *deciſ.127.num.2.Benilaqua.*

Alimenta nepoti debentur ex fideicommiſſo auito, etiam in concurſu creditorum patris viuentis. *dec. 482.num.5.Bourlemont.*

Alimenta cenſentur debita filiæ donec illi dos conſtituatur. *deciſ.94.num.8.Veroſpio.*

Alimenta à filijs in concurſu creditorum ſuper bonis paternis prætendi nequeunt. *deciſ.482. num.3. Bourlemont.*

Alimenta à patre filiæ debentur, donec dotem ſoluat. *deciſ.413.num.7.Otalora.*

Alimenta prætendi tantum poſſunt in ſubſidium, quando tractatur de bonis reſtitutioni obnoxijs, *deciſ.204.num.14.Cerro.*

Alimenta pupillo decernuntur ex officio Iudicis. *deciſ.112.num.33.Tata.*

Alimenta quando ſint ſubminiſtranda etiam illi, qui vnde viuat, habet. *deciſ. 442. numer.7. Albergato.*

pro Alimentis competit via executiua. *dec.272.n.8. Albergato.*

Alimentorum taxatio ab arbitrio iudicis pendet attentis facti circumſtantijs, & qualitate perſonarum conſiderata. *deciſ.442.nu.1.Albergato.*

Alimentorum ratione filius habet hypothecam anteriorem creditoribus patris. *deciſion.87. num.9. Priolo.*

Alimentorum Ius etiam inter tranſuerſales competit, etiam alijs extra primum gradum exiſtentibus. *deciſ.204.num.9.Cerro.*

Alimentorum præſtatio in linea collaterali, non porrigitur vltra primum gradum. *deciſ.204.nu.8. Cerro.*

in Alimentorum aſſignandorum materia attenditur, quantum in iſtis erogari volebat is, qui ea præſtari iuſſit. *dec.127.nu.3.Benilaqua.*

Alimentorum mulier legataria non tenetur ob matrimonium ex menſa hæredis alimenta percipere. *deciſ.442.num.10.Albergato.*

Alimentorum præſtatio ſub vſufructu vxori legato continetur. *deciſ.216.nu.1.Veroſpio,*

ALENDI onus tanquam bonis ipſis inhærens tranſit cum illis ad quemcumque poſſeſſorem. *deciſ. 48.nu.1.Albergato.*

Alendi onus filiam patri inhæret. *deciſ.318.num.15. Veroſpio,*

Alere nepotes, auus ſicut viuens tenetur, ità eo mortuo ſunt ei alimenta præſtanda in concurſu creditorum patris *deciſ.87.num.5.Priolo.*

in ALTARI publico Sacerdoti cuilibet celebrare licet. *deciſ.234.num.1.& 2.Albergato.*

ALLEGANS.

Allegans ſeruitutem pro ſe debet probare eam acquiſiuiſſe vel pacto, vel teſtamento, vel præſcriptione. *dec.398.num.3.Cerro.*

Allegans ſeruitutem, granatur onere pleuæ, & concludentis probationis. *deciſ.276. num.1. Otalora.*

Allegare non valet nemo ad fauorem alicuius, ea quæ fiunt ſi ille non allegat, alius. *deciſ. 536.nu. 162.*

Allegari creditum in eſſe non deductum non poteſt ad obtinendam cum illo compenſationem. *deciſ. 217.num.13.Benilaqua.*

ab Allegante læſio eſt probanda. *deciſ.468.numer.11. Carpineo.*

Allegari ignorantia non poteſt, cui factum eſt notum. *deciſ.532.num.30. Bourlemont.*

ab Allegãte debet probari exceſſus ſi non præſumitur. *deciſ.334.num.1.Albergato.*

Alternatiua reſoluitur in coniunctiuam concurrente diſponentis voluntate tranſmittendi bonorum

ad filios, quam ad nepotes hæredes inſtituti, *deciſ.* 123. *num.* 30. *Vicecomite*.
Alterare Primogenituram ipſam poſſidens non poteſt, & multò magis diuerſam ab ea conſtituere, *deciſ.* 519. *num.* 4. *Verospio*.
ſuper AMISSIONE Adminiſtrator, qui eſt obligatus ad librorum cuſtodiam non inrat, *deciſ.* 455 *num.* 5. *Albergato*.
Amiſſionis librorum præſumptio militat contra adminiſtratorem ob præcedentem illius obligationem exhibendi libros, *ibid. num.* 7.
AMITAE Mater præfertur in renouatione emphiteuſis expiratæ per obitum filij, quod declara *deciſ.* 476. *num.* 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. *Taia*.
per AMOREM, & ſpecialem amicitiam, nominis ambiguitas declaratur, quando plures extant eiuſdem nominis, *deciſ.* 44. *num.* 4. *Vicecomite*.
Et ſi contrarium admitteretur, ſequeretur quod perſona minus dilecta apud teſtatorem prælationem obtineret in illius ſucceſſione, *ibid. num.* 5.
propter Amorem, & benemerita, Legata, & Hæreditas relinqui ſolent, *ibid. num.* 6.
Amoris cauſa conſeruandi, facta renunciatio, non indiget probatione, *deciſ.* 221. *num.* 5. *Emerix*.
AMPLIATIVA eſt dictio alias, nec ſe reſtringit ad ſimilia eiuſdem qualitatis, *deciſ.* 308. *num.* 9 *Carpineo*.
Amplia, *ibid. num.* 10.

A N I M V S.

Animarum cura habitualis penes duos, in eadem Eccleſia reſidere non poteſt, *deciſ.* 294. *numer.* 10. *Emerix*.
ſine Animo nemo acquirit, *deciſ.* 21. *num.* 18. *Taia*.
Animo compenſandi Legatum factum cum proprio debito debet iudicari liberum, & perpetuũ, *deciſ.* 328. *num.* 4. *Emerix*.
ab Animo præſcriptio, qualificatur præſcribendi, *deciſ.* 189. *num.* 7. *Taia*.
ex Animo Conductoris, in ſoluendo penſionem, arguitur poſſeſſio illius, cui ſoluitur affictus, ſeu penſio, *deciſ.* 520. *num.* 23. *Bourlemont*.
Animus ex verbis, & factis dignoſcitur, & ex facto ſubſecuto, *deciſ.* 21. *num.* 9. & 10. *Taia*.
Animus Teſtatoris, per duos Teſtes benè probatur, *deciſ.* 137. *num.* 10. *Benilaqua*.
Animus mulieris debet eſſe liber à minis Conſanguineorum, ne illius conſenſus liber ad matrimonium neceſſarius, eorum minis extorqueatur *deciſ.* 312. *num.* 3. *Cerro*.
ANNONAE Libri publici, pretium frumenti benè probant, *deciſ.* 421. *num.* 6. *Emerix*.
ANOMALA vulgaris quando expiret per prædeceſſum primi ſubſtituti, & quando non, *deciſ.* 472. *num.* 17. *Ottalora*.

A N N V S.

Annata quæ ex Beneficijs vacantibus venit ſoluẽda, pro vnitis ſolui non poteſt, cum in eis impoſſibile ſit dare vacationẽm, *deciſ.* 488. *num.* 30. *Bourlemont*.
Annorum dinumeratio non attendit aliquam iudicis declarationem, *deciſ.* 19. *num.* 10. *Benilaqua*.
Annorum quadraginta præſcriptio reddit poſſeſſionem inutilem, *deciſ.* 520. *numer.* 100. *Bourlemont*.
Annorum 30. obſeruantia publica, & diuturna, quid operetur, *deciſ.* 32. *num.* 7. *Taia*.
Annus inchoare debet à die regulæ penes indultæ, *deciſ.* 116. *num.* 16. *Priolo*.
Annus probationis eſt adeo neceſſarius, vt illi non poſſit Nouitius renuntiare, *ibid. num.* 22.
de ANNALI Regula, quę nam requirat ad ſubſtinendam gratiam, *deciſ.* 518. *numer.* 13. *Bourlemont*.
de Annali Regula non requirit titulum, ſed mera detentationem, *ibid. num.* 14.
ANTECEDENTES, præſentationes ſubſequentes declarant, *deciſ.* 315. *num.* 32. *Priolo*.
ANTERIOR creditor, debet poſteriori præferri in conſecutionem pecuniarum prouenientium ex effectibus communium debitorum, quando in concurſu conſignatę fuerunt cum obligatione de reſtituendo prioribus, & potioribus, *deciſ.* 149. *num.* 1. & 2. *Benilaqua*.
Anterior in poſſeſſione in illa venit manutenendus *deciſ.* 66. *num.* 7. *Emerix*.
Anterior creditor eſt poſterioribus præferendus, *deciſ.* 315. *num.* 2. *Carpineo*.
Anterior creditor, poſteriori ſemper eſt præferendus, *deciſ.* 396. *num.* 13. *Cerro*.
Anterior Dos præfertur mutuanti in cauſa principali poſteriori, *deciſ.* 214. *num.* 14. *Bourlemont*.
Anteriorem hypothecam habens præfertur habenti poſteriorem, *deciſ.* 259. *num.* 8. *Albergato*.
Anteriori poſſidenti manutentio datur, *deciſ.* 60. *numer.* 1. *Vicecomite*.
Maximè quando poſſeſſio tributa fuit poſſeſſori Iudicis auctoritate quemcumque alium ſua poſſeſſione priuantis, *ibid. num.* 2.
Anterioritas vt conſequatur, quid requiritur, *deciſ.* 440. *num.* 5. *Ottalora*.
Anterioritas crediti ex quibus excludi nequeat, *deciſ.* 149. *num.* 12. *Benilaqua*.

A N T I Q V I T A S.

Antiquę enunciatiuę contentæ in diuerſis Inſtrumentis bene inſeruiunt pro probatione exiſtentię Iuriſpatronatus, *deciſ.* 509. *num.* 5. *Bourlemont*.
Et probant etiam in præiudicium tertij, *ibid. num.* 6.
Antiquæ enunciatiuæ, vt dicantur ad effectum probandi filiationem, debent eſſe centum annorum, *deciſ.* 535. *num.* 20. *Seuerola*.
ex Antiquiori fideicommiſſo venientes, & nominatim non ſunt vocati, ſed nominatio non inducitur niſi per interpretationem, & tunc non debetur immiſſio, in concurſu fideicommiſſi poſterioris clari, & litterali, *deciſ.* 536. *numer.* 192. & 193.
in Antiquis enunciatiuæ in diuerſis Inſtrumentis emiſſę quando verſemur, optimè probant deſcendentiam, *deciſ.* 268. *num.* 9. *Cerro*.
in Antiquis ad identitatem iuſtificandam ſufficiunt leuiores probationes, *deciſ.* 520. *numer.* 89. *Bourlemont*.
in Antiquis enunciatiuis pluribus, & geminatis filiatio, quando probetur, *deciſ.* 535. *num.* 18. 19. & 23. *Seuerola*.
in Antiquis enunciatiuæ, quod probent, procedit in vim probationis antiquitatis, quæ non operatur circa ſubſtantiam diſpoſitionis, ſed tantum probationem illius ſupplet, & credibiliorem facit, *ibid. num.* 21.
Antiquiſſimis Scripturis ſtandum eſt in probanda identitate bonorum, *deciſ.* 520. *num.* 92. *Bourlemont*,

rerum Antiquiſſimarum de probatione quando agitur, quid ſit intendendum, *deciſ.* 520. *numer.* 44. *Bourlemont*.
in Antiquiſſimis præſumptiones potentiſſimę deſeruiunt ad probandam identitatem in antiquis, *ibid. num.* 47.
in Antiquiſſimis confines, dum ſumus, probantur ex enunciatiuis Inſtrumentorum, *ibid.* 520. *num.* 48.
in Antiquiſſimis, & maximę ad confinia, quid ſit efficaciſſimum, *ibid. num.* 56.
Antiquitas non efficit, ſed adiuuat probationem, quatenus exiſtat, *deciſ.* 535. *num.* 22. *Seuerola*.
ob Antiquitatem temporis immemorabilis, quando additur improbabilis admittitur ad illam probandam, quando pro ea aſſiſtit Iuris præſumptio, & poteſt probari aliquod tempus, *deciſ.* 69. *num.* 11. 12. & 19. *Taia*.
Antiquum feudum quando eſt, tunc propter felonium ab vno in Dominum commiſſam, ille omneſque deſcendentes, & agnati vſque in tertium gradum priuantur feudo, *deciſ.* 536. *num.* 127. *Gaſtaldo*.
AEQVALITATEM dictio, & denotat, & efficit vt vnum ſit de vno, quam de altero ex copulatis, *deciſ.* 159. *num.* 4. *Cerro*.
AEQVIVOCVS Teſtis, non eſt ad probandum releuans, *deciſ.* 520. *num.* 35. *Bourlemont*.

APPELLATIO.

Appellandi habilis ſemel approbatus, & deinde vti inhabilis reiectus habet iuſtam cauſam ab examinatorum relatione, *deciſ.* 350. *num.* 3. *Ottalora*.
ad Appellandum terminus currit à die prolationis Sententiæ, *deciſ.* 55. *num.* 3. *Taia*.
non Appellans à relatione periti, cenſetur illius relationi acquieſcere, *deciſ.* 42. *num.* 1. *Priolo*.
Appellanti appellatio ſicuti ſuffragatur ita, & eandem cauſam habenti, *deciſ.* 126. *numer.* 44. *Verospio*.
Appellanti à Sententia priuatoria poſſeſſionis, manutentio debetur, *deciſ.* 147. *num.* 2. *Vicecomite*.
Appellare licet à relatione tertij periti, *deciſ.* 290. *numer.* . *Taia*.
Appellare licet à mala examinatorum relatione, quando fuit iudicialiter proceſſum, *deciſ.* 290. *num.* 2. *Carpineo*.
Appellatio eſt de appendicijs illius inſtantiæ, cuius eſt ſententia, *deciſ.* 9. *num.* 7. *Vicecomite*.
Appellatio non tollit boni Iuris præſumptionem, *deciſ.* 48. *num.* 7. *Albergato*.
Appellatio de Iure datur à mala examinatorum relatione quando agitur de Beneficijs ſimplicibus, & præſentatio, & inſtitutio ſucceſſiuè ea non obſtante facta, dicuntur attentatæ, *deciſ.* 238. *num.* 2. *Emerix*.
Appellatio ad Rotam à mala examinatorum relatione, impediri non poteſt, *ibid. num.* 11.
Appellatio datur à mala examinatorum relatione, *deciſ.* 390. *num.* 2. *Ottalora*.
Appellatio tàm quoad effectum ſuſpenſiuum, quàm deuolutiuum admitti debet, quando Iudex iudicialiter proceſſit, *deciſ.* 418. *num.* 4. *Ottalora*.
Secus ſi extraiudicialiter, *ibid. num.* 5.
Appellatio à mala examinatorum relatione eſt admittenda ad effectum ſuſpenſiuum, *deciſ.* 329. *num.* 6. *Taia*.
Appellatio quando non fuit proſecuta, nec acta transportata, remanet deſerta, & collitigantes ab ea receſſiſſe cenſentur, *deciſ.* 219. *num.* 7. *Ottalora*.
Appellatio ſententiæ effectum impedit, *deciſ.* 24. *numer.* 15. *Albergato*.
Appellatio ſicuti appellanti ſuffragatur ita, & eandem cauſam habenti, *deciſ.* 126. *num.* 44. *Verospio*.
Appellatio quando ad effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum admittitur, *deciſ.* 399. *num.* 4. *Carpineo*.
Appellatio ab vno ex collitigantibus interpoſita iuuat alios, quando cauſa defenſionis non eſt diſtincta, *deciſ.* 104. *num.* 4. *Taia*.
Appellatio ad effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, ex quo intret, *deciſ.* 339. *num.* 5. *Benilaqua*.
Appellatio à decreto excommunicationis, non datur, *deciſ.* 496. *num.* 9. *Albergato*.
Quod limita, & declara, *ibid. num.* 10.
Appellatio non ſubſtinetur quando interpoſita fuit ab eo, qui non habuit mandatum, & à quo iudicium inſtitui nequiuerat, *deciſ.* 219. *numer.* 5. *Ottalora*.
Appellatio à Vicario ad Epiſcopum non datur, ſed ad Metropoliranum, *deciſ.* 115. *num.* 20. *Vicecomite*.
Appellatio in Iudicio manutentionis non datur, quoad effectum ſuſpenſiuum, *deciſ.* 339. *num.* 3. & 4. *Benilaqua*.
Appellatio ab inferiori ad ſuperiorem, de Iure Canonico datur, *deciſ.* 400. *num.* 3. *Emerix*.
Appellatio à ſuperiori ad inferiorem, nec de Iure Ciuili, nec Canonico, conceditur, *ibid. num.* 4.
Appellatione mortis naturalis, mors ciuilis non venit, *deciſ.* 453. *num.* 3. *Benilaqua*.
Appellatione pendente poſſeſſio capta attentata, nec eſt manutenibilis, *deciſ.* 446. *num.* 8. *Emerix*.
Appellatione Clericorum comprehenduntur Clerici primæ Tonſuræ, *deciſ.* 533. *num.* 7. *Benilaqua*.
Appellatione Decimarum, materiale emolumentum ſignificatur ſeiunctum à Iure decimandi, *deciſ.* 424. *num.* 10. *Albergato*.
Appellatione intra biennium non proſecuta Sententia rei iudicatæ, vires aſſumit, *deciſ.* 215. *numer.* 1. *Verospio*.
Appellatione hæredum legitime deſcendentium veniunt fœminæ qualitatem hereditariam habentes, *deciſ.* 18. *num.* 5. *Emerix*.
Appellatione pendente collatio facta attentatorum vitio laborat, & nullum ius promiſſo tribuit, *deciſ.* 147. *num.* 6. & 7. *Vicecomite*.
Appellatione Collateralium veniunt etiam fœminę, *deciſ.* 253. *num.* 2. *Emerix*.
Appellatione deſcendentium veniunt tàm maſculi ex maſculo, quàm maſculus ex fœmina deſcẽdens, *deciſ.* 306. *num.* 3. *Cerro*.
Appellatione deſcendentium fœminæ, quoque includuntur, *deciſ.* 30. *num.* 1. *Vicecomite*.
Appellatione intra biennium non proſecuta, intrat res iudicata, *deciſ.* 142. *num.* 1. *Verospio*.
Appellatione pendente, nihil eſt innouandum, *deciſ.* 287. *num.* 4. *Taia*.
Appellatione pendente collatio, & inſtitutio facta, iuris nulla, *deciſ.* 350. *num.* 1. *Ottalora*.
Appellatione in tempore non interpoſita, & infra annum non proſecuta Sententia, tranſit in rem iudicatam, *deciſ.* 148. *num.* 1. & 2. *Emerix*.
Appellatione Conſanguinei includuntur agnati, *deciſ.* 20. *num.* 1. *Verospio*.

Appel-

Appellatione non prosecuta, causa remanet deserta & Sententia legitime executioni demandatur, *decis.*418. *num.*7. *Ottalora*.
Appellatione partis venit panis, & vinum tantum, non pecuniæ pro obsonijs, *decis.*269. *num.*1. *Cerro*.
Appellatione sub Tenutæ totius, quid contineatur & comprehensione veniat, *decis.*520. *num.*53. *Bourlemont*.
Appellatione pendente nihil est innouandum, *decis.* 296. *num.* 3. *Carpineo*.
Appellatione pendente, nihil potest innouari citra vitium attentatorum, *decis.* 339. *numer.*1. *Benilaqua*.
Appellatione descendentium veniunt quoque fœminæ, *decis.*170. *num.* 1. & 9. *Emerix*.
Præsertim cessante concursu masculorum, *ibidem*, *num.*2.
Appellatione descendentium veniunt tam fœminę descendentes à fœminis, quàm descendentes ex masculis, *ibid. num.*3.
Appellatione hæredum veniunt etiam hæredes extranei, *decis.*205. *num.*20. *Benilaqua*.
Maximè in re de sui natura transitoria ad hæredes extraneos, *ibid. num.*21.
Appellatione filiorum, & nepotum Regula, quod veniunt etiam fœminæ cum masculis non intrat si alias constet de contraria testatoris voluntate, *decis.*285. *num.*7. *Cerro*.
Appellatione non prosecuta, aut lis remanet deserta, aut extinguitur per vtriusque appellantis obitum, *decis.*423. *num.*7. & 8. *Ottalora*.
Appellatione liberorum filij, & cæteri descendentes veniunt, *decis.*528. *num.*6. *Verospio*.
Appellatione hæredum comprehenduntur etiam extranei, *decis.*391. *num.*11. *Bourlemont*.
Appellatione hæredum, & successorum continentur solum singulares successores, non autem hæredes extranei, *ibid. num.*12.
Appellatione Iurium veniunt tam Iura actiua, quã passiua, exceptis tamen reseruatis, *decis.*12. *num.*5. *Vicecomite*.
Appellatione pendente præsentatio, & institutio factæ, nullæ sunt, & attentatæ, *decis.* 362. *num.*1. *Emerix*.
Appellatione fœminarum, & mulierum, non solum dicuntur vocatæ primæ filiæ agnatæ, sed etiam omnes illarum descendentes, *decis.* 111. *numer.*10. *Emerix*.
Appellatione filiorum quando veniant nepotes, & pronepotes, *decis.*465. *num.*16. *Ottalora*.
Appellatione filiarum nõ veniunt neptes, *decis.*489 *num.*1. *Emerix*.
Appellatione pendente acta omnia facta sustineri non possunt, vti vitio attentatorum laborantia, *decis.*418. *num.*6. *Ottalora*.
Appellatione iurisdictionis ordinariæ, venit etiam iurisdictio voluntaria, *decis.* 71. *num.*4. *Cerro*.
Appellatione non prosecuta, & fatalibus non prorogatis Sententia, transit in rem iudicatam, *decis.* 15. *num.*1. *Benilaqua*.
Appellatione descendentium masculorum continentur masculi prouenientes ex fœminis, *decis.* 462. *num.*7. *Bourlemont*.
Appellatione descendentium veniunt omnes descendentes in infinitum, *decis.* 308. *num.* 4. *Carpineo*.
Appellatione filiorum, & nepotum veniunt tam masculi, quam fœminę, *decis.*283. *num.*5. *Cerro*.
Appellatione descendentium non solum veniunt descendentes masculi, verum etiam descendentes ex fœminis, *decis.*536. *num.*191. *Gasialdo*.
Appellationem à Sententia priuationis, Concil. Trident. sess. 21. capit.6. de reformat. prohibet, *decis.*147. *num.*9. *Vicecomite*.
Quod declara, *ibid. num.*10.
per Appellationem Sententia licet suspensa, tamen ad effectum alimentorum præsumptionem boni lutis, sufficientem inducit, *decis.*87. *num.*1. *Priolo*.
per Appellationem Sententia extinguitur, *decis.* 55. *num.*11. *Taia*.
per Appellationem Sententia remanet suspensa, *decis.*316. *num.*7. *Ottalora*.
per Appellationem Sententia suspensa non nocet pensionario ad impediendam manutentionem, *decis.*18. *num.*5. *Vicecomite*.
Appellationi interpositæ quando appellans renunciasse videatur, *decis.*418. *num.*9. *Ottalora*.
de APPENDICIIS illius instantiæ est Appellatio cuius est sententia, *decis.*9. *num.*7. *Vicecomite*.

APPROBATIO.

Approbare subscribens censetur ea, quæ in scriptura continentur, *decis.*2. *num.*4. *Bourlemont*.
Approbare præsumitur qui non reclamat, *decis.*492 *num.*2. *Bourlemont*.
Approbasse Testator quando tacite totam dispositionem testamentariam censeatur, *decis.*1. *num.* 3. *Verospio*.
Approbatio Iurispatronatus ex quibus resultet, *decis.*136. *num.*15. *Albergato*.
Approbatio testamenti ex quibus desumatur, *decis.* 281. *num.*4. 5. 6. 7. 8. & 9. *Benilaqua*.
Approbatio tacita testamenti ex quibus actibus appareat, *decis.*274. *num.*2. *Bourlemont*.
Approbatum impugnandum non est, quod iam fuit, *decis.* 9. *num.*13. *Vicecomite*.
Approbatus habilis semel, & deinde vti inhabilis reiectus habet iustam appellandi causam ab examinatorum relatione, *decis.*350. *num.*3. *Ottalora*.

APOCA.

Apoca per Testes habentes notam manum recognita aliisque fulcita adminiculis, probat plene creditum illorum ad quorum fauorem facta fuit *decis.*97. *num.*1. & 2. *Benilaqua*.
Apoca creditum probans potest executioni demandari, *ibid. num.*3.
Apoca à tribus Testibus non subscripta, suspicionẽ inducit, *ibid. num.*8.
Et ratio, *ibid. num.*9.
Apoca non recognita per Testes, qui illam scribere viderint, non probat, *decis.*242. *num.* 4. *Ottalora*.
Apoca non scripta ab eo, de cuius interesse agitur, absque Notario, & Testibus, nullam fidem meretur, *decis.*498 *num.*12. *Cerro*.
Quod amplia, *ibid. num.*13.
Apoca Sponsaliũm debet rigorosè recognosci, *decis.*242. *num.*5. *Ottalora*.
Apoca quando ad Instrumentum se refert, & de Instrumento non constat, non consideratur, *decis.*234. *num.*10. *Ottalora*.
Apocæ suspicio de antidata, ex quibus probetur, & remoueatur, *decis.*256. *numer.* 9. 10. 11. 12. & 13. *Ottalora*.

Apoca in Vrbe confecta non indiget Archiuiatione, *ibid. num.* 14.
Apocæ veritas quando aliundè haberi potest, non indiget Archiuiatione, *ibid. num.* 15.
APOSTOLICA dispensatio extenditur etiam ad species in eo inclusas, & necessario consequentes, *decis.* 536. *num.* 53. *Gastaldo*.
Apostolicæ Constitutiones quando fuerunt confirmatæ, nullo modo potest dici, quod fuerunt reuocatæ, *decis.* 6. *num.* 6. *Albergato*.

ARBITRIVM.

Arbitri solius factum, vel dictum, nullum est, & de iure non tenet, *decis.* 328. *num.* 14. *Emerix*.
Amplia, *ibid. num.* 15.
Arbitrio Iudicis Causa rationabilis remissa occasionem legitimam recedendi à sponsalibus præbet, *decis.* 183. *num.* 2. *Verospio*.
Arbitrio Iudicis Dos debet constitui attenta qualitate personarum, & opibus dotare debentis, *decis.* 417. *num.* 7. *Otalora*.
à mero Arbitrio emphiteutæ nominatio quando pêdet electus, censetur à nominante emphiteusim obtinere, & super ea potest legitimè grauari, *decis.* 57. *num.* 8. *Verospio*.
Arbitris in solidum electis alter illorum citra vitium nullitatis ad editionem laudi deuenire minime potest sine aliorum interuentu, *decis.* 135. *num.* 22. *Verospio*.
Quoties alter malitiosè cum alijs conuenire distulerit, *ibid. num.* 23.
Arbitrium non intrat in Commissione cum clausula parito signanter post executas Sententias, *decis.* 496. *num.* 11. *Albergato*.
Arbitrium absolutum, & potestas libera si sit data, alicui de disponendo de aliquibus bonis, *decis.* 536 *num.* 60. *Gastaldo*.
ex ARBORE filiatio, seu gentilitio stemmate familiæ, ac ex libro memoriarum, an probetur, *decis.* 535. *num.* 59. *Seuerola*.
ARCANA Regnorum non solent pandi, *decis.* 536 *num.* 44. *Gastaldo*.

ARCHIDIACONVS.

Archidiaconi Iurisdictio potius ex consuetudine, quam à Iure iunatur, *decis.* 189. *num.* 3. *Taia*.
Archidiaconus non indiget titulo in actibus Iurisdictionalibus eidem Iure communi non competentibus, *ibid. num.* 17.
Archidiaconus est Vicarius Episcopi, licet non assumptus ab Episcopo, sed datus à Iure habens perpetuam Vicariam, & iurisdictionem Ordinariam, *ibid. num.* 18. & 19.
Archidiaconus non potest ad libitum Episcopi remoueri, sed est obseruandum cap. 3. de offic. Iudic. Ordinar. *ibid. num.* 20.
Archidiaconus non est tantum Vicarius, sed certa, etiam potitur dignitate, *ibid. num.* 21.
Archidiaconi gesta, dicuntur gesta nomine Episcopi, vti loco Episcopi, *ibid. num.* 22.
Archidiaconus potest simplici consuetudine iurisdictionem præscribere, *decis.* 21. *num.* 13. *Taia*.

ARCHIPRESBYTER.

Archipresbyter, & Canonici, & sub vnici corporis forma in aliqua Ecclesia se coadunantes, & actus vt in num. 8. exercentes, valent Ecclesiam Collegiatam constituere, *decis.* 192. *numer.* 14. *Verospio*.
Archipresbyter sibi priuatiuè quod Episcopum iurisdictionem competere contendens principalis causæ defensio ipsi inhæret, *decis.* 256. *num.* 1. *Verospio*.
Archipresbyteratus collationes post litem circa Collegialitatem institutam factæ, nõ possunt pro Collegialitatis declaratione exhiberi, *decis.* 192. *num.* 17. *Verospio*.
contra Archipresbyterum acta gesta eosdem presbyteros afficiunt dum illorum ius cum scientia eorum fuit in iudicium deductum, ac præuia citatio contra ipsos fuit executa, *decis.* 156. *num.* 10. *Verospio*.
ARCHIEPISCOPI, & Episcopi votum in conferẽdis Canonicatibus Pœnitentiarijs Maioricensibus, pro vno duntaxat computatur, *decis.* 414. *num.* 3. *Emerix*.
Archiepiscopus nõ potest præiudicare Ecclesiæ suę *decis.* 520. *num.* 17. *Bourlemont*.
in ARCHIVIO Scripturæ aliquando dolosè reponuntur, & falsò effinguntur, *decis.* 535. *num.* 61. *Seuerola*.

ARGVMENTVM.

Argumẽta consulentium leuia præsertim super casu diuerso, & diuersa materia scribentium attendenda non sunt, *decis.* 536. *num.* 134. *Gastaldo*.
Argumentum quod à superfluitate ducitur tenue est, & fragile, *decis.* 404. *num.* 1. *Carpineo*.
Argumentum de fideicommissis ad patronatum propter identitatem rationis, est validum, *decis.* 462. *numer.* 9. *Bourlemont*.
Argumentum à Militia Terrestri ad Cœlestem valet, *decis.* 533. *num.* 17. *Bourlemont*.

ARMA.

Arma, & Nomina, quare solent apponi in operibus publicis, 337. *num.* 9. *Beuilaqua*.
Arma deferens Infidelibus, tãquam hæreticus puniendus est, *decis.* 536. *num.* 38. *Gastaldo*.
Et inquisitionis foro subijcitur, *ibidem*.
ARMATVS contra Puellam incutere, dicitur metum ex duplici qualitate, nempè sexus, & ætatis, *decis.* 498. *num.* 11. *Cerro*.
Quod amplia, *ibid. num.* 5.

ARTICVLVS.

Articulatio noua, & noua productio super Articulis fieri potest, quando articulantur specialia, quę non comprehenduntur sub prioribus articulis, *decis.* 92. *num.* 3. *Taia*.
Articuli de directo contrarij Testium depositionibus admittuntur præsertim in causa Matrimonij, *decis.* 67. *num.* 12. 13. 14. & 15. *Verospio*.
Articuli aliqui dum sunt probabiles per Testes, cæteri etiam de directo contrarij sunt admittendi, *ibid. num.* 20.
Articuli de directo contrarij Testium examini admittuntur vbi exhibetur fumus veritatis, ex depositionibus Testium ad perpetuam, *ibid. num.* 21 & 22.
Articuli frustratorij, nec facientes ad causam non admittuntur pro cõcessione remissoriæ, *decis.* 293 *num.* 8. *Ottalora*.
Articuli Iuris quando stante vehementia motiuorũ efficiuntur problematici, *decis.* 520. *num.* 29. *Bourlemont*.
Articuli concernentes petitorium non sunt impertinentes in Iudicio manutentionis, cum deferuiant

uiant ad coadiuuandum poſſeſſorium, *deciſ.*520. *num.*65. *Bourlemont*.
Articuli quando ſunt relevantes Remiſſoria in prophanis, ſine fumo conceditur, *deciſ.*367. *nu.*1. *Emerix*.
Articuli magnum veritatis adminiculum præbẽt, *deciſ.*326. *num.*15. *Albergato*.
Articuli de ſtylo Rotæ admittuntur in Curia quoties de aliqua materiæ articulatæ releuantia conſtat, *deciſ.*359. *num.*2. *Cerro*.
Articuli quando continent materiam magis ſpecificam, & diſtinctam, nouum examen concedi ſolet, *ibid. num.*3.
Articuli noui quando continent materiam diuersã & magis diſtinctam admittuntur etiam poſt dicita teſtificata, *deciſ.*361. *num.*4. *Cerro*.
Articuli noui debent admitti quoties de illorum poſſibili releuantia apparet, *ibid. num.*7.
Articuli vt admittantur ſatis eſt, quod directè, vel indirectè faciant ad cauſam, *deciſ.*383. *numer.*3. *Cerro*.
Articulorum admiſſio non ſolet denegari quoties materia eſt releuans, *ibid. num.*1.
pro Articulorum admiſſione, neceſſarium eſt decretum Iudicis, *ibid. num.*4.
Articulorum releuantia deficiente Remiſſoria non conceditur, *deciſ.*293. *num.*1. *Ottalora*.
de Articulorum irreleuantia apparet Remiſſoria nõ conceditur, *deciſ.*345. *num.*3. *Cerro*.
Articulus vnicus ſufficit, quod non probetur, vt ſuper omnibus, Remiſſoria concedi debeat, & vltra ea, quæ probari poſſunt per Scripturas, Teſtes deponant de publica voce, & fama, *deciſ.*258 *num.*8. *Cerro*.
Articulus releuans in prophanis, trahit ad ſe irreleuantem, & ſufficit releuantia vnius, vt omnes admitti debeant, *deciſ.*359. *num.*6. *Cerro*.
ASCENDENTIVM appellatione ex quo mater, & auia non comprehendantur, *deciſ.*428. *num.*8. *Cerro*.
ASCVLI Statutum dat viro tertiam partem Dotis vxoris præmorientis, *deciſ.*164. *num.*4. *Veroſpio*.
Aſculi Statutum in Teſtamento vxoris, requirit conſenſum viri, *ibid. num.*7.
Quod limita, *ibid. num.*8.
Quod declara, *ibid. num.*9. & 10.
pro ASSECVRATIONE Dotis, ſufficit quod Maritus ſit ſuſpectus de dilapidatione, *deciſ.*474. *num.*10. *Emerix*.
ASSERENS Societatem Officij eſſe validam validitatem, & valorem officij capacem, probare tenetur, *deciſ.*379. *num.*23. *Bourlemont*.

ASSERTIO.

Aſſertio mariti facta conſtante matrimonio, præſumitur facta in fraudem Donationis prohibitæ inter virum, & vxorem, *deciſ.*188. *num.*6. *Priolo*.
Aſſertio Periti aliunde non iuſtificata, nullam meretur fidem, *deciſ.*320. *num.*10. *Carpineo*.
Aſſertio quæ non dependit à poteſtate aſſerentis, nihil probat in materia filiationis, *deciſ.*535. *num.*44. *Seuerola*.
Aſſertio Procuratoris non probata nullum præiudicium parti affert, *deciſ.*2. *num.*20. & 21. *Benilaqua*.
Aſſertio ſe referens ad Inſtrumentum quomodo ſit intelligenda, *deciſ.*529. *num.*25. *Veroſpio*.
Aſſertio propria non probat contra tertium ad fauorem hæredis niſi aliundè iuſtificetur, *deciſ.*450. *num.*2. 3. & 4. *Cerro*.
Aſſertionem alicuius Teſtis referens non affirmantis, quod ita ſit, ſed quod ita dixerit, nihil probat, *deciſ.*407. *num.*10. *Albergato*.
Aſſertiones quæ ſunt contrariæ veritati, non præiudicant, nec ipſi aſſerenti, *deciſ.*536. *numer.*66. *Gaſtaldo*.
Aſſertiones, & enunciatiuæ conſultò emiſſæ, & ſolis profeſſis conuenientes tacitam profeſſionem concludunt, *deciſ.*334. *num.*5. *Albergato*.
Aſſertiones occaſione viſitationis factæ, quod Beneficia in Eccleſia, eſſent de Iurepatronatus dominorum terræ, bene Iuſpatronatus iuſtificant, *deciſ.*444. *num.*17. *Benilaqua*.
Aſſertiones Epiſcopi in Iurepatronatus poſſunt nocere Eccleſiæ, maximè in perſonis potentibus, *deciſ.*488. *num.*17. *Bourlemont*.
Quod declara, *ibid. num.* 18. 19. 20. & 21.
Aſſertioni Ordinarij circa exiſtentiam Iuriſpatronatus plurimum venit deferendum, cum tendat in eius præiudicium, *deciſ.*509. *numer.*14. *Bourlemont*.
ex Aſſertionibus, & enunciatiuis Profeſſio reſultãs eſt ſufficiens, & Religioſum Religioni obligat, *deciſ.*334. *num.*6. *Albergato*.
ASSERENS debitorem ſe, non poteſt ſuam confeſſionem retractare, *deciſ.*274. *num.*4.
Aſſerenti rem aliquam eſſe in ſeruitute incumbit onus per concludentes probationes ſeruitutem iuſtificare, *deciſ.*198. *num.*2. *Cerro*.
Aſſerenti mulieri quæ debet obligari, ſe non curare de interuentu proximioris non creditur, ſed ſtatutum eſt omnìnò ſeruandum, alias obligatio ineficax redditur, *deciſ.*263. *num.*5. *Bourlemont*.
Aſſerenti venditori fundum, eſſe frugiferum eſt credendum, *deciſ.*302. *num.*7. *Taia*.
Aſſerenti aliquid contrarium onus illud probandi incumbit, *deciſ.*236. *num.*8. *Taia*.
ASSENTIRE Dominus directus non tenetur alienationi bonorum ſtabilium, quando ſit in forenſem, *deciſ.*536. *num.*143. *Gaſtaldo*.

ASSIGNATIO.

Aſſignatio facta pro hæredibus, & ſucceſſoribus, ad hæredes, & ſucceſſores tranſit, *deciſ.*83. *num.*5. *Benilaqua*.
Aſſignatio peculij filio facta à patre in adminiſtrationem conuertitur, *deciſ.*448. *num.*8. *Bourlemont*.
Aſſignatione temporanea Caſtri expirata illud ad aſſignantem, & ſuos reuertitur, *deciſ.*205. *num.*8. *Benilaqua*.
Aſſignatio in ſolutum arguitur, ex quo res ſine præfinitione temporis tradita fuit, cum facultate ipſam retinendi donec ſimilis eiuſdem valoris reddatur, *deciſ.*205. *num.*6. *Benilaqua*.
Aſſignatio Caſtri facta ad tempus, ſi tempore conuento, non redimatur in aſſignatarium transfertur itaut ab aſſignatione non poſſit amplius recedi, *deciſ.*260. *num.*9. & 10. *Benilaqua*.
Aſſignatio gubernij, & exercitij iuriſdictionis, tranſit ad omnes hæredes in infinitum etiam extraneos, *deciſ.*260. *num.*17. *Benilaqua*.
Aſſignatio facta pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus, non extenditur ad hæredes extraneos, *deciſ.*260. *num.*14. *Benilaqua*.

Aſſigna-

Assignatio subsequens loco alterius subrogata cessat extincta linea à testatore inspecta, *decis.82. num.1. Benilaqua.*
Assignatio fundi specialem hypothecam importat *decis.365.num.2. Albergato.*
ASSIGNANS Castrum cum pacto iurisdictionē, & fructuum perceptionem redimendi non potest compelli ad pactum adimplendum, quando istud pendet à suo arbitrio, & mera volontate, *dec.81.num.19. Benilaqua.*
ASSISTENTIAM Iuris pro se, laudum satis iustificatur, quando habet, *decis.103. num.7. Albergato.*

ASSOCIATIO.

Associatio vigore facultatis capiendi possessionem propria auctoritate competens, non retardatur sub prætextu exceptionis requirētis altiorem indaginem, *decis.47. num.7. Emerix.*
Associatio competens vigore facultatis capiendi possessionem propria auctoritate, non venit attēdenda sub prętextu exceptionis requirentis altiorem indaginem, *decis.180. num.7. ibid.*
Associatio ad bona, quæ erant tempore Donationis apud Donantem Donatariæ conceditur, quādo in Donationis Instrumento adest pactum capiendi possessionem propria auctoritate, non solum post lapsum decennij, sed vsque ad 30. annos, *decis.321. num.1. & 7. Emerix.*
Associatio consistit in nuda detentione donec associati de fructibus satisfiant, *decis.402.num.8. Benilaqua.*
Associatio etiam contra tertium competit Mulieri pro assecuratione suæ dotis ob vergentiam viri ad inopiam, *decis.474.num.1. & 2. Emerix.*
Associatio ad bona, quæ tempore donationis erant in bonis donantis competit quando in instrumēto illius adest pactum capiendi possessionem propria auctoritate, *decis.400.num.1. Emerix.*
ex Associatione petita, possessio anterior probatur ad bona alteri in satisfactionem concessa, *decis.394. num.3. & 4. Albergato.*
ob ASSVMPTIONEM ad clericatum Clericus turpitēr natus, nō potest dici turpis persona dum per ipsum clericatum macula criminis patris si quæ fuerit, sublata videtur, *decis.190.nu.5. Albergato.*

ATTENTATVM

Attentatum nō dicitur quando non adest contemptus Iudicis, *decis.75.num.1. Vicecomite.*
Attentatum quidquid fuit reuocari debet, *dec.339. num.7. Benilaqua.*
Attentata non admittunt exceptiones altioris indaginis, *dec.75.num.12. Vicecomite.*
Attentata ante omnia sunt reuocanda, & in pristinum statum reducenda, *decis.375.num.2. Taia.*
Attentata lite pendente gesta omnia dicuntur, & nullius sunt roboris, *dec.296.num.4. Carpineo.*
Attentata quando sunt turbida non purgantur, *dec.75.num.7. Vicecomite.*
Attentata non dantur, vbi diuersa sunt iudicium, causa, & actio, *decis.399.num.6. Carpineo.*
Attentatorum vitio laborat lite pendēte quidquid est gestum, *decis.432.nu.1. Albergato.*
do Attentatis sequestrum apponitur constito, ne attentans, commodo vitiosæ possessionis gaudeat, *decis.174.num.7. Albergato.*
ab Attentatis continuatio non excusat, nisi quando quis continuat eo modo, quo prius possidebat, *decis.174.nu.4. Albergato.*
Secus si diuersimodè vtitur possessione, *ibid.num.5.*
ab Attentatis continuationis prætextus non excusat, *dec.432.num.8. Albergato.*
ATTENTARE non dicitur ille, qui continuat, *dec.174.num.3. Albergato.*

ATTESTATIO

Attestatio lite pendente, & sine citatione partis facta nihil probat, *decis.193.num.9. Albergato.*
Attestatio Parochi ad conualidandum matrimonium suffragatur etiam post matrimonij celebrationem tanquam de re ad proprium officium spectante, *dec.433.nu.6. Cerro.*
Attestatio facta in tormentis, & verberibus, ipsa veritas attestari videtur, *decis.353.num.8. Taia.*
cum Attestatione collegialitèr facta coram Iudice remissoriali plurium testium depositionibus, & scripturis adminiculata, attestatio simplex non potest concurrere, *decis.360.num.7. Cerro.*
Attestationem Religiosorū extraiudicialem, Rota alias approbare consueuit, *decis.301.num.17. Carpineo.*
Attestationi executorum statur ad effectum probandi diligentias, & executionem fieri non potuisse, *dec.2.nu.14. Benilaqua.*
Attestationes lite pendente procuratæ, & parte non citata non sunt attendendæ, *decis.419.num.6. Ottalora.*
ATTESTANTIBVS Curialibus in materia ad ipsos spectanti creditur, *dec.426.num.4. Emerix.*
ab AVCTRICE lineæ fœmininæ descendens dicitur de linea fœminina, *decis.233. num.5. Albergato.*
ab AVCTORE transactio legitimi facta impugnari non potest ab eius hærede, *decis.523.nu.1. & 25. Verospio.*
AVDITORIVM Rotæ respectu omnium dicitur vnum Tribunal, *dec.115. num.32. Vicecomite.*

AVDITV

de Auditu Testes licèt deponant in antiquis benè probant, *decis.326.num.16. Albergato.*
de Auditu Testes deponentes, nec exprimentes à quibus audiuerint nullum probationis gradum constituunt, *decis.304.num.4. Cerro.*
de Auditu Testes deponentes specificè ab eorum maioribus, & de facto benè informati plenam merentur fidem, & præferuntur alijs non benè informatis, & de publica voce, & fama non deponentibus, *dec.248.num.17. & 18. Emerix.*
de Auditu Testes deponentes, debent nominare eos à quibus audiuerunt, *decis.276.num.15. Ottalora.*
Intellige verum non esse in ciuilibus, *ibid. num.16.*
de Auditu Testes non probant, si is, à quo audiuerunt, non probat, *decis.535.num.32. Senarolo.*
de Auditu Testes adminiculati, benè probant in materia difficilis probationis, *decis.164. num.17. Verospio.*
de Auditu Testes à parte non probant, *decis.256. num.16. Ottalora.*
Audiuisse Testes deponentes ab eorum maioribus, qui à suis maioribus audiuisse referebant ad im-

memorabilem probandam suffragantur, *dec.424 num.4. Albergato.*

AVGVMENTVM

Augumentum Cultus Diuini Ius desiderat, *decis.326.num.2. Ottalora.*

est Augumentatiua dictio, *sed etiam, decis.301. n.5. Carpineo.*

Auocatorium rescriptum est ipso iure nullum, *decis.375.num.7. Taia.*

AVCTORITAS

Auctoritatem habens disponendi de aliquibus bonis duplici facultate, qua censetur vti voluisse facultate, *decis.316.num.157. Castaldo.*

sine Auctoritate Tutoris minor contractui assensum præstare minimè valet, *decis.322. num.13. Verospio.*

Declara si minor sit puber, vel saltem proximus pubertati, *ibid.num.14.*

sine Auctoritate Tutoris Pupilla non potest constituere procuratorem, *dec.176.num.3. Priolo.*

de Auctoritate Pontificis nefas est dubitare, *decis.151.num.11. Emerix.*

Auctorizare Tutor contractum ad sui fauorem non potest, *dec.56.num.7. Priolo.*

Authores Ecclesiarum exigesi minorem summam ea quæ sibi debetur non præiudicant Ecclesiæ, *decis.504.num.8. Priolo.*

A V V S

ad Aui successionem coniecturæ etiam leuiores sufficiunt ad admittendum nepotem, *decis.123. num.34. Vicecomite.*

ad Aui successionem Nepos debet admitti quando constat de verisimili mente illius, quamuis ex proprietate verborum in vocatione comprehensus non appareret, *decis.123.num.11. Vicecomite.*

Auo Mater præfertur in hæreditate, quæ nunquã adita fuit, *decis.46.num.3. Albergato.*

B

BANCARIA

Bancaria cedula multum differt ab Ordine, & potest cum illa Census constitui, *decis.495. num.13. 14. 15. & 16. Ottalora.*

Banchi Creditores in ijs, quæ reperiuntur in banco præferendi sunt extraneis creditoribus, *decis.315.num.3. Carpineo.*

Baleares Insulę hodie distinguuntur in Maioricam & Minoricam, *decis.212.num.2. Emerix.*

BANNITVS

Bannitus in sua contumacia perseuerans non est capax nec ciuilis, nec naturalis possessionis, *decis.485.num.11. Cerro.*

Bannitus omnia, quæ iuris sunt amittit, *decis.485. num.5. Carpineo.*

Bannitus ex Summorum Pontificum Constitutionibus amittit ea quæ sunt iuris communis, *decis.485.num.12. Carpineo.*

Bannitus reputatur ciuiliter mortuus, *decis.485. num.4. Carpineo.*

Banniti bona quando fisci commodo applicata censeatur, *decis.485.num.13. Carpineo.*

Banniti confessio resultat ex ipla contumacia, & habetur pro liquida probatione, *decis.485.num.8. Carpineo.*

Bannito restituto nulla actio competit ad bona in tertium translata per fiscum vti creditorem ipsius banniti, *decis.271.num.17. Taia.*

BAPTISMVS

Baptismi liber iunctis testibus, aliisque adminiculis filiationem bene probat, *decis.436. numer.1. Taia.*

Baptismatis fides non requiritur in matrimonio vagorum vigore diligentiarum, quæ fieri præcipiuntur à Sac. Concil. Trid. *decis.535. num.49. & seqq. Verospio.*

ex Baptismi libro ætas quando defumi non possit, *decis.523 num.11. 13. 16. 17. & 19. Verospio.*

BARONVM bona ad soluenda debita pro bonis liberis reputantur, & concurrunt cum allodialibus ad constituendum vnicum patrimonium Baronis, *decis.311.num.5. Cerro.*

Barones ad præstanda seruitia cogunt subditos ratione subiectionis, *decis.2.num.15. Beuilaqua.*

Barones in Regno Neapolitano Adhoiamentum Regi soluunt, *decis.2.num.22. Beuilaqua.*

per Baronem possessa bona stante Clementis VIII. constitutione possunt obligari siue supposita sint fideicommisso ascendentium, siue collateralium siue extrancorum, *decis.311.num.8. Cerro.*

Barattaria probatur ex distractione merciũm, & fuga relicta naui, *decis.54.num.3. Beuilaqua.*

Barattariæ dolus ex quibus resultet, *decis.12. num.2.*

Barattaria per simplicem fugam non probatur, sed debet constare cum, qui fugam arripuit animo defraudandi illam præmeditasse, *decis.54. num.4. Beuilaqua.*

BELLVM

Bellum vt dici possit iustum, quid requiratur, *decis.450.num.5. Albergato.*

Bellum non impedit litterarum transmissionem, *decis.117.num.19. Verospio.*

per Bellum moraliter, & probabiliter iustum, irregularitas non inducitur, *decis.355.num.11. Albergato.*

in Bello Clericus dimicans abstinere se debet ab actibus sæuis occisionis ne irregularitatem incurrat, *decis.459.num.7. Albergato.*

in Bello militans Clericus contra hostes explodens & sæua exercens efficitur irregularis, *decis.459. num.1. Albergato.*

in Bello iniusto irregularitatem sequuto homicidio omnes etiam propria manu non occidentes incurrunt, *decis.355.num.12. Albergato.*

BENEFICIATVS

Beneficiatus abiens ex causa morbi, & litis fine licentia Episcopi priuatur, *decis.506. num.16. 27. & 18. Taia.*

Beneficiatus sicuti secluſa infirmitate cum alijs beneficiatis ad nominandum admitteretur, ita potest admitti procurator de Collegio, cui infirmus vices suas committere valuit, *decis.371.num.7. & 8. Beuilaqua.*

Beneficiatus extrà prouinciam commorans ad electionem non est vocandus, *decis.371. num.7. Beuilaqua.*

Beneficiatus si antequam præsentatio fiat accedere valet ad electionem non est curandum vbicumque existat, *decis.371.num.10. Beuilaqua.*

Et ratio *num.11. ibid.*

Benefi-

Beneficiatus non excusatur ab absentia ex causa morbi, & litis à priuatione beneficij, quod declara, *decis.506.num.14. Taia.*
Beneficiatus de tempore præsentationis febri oppressus habet iustam cuusam constituendi Procuratorem, qui suo nomine præsentet, *decis.371. num.6. & 4. Benilaqua.*
Beneficiatus hæres soluens creditoribus hæreditarijs debet constare de credito vero, & reali, *decis.521.num.10. Vicecomite.*
Quod multò magis procedit quando per creditores hæreditarios fuit id oppositum, *ibid.nu.11.*
Beneficiati absentis votum, & mediante procuratore traditum non attenditur, *decis.371. num.2. Benilaqua.*
Beneficiatus antequã suspendatur debet prius moneri, *decis.147.num.13. Vicecomite.*
Beneficiatis inseruientibus Ecclesiæ, Episcopus debet prouidere, ne mendicare cogantur, *decis.32. num.4. Taia.*
in Beneficialibus remissoria concurrente fumo cõcedi solet, *decis.397.num.1. Benilaqua.*
in Beneficialibus remissoria maximè quando materia articulata est relenans, & datur fumus veritatis passim solet concedi, *decis.99. num.1. Benilaqua.*

BENEFICIVM

Beneficium vnum, & idem penes duos vno eodẽq; tempore manere non potest, *decis.509. num.33. Bourlemont.*
Beneficium resignans quando ad illud regressum sibi reseruauit resignatarius tenetur vel pensionẽ soluere, vel beneficium dimittere, *decis.419.num.9 Ottalora.*
ad Beneficium Ordinarius non prohibetur admittere patronum sibi supplicantem, quando solus ipse concurrit, *decis.141.num.6. Vicecomite.*
Secus, vt *num.7.*
Beneficium deducto ne egeat renunciatio omni legum, & iuris auxilio an comprehendat, *decis.179. num.24. Taia.*
Beneficium quod confertur mediante Canonica Capituli electione habendum est tanquam dignitas, *decis.446.num.4. Enerix.*
ad Beneficium collitigantis possidens non tenetur deserere possessionem, *decis.75.num.3. Vicecomite.*
Beneficium quo Clericus propter absentiam priuatur vbi vacare dicitur, & cui spectet collatio, *decis.506.num.19. 20. 21. & 22. Taia.*
Beneficium Iurispatronatus Ordinarius si confert non contradicentibus patronis, tunc oritur præsumptio taciti consensus, *decis.209. num.27. Bourlemont.*
Beneficium hæredi legis, & inuentarij operatur, vt ipse præseruetur à damno, non autem vt fructu hæreditatis lucretur, *decis.521.num.9. Vicecomite.*
Beneficium illi est adiudicandum qui fuerit habilis & idoneus ab examinatoribus repertus, *decis.49. num.7. Priolo.*
Beneficium non dicitur acquisitum, nisi illius fuerit capta possessio, *decis.186.num.5. Taia.*
ad Beneficium præsentandus est habilior repertus semper, *decis.329.num.4. & 5. Taia.*
Beneficium resciffionis emphyteutæ contractus emphiteutici denegatur quando exigua pensio in recognitionem dominij præstatur, & in qua considerabilis læsio considerari nequit, *decis.235. num.3. Benilaqua.*
Beneficium perpetuum Cappellania quod sit, & quod patronus ad libitum præsentare valeat bene simul consistunt absque eo quod ab hoc libero arbitrio possit inferri ad liberum arbitrium in amouendo omninò diuerso, *decis.249.num.4. & 5. Enerix.*
Beneficium sub reseruatione non cadit, quando ex titulo oneroso acquisitum fuit, *decis.448. num.2. Albergato.*
Beneficium qui nunquam possedit translatarius, non potest excipere de regressu, *decis.310. num.9. Ottalora.*
Beneficium primum incompatibile cum secundo, vacat per ipsius secundi consecutionem, *dec.298. num.6. 8. & 9. Ottalora.*
ad Beneficium regressus datur ratione antiquæ possessionis, *decis.419.num.11. Ottalora.*
ad Beneficium examine trium promouendorum facto, & ex his duobus approbatis, tertius pro inhabili declaratur, & tacitè reiectus videtur, *decis.329.num.1. Taia.*
ad Beneficium resignatum resignans propter expressionem falsam valoris non potest petere regressum, *decis.310.num.12. Ottalora.*
Beneficium Inuentarij prodest, ne hæres supra hæreditatis vires teneatur, & non est inuentũ iniuria creditorum, *decis.478.num.11. Carpineo.*
Beneficium resignans pro obtinenda Parochiali debet in litteris mentionem facere de resignatione alias beneficium resignatum reseruatur Sedi Apostolicæ, *decis.117.num.4. Verospio.*
Beneficium quando est dignitas, ratione dignitatis spectat ad Papam, *decis.33.num.4. Taia.*
Beneficij translatio non competit illi, qui nunquã beneficium possedit, *decis.419.num.12. Ottalora.*
Beneficij possessio pendente termino ad appellandum apprehensa est attentata, *decis.419. num.2. Ottalora.*
Beneficij vltimus status non debet attendi, quando constat de antecedenti statu contrario, quo casu proprietas possessionem absorbet, *decis.423. num.12. Ottalora.*
Beneficij collatio facta per errorem non præiudicat habenti ius ad collationem, *decis.197. numer.10. Priolo,*
Beneficij natura non alteratur per prouisionem Apostolicam, *decis.197.num.7. Priolo.*
Beneficij reseruatione cessante ad Ordinarium ratione sui mensis collatio spectat, *decis.299.num.2. Benilaqua.*
Beneficij vacatio si contingat Apostolica Sede vacante, & in mense Apostolico cessat reseruatio, & collatio spectat ad Ordinarium ratione temporis, *decis.33.num.3. Taia.*
Beneficij prouisio valore 24. ducatorum auri excedentis, non præbet titulum, vel colorem, *decis.292.num.2. Cerro.*
Beneficij iuspatronatus prætendi non potest, quando non constat de augmento vique ad medietatẽ totius dotis, & sub reseruatione Apostolica comprehenditur, *decis.449.num.1. Albergato.*
Beneficij valor per non excessum probatur per assertionem factam in supplicatione, *decis.510.nu.3. Albergato.*

Beneficij patronus potest Ordinario supplicare, vt eum tanquam pauperem in beneficio instituat, *dec.*141.*num.*5. *Vicecomite.*
Beneficij vltimus status pro substinenda prouisione suffragatur, *decis.*261.*num.*13. *Verospio.*
Beneficij status tanquam de libero deficiente bona fide Ordinarij Collatoris cessat, *decis.*136.*num.*11. *Albergato.*
Amplia, vt *num.*12.
Beneficij vltimus status, & quasi possessio illud cõferendi, quando agitur inter prouisos super validitate prouisionis, est attendendus, *decis.*292. *num.*6. *Carpineo.*
Beneficij possessio lite pendente apprehensa est sequestranda, ne in beneficialibus detur vitiosus ingressus, & ne attentans commodo vitiosæ possessionis gaudeat, *dec.*300.*num.*2. *Carpineo.*
Beneficij collatio benè resultat, quando collitigantes ex eadem vacatione veniunt, *decis.*391.*num.*2. *Cerro.*
Beneficij prior possessio, eiusdem prouisionem anteriorem arguit, *decis.*304.*num.*2. *Cerro.*
Beneficio retento resignatarius nõ debet super nullitate pensionis audiri, quando resignans sibi regressum ad beneficium in forma amplissima reseruauit, *decis.*419.*num.*8. *Otalora.*
de Beneficio Episcopus proprio motu prouidens non ad supplicationem censetur certam scientiam præcedentis vacationis per obitum habuisse, *decis.*304.*num.*7. *Cerro.*
in Beneficio reseruato contra intrusum non habentem titulum à Papa condemnatio non fit nisi ad restitutionem fructuum à die intrusionis, *decis.*33.*num.*1. *Taia.*
Beneficio resignatarius retento de nullitate pensionis non potest excipere, *decis.*310.*num.*7. *Ott.*
Fundus Cenſitus pro ſolutione annui Cenſus, ſufficiens reputatur, donec contrarium probetur, *deciſ.* 302. *num.* 8. *Taia.*

pro Fundis, ex quibus nihil colligitur contributio non eſt facienda, *deciſ.* 182. *num.* 6. *Priolo.*

Fundus, cuius fructus excedant penſiones, & fructus ſoluendos, non tenetur pro parua Cenſu, *deciſ.* 302. *num.* 10. *Taia.*

Fundus Cenſitus per impoſitionem Cenſus non alienatur, nec transfertur illius dominium in emptorem Cenſus, *deciſ.* 109. *num.* 9. *Ottalora.*

Fundi liberatio à vinculis, & hypothecis per Congregationem Baronum recenſitis, procedit reſpectu emptoris, non debitoris, contra quem durat Cenſus, *deciſ.* 171. *num.* 13. *Priolo.*

Declara tamen, *ibid. num.* 14.

Fundi Dominus quouſque non fuerit de penſione ſatisfactus poterit interdicere aſportationem fructuum, *deciſ.* 64. *num.* 8. *Veroſpio.*

Fundus inferior recipere debet aquas à prædio dominante, *deciſ.* 461. *num.* 10. *Ottalora.*

Fundi ſterilis Dominus ad ſolutionem oneris impoſiti, non eſt cogendus eo modo, quo ſi fundus eſſet fertilis, *deciſ.* 300. *num.* 3. *Veroſpio.*

Fundi dotalis æſtimatio facta, cum pacto, quod iſte nec vendi, nec alienari poſſit, & in caſu venditionis, quod pretium debeat reinueſtiri in aliis bonis, quæ fauore mulieris ſemper eſſent hypothecata arguit fundum ſemper extitiſſe apud mulierem, *deciſ.* 23. *num.* 13. *Albergato.*

Fundum cedens vti exigibilem, ſi deinde fiat inexigibilis valorem Cenſus, vna cum fructibus vice damnorum præſtare tenetur, *deciſ.* 129. *num.* 1. *Veroſpio.*

Fundationis titulus, & dotationis benè præſumitur ex centenaria quaſi poſſeſſione, *deciſ.* 136. *numer.* 3. *Albergato.*

ſine FVMO Remiſſoria in profanis etiam conceditur, quoties materia articulata ſit releuans, *deciſ.* 351. *num.* 1. *Ottalora.*

ſine Fumo Remiſſoria in prophanis conceditur cõcurrente materiæ articulatæ releuantia, & ſufficit vnus articulus releuans, *deciſ.* 105. *num.* 1. 2. & 4. *Vicecomite.*

Fumus non requiritur in cauſa Matrimonij, *deciſ.* 67. *num.* 24. *Veroſpio.*

de FVRTO diffamatus Teſtis etiam, niſi ſit condemnatus, fidem non amittit, *deciſ.* 243. *num.* 7. *Albergato.*

Amplia, quod fortius procedit, quando examen diffamationem per plures annos præceſſerat, & aliis adminiculis, ſuppletur illius fides, *ibid. num.* 7. 8. & 9.

G

GABELLA.

GAbellæ ſolutio ſecundum communem, & veriorem ſententiam, ad emptorem ſpectat, *deciſ.* 121. *num.* 7. *Emerix.*

Gabellas exigere ab Eccleſiaſticis tenuiores exponemuni-

municantur in Bulla Cœnæ Domini, omnem contrariam Consuetudinem annullante, *decis.*101 *num.*7. *Benilaqua*.
Gabellæ non imponuntur Ecclesiasticis pro rebus, & bonis ad vsum proprium, in quibus ipsi sunt immunes, *ibidem num.*5.
Gabellarum exactionem ementes, tenentur Dominis de non exactis, *decis.*2. *num.*17. *Benilaqua*.
in GALLIA ob Confiscationem secutam, fuerũt Confiscata bona hic in Vrbe, delinquentis ob Crimen Læsæ Maiestatis, *decis.*536. *num.* 23. *Gastaldo*.

GAZZAGA.

Gazzagà Ius consuetum est Hæbreis pro Dote assignare, *decis.*38. *num.*8. *Verospio*.
Gazzagà Ius nullam seruitutem irrogat dominis donorum, *ibid. num.*10.
Gazzagà Ius est inuentum, ne conductores possint expelli ab alijs Hebræis; in quorum potestatem recidet post finitam conductionem, an velint cõtinuare, necne, *ibid. num.*11. & 12.
Gazzagà Ius potest alienari, & in dotem dari, *decis.* 225. *num.* 14. *Verospio*.

GENERALITAS.

Generali consuetudo particularis prævalet, *decis.*223 *num.*10. *Albergato*.
Generale verbum ad omnia appellatiua eiusdem generis extenditur, *decis.*533. *num.*12. *Bourlemont*.
Generaliter Iuramentum præstitum, non trahitur ad ea, quæ debent specialiter exprimi, *decis.*4. *numer.*11. *Taia*.
Generalis hypotheca non sufficit, vbi specialis requiritur, *dec.*115. *num.*9. *Albergato*.

GENTILITIVM IVSPATRONATVS.

Gentilitium Iuspatronatus honorificum præsumitur, *decis.*515. *num.*14. *Priolo*.
Gentilitium Iuspatronatus spectat ad proximiorem de familia, quod fallit, *ibid. num.*23.
Gentilitium Iuspatronatus ab immemorabili dicitur, & in eo succeditur in capita, *ibidem num.* 36. & 37.
Gentilitium Iuspatronatus ex quibus dicatur esse, *dec.*463. *num.*1. *Bourlemont*.
GESTA per dilatores regulariter creditoribus non nocent, *decis.*429. *num.*4. *Carpineo*.
Gesta à tutore minus legitimo approbantur, ne cõtrahentes decipiantur, *dec.*473. *num.*19. *Carpineo*.

GRADVS.

in Gradu restitutionis in integrum, manutentio cõcedi non potest, quando exequuta est sententia, *dec.*255. *num.*2. *Albergato*.
Limitatur, *ibid. num.*3.
Gradum probationis constituunt coniecturæ licet de per se, non probent, tamen simul iunctæ, *dec.* 167. *num.*13. *Benilaqua*.
à Gradibus superioribus extensio ad inferiores passim datur, *dec.*523. *num.*28. *Bourlemont*.
Ampliat, *ibid. num.*29.
de Gradibus Statutum faciens mentionem, intelligi debet secundum Ius Canonicum, *decis.*157. *numer.*9. *Benilaqua*.
Gradus in Successionibus Statutum mandans computari secundum Ius Canonicum, secundum hoc fieri debet computatio pro admissione, vel exclusione succedere prætendentium, *ibid.nu.*7.
in Graduum computatione, Ius Ciuilem est attendendum cessante expressione, quod attendi debeat Ius Canonicum, *ibid num.*8.
in Gradu appellationis, Manutentio conceditur etiam, *dec.*255. *num.*5. *Albergato*.
Gradus in successionibus etiam in terris Ecclesiæ numerantur secundum Ius Ciuile, matrimonio excepto, *dec.*157. *num.*6. *Benilaqua*.
in Gradu appellationis manutentio datur, *decis.* 55. *num.*12. *Taia*.
Gradu instituti caducato substitutus, ex vi vulgaris in eius locum subintrat, & capit iure proprio id quod deberetur instituto, si viueret, *decis.*289. *numer.*6. *Cerro*.
ad GRADVATORIAM obligatione, vti relatiua stante creditores æquè tenentur promittere restitutionem, quibuscumque prioribus, & anterioribus creditoribus, *dec.*70. *num.*13. *Benilaqua*.

GRATIA.

Gratia retentionis præcedentem vacationem non tollit, sed suspendit eius effectus, vsque ab obitum quo eueniente promotio fit, vti de vacante per promotionem in casu, quo retentio concessa fuit post secutam vacationem per promotionem, *dec.* 246. *num.*8. *Priolo*.
Gratia quando est conditionata, ab ea conditione est regulanda, *decis.*536. *num.*86. *Gastaldo*.
Gratiam qualificatam !, & prout iacet acceptans, iuxta eiusdem qualitatem, & conditiones, est seruanda, *ibid. num.*175.
Gratia quæ fuit executa, præsumitur iustificata, *dec.* 318. *num.*8. & 9. *Bourlemont*.
Gratia non suffragatur si omnia in Breue narrata non iustificantur, *dec.*73. *num.* 2. 9. & 13. *Benila*-
Gratia Pontificis non redditur nulla, vel subreptitia, si narratiua non sit dolosa, neque voluntas Papæ aduersetur, *dec.*310. *num.*3. *Ottalora*.
Gratia ne reddatur subreptitia, sufficit Pontificem saltem implicitè intellexisse id quod sibi expositum fuit, *decis.*39. *num.*11. *Albergato*.
Gratiæ concessio, intelligitur de narratis in supplicatione, *decis.*271. *num.*4. *Taia*.
Gratiam Princeps concedendo alicui rei prohibitæ, sed conditionaliter, ita secundum dictam conditionem est intelligenda, *dec.*536. *numer.* 97. & 98. *Castaldo*.
Gratia concessa alicui, præter quam in certo casu, si ille casus euenerit, cessat Gratia, *ibidem num.* 124.
Ob conditionis purificationis species succedendi omnium vocatorum euanescit, *ibid. num.*123.
Gratiam Pontifex potest concedere, etiam in alterius præiudicium, *dec.*73. *num.*8. *Benilaqua*.
Gratiam conditionatam recipiens à Principe sicuti ipse non potest eam impugnare, ita nec eius successores, & vocatos, *dec.*536. *num.* 147. *Castaldo*.
Gratia facta tanquam de deuoluto, non potest substineri per viam præuentionis, *dec.*318. *numer.*12. *Bourlemont*.
Gratiam conditionalem, clausula, Verificato prius Iurepatronatu, coram Ordinario, facit, itaut debeat Iuspatronatus plenè iustificari, quod spectet ad eum, qui impetrantem præsentauit, *dec.*15. *numer.*12. *Benilaqua*.
Gratia concessa cum aliqua limitatione, nisi euenerit casus dictæ limitationis, dicitur pura, *decis.* 536. *num.*118. *Castaldo*.

Gra-

Digitized by Google

Gratia concessa à Principe, si habeat in ventre aliquam præseruatiuam conditionatam, omnino attendenda venit, *dec.* 536. *num.* 83. *Castaldo.*
Gratia vt sustineri valeat, quid quid Pontifici expositum fuit verum esse concludenter probari debet, *decis.* 185. *num.* 1. *Benilaqua*
Gratia, quando sub conditione aliqua fuit concessa non potest dici pura, *decis.* 536. *nu.* 72. *Castaldo*
Gratia sufficit vt iustificetur eo modo, quo fuit narrata, *decis.* 278. *num.* 5. *Cerro*
Gratia iustificata venit omnino exequenda, *ibidem num.* 1.
Gratiam Princeps confirmans cum qualitate alterante censetur eam reuocare, quatenus qualitas alterans id importat, *decis.* 536. *nu.* 88. *Castaldo*
Gratiam qualificatam acceptans afficitur qualitate per concedentem, ipsi gratiæ, annexa, & qualificata, *ibid. num.* 85.
Gratia non iustificata nullius est roboris, *decis.* 385. *num.* 10. *Benilaqua*
in Gratia Principis clausula *perinde ac si non emanasset*, apposita intelligitur de præterito, de præsenti, & de futuro, *decis.* 536. *num.* 174. *Castaldo*
Gratiam, quando quis agnouit, & facto ipso approbauit, cessat omnis impugnatio, etiam successorum, *ibidem num.* 148.
Gratiæ pars valor est, quæ habet vim conditionis, & exigit iustificationem, *decis.* 73. *num.* 14. & 15. *Benilaqua*
GRATIFICATIONIS literæ sunt exequendæ quoties de votorum paritate, Beneficij vacatione, & clericatu supplicantis constat, *dec.* 355. *num.* 1. *Albergato*
Gratificatio non habet locum nisi in vocum paritate, *dec.* 431. *num.* 6. *Emerix*
GRATIOSA restitutio plena ex quibus intelligatur concessa, *decis.* 271. *num.* 1. *Taia*

GRAVAMEN.

Grauamen à testatore iniunctum, si Papa illud ademerit pro non inserto habetur, *decis.* 279. *num.* 3. *Taia.*
Grauamen ex quibus resultet, *decis.* 238. *num.* 3. *Emerix.*
Grauamen datum proximioribus censetur repetitum remotioribus, tanquam minus dilectis, *decis.* 472. *num.* 16. *Ottalora.*
Grauamen inducit vocationem grauatorum, *decis.* 414. *num.* 8. *Taia*

GRAVARI

Grauari nequit collator duplici collatione, *dec.* 298. *num.* 10. *Carpineo.*
Beneficia incompatibilia qui retinuit, censetur dispensatione Apostolica retinuisse, *ibid. num.* 11.
Grauare testator hæredem minus quam fieri potest voluisse censetur, *dec.* 159. *num.* 5. *Cerro*
Grauans testator magis dilectos vulgariter pupillariter, & per fideicommissum restituere fœminis hæreditatem censetur voluisse grauare etiam alios de agnatione minus dilectos, *decis.* 208. *num.* 5 *Priolo.*

GRAVATVS

Grauatus hæres non potest in aliorum præiudicium vnum eligere, nec satisfacit voluntati testatoris, quando idem plures personas, & lineas specialiter expressit, *dec.* 240. *num.* 4. *Cerro*
Grauatus hæres restituere familiæ dummodo relinquat vni potest alios omittere, *ibid. num.* 3.
Grauati proximitas, in Fideicommissis attenditur dummodo non concurrant coniecturæ contrariæ voluntati testatoris, *dec.* 211. *num.* 14. *Emerix*
Grauatum filius potest compellere pro summæ fideicommissariæ assecuratione, *decis.* 432. *num.* 10. *Bourlemont*
GRAECORVM vnio cum Sancta Rom. Eccles. sequuta est anno 1596. *decis.* 297. *num.* 10. *Taia*
GVBERNII, & exercitij iurisdictionis assignatio transit ad omnes hæredes in infinitum etiam extraneos, *decis.* 260. *num.* 17. *Benilaqua*

H

HABENS testator facultatem disponendi per simplicem hypothecam dispositisse dici non potest, *decis.* 155. *num.* 10. *Albergato.*
Habilitas prouisi de beneficio in Calaguritana Diœcesi ex quibus arguatur, *dec.* 296. *num.* 1. *Carpineo*

HABILIS

Habilis qui semel fuit reputatus semper præsumitur talis, donec inhabilitas probetur, *decis.* 291. *num.* 3. *Cerro*
Habilis quod quis fuerit, ex quo præsumatur, *decis.* 329. *num.* 12. *Taia*
Habilis semel reputatus semper talis præsumitur, *ibid. num.* 10.
Habilis semel approbatus, & deinde vti inhabilis reiectus habet iustam appellandi causam ab examinatorum relatione, *decis.* 350. *num.* 3. *Ottalora*
Habilis ad curata semel iudicatus, semper talis præsumitur, *ibid. num.* 4.
Habilior repertus est semper ad beneficium præsentandus, *dec.* 329. *num.* 4 & 5. *Taia*
Habitualis cura residet in superiorem Ecclesiæ cui altera vnita fuit, & exercitium illius in Vicarium *dec.* 10. *num.* 3. *Benilaqua.*

HAEBREI

Hæbreorum pensiones debent in casu indigentiæ solui ab eorum vniuersitate, secus, *decis.* 37. *num.* 13. *vt* 10. *Verospio*
Hæbrei sunt incapaces dominij ex Constit. Apost. *decis.* 38. *num.* 9. *Verospio*
contra Hæbreorum vniuersitatem Constitut. Sixti V. & Clement. VIII. actionem nullam dant locatoribus pro pensionibus domorum conductoribus destitutarum, *decis.* 89. *num.* 1. *Verospio*

HAEREDITAS

Hæreditas non nisi post mortem illius, in quem collata fuit est restituenda pro effectu declarationis collato ad tempus mortis, *decis.* 294. *num.* 16. *Carpineo.*
Hæreditas non soluendo hæredem non inuenit, *decis.* 167. *num.* 45. *Taia*
Hæreditati renunciatarij non præsumitur renunciatum, *decis.* 253. *nu.* 12. *Emerix*
Hæreditas adita cum beneficio legis & inuentarij hæredis iura illæsa præseruat, *decis.* 82. *num.* 3. *Vicecomite*
Hæreditas defuncti semper præsumitur soluendo, & hæredi neganti, incumbit onus probandi negatiuam, *decis.* 106. *numer.* 13. & 14. *Vicecomite*
Hæreditatis deterioratio proueniens ob afflictus inites per defunctum quemadmodum illi habent

causam

causam de præterito, & originem in vita defuncti, sic damnum in eius vita contigisse censeri debet, *decis.* 34. *num.* 4. *Priolo*

Hæreditatis antecedenter aditæ repudiatio valet in præiudicium repudiantis, & ab eo causam habentis, *dec.* 65. *num.* 5. *Beuilaqua*

Hæreditatis aditio non solum ex animi declaratione, sed etiam ex facto desumitur, *decis.* 224. *n.* 5. *Verospio*.

Hæreditas quando nulla adest spes quod ab aliquo adeatur, habetur pro vacante, *decis.* 41. *numer.* 18 *Bourlemont*

Hæreditas proximiori debetur, *decis.* 20. *num.* 9. *Vespio*.

de Hæreditate patris filio legitima debetur ex prouidentia legis, *decis.* 181. *num.* 6. *Bourlemont*

Hæreditatem mulier si antequam dotetur, acquirat non perdit ius sibi quæsitum in hæreditate si superueniat dotatio, *decis.* 358. *num.* 3. *Carpineo*

Hæreditas de tempore aditionis si est soluendo, dam num postea contingens adiciibi debet hæredibus, *decis.* 4. *num.* 2. *Priolo*

Hæreditas creditis hæreditarijs subiacet bonis defuncti, *decis* 520. *num.* 8. *Vicecomite*

Hæreditatis tranſmissio iure fuitatis non habet locum fauore matris filium in potestate non habentis, *decis.* 438. *num.* 11. *Albergato*

Contrarium, *ibid. num.* 12.

Hæreditatis aditio supposita notitia testamenti bene inducit illius approbationem, *decis.* 213. *num.* 2. *Beuilaqua*

Hæreditaria qualitas post tempus immemorabile non datur, *dec.* 516. *nu.* 3. *Priolo*

in Hæreditate minus dicitur esse quantum est æs alienum, *decis.* 65. *num.* 12. *Beuilaqua*

Hæreditatis possessor quando de pecunia hæreditaria emit rem, res illa venit in petitione hæreditatis, *decis.* 219. *num.* 8. *Taia*

Hæreditarium iuspatronatus de cuius fundatione non constat non præsumitur, *decis.* 515. *num.* 34. *Priolo*

Hæreditaria iura non semper conseruantur in eadem familia, *decision.* 515. *numer.* 16. *Priolo*

Hæreditatis aditio ob solutionem creditorum hæreditariorũ nocet adeunti, quando quæstio est inter creditoreres pudiantis, vel alios, quibus per aditionem erat ius quæsitum, *decis.* 65. *num.* 3. *Beuilaqua*

Hæreditas relicta filijs eorumque successoribus, vt condecentius viuant, censetur relicta cum onere fideicommissi, *decis.* 464. *num.* 10. *Bourlemont*

Hæreditas quando non concurrente culpa hæredis minuitur damnum cedit damno hæreditatis, *decis.* 34. *n.* 1. *Priolo*

Hæreditas est successio in vniuersum ius defuncti, *decis.* 208. *num.* 15. *Priolo*

Hæreditas intestatorum primo defertur ad suos deinde ad extraneos, *decis.* 476. *num.* 19. *Taia*

Hæreditas non potest dici iacens dum adest hæres, *decis.* 227. *num.* 3. *Emerix*

Hæreditatem suam verba, debent restringi ad qualitates ipsis adiunctas, *decis.* 125. *num.* 6. *Albergato*.

Hæreditas non datur viuentis, *dec.* 52. *num.* 8. *Albergato*.

Hæreditas quando consistit in stabilibus potest ex eius fructibus, & expensis argui in quo tutor remaneat debitor, *decis.* 150. *num.* 4. *Emerix*

Hæreditatem testator simpliciter adeundo, dicitur omnia onera hæreditaria acceptasse, *decis.* 1. *num.* 6 *Verospio*.

Hæreditarium iuspatronatus gentilitium ad aliam lineam transiens efficitur, *decis.* 262. *num.* 10. *Bourlemont*.

de Hæreditate patris, vel alterius ascendentis statutum loquens masculini generis non habet locum vbi agitur de hæreditate matris, *decis.* 428. *num.* 5. *Cerro*.

Hæreditaria bona quod sint probari potest ex eo, quod vti talia fuerunt in Inuentario ab hærede descripta, *decis.* 296. *num.* 1. *Cerro*

Hæreditatem simpliciter adiens hæres, onus sibi iniunctum, dimittere non valet, *decis.* 319. *num.* 1 *Verospio*.

Hæreditatis aditio arguitur ex solutione debitorum hæreditariorum, *decis.* 65. *num.* 3. *Beuilaqua*

Hæreditatem filio matris non acceptante Viro defertur, *decis.* 224. *num.* 2. *Verospio*

Hæreditate iacente nemo potest accipere bona hæreditaria, nec quidquam facere, *decis.* 534. *num.* 3 *Albergato*

Hæreditas quando non exprimitur à quo sit restituenda, onus vltimo morienti intelligitur impositum, *dec.* 329. *num.* 3. *Albergato*

Hæreditatem adeunte hærede contra ipsum in solidum agi potest, *decis.* 207. *num.* 4. *Emerix*

Hæreditas relicta filijs eorumque successoribus, vt condecentius viuant, censetur relicta cum onere fideicommissi, *decis.* 464. *num.* 10. *Bourlemont*

in Hæreditate opulenta inuentarium non prodest quo minus hæres teneatur subire onera hæreditaria, *decis.* 478. *num.* 9. *Carp.*

Hæreditatis fructus secundum Iuris dispositionem ad rationem quinque pro quolibet centenario, & anno taxantur, *decis.* 150. *num.* 5. *Emerix*

ad Hæreditatem substituti vt admitti valeant non requiritur quod in verbis fiat mentio de tota, vel integra hæreditate, sed sufficit indefinita, *decis.* 226. *num.* 4. *Albergato*

Hæreditas vxoris ab intestato defunctæ viro attribuitur quoties omnes in successibili gradu existentes defecerint, *dec.* 224. *num.* 3. *Verospio*,

Hæreditas per filium non adita non potest ad matrem transmitti, *decis.* 438. *num.* 10. *Albergato*

Hæreditas à detractionibus minuitur, *decis.* 247. *num.* 11. *Beuilaqua*.

Hæreditas, non iustificata eam non esse soluendo de iure opulenta, ac soluendo præsumitur, *decis.* 39. *num.* 3. *Vicecomite*

HAERES

Hæres reddens rationem tenetur edere libros peritum legendos, vt ad validam, & veram calculationem deueniri possit, *decis.* 39. *num.* 4. *Vicecomite*

in Hæredes pacta omnia actiuè, & passiuè transeunt etiamsi de illis non fuerit facta mentio, *decis.* 35. *num.* 1. *Albergato*.

Hæres, non curator hæred. Iacentis citandus est, alias mandatum est nullum, *decis.* 227. *num.* 1. *Emerix*

Hæres factum defuncti seruare tenetur, *decis.* 334. *num.* 14. *Albergato*

Hæres inducianus quis sit, & ad quid tenetur, *decis.* 536. *num.* 62. *Castaldo*

Hæ-

Digitized by

Hæres beneficiatus debita hæreditaria exigere non tenetur, *decis.* 82. *num.* 11. *Vicecomite*
Hæres vniuersalis ad solutionem debitorum Defuncti tenetur, *decis.* 356. *num.* 15. *Albergato*
Hæres obligatur ad exigendam cautionem de restituendo prioribus & potioribus etiam quando appareat sola suspicio de prioritate & potioritate, *dec.* 39. *num.* 8. *Verospio.*
Hæres non potest ab actionibus passiuis se eximere easque in alium transferre, *decis.* 106. *num.* 21. *Vicecomite.*
Hæres si semel facultate sibi à testatore tributa vsus fuerit non potest amplius variare, *decis.* 404. *nu.* 3 *Carpineo*
Limita si declaratio hæredis inuerisimilis non sit, & ab intentione testatoris difformis, *ibidem num.* 4
Hæredi conductoris datur retentio, donec melioramenta ab illius auctore bona fide, & vtiliter facta sibi reficiantur, *decis.* 25. *num.* 1. *Emerix*
Maximè concurrente, & sic volente locatore, & *ibidem num.* 2.
Hæres non valet voluntate Testatoris spreta, omninò substitutiones contrarias, vel hæreditatem vocare, *dec.* 319. *num.* 9. *Verospio.*
Hæredi conceditur immissio ad bona per defuncti possessa, *decis.* 106. *num.* 2. *Vicecomite*
Hæres obligatus restituere pluribus expresse nominatis non satisfacit nominando vnum, *decis.* 240. *num.* 2. *Cerro*
Hæres hæredis est etiam hæres primi defuncti, *decis.* 227. *num.* 2. *Emerix*
Hæres hæreditatem simpliciter adiens, onus sibi iunctum, dimittere non valet, *decis.* 519. *num.* 3. *Verospio.*
Hæredibus ab intestato venientibus debetur immissio ex interdicto quorum bonorum, *decis.* 177. *num.* 2. *Cerro*
Hæres etiam sine Inuentario, confundit iura sibi competentia tempore additionis, non illa, quæ deinde superueniunt, *decis.* 260. *num.* 20. *Benilaqua*
Hæres præsumitur satisfactus credito, quod habebat cum testatore, quando plura bona hæreditaria ad ipsum peruenerunt, *decis.* 200. *num.* 4. *Emerix*
Hæres, cui defunctus aliquid oretenus propalauerat, si non iurauerit, talem fuisse mentem testatoris, declaratio illius sine iuramento non attenditur *decis.* 294. *num* 17. 18. & 21. *Carpineo*
Hæres qui ex testatoris præcepto pluribus expresse nominatis restituere tenetur non potest in præiudicium nominatorum vnum dumtaxat nominare, *decis.* 410. *num.* 1. *Cerro*
Hæres scriptus tanquam per fideicommissum vocatus debet hæreditatem capere de manu hæredis ab intestato, *dec.* 303. *num.* 14. *Carpineo*
Hæres beneficiatus vltra vires hæreditarias non tenetur, *decis.* 313. *num.* 5. *Cerro*
Hæres beneficiatus à creditorum vexationibus liberatur bona hæreditaria dimittendo, *ibid. num.* 6.
Hæres verus, & proprius est, qui liberam, & absolutam habet potestatem disponendi de bonis hæreditarijs, *decis.* 536. *nu.* 63. *Castal.*
Hæredi ad exclusionem fideicommissarij sufficit, quod si competere possint defensiones, & detractiones ex causa solutionis æris alieni, meliorationum &c. *decis.* 100. *num.* 11. *Vicecomite*
Hæres grauatus restituere pluribus voluntati testatoris nō satisfacit electione vnius, *dec.* 410. *n.* 4. *Cerro*
Hæredibus quando nō fuit datus substitutus portio decedentis non accrescit alteri superstiti, vel saltem fideicommissum operatur dumtaxat in qualibet linea, *decis.* 152. *num.* 2. *Ottalora*
Hæres grauatus non potest in aliorum præiudiciū vnum eligere, nec satisfacit voluntati testatoris, quando idem plures personas, & lineas specialiter expressit, *decis.* 240. *num.* 4. *Cerro*
Hæres factum sui auctoris seruare tenetur, *decis.* 24. *num.* 9. *Albergato.*
Hæredum nomine, & appellatione quicumque etiam extranei continentur, *decis.* 135. *num.* 11. & 12. *Verospio*
per Hæredem grauatum fructus percepti sunt cum detractionibus illi competentibus compensandi, *decis.* 395. *num.* 6. *Benilaqua*
Hæres filius sine beneficio inuentarij paternam hæreditatem acceptans, præsumitur bona subtraxisse, & satisfactus legitimæ, *decis.* 201. *n.* 1. *Verospio.*
pro Hæredibus & successoribus stipulatio intelligitur pro illis de sanguine, non pro extraneis, *decis.* 83. *num.* 11. *Benilaqua*
Hæredum appellatione comprehenduntur extranei, *dec.* 391. *num.* 11. *Bourlemont*
Hæres contraueniendo præcepto Testatoris, seu illud explere nequiens, ne testatoris ordinatio eludatur, debet priuari, *decis.* 113. *num.* 4. *Verospio*
Hæres grauatus si credita quæ à principio exigibilia erant exigere non curauit, & tractu temporis facta sunt inexigibilia, ad illa tenetur, *decis.* 313. *num.* 8. *Cerro*
ad Hæredes conductore intra tempus conductionis mortuo conductio transit, *decis.* 34. *num.* 9. *Priolo.*
Hæres filius sibi de legitima satisfeciſſe censetur, quoties aliqua ex bonis hæreditarijs distraxerit, *decis.* 201. *num.* 3. *Verospio.*
ad Hæredes etiam extraneos contractus de sui natura transit, *decis.* 83. *num.* 8. *Benilaqua*
Hæredi clausula omni meliori modo dat facultatem implicitam ingrediendi possessionem, *decis.* 303. *num.* 18. *Cerro*
Hæres qui habet facultatem disponendi potest eam vti moderando, vel augendo portiones, non autem in destructionem fideicommissi & vocationis, *decis.* 410. *num.* 6. *Cerro*
Hæres docere de bonorum hæreditariorum inuentario, & de illis rationem reddere tenetur, *decis.* 143. *num.* 3. *Benilaqua*
per Hæredem in sui crediti satisfactionem bona detenta, præsumuntur per imaginariam solutionem appropriata, *decis.* 396. *num.* 3. *Cerro*
Hæredum appellatione, & successorum continentur solum singulares successores, non autem hæredes extranei, *decis.* 391. *num.* 12. *Bourlemont*
Hærede cum beneficio legis & inuentarij hæreditatem adeunte fit quod persona hæredis ab ipsa hæreditate distinguatur, *decis.* 82. *num.* 4. *Vicecomite*
Hæres est eiusdem iuris, quàm defunctus, *dec.* 532. *num.* 30. *Bourlemont*
Hæredem hæreditas non soluendo non inuenit, *decis.* 167. *num.* 45. *Tusc*
Hæres dicitur onus iniunctum acceptare per assecutionem, & retentionem bonorum, *decis.* 356. *num.* 10. *Albergato*
Hæres ob contumaciam in propria persona, & bonis

nis conueniri potest, *decis.143. num.4. Beuilaqua*
Hæredum appellatione legitimè descendentium veniunt fœminæ qualitatem hæreditariam habentes, *decis.78. num.5. Emerix*
Hæres vltimus de linea quando per verba indeterminata, & tractum successiuum continentia substitutionem fuit grauatus fœminis restituere præsupponitur inter omnes inducta reciproca, *decis.326. num.10. Albergato*
Hæres quamuis non habeat qualitatem à Testatore requisitam, dummodo adsit spes, quod in progressu temporis onera sibi iniuncta adimplere valeat, non est locus substitutioni, *decis. 43. num. 7. Vicecomite*
Hæres particularis dato hærede vniuersali, habetur pro legatario, *dec.382.num.6. Albergato*
Hæres cum beneficio inuentarij non tenetur ad hæreditatis debita soluenda, nisi firmato prius statu hæreditatis, & reddita ratione, *decis. 265. num.11. Bourlemont*
Hæredi ab intestato venienti interdictum *quorum bonorum*, competit contra possidentem pro hærede vel possessore, *dedis.253. num.10. Emerix*
Hæredis instituti bona illa præsumuntur libera, quando ipsi non fuit datus alter substitutus, ita vt illa transmittere valeat ad hæredes, *decis. 180. nu.4. Emerix.*
Hæredes viri non debent ad restitutionem dotis teneri, quam idem vir non exegit, *decis.314.num.4 Emerix*
Hæres grauatus restituere familiæ dummodo relinquat vni potest alios omittere, *dec. 240. num.3. Cerro.*
Hæres in contumacia potest condemnari in personam, & bona propria, *decis.28. num.5. Beuilaqua*
Hæres particularis euadit hæres vniuersalis si velit, *decis.382.n.13. Alberg.*
Hæres non potest iure hæreditario petere bona, quę fassus fuit non esse defuncti cum veniat contra factum proprium, *dec.511.num.1.8.& 9.Cerro.*
contra Hæredem competunt omnes exceptiones, quę competebant contra defunctum, *decis. 332. num.21. Bourlemont*
Hærede adeunte hæreditatem contra ipsum in solidum agi potest, *dec.207. nu. 4. Emerix*
Hæres beneficiatus soluens Creditoribus hæreditariis posterioribus, non reportata cessione de restituendo anterioribus, seu potioribus, sibi imputet, *decis.521.nu.12. Vicecomite*
Hæredis existentia onus sibi iniunctum explere nō valentis aperitionem substitutionis impedire nequit, *dec.103. num.8. Verospio*
Hæres renuntiantis renunciatione ligatur, sicuti ipsemet renuncians, *decis.323. num. 2. Beuilaqua*
Hæres obligans bona propria pro dote cum promissione de rato pro cohęredibus non solum ex persona propria vigore huius obligationis tenetur, sed etiam ob non sumptam ratihabitionem coheredum ipse solus conueniri potest, *dec. 207. numer.5. Emerix.*
Hæres, quando non præsumatur sibi satisfeciſſe de credito hæreditario, licet inuentarium bonorum hęreditariorum non confecerit, *decis.532.num. 25 Bourlemont*
Hæredibus dos relicta ab intestato à Testatore non potest de ea disponere illius hæres, *decis. 164. num.5. Verospio.*
Quod amplia, vt num.6.
Hæres continuans negotium defuncti, non dicitur illud sponte continuasse, dum erat necessarium, & continuatiuum primi imò perfectio operis iã incepti, *decis.34. num.10. Priolo*
Hæredi onus à Testatore iniunctum, debet omnino per hęredem impleri, *decis.382.num.10. Albergato*
Amplia si acceptauerit id, in quo fuit institutus hæres, quo casu onus recusare non potest, *ibid. num.11.*
Hæres beneficiatus rationem non reddens de bonis in inuentario descriptis ad solutionem ęris alieni hereditarij de proprio tenetur quamuis vires nō sufficiant, *decis. 39. num.2. Vicecomite*
Hæres grauatus alienando bona fideicommisso subiecta efficitur debitor fideicommissarij & alienatio ex causa legitimę censetur cum debito cōpensata, *decis.181.num.8. Beuilaqua*
contra Hæredes agenti condictione indebiti incumbit onus ostendendi lucrum indebitum illi, à quo causam habent ipsi hæredes, *decis.26. nu.2. Taia*
Hæredum vocatio nomine collectiuo concepta fideicommissi reciproci coniecturam inducit, *decis.411. numer.7. Albergato*
Et hoc procedit quando cum nomine collectiuo concurrit verbum tractum futuri temporis importans, *ibid. num.8.*
Hæres factum Defuncti seruare tenetur, *decis.356. num.12. Albergato*
Hæres impugnando testamentum cadit à commodo institutionis, *ibid. num.13.*
Hæres particularis efficitur hęres vniuersalis, ne quis pro parte testatus, & pro parte intestatus decedat, *ibid. num. 14.*
Hæres bonorum feudalium, & hęres allodialium pro debitis contractis à defuncto qui tempore obligationis vtraque bona possidebat pro rata ad solutionem debitorum tenentur, *decis.331. nu.4. Cerro.*
per Hæredis vniuersalis institutionem coniux superstes de bonis disposuisse non videtur, sed specialis dispositio requiritur, *decis.155. num. 8. Albergato*
Hæres beneficio legis & inuentarij non priuatur eo quia rationem non reddat de fructibus bonorum hęreditariorum, *decis.82.num.8. Vicecomite*
de Hęrede in hęredem testator vocans descendentes cum qualitate masculinitatis, & legitimitatis videtur non curasse, quod descendentes sint hęredes bonorum, *decis.269.num.4. Ottalora*
Hæres potest soluere suo creditori nomen debitoris ante denunciationem sibi factam à creditore sui creditoris, *decis.443. num.5. Taia*
ad Hæredes immediatè nominatos verba *in perpetuum*, relata operantur, ac si testator dixisset quod bona de hęrede in hęredem, vel de descendente in descendentem vadant, *decis.401. num.2. Albergato*
Hæredes, & successores verba, inspecta natura feudorum intelliguntur pro hęredibus, & successoribus sanguinis. *dec.83. num.10. Beuilaqua*
Hæres debet id facere, quod ipse testator, si viueret, facturus fuisset, vel in defectum hęredum fieri expressit, *decis.294.num. 26. & 27. Carpineo*

Hæredi beneficium legis, & inuentarij operatur, vt ipſe præſeruetur à damno, non autem vt fructus hæreditatis lucretur, *dec.* 521. *num.* 9. *Vicecomite.*

ad Hæredes extraneos iuſpatronatus de ſui natura, qualitate gentilitia ſpoliata tranſire poteſt, *dec.* 462. *num.* 13. *Bourlemont.*

Hæres debitoris euadit debitor, & obligatus, *deciſ.* 220. *num.* 15. *Taia.*

Hæres beneficiatus ſoluens creditoribus hæreditariis debet conſtare de credito vero, & reali, *deciſ.* 521. *nu.* 10. *Vicecomite.*

Quod multo magis procedit quando per creditores hæreditarios fuit id oppoſitum. *ibidem num.* 11.

Hæres præſumitur eſſe talis ex quo aliquid accipit, quod citra ius, & nomen hęredis conſequi nequibat, *deciſ.* 224. *num.* 6. *Veroſpio.*

Hæres inuentarium conficiens vltra vires illius non tenetur, *dec.* 272. *num.* 1. *Taia.*

pro Hærede etiam extraneo verba *hæredes, & ſucceſſores* intelligi debent, *deciſ.* 205. *num.* 22. *Beuilaqua.*

Hæres inſignia, & arma priuatiuè vnius aſſumens ſi alia accipiat præcepto poſteriori contrauenire cenſetur, *deciſ.* 103. *num.* 7. *Veroſpio.*

Hæres coactus continuare conductionem à defuncto initam non tenetur de proprio, *deciſ.* 34. *num.* 7. *Priolo.*

Hæredi non denegatur immiſſio, quando conſtat de vitioſa poſſeſſione alterius, *deciſ.* 100. *num.* 12 *Vicecomite.*

Hærede voluntatem Teſtatoris non implente lex ad eam ſeruandam inducit pœnam priuationis, & ad fauorem ſubſtitutorum ſucceſſionem aperit, *deciſ.* 437. *num.* 4. & 5. *Bourlemont.*

Hæres defuncti factum ſeruare tenetur, *deciſ.* 485. *numer.* 13. *Carpineo.*

Hæres legatum præſtare tenetur, quotics hæreditas ſit ſoluendo, *dec.* 478. *num.* 8. *Carpineo.*

Hæres pro medietate creditor defuncti hęreditatem adeundo ratam crediti extinguit, *deciſ.* 317. *num.* 9. & 10. *Bourlemont.*

Hæres qualitati beneficij per defunctum adiectæ derogare non poteſt, *deciſ.* 152. *num.* 5. *Vicecomite.*

Hæres approbans teſtamentum non ritè factum, non poteſt nocere tertio, non habenti cautam ab illo, *dec.* 72. *num.* 9. *Priolo.*

Hæredis aſſertiones contrariæ voluntati teſtatoris non ſunt attendendæ, *dec.* 536. *num.* 65. *Gaſtaldo.*

Hæres ex quo arguatur eſſe talis, *deciſ.* 224. *num.* 4. *Veroſpio.*

Hæres voluntatem defuncti alterare non poteſt immo illius voluntatem ſequi tenetur, *deciſ.* 294. *num.* 10 & 11. *Carpineo.*

vti Hæres, filius in quibus bonis ſuccedat, & in quibus vti filius, *deciſ.* 61. *num.* 3. *Priolo.*

Hæredes in legitima filij iuxtà Soccini cautelam valent inſtitui, *dec.* 115. *num.* 3. *Veroſpio.*

Hæres ex quibus dotem maternam detrahere ex bonis fideicommiſſo obnoxijs non valeat, *deciſ.* 411. *num.* 21. *Albergato.*

Hæredi non denegatur immiſſio, quando conſtat de vitioſa poſſeſſione alterius, *deciſ.* 100. *numer.* 12. *Vicecomite.*

Hæredum nomine in materia fideicõmiſſi veniunt hæredes ſanguinis, *deciſ.* 391. *num.* 10. *Bourlemont.*

ab Hærede actus geſtus contra veriſimilem teſtatoris mentem non ſubſtinetur, *dec.* 294. *n.* 14. *Carpineo.*

Hæredi ſcripto non eſt impedienda manutentio nõ concurrentibus requiſitis ad illam impediendũ, *deciſ.* 190. *numer.* 9. *Albergato.*

Hæres, ſicuti non poteſt reclamare facto defuncti, ita multo minus dicendum eſt de hærede hæredis, *deciſ.* 532. *numer.* 20. *Bourlemont.*

Hæres quando non confecit Inuentarium, & alienauit bona hęreditaria præſumitur ſibi ſatisfeciſſe de eo, quod erat creditor defuncti, *ibid. num.* 22.

Et quando id habeat locum, *ibid. num.* 23.

Hæres non poteſt impugnare factum defuncti, fallit, *deciſ.* 523. *numer.* 20. 21. & 22. *Veroſpio.*

Hæres liber, & beneficiatus non tenetur ad creditorum hæreditariorum exactionem, & poteſt eogere creditores ad illa exigenda, *dec.* 313. *numer.* 9. *Cerro.*

Hæredi grauato Trebellianicæ venit concedenda detractio, *deciſ.* 279. *num.* 5. *Taia.*

ab Hęrede illius, qui talem ipſum conſtituit, procurator poteſt reuocari, *dec.* 320. *n.* 7. *Carpineo.*

ab Hærede fideicommittentis bona fideicommiſſaria poſſeſſa fuiſſe probare tenetur immiſſionem ex *l. final. C. de edict. Diui Adrian. tollend.* prætendens, *deciſ.* 277. *num.* 1. *Ottalora.*

Hæres ſciens alios adeſſe creditores anteriores ſoluendo illis qui primò comparuerunt, tenetur ab iſtis cautionem exigere de reſtituendo prioribus, & potioribus, alias non liberatur, *deciſ.* 39. *num.* 7. *Veroſpio.*

Hæres grauatus deferendi nomen, & arma quod cadat à commodo primogenituræ, & admittatur ſubſtitutus quando procedit, *dec.* 194. *nu.* 10. & 11. *Priolo.*

Hæres beneficiatus non habet facultatem tradendi vendita, & ſoluere ſi velit, ſin minus dare in ſolutum, *deciſ.* 478. *nu.* 7. *Carpineo.*

Hæredi clauſula cęterata adiecta intelligitur de hærede, & ſucceſſoribus quibuſcumque, *dec.* 528, *num.* 13. *Veroſpio.*

Hęres etiam beneficiatus ſoluens credita poſteriora ſcienter, de proprio tenetur, *dec.* 521. *nu.* 9. *Veroſpio.*

Et ita in praxi ſeruatur, *ibid. num.* 16.

Hæres tenetur legatariæ alimenta ſubminiſtrare, *deciſ.* 442. *numer.* 11. *Albergato.*

Hærede prędecedente ante purificatam conditionẽ caducata remanet ſubſtitutio ad fauorem alioũ vocatorum *deciſ.* 10. *num.* 19. *Veroſpio.*

Sed declara, *ibidem num.* 20.

Hæres non poteſt condemnari ad dotis reſtitutionem non liquidata illius quantitate, *deciſ.* 188. *numer.* 12. *Priolo.*

Hæres etiam mediante colono acquirere valet, & continuare poſſeſſionem abſque alia apprehenſione, *deciſ.* 229. *num.* 4. *Bourlemont.*

Hæres ad cõtributionem pro ſolutione debitorum ex quibus teneatur, *deciſ.* 331. *num.* 13. *Cerro.*

Hæres tenetur conficere inuentarium, & reddere rationem, *deciſ.* 28. *num.* 4. *Benilaqua.*

Hæredis procurator, non tui auctoris eſt citandus, *deciſ.* 320. *num.* 8. *Carpineo.*

Hæres quando excutari non poſſit de ignorantia crediti hęreditarij anterioris, *deciſ.* 521. *numer.* 13. *Vicecomite.*

Hæres præſtare cautionem tenetur de reſtituendo eueniente caſu fideicõmiſſi, *deciſ.* 279. *numer.* 12. *Taia.*

Hæres præsumitur conscius voluntatis Testatoris, *decis.294. num.6. Carpineus.*
Hæres qui non est, vllo modo conueniri potest, *decis.265. num.10. Benilaqua.*
Hæredum appellatione veniunt etiam hæredes extranei, *decis.205.num.20. Benilaqua.*
per Hæredem bona alia præter recensita in calculo, non adesse in hæreditate testatoris, onus probandi hæredi afferenti incumbit, *decis.201.num.2.& 4. Verospio.*
Hæredi immissio non conceditur, nisi probet ea fuisse in bonis defuncti tempore mortis, *dec.271. num.18. Taia.*
Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, non reddita ratione bonorum, tenetur de proprio, creditoribus hæreditarijs, si vires hæreditariæ non sufficiant, *decis.521.num.4. Vicecomite.*
Hæres grauatus non potest descendentes excludere instituendo in bonis extraneos, *decis.269.numer.3. Ottalora.*
Hæredi ad exclusionem fideicommissarij sufficit, quod sibi competere possint defensiones, & detractiones ex causa solutionis æris alieni, melioramentorum &c. *decis.100.num.11. Vicecomite.*
Hæres extraneus, & collateralis, non excludit à portione Aui nepotem, & si secus esset repugnaret hoc menti Testatoris, *decis.30. num.15. Verospio.*
Hæres, aliud est, si asserat, se esse hæredem, & aliud si dicat se possidere hæreditatem, *decis.536. num.64. Gastaldo.*
Hæredi conceditur immissio ad bona per defunctũ possessa, *dec.100. num.2. Vicecomite.*
Hæres non potest contrauenire facto defuncti, *decis.37. num.19. Carpineo.*
Hæres institutus cum onere restituendi filijs, idem onus ad hæredes transmittit, *decis.172.num.1. Otalora.*
Hæredes substituti per fideicommissariam, non dũ fideicommisso purificato, non possunt diuidere bona fideicommissaria, & diuisio, est nulla, *decis.505.num.1. Ottalora.*
Quod declara *ibid.num.2.& 3.*
Hæredi onus debiti sui auctoris soluendi incumbit, *dec.479.num.3. Bourlemont.*
Hæredi viri mulier non tenetur restituere effectus ad eius instantiam deliberatos, quoties illorum pretium in anteriorum creditorum satisfactionẽ erogatum fuerit, *decis.450. num.5. Cerro.*
Hæres ex quibus dotem maternam detrahere ex bonis fideicommisso obnoxijs non valeat, *decis.411.num.21. Albergato.*
Hæres in negatiua se fundans concludenter illam probare tenetur, *decis.264.num.7. Albergato.*
per Hæredem alienatio facta cedit in legitimæ detractionem, *dec.181.num.5. Benilaqua.*
Hæredi grauato Trebellianica competit, *decis.523. num.3. Verospio.*
Hæres factum defuncti impugnare non potest, *decis.409.num.3. Emerix.*
Hæres verus, & proprius est, qui liberam, & absolutam habet potestatem disponendi de bonis hæreditarijs, *decis.536.num.63. Gastaldo.*
Hæredi reseruata bona liberè possunt ab isto ad suos hæredes transmitti, *decis.12.num.7. Verospio.*
de Hæredibus sanguinis verba *in perpetuum* in fideicommisso ascendentis inserta intelliguntur, *decis.411.num.3. Albergato.*
Hæres contrauenies dispositioni Testatoris non lucratur fructus tollit, *decis.213. num.10.& 11. Benilaqua.*
Hæres beneficiatus non tenetur de propriis bonis rationem reddere creditoribus, & consideratur ac si non esset hæres, *dec.34.num.1. Priolo.*
ab Hærede grauato descendentes vocati possunt bona alienata reuocare, *decis.269.num.2. Ottalora.*
Hæredem condemnatus in vno Regno habere potest in alieno Regno, declara vt hic, *decis.536. num.28. Gastaldo.*
Hæres non potest impugnare confessionem, *decis.532.num.3. Benilaqua.*
Hæres commodo hæreditatis priuari non debet, dum non valuit ob ætatis defectum onera sibi iniuncta adimplere, & ob resistentiam iuris prohibentis pupillo, non solum lauream doctoralem, sed etiam Procuratoris exercitium, *decis.43. num.12.& 13. Vicecomite.*
pro Hæredibus, & successoribus quibuscumque donatio comprehendit etiam extraneos, & potest fieri purè & sub conditione, *decis.492.num.3. 4.5.& 6. Taia.*
Hæres particularis ex quo fiat hæres vniuersalis, *dec.382.num.14.15.& 16. Albergato.*
Hæres factum defuncti impugnare non valet, *decis.248.num.11. Emerix.*
Hæredibus defuncti actio datur contra illius debitores, *decis.216.num.11. Verospio.*
Hæredi minus est onerosa ad propriam mensam alimentatio, *decis.442.num.8. Albergato.*
Hæres succedit in vniuersum ius, quod habebat defunctus tempore mortis, *decis.83. num.1.& 12. Benilaqua.*
Hæres beneficiatus existente hæreditate non soluendo potest nomina debitorum dare in solutionem crediti, *dec.34.num.3. Priolo.*
Hæres non potest impugnare confessionem defuncti, *dec.532. num.8. Benilaqua.*
Hæres cum beneficio inuentarij pro debiti satisfactione tot ex bonis hæreditarijs creditori assignare potest, *dec.478.num.3. Carpineo.*
Sed declara *ibidem num.4.& 5.*
Hæredi onus vni impositum alteri non censetur iniunctum nisi specialiter exprimatur, *decis.332. num.2.7.& 8. Bourlemont.*
Hæres factum defuncti auctoris seruare omninò tenetur, *decis.283.num.10. Verospio.*
Hæredibus acquiritur possessio bonorum locatorũ defuncti mediantibus Colonis, sine alia apprehensione, *decis.520. num.32. Bourlemont.*
Hæredibus onus restrictiuè iniunctum restringit dispositiones ad hæredes sanguinis, *dec.465.num.30. Otalora.*
Hæres tenetur probare non inuenisse emptorem nec illi sufficit id verbis asserere, *decis.478.num.12.& 13. Carpineo.*
Hæredis institutio est facienda à Testatore coram septem testibus, *decis.359.num.4. Cerro.*
pro Hæredibus & successoribus assignatio facta ad hæredes & successores transit, *decis.83.num.5. Benilaqua.*
Hæres non est qui medio iuramento hæreditatem repudiat, *decis.65. num.1. Benilaqua.*

Hæredis inſtitutio eſt caput teſtamentariæ diſpoſitionis, *deciſ.* 536. *num.* 50. *Gaſtaldo.*
Hæres commoda, & incommoda hæreditatis ſentire debet, *deciſ.* 256. *num.* 17. *Albergato.*
Hæredi particulari Teſtatore iniungente onus ſoluendi eius debita, tenetur hic eadem obligatione, qua defunctus tenebatur, *ibid. num.* 9.
Hæredis fauore ſententia lata fauore defuncti eſt exequenda, *deciſ.* 530. *num.* 1. *Priolo.*
contra Hæredes actio datur pro rata, *deciſ.* 111. *numer.* 2. & 3. *Taia.*
Hæredis impotentia, ſeu contrauentio facit purificatam ſubſtitutionem ad fauorem alterius in caſu lineæ extinctæ à teſtatore vocati, *dec.* 103. *num.* 5 *Veroſpio.*
Hæredis inſtitutio, & factio teſtamenti à morti proximo ad interrogationem alterius edita aliquando ſuſtinetur, *deciſ.* 239. *num.* 1 *Veroſpio.*
Hæres non valet redarguere defunctum de mendacio quod non eſt permiſſum, *deciſ.* 532. *numer.* 11. *Bourlemont.*
Hæres ad omne æs alienum defuncti tenetur, *deciſ.* 124. *num.* 3. *Veroſpio.*
Hæres in reddenda ratione tenetur deſcribere bona diſtinctè, & cum ſuis qualitatibus Ratio, *deciſ.* 39. *num.* 13. & 14. *Veroſpio.*
Hæres non poteſt impugnare factum defuncti, *deciſ.* 63. *num.* 10. *Albergato.*
Hæres non conficiens inuentarium de detractionibus ſibi competentibus ſatisfactus cenſetur, *deciſ.* 264. *num.* 4. *Albergato.*
Hæredum obligatio tacita in ſocietate ineſt, *deciſ.* 4. *num.* 8. *Taia.*
HAERETICVM eſt de Papæ poteſtate dubitare, *deciſ.* 446. *num.* 6. *Emerix.*
HIEROSOLYMITANVS miles profeſſus efficitur inteſtabilis, *deciſ.* 75. *num.* 1. *Albergato.*
Et eius bona non hæredibus ſanguinis, ſed Religioni acquiruntur, *ibid. num.* 2.
Fallit in Conclauiſta, & alijs debet tamen conſtare de acceptatione priuilegij aliàs non valet, *ibidem num.* 3. & 4.
Hieroſolymitanus frater qui ſe pro tali geſſit debet ad obſeruantiam ſtatutorum compelli ſi non ratione ſubiectionis, ſaltem vigore fraudis ex quo pro tali ſe vſurpauerat, *deciſ.* 334. *num.* 16. *Albergato.*
HISPANIARVM Nũcius procedit in cauſis ſpoliorum Maioricæ, & in ea deputat ſubcollectores, *dec.* 112. *num.* 5. *Emerix.*

HISTORIIS.

Hiſtorijs, & Chronicis in factis antiquis plurimum defertur, & quando illorum auctores ſunt approbati maxima illis fides præſtatur, *deciſ.* 424. *num.* 5. *Albergato.*
Hiſtoricis antiquis, & famoſis de rebus Eccleſiæ ſcribentibus plurimum eſt deferendum, *deciſ.* 316. *num.* 5. *Ottalora.*
Hiſtoricis aliter ſcribentibus teſtes diuerſis adminiculis fulciti præferuntur, *deciſ.* 261. *num.* 7. *Veroſpio.*
Hiſtoria alicuius familiæ probat Iuſpatronatus eſſe gentilitium, *dec.* 316. *num.* 12. *Priolo.*
ex Hiſtoria Religionis profeſſio, & obitus Religioſi probatur, *deciſ.* 535. *num.* 77. *Senarolo.*
Hiſtoriæ tamquam in fama fundatæ probant, *deciſ.* 316. *num.* 13. *Priolo.*
HOMICIDIVM etiam ſimpliciter volitũ in cauſa irregularitatem inducit, *deciſ.* 355. *nu.* 12. *Albergato.*

HOMO.

Hominis prouiſio ſpecialis non tollit facultatem à iure communi delatam, *deciſ.* 142. *num.* 9. *Veroſpio.*
Quidquid dicendum ſi ex priuilegio illa competeret, *ibid. num.* 10.
Alias pactum ad vnius fauorem adiectum in eiuſdem odium poſſet retorqueri, *ibid. num.* 11.
ab Homine exequutio quando dicatur facta, & quando à lege, *deciſ.* 255. *num.* 4. *Albergato.*
Hominis paupertas eſt connaturalis, *deciſ.* 94. *num.* 2. *Veroſpio.*
Homo naturaliter circumſcriptiuè non poteſt eodem tempore eſſe in duobus locis, *deciſ.* 535. *numer.* 83. *Senarolo.*
Hominum ſucceſſione reputari non poteſt indignus, qui ob aſſumptionem ad clericatum ad partem hæreditatis Dumini admiſſus eſt, & illi cui plus conceditur etiam minus debet concedi, *dec.* 190. *num.* 7. *Albergato.*
Hominis diſpoſitio latam recipit interpretationem, *deciſ.* 109. *num* 12. *Otalora.*
Homines omnes ſunt in linea deſcendenti Adam, *dec.* 172. *num.* 11. *Ottalora.*
Homines vix vera debita præſenti ſæculo ſoluunt, *deciſ.* 26. *num.* 11. *Taia.*
Hominum malitijs quærendum obuiare, *deciſ.* 536. *nu.* 181. *Gaſtaldo.*
Homines viliores ne à potentioribus contumelias afficiantur eſt curandum, *dec.* 412. *num.* 4. *Taia.*
HONOREM, & animam mercator ob modicum lucrum non præſumitur velle prægrauare deteſtabili vſuræ crimine, *dec.* 126. *num.* 24. *Veroſpio.*
HONOR maior ex communi hominum vſu tribuitur præſenti, quam abſenti, *deciſ.* 44. *nu.* 8. *Vicecomite.*
ex HORA qua captus fuit captiuus cenſetur deceſſiſſe, *dec.* 453. *num.* 2. *Benilaqua.*
HORAM parochi non ſolent deceſſus notare, *deciſ.* 17. *num.* 3. *Veroſpio.*

HYPOTHECA.

Hypotheca venit alienationis appellatione, *dec.* 109. *num.* 1. *Otalora.*
Hypotheca ſaltem tacita nurui competit pro ſumma ſibi promiſſa in caſu nuptiarum, & poteſt illius vigore ab alijs creditoribus hypothecarijs bona occupata vindicare, *dec.* 360. *nu.* 2. *Bourlemont.*
Hypotheca inducta ſemper intelligitur in contractibus dotalibus, etiam in ijs verbaliter factis, *ibid. num.* 9.
Hypotheca pro legitima non competit, & non poteſt retardare immiſſionem fideicommiſſarijs hypothecam habentibus, *deciſ.* 247. *numer.* 16. & 17. *Benilaqua.*
Hypothecarius creditor in caſu quo res, quæ erat debitoris ad eum perueniat, ius retentionis contra emptores, vel tertios poſſeſſores, qui non ſint æqualiter creditores hypothecarij experiri poteſt, *dec.* 415. *nu.* 9. *Bourlemont.*
Hypotheca non ſolum verbis generalibus, & indefinitis, ſed etiam ex verifimili contrahentium mente inducitur, *deciſ.* 448. *numer.* 11. *Bourlemont.*
Hypothecam obligatio Cameralis continet omnia bonorum, *ibidem num.* 12.
in Hypotheca creditor anterior præfertur, & Saluiano, *deciſ.* 388. *num.* 2. & 3. *Carpineo.*

Hypo-

Hypotheca non ſolum verbis generalibus, & indefinitis, ſed etiam ex verisimili contrahentium mente inducitur, *decis.* 448. *num.* 11. *Bourlemont.*
Hypothecam anteriorem creditoribus patris filius ratione alimentorum habet *decis.* 87. *num.* 9. *Priola.* Sed declara, *ibid. num.* 10. & 11.
per Hypothecam dominium à vero domino non abdicatur, nec transfertur in creditores, *dec.* 131. *num.* 10. *Beuilaqua.*
Amplia, *ibid. num.* 11.
cum Hypotheca creditum ex publico inſtrumento iuſtificari poteſt, *decis.* 394. *num.* 2. *Albergato.*
Hypothecarius creditor præfertur creditori ex cauſa depoſiti, *dec.* 429. *num.* 2. *Carpineo.*
Hypotheca tacita competit omnibus per ſe ipſos adminiſtrare non valentibus, vel prohibitis, *decis.* 429. *num.* 6. *Carpineo.*
cum Hypotheca creditum ex inſtrumento venditionis cenſus rectè iuſtificatur, *decis.* 353. *num.* 5.
Hypotheca nunquam cenſetur remiſſa, niſi expreſsè hoc fuerit actum, *decis.* 408. *num.* 7. *Bourlemont.*
Hypothecam anteriorem creditor non habet pro pecunia data ad reparationem domus, dum pecunia fuit expenſa in expenſis exceſſiuis, & ſuperfluis, *decis.* 327. *num.* 7. *Veroſpio.*
per Hypothecam ſpecialem ius in re acquiritur, non autem per generalem, per quam ſolum ius ad rem transfertur, *decis.* 439. *num.* 6. *Albergato.*
Hypotheca ad fauorem mulieris, & illius hæredum an à die diſtractionis bonorum dotalium, vel à die contractus dotis incipiat, *decis.* 396. *num.* 14. *Cerro.*
ab Hypotheca actor vt repellatur decennali præſcriptione debet habuiſſe ſcientiam rei hypothecatæ alienationis, *decis.* 103. *num.* 6. *Beuilaqua.*
Maſculorum ceſſante concurſu fęminæ niſi expreſſe fuerint excluſæ ſuccedunt, *decis.* 462. *nu.* 5. *Bourlemont.*
poſt Maſculos Teſtator fęminas agnatas, earumq; filios ad hæreditatem ſuam vocãs loca pia excluſiſſe videtur, *decis.* 211. *num.* 9. *Emerix.*
ad Maſculos ſupra vocatos, verba, vt bona conſeruentur apud hæredes, & in eorum linea maſculina, & ea deficiente in linea fœminina, relatiuè limitant, & reſtringunt conditionem, nec poſſunt referri ad deſcendentes excluſos, *decis.* 208. *num.* 13. *Priolo.*
Maſculinæ qualitatis repetitio non inducitur quoties perſonarum, & rationis diſparitas concurrit, *dec.* 123. *num.* 22. *Vicecomite.*
Maſculi ex fęminis nunquam dicuntur in eſſe deducti illis non natis, *dec.* 233. *num.* 1. *Albergato.*
cum Maſculis fęminæ concurrunt in bonis, cum clauſula vtriuſque ſexus conceſſis, *decis.* 78. *num.* 1. *Emerix.*
Maſculis dictio, qualificat tantum illa verba, quibus appoſita eſt, *dec.* 211. *nu.* 5. *Emerix.*

Masculus excluſus à fęminis ſemper eſt excluſus, & ſemel factus locus fęminis, non eſt faciendus locus denuo maſculis iam finitis, *deciſ.* 195. *num.* 3. *Taia.*
in Maſculo linea Maſculina incipit, & Fęminina in fęmina, *dec.* 233. *num.* 2. *Albergato.*
propter Maſculos filiabus excluſis, & propter Dotem, non poteſt inferri ex earum excluſione, ad excluſionem neptum, *deciſ.* 16. *num.* 29. *Priolo.*
poſt Maſculos, Teſtator fœminas ad ſucceſſionem bonorum admittens ſe declarare videtur, non ſumpſiſſe conſeruationem domus, & familiæ in rigida ſignificatione reſtricta ad ſolos maſculos, ſed in benigniori pro prælatione agnatorum tantum, *dec.* 211. *num.* 8. *Emerix.*
in Maſculo procreato dilectio maior cadit ex fœmina agnata proxima, quam ex remotiori, *deciſ.* 213. *num.* 13. 14. & 15. *Albergato.*
Maſculorum primogenitus, fœminæ primogenitæ ſuccedit, *deciſ.* 319. *nu.* 14. *Veroſpio.*
Maſculinum in actibus vltimæ voluntatis concipit femininum. *deciſ.* 285. *num.* 4. *Cerro.*
Maſculina qualitas totalem fœminarum excluſionem non inducit quando in aliis Teſtamenti partibus fœminæ vocatæ noſcuntur, *deciſ.* 170. *num.* 3. *Emerix.*
cum Maſculis veniunt, fęminæ ordine ſucceſſiuo, & non inſimul, *deciſ.* 78. *num.* 4. *Emerix.*
Maſculus debet quis eſſe adhoc, vt dicatur de linea maſculina, *deciſ.* 233. *num.* 6. *Albergato.*

MASCVLINITAS.

Maſculinitatis qualitatem Teſtator repetens, præſumitur ad agnationis conſeruationem reſpectũ habuiſſe, *deciſ.* 326. *num.* 6. *Albergato.*
Amplia ſi inter primos inſtitutos reciprocam ſubſtitutionem fecerit, *ibid. num.* 7.
Amplia denuò, ſi filios in conditione pluries poſuit, cum qualitate quod eſſent legitimi, & naturales, & de legitimo Matrimonio nati, *ibid. num.* 8. & 9.
Maſculinitatis, & legitimitatis expreſſio pluries repetita in filijs, inducit voluntatem conſeruandi perpetuò bona in agnatione, *deciſ.* 468. *num.* 14. & 15. *Ottalora.*
Maſculinitatis repetitio non eſt admittenda cõcurrente perſonarum, & rationis diſparitate, *deciſ.* 30 *num.* 11. *Vicecomite.*
Maſculinitatis qualitas ſæpius à Teſtatore repetita, arguit votum conſeruandæ agnationis, *deciſ.* 347. *num.* 1. *Emerix.*

MATER.

Mater præfertur Amitæ in renouatione Emphiteuſis expiratæ per obitum filii, *dec.* 476. *num.* 5. *Taia.*
Quod declara, *ibid. num.* 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.
Mater, frater, & ſoror æqualiter de Iure admittuntur ad ſucceſſionem ab inteſtato defuncti, *deciſ.* 128. *num.* 1. *Emerix.*
Mater à ſucceſſione filij auum paternum excludit, cum pater ſuperſit, *deciſ.* 122. *num.* 2. *Taia.*
Mater relicta in vſufructu ſimul cum filia cenſetur verè vſufructuaria, *deciſ.* 502. *num.* 2. *Albergato.*
à Matre titulo ſimplicis donationis, filij non tenentur ea, quæ receperunt communicare cum reliquis bonis hæreditarijs, *deciſ.* 3. *num.* 1. *Priolo.*
Mater in ſucceſſione filij, vbi ex diſpoſitione Statuti, vincitur à patruo, eo fortius vincetur ab auo *deciſ.* 122. *num.* 6. *Taia.*
Mater per compendioſam, vti deſcendens vocata, cenſetur grauata reſtituere filio per fideicommiſſum, *deciſ.* 30. *num.* 8. *Vicecomite.*
Matrem Statutum exhæredans vti odioſum, & iniquum non attenditur, *deciſ.* 122. *num.* 10. *Taia.*
Mater relicta tutrix non poteſt ad ſecundas nuptias conuolare, niſi præcedat renunciatio, Authent. Matri, & Aviæ, Cod. quando Mulier tutel. oner. fung. poteſt. *dec.* 130. *num.* 14. *Benilaqua.*
Matrem Statutum excludens propter coniunctos ex latere paterno, debet eam excludere ob perſonam aui, *deciſ.* 46. *num.* 6. *Albergato.*
Mater in ſucceſſione filij infantis defuncti, *fundatã* intentionem habens in Statuto, non poteſt excludi niſi à perſonis in ſtatuto expreſſis, *deciſ.* 438. *num.* 1. & 2. *Albergato.*
Mater excludi non debet vigore ſtatuti, niſi à perſonis ibi nominatis, & qui oculis corporeis legi poſſunt, *deciſ.* 46. *num.* 8. *Albergato.*
Mater non eſt excludenda à perſona, de qua ſtatutum non loquitur, *dec.* 122. *num.* 7. *Taia.*
à Matre ſolutiones factæ abſque mandato nullum præiudicium filio inferre valent, *deciſ.* 159. *num.* 7 *Cerro.*
Matrem ſtatutum licèt excludat exiſtente patruo, non tamen excludit ſororem, *deciſ.* 357. *nu.* 7. & 8. *Albergato.*
Mater excludi tantum debet à perſonis, quæ à ſtatuto enumerantur, *ibid. num.* 9.
Mater Ano præfertur in hæreditate, quæ nunquam adita fui, *deciſ.* 46. *num.* 3. *Albergato.*
Mater neceſſaria probatione eſt probanda, *dec.* 437. *num.* 6. *Taia.*
Mater ſuccedit filio, *deciſ.* 112. *num.* 4. *Taia.*

MATERIA.

in Materia renunciationis, interpretatio ſtrictiſſima vti odioſa facienda eſt, *dec.* 253. *num.* 11. *Emerix.*
Materia facultatiua excluditur quando ſententiæ parti notificata præceſſit, quæ facit pro executione illius, ac paritione actus, *dec.* 284. *num.* 10. *Ottalora.*
extra Materiam obiectiones non attenduntur, *deciſ.* 100. *num.* 14. *Vicecomite.*
ſecundum Materiam ſubiectam, quamuis ſit vniuerſalis dictio, vbicumque tamen reſtringitur, & mentem diſponentis, *dec.* 359. *num.* 8. *Cerro.*
in Materia remiſſoriæ probatio, probationem non excludit, ſed in diſcuſſione principalis dubij debet videri quænam præualeat, *dec.* 397. *nu.* 8. *Benilaqua.*
in Materia Eccleſiæ præiudiciali non ſtatur aſſertioni vnius quamuis Cardinalis, *dec.* 99. *nu.* 8. *Benilaqua.*
in Materia melioramentorum non attenditur id quod fuit impenſum, nec melioratum, ſed quod minus eſt ex his duobus reſtituitur, *dec.* 22. *num.* 3. *Benilaqua.*
Materia articulata eſt releuans, remiſſoria concedi ſolet quoties, *dec.* 397. *num.* 3. *Benilæque.*
in Materia alimentorum aſſignandorum attenditur quantum in iſtis erogari volebat is, qui ea præſtari iuſſit, *dec.* 127. *num.* 3. *Bourlemont.*
ſuper Materia de qua depoſuit Teſtis, ſi poſtquam fuerit examinatus, aſſerat ſe nihil ſcire, vt euitetur contradictio, præſumenduma eſt, dixiſſe id

præter iam dicta, *decis.* 276. *num.* 14. *Ottalora.*
Materiam diuersam, & magis distinctam articuli noui quando continent, admittuntur etiam post dicta testificata, *dec.* 361. *nu.* 4. *Cerro.*
in Materia collectionis fructuum anni fertilis, cum sterili est facienda, læsio vt probetur, *decis.* 6. *num.* 12. & 13. *Albergato.*
Materia articulata etiam per scripturas probatur, *decis.* 258. *num.* 7. *Cerro.*
Materia positionum exigit, vt ad illas respondeatur per verbum credit, vel non credit, *decis.* 146. *num.* 8. *Cerro.*
Materiam magis specificam, & distinctam, articuli quando continent nouum examen concedi solet *decis.* 359. *num.* 3. *Cerro.*
in Materia filiationis ea, quæ frequentius, & verisimilius, non quæ raro accidunt spectantur, *decis.* 535. *num.* 79. *Seuarolo.*
in Materia probationum, verisimilitudo solet attēdi, *decis.* 458. *num.* . *Albergato.*
Materia articulata, quando est irrelenans remissoria non datur, *decis.* 501. *num.* 4. *Ottalora.*
in Materia pœnali, seu odiosa pluralitas, non resoluitur in singularitatem, *decis.* 281. *numer.* 4. *Albergato.*

MATRIMONIVM.

Matrimonium cum Concubina, à legibus non est interdictum, *decis.* 436. *num.* 9. *Taia.*
Matrimonium vt validè contrahatur de licentia Parochi, sufficit quod ea sit generalis ad exercēda iura Parochialia, *decis.* 433. *num.* 11. *Cerro.*
Matrimonium debet contrahi coram proprio Parocho, vel Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia, alias est nullum, *decis.* 498. *numer.* 16. *Cerro.*
Quod declara, *ibid. num.* 17. & 18.
Matrimonij certi contemplatione facta Donatio facit, quod per mortem vnius Coniugis interesse alterius, præseruatum remaneat, *decis.* 11. *num.* 7. *Verospio.*
Quod ab initio sustineri non potest, ex post facto conualescere non valet, *ibid. num.* 8.
Matrimonium celebratum mutuo amborum Cōiugum consensu, cum interuentu Parochi, vel alterius de licentia Parochi, & seruata in omnibus forma Concilij Tridentini, non potest de nullitate redargui, *decis.* 433. *num.* 1. *Cerro.*
Matrimonio contra Patris voluntatem expleto, & filiæ dotem cōstituentis cautio ex parte Viri pro dotis conseruatione requiritur, *decis.* 93. *num.* 17. *Verospio.*
Matrimonium inter Raptorem, & Raptam constitui non potest, nisi rapta de manu raptoris cuasa consensum præstiterit, *decis.* 498. *num.* 1. *Cerro.*
Quod amplia, *ibidem, num.* 2. 9. & 11.
Matrimonium contrahere volentes, an teneantur prius confiteri eorum peccata *decis.* 535. *num.* 53. *Seuarolo.*
Matrimonium contrahere non tenetur is, qui cōdemnatus ad desponsandum, vel constituendam dotem, ipsam dotem soluit, *decis.* 242. *num.* 10. *Ottalora.*
Matrimonium illud non est contrahendum coactè ex quo scandala, & mali exitus oriri possent, *ibid. num.* 13.
Matrimonium ius ciuile contra parentum voluntatem expletum irritat, *decis.* 93. *num.* 3. *Verospio.*
per Matrimonium subsequens legitimitas non suffragatur, quod à Testatore fuit expressè prohibita, *decis.* 535. *nu.* 74. *Seuerola.*
Matrimonij causæ certi, & determinati, & conseruationis honoris, & familiæ non considerantur, nisi adhibeantur solemnitates requisitæ copulatiuè in contractibus minorum, *decis.* 230. *num.* 5. *Emerix.*
ad Matrimonij validitatem ius Canonicum coniugis vtriusque consensum requirit, *dec.* 93. *num.* 4. *Verospio.*
Matrimonium filia, quæ reclamante patre contraxit non debet in consecutione dotis melioris esse conditionis, altera, voluntatem suam desiderio parentum regulante, *ibidem num.* 9.
Matrimonio forensium, vel vagorum contractum, non præmissis diligentijs requisitis à Conc. Trid. valet, sed Parochus peccat mortaliter, *decis.* 535. *num.* 54. *Seuarolo.*
Matrimonij validitas ex diuturna cohabitatione coniugum post contractum matrimonium publica tractatione, & reputatione & alijs resultat, *dec.* 433. *num.* 15. *Cerro.*
ex Matrimonio legitimo qualitas non censetur repetita, quando Testator illegitimum substituerit, *decis.* 175. *num.* 7. *Vicecomite.*
Matrimonium vt sit validum sufficit, quod Sacerdos sit parochus vnius ex contrahentibus, *decis.* 433. *num.* 13. *Cerro.*
Matrimonialium onerum sustentatio deseruit pro mora, & interpellatione, *decis.* 413. *num.* 5. *Ottalora.*
in Matrimonio metus excluditur ex assistentia superioris Ecclesiæ, *decis.* 67. *num.* 9. *Verospio.*
Matrimonij causa naturam donationis ad quoscūque hæredes transitoriæ immutare non valet, *decis.* 11. *num.* 1. *Verospio.*
in Matrimonio vagorum, quæ diligentiæ requirantur remissiuè, *dec.* 535. *num.* 42. 49. & 54. *Seuarolo*
Matrimonium fidelis cum Iudæo, vel alio Infideli non baptizato contractum an valeat, *ibid. numer.* 51.
Matrimonium ex quibus ratificatum dicatur, *decis.* 67. *num.* 10. & 11. *Verospio.*
Matrimonium est valde priuilegiatum, *decis.* 475. *num.* 5. *Taia.*
Matrimonij contemplatione donatio facta non requirit solemnitates, & insinuationem, *ibid. nu.* 3.
Matrimonium indiuiduam vitæ consuetudinem continet, *decis.* 442. *num.* 9. *Albergato.*
Matrimonium debet procedere ex libera coniugū voluntate, *decis.* 67. *num.* 8. *Verospio.*
Matrimonij validitas potest quandocumque probari, *ibid. num.* 4.
Matrimonij causa validitatis dicitur profana, *ibidem num.* 23.

MEDICVS.

Medico de infirmitate attestanti benè creditur, *dec.* 371. *num.* 5. *Benilaqua.*
Medicorum peritiæ in ijs, quæ ad ipsos attinent standum est, *decis.* 374. *num.* 3. *Otalora.*
Medicorum iudicia in re tibi attinente standum est *decis.* 371. *numer.* 15. *Benilaqua.*
MEDIA præsumuntur probatis extremis, *decis.* 309 *num.* 38. *Bourlemont.*
Medium datur inter prohibere alienationem, &

Digitized by Google

illam permittere, *dec.*258.*nu.*7. *Bourlemont.*
Medium non datur inter posse, & non posse, *ibid. num.*6.
Medium tanquam emolumentum & fructus quaeri debetur illi cui quartum adiudicatum est, *decis.* 40. *num.* 4. *Priolo.*
Medietas datur lucri personæ, alia pecuniæ, *decis.* 348. *num.* 17. *Bourlemont.*
pro Medietate creditor hæres defuncti hereditatem adeundo ratam crediti extinguit, *decis.*517.*num.*9. *Benilaqua.*

MELIORAMENTA.

Melioramenta ex plantatione arborum non sunt reficienda, quando istæ deuenerunt infructiferæ ad manus deliberatarij *decis.*22.*nu.*7. *Benilaqua.*
Melioramentorum fructus, ad meliorantem spectant, *decis.*219.*num.*9.*Ottalora.*
Melioramenta debent refici quando sunt liquida, & specifice iustificata, *dec.*19.*num.*14.*Benilaqua.*
Secus quando non apparet iustificatus antiquus valor rei deliberatæ, & quid, & quantum fuerit melioratum, sine quibus requisitis melioramenta firmari non possunt, *ibid. num.*15.
Melioramenta debent esse iustificata, ad hoc vt melioranti detur retentio, *decis.*405. *num.*2.*Benilaqua.*
Melioramentorum iustificatio ex quibus resultare nequeat, *ibidem num.* 3.
Melioramenta vt validè iustificentur status antiquus rei melioratæ est inquirendus, *ibid.num.*5.
Melioramenta ad hoc vt sint reficienda, necessariò est aperire quid fuerit impensum, *ibid.num.*7.
ad Melioramentorum probationis effectum differt valor domus, à valore materiæ ipsius domus, *ibidem num.*8.
Melioramentorum fructus commodo meliorantis cedunt, qui non cogitur illos restituere, *ibid.nu.*11
Meliorantis lucrum consistit in fructibus rei melioratæ, *ibidem num.*12.
Melioramentorum illiquiditas retentionem excludit, *ibidem num.*13.
Melioratæ rei fructus creditor indebitè percipiens præsumitur de illis satisfactus, *ibid.num.*21.
Melioramentorum creditor non efficitur dominus rei melioratæ, *ibid. num.*22.
Melioramenta illiquida immissionem retardare nequeunt domino meliorant, *ibid. num.*23.
Melionamentorum creditum approbatum, nec vnquam controuersum facit, quod melioramenta sint omninò reficienda, *dec.*219.*num.*1.*Ottalora.*
Melioramenta facta fuisse cautio de reficiendis melioramentis, probat, *ibid. num.*8.
in Melioramentorum materia non attenditur id quod fuit impensum, nec melioratum, sed quod minus est ex his duobus restituitur, *decis.*22.*num.*3. *Benilaqua.*
Melioramenta non necessaria non debẽt refici, *ibid. num.*8.
Melioranti ad melioramenta liquidanda termino præfixo pendente non proceditur ad executionẽ seu commissionem, *ibid. num.*9.
Quod declara, *ibidem num.*10. & 11.
Melioramenta vt veniant reficienda, status antiquus fundi meliorati venit necessario attendendus, *decis.*65. *num.*22. *Benilaqua.*
ad MELIORANDVM in emphiteusi res concedi solet, *decis.*338. *num.*7. *Cerro.*
per MELIORANTEM fructus lite pendente percepti debent cum melioramentis compensari, *dec.*395.*num.*7.*Benilaqua.*
MEMORIAE causa liber paruus conscriptus nec contra scribentes probat, *decis.*407. *numer.*9.*Albergato.*

MENDACII

Mendacium Notarij inducit in testamento maximam falsitatis suspicionem, *decis.*525. *num.*2*Benilaqua.*
de Mendacio testis conuictus non probat, *decis.*256. *num.* 17. *Ottalora.*
Mendacij præsumptio non oritur in constituto in articulo mortis, *decis.*224. *num.*8.*Carpineo.*
de Mendacio testes, dum conuincuntur, nulla fides eis est adhibenda, *dec.*37. *num.*17.*Cerro.*
ad MENSAM propriam hæredi minus est onerosa alimentatio, *dec.*442. *num.*8. *Albergato.*

MENSIS.

in Mense Apostolico facta collatio de beneficio est nulla, *decis.*397.*nu.*2. *Benilaqua.*
Mensis Octobris *ex reg.* 9. *Cancell.* est reseruatus, *dec.*423. *num.*1. *Ottalora.*
Mensis Augusti, est ex mensibus reseruatis Episcopo gaudente alternatiua, *dec.*292.*num.*3*Carpineo.*

MENS.

Mens testatoris semper venite attendenda, *decis.*133 *num.*10*Vicecomite.*
Mens testatoris talis esse præsumitur, qualis expressa legitur in testamento, *dec.*294.*nu.*5*Carpineo.*
vt Mens testatoris fideicommittendi reciprocè de linea ad lineam eruatur coniecturæ simul iungi debent, *decis.*413.*num.*13.*Albergato.*
Mens disponentis in vltimis voluntatibus est inspicienda, non verò inhærendum verborum rigori, *decis.*30.*numer.*26.*Vicecomite.*
Mens testatoris ante omnia debet attendi, *decis.* 66. *num.*5. & 6. *Emerix.*
Mens contrahentium ex contractu solet deprehendi, *decis.*311. *num.*15. *Taia.*

MENTE.

in Mente causæ residentes non possunt explicari ab illo, cui specialis facultas à principali tributa non est, *decis.*106. *num.*5. *Vicecomite.*
Mentis testatoris declaratio per hæredem facta si sit inuerisimiilis, voluntas testatoris magis conformis est attendenda, *decis.*404.*nu.*11. & 12.*Carpineo*
Mentio iurispatronatus requiritur in patronatu ex dotatione, vel fundatione, *decis.*367*num.*3.*Emerix.*
Secus in competente ex consuetudine, vel præscriptione, *ibidem num.*4.
de Mente sana testatoris testes deponentes in concursu aliorum super dementia deponentium sũt præferendi, *decis.*137.*num.*6.*Benilaqua.*
Mentem suam, & spiritum hæredis dispositioni relinquens testator intelligitur reliquisse ad declarandas dubietates non ad euertendam dispositionem à se factam, *decis.*410.*numer.*12.*Cerro.*
contra Mentem Testatoris dispositio facta ab hærede, tunc actus nullitatem operatur, quando mens Testatoris, euerteretur, *decis.*519.*num.*8.*Verospio*
Mentio in renunciatione quando habita est de pluribus successionibus non comprehenduntur hæreditates gradus, seu personæ non nominatæ, *decis.* 330. *num.*12. *Bourlemont.*
de Mente collatoris mutandi statum beneficij, il-

ludque

ludque à patronatu eximendi collatio non attenditur, quando non est, *decis.414.num.20. Benilaqua.*

Mentem testatoris substituto declarat alienam à substitutorum exclusione, *decis.36. num. 11. Benilaqua.*

ad Mentem testatoris declarādam testes inseruiunt, *decis.130. num.16. Benilaqua.*

Mentis testatoris declaratio orerenus hæredi commissa si non iurata pro inualida habetur, *decis. 404. num. 10. Carpineo.*

sub MENTIONE mortis mors naturalis tantum venit, *decis.453. num.4. Benilaqua.*

Mentionem statutum non faciens de aliquo casu terminari debet à iure communi, *decis. 357. numer.3. Albergato.*

MENSVRAM quantitatem, & extensionem, dum confinia indicant quidquid in eis est includunt, *decis.520. num.52. Bourlemont.*

MERCATOR.

inter Mercatores Statut. Bonon. declaratur circa concursus creditorum, *decis.503. num.11. 14. 15. & 17. Benilaqua.*

Mercatoribus non est concessum ex mutuo fructus percipere nisi concurrentibus requisitis Castrens. *dec.520. num. 4. & 5. Bourlemont.*

Mercator potest apud se retinere pecuniam, vt de fructibus pupilli, & minores viuere possint, *dec.74. num.10. & 17. Taia.*

Mercatura frumenti, hordei, & aliarum rerum humano vsui necessariarū interdicta est omnibus Iudæis, *decis. 225. num.10. Verospio.*

Mercatores tolent creare partitas per modum crediti, non per modum solutionis, *decis.196. num.4. Cerro.*

Mercator ob modicum lucrum non præsumitur velle prægrauare honorem, & animam detestabili vsuræ crimine, *decis.126. num.24. Verospio.*

Mercatorem suspectum lex non existimat in loco originis possidentem bona debitis correspondentia, *decis. 354 num.8. Verospio.*

Mercator vt valeat cum seipso recipere cambia facultatem obtinere debet à debitore Cambii, *decis.41. num.10. Benilaqua.*

Mercatori ex correspondentis facto præiudicium nō infertur, *decis.126. num.36. Verospio.*

inter Mercatores Statut. Bonon. in concursu creditorum prohibet viam executiuam quod declara, vt num.10. limita, *dec.503. num.3. & 16. Benilaqua.*

Mercatorum attestatio optimè probat, *decis.492. numer.9. Bourlemont.*

Mercatores Neapolitani cambium exercere per diuersas plateas possunt stante edicto Proregis diuersas plateas pro cambiis exercendis præscribente, *dec.126. num.14. Verospio.*

Maximè concurrente mercatorum vsu, & attestatione, cuius virtute continuatio cambij in dubio debet legitima reputari, *ibid. num.15.*

Mercatoris liber vt probet pro tertio contra tertiū, necesse est vt solutio per quietantiam recipientis iustificetur, *decis.263. num.3.10. & 11. Cerro.*

Mercatores non tolent pecunias otiosas tenere, *dec.520. num.3. Bourlemont.*

Mercator Dominus Nauilii, præsumitur etiam Dominus mercium in eo existentium, *dec.497. numer.5. Cerro.*

Mercatori cum seipso ad id potestatem non habenti cambiare non licet, *dec.41. num.8. Benilaqua.*

Mercator à patria non censetur abesse habens animum absoluto negotio in eam redeundi, *decis. 354. num.9. Verospio.*

in Mercatoribus in dubio non præsumitur fraudis interuentus, *decis.126. num.17. Verospio.*

Mercatores hodie sunt soluendo, & magnis facultatibus abundant, *decis.260. num.15. Ottalora.*

Mercatorum fides speciali candore regulariter enitere debet, *decis.126. num.18. Verospio.*

Mercatoris libri contra ipsum, & ab eo causam habentes plenè probant, *decis.376. num.12. Ottalora.*

Mercatura, & negotiatio Clerico interdicta est, *dec. 41. num.13. & 15. Benilaqua.*

Mercatores pecunias otiosas retinere non solent, *decis.420. num.3. Bourlemont.*

Meritorum expressio filij est potius color quæsitus in cortice verborum, quam veritas, *dec.61. num.20 Priolo.*

Merita filij, non veniunt remuneranda cum ex debito teneantur erga patrem, *ibid. num.18.*

METAM enunciatiuæ centum annorum excedentes habent vim famæ, *decis.509. num.4. Bourlemont.*

METVS.

de Metu deponentibus testibus, magis est credendū, quam testibus deponentibus de libera voluntate testatoris, quod fallit, *decis.164. num.18. & 19. Verospio.*

Metus, & vis quando dicantur incussa, *dec.408. numer.8. Cerro.*

de Metu testes deponentes, & circa metum respectu de quo agitur non deponentes nihil releuant *decis.154. num.3. Taia.*

Amplia vt *ibidem num. 4.*

Metus non præsumitur, nisi ab allegante iustificetur, *dec.154. num.2. Taia.*

Metus in matrimonio excluditur ex assistentia superioris Ecclesiæ, *decis.67. num.9. Verospio.*

Metus debet esse talis, qui cadat in constantem virum, *decis.154. num.4. 5. & 6. Taia.*

Metus non præsumitur in illo, qui facilem potuit habere accessum ad aliquem potestate præditum, qui vim eum pati prohibuisset, *ibid. num.7. & 8.*

Metus, & dolus in testamento ex quibus inducantur, *dec.164. num.12.13.14.15. & 16. Verospio.*

MILITIA.

à Militia mundi Clericus redeundo ad primæuum statum clericalem reintegratur ad priuilegia clericalia, quæ erant suspensa, *dec.355. nu.10. Albergato.*

Militia Cælestis tribuit priuilegia sicut Terrestris, *decis. 533. num.17. Bourlemont.*

à Militia Terrestri Argumentum ad Cælestem valet, *ibid. num. 17.*

ad Militiam armatam Clericus transiens cadit à militia cœlesti, & factus miles sæculi desinit esse miles Dei, *dec.355. num.9. Albergato.*

MILES.

Miles Hierosolimytanus facultatem testandi non habet absque Sedis Apostolicæ, vel Magni magistri licentia, *dec.151. nu.7. Emerix.*

Miles Hierosolymitanus professus efficitur intestabilis, *decis. 70. num.1. Albergato.*

Et eius bona non hæredibus sanguinis, sed Religioni acquiruntur, *ibidem num. 2.*

Miles non ſubiacet ſolemnitatibus, *deciſ.* 106. *nu.* 5. *Albergato.*
Declara tamen, *ibid. num.* 6.
Milites multoties ducunt vxores extra Patriam etiam propriis natalibus maiores, & impares, *deciſ.* 535. *num.* 41. *Seuerolo.*
Militem voluntarium, & verum, non coactum, & præſumptum vult Deus, *deciſ.* 134. *numer.* 16. *Benilaqua*
MINISTER qui rationi bancharię præeſt ordines in libris ſcribere præſumitur, *dec.* 487, *num.* 6. *Ottalora.*
Miniſtri deſcriptio non impugnata approbata cenſetur, *ibid. num.* 7.

MINOR

Minores etiam in donationibus correſpectiuis lædi poſſunt, *deciſ.* 380. *num.* 14. *Bourlemont.*
Minor vt valide contractum donationis ratificet debet eſſe annorum 25. & ſi ſit minor 20. vt inducatur ratificatio debent concurrere ſolemnitates requiſitæ in donatione, *ibidem num.* 16. & 17.
cum Minore contrahens debet eſſe ſollicitus, quod expreſſa in contractu impleantur, *deciſ.* 407. *num.* 5. *Albergato.*
Minorum bona quando ſubhaſtantur debet præfigi de iure terminus ſaltem 10. dierum ad reluendum, *deciſ.* 162. *num.* 1. *Albergato*
Minoris contractus habet implicitum ſtatum validitatis, quod declara, *deciſ.* 531. *num.* 3. & 4. *Bourlemont.*
à Minore Donatio facta ſine ſolemnitatibus ſtatuti, & Aegidianæ conſtitutionis non ſubſtinet, *deciſ.* 166. *num.* 2. *Albergato*
Minor nullitatem contractus non obiiciens cenſetur ex taliacquieſcentia ratum habuiſſe contractum, *deciſ.* 284. *num.* 11. *Verospio.*
Minoris æs alienum ſolutum fuiſſe ex pecuniis census non bene ex aſſertione ipſius deprehenditur, *deciſ.* 162. *num.* 8. *Albergato*
Minor in ludicio poſſeſſorio poteſt abſque ſolemnitatibus ſiſtere, & ſine iis procuratorem conſtituere valet, *deciſ.* 341. *num.* 4. *Benilaqua*
à Minore donatio facta, quæ ſit ſolemnitatibus deſtituta ſubſtineri nequit, *deciſ.* 289. *nu.* 3. *Emerix,*
Minoribus, & pupillis, neque cum ſolemnitatibus & decreto ludicis poteſt præiudicari, *deciſ.* 281. *num.* 17. *Taia.*
Minoris promittentis iuramentum *de rato* reddit illum maiorem, *deciſ.* 341. *num.* 2. *Bourlemont.*
per Minorem ſolutionem Eccleſiæ non præiudicatur, *deciſ.* 209. *num.* 3. *Priolo*
Minoris renunciatio ob non interuentum proximiorum ex Statuti Ariminenſis, & Vrbis diſpoſitione, & per omiſſam inſinuationem non poteſt ſuſtineri, *dec.* 36. *num.* 1. & 2. *Benilaqua*
Minor non poteſt renunciare hæreditati abſque ſolemnitatibus Statuti Vrbis, quod limita, *dec.* 495 *num.* 17. & 18. *Ottalora*
in Minore ratificatio, non inducitur, niſi conſtet ipſum, certam habuiſſe notitiam nullitatis Donationis, *deciſ.* 230. *num.* 9. *Emerix*
per Minorem donatio pura facta ſolemnitates Statutarias Vrbis requirit, *deciſ* 380. *n.* 8. *Emerix*
Sec us in donatione facta ob cauſam, & quæ ſit facta à maiore, *ibid. num.* 9.
à Minore donatio ob cauſam non ſuſtinetur ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs, *ibid. num.* 10.
Minoris iuramentum non attenditur, quia vi extortum præſumitur, *deciſ.* 163. *num.* 6. *Benilaqua.*
in Minore ratificatio non præſumitur, & ad eam excludendam ſatis eſt, quod donans potuerit credere, quod ſibi præiudicaſſet aliquo actu habili ad inducendam ratificationem, *deciſ.* 230. *num.* 10. *Emerix.*
Minoris obligatio ſine Aegidianæ Conſtitutionis ſolemnitate in Statu Eccleſiaſtico requiſitæ, non tenet, *deciſ.* 289. *num.* 7. & 8. *Emerix*
Minor donatarius abſque ſolemnitatibus reuocationi donationis conſentire poteſt, *deciſ.* 145. *num.* 10. *Cerro.*
de Minoris pecunia quando agitur veriſimile non eſt notabilem quantitatem pecuniarum ſine quietantia fuiſſe ſolutam, *deciſ.* 407. *num.* 13. *Albergato.*
Minor contractui ſine auctoritate Tutoris aſſenſum præſtare minimè valet, *deciſ.* 322. *num.* 3. *Verospio.*
Minoris contractus poſt ratificationem non poteſt amplius de nullitate redargui, *deciſ.* 531. *num.* 5. & 6. *Bourlemont.*
à Minore donatio facta ſine ſolemnitatibus à Statuto requiſitis, non attenditur, *deciſ.* 289. *num.* 6. *Emerix*
Minor, & pupillus non poſſunt donare, nec cum ſolemnitatibus, *deciſ.* 281. *num.* 7. & 8. *Taia*
Minus dilectum non debet magis dilectum excludere, *dec.* 308. *num.* 16. *Carpineo*

MISSAE

Miſſa in Eccleſia, ac Altari publico quilibet Sacerdos celebrare poteſt, *deciſ.* 257. *num.* 1. *Ottalora*
Miſſas pro defunctis celebrare in Iure prohibitum non reperitur niſi certis anni feſtiuitatibus, *deciſ.* 316. *numer.* 6. & *vide num.* 7. *Ottalora*
Miſſæ pro defunctis non poſſunt ſine Priuilegio celebrari infra Octauas maiores, quod prohibent Rubricæ Generales Miſſalis, *deciſ.* 481. *numer.* 6. & 7. *Ottalora*
MISERI pauperes omnes appellantur, *deciſ.* 206. *num.* 10. *Taia*

MIXTVM

Mixtus executor efficitur in cognoſcendo, merus tamen in exequendo quoties clauſulæ in litteris adiectæ modificantur à clauſula *appellatione poſtpoſita*, *deciſ.* 109. *numer.* 42. *Bourlemont*
Mixta donatio, quando eſt, tunc ex ſola ſcientia ſtipulationis, non præſumitur acceptatio, *deciſ.* 37. *num.* 8. *Cerro*
Mixta actio dicitur, quæ oritur ex præſtationibus perſonalibus, *deciſ.* 319. *num.* 7. *Taia*
MODICVS exceſſus non eſt ſufficiens ad læſionem imo neceſſarius Eccleſiæ ad arguendam illius vtilitatem, *dec.* 468. *nu.* 22. 23. & 24. *Carpineo*
MODALIS diſpoſitio dicitur, & non conditionalis quoties onera implenda ſunt poſt emolumentum licet oratio cantet, & datur ratio, *deciſ.* 534. *num.* 1. 2. & 5. *Albergato*

MODVS

Modus diuerſus lucrandi non diuerſificat finem, ad quem lucrum recipitur, *deciſ.* 449. *nu.* 12. *Albergato*
ex Modo æquipollenti forma ad certum effectum ordinata regulariter poteſt ſuppleri dummodò idem ſequatur effectus, *deciſ.* 126. *num.* 39. *Verospio.*
Modus diſcretiuus loquendi voluntatem teſtatoris decla-

declarat, *decis.*410.*num.*13. *Cerro*
Modus procedendi iudicialiter, & extraiudicialiter, est diuersus, *decis.*335.*num.*6. *Emerix*
Modus diuersiuus loquendi plurimum inseruit pro arguenda dispositionum diuersitate, *decis.* 240. *num.*9. *Cerro*
per Modum crediti mercatores solent creare partitas, non per modum solutionis, *decis.* 196.*num.*4 *Cerro*

MOMENTVM

per Momentum suspensio in Primogenitura nequidem admittitur, *decis.*194. *num.*6. *Priolo*
Sed declara, *ibid. num.*7.
Momenti parui, ea quæ sunt, non veniunt attendenda, *decis.*252.*num.*14. *Bourlemont*
Momentanea acquisitio non est in consideratione, *decis.*125.*num.*3. *Albergato*.
à MONACHIS decimæ non sunt soluendæ de acquisitis ex cultura cum proprijs manibus, *decis.*113.*nu.*1. *Albergato*

MONASTERIVM

Monasterio Ecclesia vnita est exempta à iurisdictione Ordinarij, & potest absque concursu conferri per Abbatem, *decis.*197.*num.*12. *Priolo*
Monasterij vnius priuilegium, facilè communicatur alteri, *decis.*5.*num.*5. *Taia.*
Quod iuris est ex toto quoad totum idem est de parte, quoad partem, *ibid. num.*6.
Monasterij bona Pontificia auctoritate suppressi vacare dicuntur, & tanquam vacantia fisco Papæ deferuntur, *decis.*369.*num.*4. & 5. *Cerro.*
ad Monasterium castrum sicuti spectat, ita quoque præsumitur Ecclesia in ipso sita, *decis.* 197. *num.*1. *Priolo*.
Monasteria sita in loco incongruo, vel aeris non salubris solent ad locum salubriorem transferri, *decis.*159.*num.*6. *Emerix*
Monasterij bona vt validè alienentur, requiritur Monachorum capitulariter congregatorum consensus, & vtilitas Ecclesiæ, *decis.* 372. *num.* 2. *Ottalora*.
pro Monasterio supresso bona expresse empta illi quoque acquiruntur, *decis.* 369. *num.* 12. & 13. *Cerro*
Amplia si emptio non appareat facta cum pecuniis Religionis, *ibid. num.*13.
Monasterium nunquam moritur, *decis.*359. *num.*2. *Emerix.*
Monasterij religiosi suppressi in varia loca diuisi non habent ius vniuersitatis, nec vti tales congregari possunt, *dec.*358.*nu.*9. *Cerro*

MONETA

Monetarum valor aliquando crescit aliquando decrescit, & in vno loco est maioris valoris, & in alio minoris, & quanti valeat scutus aureus Sardiniæ, & quanti pezza da octo bene declaratur, *decis.*580.*num.*4. & 5. *Taia*
Monetę aliqua, quando amplius non est in vsu, & solutio facienda in illa conuenta fuit, sufficit quod fiat in æquiualenti, *dec.*351.*num.*2. *Otalora*
Moneta valore aucto, vel decreto in bonitate extrinseca cedit damno, vel comodo creditoris, *decis.*304.*num.*6. *Priolo*
Monetæ valor declaratur ab obseruantia, *ibidem num.*7.
ex Moneta pensio solui potest, quæ adæquet valorem monetæ pro pensione conuentæ, *dec.*500. *num.*2. & 3. *Taia.*
MONITORIVM vocatio omnium creditorum, & quod feratur sententia graduatoria sunt requisita iudicij v niuersalis, *decis.*265.*num.*8. *Emerix.*
MOMERI beneficiatus antequam suspendatur debet prius, *decis.*147.*num.*13. *Virgomite.*
MONIALIS non professa debet renouitiare quando regula reformatur, & fit asperior, & num.7. & 9. & 10. secus si sit professa, *dec.*116. *nu.*2. & 8 *Priolo.*
MONITIO præcedere debet priuationem, *dec.*534. *num.*11. *Albergato.*
MONTIVM loca cum suis fructibus præsumuntur extare, & sub deposito remanere, *decis.* 447. *num.*7. *Bourlemont*
vigore Monitorialium confessio emanata, est reluans, *decis.*520.*num.*24. *Bourlemont.*
MONSTRVOSVM est duo capita inesse eidem corpori, *dec.* 21. *num.*15. *Verospio.*

MORA

Mora sicuti à patre incurritur statim, ac vir onera matrimonij sustineri cæpit, debet etiam Statuti dispositione ligari, *decis.*413. *num.*10. *Ottalora*
Mora contrahitur promissione dotis, *dec.*318. *nu.*9. *Verospio*
Mora à patre committitur etiam sine promissione dotis, & statim ac vir cæpit onera matrimonij subtinere, *decis.*318.*num.*10. *Verospio*
in Mora interpellatio ad effectum constituendi creditorem pretium census recipere recusantem intra duos menses à die dictæ census fieri debet, *decis.*171.*num.*2. *Priolo*
Mora, nec interpellatio requiritur, quando agitur de patre, qui debet dotem soluere, *dec.* 413. *num.*3. *Ottalora.*
Mora sine alia interpellatione incurritur à patre dotem non soluente statim, ac maritus onera matrimonij sustinere cæpit, *decis.* 382. *num.* 6. *Albergato*
Mora ad quem effectum veniat attendenda, *decis.*210.*numer.*16. *Cerro*.
in Mora debitor non interpellatus, non constituitur, *decis.*89.*num.*5. *Verospio.*
Mora nulla in patre dotis debitore, non consideratur priusquam per Iudicem fuerit declarata, *decis.*413.*num.*21. *Ottalora*
in Mora debitor constitutus dicitur, si tempore conuento non soluat, *decis.*210. *num.*8. *Cerro.*
MORBO graui fœmina detenta si priori interrogationi nihil respondeat ex importuna postmodũ suggestione respondisse censetur, *decis.*239. *num.*3. *Verospio*

MORIENS

Moriẽte debitore principali liberatur fideiussor ab onere illum repræsentandi, *decis.*196. *num.*7. *Cerro.*
Quod declara, *ibid.num.*8.
Morientis dicto non statur, nec pro, nec contra eũ, *decis.*535. *nu.*26. *Senerolo*
à Moriente cuissa confessio, seù enunciatiua præiudicat enuncianti, vel eius hæredibus, non autem tertio, *ibid. num.*24.
Morientem non præsumi mentiri immemorem salutis æternæ procedit vbicunque agitur de ipsius vel eius hæredum præiudicio; Secus in præiudicium tertij, *ibid.*

MORS

MORS.

Mors ficta tunc æquiparatur naturali quando eundem ac mors naturalis parit effectum, *decis.194. num.4. Priolo.*

Mors naturalis tantum venit sub mentione mortis, *decis.413.num.4. Beuilaqua.*

Mors ciuilis non venit appellatione mortis naturalis, *ibid. num. 3.*

Morte societas vnius socij dissoluitur, *decis.4.num.1. Taia.*

post Mortem illius, in quem collata fuit, est restituenda pro effectu declarationis collato ad tempus mortis, *decis.294. num.6. Cerro.*

contra Mortuum sustinetur sententia lata, & sola ignorantia mortis ad sustinendum processum, iufficit, *decis.381.num.4. & 5. Otalora.*

Sed declara, *ibid.num.6. & 7.*

Morte primi Vicarij non expecta in Vicaria amouibili fit noua prouisio, *decis.10.num.11. Beuilaqua.*

per Mortem instituti fideicommissum purificatur ad fauorem substituti, *decis.86.numer.1. Vicecomite.*

Morti proxima testatrix, si priori interrogationi non respõdeat, & in alteram lecti partem se vertat coacte postea censetur factioni testamenti cõsensisse, *decis.333. num.2. Verospio.*

in Morte naturali constitutus repręsentatur per hęredem, *decis.484. num.18. Carp.*

per Mortem instituti fideicommissum purificatur ad fauorem substituti, *decis.80.num.1. Priolo.*

Mortuo hærede grauato substitutus per fideicommissariam censetur, ac si immediate fuisset substitutus, *decis.244. num.3. Cerro.*

Mortuo vsufructuario, vsusfructus debetur, cui de iure, *decis.281. num.5. Taia.*

Motu proprio circa appellationem admittendam non disponente huiusmodi articulus remanet sub dispositione iuris communis, *decis.238.num. 1.& 5. Emerix.*

Multiplicare substitutiones testator inutiliter dicitur, si voiformiter de omnibus disponi debeat, *decis.332. num.9. Bourlemont.*

Multiplicatio titulorum in beneficialibus euitari debet, *decis.139. num.14. Albergato.*

MVLIER.

Mulieri associatio etiam contra tertium competit pro assecuratione luæ dotis ob Vergentiam Viri ad inopiam, *decis.474. num.1. Emerix.*

Mulier vt dicatur renunciasse fideicommisso necessaria est in ipsa scientia iuris sibi competentis, *decis.218. num.11. Cerro.*

Mulierum contractus sine solemnitatibus non substinetur etiam si sint Magnates, *decis.475.num.11. Taia.*

Mulier licet posterior super bonis sibi in dotem datis molestari non potest ab alijs creditoribus etiam anterioribus, *decis.40.num.5. Emerix.*

Muliere eligente fundum non pro restitutione dotis, sed matrimonio constante per illam electionem non transfertur domiuium in mulierem eligentem, sed tantum fiat iure pignoris, *dec.441. num.8. & 9. Bourlemont.*

in Muliere, & pupillo ignorantia non numeratæ pecuniæ, stante mala fide debitoris facit censum substinere dèclara, *decis.527.num.2.3.4.& 5. Bourlemont.*

Mulieri, quæ debet obligari, asserenti se non curare de interuentu proximioris non creditur, sed statutum est omninò seruandum, alias obligatio inefficax redditur, *decis.265.num.5. Bourlemont.*

Mulieris obligatio vt sustineatur, debet in illius vtilitatem tendere, *decis.378. num.10. Bourlemont.*

Mulier in solidum promittens, præsumitur pro viro interessisse, *decis.396.num.10. Cerro.*

Mulier in Feudi Ecclesiastici successione qualitatem descendentis non habet, *decis.78. numer.19. Emerix.*

Mulierum, & Minorum obligatio, vt valida sit, *ex Statut. Vrbis lib.1. cap.151.* requirit præsentiam proximiorum, & causam in scriptis exprimendam, & à Iudice cognoscendam, *decis.163. num.1. Beuilaqua.*

Mulier tenetur ad solutionem illarum pecuniarũ, quæ in extinctionem proprij debiti interuierunt, etiamsi cõtraxerit sine solemnitatibus statutarijs, *decis.265. num.13. Bourlemont.*

Mulier dotata à fideicommissi consecutione, non est repellenda, *decis.253. num.6. Emerix.*

Limita nisi per Statutum excludatur, *ibid.num.7.*

Mulieris renunciatio non compræhendit illud fideicommissum, quod tempore renunciationis, nondum erat purificatum, *ibid. num.8.*

Mulier pro consecutione sui crediti dotalis fundũ sibi in dotem assignatum, non alia viri bona appropriare potest, *decis.396.num.7. Cerro.*

Mulier tutrix quod sibi de dote satisfacere non potuerit, satis est quod nullos potuerit exigere fructus, ex quibus posset dotis extinctio contingere, *decis.283. num.11. Verospio.*

Mulier contrahens cum Ecclesia etiam sine solemnitatibus efficaciter obligatur, *decis.265. numer.7. Bourlemont.*

Mulier nolens contradicente patre matrimonium contrahere non est cogenda ad illud contrahendum, *decis.340.num.7. Cerro.*

Mulier, cui relictus fuit vsusfructus in testamento sub conditione si vitam viduilem seruauerit si grauamen non sit repetitum in codicillis potest ad secundas nuptias conuolare, & retinere vsumfructum, *decis.130.num.9. Beuilaqua.*

Mulier cõsensum alienationi bonorum liberorum præstans sibi præiudicat quoad bona fideicommissaria, vt ex eis dotem detrahere non possit, *decis.411.num.22. Albergato.*

Mulieris obligatio sine duobus proximioribus, & Iudicis decreto non substinetur, *dec.475. numer.1. Taia.*

Mulieris consensus sine solemnitatibus, est nullus, *decis.474. num.12. Emerix.*

Mulier pendente lite validitatis matrimonij potest penes consanguineos retineri, *decis.312. numer.1. Cerro.*

Mulieris obligatio facta pro debitis alterius substineri nequit, *decis.263. num.6. Bourlemont.*

Mulier legataria alimentorum non tenetur ob matrimonium ex mensa hæredis alimenta percipere, *decis.442. num.10. Albergato.*

Mulieris, & minoris contrahentium causa debet esse, si non vtilis non damnosa *decis.163. num.7. Beuilaqua.*

Mulieris vel minoris obligatio sine solemnitatibus inita sustineri nequit, *decis.378.num.1. Bourlemont.*

Mulieri non licet marito bona fideicommissaria in dotem

dotem assignare, si aliunde habeat, *decis.417.num.12. Ottalora.*
Mulier viuente Marito, non dicitur possidere, *decis.220. num.2.& 3. Taia.*
Mulier habens actionem ad consequendam dotem, rem ipsam habere videtur, *decis.386. num.12. Ottalora.*
Mulier quando impugnare suam obligationem non possit ex defectu solemnitatum statutariarũ, *decis.263. num.14. Taia.*
Mulieri existenti in æquali gradu cum patruo dimidia pars hæreditatis assignatur, *decis.20.num.6. Verospio.*
Mulieris animus debet esse liber à minis consanguineorum, ne illius consensus liber ad matrimonium necessarius, eorum minis extorqueatur, *decis.312. num.3. Cerro.*
Mulier si antequam dotetur, hæreditatem acquirat non perdit ius sibi quæsitum in hæreditate si superueniat dotatio, *decis.358. num.3. Carillo.*
Mulieris contractus indiget consensu duorum proximiorum, & Iudicis decreto, *decis.114.numer.6. Taia.*
Mulieris obligatio non sustinetur, quando non habet releuatorem, *decis.378.num.11. Bourlemont.*
Mulier maior donans obligatur siue causa sit necessaria, siue voluntaria, *decis.321.num.5. Emerix.*
Mulieris renunciatio dotatæ absque insinuatione non sustinetur, *decis.36.num.6.& 8. Benilaqua.*
Mulieris obligatio pro dote subsistinetur etiam sine solemnitatibus, *decis.475.num.2. Taia.*
Mulier excepta dote nihil præsumitur possidere, *decis.94. num.4. Verospio.*
Mulier ob vergentiam Viri ad inopiam, potest suã Dotem assecurare, *decis.220.num.4. & 5. Taia.*
Mulier & minor ex causa ad ipsos non spectante non remanent efficaciter obligati, *decis.31.num.2. Priolo.*
Mulieri vsusfructus debetur etiam si transiuit ad secunda vota quando viduitatis conditio in Testamento non reperitur, *decis.502.num.10. Albergato.*
à Muliere obligatio facta sine interuẽtu proximioris consanguinei corruit, *decis.265.numer.2. Bourlemont.*
Mulier à viro vsufructuaria relicta in casu, quo superuiueret filio sine filijs decedenti vsufructu debet frui quousque viuit, nec ante obitum ab hærede proprietario turbari potest, *decis.130. num.6. Benilaqua.*
Mulier quidquid acquirit defuncto marito ad euitandam præsumptionem, turpis questus ex bonis illius, acquisiuisse præsumitur, *371. num.31. Ottalora.*
Mulier non tenetur hæredi viro restituere effectus ad eius instantiam deliberatos, quoties illorum pretium in anteriorum creditorum satisfactionem erogatum fuerit, *decis.450.num.5. Cerro.*
Mulier ex sua obligatione bonorum dotalium passa distractiones statim efficitur creditrix hæreditatis viri, & potest in sui crediti satisfactionem tot bona viri in solutum accipere, *decis.396. numer.11. Cerro.*
Mulieris confessio renunciantis non attenditur, quia præsumitur eadem facilitate inducta ad cõfitendum, qua fuit ad renunciandum, *decis.321. num.11. Taia.*
Muri planta pro libertate muri, iuuat, & quæ sint signa pro eiusdem libertate, *decis.276. numer.10. Ottalora.*

MVTVVM.

Mutuum non est fructiferum, quinimmo fructus ex eo iudebitè percepti excomputantur in sortem, *decis.526. num.1.2.& 18. Bourlemont.*
in Mutuo potest aliquando conueniri speciale interesse dummodo fraus, & dolus absit, *decis.92. numer.2. Taia.*
ex Mutuo fructus vt debeantur luerum in potentia esse non debet, sed in actu, *decis.420.numer.7. Bourlemont.*
ex Mutuo fructus vt legitimè percipi valeant non sufficit mutuantem habuisse occasionem generalem inuestiendi pecuniam mutuatam, sed requiritur specialis, *ibid. num.5. & 6.*
Mutuans nihil lucri ex mutuo percipere potest, *ibid. numer. 14.*
in Mutui contractu speciale est, vt requiratur probatio versionis, *dec.42.num.2. Cerro.*
Et ratio, *ibid.num.3.*
ex Mutuo fructus percipere mercatoribus non est concessum nisi concurrentibus requisitis Castrens., *dec.526.num.4.& 5. Bourlemont.*
ex Mutuo vsuræ perceptæ imputantur in sortem, & si vltra eam aliquid præceptum fuerit venit restituendum, *decis.420. num.2. Bourlemont.*
ex Mutuo fructus legitimè percipi nequeunt, *ibid. numer.1.*
Mutuum non facta restitutione tempore ad id præfixo post secutam æstimationem transit in contractum venditionis pro pretio æstimato, *decis.286. num.1. Albergato.*

N

NARRATIVA.

NArratiua partis emissa ad ipsius commodum, & prout ei magis expediebat, non est attendenda, *dec.532.num.7. Bourlemont.*
Narratiua falsa valoris in pura pensionis reseruatione etiam in minimo vitiat gratiam ex defectu intentionis Pontificis, *decis.419.num.1. Ottalora.*

NATVRA.

iuxtà Naturam actus clausula cæterata, de quo quis loquitur, debet extendi, *decis.19.num.4. Verospio.*
Naturam illius subrogatum assumit, in cuius locũ subrogatur, *decis.482.num.4. Bourlemont.*
Natura beneficij non alteratur per prouisionem Apostolicam, *decis.197.num.7. Priolo.*
Naturam illius subrogatus assumit, in cuius locum subrogatur, *decis.447.num.1. Bourlemont.*
Natura administrationis est, quod in reddenda ratione veniat restitutio reliquatus, *decis.204.num.7. Benilaqua.*
Natura confirmationis non est alterare statum rei confirmatæ, sed ei robur addere, remanentibus omnibus in eisdem statu, & terminis. Secus, *decis.76.num.12. 13.& 14. Albergato.*
Naturam clausula *ad habendum* non immutat nec ampliat contractus, sed ei famulatur, & secundum illam intelligi debet, *decis.78.nu.18. Emerix.*
Naturam principalis dispositionis clausulæ in executiuis adiectæ non immutant, *dec.145.n.5. Cerro.*

Natu-

Naturam fideicommiſſi clauſulæ etiam prægnantes non alterant, ſed ad eam ſunt referendæ, *deciſ.* 51. *num.*7. *Benilaqua*.
Natura tranſactionis ea eſt aut aliquid hinc inde detur, & remittatur, *deciſ.*325.*num.*1. *Albergato*.
Naturam illius in cuius locum ſubrogatur ſubrogatum aſſumit, *dec.*52.*num.*4. *Albergato*.
Naturalis eſt cauſa attendenda, non accidentalis, *deciſ.*167. *num.*9. *Taia*.
Natura dictionis, ſeu, eſt diſtinguere verba ſed non mentem, & aliquando exponitur pro dictione copulatiua, & augmentatiua, *deciſ.*331. *numer.*9. & 10. *Cerro*.
Naturaliter homo circumſcriptiuè non poteſt eodem tempore eſſe in duobus locis, *deciſ.*535. *numer.*83. *Seneroſo*.
ex Natura ſui dictio *ſaltem*, eſt plurium implicatiua, *deciſ.*129. *num.*4. *Vicecomite*.

NAVTA.

Nauta coactus aliquo caſu, alias regiones attingere in ſtipulatione prohibitas, non dicitur contenioni contrauenisſe, *deciſ.*120.*num.*5. *Benilaqua*.
Nauta excuſari debet ab itineris proſecutione, ſi ventorum iter proſequi non potuit, *ibid.num.*7.
Nautæ diuerſio ad plures regiones dicitur vna, eademque nauigatio, *ibid.num.*4.
non Neceſſaria melioramenta non debent reſici, *deciſ.*22.*num.*8. *Benilaqua*.

NEGATIVA.

Negatiua diſpoſitio in affirmatiuam non reſoluitur, *deciſ.*311. *num.* 14. *Taia*.
ſuper Negatiua teſtes deponentes non probant, niſi illam coarctent, *deciſ.*472.*num.*11. *Cerro*.
Negatiuam teſtes non coarctantes, nec concludentes, quod aliter fieri non potuerit, quin ipſi ſcirent, non attenduntur, *deciſ.* 243. *numer.* 10. *Albergato*.
Negatiua ignorantia oritur quando Teſtator habere filium ignorat, *deciſ.*303.*num.*9. *Carpineo*.
Negatiua conditio non dicitur purificata, niſi reducatur ad impoſſibile, *deciſ.*208.*num.*10. *Priolo*.
de Negatiua teſtes illam coarctare debent per verba quod aliter eſſe non poſſit quin ipſi ſcirent, *deciſ.*223.*num.*5. *Albergato*.
in Negatiua hæres ſe fundans concludenter illam probare tenetur, *deciſ.*264.*num* 7. *Albergato*.
in Negatiua actor ſe fundans plenè & concludenter illam probare debet, *deciſ.*390. *numer.*8. *Ottalora*.

NEGLIGENTIA.

Negligentiæ exactor argui non poteſt, ob non factam creditorum exactionem, quando debitores excuſſi non ſolnerunt, *deciſ.*2. *numer.*11. *Benilaqua*.
Negligentia viri, vel ſoceri in exigenda dote vxori, præiudicare non valet, *deciſ.*487.*num.*8. *Ottalora*.
Negligentia viri, vel Soceri, in exigenda Dote, non impedit, quin vxor poſſit repetere ſuam Dotem, licet ab eis exacta non fuerit, *deciſ.*376. *numer.*18. *Ottalora*.
Sed declara, & intellige, *vt ibid.numer.*19.

NEGOTIVM.

Negotio principali pactum adiectum, ſi illud corruat, pactum inefficax redditur, *deciſ.*180. *num.*1. *Emerix*.
Negotio principali pactum cui eſt adiectum corruente, nullius remanet roboris, *deciſ.*328. *num.* 1. *Emerix*.
Negotio principali corruente etiam acceſſorium euaneſcit, *deciſ.*133.*num.*13. *Vicecomite*.

NEGOTIATIO.

Negotiatio clericis per interpoſitas perſonas, permiſſa eſt, *deciſ.*173.*num.*8. *Benilaqua*.
Declara tamen, *ibid. num.*9.
Negotiationem etiam nomine proprio geſtam ſuiſſe ſocium ſe eſſe prætendens debet probare, *deciſ.*56.*num.*3. *Prioli*.
Negotiatio adminiſtratori religioſo prohibita eſt, *deciſ.*198.*num.*6. *Carillo*.
Negotiari clericus non poteſt, & mercaturam exercere, *deciſ.*56.*num*,7. *Prioli*.
Nemo debet lucrari cum aliena iactura, *deciſ.*25.*numer.*3. *Emerix*.
Nemo dat, quod non habet, *dec.*251.*nu.*5. *Benilaqua*.

NEPOS.

Nepos prædefuncta Matre capit ſucceſſionem Aui, non obſtante illius renunciatione, *deciſ.*470.*num.* 4. *Taia*.
Nepos quando ſuccedat Auo ex propria perſona, *ibid. num.*5.6.7.8.9.& 10.
Nepos ad aui ſucceſſionem debet admitti quando conſtat de veriſimili mente illius, quamuis ex proprietate verborum in vocatione conprehenſus non appareret, *deciſ.*123.*num.*11. *Vicecomite*.
Nepotes teſtator vocando ad portionem patrui facilius eos vocaſſe præſumitur ad portionem aui, *ibid. num.*15.
Nepotes ſub nomine filiorum, non veniunt, *deciſ.* 465. *num.*1. *Ottalora*.
Nepoti alimenta debentur ex fideicommiſſo auito, etiam in concurſu creditorum patris viuentis, *deciſ.*482.*num.*5. *Bourlemont*.
Neptes præteritæ ab Auo in teſtamento prædefunctæ filiæ poſſunt dicere teſtamentum nullum, *deciſ.*470. *num.*9. *Taio*.
Nepoti inueſtitura vſque ad tertium gradum conceſſa, competit immiſſio in vim, *l. final. Cod. de edict. Diu. Adrian. tollendo*, *deciſ.*303.*num.*21. *Cerro*.
Nepotes, & deſcendentes comprehenſi ſub clauſula cœterata intelligitur de hæredibus, *deciſ.* 529. *numer.*16. *Veroſpio*.
Nepotes auus ſicut viuēs tenetur alere, ità eo mortuo ſunt ei alimenta præſtanda in concurſu creditorum patris, *deciſ.*87. *num.*5. *Priolo*.
in Nepotibus emphiteuſi finita, ſi admittendi eſſent pronepotes in illa non expreſſi ageretur de noua, *deciſ.*195. *num.*27. *Taia*.
Nepotum expreſſio, & deſcenden. in donatione quod operetur, *deciſ.*518.*num.*9. *Veroſpio*.
Nepotes teſtator grauans eos etiam honoraſſe cenſetur, *deciſ.*123.*num.*33. *Vicecomite*.
Neptes filiarum appellatione non veniunt, *dec.*489. *num.*1. *Emerix*.
Nepti legatum factum á patruo contemplatione patris relictum cenſetur, & ad ſubleuandum fratrem in conſtitutione dotis, *deciſ.*417. *numer.*14. *Ottalora*.

NOMEN.

Nomen deſcendentium refertur ad ſtipitem reſpectu cuius omnes dicuntur ab eo deſcendere non ſolum deſcendentes ex maſculis, ſed etiam ex fœminis, *deciſ.*308.*num.*5. *Carpineo*.

Et indiſtinctè admittitur quoad filios, & nepotes ex fœmina, niſi ſit addita maſculinitatis qualitas *ibid. num.7.*

Nomen operi publico nõ poteſt inſcribi aliud nomen, quam Principis, aut eius, cuius pecunia illud factum fuit, *dec.401. num.1. Benilaqua.*

Nomen apponere operi publico, non licet aliquod quam ipſius Principis, *dec. 337. nu.8. Benilaqua.*

Vel eius, cuius pecunia fuit factum tale opus, & hoc eſt in iure indubitatum, *ibid.num.3.*

Nomen, & arma hæres grauatus deferendi, quod cadat à commodo primogenituræ, & admittatur ſubſtitutus quando procedit, *deciſ.194.num.10. & 11. Priolo,*

Nomen Eccleſiæ licet inſculpere, dummodo non adſit animus acquirendi ius aliquod in ipſa, *dec. 401. num.9. Benilaqua,*

Nomen ex interuallo appoſitum in ſcripturam dicitur ſimulatum, *deciſ.524.num.1. Cerro,*

Nomen operi publico nec de iure, nec de conſuetudine inſcribere licet, *dec.401. nu.4. Benilaqua.*

Nomen alicuius particularis, operi publico quod poſſit apponi, eſt opinio reprobata, *dec.337.nu.4.*

Nomen filiorum expreſſum cum qualitate hæreditaria in vna parte cenſetur repetita iſta qualitas etiam in alia, *deciſ.528.nu.14. Veroſpio,*

Nomen, & arma onus deferendi præſumitur iniunctum intuitu conſeruandæ agnationis, *deciſ. 194. num.8. Priolo.*

NOMINANDI.

Ius Nominandi, quando intuitu officij executoris relictum, minimè præſumatur, *deciſ. 301. num. 6. Carpineo.*

ad nominandum Beneficiatus ſicuti ſecluſa infirmitate cum alijs beneficiatis admitteretur, ita poteſt admitti procurator de Collegio, cui infirmus vices ſuas committere valuit, *dec.371. num.7. Benilaqua.*

Nominandi Ius, & remouendi Cappellanum, toties quoties executori placuit, denotat illud ius ad executorem proprio iure ſpectare, *deciſ. 301. num.10. Carpineo,*

Nomina Rectoris, & Vicarij vti ſynonima variantur, & promiſcuè ponuntur, *deciſ. 197. num. 2. Priolo.*

Nomine proprio, & ad ſui vtilitatem contrahens licet cum alienis pecunijs ſibi acquirit ſub ſola obligatione reſtituendi pecunias domino, niſi ex coniecturis contrarium deſumatur, *deciſ.35.nu.7. Cerro.*

Nomine hæredum in materia fideicommiſſi veniunt hæredes ſanguinis, *deciſ.391. num.10. Bourlemont,*

ſub Nomine partis, panis tamen ac vini portio cõtinetur niſi ex conſuetudine contrarium deſumatur, *deciſ.110. num.4. & 5. Veroſpio,*

Nominis vniformitas non concludit perſonæ identitatem, *dec.523.num.12. Veroſpio,*

Nominis ambiguitas per amorem, & ſpecialem amicitiam declaratur, quando plures extant eiuſdem nominis, *deciſ.44.num.32. Vicecomite,*

Et ſi contrarium admitteretur, ſequeretur quod perſona minus dilecta apud Teſtatorem prælationem obtineret in illius ſucceſſione, *ibid. nu.5.*

Nominans in Emphiteuſi pactionata adſtrictus ad eligendum vnum ex pluribus expreſſis in inueſtitura nihil de ſuo nominato tribuit, dum iſte à Domino directo beneficium electionis obtinet *deciſ.57.num.6. Veroſpio,*

Secus in Emphiteuſi hæreditaria, *ibid. num.7.*

Nomine Epiſcopi, Archidiaconi geſta dicuntur geſta vti loco Epiſcopi, *deciſ.189.num.22. Taia,*

Nomine lucri continetur, quod accedit ſorti damno quocunque, & onere deducto, *deciſ.126.num. 46. Veroſpio,*

de Nomine poſſeſſio quando identifice iuſtificata fuit cum confinibus determinatis, & particularibus non curatur, *deciſ.387. numer.11. Bourlemont.*

Nomine filiorum in fauorabilibus veniunt etiam nepotes, *deciſ.406.num.6. Albergato,*

Limita *ibidem num.7.*

ex Nomine conſimili conſanguinitas non præſumitur alijs aſcendentibus familiæ, nec non ex cognomine, & inſignibus, *dec.535.num.56. Seuarolo.*

Nomine filiorum non veniunt nepotes quando agitur de extendendo fideicommiſſo, *dec.528.num. 27. Vicecomite.*

Nomine filiarum quod veniant neptes, ex quo arguatur, *deciſ.489. num.3. Emerix.*

Nomine filiorum quando veniant, omnes deſcendentes in infinitum, *deciſ.465.numer.25. 26.31. & 32. Ottalora.*

Nominis ceſſi inſubſiſtentia ceſſionarius detecta aduerſus cedentem iudicium inſtituere valet, *deciſ. 124.num.5. Veroſpio,*

ſub Nomine liberorum ſubſtitutio facta extenditur quoad omnes in infinitum, *deciſ.472.num.4. Ottalora.*

Nomina, cognomina, & inſignia pro libito variare licet *deciſ.311.num.5. Taia.*

ſub Nomine filiorum, non veniunt nepotes, *deciſ. 465. num.1. Ottalora.*

NOMINATIO.

Nominatio Emphiteutæ non in ſolo titulo conſiſtit, quando ipſi alter fundus conceſſus fuit, *deciſ. 57. num.4. Veroſpio.*

Nominatio quando pendet à mero arbitrio Emphyteutæ electus cenſetur à nominante Emphiteuſin obtinere, & ſuper ea poteſt legitimè grauari, *ibid. num.8.*

Nominatio ad iuſpatronatus vniuerſitatis debet fieri ab hominibus cognitis illiuſmet vniuerſitatis, alias nominatus non venit inſtituendus, *deciſ. 262. num. 2. & 3. Bourlemont.*

NOTARIVS.

à Notario teſtamentum ſtipulatum ad interrogationem alterius, & reſponſionem teſtatoris per verbum *ſic* ſubuertitur, quando non appareat de voluntate præcedente teſtandi, *dec.137. num.12. Benilaqua.*

Secus *ibid. num.13.*

à Notarijs clauſula *mihi cognitus* debet apponi in quocumque inſtrumento confecto, *deciſ.478.nu. 1. Carpineo.*

Notarius in contractibus correſpectiuis, & onerofis, nulla lege, nec aliqua ratione cauetur vt poſſit abſentem obligare abſque eius conſenſu, *deciſ. 37.num.10. Cerro.*

Notarij mendacium inducit in teſtamento maximam falſitatis, ſuſpicionem, *deciſ. 525.num.2. Benilaqua.*

Notarius est obligatus seruare protocollum, seu originale scripturarum, illudque ad omnem interesse habentium commoditatem exhibere, *ibidem num.3.& 4.*
Notarius non potest absentem obligare in contractibus correspectiuis, & onerosis *decis. 524. nu.9. Cerro.*
Notario non est credendum contra tenorem testamenti à se stipulati, *decis.328.num.11. Emerix*,
Notario de sana mente Testatoris deponente plurimum defertur, *decis.* 137. *num.* 5. *Benilaqua.*
Notario non creditur nisi de ijs, de quibus est rogatus coram testibus, *decis.328. num.9.Emerix*,
Notarij falsitas ex quibus desumatur in testamento *decis.*525. *num.*5. 6. 7. *&* 13. *Benilaqua.*
Notario in materia ad officium suum spectante plena fides est abhibenda, *dec.* 361. *num.*5.*Ottalora.*
Notario de citatione a se facta non creditur, *decis.* 236. *num.* 2. *Taia.*
Notarij error parti non præiudicat, *dec.*175. *num.*30. *Vicecomite*
Notarij fides licet extraiudicialis benè probat, *decis.* 55. *num.*15. *Taia*,
Notorius error quando est, non potest deseruire, ad aliquid colorandum, *decis.* 520. *num.*78. *Bourlemont.*

NOTITIA.

Notitiam valoris fundi antiquam habens Peritus est potius in testem, quam in peritum adhibendus. *decis.* 270. *num.*7. *Verospio.*
Notitia priuilegij sufficit pro acceptatione dum agitur de priuilegio merè fauorabili, & gratioso, *decis.*151. *num.*6. *Emerix*,
Notitia ex quibus desumatur, *dec.* 213. *num.* 1. *Benilaqua.*

NOTVLA.

Notulæ per creditorem exhibitæ creditur, donec per debitorem contrarium probetur, *decis.* 302. *num.*1. *Taia*
in Notula confessio emissa habet vim iudicialis cõfessionis, & quando à parte acceptata fuit amplius reuocari nequit, *decis.*421. *num.* 2. *Emerix.*
Notulam creditor crediti cum iuramento, exhibere tenetur, *decis.*302. *num.*2. *Taia*,
Notula creditoris est singulis annis exhibenda, *ibid. num.*3.
Noua causæ commissio ex abundanti nulliter impetratur, an afficiat sententiam, *dec.*115. *num.*33. *& 34. Vicecomite.*

NOVATIO.

Nouatio non insurgit ex contractu inobseruato, *decis.*114. *num.*12. *Taia*,
per Nouationem sublatus contractus primus etiãsi confirmatus, non est attendendus, sed alter per nouationem inductus, *decis.*260. *num.*4. *Benilaqua*
Nouatio non inducitur rebus in eodem statu permanentibus, *decis.*260. *num.*17. *Ottalora*,
Nouatio omnes actus præcedentes perimit, *ibidem num.* 19.
Nouatio non inducitur aucta quantitate, *dec.* 114. *nu.*16. *Taia.*
Nouum examen post didicita testificata, non admittitur, *decis.*361. *num.*3. *Cerro.*
Nouum Feudum, quando est, & fuit commissa felonia ab aliquo ex vocatis contra Dominum; tunc omnes agnati, & descendentes priuãtur feudo, *decis.*536. *num.*128. *Gastaldo.*
Noui articuli debent admitti quoties de illorum possibili releuantia apparet, *decis.* 361. *numer.*7. *Cerro.*

NOVITIVS.

Nouitius à Religione discedens, & deinde rediens dicitur Nouitius à die reditus, & debet continuare per annum, *dec.*454. *num.*7. *Benilaqua*,
absque Nouitiatu professio inita mediante breue Apostolico, est nulla quando illud obtinetur inscio professo, *decis.*499. *num.*10. *Carpineo*,
Nouitiatus, est à lure inuentus adhoc vt quis valeat regulas religionis experiri, & determinare vtrum sibi expediat nec ne professionem emittere, *decis.* 499. *num.*9. *Carpineo*,
Nouitius omnes asperitates regulæ probare debet, *decis.*454. *num.*8. *Benilaqua*,
Nouitius durante nouitiatu caret omni voce, & suffragijs, *ibid.num.*9.
Nouitius non obligatur ad obseruationem reformationis, sub qua non incepit, nec perfecit annum probationis, *ibid num.*10.
Nouitius non potest compelli ad obseruationem regulę quę post eius ingressum fuit facta asperior & num. 12, secus in professo quod tunc est dubium *decis.* 116. *num.*11. *&* 13. *Priolo.*
Nouitiatus ad quem effectum sit institutus, *decis.* 116. *nu.*3. *Priolo*,
Nouitiatus non est integer nõ completo anno fallit, *decis.*116. *num.*17. 18. *&* 19. *Priolo.*

NVLLITAS.

Nullitas sententiæ resultat ex illius errore, *dec.* 507. *num.*7. *Bourlemont*,
de Nullitate antequam de iustitia, & negotio principali cognoscatur, cognosci debet, si nullitas proueniat ex defectibus insanabilibus Iurisdictionis citationis, & mandati, *decis.*104. *num.*12. *&* 13. *Taia*,
Nulla cessio, & resoluta est ac si nunquam facta fuisset, *decis.*373. *num.*5. *Benilaqua*,
de Nullitate quod agi non possit, nec replicari post annum statutum vrbis *lib.*1. *cap.*191. disponit, *dec.* 388. *num.*18. *Carpineo.*
Et hoc procedit in quibuscumque nullitatibus etiam notorijs, & euidentibus, *ibidem numer.*19.
Et ita in omnibus vrbis Tribunalibus seruatur, *ibid.num.*20.
Nullitas sententiæ non potest opponi quando fuit diuersa causa defensionis, *decis.*341. *num.*7. *Bourlemont*,
Amplia, *ibid.num.*8.
contra Nullitatem professionis, elapso quinquennio non potest amplius dici, *decis.* 116. *num.* 25. *Priolo.*
Nullitate collitigantis collitigans vt iuuari possit necessaria est eadem causa defensionis, *decis.* 104. *nu.*3. *Taia.*
Nullitates non audiuntur à Senatu Neapolitano, nisi appareat aliqua causa circa ipsius merita, *dec.* 104. *num.*11. *Taia*,
Nullitas Inuentarij non attenditur, quando in illius confectione dolus non interuenit, *decis.*272. *nu.*2. *&* 8. *Taia.*
Nullitatem quamlibet clausula *ex quauis causa* censetur

fetur comprehendere, *decif.*110.*num.*13. *Ottalora*.
Nullitatis exceptio reijcitur quoties de illa clare,& euidenter non pateat, *decif.* 341. *num.* 12. *Bourlemont*.
Nullitas ſententiæ non inducitur quando appatet minori nullas legitimas defenſiones competiſſe, *decif.*104. *num.*2. *Taia*,
Nullitas ſententiæ quãdo non adeſt ſemper ſententia vulnerans ſtat in ſuo robore, & tollit viam executiuam *decif.* 373. *num.* 3. *Benilaqua*,
Nullitatis inuentarij exceptio opponi poteſt quando opponentis intereſt, *decif.*264.*nu.*10. *Albergato*,
de Nullitate hæredi teſtamentum acceptanti non licet amplius illud redarguere, *decif.*137.*num.*18. *Benilaqua*,
Nullitas ſententiæ reſpectu minorum reddit ſententiam nullam etiam quoad non minores ob connexionem iurium, *decif.*104. *num.*1. *Taia*.
Nullitas contractus vti in fauorem minoris inducta non poteſt ab altero deduci *decif.* 224. *num.* 9. *Veroſpio*,
Nullitas examinis durante lite ſemper poteſt opponi quando illud approbatum non fuit, *decif.* 370. *num.*8. *Taia*,
Nullitatis vitio deliberatio laborans effectum immiſſionis impedire non valet, *decif.* 388. *num.* 5. *Carpineo*,
Nullitatem ſententiarum Rota non attendit ſi iuſtę ſint, nec validitatem,ſi iniuſtæ oſtenduntur, *decif.* 104. *num.*10. *Taia*,
Nullitatem proceſſus deliberationis allegans ad illius tranſportationem adſtringitur, *decif.* 388. *nu.* 6.*Carpineo*.
Nullitas mandati excludit contumaciam illius cõtra quem fuit relaxatum, *ddec.*146.*num.*2. *Ottalora*
Nullitas ſententiæ reſultat ex illius errore, *dec.* 507. *num.*7.*Bourlemont*.

NVLLVM.

Nullum examen eſt quando forma ſeruata non fuit, *dec.*370*num.*3.*Taia*.
Nullum iudicium quando fuit omnia, quę exinde ſequuntur ſuſtineri nequeunt, *decif.* 381. *num.* 9. *Ottalora*.
Nullitatem contractus minor non obijciens cenſetur ex tali acquieſcentia ratum habuiſſe contractum, *decif.*224. *num.* 11. *Veroſpio*,

NVMERATIO.

Numeratam pecuniam dictio *præſentialiter,& incontanti* probat, *decif.*113.*num.*1.*Taia*,
Numeratam pecuniam dictio *præſentialiter, & incontanti* optimè probat,*dec.*80. *num.* 2. *Taia*,
circa Numerationem pecuniæ Bulla Pij V. circa cenſos quomodò ſit intelligenda, *dec.*113. *num.*6. 7. 8. *&* 9. *Taia*,
Numeratio dotis vera ex quibus probetur, *dec.*380. *num.*6.*Ottalora*.

NVMERVS.

Numero teſtes pauciores, minus informati, ac inueriſimilia deponentes, & negatiuam non coarctantes non attenduntur, *dec.*426. *num.*14. *Emerix*,
Numero plures teſtes paucioribus anteponuntur, *decif.*79. *num.* 8. *Veroſpio*,
Numero pauciores, veriſimilia deponentes,nec vllam contradictionem patientes præferuntur teſtes alijs inter ſe contrarijs, *decif.*456.*num.*4. *Cerro*,
Nuncius Apoſtolicus in Regnis Hiſpaniarum Beneficia 24. ducatorum auri de Camera valorem excedentia, conferre nequit, *dec.*292.*num.* 1. *Carpineo*.
Nuncius Hiſpaniarum procedit in cauſis ſpolior. Maioricæ, & in ea deputat ſubcollectores, *decif.* 212.*num.*5. *Emerix*,
Nuptiæ ſecundæ Viro primo teſtatori reputantur odioſæ, *decif.*216. *num.*6.*Veroſpio*,
Nurui Hipotheca ſaltem tacita competit pro ſumma ſibi promiſſa in caſu nuptiarum, & poteſt illius vigore ab alijs creditoribus hypothecarijs bona occupata vindicare, *decif.*360. *numer.*8.*Bourlemont*,

O

OBITVS.

OBITVS Parochi, & deuolutio Beneficij fiunt concludenter iuſtificanda, alias gratia eſt nulla, *decif.*318.*num.*1. *&* 2. *Bourlemont*
Obtinens mandatum de tempore illius relaxationis, quando eſt in æquali, vel maiori parte creditor, illud ſuſtinetur, non attento quod ſumma in qua prætenditur exceſſus potius ad computum vnius, vel alterius crediti ponatur, & intrat compenſatio, *decif.*19.*num.*7.*Benilaqua*.
Pro Obtinendis infimul Scholaſtria, & Canonicatu diſpenſatio Apoſtolica neceſſaria eſt *decif.*298. *num.*5. *Ottalora*,
Poſt Obitum patris ſolutio à filio facta præſumitur de pecunijs hæreditarijs niſi contrarium oſtendatur, *decif.*422. *num.*5. *Albergato*.
Obitu patris legitima non debetur niſi ſecuto, *decif.* 247.*num.*15. *Benilaqua*.

OBLIGATIO.

Obligationem verba non importantia ad illam trahi non poſſunt, *dec.*2.*num.*5. *Benilaqua*.
Obligatio ſub duplici conditione conflata, deficit ceſſante conditionis duplicitate, *dec.* 54. *num.* 11. *Benilaqua*,
in Obligatione mulieris ſtatutum vrbis *lib.* 1. *cap.* 151. proximioris conſanguinei præſentiam requirit, *dec.*265. *num.*1. *Bourlemont*,
Obligatio reſtricta ad verba *non alias aliter, nec alio modo* nullam aliam contrariam interpretationem recipit, *decif.*82. *num.* 1.*Vicecomite*.
Obligans fideiuſſor ſe tanquam principalis, & in ſolidum reſpectu creditoris pro principali debitore, habetur, non pro ſimplici fideiuſſore, *decif* 430. *num.*7.*Albergato*.
Obligatio de ſtando vnicę inſtantia quando non eſt vltima benè ſit, *decif.*379 *num.*9. *Taia*,
Obligatio mulieris non ſuſtinetur,quando non habet releuatorem, *decif.*378.*num.*11. *Bourlemont*.
Obligatio ex parte nulla pro alia ſuſtineri non poteſt ratione individuitatis decreti deſuper à Iudice interpoſiti, *decif.*263.*num.*15. *Benilaqua*,
Obligatio fideiuſſoris a die obligationis ad obligationem incipit, nec valet retrotrahi in præiudicium tertij, *decif.*70.*num.*2. *Benilaqua*,
Obligatio perſonaliſſima perſonam non excedit & *decif.*261. *num.*2. *&* 3. *Albergato*,
Obligatio fideiuſſoris extinguitur per ſimplicem contractus nouationem, *decif.*165. *num.*7.*Cerro*.
Obligatione vti relatiua ad graduatoriam ſtante,

creditores æquè tenentur promittere reſtitutionem, quibuſcunque prioribus, & anterioribus, creditoribus, *deciſ.* 70. *num* 13. *Benilaqua*,
Obligatio Mulierum, & Minorum, vt valida ſit, *ex ſtatut. Vrbis lib.* 1. *cap.* 151. requirit præſentiam proximiorum, & cauſam in ſcriptis exprimendam, & à Iudice cognoſcendam, *deciſ.* 263. *num.* 1. *Benilaqua*,
Obligatio nõ naſcitur in eo cuius factum fuit promiſſum non accedente eius conſenſu, *dec.* 41. *nu.* 1.
Obligatio mulieris vel minoris ſine ſolemnitatibus inita ſuſtineri nequit, *deciſ.* 378. *numer.* 1. *Bourlemont*,
Obligatio ſuper fideicommiſſo contracta per obitum obligantis expirat, *deciſ.* 441. *num.* 1. *Bourlemont*,
Obligatio relata ad aliquod ſtatutum, debet regulari ſecundum dictum ſtatutum, *deciſ.* 281. *num.* 13. & 14. *Taia*.
Obligatio reſtricta ad vnum, ad aliud non valet extendi, *dec.* 45. *num.* 3. *Albergato*,
Amplia *ibid. num.* 4.
Obligatio facta à muliere ſine interuentu proximioris conſanguinei corruit *deciſ.* 265. *num.* 2. *Bourlemont*.
Obligatio ceſſat ceſſante fundamento obligationis, *deciſ.* 31. *num.* 9. *Priolo*,
Obligatio mulieris facta pro debitis alterius ſubſtineri nequit, *dec.* 265. *num.* 6. *Bourlemont*,
In Obligatione Mulierum Curator deputari debet quando non adſint proximiores, *dec.* 163. *num.* 2. *Benilaqua*,
Obligatio propria in odium nõ adimplentis retorquetur, & habetur pro adimpleta, *deciſ.* 334. *num.* 15. *Albergato*.
Obligatio mulieris, vt ſuſtineatur, debet in illius vtilitatem tendere, *deciſ.* 378. *num.* 10. *Bourlemont*,
Obligatio Minoris ſine Aegidianæ Conſtitutionis ſolemnitate in ſtatu Eccleſiaſtico requiſitæ, non tenet, *deciſ.* 289. *num.* 7. & 8 *Emerix*.
Obligatio prima non tollitur niſi ſecuta nouatione *dec.* 315. *num.* 8. *Carpineus*,
Obligatio quæcumque tollitur ſolutione, *deciſ.* 490. *num.* 8. *Bourlemont*.
Obligatio facta ad cautelam non vitiat præcedentem obligationem, *deciſ.* 114. *num.* 1. 2. & 3. *Taia*.
Obligatio Mulieris ſine duobus proximioribus, & Iudicis decreto non ſubſtinetur, *deciſ.* 475. *num.* 1. *Taia*.
Obligatio Mulieris pro dote ſubſtinetur etiam ſine ſolemnitatibus, *ibid. num.* 2.
Obligationi per Mulierem faciendæ proximior ſi certo tempore interuenire non poteſt differri in aliam diem debet ſtipulatio, *deciſ.* 263. *numer.* 4. *Bourlemont*
Obligatio ſuper fideicommiſſo contracta per obitum obligantis expirat, *deciſ.* 441. *num.* 1. *Bourlemont*,
Obligatio facti alieni reſoluitur in diligentiam, & conatum ex parte eius qui promiſit in procurando conſenſum illius, cuius factum promiſſum fuit, & ſufficit vt promittens illam oſtendit, *deciſ.* 41. *num.* 3. *Benilaqua*
Obligatio generalis facta à defuncto, non extenditur ad bona hæredis, *deciſ.* 220. *num.* 17. *Taia*.
Obligatio vxoris reſoluitur in ſimplicem fideiuſſionem, *deciſ.* 484. *num.* 6. *Carpineus*.
Obligatio quæcumque annullatur per cauſæ falſitatem, *deciſ.* 31. *nu.* 5. *Priolo*
Obligatio reſidendi non probat actualem reſidentiam, *deciſ.* 510. *num.* 8. *Albergato*.
Obligatio ſoluendi penſionem non poteſt immutari ex mutatione perſonæ titularis, *dec.* 18. *num.* 3. *Vicecomite*.
Obligatio Mulieris, & minoris, vt ſit valida debet eſſe vtilis, & non præiudicialis, *deciſ.* 31. *numer.* 6. *Priolo*
Obligatio tacita hæredum in ſocietate inceſt, *deciſ.* 4. *num.* 8. *Taia*.
Obligatio Mulieris, & minoris non ſuſtinetur ceſſante ſpe releuationis indemnitatis, *dec.* 31. *num.* 7. *Priolo*
Obligatio limitata limitatum producit effectum, *deciſ.* 261. *num.* 1. *Albergato*
Obligatio fideiuſſoris non eſt extendenda de re ad rem, nec de tempore ad tempus, nec de perſona ad perſonam, *deciſ.* 161. *num.* 5. *Albergato*.
Et intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus, *ibid. num.* 6.
Obligatio Cameralis continet in ſe expreſſam hypothecam omnium bonorum, *deciſ.* 360. *num.* 15. *Bourlemont*,
Obligatione Camerali inſtrumentum munitum, paratam habet executionem, *deciſ.* 176. *numer.* 9. *Ottalora*.
Viri domicilium, non locus vbi contractus fuit celebratus, attenditur in reſtitutione dotis, *ibid. num.*
Mercatoris libri contra ipſum, & ab eo cauſam habentes plenè probant, *ibid. num.* 12.
Obligatio Cameralis paratam habet executionem, *deciſ.* 155. *num.* 1. *Albergato*.
Obligatio Cameralis non habet amplius paratam executionem via executiua vulnerata, & ordinariò eſt agendum, treſque ſententiæ conformes requiruntur, *deciſ.* 373. *num.* 1. *Benilaqua*
Obligatio Cameralis continet hypothecam omnium bonorum, *deciſ.* 445. *nu.* 12. *Benilaqua*
Obligatio Cameralis tribuit facultatem etiam contra debitoris hæredem, *deciſ.* 521. *num.* 2. *Vincentius*
Obligatione Camerali inſtrumentum munitum paratam habet executionem, *deciſ.* 456. *num.* 1. *Cerro*.
Obligationem Cameralem ſententia promulgata, ſi nulla ſit, & iniuſta non vulnerat, *deciſ.* 373. *nu.* 2. *Benilaqua*.
Obligatione Camerali inſtrumentum vallatum paratam habet executionem, *deciſ.* 318. *numer.* 2. *Cerro*.
Obligatio Cameralis paratam habet executionem, *deciſ.* 283. *num.* 1. *Veroſpio*.
Obligationem Cameralem exceptio turbida non poteſt impedire, *deciſ.* 164. *num.* 20. *Veroſpio*.
Obligatio Cameralis paratam habet executionem, *deciſ.* 124. *num.* 1. *Veroſpio*.
Obligatio Cameralis executionem paratam habet, *dec.* 181. *num.* 1. *Emerix*
Obligatio Cameralis cum clauſula, *conſtituti*, de reſtituendo dotem tollit neceſſitatem excuſſionis, *deciſ.* 473. *nu.* 3. *Emerix*.
Obligationis Cameralis executio non retardatur à re altiorem indaginem requirente, *deciſ.* 456. *nu.* 8. *Cerro*.

Obli-

Obligatione Camerali promiſſio de non conficiẽdo inſtrumentum publicum munitum de ſoluenda certa ſumma, eo non confecto, promiſſio euaneſcit, *deciſ.360.num.11. Bourlemont.*

OBLIGATVS hæres reſtituere pluribus expreſsè nominatis non ſatisfacit nominando vnum, *deciſ.240.num.2. Cerro*

OBLIGANS Mulier ſe pro marito contra illius bona habet actionem, *deciſ.311.num.11. Cerro*

OBLIGANS ſe ad ſoluendum aliquid in forma Cameræ, compelli poteſt ad ſolutionem, *deciſ.311. num.1. Priolo*

OBLATIO dotis pro ſufficienti Rectoris ſuſtentatione, cum reſeruatione Iuris patronatus non importat efficiuam dotationem, *deciſ.385.num.2. Beuilaqua.*

OBLATIONES prohibentur recipi à miniſtris Altaris circumeundo Eccleſiam, *dec.384. num.8. Ottalora.*

OBIECTIONES extra materiam non attenduntur, *deciſ.100.num.14. Viſcomite.*

OBLIVIO

Obliuio non pertinet ad litem ſiue motam, ſiue non motam, & multo minus negligentia, *deciſ. 206. num.7. Taia.*

Obliuio præſumitur per lapſum decem annorum, etiam in facto proprio, *dec.501.num.5. Ottalora.*

ad Obliuionem inducendam tempus arbitrio Iudicis determinatur, *deciſ.206. num.8. & 9. Taia.*

OBSERVANTIA

Obſeruantia non attenditur vbi beneplacitũ Apoſtolicum eſt neceſſarium, *dec.189.num.15. Taia.*

Obſeruantia rerum dubiarum eſt optima interpres & magiſtra, *dec.433.num.12. Cerro.*

Obſeruantia interpretatiua non indiget præſcriptione, *dec.101.num.10. Cerro*

Obſeruantia interpretationem excludit, *deciſ.269. num.8. Veroſpio.*

Obſeruantia eſt rerum dubiarum optima interpres, *deciſ.269.num.5. Ottalora.*

Obſeruantia viginti annorum pro lege habetur, *deciſ.226.num.7. Beuilaqua.*

Obſeruantia publica, & diuturna triginta annorũ, quid operetur, *dec.12.numer.7. Taia.*

Obſeruantia ſubſecuta, bene demonſtrat, quid veniat in conceſſione, *dec.6.num.7. Albergato.*

Obſeruantia interpretatiua attenditur, etiamſi alius intellectus, de iure verior eſſet, *deciſ.5. numer.17. Taia.*

Obſeruantia in collecta ſoluenda plurimum venit attendenda, *deciſ.300.num.8. Veroſpio.*

Obſeruantia in beneficialibus, & in materia incompatibilitatis plurimum venit attendenda, *dec.298. num.7. Otalora.*

Obſeruantia cum quadragenaria præſcriptionem inducit, *deciſ.287. num.2. Taia.*

Obſeruantia quæ eſt conſona iuris diſpoſitioni eſt exequenda, *deciſ.33.num.16. Veroſpio.*

Obſeruantia dat fidem, & robur ſcripturæ in formi *deciſ.457.num.14. Ottalora.*

Obſeruantia ſoluendi, & percipiendi fructus ad ſummam diminutam, declarat cenſum fuiſſe redactum, *deciſ.209.num.2. Priolo.*

Obſeruantia eſt rerum dubiarum interpres optima, & magiſtra, *deciſ.282.num.2. Albergato*

Obſeruantia remota non attenditur, quando deſit proxima contraria, *deciſ.51.num.15. Beuilaqua.*

Obſeruantia minuit fidem ſcripturis, *deciſ.258.nu.2. Cerro.*

Obſeruantia non indiget præſcriptione, ſed ſufficit quod aliquando ſic fuerit obſeruatum, *deciſ.78. num.11. Emerix*

Obſeruantia ſubſecuta reſultat optimus intellectus conſtitutionum Apoſtolicarum, *deciſ.6. numer.3. Albergato.*

Obſeruantia pro declarandis dubiis bene deſeruit, *deciſ.140.num.8. Veroſpio.*

per Obſeruantiam fides ſcripturarum augetur, *deciſ.258.num.3. Cerro.*

ad Obſeruantiam inducendam actus vnicus non eſt aptus, *deciſ.212.nu.13. Emerix*

Obſeruantia pro dubij declaratione plurimum inſeruit, *deciſ.287.nu.7. Taia.*

Obſeruantia ad hoc, vt inducat vſum debet concludenter probari, *deciſ.33.num 14. Veroſpio.*

Obſeruantia ſubſecuta reſultat optimus intellectus conſtitutionum Apoſtolicarum, *deciſ.6. numer.3. Albergato.*

Obſeruantia legatum ambiguum declaratur, *deciſ. 110. numer.9. Veroſpio.*

ex Obſeruantia vnio confirmatur, & fructibus perceptis ex beneficio vnito, *deciſ.317. num.4. Taia.*

Obſeruantia eſt dubiarum rerum interpres, *deciſ.78. num.9. Emerix*

ad Obſeruationem regulæ, quæ poſt eius ingreſſum fuit facta alperior Nouitius nõ poteſt compelli, *deciſ.816.num.11. Priolo.*

Secus in profeſſo quod tunc eſt dubium, *ibidem num.13.*

OCCASIONE certi, & determinati matrimonij facta promiſſio gaudet omnibus dotalibus priuilegiis, *deciſ.360.nu.10. Bourlemont*

OCCASIO remota, & ambigua petendi reinueſtiendi non ſuffragatur ad faciend. fructus ſuos, *deciſ.520.num.6. 7. 8. 9. & 10. Bourlemont*

OCCVLTANS ſcripturas præſumitur malum ius facere, *deciſ.112.num.35. & 36. Taia.*

OCCVLTATIONIS præſumptio obitus ex quibus oriatur, *deciſ.304.num.7. Cerro.*

OCTAVAS vltrà præſcriptas à Sacris Canonibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, Papa ſolus poteſt inſtituere Miſſali, ac Rituali Romano, *dec.484. num.1. Ottalora.*

OCTAVA omnium Sanctorum eſt primæ claſſis ſecundi ordinis, *ibid.num.5.*

OCTOBRIS Menſis ex *Reg. 9. Cancell.* eſt de Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, *deciſ.423.num.1. Ottalora.*

OCVLI Iudicis certiores aure arbitrati ſunt, *deciſ. 535.num.60. Senarola.*

ODIVM

in Odium non adimplentis obligatio propria retorquetur, & habetur pro adimpleta, *dec.334.nu.15. Albergato.*

in Odium fauores non debent retorqueri, *deciſ.528. numer.7.*

Odia ſunt reſtringenda non autem extendenda, *deciſ.119.num.9. Veroſpio.*

in ODIOSIS caſus vnus ad alium non extenditur, *deciſ.162.nu.1. Ottalora.*

ODIOSAE nuptiæ ſecundæ viro primo teſtatori reputantur, *deciſ.216.num.6. Veroſpio.*

ODIOSA non sunt extendenda, sed strictè interpretanda, *decis.33.num.6. Taia.*
in ODIOSIS consensus non extenditur ad non expressa, *decis.214.num.13. Bourlemont*

OFFICIVM

Officium Iudicis est admittendum expensas factas à tutoribus pro alimentis, & disciplinis pupillorum, *dec.112.num.32. Taia.*
Officij societas ob deficientiam subiecti est nulla, *dec.379.num.7. Bourlemont.*
Officij defunctorum prohibitio non est permittenda tamquam contra ius publicum, & Defunctorum suffragium, *decis.257.num.3. Ottalora.*
Officia illius, qui commiserat crimen læsæ Maiestatis humanæ contra Rempublicam Ianuæ per Datariam, & Cancellariam Apostolicam fuerunt publicata, *decis.536.num.24. Cassaldo*
Officij societates solent esse inexigibiles, *decis.86. num.8. Vicecomite.*
Fallit quando de recenti sunt contractæ cum plurium personarum obligationibus, *ibid.num.9.*
Officij fructus, & pretium tantùm sunt in commercio, *dec.319.num.10. Taia.*
Officium Primipili quale sit, *decis.214. num.16. 17. 18. 19. & 20. Bourlemont.*
Officia Romanæ Curiæ aliquando vni personæ respectu tituli largiuntur alteri verò respectu dominii, & commoditatis percipiendi fructus, *decis. 57. num.3. Verospio.*
Officium sine Papæ licentia non est in commercio, *decis.179.num.5. & 14. Bourlemont*
Officium Defunctorum institutum est in suffragiis animarum, *dec.257.num.2. Ottalora.*
Officium Prioris, & Vicarij Monasterij non dicitur perpetuum quam habito respectu ad Monasterium, *dec.359.num.3. Emerix.*
OFFICIALIVM administrandi quasi possessio nihil commune habet cum possessione Ecclesiæ, *decis.107.num.11. Albergato.*
OFFICIALIBVS à publico electis, & deponentibus super re super qua sunt periti credendum est, *decis.520.num.84. Bourlemont*

OMISSIO

Omissio Inuentarij non nocet tertijs possessoribus, nisi ostendatur grauatum alienasse tot bona, quæ detractiones consumpserunt, *decis.131. num.18. Benilaqua.*
Omissio qualitatis per Testatorem statutæ, tunc non annullat actum, si ipsius voluntas non sit læsa in parte substantiali, *decis.519. num.6. Verospio.*
Omissio formæ nulli irrogans præiudicium nullitatem non inducit, *decis.126.num.40. Verospio.*
Omissio citationis sententiam nullam reddit, *decis. 320.num.6. Carpino.*

ONVS

ad Onera, & alia debita Ciuitatis Ecclesiastici non tenentur quamuis communem laicorum, & clericorum vtilitatem implicent, *decis.182. num.1. Priolo.*
Quod procedit in impositionibus publicis ad quas laici soli tenentur, non autem quando onera respiciunt primario vtilitatem priuatam, *ibidem num.2. & 3.*
sub Onere exercedi tutelam legatum relictum non admittitur, si ex causa minoris ætatis, seu alterius impedimenti legatarius tutelæ munus subire non possit, *decis.42.numer.11. Vicecomite.*
Oneris causa illi tantum suffragatur cui fuit onus iniunctum, *dec.90.num 6. & 7. Ottalora.*
cum Onere restituendi filijs donatario vtilius est recipere donationem, quam liberam habere legitimæ portionem legitimæ, *decis.67.num.16. Priolo.*
ab Onere auctoritate Apostolica imposito Ecclesiastici non possunt in præiudicium Ecclesiæ sine eiusdem consensu recedere, *decis.300. numer.4. Verospio.*
Onera Canonicus non Sacerdos, quæ per se ipsum non potest adimplere per alium Sacerdotem implere valet, *decis.169.nu.6. Taia.*
cum Onere fideicommissi legitima non obstante donatione detrahenda est, *decis.247.num.14. Benilaqua.*
Onerum matrimonialium sustentatio deseruit pro mora, & interpellatione, *decis.413.num.5. Otalora.*
Onus super legitima appositum, facultas reijciendi vti priuilegium personæ inhærens per obitum filij expirat, nec ad hæredes transmitti potest, *dec.202.nu.12. Verospio.*
Onus vni hæredi impositum alteri non censetur iniunctum nisi specialitèr exprimatur, *decis.334. num.2. 7. & 8. Bourlemont*
Onus alendi filiam patri inhæret, *decis.318.num.15. Verospio*
Onus cambiandi durante certo tempore, & pendente dilatione habenti dicendum est quod eâdē expirata dilatione fuerit iniunctum, *dec.35.num.6. Cerro.*
Onus dotandi filiam non potest à patre euitari sub prætextu quod filia in iuuenili ætate cum extero ipso reclamante matrimonium contraxerit, *dec. 93. num.2. Verospio.*
Onus locatori incumbit restaurandi Domum locatam, non conductori, *decis.38. num.1. 6. & 7. Verospio.*
Onus quod non potest imponi clericis, nec potest imponi cum illis contrahentibus, *dec.101.num.10 Benilaqua*
Onus sacrum debet adimpleri pluſquam prophanum, *decis.455.num.29. Ottalora.*
Onus restrictiuè iniunctum hæredibus restringit dispositiones ad hæredes sanguinis, *decis.465. num.30. Ottalora.*
Onus hæredi à Testatore iniunctum, debet omninò per hæredem impleri, *decis.382.num.10. Albergato.*
Amplia si acceptauerit id, in quo fuit institutus hæres, quo casu onus recusare non potest, *ibid. num.11.*
Onus probandi contrarium illud asserenti incumbit, *decis.258.num.8. Priolo*
Onus quodcumque legitimæ filiorum à patre infixum à lege reijcitur, *decis.119.num.11. Verospio.*
Onus perpetuum inducit perpetuum fideicommissum, *dec.465.num.35. 36. 37. & 38.*
Onus probandi incumbit bona libera asserenti mulieri non adesse pro restitutione suæ dotis, *decis. 441. num.7. Bourlemont*
Onus probandi contrarium incumbit illud asserenti, *decis.460.num.5. Emerix*
Onus impositum, & imponi solitum Sacerdoti denotat

notat non Sacerdoti non posse committi, *decis.* 169. *num.* 11. *Taia.*
Onus alendi tanquam bonis ipsis inhærens transit cum illis ad quemcumque possessorem, *dec.* 48. *num.* 1. *Albergato.*
Onus hæredi debita sui auctoris soluendi incumbit *dec.* 479. *num.* 3. *Bourlemont.*
Onus momentaneum executori collatum censetur, successiuum verò Legatario, *dec.* 301. *nu.* 12. *Carpineo.*
Onus filius non acceptans à patre legitimæ impositum Ius detrahendi legitimam ad suos hæredes transmittere potest, *dec.* 119. *num.* 13. *Verospio.*
Onus exactionis assumens non liberatur indicando debitores exigendos, sed tenetur de non exactis, *dec.* 2. *num.* 9. *Beuilaqua.*
Onus aliquod alterius causa subsistinens ab illo cuius causa supportatum est releuari debet, *decis.* 325. *num.* 7. *Albergato.*
Onus reddendi rationem in se assumens ad illam reddendam non tenetur, donec liquidò non cõstiterit quod ipse receperit, *decis.* 65. *numer.* 11. *Beuilaqua.*
Onus deferendi nomen, & arma præsumitur iniunctum intuitu conseruandæ aguationis, *decis.* 194. *num.* 8. *Priolo,*
Onus quod non potest imponi Clericis, nec potest imponi cum illis contrahentibus, *dec.* 107. *num.* 10 *Beuilaqua*
Onus in legitima appositũ sustinetur patre viuente, superstitibus filijs reijcitur ab ea, *decis.* 61. *num.* 17. *Priolo*
Onus reaptandi domum Emphiteutæ non conductori pertinet, *decis.* 38. *num.* 3. *Verospio*
Onus dotandi filiam ad patrem spectat, *decis.* 396. *num.* 9. *Cerro*
Onus priuatum afficit tàm Ecclesiasticos, quàm laicos, *dec.* 82. *num.* 4. *Priolo.*
ONEROSVM Legatum esse vnde arguatur, *decis.* 380. *num.* 4. *Emerix.*
ONEROSA donatio quando est, non requirit solemnitates ad substinendam minoris donationẽ requisitas, *decis.* 380. *num.* 3. *Emerix.*

O P V S

Operi publico, quod particularis possit apponere nomen suum, permittitur, si Vniuersitas non reclamet, *decis* 337. *num.* 6. *Beuilaqua.*
Operi publico ex generali consuetudine præter nomen supremi Principis, illud Præfecti operis etiã alienis expensis constructi apponitur, *decis.* 401. *num.* 2. *Beuilaqua.*
Operi publico non potest inscribi aliud nomen, quam Principis, aut eius, cuius pecunia illud factum fuit, *decis.* 401. *num.* 1. *Beuilaqua*
in Operibus publicis Arma, & nomina, quare solent apponi, *dec.* 337. *nu.* 9. *Beuilaqua*
in Operibus publicis apponendis consuetudo attenditur, *decis.* 401. *num.* 3. *Beuilaqua*
Operi publico, non licet aliquod nomen apponere, quam ipsius Principis, *dec.* 337. *num.* 2. *Beuilaqua.*
Operi publico nec de iure, nec de consuetudine nomen inscribere licet, *dec.* 401. *num.* 4. *Beuilaqua.*
OPINIO illa non est attendenda, quæ habet contra se communiorem Doctorum sententiam, *decis.* 536. *num.* 17. *Gastaldo*
Et præsertim Sacræ Rotæ Romanæ, & dum in diuersis Orbis Tribunalibus fuit ita seruatum, *ibid. num.* 18. & 19.
OPINIONES non trahuntur ad præterita, sed ad futura tantum accommodantur, *decis.* 5. *num.* 21. *Taia*

O R A T I O.

Oratio indefinita, & indeterminata continet sub se omne tempus, *decis.* 35. *numer.* 2. *Cerro.*
Oratio discretiua, demonstrat diuersitatem, & separationem, *dec.* 232. *numer.* 1. *Cerro.*
Oriatur scientia testatoris contentorum in testamento ex quo magna dubitatio, *decis.* 467. *num.* 9. *Cerro.*
Orationem perfectam rubrica habens sufficit pro decisione causæ, *decis.* 157. *num.* 11. *Beuilaqua. Amplia, ibid. numer.* 12.
Orationem dicto & continuat non repetit quando agitur de personarum diuersitate, *decis.* 172. *nu.* 5. *Ottalora.*
Oratio, quando agitur de personis, quæ simul concurrere non possunt, quamuis vnica diuiditur in plures, ità vt censeantur tot orationes, quot sunt personæ, & substitutiones ordinatæ, *decis.* 271. *numer.* 7. *Emerix.*
Oratio vnica plura continens æqualiter, ac pariformiter illa determinat, *decis* 259. *num.* 3. *Cerro.*

O R D I N A R I V S.

Ordinarius non valet ex se immutare præcedentem Statum Ecclesiæ, *decis.* 32. *num.* 8. *Taia.*
coram Ordinario præsentatio patronorum sufficit, quod intra quadrimestre exhibeatur, *decis.* 509. *num.* 23. *Bourlemont.*
Ordinarius potest prouidere Ecclesiæ, si videat per non prouisionem illi imminere præiudicium, *decis.* 298. *num.* 1. *Ottalora.*
Ordinarius si confert beneficium Iurispatronatus non contradicentibus patronis, tunc oritur præsumptio taciti consensus, *decis.* 509. *num.* 27. *Bourlemont.*
Ordinarius prouidens de beneficio motu proprio ad supplicationem censetur certam scientiam præcedentis vacationis per obitum habuisse, *dec.* 304. *num.* 7. *Cerro.*
Ordinarius non prohibetur admittere ad beneficiũ patronum sibi supplicantem, quando solus ipse concurrit, *decis.* 141. *num.* 6. *Vicecomite.*
Seeus, *ibid. num.* 7.
Ordinarius potest prouidere Ecclesiæ, si videat per non prouisionem illi imminere præiudicium, 298. *num.* 1. *Ottalora.*
Ordinarius exercet iurisdictionem in omnes subditos quamuis inuitos, *decis.* 115. *num.* 1. *Vicecomite.*
Ordinarij iudicio est deferendum donec de irrationabili doceatur, *decis.* 88. *num.* 12. *Albergato.*
ab Ordinario præsentatus præsumitur quod fuerit institutus si beneficium possedit, 309. *numer.* 24. *Bourlemont.*
Ordinarijs locorum visitationem *Concilium Trident. in sess.* 1. *cap.* 7. *de reformat.* iniungit Parochialium Ecclesiarum Monasterijs vnitarum & deputationem Vicariorum perpetuorum pro cura animarum, *decis.* 10. *num.* 14. *Vicecomite.*
Ordinarij assertioni circa existentiam Iurispatronatus plurimum venit deferendum, cum tendat in eius præiudicium, *decis.* 509. *numer.* 14. *Bourlemont.*

Digitized by Google

Ordinarij enunciatiuæ ad probationem Iurispatronatus, benè deseruiunt, *decis.291.num.5.Cerro.*
Ordinarij decreto vti informati de statu, & qualitate Ecclesiarum suæ Diœcesis plurimum defertur, *dec.284.num.4.Emerix.*
ab Ordinario in institutione beneficij declaratio facta quod collatio, prouisio & institutio ad ipsum spectet emanata scientibus præsentibus & acceptantibus patronis qualitatem amouibilitatis, & simplex legatum excludit, *decis.249. num.6. Emerix.*
per Ordinem seruari, dispositio gradatim facta debet, *decis.527.num.29.21.& 22.Bourlemont.*
cum Ordinarijs Collatoribus Papa potest concurrere, *decis.518.numer.10.Bourlemont.*
Ordinarij institutio ad præsentationes filiorum spreta protestatione contraria demonstrat Iuspatronatus gentilitium, *decis.315. numer.27. & 28. Priolo.*
Ordinare primogenituram, aliud est, & aliud est talem ordinationem remittere in liberum arbitriũ alicuius, *decis.536.numer.57. Gastaldo.*
Ordinatio testatoris facta in vna substitutione repetita censetur in altera, vt substitutiones pari gradu progrediantur, *decis.123. num.14. & 15. Vicecomite.*

O R D O.

Ordo idem Clericalis diuerso iure censeri non debet, *dec.533. num.31. Bourlemont.*
Ordo præcedentiæ est summopere attendendus, *decis.148. num.6. Bourlemont.*
Ordinata primogenitura ad hoc vt bona in vna persona conseruentur non repugnat quod possit stare in suspenso concurrente testatoris voluntate, *decis.194.num.9. & 12. Priolo.*
Ordinata qualitas ad certũ effectum inspici non debet ad effectum nullitatis actus quoties ipse effectus subsequatur, *decis.519.num.7. Verospio.*
cum Ordine ad Bancum census factus est Nullus quod amplia, *decis.493.num.1.8.& 12. Ottalora.*
Ordinata primogenitura in primo testamento, quãdo in secundo testamento dicatur reuocata, *dec. 536. num.55. Gastaldo.*
Ordinata primogenitura aliud est quod sit iuris proprio, & ex priuatis bonis, *ibidem num.76.*
Et aliud si sit constitutra cum facultate Principis supremi, & fuit conditionata, *ibidem numer. 77. & 123.*
Ordine successiuo fideicommissum perpetuum, & absolutum vsque ad vltimum defertur, *dec. 168. num.1. Albergato.*
de Ordine Rotę periti electi attestationi plurimum est deferendum, *decis.426.num.15. Emerix.*
Ordo prima Tonsura non est, sed Ianua ad Ordines, *decis.533.num.11. Bourlemont.*
Os bouis triturantis ligari non debet, *decis.342. numer.4. Ottalora.*
Otiosas mercatores non solent pecunias tenere, *dec. 326. num.3.*

P

A PACISCENTE non adimpletum pactum expirat per mortem ipsius paciscentis, *decis.83.Benilaqua.*

si Pacifica sit possessio sufficit absque alio titulo, *decis.21. num.3. Albergato.*

P A C T V M.

Pactum adiectum negotio principali, si illud corruat, pactum inefficax redditur, *dec. 190. num.1. Emerix.*
Pactum de succedendo habet tacitam conditionem quatenus in eadem dispositione vsque ad Obitũ Testator perseuerauerit, *dec.63.num.7.& 8. Albergato.*
Pactum personale personam non egreditur, *decis. 311.num.9. Taia.*
Pactum non conficiendi inuentarium inter creditorem & hæredem initum tenet, nec hæres vltra vires tenetur, *dec.272.num.7. Taia.*
Pacta reuersiua ex consuetudine Leodiensi, apponuntur ad impediendum ius connubii, vigore cuius bona coniugis defuncti sine liberis, vtrique parenti superuiuentibus coniugi superstiti acquiruntur, *decis.360.num.4.Cerro.*
per Pactum seruitus, si sit inducta, illud debet esse clarum & expressum, *decis.276.num.3.Ottalora.*
Pactum capiendi possessionem propria auctoritate quando stat accessoriè, & consecutiuè ad fideicommissum eo non existente, vel corruente pactum nullius roboris remanet, *decis.47. numer.1. & 9. Emerix.*
Pactum quod census elapso certo tempore fiat irredimibilis, valet, *decis.365.num.5. Albergato.*
Pactum subsequenter in vnico contractu adiectũ non censetur à præcedentibus recessum, nisi specificè exprimatur, *decis.35. num.5. Cerro.*
Pacto in instrumento apposito non adimpleto res ad primæua iura redit, & est ac si contractum non fuisset, *decis.165.numer.3. Cerro.*
Pactum negotio principali cui est adiectum corruente, nullius remanet roboris, *decis.328. num.1. Emerix.*
Pactum contractibus emphiteusis adiectum est validum, & omninò seruari debet, *decis. 338. num. 8. & 10. Cerro.*
Pactum sub conditione conceptum cessante conditione euanescit, *decis.402. num.10. Benilaqua.*
per Pactum, & conuentionem censetur à lure cõtrarium disponente recessum, *dec.235.nu.12. Benilaqua.*
Pactum non adimpletum pro non adiecto habetur, *decis.402.num.5. & 6. Benilaqua.*
Pacta, quoad lucrum dotale inter coniuges, intelligenda qualiter veniant, *decis.281.num.9. Taia.*
Pacta apposita in instrumento dotali, quo ad Lucrum dotale qualiter intelligendum veniat, *ibid. num.5. & 7.*
Pactum fauore creditorum adiectum, non potest deinde in illorum odium retorqueri, *decis. 129. num.6. Verospio.*
Pactum non adimplens ob illius non implementum ad damna & interesse tenetur, *decis372.numer. 5. Ottalora.*
Pactum à partibus conuentum, & requisitum est omninò adimplendum, *decis.451.num.1. Ottalora.*
Pactorum exclusiua dictio taxatiua *dumtaxat* est, *decis.183. num.6. Verospio.*
Pactum futuræ successionis promissio continens à iure reprobatur, *decis.457. num.11. Ottalora.*
Pactio solet esse illicita, & concurrentibus circumstantijs

ſtantijs licita reddi poteſt, *deciſ.92.num.4.Taia.*

P A P A.

Papa concedendo aliquid prohibitum attendi debet mens Papæ concedentis non autem mens impetrantis, *deciſ.536.num.87.Gaſtaldo*,

ſine Papæ auctoritate ſolutio, miniſtrorum incuria facta non poteſt Eccleſiæ præiudicare, *deciſ.300. num.5. Veroſpio.*

Papa non cenſetur ius alteri quæſitum tollere, *deciſ.405. num.20. Beuilaqua.*

ad Papam ſpectat territoria diuidere, *deciſ.21. num.11. Veroſpio.*

Papa poteſt concurrere cum Ordinarijs Collatoribus, *deciſ.318.num.10. Bourlemont.*

Papa non eſt verisimile quod legem ſcriptam, & ius commune tollere voluerit, *deciſ.342. num.6. Ottalora.*

quod Papa ad inducen. ſubreptionem, ſufficit non ità de facili conceſſiſſet gratiam, ſi omnia ei narrata eſſent, *deciſ.73.num.5. & 6. Beuilaqua.*

Papa in dubio nõ præſumitur velle inferiores Collatores præuenire, *deciſ. 318. numer. 11. Bourlemont.*

Pppæ prouiſio ſub eadem data expedita in concurſu alterius prouiſionis eſt præferenda, *deciſ.304. num.1. Cerro.*

Papa non præſumitur voluiſſe præiudicare iuribus Cameræ Apoſtolicæ, *deciſ.536. numer.115. Gaſtaldo.*

Et hoc maximè ſtantibus clauſulis prægnantibus valdè, *ibidem.*

Papa ſolus poteſt inſtituere Octauas vltra præſcriptas à Sacris Canonibus, Conſtitutionibus Apoſtolicis, Miſſali, ac Rituali Romano, *deciſ.481. num.1. Ottalora.*

Papa ad libitum ſuæ voluntatis denegat licentiam alienandi bona ſtabilia in forenſes, *deciſ.536.num. 139. Gaſtaldo.*

Papa ſeparationem faciendi locorum ſolus facultatem habet, *dec.99. num.1. Beuilaqua.*

Papa diſpenſando non habet ratum, quod actum eſt; ſed tantum licentiam impartitur, *deciſ.242. num.9. Ottalora.*

Papa mandante ſubminiſtrari alimenta in commiſſione nõ intrat ſuper illorum præſtatione diſputatio, *deciſ.127.nu.1. Beuilaqua.*

à Papa Collatores duos fuiſſe conſtitutos, quando per Ordinarios, & Capitula, Beneficia conferri mandauit, apparet, *dec.414.num.2. Emerix*,

Papa poteſt liberè beneficia conferre, etiam nulla facta mentione quod ea ſint de iure patronatus laicorum, *deciſ.423.num.10. Ottalora.*

ad Papam ſpectat iuriſpatronatus Eccleſiaſtici collatio in menſe Papæ reſeruato vocantis, *deciſ. 423.num.2.Ottalora*,

de Papæ poteſtate hæreticum eſt dubitare, *deciſ. 446.num.6. Emerix*,

Papæ ſpectat tantum territorij ſeparatio, *deciſ. 483. num.3.Beuilaqua*,

Parentum conſenſus in matrimonio contrahendo ad honeſtatem tantum exquiritur, *deciſ.93.num.5. Veroſpio.*

Paratam habet executionem, depoſitum de iure communi, *deciſ.356.num.7. Albergato*,

P A R O C H I A L I S.

Parochialis vnio pleno iure apud Monaſterium, & Iuriſdictio Epiſcopi ſimul ſtare poſſunt, *dec. 293. num.2.Ottalora.*

In Parochialibus ſæcularibus, quæ vniuntur Monaſterio, vel dignitati debent deputari Vicarij perpetui ſæculares ad ibi curam exercendam, *deciſ. 10.num.4. Beuilaqua.*

Sed declara, *ibid. nu.5.6.& 7.*

Parochialitas ad effectum decimandi eſt accidentalis & probatur leuioribus probationibus, *dec.232. num.7.Cerro.*

in Parochiali Eccleſia duo capita eſſe non poſſunt, ſed vnus Sponſus, & Rector, cui cæteri ſubeſſe debent, *deciſ.139. num.7. Albergato.*

Parochialia iura in totum ſpectant ad verum Parochum reſeruata congrua coadiutori, *deciſ.824. nu.12.Emerix.*

Parochialem Eccleſiam eſſe de menſa Abbatiæ, ex quibus iuſtificetur, *dec.197. num.5. Priolo.*

Parochialis Eccleſia non habet iuris aſſiſtentiam in percipiendis decimis prædialibus, *deciſ. 27. num.2. Taia.*

in Parochiali ſæculari vnita Monaſterio, de iure deputatur Vicarius amouibilis, *dec. 10. num. 9. Beuilaqua.*

Poſſeſſio beneficij lite pendente apprehenſa eſt ſequeſtranda, ne in beneficialibus detur vitioſus ingreſſus, & ne attentans commodo vitioſæ poſſeſſionis gaudeat, *dec.* 399. *num.* 2. & 3. *Carpineo*
Poſſeſſio ex inſtrumento venditionis, & litis ſubſtentatione probatur, *deciſ.* 267. *num.* 3. *Emerix.*
Poſſeſſio ſpoliatoris ex litis ſubſtentatione adminiculata inſtrumento apprehenſionis ipſius reſultat, *deciſ.* 178. *num.* 4. *Ottalora.*
Poſſeſſione Eccleſia non priuatur per ſententiam nullam, & latam à iudicibus incompetentibus, *deciſ.* 187. *num.* 4. *Taia.*
Poſſeſſio proprietatis penes debitorem remanere præſumitur, *dec.* 225. *num.* 5. *Verospio.*
Poſſeſſio ſpoliati probatur tam ex deliberatione, & ſubhaſtatione bonorum, quam ex inſtrumento adeptionis, *deciſ.* 178. *num.* 2. *Ottalora.*
Poſſeſſio anterior probatur ex aſſociatione petita ad bona alteri in ſatisfactionem conceſſa, *dec.* 394. *num.* 3. & 4. *Albergato.*
Poſſeſſionem inueſtitura demonſtrat, quæ inueſtito debetur, *deciſ.* 132. *num.* 3. *Vicecomite.*
Poſſeſſione non probata non poteſt allegari præiudicium omiſſæ citationis, *deciſ.* 104. *num.* 8. *Taia.*
ad Poſſeſſionem reintegratio vt detur neceſſarium eſt probatio illorum extremorum ſcilicet anterior poſſeſſio actoris, & iunior rei, *deciſ.* 520. *num.* 101. *Bourlemont.*
Poſſeſſionis probatio iuſtificatur ex locationibus eiuſdem, *deciſ.* 53. *numer.* 8. *Albergato.*
Poſſeſſio apprehenſa alio tunc temporis non poſſidente eſt ſufficiens ad manutentionem, *deciſ.* 17. *num.* 1. *Vicecomite.*
Secus, *ibidem num.* 2.
Poſſeſſio apprehenſa alio non poſſidente eſt manutenibilis, *dec.* 190. *num.* 11. *Albergato.*
Poſſeſſionem deliberatio præſupponit, *dec.* 143. *nu.* 5. *Benilaqua.*
Poſſeſſio quando identifice iuſtificata fuit cum confinibus determinatis, & particularibus non curatur deinde de nomine, *deciſ.* 387. *num.* 3. *Bourlemont.*
in Poſſeſſionum concurſu illa digna eſt, vt manuteneatur, quæ eſt iuſtior, antiquior, & magis priuilegiata, & vſque ad motam litem continuata, *deciſ.* 520. *num.* 27. *Bourlemont.*
de Poſſeſſione ex ipſa deliberatione bonorum, non poteſt denegari manutentio, *dec.* 28. *num.* 7. *Benilaqua.*
Poſſeſſio quando eſt plena, vlteriori poſſeſſionem apprehendenti nullum ius acquiritur, *deciſ.* 118. *numer.* 9. *Albergato.*
Poſſeſſio contra quoſcumque probatur ex perceptione penſionum, *deciſ.* 106. *num.* 5. *Albergato.*
in Poſſeſſionem immiſſio non retardatur per creditum illiquidum, *deciſ.* 158. *num.* 9. *Priolo.*
Poſſeſſio vitioſa non eſt manutenibilis, & eſt hæredi reſtitenda, *deciſ.* 100. *num.* 6. *Vicecomite.*
Poſſeſſio ex inſtrumentis locationum æſtimis, & aliis probari poteſt, *deciſ.* 527. *num.* 3. *Bourlemont.*
Poſſeſſio cum generalitate confinium probata non attenditur, *ibid. num.* 5.
Poſſeſſio ſi pacifica ſit ſufficit abſque alio titulo, *deciſ.* 21. *numer.* 3. *Taia.*
Poſſeſſio ex quibus validè inſtificetur, *deciſ.* 446. *numer.* 1. *Emerix.*
Poſſeſſio declarata vitioſa poſſeſſori non ſuffragatur, *deciſ.* 60. *num.* 7. *Vicecomite.*
Poſſeſſio nulla, & attentata nullum tribuit ius manutenibile, *ibid. num.* 8.
Poſſeſſio dicitur mutata qualitate actui poſſeſſorio adiecta, & manutentio competere non poteſt, *deciſ.* 257. *num.* 9. *Ottalora.*
Poſſeſſio rei ex ſuſtentatione litis comprobatur, *deciſ.* 353. *num.* 9. *Taia.*
Amplia, *ibid. num.* 10.
Poſſeſſionem mandatum de manutenendo arguit, *deciſ.* 118. *numer.* 3. *Albergato.*
ad Poſſeſſionem Cappellæ probandam requiritur quod miniſter inſiſtat animo poſſidendi, non autem ſimplicis cuſtodiæ, *ibid. num.* 6.
Poſſeſſio apud duos eſſe non poteſt, *deciſ.* 520. *num.* 2. *Bourlemont.*
Poſſeſſio beneficij prior, eiuſdem prouiſionem anteriorem arguit, *deciſ.* 304. *num.* 2. *Cerro.*
Poſſeſſio plena probatur ex manutentione prioris poſſeſſoris, & ex locationibus ab illo factis, *deciſ.* 106. *num.* 3. & 4. *Albergato.*

Poſſeſſio ex quo remaneat iuſtificata, *deciſ.* 520. *num.* 9. 10. 25. & 26. *Bourlemont*,
Poſſeſſio alicuius, tunc multo magis remanet iuſtificata, multis ſimul iunctis de quibus hic, *dec.* 520. *num.* 21. *Bourlemont.*
Poſſeſſio niſi ſit clara remiſſoriam impedire non poteſt, *deciſ.* 258. *num.* 5. *Cerro.*
Poſſeſſio illa venit manutenenda, quæ vſq; ad motæ litis diem continuata fuit, *deciſ.* 249. *num.* 2. *Emerix*,
Poſſeſſio ex litis ſubſtentatione probatur, *deciſ.* 105. *num* 4. *Benilaqua*.
Poſſeſſionem facultas capiendi propria auctoritate probata admittitur, & impedir quodcumque remedium poſſeſſorium, *dec.* 180. *num.* 8. *Emerix*,
Declara tamen, *ibid. num.* 9. & 10.
Poſſeſsionis probatio, quando accerrimè fuit iuſtificata, & validis demonſtrationibus roboratur, redditur inefficax, & nullius roboris ſi re vera alius in poſſeſsione realiter deprehendatur, *deciſ.* 520. *num.* 30. *Bourlemont.*
in Poſſeſsionem beneficij immiſsionis requiſita, quæ ſint, *dec.* 403. *num.* 1. *Benilaqua*
in Poſſeſsionum concurſu, ille obtinere debet qui antiquiorem poſſeſsionem probat, *dec.* 520. *nu.* 3. *Bourlemont.*
Poſſeſsio etiam titulata, quando & ex quibus expugnetur, *deciſ.* 520. *num.* 48. *Bourlemont*,
Poſſeſsio ex litis ſubſtentatione, bene aſſumitur, *deciſ.* 394. *num.* 5. *Albergato*,
in Poſſeſsionum concurſu ille obtinere debet, qui iuſte poſsidet, amoto aduerſario, ne iuſtum poſſeſsorem iniuſte turbet, *deciſ.* 520. *num.* 1. *Bourlemont*,
Poſſeſsio occupata per reſignatarium ſine publicatione, non valet, *deciſ.* 186. *num.* 6. *Taia*,
Poſſeſsio, quando probatur titulata, ſicque venit præferenda in manutentione, *deciſ.* 520. *num.* 97. *Bourlemont*.
Poſſeſsio illa præferenda eſt quæ habet tempus determinatum, *deciſ.* 520. *num.* 82. *Bourlemont*.
Poſſeſſio in his, quæ à libera facultate pendent non acquiritur niſi conſtito de acquieſcentia, *deciſ.* 258. *num.* 6. *Cerro.*
Poſſeſſionem reſignans quatenus amiſerit ciuilem, & naturalem ſufficit, quod ſit in detentione de facto, & corporaliter, *deciſ.* 186. *num.* 8. *Taia*,
Poſſeſſionis ſub nomine poteſt venire illa iure dominij & altera fructuum, *deciſ.* 225. *num.* 8. & 9. *Veroſpio*,
Poſſeſſio conceſſa cum fideicommiſſaria qualitate non cenſetur petita quam titulo fideicommiſſi, *deciſ.* 100. *num.* 5. *Vicecomite*,
Poſſeſſio ratione præſcriptionis 40. & vltra, an poſſit prætendi titulata, itaut veniat manutenenda in concurſu, *deciſ.* 520 *num.* 99. *Bourlemont*,
Poſſeſſio rei confinatæ ex locationibus reſultat, ſi ea res tota ſub dominio locatoris extiterit, *deciſ.* 229. *numer.* 7. *Bourlemont*,
Poſſeſſio de tempore motæ litis eſt probanda, vt manutentio, & reintegratio competere valeat, *deciſ.* 229. *num.* 2. *Bourlemont*,
Poſſeſſio inſpicitur, in poſſeſſorio ſummariſſimo ſola, *deciſ.* 60. *num.* 10. *Vicecomite*.
Poſſeſſio titulata in paritate probationum eſt præferenda, *deciſ.* 520. *num.* 6. *Bourlemont.*
Poſſeſſio ex fructuum perceptione optimè probatur, *deciſ.* 318. *numer.* 18. *Bourlemont.*
Poſſeſſio quæſita in vim mandati habentis clauſulam *ſine præiudicio habentis meliora, & potiora iura*, quando reſolura dicatur ex ſuperuinētia alterius habentis melius ius, *deciſ.* 75. *num.* 8. *Vicecomite.*
Poſſeſſio ſuper aliquem locum plenifſimè probatur, ex penſionum, & mercedum exactione, *dec.* 520. *num.* 7. *Bourlemont*,
Poſſeſſio bonorum immobilium eſt Iudæis ſicuti prohibita cenſetur etiam eis interdicta hypotheca, *deciſ.* 225. *num.* 2. *Veroſpio*.
Poſſeſſio vitioſa non eſt manutenibilis, & eſt hæredi reſtituenda, *deciſ.* 100. *num.* 6. *Vicecomite*,
in Poſſeſſionum concurſu eiuſdem temporis, qualis ſit manutenenda, *deciſ.* 520. *num.* 6. *Bourlemont*,
Poſſeſſio appellatione pendente capta eſt attentata, nec eſt manutenibilis, *deciſ.* 446. *num.* 2. *Emerix.*
Poſſeſſio, vt fiat manutenibilis quid ſit inueſtigandum, *dec.* 520. *num.* 22. *Bourlemont*,
Poſſeſſio ex locationibus probari poteſt, *deciſ.* 229. *num.* 3. & 21. *Bourlemont.*
Poſſeſſionis probatio ſufficiens ad manutentionem ex quo reſultet, *deciſ.* 190. *num.* 12. *Albergato*.
Poſſeſſio à non habente transferri non poteſt, *deciſ.* 511. *num.* 10. *Cerro.*
Poſſeſſio attentata non ſubſtinetur, *deciſ.* 101. *num.* 7. *Albergato*.
Poſſeſſio ex inſtrumento adeptionis illius benè reſultat, *deciſ.* 190. *num.* 10. *Albergato.*
inter poſſe, & non poſſe medium non datur, *deciſ.* 288. *num.* 6. *Bourlemont*
Poſſeſſio vti poſterior clandeſtina reputatur, *deciſ.* 17. *num.* 6. *Veroſpio*.
Poſſeſſio in ſpecie probata, prævalet ei, quæ probatur in genere, *deciſ.* 520. *num.* 81. *Bourlemont.*
Poſſeſſio per fides extraiudiciales probata, ſubſtineri non poteſt, *deciſ.* 222. *num.* 5. *Priolo*.
Poſſeſſio ex teſtibus etiam probari poteſt, *deciſ.* 353. *num* 6. *Taia*.
Poſſeſſio poteſt eſſe penes duos diuerſis titulis *deciſ.* 75. *numer.* 10. *Vicecomite.*
Poſſeſſioni proprietas præfertur, *deciſ.* 136. *num.* 10. *Albergato*.

POSSESSOR.

Poſſeſſor in quaſi poſſeſſione exigēdi fructus conſtituitur etiam per exactiones eius nomine à tutore factas, *deciſ.* 24. *num.* 13. *Albergto.*
Quando reus eſt pupillus, & à ſententia appellatum fuit temporis lapſus ceſſat, *ibid. num.* 14.
Poſſeſſor hæreditatis quando de pecunia hæreditaria emit rem, res illa venit in petitione hæreditatis, *deciſ.* 319. *num.* 8. *Taia*.
Poſſeſſor rei quando pretium quo res empta fuit ſoluere nequit, rem reſtituere tenetur, *ibidem num.* 9.
Poſſeſſor bonæ fidei deſinit eſſe talis à die litis conteſtatæ, & fructus ab ipſo de re meliorata percepti veniunt cum illis compenſandi, *deciſ.* 405. *num.* 10. *Benilaqua.*
Poſſeſſori anteriori ſufficit allegare, quod indebitè à ſua poſſeſſione fuerit deiectus ad hoc vt in integrum reſtituatur, *deciſ.* 60. *num.* 11. *Vicecomite*,
Poſſeſſor cōdemnari debet ad poſſeſsionem dimittendam non probatis meliorameutis præſtita ad illius fauorem cautione per deliberatarium de il-

lis reficiendis poſtquam fuerint in ſpecie liquidata, *dec.* 19. *num.* 16. *Benilaqua.*
Poſſeſſor in ſua quaſi poſſeſsione venit manutenendus quouſq; ſuper petitorio pronũcietur à Iudice cui fuit cauſa commiſſa, *deciſ.* 18. *num.* 6. *Vicecomite*,
Poſſeſſor concurrente illius bono Iure eſt manutenendus, *deciſ.* 317. *num.* 6. *Taia*.
Poſſeſſori manutentio debetur, qui ſe pro ſpoliato non habuit, *deciſ.* 12. *num.* 1. *Albergato*.
à Poſſeſſore malæ fidei fructus vſque ab initio contractus peti poſſunt, *deciſ.* 286. *num.* 5. *Albergato*,
Poſſeſſori datur manutentio, præſertim iuſto, & legitimo, *deciſ.* 186. *num.* 2. *&* 3. *Taia.*
Poſſeſſor per decennale ſilentium poſſeſsionem ammittit, *deciſ.* 187. *num.* 11. *Taia.*
Poſſeſſor fideicommiſſarius incompatibilium debet vnius ſucceſsione carere, *deciſ.* 311. *num.* 3. *Taia*.
ad poſſeſſorem actus collatiui ſpectant, *deciſ.* 423. *num.* 4. *Ottalora.*
in Poſſeſſorio ſummariiſsimo ſola poſſeſsio inſpicitur, *deciſ.* 60. *num.* 10. *Vicecomite.*
Poſſeſſorem ſua poſſeſsione nõ priuat, Iudex inuiſtè procedens, *deciſ.* 60. *numer.* 5. *Vicecomite.*
Poſſeſſor tertius non poteſt compelli ad offerendũ creditum Chirographarium, ſed bene ad offerendum creditum hypothecarium, *dec.* 435. *nu.* 6. *Bourlemont.*
Poſſeſſor ſemper venit citandus, *deciſ.* 104. *num.* 7. *Taia*.
Poſſeſſor bonæ fidei non præſcribit, *deciſ.* 307. *nu.* 5. *Taia.*
Poſſeſſor quilibet, habet ius offerendi, *deciſ.* 187. *num.* 15. *Taia*.
Poſſeſſor bonæ fidei facit fructus ſuos, *deciſ.* 405. *num.* 14. *Benilaqua*,

POSSESSORIVM.

in Poſſeſſorio ſummariiſsimo poſſeſſor anterior in ſua poſſeſsione eſt manutenendus, *deciſ.* 60. *num.* 13. *Vicecomite.*
à Poſſeſſore poſſeſſio legitimè derenta non poteſt ab altero occupari, *deciſ.* 107. *num.* 6. *Albergato*.
in Poſſeſſorio ſummariſſimo multum intereſt iuſtè quis, an iniuſtè poſſideat, *deciſ.* 55. *numer.* 13. *Taia.*
Poſſeſſorium ſummariiſſimũ nihil commune habet cum petitorio, *deciſ.* 18. *num.* 7. *Veroſpio.*
in Poſſeſſoriis cauſa potius actus, quam iplius actus exercitium eſt attendenda. *deciſ.* 257. *numer.* 11. *Ottalora.*
Poſſeſſorem ſententia nulla, & iniuſta, non priuat *deciſ.* 5. *num.* 4. *Taia.*
Poſſeſſorium non impedit quin poſſit procedi in petitorio, *deciſ* 204. *num.* 4. *Carpineo.*
Poſſidere teſtis neminem alium deponens, ſi de aliis poſſeſſoribus apareat, non probat, *deciſ.* 229. *num.* 27. *Bourlement.*
Poſitiones fiunt vt per aduerſarij confeſſionem ponens ab onere probandi releuetur, *deciſ.* 245. *num.* 1. *Taia.*
Poſitionum materia exigit, vt ad illas reſpondeatur per verbum credit, vel non credit, *deciſ.* 346. *num.* 8. *Cerro.*

POSSIDENS.

Poſſidens non tenetur deſerere poſſeſſionem ad beneficium collitigantis, *deciſ.* 75. *numer.* 3. *Vicecomite.*
Poſſidenti conceditur manutentio etiam ex falſa cauſa, *deciſ.* 17. *num.* 10. *Veroſpio.*
Poſſidere hæreditatem hæres, aliud eſt, ſi aſſerat, ſe eſſe hæredem, & aliud ſi dicat ſe, *dec.* 536. *num.* 64. *Gaſtaldo.*
Poſſidenti datur manutentio, *deciſ.* 226. *num.* 6. *Benilaqua*.
Poſſidente vxore nihil de proprio, & dotem à patre conſequi non valente vir cenſetur *pro dote* miniſterium, & perſonam vxoris acceptaſſe, *deciſ.* 94. *numer.* 10. *Veroſpio.*
Poſſidentem pati, & poſſeſſionem tradere idem eſt *deciſ.* 511. *num.* 11. *Cerro*,
Qui ſoluit approbat, & confirmat poſſeſſionem, *ibid. nu.* 12. *&* 13.
Poſſidens legitimè non tenetur ad reſtitutionem fructuum etiamſi comiſerit ſpolium, dumodò non ſit violentum, quod declara, *deciſ.* 508. *num.* 17. *&* 18. *Carpineo*.
Poſſidens debet manuteneri diſputatione pendente *deciſ.* 18. *num.* 8. *Vicecomite.*
Poſſidens aliquid precariè non poteſt dici, quod Iure proprio poſſideat *deciſ.* 6. *nu.* 2. *Albergato*,
Poſſidens debet manuteneri, *deciſ.* 55. *num.* 2. *Taia*,
Poſitionibus per verbum credit, vel non credit ſimpliciter, & explicitè debet reſponderi, & dicitur ſimpliciter, quaſi ſine plica, & inuolutione, *dec.* 245. *num.* 4 *Taia*,

POTESTAS.

Poteſtas patria non læditur ex quo filiifamil. Clerici teſtari poſſint, *deciſ.* 533. *num.* 47. 48. 49. 50. *&* 51. *Bourlemont.*
Poteſtas acceptandi profeſſionem quoties ſermo eſt de Cappellanis *ex ſtatut.* 29. *de conſuet.* eſt communis omnibus Fratribus, *deciſ.* 334. *num.* 12. *Albergato*,
à Poteſtate afferentis aſſertio, quæ non dependit nihil probat in materia filiationis, *dec.* 535. *num.* 44. *Senarolo.*
Poteſtatem liberam concedendi, & denegandi habens ſine dubio libere poteſt grauare conceſsionarium, *deciſ.* 536. *num.* 146. *Gaſtaldo*,
Potentia eſt principium cuiuſque effectus, ſine qua voluntas non poteſt operari, *dec.* 536. *num.* 96. *Gaſtaldo.*
Potentiæ conſuetudo tantum quantum ius non eſt trahenda in exorbitantibus à diſpoſitione Iuris de vno caſu ad alium, *deciſ.* 355. *num.* 6. *Albergato*,
Pragmatica intellectum dubium admittit, *deciſ.* 126 *num.* 33. *Veroſpio*,
de Praxi informati teſtes vti viri graues & Aduocati deponentes reputantur de conſuetudine, *dec.* 102. *num.* 5. *Cerro.*
Præbenda eandem habens incertitudinem ac diſtributiones quotidianæ earum naturam aſsumit, *deciſ.* 449. *numer.* 4. *Albergato*.
Præbendæ collatio quando inſimul ad Epiſcopum & Capitulum ſpectat; Si perſonæ nominatæ ab Epiſcopo Capitulum non conferat, collatio aliter facta non attenditur, & habetur pro inualida, *deciſ.* 140. *num.* 2. *&* 3. *Veroſpio*,

PRAECEDENTIA.

Præcedentia eadem gaudet membrum in vnione facta capiti, qua ipsum caput gaudebat, *dec.* 148. *nu.*1. *Benilaqua.*

Præcedentiæ ordo est summopere attendendus, *dec.* 148. *num.*6. *Benilaqua*

Præcedentem confessionem relatio regulariter non afficit, quando est certa, ne ab illa recessum cẽ seatur, *decis.* 386. *num.*4. *Ottalora.*

in Præcedentiis dignior semper præfertur, *decis.* 226 *num.*2. & 25. *Benilaqua*,

ad præcedentiæ manutentionem actus quamuis vnicus sufficiens reputatur, *decis.* 148. *num.*8. *Benilaqua*,

in Præcedentia an maioritas ordinis, vel prioritas temporis veniat attendenda, *dec.* 169. *num.* 13. & 13. *Taia.*

Præcedentia debetur illi congregationi, quæ prius approbata fuit, *decis.* 48. *num.*4. *Benilaqua.*

PRAECEPTVM.

Præceptum Testatoris quando sapit fraudem legis expressè reprobatur, *decis.* 119. *num.*5. *Verospio.*

Præceptum testatoris de soluenda dote ex fructibus non impedit detractionem illius ex bonis fideicommissarijs *dec.* 451. *num.*6. *Ottalora.*

Præcepto Testatoris hæres contraueniendo, seu illud expiere nequiens, ne testatoris ordinatio eludatur, debet priuari, *decis.* 103. *num.* 4. *Verospio.*

in Præcibus confessio contra confitentem plenè probat, *decis.* 118. *num.*7. *Albergato.*

Prædoni, conductor vigore contractus soluere potest etiam, *decis.* 64. *num.* 3. & 5. *Verospio.*

Prædialis Ecclesia de iure communi, quoad decimas prædiorum suæ parochiæ fundatam intentionem habet, *dec.* 27. *num.* 17. & 18. *Taia.*

Adeoque non contendere cum parocho sacramentali, contra tertium debitorem decimarum *ibid. num.* 19.

Prædiorum expressio generalis non est necessaria, quando constat illa fuisse vnita, & eisdem tempore. pretio, & contractu adepta ita vt vno expresso, aliud etiam venire valeat, *decis.* 295. *num.* 11. *Emerix*

Prædiales decimæ soluuntur etiam de prędijs dotalibus in parochia existentibus intra alterius parochiæ fines, *dec.* 27. *num* 16. *Taia*,

PRAEDIVM.

Prædij vnione non probata comprehẽsio illius sub altero excluditur, *decis.* 228. *num.*4. *Emerix*,

Prædium Testator relinquendo sub hoc nomine, *loci* videtur voluisse relinquere omnia, quæ in hoc loco continentur, *decis.* 295. *num.*9. *Emerix*

Prædium vt dici possit alteri vnitum debet vnio esse perpetua non accidentalis, *decis.* 228. *num.* 3. *Emerix.*

Prædia duo quamuis separata, sed eodem nomine appellata à Testatore legatario relicta sub vnico nomine, ambo legatario debentur, *dec.* 295. *num.* 1. *Emerix*,

Prædium quod sit diuersum omninò ab alio ex quo arguatur, *dec.* 228. *nu.* 2. *Emerix.*

Prædij vnio alteri facta debet à testatore prouenire & probari per actum positiuum, *ibidem. nu.*6.

Prædij diuersitas, ex diuersis nominibus continibus mensuris, & pretijs, probatur, *decis.* 335. *num.*8. *Emerix.*

PRAEIVDICIVM.

Præiudicium aliquod actus si afferat habetur pro non facto, si adsit clausula sine iurium præiudicio agentis *decis.* 536. *num.* 102. *Castaldo.*

Præiudicium omissæ citationis possessione non probata non potest allegari, *decis.* 104. *num.*3. *Taia*

super præiudicialibus Ecclesiarum Bulla san. me. Vrbani VIII. quomodo veniat intelligenda, *dec.* 209. *num.*6. *Priolo*,

de Præiudicio alicuius, quando agitur ad effectum vt etiam afficiat, requiritur, vt probetur eius consensus, *decis.* 520. *num.* 18. *Benilaqua.*

Præiudicare Ecclesiæ procurator illi non potest, & eius confelsio potest reuocari, sicut confessio principalis, *decis.* 78. *num.* 17. *Emerix*,

in Præiudicium creditorum legitimatio fieri non potest, *dec.* 151. *num.* 1. *Albergato.*

Præiudicium quale attendatur in vnione Congregationis alteri vnitæ facta, respectu alterius circa præcedentiam collitigantis, *decis.* 148. *num.* 7. *Benilaqua.*

sine Præiudicio, siue alio quouis modo vacet clausula requirit iustificationem illius modi Papæ narrati, qua cessante alius modus desumi non potest, *decis.* 246. *num.* 10. *Cerro.*

in Præiudicium Episcopi Vicelegatus non potest de iure cognoscere causas in prima instantia, nisi habeat specialem facultatem à Summo Pontifice, *decis.* 187. *num.* 8. *Taia.*

sine Præiudicio iurium clausula intelligitur semper de alio, quam de resultante ex ipso actu, *decis.* 29. *num.*8. *Albergato*,

in Præiudicium vocatorum fideicommissarius in re fideicommissaria nihil innouare potest, *decis.* 211. *num.* 14. *Benilaqua.*

in Præiudicialibus contensus nõ extenditur de casu ad casum *dec.* 309. *num.* 2. *Bourlemont.*

Præiudicium suo principali procurator inferre non potest absque speciali mandato, *ddec.* 400. *num.* 5. *Emerix*,

Præiudicare Archiepiscopus non potest Ecclesiæ suæ, *decis.* 520. *num.* 87. *Bourlemont*,

in Præiudicium filij dispositio debet esse expressa, *decis.* 85. *num.* 12. *Albergato.*

in Præiudicium pupillorum debitor non liberatur sine numeratione totius debitæ quantitatis, *decis.* 90. *num.* 2. *Benilaqua*,

in Præiudicium filiorum donatarius non potest bona donata onere fideicommissi grauare, *dec.* 422. *num.*4. *Albergato.*

in Præiudicium alterius retrotractio non intrat, *dec.* 149. *num.*7. *Benilaqua.*

de Præiudicio tertij, & de concursu creditorum, quando agitur quietantiæ ad inducendam probationem æris alieni hæreditarij non attenduntur *decis.* 39. *num.* 5. *Vicecomite.*

Præiudicium expressè consensus non comprehendit ab ipso actu resultans, *decis.* 139. *num.* 10. *Albergato*,

Præiudicium inferre non potest Inuentarium tertijs possessoribus, *decis.* 451. *num.* 10. *Ottalora.*

Præiudicia irreparabilia iunt euitanda, *decis.* 319. *num.* 16. *Verospio*,

ex Prælatione masculorum ratio conseruandæ agnationis non desumitur, *decision.* 465. *num.*9. *Ottalora.*

Prelatio filio nulla datur ex causa alimentorum super bonis paternis in concursu creditorum, *dec.* 482. *num.*6. *Bourlemont*.

PRAELATVS.

Prælatus si voluisset comprehendi pronepotes in emphiteusi sibi concessa vique in tertiam generationem apposuisset copulam, &, *decis.*195.*num.* 14. *Taia.*

Secus si illam non apposuit, *ibid. num.*15.

Prelati votum ante confirmationem dignitatis per ipsum obtentæ non considerabatur vti prelati, sed vt Canonici votum, *decis.* 355. *numer.* 8. *Albergato*.

Prelatus si comprehendere voluisset etiam pronepotes, illos nominasset, eo modo, quo filios, & nepotes expressit, *decis.*195, *num.*12. *Taia.*

Prelatus ante confirmationem administrando incurrit in sententiam canonis, & priuationem iuris quod percepit ex electione, *decis.*355. *numer.*4. *Albergato*.

Prelatus sine beneplacito Apostolico iura suæ Ecclesiæ alteri concedere non potest, *decis.*234. *num.* 7. *Emerix*.

Prælati assertioni in prohibitis non est standum, *decis.*41. *num.*6. *Cerro*.

Prelatus dicens mutuum conuersum fuisse in vtilitatem Ecclesiæ, illi non prejudicat si non sit veritas, *decis.*42. *num.*7. *Cerro.*

PRESBYTER.

Presbyteri Canonicali qualitate destituti & beneficia in titulum non obtinentes arguere non possunt eorum Ecclesiam esse Collegiatam, *dec.*192. *num.*10. *Verospio*.

Presbyterorum existentia, & coadunatio tanquam actus equiuocus præsumptionem collegij inducere non valet, *decis.*192 *num.*11. *Verospio.*

Presbyteri Diui Philippi Nerij in Congregatione proprijs militant stipendijs, *decis.*133. *numer.* 6. *Verospio*.

PRAESCRIPTIO.

Præscriptio immemorabilis non interrumpitur cessantibus libera collatione, & actibus illi contrarijs, *decis.*444. *numer.*21. *Benilaqua.*

Præscriptio quadraginta annorum in Emphyteusi Ecclesiæ necessaria est, *decis.*195. *num.*28. *Taia*.

Præscriptio seruitutis non inducitur nisi scientia, & patientia domini fundi seruientis concurrat, *decis.*416. *numer.*13. *Albergato.*

Præscriptio ad hoc vt intret necessaria est petitio repulsa periti, & acquiescentia petentis, *decis.*504. *num.*10. *Priolo.*

Præscriptio non cadit in facultatiuis, quod amplia, *decis.*115. *num.*21. 22. & 25. *Vicecomite*.

Præscriptiones tot requiruntur, quot sunt anni, *decis.*365. *num.*8. *Albergato.*

Præscriptione obseruantia non indiget, sed sufficit quod aliquando sic fuerit obseruatum, *decis.*78. *num.*11. *Emerix*,

Prescriptio ex actis in causis factis interrumpitur, *decis.*307. *num.*8. *Taia*,

in Præscriptionis vim dominium, quando possit probari, *decis.*520. *num.*96. *Bourlemont.*

Præscriptio quadraginta annorum reddit possessionem inutilem, *decis.*520. *num.* 100. *Bourlemont.*

Præscriptio non currit nisi à die qua debitor in solutione cessat, *decis.*365. *num.*6. *Albergato*,

Præscriptio ex quibus interrumpatur, *ibid. num.*9.

Præscriptiones tot requiruntur, quot sunt actus præscribendi, *decis.*461. *num.*16. *Ottalora*.

Præscriptio debet esse legitima cum suis requisitis ad probandam consuetudinem Iuri communi contrariam, *dec.*102. *num.*9. *Cerro*,

Præscriptiones tot requiruntur quot sunt anni à tempore quo cessatum fuit à solutione, *dec.*105. *num.*3. *Benilaqua*,

Prescriptio quando cadat in facultatiuis, quod declara, *decis.*115. *num.*25. *Vicecomite.*

Prescriptio non currit contra ignorantem, & agere non valentem, *decis.*218. *num.*10. *Cerro*.

Præscriptionem mala fides & scientia rei litigiosæ excludit, *decis.*307, *numer.*4. *Taia.*

Præscriptio decennalis suffragatur quando vterque in eodem loco præsens est, *decis.*105. *num.*7. *Bourlemont*.

Præscriptio qualificatur ab animo præscribendi, *dec.* 189. *num.*7. *Taia.*

Præscriptio ex quibus interrumpatur, *decis.* 452. *num.*6. *Emerix*.

Prescriptio iura publica impedire non valet, *decis.* 257. *num.*6. *Ottalora*.

Præscriptio per lapsum magni temporis inducitur, *decis.* 102. *num.*8. *Cerro*.

Præscriptionem obseruantia cum quadragenaria, inducit, *decis.*286. *num.*2. *Taia.*

Prescriptibile territorium ab Archidiacono sub Archiepiscopo constitutum est, *decis.* 21. *numer.*14. *Taia.*

Præsentia parochi requiritur tantum ad hoc, vt matrimonium innotescat Ecclesiæ, non vt præstet consensum, *decis.*433. *num.*10. *Cerro*.

Presentia non concluditur ex defectu punctationis, *decis.*510 *num.*9. *Albergato*.

Præses duarum Prouinciarum, in vna residendo exercere potest iurisdictionem in omnes, *decis.* 115. *num.*4. *Vicecomite*.

Præsenti honor maior ex communi hominum vsu tribuitur, quam absenti, *decis.*44. *num.*8. *Vicecomite*.

PRAESENTATIO.

Presentatio æqualiter facta est referibilis Patronatui gentilitio, & hereditario quod fallit, *decis.* 318. *num.*18. 20. & 21. *Priolo*.

in Presentationibus dictio *vel* stat declaratiuè, non autem restrictiuè, *dec.*515. *num.*29. *Priolo.*

per Presentationem etiam vnicam dicitur quis constitutus in quasi possessione presentandi, *decis.*8. *num.*2. *Benilaqua*.

ius Presentandi patronus amittit, quando presentatio scienter de indigno facta fuit, *decis.*291. *num.* 8. *Cerro*.

Secus quando ignoranter, quo casu potestas ad superiorem non deuoluitur, sed patronus intra legitimum tempus presentare potest, *ibidem numer.* 9.

ex Presentationibus supra centum annos iuspatronatus probatur ex quo inducunt presumptiones tituli fundationis, vel dotationis, *decis.*509. *num.*7. *Bourlemont*.

Item probatur ex armis, & insignijs familiæ, quæ maximum inducunt. argumentum pro iustificatione Iurispatronatus, *ibid.*

Presentatio facta à solis masculis licet adsit statutum

tum excluſiuum fœminarum, & non probetur exiſtētia extraneorum demonſtrat Iuſpatronatus gentilitium, *deciſ.*315.*num.*17. *Priolo.*

Pręſentationes factę à ſolis Maſculis excluſis fœminis, & extraneis probant Iuſpatronatus eſſe gentilitium, *ibid. num.*15.

Pręſentationis tempore quilibet intereſſe, debet, & abſens vbicumque exiſtat eſt vocandus ſi ſine Eccleſię detrimento interuenire poſſit, *deciſ.*374. *num.*12. *Ottalora.*

de Pręſentatione infrà legitima tempora, & habilitate pręſentati inſtitutio ſolet concedi quando conſtat, *deciſ.*136.*num.*1. *Albergato.*

Pręſentatio ad Iuſpatronatus probandum non ſufficit, *deciſ.*77.*num.*3. *Albergato.*

Immemorabilis ex actibus contrarijs deſtruitur, *ibid. num.*4.

Præſentatio facta ſub conditione vt valeat neceſſarium eſt purificari conditionem intra tempus datum ad nominandum, aliàs præſentatio non tenet, *deciſ.*262.*numer.*9. *Benilaqua.*

Præſentatio facta cum expreſſione *di caſa noſtra, è di caſa mia* illud demonſtrat eſſe gentilitium, *deciſ.* 315.*num.*9. *Priolo.*

Præſentatio à compatronis debetur inſtitutio in cōcurſu alterius patroni ſe ipſum præſentantis, *deciſ.* 141.*num.*8. *Verospio.*

ex Pręſentationibus gradatim factis ob mortem alterius pręſentati Iuſpatronatus deſumitur, *deciſ.* 136. *num.*2. *Albergato.*

Præſentationes intermediæ præſumuntur æquales cum antecedentibus, & ſubſequentibus, *deciſ.*509. *num.*19. *Bourlemont.*

Pręſentatio perſonaliſſima demonſtrat Iuſpatronatus gentilitium, *deciſ.*315.*num.*5. *Priolo.*

poſt Pręſentationem inhibitio Rotalis omnia deinde geſta, reddit attentata, ſiue præſentatio facta fuerit iudici, & parti, ſiue alteri ex illis, *deciſ.*432. *num.*2. *Albergato.*

Pręſentationes ſubſequentes impropiant qualitatē hęreditariam in pręſentationibus antecedentibus appoſitam, *deciſ.*315,*num.*13. *Priolo.*

Præſentato lus quæſitum cenſetur petenti inſtitutionem ab Ordinario, *deciſ.*509.*num.*22. *Bourlemont.*

Pręſentationes fuiſſe factas à Patre, & filijs inſtitutio ſub hac expreſſione, *& eius etiam procurationis demonſtrat*, *dec.*515.*num.*31. *Priolo.*

Pręſentatio anterior lite pendente inter primo, & ſecundo loco pręſentatos facta non tenet, *dec.*262. *num.*6.

Pręſentes ſententia vt valeat debent eſſe vel legitimè vocati omnes, quos negotium tangit, *deciſ.* 206. *num.*1. *Taia.*

Præſentatio facta æqualiter iuxta numerum Perſonarum dicitur in Capita, *deciſ.* 315. *numer.* 22. *Priolo.*

ad Pręſentationem principalis quando per ſe ipſum accedere poteſt procuratorem cōſtituere nequit, *dec.*374. *num.* 14. *Ottalora.*

Pręſentatio quibuſcunque verbis ſit concepta ſuffragatur pręſentato, *deciſ.*509. *numer.*25. *Bourlemont.*

Pręſentatio facta à filio Banditi Capitalis demonſtrat Iuſpatronatus gentilitium, *deciſ.*315.*numer.*8. *Priolo.*

Pręſentatio patronorum ſufficit, quod intra quadrimeſtre coram Ordinario exhibeatur, *dec.*509. *num.*23. *Bourlemont.*

Pręſentatio in lata ſignificatione dicitur donatio, *ibid. num.*21.

Pręſentatio, Inſtitutio, & poſſeſſio quando fuerunt facta inconſultò promotore Fiſcali non probant Iuſpatronatus, *deciſ.*488.*num.*19. *Bourlemont.*

Pręſentatio iure hęreditario debet continere quotas, & vncias, *deciſ.*315.*num.*4. *Priolo.*

ad Pręſentandum beneficiatus ſi admittitur, debet & illius procurator ſtante infirmitate, admitti, *dec.*374. *num.*10. *Ottalora.*

Pręſentationes effectuatæ, enunciatiuę antiquę probationem iuriſpatronatus inducunt, *deciſ.* 136. *num.*5. *Albergato.*

Pręſentationes authenticis ſcripturis iuſtificatæ in dubium reuocari nequeunt, quando vnus Clericus fuit per mortem alterius ſucceſſiuè nominatus, *deciſ.*444.*numer.*13. *Benilaqua.*

Pręſentatio, & inſtitutio appellatione pendente factæ nullę ſunt, & attentatę, *deciſ.* 362. *numer.* 1. *Emerix.*

Pręſentationes patronorum ex quibus probentur effectum ſortitę, *dec.*509. *num.*17. & 18. *Bourlemont.*

inter Pręſentatos lis clare probat Iuſpatronatus, *deciſ.*477. *num.*3. *Emerix.*

ad Pręſentationem vocari debet abſens ſi commodè interuenire valeat, *deciſ.*374.*num.*9. *Ottalora.*

Pręſentatio facta à filijs vti filijs demonſtrat Iuſpatronatus gentilitium, *deciſ.*315. *numer.*25. & 26. *Priolo.*

Pręſentationes ſubſequentes declarant antecedentes, *ibid.num.*32.

Pręſentare compatronus ſe ipſum non poteſt, cum pręſentatio huiuſmodi ſaperet ambitionem, & pręſentatus à pręſentante non poſſet diſtingui, *deciſ.*141.*num.*2. & 3. *Vicecomite.*

PRAESENTATVS.

Pręſentatus pręſumitur quod fuerit ab Ordinario inſtitutus ſi beneficium poſſedit, *dec.*509,*num.*24. *Bourlemont.*

Pręſentatus à maiori parte Beneficiatorum eſt inſtituendus, *deciſ.*371.*num.*1. *Benilaqua.*

Præſentatus ab exiſtēte in quaſi poſſeſſione præſentandi, & habente plures voces venit inſtituendus, *dec.*8. *num.*1. *Benilaqua.*

Præſentatus ab exiſtenti in quaſi poſſeſſione pręſentandi debet inſtitui, *deciſ.*460.*num.*5. *Emerix.*

Præſentatus à Patrono ſub conditione ſi velit acceptare, ſi non acceptet, vlteriori præſentato debetur inſtitutio, *deciſ.*262.*num.*7. *Benilaqua.*

Pręſentatus à maiori numero patronorum venit inſtituendus, *deciſ.*374. *num.*3. *Ottalora.*

Præſentatus à medietate patronorum conſequendo gratificationem ab Ordinario cenſetur ac ſi ſolus fuiſſet præſentatus, *deciſ.*141. *num.*10. *Vicecomite.*

Præſentatus ab exiſtente in quaſi poſſeſſione præſentandi eſt inſtituendus, *deciſ.*462.*num.*28. *Bourlemont.*

Pro Præſente latitans comparere habetur, *dec.* 493. *numer.*8. *Bourlemont.*

PRAESERVATIO.

Præſeruatiua iuris clauſula, *ſine præiudicio* eſt, *deciſ.* 536. *num.*165. *Caſtaldo.*

Præseruatiuæ clausulę, non operantur, quo ad ea quę sunt contra naturam contractus confirmati, *ibidem num.117.*

Præseruatiua dispositionis dictio *vlra* est præcedentis, nec illius valet immutare substantiam, *decis. 135. num.16. Verospio.*

Præsertim quando locationi nullum mutuum est admixtum, *decis.74.num.10. Taia.*

Præsertim cessante concursu masculorum, *decis. 170. num.2. Emerix.*

Præsertim quando ad impositionem censuum ex causa æris alieni soluendi deuentum fuit, *dec.162. numer.5. Albergato.*

Præsertim quando agitur de administratore religioso, qui votum paupertatis emisit, *decis.198.num.5. Cerro.*

PRAESERVATIO.

Præseruatio fideicommissi restricta ad certas personas eiusdem remissionem inducit, *decis.135.num. 2. Verospio.*

Amplia, *ibid. num.3.*

Præseruatiua clausula *salvis* est, *decis. 231. numer. 8. Emerix.*

Præseruatiuæ vis ea est, vt conseruet illud ius quod antea competebat, *dec.444. num.19. Benilaqua.*

Præseruatio ne dum iuris præteriti, & præsentis, sed etiam futuri, quatenus antea non competisset attenditur, *decis.536.num.104. Gastaldo.*

Præseruatio iurium ad vnum casum facta ad alium, non expressum, non est extendenda, *decis.129. num.11. Verospio.*

Præseruatum Abbati censetur, id quod expresse non fuit Episcopo attributum, *decis.71. numer.6. Cerro.*

PRAESTATIO.

Præstatio alimentorum sub vsufructu vxori legato continetur, *decis.216.num.1. Vicecomite.*

Declara tamen si non apparuerit ex voluntate testatoris relinquendi absolutè vsumfructum, *ibid. num. 2.*

Præstatio alimentorum in linea collaterali, non porrigitur vltra primum gradum, *decis.204.num. 8. Benilaqua.*

Præstationes, quæ nam sint annales, & quæ nam annuales declaratur, *decis.223. num.13. & 14. Albergato.*

PRAESVMPTIO.

Præsumptiones potentissimę in antiquissimis deseruiunt ad probandam identitatem in antiquis, *dec. 520. num.47. Bourlemont.*

Præsumptio stat pro validitate professionis, & qui contrarium tenet concludenter probare tenetur, *decis.334. num.10. & 11. Albergato.*

Præsumptio occultationis obitus ex quibus oriatur, *decis.304. num.8. Cerro.*

Præsumptio continuata possessionis, semper admittitur, quotiescumque allegatur ab eo, qui auctores possessores habuerit, *decis. 520. numer.31. Bourlemont.*

Præsumptio iuris est quod quis propriam sobolem alienæ in amore, & beneuolentia præferat, *decis. 123.num.23. Vicecomite.*

Præsumptiuæ probationes & generales non admittuntur, *dec.106.num.19. Vicecomite.*

Maximè quando veritas aliter se habere potest, quam fuerit enunciatum, *ibidem num.20.*

Præsumptio remissionis fideicommissi intrat ad fauorem illius cum quo diuiditur fideicõmissum, *decis.135.num.10. Verospio.*

Præsumptio amissionis librorum militat contra administratorem ob præcedentem illius obligationem exhibendi libros, *decis. 455. numer.7. Albergato.*

Præsumptio vniuersalis affectionis & consanguinitatis cuiuscumque alteri præualet, *dec.442.num.5. Albergato.*

Præsumptionem collationes Apostolicæ libertatis beneficij inducunt, donec de contrario seruitutis statu doceatur, *decis.77.num.6. Albergato.*

Præsumptio cessat quoties de contraria testatoris voluntate apparet, *decision. 406. numer. 16. & 17. Albergato.*

Præsumptio calumniæ euitatur à probabilitate boni iuris, *decis.403. num.4. Benilaqua.*

Præsumptionem melioris tituli immemorabilis inducit de mundo, *decision. 115. numer. 7. Vicecomite.*

Præsumptio solutionis dotis resultat ex quo coniuges de quantitate dotis, nunquam quæsierunt, *decis.458 num. 5. Albergato.*

Præsumptionibus & coniecturis testium defectus suppletur, *decis.234.num.4. Ottalora.*

Præsumptio cedit veritati in contrarium probatæ, *decis.53. num.9. Albergato.*

Præsumptio iuris boni pro consequenda dote probatur ex onere infixo patri dotem præstandi filiæ, *decis.94.num.5. Verospio.*

Etiamsi filia inuito patre nuptias contraxerit nulla sibi dote constituta, *ibid. num.6.*

Præsumptiua probatio quando agitur de aliquare incidenter benè deseruit, *decision.361. numer.6. Cerro.*

Præsumptionem Clementina *plures de Iurepatronatus* inducit qualitatis hæreditariæ in patronatu, qui constat de fundatione, *decis.315.num.35. Priolo.*

Præsumptio mendacij non oritur in constituto in articulo mortis, *dec.294. num.8. Carillo.*

Præsumptio præsumptionis non admittitur, nisi quando vna venit in necessariam consequètiam alterius, *decis.513.num.9. Cerro.*

Præsumptio liberæ voluntatis ex quibus in testatrice excludatur, *decis.333.num.4. & 5. Verospio.*

Præsumptio satisfactionis dotis per viam compensationis ex quo intret, *decis.411. numer.19. Albergato.*

Præsumptio turpis questus, ex quibus cesset, & vide, *decis.376. num.32. Otalora.*

Præsumptio remissionis fideicommissi ex quo excludatur, *decis.414.num.6. Ottalora.*

Præsumptio stat pro facto iudicis, *decis.55. numer.6. Taia.*

Præsumptus, & coloratus titulus resultat ex decennali possessione, *dec.518.num.17. Bourlemont.*

Præsumptio cedit veritati à parte agnitæ & approbatæ, *decis.532. num.23. Bourlemont.*

Præsumptiua probatio versatur circa id, quod ignoratur, qualiter gestum fuit, *decis. 532. numer.29. Bourlemont.*

circa Præsuppositum verba præsuppositiua nihil disponunt, *dec.323. num.13. Emerix.*

in Præsupposito supponens nihil disponit, *decis.281. num.20. Taia.*

PRAE-

PRAETERITIO.

Præteritionis filiorum ignorantia quælibet excluditur ob mentionem factam in testamento de filijs præteritis, *decis.303. num.7. Carpineo.*

ex Præteritione in testamento prætensi Patris filiatio excluditur, *decis.535.num.85. Seuarolo.*

ob Præteritionem fratris testamentum, & institutionem turpis personę non subsistetur, *dec.190. num.2. Albergato.*

Secus si institutus non fuerit persona turpis, *ibid. num.3.*

Præteritio in filijs natis semper præsumitur scienter facta, ignoranter in posthumis nasciturís, *decis. 303. num.6. Carpineo.*

PRETIVM.

Pretij emptor sponte maiorem partem soluens, & possessionem prædiorum accipiens, nec reclamãs de defectu in illorum consignatione præsumitur habuisse omnia, quę existebant in prædijs venditis, *decis.121. num.6. Emerix.*

Pretium reperibile dicitur illud, quod reperitur re publicè ad vendendum proposita, *decis.335.nu.3. Emerix.*

Pretium emptor rei emptę creditoribus soluens, id agit vt rem emptam à pignore, & hypoteca liberam reddat, *decis.259.numer.7. Albergato.*

Pretium in actionibus singularibus non succedit loco rei, *decis.39.num.10. Vicecomite.*

Et præcipuè quoties habita fuit fides de pretio, *ibid.num.11.*

ex Pretij quantitate optimè colligitur, quid veniant in emptione, locatione &c., *decis.520.num. 58. Bourlemont.*

Pretium quotuplex sit, *decis.112.num.20. Taia.*

Prætendi retentio quando non possit, *decis.65.num. 10. Beuilaqua.*

Pretium qui soluit acquisitio illius est, *decis. 523. num.2. Cerro.*

à Prætore quod decretum fuit agens præter id, nihil agit, *decis.407.num.2. Albergato.*

PRIMA TONSVRA.

Prima Tonsura initiatus quando oerdat priuilegiũ Fori in habitu non incedens, *decis.533. numer.40. & 41. Bourlemont.*

Prima Tonsura initiatus verè Clericus dicitur, & *in Auth.* Presbyteri compræhenditur, *ibidem numer.18.*

Prima Tontura exuit suscipientem statu Laicali, *ibid. numer.12.*

Prima Tonsura præditus gaudet priuilegio Clericorum, *ibid. num.15.*

Prima Tonsura initiatus dicitur effectus de foro Ecclesiæ, *ibid. num.16.*

Primipili priuilegium solum competit ei, qui præest annonæ militari, *decision.408. numer.9. Bourlemont.*

Primipili officium quale sit, *decis.214.numer.16.17. 18.19. & 20. Bourlemont.*

PRIMOGENITVRA.

Primogenituræ inseparabilitate stante, quid indesequatur, quoad vocatos, stante quod aliquis vocatus, commiserit Crimen læsæ Maiestatis, *decis.536. num.168. Gastaldo.*

Primogenitura sufficit, quod conseruetur indiuisibilis, & indiuidua, quo ad ea, in eis bonis, in quibus fuit constituta, *ibid. num.160.*

Primogenituræ erectio quando non possit negari, quin purè à Testatore fuerit erecta, *decis.319.numer.11. & 12. Verospio.*

Primogenitura in bonis suis constituens, non potest deinde per eius hæredem, præter eius voluntatem alterari, *ibidem num.1.*

Primogenitura ordinata cum onere renunciandi fratribus natu minoribus hæreditatem paternã, & maternam non inducit præceptum renunciationis quando istæ hæreditates possidentur à Patre pro filijs, *decis.125. num.2. Albergato.*

Primogenitura debet in suspenso remanere, donec adsit spes filiorum, *decision. 437. numer.6. Bourlemont.*

Primogenitura quando nec momentaneam suspẽsionem admittat, *ibid. num.7.*

Primogenitura instituta cum onere retinendi testatoris insignia, nec alia admittendi, si onus per hæredem non impleatur ad fauorem substitutorum dicitur purificata, *ibid.num.8.*

Primogenitura cum licentia Principis, sub expressa conditione Confiscationis bonorum etiam ex causa de futuro concessa, *decision.536.numer. 132. Gastaldo.*

Tunc secundum aliquos DD. non habentes contradictores d. primogenitura in perpetuum cadit, & deuoluitur exclusis vocatis ad Principem concedentem, *ibid. num.113.*

Primogenituram patre instituente cum onere Primogenitis iniuncto de renunciando hæreditati paternæ, & maternæ, si vigore contractuum inter viuos bona primogenitus possideat, quæ non cadunt sub renunciationis lege, illa rectè possidet, *decis.52.num.1. Albergato.*

Primogenituram testator constituendo, & faciendo digressum ad plures substitutionum gradus, & prohibendo bonorum alienationem censetur agnationi voluisse prospicere, & inducere perpetuum, & reciprocum fideicommissum, *decis. 244. num.7. & 8. Cerro.*

Primogenitus declarans se dimittere velle alteram ex incompatibilibus primogenituris facit primogenituram purificatam ad fauorem substituti, *decis.103. num.2. Verospio.*

Primogenituram Princeps si cum prohibitione alienandi, etiam in casu Confiscationis erectam, confirmet, *dec.536. num.112. Gastaldo.*

Si apponat clausulam *Saluis iuribus*, non dicitur confirmare in sui præiudicium, *ibidem numer. 113.*

Primogenitura ordinata ad hoc vt bona in vna persona conseruentur non repugnat quod possit stare in suspenso concurrente testatoris voluntate, *decis.194.num.9. & 12. Priolo.*

in Primogenitura, vti materia stricta non fit extensio de casu ad casum nec de persona ad personã, sed testringitur ad casus, & personas expressas, *decis.172. num.7. Ottalora.*

Amplia, *ibid. num.8.*

Primogenitura incompatibilis debet substituto deferri, & si irreuocabiliter instituto censeatur delata post filios acceptos inspici debet, *decis.103. num.15. Verospio.*

Primogenituram acceptans cum omnibus suis qualitatibus, quid inde sequatur, *decis.536. num. 100. Gastaldo.*

Digitized by Google

Primogenituræ indiuisibilitas, est respectu vocatorum ad eam, vt non diuidatur inter plures, *dec.* 536. *num.* 159. *Gastaldo*.
Sed semper vnita in solo primogenito pro tempore conseruetur, *ibid.*
Primogenituræ, & fideicommissi remissio non præsumitur quando de expressa, vel tacita transigentium mente non apparet remissionem præseferente, *dec.* 51. *nu.* 1. *Benilaqua.*
Primogenitura vti inualide constituta corruit, dum aliqua ex dictis bonis, sunt alicui oneri obnoxia, *decis.* 1. *num.* 1. *Verospio.*
Et quidem corruit in totum, *ibid.*
in Primogenitura nequidem per momentum, suspensio admittitur, *decis.* 194. *num.* 6. *Priolo.*
in Primogenitura ob delictum, quando officiat etiam aliis, quamuis ex propria persona vocatis, *decis.* 536. *num.* 164. *Gastaldo*.
Primogenituram ordinare, aliud est, & aliud est talem ordinationem remittere in liberum arbitriũ alicuius, *ibid. num.* 57.
Primogenitura habetur pro non facta, quando remanet resoluta, *ibid. num.* 113.
Decisiones, & Doctores non habentes contradictorem dicuntur casus legis, *ibid.*
Primogenitura dicitur inita iure contractus, dum data fuit facultas vltimo masculo, *decis.* 1. *numer.* 8. *Verospio.*
Primogenituram possidens non potest ipsam alterare, & multò magis diuersam ab ea constituere, *decis* 319. *num.* 4. *Verospio.*
in Primogenituræ constitutione, si asseratur, quod ea constituatur ob familiæ splendorem, quid inde inferatur, *ibid. num.* 18.
in Primogenitura confessioni instituti de incompatibilitate eiusdem primogenituræ factæ plurimum defertur, *decis.* 103. *num.* 16. *Verospio*.
ad Primogenituram Testatore vocante maiorem natu prærogatiua ætatis debet attendi, etiamsi faciendus sit transitus de linea ad lineam, *decis.* 66. *nu.* 2. *& 3. Emerix.*
Primogenitura licet in bonis diuersis, diuisibilibus sit ordinata, tamen nec diuidi, nec separari potest, *decis.* 536. *num.* 155. *Gastaldo.*
Primogenitus duas inter se incompatibiles primogenituras, retinere non potest, *decis.* 103. *num.* 1. *Verospio.*
Primogenituræ quando possint stare in suspenso, *decis.* 437. *num.* 9. *Bourlemont*.
Primogenituræ innentæ sunt, vt bona omnia constituentis in vna tantùm persona, conseruentur continuo, *decis.* 319. *num.* 17. *Verospio.*
Primogenitura in primo Testamento ordinata, quando in secundo Testamento dicatur reuocata, *decis.* 536. *num.* 55. *Gastaldo.*
Primogenituram quod quis non remiserit, ex quo deducatur, *decis.* 51. *num.* 14. *Benilaqua.*
Primogenituram Testator quando dicatur constituisse particularem in bonis suis, *decis.* 1. *num.* 5. *Verospio*.
cum Primogenito succedunt fratres detracta primogenitura in bonis paternis æqualiter, *decis.* 457 *num.* 6. *Albergato.*
Primogenitura quando dicatur inita iure contractus, non autem in vltima voluntate, *decis.* 1. *numer.* 7. *Verospio.*
Primogenitura non definit in vocato ad illam, sed continuatur in filijs, *decis.* 172. *num.* 6. *Ottalora.*
Primogenitura aliud est, quod sit ordinata iure proprio, & ex priuatis bonis, *decis.* 536. *num.* 76. *Gastaldo.*
Primogenitus Masculorum, fœminæ primogenitę succedit, *dec.* 519. *num.* 14. *Verospio.*
Primogenituræ remissio, ex quo excludatur, *decis.* 51. *num.* 3. *Benilaqua.*
in PRINCIPIO periodi dictio, item, apposita, est repetitiua præcedentium qualitatum, *dec.* 66. *num.* 4. *Emerix.*
Principium potentia est cuiusque effectus, sine qua voluntas non potest operari, *decis.* 536. *numer.* 96. *Gastaldo.*

PRINCIPALIS.

Principalis, qui per se ipsum ad præsentationem accedere potest procuratorem cõstituere nequit, *decis.* 374. *nu.* 14. *Ottalora.*
Principalis debitor per bonæ fidei recognitionem quis efficitur, *decis.* 70. *num.* 3. *Benilaqua.*
Principali suo, quod administrator voluerit acquirere sufficit, quod appareat ex præcedentibus, & subsequentibus actibus, *decis.* 198. *num.* 12. *Cerro.*
Principali indebitum quod est, ita & ab eo caulam habenti si recipiat, *decis.* 26. *num.* 8. *Taia.*
Principali confessio, quæ nocuit ita, & ab eo causã habenti præiudicium infert, *decis.* 248. *numer.* 10. *Emerix*.
Principali ius idem, quod suffragatur prodestetiam ab eo causam habenti, *decis.* 107. *numer.* 9. *Albergato.*
Principale priuilegium quando allegari possit, *decis.* 214. *num.* 21. *Bourlemont*.
contra Principalem reum sententia lata potest exequi contra eum, qui rem emit letigiosam, *decis.* 319. *num.* 4. *Taia.*
Principalis causa præfertur credito Dotis anteriori, *dec.* 214. *num.* 15. *Benilaqua.*

PRINCEPS.

Princeps si primogenituram cum prohibitione alienandi, etiam in casu Confiscationis erectam, confirmet, *decis.* 536. *num.* 12. *Gastaldo*.
Si apponat clausulam, Saluis iuribus, non dicitur confirmare in sui præiudicium, *ibid. num.* 113.
à Principe Gratiam conditionatam recipiens sicuti ipse, nõ potest eam impugnare, ita nec eius Successores, & vocatos, *decis.* 536. *num.* 147. *Gastaldo.*
Princeps confirmans gratiam cum qualitate alterante, censetur eam reuocare, quatenus qualitas alterans id importat, *decis.* 536. *num.* 88. *Gastaldo*.
Princeps de re, quæ sine eius consensu, non sunt in comertio, concedendo facultatem eam alienãdi, quid veniat considerandum, *decis.* 536. *numer.* 166. *Gastaldo.*
Princeps sicuti potest denegare licentiam, vt bona stabilia nullatenus alienentur in forenses, *decis.* 536 *num.* 145. *Gastaldo.*
Ita poterit multo magis conditionibus bene visis illam restringere, & limitare, *ibidem.*
